Omphalen diuturna ſeruitute fuit:hæc illi necis ſupplicia ſoluens, Syriorum res ſumma pace ac ſecuritate firmauit.Rurſus in Græcia uitia ac flagitia reuiuiſcere ac latius mana re cœpereſt: quum nemo ea reprimeret: nec prohiberet.Erat igitur ea profectio ex Pelopõneſo Athenas eũ tibus maxime peſtifera ac exitioſa:& ex latronibus quẽq; Pirtheus qualis eſſet ſingillatim,qui buſq; peregrinos afficeret,in medium referens,ſuadebat Theſeo mari Athenas accederet. At eius animum iam pridem Herculis gloria uirtutis uehementer incenderat: eumq; ſempre habebat in ore;& eius res geſtas ac uirtutes narrantibus prõptiſſimum ſe auditorem prębebat: maxime uero ſiquis eum eſſet intuitus:& alicui eius facto & dicto interfuiſſet.Sed tunc in primis perſpicuum erat idem illi eueniſſe:quod poſterioribus ſæculis Themiſtocli euenit: quum diceret. Miltiadis trophęum ſibi ſomnos adimere.Ita illi Herculis uirtutem admiranti:eius res geſtas per noctem ſomnia referebant:ac inter diu ipſum exigebat atq; æmulatio eadẽ facere cogitantem. Erat autem ex matre inter illos affinitas:q; ex patruelibus nati erãt. Æthra enim Pitthei filia fuit.Alcmena autem Lyſidices: Lyſidice uero & Pittheus fratres ex Hippodamia ac Pelope geniti. Per indignum igitur & non ferendum ducebat eſſe: illum in omnes improbos inuadentem,terram ac mare purgare:atq; tutum omnibus pręſtare: ſe uero quæ in ſtarent certamina euitare atq; effugere:fama & opinione patrẽ dedecorantẽ:uero autẽ genitori indicia calceos & enſem ſine ſanguine afferentẽ:nõ prędaro aliquo facinore ac rebus geſtis certiſſima ſigna & noras ſuę nobilitatis prębentẽ.Huiuſmodi igitur animo atq; cõſilio iter aggreſſus eſt:ut nemini ipſe inferret iniuriam:uim afferentibus repugnaret. Ac primũ quidem in * Epidauro *Periphetam qui claua utebatur,ob id Coryneta: q; coryna illi clauã dicunt nuncupatum interemit: quum is illũ adortus tranſitu prohibere niteretur. Claua autem ętatus,accipienſq; eam ad armorũ ſibi uſum ſeruauit: qua deinceps ueluti Hercules leonis pelle perpetuo uſus eſt. Itaq; hęc Herculi indicium quoddã erat:qua magnitudine ferã ſuperaſſet. Hic uero claruam cũ apud aliũ eſſet,oſtendit a ſe ultam:ſecum uero inuicibilem eſſe. In iſthmo etiã Sinim pityocãptam quo pacto ipſe multos occiderat, eodẽ peremit: quum nõ cõſuetudine ulla nec exercitatione ualeret: ſed declarare uirtutẽ arti omni atq; exercitationi antecellere. Fuit autẽ *Sini ipſi filia eximia forma ac magnitudine.Hanc interępro prę fugientẽ Theſeus ambiens prequirebat: illa cum in denſiſſimam ſyluam,aſparagoq; ac ſtramine conſitã ſe conieciſſet: ut erat natura ſimplex,pueriliter admodum illos ueluti exauditurus orabat:ac uota iureiurando adhibito nuncupabat:ſi eã abditam atq; inuiolatam ſeruarent.Reuocante autem Theſeo: ac fidem dante ſibi curæ fore ne quid detrimenti acciperet:ad eum ſe contulit:ex eoq; grauida facta Menalippum genuit.Sed Deioneo Euryti filio in poſterum,permittente Theſeo, in matrimoniũ ceſſit.Menalippi uero filius Ioxus Ornitho ſocius deducẽdæ in Cariam Coloniæ fuit. Vnde Ioxides demiſſo nomine appellantur:qbus mos eſt patrius,neq; ſpinas aſparagi,neq; ſtoebę igni cremare:ſed honore & cultu proſequi.Erat quoq; Crommyo nia ſus:quã Phæam vocabãt: fera ſane haud cõtẽnenda:ſed pugnax & ad ſuperandum difficilis.Hanc ad rationẽ itineris nihil pertinentẽ,nevideretur ex neceſſitate omnia gerere,adortus confecit: Ac ſimul improbos homines propulſandæ iniuriæ gratia ratus eſt bonũ virum inuadere oportere.Ex feris vero aduerſus generoſas prælium inire ac periclitari.Sed quidam Phæam mulierẽ latrociniis intentam fuiſſe tradunt:capitalem ſane hominẽ atq; intẽperantem:quæ in his regionibus Crommyonẽ(id.n. loco nomen eſt)incolebat:ſuemq; ex vita ac moribus cognomentum traxiſſe:inde a Theſeo eẽ interemptam. At Scyronem quũ iuxta agrum Megarenſium e petra deiecíſſet,vita priuauit:qui vt vulgatior fama tener:viatores eo accedentes in prędam vertebat. Vt vero qdã authores ſũt: per iniuriam & contumeliam pedes peregrinis protendens alluere iubebat: ac deinde conciſos calcibus in mare deturbabat.At Megarenſes hiſtorici famæ obuiam euntes:& cũ longo ac diu turno tẽpore(vt inquit Simonides) bellum gerentes:nec contumelioſum hominem Scyronẽ fuiſſe aſſeuerant:verum iatronum hoſtem & euerſorem: bonorum autẽ ac iuſtorũ virorum amicũ. Æacum enim græcis omnibus pietate ac religione præſtare iudicatum eſſe: ac Cychreum diuinis honoribus ab Athenienſibus coli:Pelei quoq; & Telamonis virtutem nemini incognitam eẽ. Scyronem igitur & Cychrei generũ fuiſſe Æaci vero ſocerũ:Pelei ac Telamonis auum:qui ex Endeide Scyronis & Chariclis filia geniti erant.Haud igitur conſentaneum eẽ cum improbiſſimo homine optimos viros affinitatem inire voluiſſe:maxima ac precioſiſſima iantes accipienteſq;.Sed tradunt Theſeum non quo tẽpore primum Athenas acceſſit:ſed poſterius Eleuſinẽ cepiſſet:quæ a Megarenſibus tenebatur:Diocle principe fraude decepto:ac Scyronem oppreſſiſſe. Ita de his rebus variæ ſunt contrariæq; ſententiæ.Eleuſine quoq; Cercyonem arcadem in palęſtra ſuperatum interemit Ac Paulo prouectus Clamaſtem Procuſtẽ in Hermiona quum coegiſſet illum idẽ torturæ genus ſubire,quod ille hoſpites,e vita ſuſtulit,Hæc Herculis imitatione geſſiſſe videtur.Nam ille quo pacto ſibi inſidiæ paratæ fuerant:eodem ille inſidiarum authores perſequutus,Buſirim immolauit:palęſtra proſtrauit Antæum:ſingulari certami

Omphalen ſeruiuit.
Omphale
Æthra Pitthei filia.
Alcmena Lyſidices filia.
Theſeus Peripheta: uel Coryneteremit.
Coryna clua ab Epidauriis dcã.
Theſeus ſinim pityocãptã peremit.
Menalippꝰ Theſei filiꝰ
loxꝰ menalippi filius a quo loxides populi Cares.
Theſeꝰ ſuẽ crommyoniã cõfecit.
Phęa ſus:uel mulier.
Theſeꝰ ſcyronẽ interfecit.
Cychreꝰ ſcyronis ſocer
Theſeus Cercyonẽ i palęſtra interemit.
Idẽ Clamaſtẽ Procuſtem euita ſuſtulit.

Cygnus ab Hercule superatus. Termerus ab Hercule trucatus. Termerium malum. Pytalydæ. Croni⁹ mẽsis Aprilis. Medea theseo venenũ parat.

ne Cygnum superauit: Termerum quoq; absciso capite interemit: a quo etiam Termerium malum nuncupatum esse memoriæ proditum accepimus. Cædens enim caput Termerus qui ĩ eũ inciderant: omnes hoc pacto ad exitium mortemq; perducebat. Sic Theseus vltus, facinorosos cuasit: quæ ipsi per vim in alios patrarant, eadem ab illo reportantes. Verum quas sibi excogitarant iniuriæ rationes: iisdem iuste supplicium luebant. Sed quum Cephisum attigisset: ex Pytalidarum genere homines obuiam prodeuntes primum salutarunt: expiariq; se petentẽ demonstrarunt: expiatum, vt sacrificia peracta sunt, conuiuio exceperunt: cum nullus antea itinere humane clementerq; accepisset. Ad sextam igitur iduum cronii mensis, qui nunc Aprilis habetur, in patriam rediisse dicitur. Ciuitatem ingressus, inuenit turbationis omnia ac discordiarum referta: ac priuatim Ægeum, ac domum totam pessimo in statu constituros. Namq; Medea Corintho Athenas delata: cum suscepisset se medicamentis Ægeum curaturam: quo filios procreare posset: in eius se cõcubitum dederat: quæ vbi de Thesei reditu prima accepit: imprudẽte Aegeo, qui senex tunc erat, & ob seditionem ciuium omnia formidabat, persuasit illi: hospitem conuiuio exceptum venenis necaret. Ad prandium igitur profectus Theseus cũ nõ probaret, se priorem quis esset edicere: vellentq; ei recognoscendi sui initium præbere: appositis carnibus, cũ cultellum incidendi gratia distrinxisset, illo ostendit: quo statim cognito: Ægeus veneni poculũ deiecit: ac filium appellans amplexus est. Tum aduocatis ciuibus omnibus cognitum fecit: prompte libenterq; ob fortitudinem excipientibus. Dicitur cadẽte poculo venenum effusum ee: quo loco nunc in delphinio septa sunt. Eam enim vrbis partem Ægeus incolebat: & quandam templi partem, quæ ad orientem spectat in Ægei portis vocitant. At Pelopidæ quibus spes iniecta erat occupandi regni: si sine filiis Ægeus moreretur: posteaq; Theseus est successor patri cõstitutus, egre ferentes: si quidem nunc * Ægeus regnet Pandioni in filium adoptatus: & qui Erechthidarũ genus nulla propinquitate attingeret: ac rursus Theseus homo peregrinus & aduena: ad bellum incubuerunt: ac partiti suas copias pars eorum ex Sphertide palam cum patre impetum faciunt. Pars gargetti se abdentes in insidiis subsederunt: vt diuersis partibus hostem adorirentur. Fuit autem ipsis præco vir Agnusius Leus nomine. Hic Theseo Pallantidarum consilia detulit. Ille repentino impetu adortus eos qui in insidiis erant omnes peremit. Qui vero Pallantem sequuti fuerant: accepto cladis nuncio, dissipato exercitu diuersi abierũt. Ex eo ferũt Palleneorum populum Agnusiorum connubiis prohiberi: morẽq; hunc apud eos per præconẽ denunciãdi, Audite populi, esse sublatum. Id enim nomen ob viri proditionem vehementer oderunt. Inde Theseus ne ocio desidiaq; languesceret: & simul gratia & beniuolentia multitudinem deuincere cupiẽs: ad Marathonium taurum ex vrbe profectus est: qui terrapolitanis permagna detrimenta attulerat: eũq; captum ostentandi roboris gratia viuum per mediam vrbem egit: & post delphico Apollini immolauit. At quæ de Hecale deq; eius hospitio fabulantur: haud omnino a veritate abhorrere videntur. Hecalesiumq; Hecalo Ioui finitimi populi exhibebant. * Hecalemq; ipsam religiose colebant: Hecalenam per diminutionem vocãtes: q; cum iuuenis ad modum, hospitio inuitasset Theseum: supra ætatem huiusmodi blanditiis humane benigneq; excepisset. Ad hæc eo ad prælium exeunte, vouit se Ioui immolaturam si incolumis rediisset in patriam. Verum ante reditum illius extincta est: & has Theseiussu hospitii ac benignitatis gratias reportauit: vt philocorus testatur. Nec ita multo post tertio ex Creta legari de exigendo tributo Athenas accesserunt. Nam cum inualuisset opinio: Androgeum in Attica dolo esse sublatum: & Minos ipse illato bello multis malis Athenienses affecit: & infensum etiam numen regionem vexauit. Sterilitas enim agrorũ simul & pestis vehemens inuaserat. Flumina quoq; exicata sunt. Iubente autem Deo placari Minoem: cum eo firmata pace: atq; ita eos numinis iram placatum iri: malorũq; exitum habituros: caduceatoribus in Cretam missis, qui Minoem precibus exorarent, percusserunt fœdus hac lege & conditione: vt promitterent se nono quoq; anno septem pueros, totidẽq; virgines tributi nomine in Cretam esse missuros: vt plurimi scriptores sentire videntur. Pueros autem delatos in Cretam, tragœdiis celebratum est, Labyrintho a Minotauro esse interemptos: aut palantes exituq; prohibitos, ibi interiisse. Minotaurum vero ipsum, vt Euripides tradit, mistũq; genus prolẽq; biformẽ fuisse: duplici⁹ natura tauri atq; hominis compositum. Verum Philocorus tradit hæc Cretensibus non probari: sed labyrinthum carcerem fuisse: qui nihil haberet incõmodi: nisi q; ex eo effugere qui asseruarentur nõ possent. Gymnica etiam certamina in honorem Androgei Minos statuit: p̃miumq; victoribus pueros tradidit tantisper in labyrinthi custodia asseruatos. Vicit autem prioribus certaminibus Taurus quidam belli dux: cuius per id temporis apud eos potentia permaxima ferebatur: homo haud miti ingenio neq; mansueto: sed qui multa in Athenienſium filios per summam iniuriam & contumeliam perpetraret. Aristoteles quoq; in Bottiæorum rep. pueros minime interimi solitos a Minoe perspicue affirmare videtur. Sed seruorum numero habitos in Creta consenescere: ac cretẽses vetusto cuidam voto obnoxios, illos hominum primitias i Delphos mittere. Cum quibus,

Ægeus Pãdioni adoptatus.

Leus. Agnusii populi. Theseus Marathonium taurũ peremit. Hecale.

Androgei interitus. Atheniẽsiũ calamitates ob Androgei interitũ

Minotaur⁹ Labyrithus

Gymnica certamina i honorẽ Androgei. Taurus belli dux.

dum mitterentur, admistos eorum filios vna emigrasse. Sed cum ibi victum sibiipsis suppedita/re non possent: in Italiam primum transuectos Iapigiam tenuisse: ac deinde profectos in Thraciam Bottiæos nuncupatos esse. Idcirco Bottiæorum virgines sacrificio quodam absoluto canere Eamus Athenas. Visum est igitur valde odiosum eam ciuitatem inimicam habere: quę eloquentia & authoritate pstaret. Etenim Minos perpetuo maleaudiuit: & in atticis theatris assiduis probris contumeliisq; vexatus est: nec illum ab infamia & ignominia Hesiodus uēdicauit: cū regno dignissimum: nec Homerus cum iouis discipulum & necessarium appellasset. Sed perutce runt Tragici: qui a Pulpito & Scena plurimam de illo sæuitiæ & crudelitatis infamiam dissipa/runt Atq; Minoem legum latorem perhibent. Rhadamanthum uero iudicem esse atq; custodē eorum: q̄ ab illo legibus definita sunt. Quum igitur tertiū tributi tēpus instaret: ac parentes qui/bus erant impuberes liberi: sortito s ad triburum dare cogerentur: rursus aduersus Ægeum ciui um calūniæ & querimoniæ renouatæ sunt qui luctu & lachrymis instarent: rem indignam esse: illum caput & causam malorum omnium extitisse: nunc supplicii solū & animaduersionis peni tus expertē esse: sed ad nothum atq; peregrinum filiū regno delato, ipsos legitimis filiis orbatos & destitutos contēnere. Hæc Theseum excruciabant uehementer: quæ minime contēnenda ra/tus, nec pcipuam sibi aliquam sortem petendam, sed in cōmunis fortunæ societatem eundū, in mediū prodiens seipsum sine sorte dedidit. Ac aliis eius animi elatio & magnitudo maximę ad miratio ni fuit: populareq; eius ingeniū summa beniuolentia & amore prosequuti sunt. At con tra Ægeus ne id ageret orare & obsecrare. Vt vero perspexit: illū nec precibus nec suasionibus cu iusq̄ de sentētia dimoueri posse: alios sortito elegit pueros. Hellanicus vero scribit: non sortito lectos ciuitatē dedere: sed pōentem Minoem ipsum deligere solitū: ac primū oīum Theseum ad fœderis pactionē delegisse. Fuisse autē huiusmodi. Athenienses nauē præbere: conscendentes au tem pueros cū eo nauigare: bellica arma secū nulla ferentes: extincto q; Minotauro pœnam fini ri. Itaq; ante id tps nulla salus sperari poterat. Quo circa & nigro velo nauē, vt ad manifestam p niciē, emittebant. Eo tpe cum attollere patris animū & spe bona confirmare vellet: efferebat se: pollicebaturq; Minotaurum se domiturum. Quare Ægeus velum aliud album gubernatori tra didit: mādauitq;, vt in reditu seruato Theseo album attolleret: interempto aūt, nigro annauiga ret: ac cladem a longe significaret. At Simonides non album ait velum fuisse ab Ægeo traditū: sed puniceū molli fraxini frondentis flore pfusum: id q; eo; salutis signum cōstitutū cē. Peræratautē gubernator naui Amarsyadas phereclus: vt Simonides tradit. Philocorus ab Scyro ex Samine dicit accepisse Theseum gubernatorē Nausitheū: qui vero protā regebat, Phæacē: quū Athenienses nondū rebus maritimis intenti forent. Etenim fuisse vnū ex pueris Menestam Scyri ex filia nepotē. Hæc Nausithei & Phæacis facella attestari videtur: q̄ a Theseo secus Scyri pha/num posita sunt: ac festum diem: quē gubernatoria vocant: addit eisdē exhiberi. Ductis igit sor/
* tibus: Theseus acceptis ex * Prytaneo iis quoq; nomina exierāt: in Delphinium pfectus, Apollinipro sua sociorūq; salute supplicationē pegit. Erat aūt ea ex sacra olea ramus alba lana coronatus. Inde nūcupatis votis, seprima iduum Ianuarii descendit ad mare, qua etiam his tpibus puellas placaturas in Delphiniū mittunt. Dicitur etiā Deū illi in Delphis pcepisse. Venerem ducem sibi assumere: & ad obeundum vna munus prouocare. Post hæc ad mare capram immolanti, in caprū sponte mutatā: ob idq; Deā Epitragiā ab hirco: qd̄ ii tragon vocāt, nuncupari. Vbi vero naue est delatus in Cretam: vt scriptū a plurimis ac decātatum est: ab Ariadna eius amore capta accepto filo edoctusq;, qua rōne labyrinthi errores posset enadere, Minotaurū oppressit: abnauigauitq;, Ariadna & pueris consequutis. Additetiā Pherecydes Cretēsiū nauiū fundū Theseū penetrasse: quo psequutionē reta daret. Damon quoq; tradit ab eo Tauro Minois ducem interemptū esse in litore: dum nauali plio Theseum a nauigatiōe phibere niteretur. Vt vero Philocorus prodidit. Minoe ludos celebrāte, Taurus cū opinione omniū cunctos deuictu/rus foret, graui inuidia flagrabat. Eius enī potentia ob mo; cōtumaciā: animos hominum vehementer offenderat. Erat etiam opinio grauior: illū cum Pasiphae concumbere. Quare petenti Theseo cū eo in certamē venire, pmittit Minos. Cūq; mos esset Cretēsibus: mulieres quoq; instā stibus ludis spectare: psens Ariadna & Thesei aspectu obstupuit: & certandi peritiā, qua oēs vicerat: admirata est. Gaudsus etiā Minos Tauro victum: ignominiaq; affectū: Theseo pueros reddi/
* dit: & ciuitatē tributo liberauit. Sed * Clidemus separatim quodā modo ac superflue de iis scribit altius repetito principio: fuisse Grecis omnibus cōmune decretū: ut remē nullam vllo ex loco nauigare maiorē: q̄ vt quinq; hominibus cōpleri posset. Duci tantū Argos Iasoni circūnauigare fas esse: ad mare latrociniis liberādum. Dædalum vero naui Athenas fugientē prēter constitutionē decret, Minos longis nauibus persequutus, in Siciliam tēpestate delatus est: ibiq; vita defunctus. Postea vero q̄ Deucalion Minois filius hostili in Athenienses animo de repetendo, Dædalo Athenas misit: ac nisi dederetur minatus est sepueros quos obsides Minos acceperat: occi/surum: clementer & humane responsum est. Theseus autē de Dędalo liberādo impetrauit: qui pa

Bottiæi.

Minos infamis.

Rhadamā/thus,

Theseus ad Minotaurū sponte accedit.

Amarsya/das phere/clus guber/nator na/uis.

Thesei: Nausithe⁹.

Delphiniū.

Oleæ ram⁹ alba lana coronatus.

Dea epitragia.

Ariadna capit amore Thesei

These⁹ minotauro op pressit.

Taurū du/cē Minois a Theseo in/teremptū.

Deucalion Minois filiꝰ

Merope Erechthi filia.

truelis sibi erat: quippe qui ex Merope Erechthei filia natus esset. Ipse ædificãdis nauibus animũ adiecit: partim ibi per se: longe ac peregrina via: partim in Arcœzene per Pittheũ: volens q̃ maxime rem latere. Cõparatis igit cõpletisq; nauibus: Dædalo & exulibus Cretẽsium ducibus, omnibusq; imprudentibus, Cretensibus quoq; amicorum naues esse opinantibus, potitus litore, ex positis suis Gnossum summa celeritate inuasit: cõfertoq; prælio in ipsis labyrinthi portis Deucalionem comitatumq; eius oppressit. Ariadna in iis turbationibus cõstituta, inito cum ea fœdere pueros recipit: & inter Athenienses & Cretenses societatem amicitiamq; cõiunxit. cum profecti esset Cretenses: se nunq̃ bellum incœpturos esse. Multęq; quoq; de his opiniones feruntur variæq; sententiæ: ac de Ariadna in primis: quarũ pro vera nulla probari videtur. Nam alii aiũt: eam a Theseo relictam suspendio vitam finisse. Alii delatam in Naxum a nautis: Onaroq; Bacchi sacerdotis in matrimonium datam. Vt autem relinqueretur a Theseo: amorem sociæ esse cisse. Hunc insanus amor domuit Panoteidos æglę. Hunc versum de Hesiodi pœsi excepisse Pisistratum Nereus Megarensis est author: quemadmodum rursus in Homeri necyam ad gratiã Athenienſium conieciſſe: Theſea Perithoumq; inſignia pignora diuum. Nec desunt qui dicãt Ariadnam ex Theseo Oenopionem & Staphylum peperisse: e quibus Ion Chius est: qui de sua patria ita loquitur. Hanc olim Oenopion thesides condidit vrbem. Quę autem fabulis maxime celebrata sunt in omnium (vt ita dixerim) ore & sermone versantur. Quædam tamẽ de iis propria a Pæone Amathusio literis prodita sunt. Ait enim Theseum cum Ariadna sponsa in Cyprum vi tempestatis esse delatum: cunq; ipsa e salo langueret: nec perferre posset: eam tantũ exposuisse: ipsum naui opitulantem a terra rursus in pælagus esse auectum. Itaq; incolas loci mulieres Ariadnam excepisse: eamq; ob solitudinem viri mœstam atq; exanimatã curasse: aduleterinas etiã adeam, vt a Theseo detulisse literas: in quibus hæc erant: illum de suo partu esse sollicitum: atq; propediem auxilio affore. Defunctam vero vita antea partu soluram, ad sepulturã dedisse. Quo postea q̃ rediit: Theseum dolo re confectum in colis reliquisse pecunias: quę in Ariadnę sacrificium erogarentur. Duo præterea exigua statuisse simulacra: alterum argenteum: aureum alterum. Sic in sacrificio quarto Kalẽ. gorpiq; ideſt Septembris mensis adolescentem in lecto iacentem vociferare: cęteraq; facere: quę a parientibus fieri solent. Vocari etiam lucũ Amathusios: inquo Ariadnæ Veneris sepulcrum ostendunt. Naxii etiam quidam scriptores, duos fuisse Minoes tradunt: totidẽq; Ariadnas: quarum alteram in Naxo Dionysio nuptam fuisse, Staphylumq; peperisse. Natu vero iuniorem a Theseo raptam ac destitutam in Naxum accessisse: nutricemq; consequutam Corynam nomine: cuius etiam extare sepulcrum: eo in loco ariadnam obiisse diem: honoresq; haud prioris similes esse assequutam. Nam illius celebritatem ludis lætitiaq; agitari. Quæ autem in huius honorem fiunt sacrificia: mœrore omnia ac luctu eẽ se referta. Ex Creta autem soluens: in Delum se contulit. Cumq; Deo immolasset: cõstituto ibi Veneris sigillo, quod ab Ariadna acceperat, vna cum pueris chorum instituit cum quem adhuc Delios obseruare ferunt, circuitus atq; exitus labyrinthi hac imitatione recensentes, q̃ numeris quibusdam alternis orbibus orbes impediat. Id autẽ chori genus Geranus a deliis nuncupatur, vt Dicæarchus scribit. Atq; hũc chorũ circa Ceratonem aram celebrauit, ex cornibus concinnis & inter se cõgruentibus siniſtris oĩbus ſtructam. Ab eodẽ ſtatutum in Delo certamẽ memorãt, victoribusq; tunc primũ palmæ ṕmium esse ṕpositum. Sed cum attico agro appropinquaret: ei simul ac gubernatori memoria prę gaudio excidisse, velum attollere: quo eorũ salutem Ægeo significari oportuit. At illũ desperato filii reditu e saxo seproiecisse atq; ita extinctũ esse. Naue eo aduectus Theseus solẽnia sacra quę in discessu vouerat, Diis immortalibus peregit. De salute etiam per pręconẽ Athenas nũciauit. Verũ is multos ex regis interitu in ſqualore & lachrymis mœstos offendit. Alios etiam (vt credibile est in cõmuni salute) lętitia exultantes: & qui illũ certatim plausu coronisq; exciperẽt. Acceptis igit coronis caduceũ coronauit. Reuersus autẽ ad mare nondũ peractis a Theseo libationibus, extra expectauit: q̃ sacrificium turbare nolet. Quo absoluto Ægei mortẽ nũciauit. Illi magno luctu: tumultu: & trepidatione in vrbẽ se receperũt. Vnde hodieq; cõsuetudo manet: vt in celebritate q̃ ὠσχοφορία aferẽdis ramis vocant: Nam ὄσχος ramus est: nõ nũcius ipse, sed caducẽ coronet: & post libationes huiusmodi q̃ interſunt: emittãt voces. ἐλελεῦ heu: quorum altero in festinatione ac bellicis pæanibus vti solẽt. Alterum consternationis ac turbationis est. Patre igitur ad sepulturam dato: Apollini votum persoluit nonis Iuliis. Eo enim die in vrbem se incolumes receperunt. Quare & legumina ob eam causam aiunt coqui: q̃ seruati allata sibi cibaria in vnũ cõfuderint: & cõmuni ad coquendũ olla adhibita congressi inuicẽ atq; epulati sint * Eresionam vero id est oleę ramum lana coronatum ἐρίου siue ἔριον enim lana est: vt tunc ad supplicationẽ efferũt. Variis autẽ pactis lustrationibus ob sublatam agrorũ in fœcũditatem cãtu prosequũtur: ficus ac panes pingues & in cadis mella portantes: oleo perfricãtur. Ad hæc Culigna vino mero coronata veluti temulenta iacet. Atqui hæc sacra Herculidis exhiberi quidã aiunt: hoc pacto ab Athenienſibus eius

Gnossus. Ariadnes varia fabulamenta.

Oenopion & Staphyl? Thesei filii ex ariadna

Gorpiæ. i. septẽbris.

Ariadnas duas fuisse.

Geranus chori gen?.

Palmæ præmiũ primũ constitutũ.

Ægeus se e saxo præcipitauit.

Oschophoria.

Oschus ramus.

Eiresione

Culigna

triti. Sed plures ſuperioribus magis aſſentiri videtur. Nauis autem qua cum pueris Theſeus na uigauit: & qua rurſus in patriã ſeruatus eſt: triginta remorum fuit: quã vſq; ad Demetrii Phale/rii tempora Athenienſes ſeruauerunt: quũ vetuſtis lignis ſubtractis, alia quottidie noua ac vali da conijcerẽt atq; coaptarent: ita vt poſterius ſermone vſurpata exemplum philoſophis ambi guitatis manſerit: aliis eandem, aliis vero minus eſſe affirmantibus. Ad hęc * oſchorum cele/britatem agitant a Theſeo conſtitutã. Nõ enim oẽs virgines ſorte lectas ipſum eduxiſſe tradũt: verum ex æqualibus eius ac familiaribus duos adoleſcẽtes aſpectu quidẽ pueriles ac muliebres, animis autem fortes & ſtrenuos quum balneis calidis a luce ſemotos, vnguentis quoq; quæ ad comã & lęuitatem corporis colorẽq; cõducunt, reliquiſq; ornamentis pro facultate immutaſ/ſet: vocem etiam & geſtum atq; incceſſum edocuiſſet: & q̃ ſimiles potuiſſet, & nulla re diſſimiles virginibus reddidiſſet: in virginum numerum celatis ea de re omnibus conieciſſe. Poſtea igitur q̃ reuerſus eſt, põpas, ac dies feſtos cum impuberibus, ita vt nunc quoq; ramos ferẽtes videmus, indutis agitaſſe. Ferunt autẽ ramos ad Dionyſii & Ariadnę gratiã: admoniti fabula: vel potius q tuni quũ redierunt, poma importabantur. Quæ vero mulieres cœnã ferunt, adhibẽtur: & ſa crorum participes fiunt: matres lectarum virginum referẽtes. Et enim ad filias accedentes illę: ci bos & opſoniũ attulerunt. Fabulæ etiã narrantur: q hę quoq; recreandi ſolandiq; gratia puę/ris fabulas enarraſſent. Hęc igitur a Damone memoriæ prodita ſunt. Locum etiam ſibi ad tem plum optauit: domos prętulerea eaſq; quę tributũ impendebant, ſtatuit ſibi pecunias in ſacrifici um pro ratione tributi cõtribuere. Idq; ſacrificium permiſſum ſibi a Theſeo Phitalidę obibãt: hoſpitii benignitatem huius beneficii memoria proſequutus. Poſt Ægei mortẽ magnũ opus atq; admiratione dignum aggreſſus eſt: omneſq; qui Atticã incolebãt in vrbem coaptauit: & in populum omnes vnius ciuitatis compulit: cum ante ſparſim varios habitarẽt locos: & difficul ter pro communi omnium vtilitate conuenire poſſent. Interdum etiam diſſidentes bello inter ſe decertarent. Igitur omnes per populos ac genera, obiens, ſuadere conabatur: priuatis atq; ino pibus celeriter eius monitis hortatiõibuſq; audientibus: potẽtibus vero & factioſis ſpe iniecta: ſine rege rempub. & popularem ſtatum: ſe tantum belli ducem ac legum cuſtodem fore. Aliis autem rebus puritatem atq; æqualitatem omnes habituros. Hæc alii ſua ſponte & voluntate fa cere adducti ſunt. Alii q eius potentiã, quę iam tum maxima erat, atq; animi magnitudinẽ for/midarent: obtemperare ſuaſionibus: q̃ui cogi maluerunt. Quum igitur ſingulorum prytanea, curias, ac magiſtratus ſuſtuliſſet: vnumq; & cõmune omnibus prytaneum & vnum ſenatum cõ ſtituiſſet: quo in loco adhuc etiam licet intueri: ciuitatem Athenas nuncupauit: & panathenea quod eſt Minerue feſtum, cõmunem celebritatem decreuit. Sacrificia de receptis in ciuitatem colonis peregit: quæ μετοικια id eſt aduentitia vocãt: decimo quinto kalẽ. Maias. quod ſacrifici um vſq; ad noſtram manauit ætatem. Atq; depoſito regno a Diis orſus vt ſuſceperat ciuibus ſe facturum: rem pu. ſtabiliuit. Nam quum de ciuitatis ſtatu conſulrum Apollinem miſiſſet: huiuſ modi ei oraculum ex Delphis allatum eſt. Ægida Theſeu pittheidos edite partu Ipſe pater mul tis fines meus vrbibus olim Conſtituit: veſtraq; dedit ditione teneri. Tuq; inuicte malis animo ne cede labori. Vter vtinſanis pelagi iactaberis vndis. Hoc etiam & poſteriori ętate Sibyllam ad vrbem Coram dixiſſe autumant: quum exclamaſſet: Ipſe madebis vter: ſed nõ fas mergier vnq̃. Magis vero amplificare vires ciuitatis quum vellet: mortales omnes ad eandem vitę æqualita/tem vocauit. Et id: Huc populi omnes accedite: Theſei edictum fuiſſe dicitur: quo ex omnibus populis vnum corpus a ſe conſtitui declarauit. Haud tamen confuſum populum & indigeſtum ob multitudinem, quę nullo delectu ac diſcrimine in vrbem confluxerat, contennendum puta uit. Verum primus nobiles quos Eupatridas, ſic ab eo dictos ſeiunxit: tum cultores & queſtuo/ſos artifices. Nobilibus quidem: tractandi rem diuinam: magiſtratus ex ſuo ordine creandi: ad miniſtrãdiq; leges, tamen pia religio ſaq; interpretandi definiendiq; poteſtatem fecit: eoſq; cum cęteris ciuibus quaſi ad æqualitatem redegit: quum honore quidem, & gloria nobilitas: vſu ve ro ac neceſſitate cultores: multitudine artificiis intenti ſuperare viderentur. Quod autem ipſe pri mus ad vulgum inclinarit: vt Ariſtoteles inquit: & dominatu ſe abdicarit: declarat Homerus in nauium catalogo. In quo Athenienſium tantummodo populum appellat. Nummum prę/terea ſtatuit: boucm q in eo incidit: vel ob Marathonium taurum: vel ob Minois ducem: vel q ad agricultionem ciues prouocare vellet. Ab eo nummo dicitur Hecatombœon, quod eſt cen tum boum, & decabœon quod decem, nomen traxiſſe. Sed cum Megarenſium agrum firmiter ad Atticam ad iunxiſſet: celebratam illam in Iſthmo columnam erexit: epigrammaq; in cripſit: quod duobus trimetris regionem diuidebat: inquiens: quę adoriẽtem ſolem ſpectat, Hæc nõ Pelopõneſus: ſed Ionia: quę vero adoccidẽtem: Peloponneſus eſt: non Ionia. Certamẽ quoq; ab eo primum Neptũno inſtitutum imitatione Herculis. Gloriari etiam quando q eſt ſolitus: ob illum Ioui olympia: ob ſe vero Neptũno iſthmia a græcis celebrari. Q d enim ibidem in Melicertę honorem conſtitutum eſt, noctu agebatur: initiandi magis q̃ ſpectaculi aut celebri/

Nauis The ſei diu ſerua ta.

Oſchopho riorum.

Theſeus po pulos Atti/cę in vnam cõgregat ci uitatem.

Prytaneũ. Athenas ci uitatẽ nun cupatam.

Panathe/nea Miner/uæ feſta.

Metœcia.

Apollinis oraculũ de Theſeo.

Eupatridę. Theſeus nũ mũ ſtatuit.

Bos quur i nũmo inci/ſus.

Hecatom/bœon. deca bœon.

Theſeus me garẽſes atti cis coniun/xit.

Colũna in iſthmo a

Theseo erecta cum epigrammate.

tatis speciem præ se ferens. Nonnulli tamen opinantur in Scyronis honorem isthmia inuenta a Theseo & instituta esse: quo se a cæde ob propinquitatem expiaret. Scyronem enim filium fuisse Caneti & Heniochæ Pitthei filiæ. Alii vero Sinim: non Scyronem: & huius gratia non illius certamen esse constitutum. Statuit igitur conuenitq; cum corinthiis: vt Athenienses ad Isthmia accedentes, tantum in spectando sedentes præferentur cæteris: quãtum nauis velum, quæ eo spectandi gratia appulsa erat, extensum loci occuparet: quẽadmodũ ab Hellanico & Androne Halicarnasseo scriptum accepimus. Inde in Euxinum pontum nauigauit: vt Philocorus & alii plerique tradunt. Cum Hercule aduersus amazones militauit: ac virtutis premium Antiopam accepit. Sed plures e quibus est Pherecides: Hellanicus: atq; Herodotus: aiũt post Herculem priuata classe Theseum nauigasse: & Amazonem captiuam cepisse. At qui hi quidem probabiliore videntur dicere. Alteri enim nemini ex comitibus memorat Amazon contigisse captiua. Bion autem Theseum ait, cum ea dolo subrepta abiisse. Natura enim Amazonas virosas esse. ita nec Theseum in agrum inuadentem fugisse: sed munera illi mississe. Illum vero cum muneribus missam mulierem adhortatum nauem conscendere: vbi conscendit deducta naui discessisse. At Menecrates quidam qui de Nicea Bithiniæ ciuitate historiã edidit: scribit Theseum cũ Antiopa in iis regionibus diuersatum esse. Affuisse etiã in eius exercitu tres ex Athenis adolescentes inter se fratres: Euneum: Thoantem: & Solœntẽ. Tunc igitur cum antiopam flagraret: celatis aliis, cum vno ex familiaribus rem communicasse. At ille cum de is cũ Antiopa in sermonem veniisset: illã hominem repudiasse. Rem vero prudenter simul humaneq; tulisse: nec Theseo vnq; detulisse. At Solœntem vbi de spe decidit: proiecisse se in fluuium: interiisse q; hunc casum tulisse grauiter Theseum quũ adolescẽtis interitũ accepisset, & causam: & quoddam Pythiæ oraculũ ad seipsum rediens in mentẽ reuocauit. Fuisse eni sibi in Delphis a Pythia imperatum: simul ac contigisset: vt in peregrina regione angeretur maxime, excruciaretur q; eo tũc in loco vrbem cõderet: & duces quosdã relinqueret ex his qui eum consequuti essent. Ex hoc conditæ a se vrbi * Pythopoli ab eo nomen esse inditum: & propinquo fluuio Solentem in hoc * norem adolescentis. Relictos quoq; esse illius fratres: vt prefectos ac legũ latores.

Pythopolis Hermus.

Cunq; his Hermũ virũ Athenienses ex nobilitate: a quo & locum Hermi id est Mercurii domum a Pythopolitanis nuncupari: non recte secundam syllabam graui accentu notantibus: & gloriam ad Deũ ab Heroe transferentibus. Itaq; hac de causa bellum ab Amazonibus ortum est. Viderur autem earũ facinus neq; humile neq; muliebre fuisse. Nam nunq; in vrbe castra mẽtatę forent: necin * Pnyce prelium conseruissent: nisi potitę agro intrepidę vrbem inuasissent. Quare, quemad/ * dum tradit Hellanicus Cymerico Bosporo frigore concreto transuectas irrupisse creditu perdifficile est. Qd autem in vrbem castra posuerint: ex nominibns locorum: & intereptarum sepulchris apparet. Diuturna vero dubitatio & cõmoratio vtriq; fuit adoriendi hostem. Ad postremum Theseus cum Phœbo immolasset: cum illis conseruit prelium. Quo quidem Iunio

Bœdromiõ mensis. Aprilis.

mense depugnatum est: in cuius memoriam * Bœdromia adhuc a mensis nomine Bœdromione dicta, Athenienses peragunt sacrificia. Tradit autem Clidemus: quum prosequi singula ex * qsitius vellet: Amazonum siniistrum cornu se ad locum, cui nunc Amazonio nomẽ est, conuertisse: dextero autẽ eas in Pnycem per Chrysam esse profectas: cum iis ibi pugnasse Athenienses:

Bœdromia sacrificia.

quum a museo in amazonas incidissent. Ad hæc & intereptarum sepulchra inlata via extare: ea quę ad portas ducit secus Chalcodontis phanum: quas nunc Biraicas vocitant. Atq; inde vsq; ad Eumenidas esse reiectos: ac mulieribus loco cessisse. Ex palladio vero & arderto ac lycio ingruentes propulisse dextrum earum cornu vsq; ad castra: multasq; illarum cecidisse. Sed quarto deinde mense ictum esse per Hippolytam fœdus. Hippolytam enim hic eam quam sibi iũxit Theseus, non Antiopam appellat. Quidam scribunt cum Theseo pugna certa tantem, Mol/

Hippolyta. Molpadia.

padia ictam concidisse: colũnamq; quę secus telluris Olympiæ phanum, est huius gratia erectã esse. Nec mirum mihi esse videtur: in rebus adeo a memoria nostra propter vetustatem remotis vagari historiã: nec certitudinis quippiam habere. Nam tradunt saucias Amazones ab Antiopa in Calcidẽ clam missas: ibiq; curatas esse, & earũ quasdam ibi esse sepultas: locoq; illi hodieq;

Amazoniũ in chalcide.

Amazoniũ nomẽ manere. Verũ hoc bellũ fœdere esse cõpositũ: & loci eius q iuxta Thesei phanũ est, cognomẽtũ: qd Orcomosion vocãt: nos iusiurãdi locũ possumus dicere: testimonio est: & quæ amazonibus ante Thesei celebritatẽ sacrificia diu exhibita sunt. Ostẽdunt quoq; & Megarẽses apud se adlocũ Rhum appellatũ amazonũ sepulchrũ ex foro abeũtibus rotundũ. Dicit & ad Cheroniã alias interisse: & iuxta fluuiũ cõditas esse: cui superioribus seculis Thermodõti:

Orcomosion. Rhum Megarensium locus.

nũc Hæmoni nomen est: de quibus in Demosthenis vita mẽtio facta est. Videntur etiã nõ sine clade amazones Thessaliã trãsisse. Sepulchra .n. etiã his tẽporibus circa Scotusea, & canis capita extãt. Hec de Amazonibus digna memoria visa sunt. Nã quę de Amazonũ motu & insultu in Theseũ facto: ob nuptã ei Phædrã cõsilio Antiopæ & aliarũ vna secũ iniurias psequentiũ: decq; clade & interitu ab Hercule illis illato: theseidos author literis pdidit: ea cõmẽtis fabularum si/

Thermodõq & hæmõ. Scotusea. Canis capita.

miliora: quã veritati videtur eſſe. Antiopa aũt vita defũcta, Phædrã in vxorẽ accepit: quũ ex Antiopa filiũ haberet Hyppolytũ: vt vero Pindarus tradit Demophontẽ. Infeliciſſimũ vero Phædræ Hyppolytiq; euentum: quoniã hiſtorici de eo a tragicis nihil diſſentiunt: nos quoq; idẽ ſentire debemus: vt ab iis oĩbus factitatum eſt. Sunt & aliæ de Theſei nuptiis opiniones a Scena ſe iunctæ: quæ neq; mitia principia: neq; felices exitus habeant. Nam Anaxonam quandam troezeniam rapuiſſe dicitur: interfecto Sine & Cercyone, ipſorum filias vi compreſſiſſe: duxiſſe aũtẽ vxorem Perhibœam Aiacis matrem: ac rurſus Pherebœam & Iopiam Iphiclis filiã: & ob Æglę amorem Panopei filiam (vt dicitur) Ariadnã turpiter ab eo repudiatã eſſe criminantur: & poſt omnia Helenæ raptum: qui atticam bello vniuerſam referſerit: eiq; exilium ad poſtremum & clades conflauerit de quibus paulo poſterius explicabitur. Sed quum a pſtantibus viris multa per id temporis confecta certamina ſint: nulli interfuiſſe Theſeum tradit Herodotus. Iapithis tantũ ſocium fuiſſe: quo tempore cum Centauris pugnatum eſt. Quidam vero affirmant in Colchos cum Iaſone pfectum: & cum Meleagro ad opprimendũ aprum: & ob hoc in cõmunibus puerbiis vſurpari ſolitum eſſe: non ſine Theſeo ipſum aũtẽ nullo ſocio multa ac pulcherrima certamina confeciſſe: eũq; de illo omnium ſermonem, alter hic Hercules, plurimum increbruiſſe. Adraſto etiam eſt opitulatus in recuperandis cadaueribus: eorum qui apud Thebas occiderant: non vt Euripides ſcribit in tragœdia: ſuperatis plio thebanis: ſed cõmuni fœdere firmatis conditiõibus. Hæc a plurimis celebrata ſunt: memoriæq; & literis prodita. Philocorus quoq; fœdera de recipiendis cadaueribus prima illa fuiſſe teſtatur. Verum ab Hercule primum reſtituta eſſe cadauera in eius vita ſcribitur. Sepulchra autem vulgi in eleutheris extant: ſed principum circa Eleuſinem: idq; a Theſeo ad gratiam Adraſti geſtum memoratur. Ab Euripidis vero ſententia plurimum diſſentit Æſchylus in elcuſiniis: in quibus Theſeus hæc dicens inducitur. Amicitiam vero inter eum ac Perithoum hoc tradunt initium habuiſſe. Quum rumor eius roboris & fortitudinis vehemens foret: cupido Perithoum inceſſit eius rei periculũ facere. Itaq; Theſei boues e Marathone expulit. Quũq; nunciaretur ſibi: illum cum armata manu eo aduentare: minime in fugam ſe dedit: ſed conuerſus obuiam iuit. Vbi vero alterum alter aſpexit: & formæ dignitatem pũtantiamq; & animi magnitudinem admiratus vterq; eſt: delectatuſque vehementer: manus cõſeruerunt. Sed Perithous prior protendens manum: iuſſit Theſeum iudicii munus ſuſcipere: & deboum expulſione cognoſcere ac indicare. Se enim haud inuitum quodcunque ſtatuerit illę, ſupplicium ſubiturum. At Theſeus ſupplicium quidem remiſit illi: vt ſecum amicitiam & ſocietatem iniret hortatus eſt. Sic iureiurando amicitiam firmarunt. Ex hoc cum Deidamiam in matrimonio accepiſſet: Theſeum orauit ſecum vna proficiſci: regionem inuiſere: & ſe in Lapitharum congreſſum & colloquium dare. Inuitarat etiam ad cœnam Centauros. Vt vero calere res cœpit: & ii laſciuientes petulantia, corruptiq; vino, mulieribus iniecerunt manus: ad reſiſtendum Lapithæ ſe conuerterunt: ac aliis quidem peremptis, alias bello ſubactos: ſocio & adiutore Theſeo: e regione poſtea exegerunt. Sed Herodotus negat hac eo pacto eſſe geſta: verum ait: exorto iam bello Theſeum Lapithis opem tuliſſe: ac tunc primum ab eo Herculem eſſe viſum: nec ſine admiratiõe in eũ ab errore ac certaminibus in trachine quieſcentem, inciſſe. Fuiſſe autem eum congreſſum honori veriq; ac voluptati. Attamen arbitror cuiuis magis probari eorum opinionem: qui dicant eos in vnum ſępius conueniſſe: & Herculem Theſei ſtudio & opera initiatum eſſe myſteriis: & ante initiationem expiatum: quod ita, quibuſdam ab eo rebus inuite geſtis, fieri oportuit. Quum vero iam eſſet ad quinquageſimum annum ætate prouectus: vt Hellanicus ſcribit: Helenam rapuit: haud ætate ſuadente. Vnde hoc quidam crimen, vt maximum ac fœdiſſimum, regere cupientes: Aiunt Helenam non ab eo raptam: * ſed ab Ida & Lynceo: atq; apud eum depoſitam & aſſeruatam eſſe: nec * Dios curis eius fratribus exigentibus reſtitutam: vel a Theſeo permittente Tyndaro, ob metum Enaſſori Hippocoontis filii adhuc pene infantem vi illata eſſe direptam: Quæ vero ad veritatem propius videtur accedere: & plurimorum teſtimonio nituntur: huiuſmodi ſunt. Quum Spartam ambo veniſſent: puellam in Dianæ templo chorum quem Orthiam vocant: exercentem, diripuerunt: effugerunt q. Miſſis autem ad perſequendum militibus: nondum longe a Tegea digreſſis: in tuto conſtituti, peloponneſum tranſuecti, in has leges & conditiones venerunt: vt cui Helena ſorte eueniret: is vxorem haberet: atq; alteri ad aliam comparandam vxorem operam ſuam præſtaret. In hanc pactionem ductis ſortibus Theſeo obtigit. Itaq; accepta virgine, quæ nondum nubilis idonea erat, in Aphidnas detulit: ibiq; cum matre relinquens Aphidno homini ſibi amicitia coniuncto commendauit: eamq; clam omnibus aſſeruari iuſſit. Ipſe Perithoo beneficii gratiã referẽs: in Epiro ſimulata peregrinatione: cũ eo vna pfectus eſt: vt Aidonei Moloſſorũ regis filiam raperent: qui cõiugi Cereri nomẽ indiderat: filiæ vero Proſerpinę: at cani Cerbero. Edixerat igit: vt cũ hoc certamẽ inirẽt: ii qui filiã perebant: & q victor euaſiſſet, acciperet. Sed vbi cognouit Perithoum cum ſociis, nõ vt pcos, ſed raptores accedere: eos cõprehẽdit, ac Perithoũ ſtatim

Hippolyt⁹ ex antiopa

Theſei nuptiaꝝ varię opiniones.

Anaxona troezenia

Theſeus in Colchos cũ Iaſone pfectus & cũ Meleagro cõtra aprũ.

Prouerbiũ non ſine Theſeo

Theſei & perithoi amicitię initiũ.

Cẽtaurorũ & Lapitharũ pugna.

Theſeꝰ quaquenari⁹ helenam raptuit.

Aphidnæ. Proſerpina Moloſſoꝝ regis filia. Perithoi mors.

per eandem tollendum interficiendũq; curauit. Theseũ in carcerẽ cõiectũ custodtis asseruari iussit.

Mnestheus ex Petea tribu.

Per id tẽporis Mnestheus Petẽsis Ornei Erechthei filiũ filius primus vt fertur mortaliũ ifensus populariibus & vulgo gratiosis hoibus: eosq; delere gestiens: nobilitatẽ iam antea Theſei opes ídigne ferentẽ magis concitauit atq; incendit. Indignabanť enĩ se: singulis erepto principatu ac regno, in vno oppido occlusos ab eo veluti in custodia detineri asseruariq; : & oẽs seruoq; loco & numero haberi. Nec vero mediocrẽ Theseo apud multitudinẽ cõflauit inuidiam: cũ diceret eos vmbrã libertatis adeptos: re vero & opera orbatos patria, sacris, Diisq; penatibus : vt p multis ac iustis regibus vnius peregrini & aduenæ dominatũ pferrẽt. His ab eo concitatis motibus per magnũ momentũ ingruens a Tyndaridis bellũ adiecit: qđ plriq; opinantur, eius quoq; opera & impulsu eẽ cõflatũ. Ab initio igiť iniuria abstinuere: fororẽ tãtũ reddi sibi efflagitarũt. Rñdentibus vero ciuibus, eã nec apud se esse: nec vbinã terraq; relicta sit exploratũ habere: ad bellũ incubuerunt. Sed Academus q̃ cã Aphidnis occultari senserat, rem indicat. Vñ & viuo illi a Tyndaridis honores sunt habiti: & posteri oribus tpibus inuadẽtibus sæpius in Atticã Lacedæmoniis agrũq; deuastantibus, ab academia ob Academũ tẽperatũ est. At Diccarchus tradit ab Ecedemo & Marathone: qui sub Tyndaridis ex Arcadia meruerãt: ab altero Ecedemiã, quæ nunc academia est, nomẽ accepisse. Ab altero Marathonẽ populũ nuncupatũ esse: quũ is se sponte ex quodã oraculo p exercitu immolandũ dedisset. Profecti igiť Aphidnas ac prælio potiti, locũ euerterũt. Hic dẽ Alycus Scyronis filius concedisse: qui Dios curos in militiam consequutus erat: a quo locũ Megarensis agri ibi condito eius corpore Alycum nũcupari. Hereas autẽ scripsit Alycũ ab ipso Theseo circa Aphidnas eẽ interẽptũ: fidẽq; sibi aucupatur ex his versibus: q̃ de ipso Alyco editi sunt. Hũc in Aphidnæa tractantẽ prælia terra Auricomæ Theseus Helenæ succẽsus amore Strauit atrox: miserũq; indigna morte peremit. Haud tamen verisimile est: matrẽ & Aphidnas pserte Theseo in potestatẽ hostiũ venisse. Captis igiť Aphidnis. Atheniẽsibus q; in magno metu ac formidine cõstitutis: Mnestheus spsuasit populo: Tyndaridas in vrbe accipiẽdos esse. quippe qui cũ Theseo tantũ vt cũ, prædone nefario bellũ gererent: cæterorq; vero hominũ cõmodis & incolumitati cõsulerẽt. idq; ipsi statim re & opera pbarũt. Nam potiti rerum oĩum remissis cæteris iniziari tãtum mysteriis orarũt: cũ nihilominus q̃ hercules propinqui ciuitati forent. Atq; hoc illis suppetebat ab Aphidno in filios adoptatis veluti a filio Hercules. Honores quoq; pares deorũ immortaliũ assequuti sunt: & * Anaches cognominati: vel ob cessationẽ vacationemq; belli fa * ctas: quã Græci ἀνοχὰς vocant: vel ob curam & diligentiã, quã nequis detrimenti aliquid caperet, susceperunt: cum tantus præsertim intra vrbem exercitus versaretur. Quiete enim se habent qui curant aliquid atque cultodiunt. Acreges ob hoc ipsum anactas vocitant. Sunt etiã quídam qui eos ob astrorum ascensum anactas nuncupatos putẽt. Nã ἄνω qđ est supra, ἀνέκασε attici dicũt: & ἀνεκάθεν ἀνωθεν: qđ significat desuper. Æthrã igitur Theſei matrẽ captiuã in Lacedæmonẽ ab actam memorãt: inde in Troiã cum Helena esse delatam. idq; Homeri testimonio cõprobari qui eã Helenã cõsequutã dicit Æthrã: quã Pittheus genuit: Clymenẽq; Boopim. Quidã vero neq; versum hunc probant: neq; ea quę de Munichio fabulantur: quę ferunt ex Demophoẽ te ac Laodice clam editum, illiab Æthra esse educatum. Præcipua vero quædam de Æthra & ab iis lõge aliena Istrus in tertiodecimo Atticarũ rerũ libro, vt a quibusdã authoribus accepta: pdidit: Alexãdrum Parim in Thessalia ad Sparchium ab Achille & Patroclo pugna eẽ superatum: & Hectorem Trœzenio rum vrbem captã diripuisse: Æthrãq; ibi relictam abduxisse. Verum hoc a ratione plurimũ abesse videtur. At Aidoneus cũ Herculem hospitio excepisset: & casu in Theſei & Perithoi mentionem incidisset: & cuius gratia eo accesserant: & quas deprehensi pœnas derant: vehementer indoluit Hercules: alterum ignominiose interemptum esse: alterum in eam fortunam calamitosam venisse. Ac de Perithoo quidem questus grauiter est: aliud præterea sibi nihil faciendum putauit. De Theſei vero salute cum eo verba fecit: & vt hãc a se iniret gratiam: ab eo pluribus contendit. Concedente Aidonio e vinculis emissus Theseus Athenas reuersus nondum eius amicis penitus superatis: sic quotcunq; sibi antea ciuitas delegerat templa, omnia Herculi dedicauit: & pro Theſeis herculea nuncupauit: quatuor sibi tantũmodo reseruatis: vt Philocorus scribit. Verum statim cum priorem statum recipere vellet: & princeps rempu. gerere: in grauissimas seditiones ac turbationes incidit. Quos enim sibi minus offensos reliquerat, inuenit solutos metu ex ipsa licentia odium concepisse. Ad hæc magnã populi partem corruptam: & iussa quæ silentio obire solebat, nisi delenitam blanditiis recusare. Quare cũ coge re esset aggressus, aduersariorum factionibus victus, ad postremum liberos in Eubœam clã emisit ad Elpenorem Chalcodontis filiũ. Ipse vero Gargettiũ: ubi nunc est arateriũ, quod vocant ab ara: quod est imprecatio: factis in Atheniensis imprecatiõibus, in Scyrũ nauigauit: q; sibi cũ illis hominibus amicitiæ, vt putabat, & paternæ ibi possessiones forent. Erat vero per id tempo ris rex Scyriorum Lycomedes. Quidam ferunt Theseum ab eo contra Atheniẽses auxiliũ implorasse. Sed Lycomedes siue viri gloriam reformidans: siue Mnesthei sibi gratam conciliare volens:

Academus

Ecedemus. Marathus.

Aphidnæ euersæ. Alycus.

Anaches

Anactes reges.

Æthra thesei mater capta. Munichius

Theseus e vinculis ab herculelibera tus

Gargettii.

ipsum cũ ad regionis fines perduxisset, quasi inde sibi agros ostensurus: ex saxis deturbauit atq; ĩteremit: q̃q̃ aliq affirmẽt ꝑ se nullo cogente, sed errore loci post cœnam, vt consueuerat, deambulantẽ concidisse. Atqui in ꝑsentia eius mors nemini curæ ac solicitudini fuit. Sed Atheniensium rex Mnestheus creatus est. Eius filii priuati regno sub Elpenore Ilium in expeditionem ꝓfecti sunt. Ibi Mnestheo mortuo ipsi reuersi Athenas, regnum receperunt. Posterioribus sæculis Athenienses eum aliis de causis adducti, vt Heroem prosequuti sunt: ac in primis ꝙ quũ in Marathone aduersus Medos pugnatum est, cõplurimis Thesei simulacrũ apparuisse visum: & ante omnes inuasisse in barbaros. Post Medicum vero bellum Phedonis principatus tpe: consulentibus Phœbum Atheniensibus: respondit Pythia. Thesei ossa Athenas reportanda esse: eaq; honorifice condita apud se asseruanda. Erat autem per difficile recipere ac sepulcrum agnoscere: barbarorum, qui locum incolebant, asperitate & immanitate cõmercia prohibente. Attamen Cimonem, redacta in ditionẽ insula, inueniendi cupido incessit. Visa igitur aquila quadam tumulum rostro fodiente: atq; terram vnguibus spargente: diuino quodam instinctu ac animi diuinatione permotus, locum effodit: quo facto apparuit magni corporis sepulcrum: & iuxta, pilum atq; ensis: quibus triremi Athenas delatis a Cimone, exultantes gaudio athenienses splendido apparatu & sacrificiis acceperunt: veluti Theseum ipsum in vrbem redeuntem. Sunt autẽ in media vrbe iuxta nostrum gymnasium sita: Asylũq; ibi seruis atq; humilioribus fortuna hominibus & potentiorum opes formidantibus constitutũ: ꝙ Theseus patronus quidam & ꝓpugnator fuisset: & humane benigneq; preces humilium exaudisset. Sacrificium ei ꝑterea maximũ tribuunt ad octauam iduum iulii mensis: quo die cum impuberibus ex Creta reuersus est: & aliis ꝑterea mensibus octauo quoq; die honores illi & cultus exhibent: Vel ꝙ octauo aprilis mẽsis die ex Trœzene primum se Athenas contulisset: vt Diodorus Peregetas affirmare videtur. Vel rati hunc ei numerum magis q̃ alium conuenire, quippe qui Neptuni filius esset habitus. Etenĩ Neptuni celebritatem octauo quoq; die mensis agitant. Octonarius enim numerus, quũ sit primus talus ex paritate confectus, & geminum quadratum numeꝝ in se contineat: stabilitatẽ & ĩmobilitatem Dei potẽtiæ significare videtur: quem nos asphalum & Γαιήοχον id est firmum & minus errantem ac terram continentem appellare solemus.

Gargetti Araterium Thesei mors.

Mnestheus rex atheniẽsiũ creatus.

Asylũ athenis.

Theseo quur octauo quoq; mensis die honores exhibeantur.

Theseus neptũni filius habitus.

Gęeo chũ i. firmum.

¶ ROMVLI Vita per lapum Florentinum ex Plutarcho Græco in latinum Versa.



Rbis Romę nomen magnũ maximeq; gloria apud omnes gẽtes peruagatum, a quo & quã ob cãm inditũ sit, permagna inter scriptores dissensio est. Nam alii tradunt Pelasgos terrarũ orbẽ lõgo errore peruagatos, plurimisq; bello domitis nationibus, eã partẽ Italiæ tenuisse: & ob pugnandi robur, qđ ῥώμην Rhomam Græci vocant, sic vrbem appellasse. Alii vero Troia capta a græcis, quosdã profugos nactos classem in Hetruriã vento delatos: Tyberis faucibus appulsos esse: eorũq; mulieribus iã nauigatione fatigatis, & a mari abhorrentibus, vnam eaꝝ Romã noĩe quæ nobilitate & prudẽtia & vsu reꝝ anteire videbatur, suasisse classem incẽdẽdã eẽ: qđ factũ viris mœstitiã attulisse ab initio: deinde necessitate coactos circa palatiũ positis sedibus, vbi breui res supra spẽ ex snĩa cecidit exptos loci fertilitatẽ: suscipiẽtibusq; vicinis & finitimis, & aliis honoribus affecerũt Romã: & vrbẽ ex eius noĩe: vt q̃ eius rei author fuisset, nũcuparũt. Ex eo hodieq; manere: vt cõiũcti mulieres & necessarios hoĩes amplexi frõtẽ osculenť. Nã & illas cũ naues ĩcẽdissẽt, his blãditiis viros delinisse: quũ veniã orarẽt: & eoꝝ irã placare niterẽť. Alii romã Itali filiã & Leucarię: alii Telephi Herc. filii Æneę nuptã fuisse. Quidã Ascanii Æneę filii: q̃ vrbi nomẽ ĩposuit. Nec desũt alii: q affirmẽt a Ro. Vlyssis & Circes filio vrbẽ primũ habitari cœ

Romæ vrbis nomen vnde tractum sit.

Rhomã a græcis a nostris robur dictum.

pram: Alii a Remo Emationis filio a Diomede ex Troia missō. Quorūdam etiā sententia est: Romum Latinorum tyrannum: cū qui tyrrenos ejecerat: qui ex Lydia in Thessaliā, ex Thessalia: in Italiam venerant: huius rei authorem fuisse. Nec vero hi ipsi qui in Romulū, id quod æquissimum est, & multorum testimonio cōprobatum, huius noīs originem referunt, deillius genere satis conueniunt. Nam quidam aiunt: illum Æneæ filium ex Dexithea Phorbantis filia genitum: infantemq; in Italiam asportatum vna cum eius frater Remo: atq; in fluuio exundanti summersis aliis scaphis, in qua autē erant pueri ad fluminis ripam depulsa, ex insperato incolumes seruatos, Rhomam quod robur significat nuncupatos esse. Sunt qui hanc sententiam non probent: sed ipsi aliam in medium afferant: Romā Troianæ illius filiam cum Latino Telemachi filio nuptā: Romulum partu edidisse. Quin etiam affirmant alii ex Æmylia Æneæ & Lauinię filia a Marte cōpressa Romulum esse genitum. Quidam etiam sunt qui de Romuli ortu fabulosa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanoq; regi scelestissimo & crudelissimo homini diuinitus monstrum domi visum pene ex sacrario se attollens ad multos dies mansisse. Fuisse etiam Tethyos in Hetruria fatidicum templum: a quo allatum Tarchetio responsum: vtei admisceretur virgo. Nam genitum iri ex ea filium virtute: fortuna: ac viribus nomen permaximum & gloriā habiturum. Qd cum Tarchetius vni ex filiabus exposuisset: imperasse vt cum monstro illo coiret. Illam contempto patris imperio, ancillam in sui locum suppositisse. Tarchetium recognita: egre ferentem, vtrāq; in carcerem vt morte multaret coniecisse: sed visum est illi per quietem se Vestam videre necari puellam prohibentem: telam vero puellis iubentem, vt erant in vinculis, texendam tradere ea conditione: vt non ante nuberent: q̄ ea absoluissent. Ita quod illæ per diē texuissent alias noctu Tarchetii iussu texere solitas. Ex monstro vero ancillā geminos peperisse: quos Teratio cuidā Tarchetium statim exponendos dedisse. At illum secus fluuiū infantes deposuisse: sic lupam quum eo venisset, admotis vberibus lac prebuisse: Auibus quoq; variis cibum pueris cōportantibus: quoad bubulcus aspiciens: admiratusq; ausus accedere infantes sustulit. Hac illos ratione seruatos, quum primum per ætatem licuit, Tarchetio retendisse insidias: ac tandē oppressisse. Hæc a Promathione quodā, q̄ italicā scripsit historiā, memorię prodita accepimus. Sed ex his quæ probabiliora sunt: & plurimis testibus nituntē: certissima Diocles Peparethius primus græcis literis illustrauit: quē Fabius Pictor plurimis in locis sequutus est. Fuerunt etiā de his contrariæ aliorq; sententiæ. sed vt q̄pauciissimis expediamus, resita se habet. Ex regibus ab Ænea ortis in duos fratres Numitorem & Amulinm successione regnum peruenit: e quibus Amulius cum in duas portiones omnia partitus esset: ac pecunias autū q; ex Troia aduectū regno adæquasset: regnū Numitor sortitus est. His igitur frętus opibus Amulius, & fratre viribus longe superior, regnū illi facile abstulit: ac veritus ne ex eius filia liberi nascerentur: vt perpetua virginitate spem omnem suscipiendę prolis adimeret, Vestæ illā sacerdotē legit. Hanc alii Iliam: alii Rheā: Syluiā alii appellant. Quę multo post tempore grauida preter legem vestalium virginum deprehensa est. Verum ne crudelissimum subiret supplicium: regis filia a patre precibus impetrauit: sed cōiecta in carcerē a cōmercio omnium seiuncta diu fuit: ne de partu Amuliū celare posset. Edidit igitur geminos magnitudine & forma quę prestantia insignes: ex quo Amulium acrior metus inuasit: quare seruo negotium dedit: pueros in profluentē mittat. Seruo Faustulo nomē fuisse tradunt: alii nō hunc sed eū qui educauit ita fuisse nuncupatnm. Descēdit igitur ad fluuium: atq; vbi aspexit illum multo fluctu & impetu decurrentē: metuēs adire vsq; ad iustum cursum, in proxima alluuie pueros exponit: ita eo abeunte tenuis decrescentis fluminis aqua leniter in sicco destituit: quē nūc locū Cermonum vocant: sed pridem germano nomen fuerat: q̄ germanos fratres vocemus. Nec porro longius ficus ruminalis erat: vel ob Romulum, vt plurimi sentiunt, ita nuncupata: vel ob rumi nationes armentorum, quæ ibi ob frigora captāda in vmbram coguntur. Est alia quoq; causa: quæ videtur potissima fuisse: q̄ māma ruma a veteribus appellata est: ac Deam aliquā quę educationi infantiū preesse putabatur: Rumiliā vocitant: & eius festū nephalia celebrant: lac quoq; in eius sacris infundunt. Hic infantibus iacentibus lupam ferunt prebuisse vbera. Ad hęc pieū accessisse: qui simul pueros nutriret custoditetq;. Putantur vero ea animalia Marti sacra esse. Picus vero semper a Latinis summo cultu & honore est habitus. Vnde non mediocris fides pariēti addita est: quū Martē incertę stirpis patrē nūcuparet. Atqui ferunt eā dolo id esse perpessam: deceptā ab Amulio: qui armatus atq; adortus diripuit. Sunt qui dicant nutricis nomen ambiguitate fabulæ locum dedisse: nā & feras & meretrices communi vocabulo lupas vocamus: ita Fauistuli vxori, prostrato pastoribus corpore, lupæ cognomē eē additū: cū Laurētia antea nūcupata esset. Huic sacrificabāt Romani: & libabat mēse aprili Martis sacerdos: & Laurētiā eā celebritatē vocitabāt. Aliā preterea Laurētiā ex huiusmodi causa colūt. Dum sacerdos Herculis phani forte (vt fit) operaliber, curaq; solutus p tēplū incederet: cōpellasse deū dicit: vt vna secū aleis luderet: atq; ipse si eius rei victor existeret, spem daret futuri sibi cuiuspiam ab eo spectatissimi muneris:

Ilia: vl' rhea aut Syluia mater Romuli & Remi.
Faustulus.
Cermonus locus olim germanus.
Ruminalis ficus.
Ruma māma a veteribus dicta.
Rumilia dea q̄ infantibus pest.
Picus auis Marti sacer.
Lupas feras & meretrices dictas.
Laurentia.

quod herculea dignitate dignũ videret. Sin secus: se Deo mẽsam ample magnifice ornatuq; : mulierẽq; eximia pulchritudine vna accubãtem daturum. Hanc cõditionem depactus, alias pro se alios pro Deo tesseras statuit. Vbi perspicue se victum agnouit: volens pacta seruare: & imposiris sibi ipsi conditionibus cõsistere: Deo cœnã parauit: Laurentiamq; mulierẽ sane formosam non omnino famosam, sed celatam & occultam, mercede cõductam adhibuit illi in conuiuiũ: stratoq; in tẽplo lecto cœnam clausam intus reliquit: tanq; ad illam Deus accessurus esset. Atq; dicitur eam adiisse: iussisseq; in aurora se ad forum conferret: & qui primum sibi obuiam esset factus, eum sibi amicum adiungeret. Prodiit igitur illi obuiam ex ciuibus quidã: ętate longe proiectus, & satis locuples ac ꝑspicuus: sed filiis inopus: & qui vxorem nunq; duxisset. huic Tarrutio nomen erat: qui Laurentiã agnouit: amauitq; : & ad postremum sibi amplissimarum fortunarum hæredem instituit: quarum maximam partẽ illa plebi Ro. ex testamento reliquit. Dicitur autem quum iam eius gloria illustris esset: & sancta religiosaq; haberetur: eo in loco, in quo prior Laurentia condita erat, euanuisse. Ei loco nunc Velabro nomen est: q; incremento super fusso flumine: nauiculis per eam partem in forum traiiciunt. Quidam tamen affirmant viam, quæ ad Hippodromum ex foro tendit, hinc incipientes velis operire solitos esse eos qui ludos exhiberent. His igitur de causis secunda Laurentia a Romanis colitur. At infantes Faustulus magister regii pecoris clam omnibus ex eo loco asportauit. Vt vero alii & quidem probabilius dicunt: haud imprudente Numitore: sed impensam ad victum etiam nutritoribus suppetente. At etiam Gabios delati pueri: literas aliaq; didicisse dicũtur: vt ingenuos decebat pueros. Appellati etiã a māma Romulus & Remus: q; a fera lactari inuẽti sunt. Igitur in ipsis corporibus ꝑspecie & magnitudine, ab infantia statim: vim suam natura ostẽdit: & quum primũ adoleuit ætas, in viros fortes atq; strenuos euasserũt: in adeundis periculis elato omnino animo atq; interrito. Sed Romulus superior consilio fuit: & ciuilem magis prudentiam habere visus est: ita in cõmerciis quæ pro pabulis ac venationibus cũ vicinis incidebant: permulta ingenii sui documenta ꝑbuit: naturaq; ad imperandũ aliis magis, q; ad parendum, ferri visus est. Proinde se in sui aut etiam inferioris ordinis homines leniter clementerq; habebat. Præfectos autem & legatos a regii pecoris magistros, vt qui sibi nihilo virtute ꝑstarent: despiciebat vehementer: neq; ira eorũ neq; nimis quicq; moueri. Studiis liberalibus intenti ocium terere: nec inertia ac desidia corrũpi pulchrum ducere: sed in negociis & i labore tolerãdo se exercere: subsistere feras: cursare: i latrones ꝑda honustos impetum facere: fures capere: ab inique oppressis iniurias pro pulsare. His rebus magnũ iam eos q; nomen inter pastores ferebatur. Exorta vero inter Numitoris Amuliiq; pastores ob pulsa iumenta seditione, eãq; rem illi indigne ferentes, aduersos cędũt: & in fugam vertunt: ingentẽ prædã eripiunt. Quũq; quereretur Numitor rem se indignã pati: contempserunt. Collectiq; & in vnum coactis permultis pauperibus ac seruis audaciæ ac contumaciæ initia sumpserunt. Quũ vero solẽni sacrificio Romulus intentus esset (Diuini enim cultus: cerimoniarũ ac varicinii obseruantissimus erat) Numitoris pastores ira amissæ prædæ insidiati: in Romulũ cum paucis abeuntem impetum faciunt. Sic commisso prœlio, illa iisq; vtrinq; vulneribus, illi victores Remum comprehendunt: quem quum ad Numitorem captum perduxissent: nihil in eũ animaduertit: acerbitatẽ fratris reformidans: sed illum supplex adit orans atq; obsecrans: vt de eo supplicium sibi sumere liceret: vt qui frater esset: & ab eius seruis iniuria contumeliosq; affectus. Accedebant Albanorum querimoniæ ex eius viri iniuria excitatæ: q; sibi misera atq; indigna pati videbantur. Quibus permotus Amulius est: Remusq; ab eo Numitori ad supplicium deditur. quo acceptor Numitor domum reuersus: adolescentem mira in modũ admiratus est: qui magnitudine corporis & viribus exuperaret cũctos. Quũq; ex eo ore atq; vultu, quem in perditis rebus seruabat, ꝑspiceret eius animi magnitudinem cõstantiamq; in statibus malis inuictã & intactã: tum eius opera ac res gestas acciperet, figuræ eius & lineamentis respõdẽtes: & q̃d maximũ est diuino quodã instinctu & numine percitus: rex magnæ initia nactus: animi iudicio & fortuna quadã veritatis: quæ diutius latere non poterat, gs esset, & quo pacto genitus foret, rogauit: benigno aspectu mitiq; voce ꝑ salutis iniiciens. Ille parũper lenitate orationis cõfirmatus: Nihil te inquit celabo. Etenĩ mihi regio noĩe dignior q̃ Amulius videris esse. Nam & audis & interrogas priusq; ad puniendũ accedas. Illeincognita causa me ad suppliciũ dedit. Primum oĩum Faustulo magistro regii pecoris, & Laurẽtia genitos iam inde ab initio esse nos credidim⁹: gemini aũt fratres sumus eodẽ editi partu: & apud te in crimen & calumniã & iudicium capitis adducti de nobisipsis magna audimus. Q̃d si periculo fides habẽda videt: dubia nostra ꝑcreatio fertur esse: nutritio vero atq; educatio absurdior q̃ pullorum: & quibus expositi eramus esculentis & auibus, ab iisdẽ enutriti sumus: summissis a lupa mãmis & a pico cõportatis cibis quum in tyberi in scapha iacerem⁹. Extat adhuc scapha: seruaturq; ęreis cingulis cõmunita: si qua cadu cæ inciſæ sunt literæ: quibus in posterũ fortasse extincti, & cũ nulli iam vsui esse poterim⁹, a patentibus nostris cognoscereмur. Numitor igit quum & verba adolescentis & ætatẽ, & minime

Tarrutius.

Velabrum

Faustul⁹ pecoris regii magister.

Romul⁹ & Remus a ruma. i. mãma appellati.

Romulina tura consilio: & virtute superior.

Romulus obseruãtissimus erat diuini cult⁹

Romul⁹ & Rem⁹ quo in cognitionem numitoris uenerint.

seruilē indolem cōferret: haud eā ſpem ſibi blādiētem reiecit: ſed dedit operā vt de his clam cum filia loqueret. Nam cuſtodiis adhuc aſſeruabatur vehementer. Sed Fauſtulus ut primū Remum captum & Numitori in cuſtodiā deditū accepit: Romulo rē aperit: ut geniti utq; educati forēt: & ad ferendā Remo opē hortat. Nam antea pænigma cōfeſſus erat: tantūq; illis indicarat: quātum ſi attendiſſe, putabat eos animos non mediocriter attolli poſſe. Ipſe cum ſcapha ad Numitorē ex illa occaſione cū magno metu & trepidatione ſe cōtulit. Sed quū cuſtodibus q ad regis portas erāt, in ſuſpitionē veniſſet: deprehenſuſq; ab illis eſſet: & turbato ad reſpondendū mēs ſimul atq; oratio excidiſſet: detecta ē ſcapha: quā veſte inuolutā ferebat. Forte affuit quidā ex his qui pueros iperio regis exponēdos acceperat. Hic cū ſcapham tum eēt intuitus: agnouiſſetq; ex ipſa forma atq; ex literis: opinatus id qđ erat, haud rem neglexit: ſed ad regē cōtinuo re delata: de Fauſtulo tormētis quæſitum eſt: q in multis ac magnis cruciatibus habitus, neq; inuictus perſtitit: neq; coactus oīno cōfeſſus eſt pueros apud ſe ſeruari: & ab Alba lōgeiter paſtores eē: ſe quoq; idipm Iliæ nūciatū ire: ſe ſæpe vidiſſe ac tetigiſſe: vt eā natoq; deſiderio affectam magis inſpe bona confirmarer. Q đ igit turbato aīo hoībus & pmetū aut irā quippiam faciētibus euenire ſolet: id tū Amulio cōtigit. Virū enī alias qdem probū, ſed Numitoris amicū in ea trepidatione ad eum rogatū miſit: nunq; rumor aut ſermo hoium ad eū de pueris platus foret: vt viuerent. Qui vbi eo puenit: quū vidiſſet iā fere Remū amplexu & gratulatione a Numitore exceptū: ipſe eam ſpem ſuo teſtimonio firmiorē efficit: hortatuſq; eſt vt propere ad res capeſcendas incūberet: & ſe quoq; ſociū rei gerendæ & adiutorem pbuit. occaſio etiā ipſa nec tardādi nec differendi facultatem dabat. Nā Romulus iam ppe aderat: & eo ad eū haud pauci exciuibus odio ac metu regis cōfluxerāt. Ipſe etiā ſecum agebat magnā armatoq; manū in centurias inſtructā: quarū ſingulas ducebat virqdam herbaq; faſciculū haſta alligatū pferens: qui poſtea manipuli nūcupati ſunt. Ex hoc q lapſa cōſuetudine vſq; ad noſtram ætatē manipulariis in caſtris id nomē māſit. Quū igit Remus intra vrbē ciues ad defectiones ipulliſſet: & Romulus cū externis copiis ad eū ſe adiūxiſſet: tyrānus maximo terrore difficultatibuſq; ſuſpēſus ac ſollicitus: priuſq; aut molitus eēt qpiā: aut ſalutare aliqd cōſiliū caperet: deprehēſus circūuentuſq; ab illis obtrūcatur. In iis igit, quorum plurima monumētis ſuis cōmendarunt Fabius ac Peparethius Diocles, qui primus oium videt ab urbe cōdita hiſtoriam edidiſſe, ſuſpitio quædā fabulæ ac cōmenti ineſt. Verūtamē a ueritate nobis reiiciēda non ſunt intuentibus: quoq; opum artifex ſit atq; architecta fortuna: Ad hæc rem romanā nobiſcū ipſis aīo reputātibus: quæ nunq; eo magnitudinis & potentiæ proceſſiſſet: niſi ex diuina origine primordiū accepiſſet. Interempto aūt Amulio, rebuſq; regni cōſtitutis, neq; Albā incolere iduxerunt in aium: nō potiti ante regno: nec ſupſtite auo regnare. Ita Numitori albana re pmiſſa, debitiſq; matri reſtituti honoribus: decreuerūt in his locis, ubi expoſiti, ubiq; educati fuerāt, nouā urbem cōdere. Hæc pbabiliſſima cauſa fuiſſe uideť. Coegit etiā ita fortaſſe neceſſitas ob multitudinem ſeruoq; ac fugitiuoq; qui ad illos cōfluxerāt: q aut his diſſipatis: pereūdū oīno: aut ſeparatim cū illis habitandū eēt: q rem indigną Albani ducerent fugitiuos ſecū cōmiſceri: & in urbem ciues aſcribi. qd in poſteq; ex eo qđ de uxoribus eſt actum, magis apparuit: qđ eſt nō ab iniuria & contumelia, ſed ex neceſſitate & inopia fœminaq; profectum. Nam raptas in ſummo honore habuerūt. Primis deinde urbi fundamentis iactis, ſacrum quendam locum eo cōfugientibus pfugium ſtatuentes Aſylum uocant: eoq; oēs ſine ullo diſcrimine excipiunt: nec domino ſeruus, nec debitor creditoribus, nec homicida magiſtratibus deditur: quū dicerent firmum ac ratum id omnibus pythico oraculo eē oportere: ut q̄celeriter urbs, cōpleretur. Ab initio tradūt haud plures mille domos fuiſſe. ſed hæc poſterius. Aggredientibus ſtatim de loco diſſenſio fuit. Romulus enī locū quē quadratā Romā uocant, cōdendæ urbi deligi uolebat: At remus partē Auētini locū natura munitū cōmodiorem ducebat: eiq; poſtea ab eo Remonio cognomen fuit: ſed nūc * Rignariū appellāt. Cōuenientibus autem iter ſe ſecundis * auibus diiudicare litē, diuerſa loca ad in augurādum capiunt. Priori Remo augurio ueniſſe ferunt ſex uultures: cum duplex numerus Romulo ſe oſtēdiſſet. Sed dicit a quibuſdam uere Remū uidiſſe: Romulū uero eē mentitum. Sed quū acceſſiſſet Remus: tunc Romulo duodecim apparuiſſe: inde māſiſſe morem Romanis ex uulture ſeruādi. Herodotus aūt ponticus tradit & Herculem lætari ſolitum uulture in re gerenda ſe oſtendente. Eſt enim animantiū innocentiſſimus oium: cum nihil ueſcatur ex his quæ ſerunt homines aut plātant aut alunt: ſed ex cadaueribus ſibi eſcam quærat. interficit aūt nihil, nec deſtruit, animātium: uolucribus aūt ob affinitatē etiam mortuis abſtinet. Aſt aquilæ: noctuæ: & accipitres uiuas uolucres etiā eiuſdem generis in uadunt atq; interimunt. Nam ut Æſchylus inqt: Aue aūt ueſcenda quę abſtineat auis. Ad hęc aliæ in oculis (ut ita dicam) uerſantur: atq; ubiq; inſpiciendas & ſentiendas ſe offerunt: at uultorem raro eſt intueri: nec eius pulli facile inueniri poſſunt: ut nonnullos in opinionem uanā & ſtultam coniecerit: ab extra ex alio quodam orbe huc ſe appellere: q ratum ſit: nec perpetuo quē admodū putant eſſe, quod ſecundū naturā eſt: nec ſua ſponte: ſed diuino aliquo impulſu ap

Manipuli unde appellati.

Manipulārii milites.

Amuli⁹ obtruncatur.

Aſylum.

Romuli & remi diſſenſio de loco urbis.

Remonius locus.

Rignarius.

Vultures augurio viſi.

Vultur animātiū innocentiſſimus.

pareat. Postea igitur q̃ Remus resciuit fraudẽ: grauiter cõmotus Romulo fodiente qua vrbis mœnia circunducturus erat, ludibrio fratris fossam transiluit: atq; opus impedire conatus est. Sic tandem aiũt quidã illũ ab irato Romulo, alii a quodã Celere ex Romuli comitibus, hic esse interfectum. Cecidit etiam in ea pugna Faustulus & Plistinus: qui quũ Fausttuli frater foret, vna Romulum nutrisse dicitur. Celer autẽ in Hetruriam secessit: & abeo veloces apud romanos tra xerunt, vt celeres dicerentur. Quinetiã Metellum tradunt q; mortuo patre singulari certamine pugnantiũ ludum instituisse: romanos admiraros apparatus celeritatẽ, celerem appellasse. At Romulus postea q̃ ab eo Remus in Remuria vna cum eius nutritoribus ad sepulturã est datus cõplendæ atq; instruendæ vrbi animũ adiecit. Accersitis ex Hetruria viris, qui sacris quibusdã ritibus & literis singula edocerent atq; exponerent, quẽadmodũ in mysteriis, fossam rotundam effodit: in loco cui nũc comitio nomẽ est: primitiasq; omniũ quibus lege quidẽ vt honestis, natura autẽ vt necessariis vtebãtur, in eã deposuerunt: & ad postremũ ex q̃ q̃sq; ꝓfectus erat terra, parriculam quãdam ferens: eodem conijcientes cõmiscuerunt. Vocant autẽ fossam ipsam eodem, quo olympũ nomine mundũ. Deinde in figuram circuli circũscripsit vrbem. Ipse autem princeps cõdendæ nouæ vrbis aratro: vomere ꝯreo prefixo iunctisq; sexu dispare bobus: ipse boues agens fixis terminis: ꝑfundũ circunducit sulcum. Qui eum cõsequũtur: iis id negocii dat tur: vt quas aratrũ suscitarit glebas: in interiorẽ partem diuertãt: nec vllam delapsam extra esse patiantur. Linea igitur muro locum diffiniunt: uocaturq; quod intus relinquitur pomœrium detractis persincopã e medio literis: quasi post murum. Quẽ autem locum portis optarint: ibi educto vomere ararum attollẽtes, spatiũ quoddã vomere intactũ relinquũt. Vnde & murus totus exceptis portis sacer putatur: portas autẽ sacras putantes res necessarias nisi ante expiatas importare, aut exportare religione impediũtur. Vrbẽ igitur ad. xii. kl'. Maii condi cœptã eẽ opinione omniũ satis cõstat. Eũq; diem festũ Romani agũt: natalẽ patriæ nũcupantes. Ab initio autẽ nihil animatũ ad sacrificia adhibebãt. Existimabãt diem ipsum patriæ origini cõsecratum purũ & sine sanguine seruari oportere. Verũtamẽ pridie eius diei pastoralẽ quandã celebri tatẽ agitabãt: quæ palilia ab illis dicebatur. Nunc igitur Romanorũ Kalẽdæ nullare cum græcis cõueniunt. Illum autẽ diem quo Romulus vrbi fundamenta iecit: trigesimũ diem fuisse perhibent: in eoq; lunam ex cõgressu solis defecisse: quã vidisse Antimachũ Teium lyricum quum tertium in annũ sextæ olympiadis incidisset. Tẽporibus autẽ Varronis philosophi viri Romani & historiarũ monumentis peritissimi: fuit Tarũtius vir ei in primis amicus: & tum philosophiæ, tũ mathematicæ in primis studiosus: qui cũ ad astrologiæ disciplinã se cõtulisset cõtẽplationis gratia: & in ea excellere putaretur: huic imposuit Varro: vt Romuli cõceptionẽ in diẽ & horam deduceret: inspectisq; eius vitę institutis ac rebus gestis ex illis consequentiã colligeret: veluti geometricarũ ꝓpositionũ resolutiones præcipiunt. Eiusdẽ enim cõtemplationis esse cognitio cõceptionis tempore vitam predicere: & percepta vita ꝓcreationis tẽpus perdiscere. Susceꝑit igitur Tarũtius munus sibi a Varrone impositũ: ac perspectis viri ingenio ac moribus rebusq; gestis, tum vitæ tẽpore ac mortis genere: hisq; omnibus in vnũ collatis: valde fidenti atq; alacri animo ostendit: Romulũ primo anno secundæ olympiadis a matre fuisse cõceptũ: mense chœ ab Ægyptiis nũcupato: quem nos decẽbrem dicimus: tertio & vigesimo die: hora tertia: qua sol defecit omnino: in lucem vero editum, mense thoth: qui september apud nos est: ad. xii. kl'. sequẽtis mensis circa ortum solis. Vrbis vero Romę fundamẽta ab illo iacta esse quinto idus pharmuti mẽsis: qui aprilis vocatur a nostris: inter secundã & tertiã eius diei horã. Nam vrbis fortunã veluti hominis proprium habere opinantur tempus: quod ex prima origine ad astrorum ortus obseruatur. Verum hęc atq; alia huiusmodi superflua magis & aliena poterũt fortasse videri: q̃q; fabulæ cõmento lectoribus molestæ sint. Condita igitur vrbe principio iuuentutem romanam in militares diuisit ordines: quorum quilibet peditum tria milia, & trecentos equites habuit: iiq; legiones dicebantur: ꝙ ex omnibus pugnaces in illis delecti forent. reliquam multitudinem seiunxit: eamq; populum nuncupauit. Deinde ex optimatibus centum creauit senatores: quorum collegium ex ætate senatum vocauit. illi patres dicti: vel ꝙ ii solum qui patres forent, creari possent: quod non multis contigit, ex primis illis conuenis: vel a patrocinio id nomen fluxit: ꝙ existimarent patronum quẽdam fuisse: ex his qui Euandrum consequuti sunt: qui imbecillorum curam ingessisset: eisq; præsidio fuisset: ab eo huic rei eiusmodi appellationem mansisse. Illud mihi probabilius videtur: si quis opinetur Romulum decreuisse: primores & potentes oportere paterno officio & indulgentia humiliorum causam in fidem suam curamq; suscipere: simulq; quo cæteros edoceret: vt tutiorem sibi vitã in eorum præsidio viuẽdã statuerẽt: neq; q̃bus virtute cederẽt eorũ honoribus angerentur: sed beniuolo & amico animo in eos forẽt: patresq; illos honoris gratia appellarẽt: & esse opinarẽtur: iccirco eo nomine appellasse. Nã & histẽporibus exteræ natiões & senatorio ordine patronos sibi adoptãt: eosq; duces vocãt. Ipsi autẽ Romani patres cõscriptos id collegiũ appellãt: quod nomẽ & dignitatis pluri-

Rem⁹ qũo interfectus.

Celeres veloces dicti.

Metellus quur celer dictus.

Comitium

Mundus fossa.

Vrbs sulco aratri designata.

Pomœriũ.

Roma ad xii. kl'. Maii cõdi cœpta

Palilia festa

Taruntius mathematicus.

Romulus quo tpe cõceptus sit & natus

Romæ quãdo fundãmẽta iacta.

Romana iuuẽtus imitatores ordinesdiuisa.

Legiones.

Senatus.

Patres.

Patres conscripti vñ dicti sint.

Patroni. Clientes.

mum & inuidiæ minimum præ se fert: sed ab initio tantũ patres dicti. Posterioribus aũt diebus ascriptis in eum ordinẽ pluribus: patres cõscripti vocati sunt: atq; hoc senatorii popularisq; dignis differẽtiæ honestius sibi nomen fuit. Alios ex multitudine potentes legit: eosq; patronos nuncupauit: illos aũt clientes: magnaq; illos inter se beniuolentia deuinxit: quę maximas necessitudines pductura foret. Hi hominibus oppressis & iudicio circũuentis in obtinẽdo iure suo & causę actores & patronos & moderatores consiliorum eorum se præbebãt. Illi vero hos obseruabant non honoribus tantũ: sed etiam copiis suis in filiabus locandis & in dissoluẽdo ære alieno: Patronũ quoq; in clientem: & clientẽ in patronũ testimonium dicere: lex nulla, nec magistratus cogebat. At in posterum manẽte exterarum necessitudinũ iure: primatibus pecuniã ab inferiori loco hominibus accipere, turpe ac sordidum est habitũ. Sed hęc de his satis. Quarto autẽ post conditã vrbem, mense, vt tradit Fabius, audax in raptu mulierum facinus est gestũ: ac phibent quidam Romulũ: quũ natura bellico sus foret: adductũ nõnullis oraculis: quibus portendebatur Romã ex fato, si bellis enutriretur angeretur q, maximã cuasurã: ad vim Sabinis inferẽdam animum intendisse. Non enĩ magnum numerum: sed triginta tantũ ab eo virgines raptas esse: vt q belli magni initiũ: q cõnubii quæreret. Hoc parum pbabile videtur eẽ: sed quũ intueret magnam accolarum vim in vrbẽ cõueniss: quorum paucis admodũ coniuges forent: plurimi vero q peregrini & aduenæ pauperes & obscuri forent: contẽptui erant: nec stabiles in fide mãsuri putabãtur: in spem erectus iniuriã Sabinis illatã quodãmodo sibi cõionis & necessitudinis cõiungendę principiũ sibi quoddã cum illis esse allaturã: placatis mulieribus ad opus incubuit: aditu sibi huiusmodi rõne ante munito. Fama vulgata ab eo primũ est: cuiusdam Dei aram conditã sub terram inuenisse: eiq; Deo Conso nomẽ indiderunt: siue a consilio q cõsiliarius foret: siue Neptũnus equestris. Nam ara est in circo maximo posita: quę reliquum q dẽt ps latet: in equestribus aũt certaminibus aperitur. Placet tũ aliis quoniã cõsilium arcanum & minime palã eẽ oportet: sub terraneã haud temere & opertã Dei aram esse. Vbi vero apparuit magno apparatu sacrificium parat: indiciq; finitimis spectaculum iubet. Multi mortales eo conuenere. Ipse cũ optimatibus purpura indutus sedebat. Erat aũt signum aggrediẽdę rei opportunitatẽ adesse: quũ assurgens purpuram in sinus cõtraheret: ac rursus contractã explicaret. Srabant igitur pmulti accincti ensibus: ac regẽ obseruabãt: qui dato signo ad rapiẽdas Sabinoq; virgines discurrũt: ipsos fugientes incolumes dimittunt. Raptas esse quidã triginta tantũ tradunt: a quibus & curias nũcupatas esse. Valerius aũt Antias quingẽtas viginti & septẽ. Iubas aũt sexcentas octuagintatres. Sed hoc maxime Romuli causa sustẽtatur: q nullã præter vnam Ersiliã ceperit: q illos latuerat. Q d est argumento: eos nõ iniuriæ & cõtumeliæ causa ad raptum venisse. Sed genera magnis necessitudinibus inter se iungere cogitasse. Ipsam vero Ersiliã quidã aiunt Hostilio claro inter romanos homini nupsisse: quidã ipsi Romulo in matrimoniũ cessisse existimãt: & ex eo filios peperisse: e q bus vnã ex ordine pcreationis primã ab eo nuncupatã: alterũ ille ex cõgregatione ciuium Aolliũ, q d græce totũ vniuersum significat: posteriores. Abilliũ appellarũt. Sed hæc xenodotus quũ pdidisset: multoq; reph ẽsiones incurrit. Vnã longe ante alias insignẽ specie ac pulchritudine ab obscuris quibusdã hominibus raptã ferunt: in quos cũ diripiendæ virginis gratia exoptimatibus quidam iuasisset: ab illis ne qs violaret Thalassio eã ferri clamitatũ iuueni pbo ac splẽdido: tum eos audito Thalassii nomine clamore & plausu collaudasse: quosdãetiã consequutos esse gra & beniuolẽtia viri: Thalassiũ cõclamãtes: ex quo nuptialẽ, quẽadmodum græcis hymenæũ, eã vocẽ fuisse. Nam & illũ in muliere seruãda optima vsum eẽ fortuna. Sextius vero Syllas Carthaginẽsis vir neq; a musis, neq; a charitibus abhorrens: dixit nobis Thalassii nomen Romulũ signũ direptiõis dedisse. Igitur oẽs simili voce regẽ psequutos esse: iccirco eũ in nuptiis morẽ esse seruatũ. Plurimi tũ quoq; sententia Iubas sequit: hanc exhortationẽ & puocationem ad opus, & lanificium, q d græci Thalassian dicunt, esse opinãtur: ita tũ cõfusis & cõmistis græcis latinisq; vocabulis. In quo tãetsi non male sentiãt: Nam vrebanẽ Romani per id tpis Thalassiæ nosse cõmuni cũ græcis: tũ probabilior huius rei eã & ratio posset afferri. Nam quum Sabini hostes posito bello cũ Romanis pacẽ inierunt: percusso fœdere cõuenerunt de mulieribus vt nulla alia in re viris q in iis quæ ad lanificiũ pertinerent, operam suã nauarẽt. Mãsit igitur deinceps ea consuetudo: vt quidarent aut acciperent aut interessent oĩno per ludũ ac iocũ Thalassiũ vocitarent: attestãtes ad nullũ aliud opus vxorem q ad lanificum duci. Obseruaẽ etiã his tpibus: ne spõsa pauimentum pedibus supincedat: sed sublimis in cubiculũ deferatur q tunc quoq; i eo raptu vi in cubiculum latas aiunt esse. Addunt præterea aliqui authores q nubentis comã pilo discriminent, ad illud spectare: primas nuptias prælio & hostiliter initas esse: de quibus copiose i causis a nobis mentio facta est. Perpetratum est igitur eiusmodi facinus. xiiii. kal: Septẽbris: quo die Cõsualia celebrãtur. At Sabinis vis hominũ permagna erat: incolebant vicos sine muris: q si id ipsis patriũ foret elato animo & interrito eẽ: qui Lacedæmoniorum coloni eẽnt. Verũtamẽ intuẽtes se magnis obsidibus deuinctos: & cura filiarum soliciti: legatos miserũt supplices ad Romulum

Sabinarũ raptus, quo tẽpore.

Consus deus cui⁹ ara sub terra cõdita inuẽta est.

Sabinaq; raptarum numerus.

Thalassius Sextius Syllas.

Consualia festa

mulum orantes & obsecrātes: filias redderet: & vim illatam purgaret: sic voluntariā & legitimā gē/tibus amicitiam & necessitudinē fore. Romulo aūt mulieres minus dimittente: sed ad affinitatē su scipiendā Sabinos adhortāte: dum alii cōsilio & apparatu belli moram trahebāt: Acron rex Ceni enium homo vehemēs: & bellicis rebus pariter audax: Romuli facinus suspectum habens: & qđ in fœminas perpetratū erat: ratus oībus meticulosum esse nec impunitū pferendū: bellū præoc/cupat: & cū magnis copiis in agrū Romanum impetum facit. Cui fit obuiam Romulus. Quūq; in conspectum venisset: ex aduerso spectātes: ad pugnam se inuicem prouocabant: paratis exerci tibus & instructis. Romulus igitur votis nuncupatis si hostem fuderit fugaritq; se eius arma ferē/tem Ioui delaturū: vbi in certamen collatis signis descendit, regē victor obtrūcat: exercitūq; in fu/gam vertit: captaq; vrbe, captorum iniuria abstinuit: præterq; qđ iussit eos deiectis domibus Ro/mam cōmigrare, par ius & cōditionē cum ciuibus habituros. quæ vna res maxime ciuitatē exau/xit: q; eos quos vicisset, semp in se traduceret: & in ciues ascriberet. Sed Romulus quo votū suū maxime Ioui gratū, & ciuib⁹ suis aspectu iocūdū efficeret: victor spolia ducis hostiū cæsi suspensa fabricato ad id aperte ferculo gerens, cœpto pæane victoriæ decenti, sequente exercitu in armis ad vrbem contendit: excipiētibusq; magna cum lætitia & plausu ciuibus, ad quęrcū in trophæi formā fictam hostis arma deposuit. Huiusmodi igitur pompa triūphis in posterum exemplū ad imitandum reliquit. Hoc tropheum Ioui statutum: cognomenq; Deo additum feretrio Ioui: a feriendo. hostē enī vt votis petierat feriendo oppressit. Spolia ipsa opima nuncupata vt ait Var/ro: ab opibus: sed potius ab opere rei gestæ dictum videtur: quæ regibus ducibusq; hostiū sua ma/nu cæsis posteriores duces ferebāt. Ac duobus tantū post Romulū ducibus opima parta sunt spo/lia: Cornelio Cosso qui Hetruscum Tolūniū ītremit. Postremo Claudio Marcello oppresso Britomarto rege Gallorū. Cossus igitur ac Marcellus ipsi opima spolia ferentes quadriugo curru inuecti sunt. Romulum vero nō rectē Dionysius ait curru esse vsum. Tarquiniū. n. Priscum Dema/rati filium in eiusmodi formā & magnificētiā triūphos statuisse perhibēt: & si alii affirmēt Publico lam primū in curru triumphasse. Extāt etiā Romæ, in promptu quę sint oībus, Romuli pedestres statuę spolia ferētes. Post eā vero Ceniēsium cladē reliqs adhuc Sabinis in apparatu belli occupa/tis, Fidenates: Crustumenii: & Antenates hostiliter in fines Romanos incursionē faciūt: victiq; p/lio pariter captis: decletisq; oppidis & agro diuiso: Romā habitatū cōcessere. Sed Romulus quū re/liquū agrū partitus foret inter ciues parētibus virginū quantū possidebant referuauit: ac sibi habe re iussit. His rebus Sabini reliq grauiter cōmoti: Tatio duce bellū Romanis intulerunt. Erat aūt difficilis ad vrbē aditus ob capitoliū qđ peminebat: & prę sidiū i eo erat: cui Tarpeius præerat: non Tarpea virgo: vt qdā dicūt: nec vidēt a se Romulū stultū fingi. Sed ei⁹ Tarpeia filia Tarpeia arcē Sa binis pdidit: capta spe armiliarū aureaq; s Sabini magni pōderis lęuo brachio gerebāt. Itaq; pe/tisse eā ferūt mercedē pditionis: qđ in sinistris manibus haberēt. ea inita cū Tatio cōditione noctu aperta porta sabinos in arcē accepit. Nō solū igit: vt videtur: Antigonus inq; t: se proditores dum produnt amare: vbi prodiderunt, odisse: Nec Cęsar quū dixit in thracē Rhumitaleū: pditionem sibi placere: proditorē aūt odio esse. sed pariter ita cuncti in probos aīati sunt: q eorū operā regrūt: veluti quū felle ac veneno quarūdā ferarū idigēt: dum ea sibi vsui sunt, illis delectātur: vbi vero ni/hil indigēt, vitiū ipm oderūt. Sic rū Tatius affectus in Tarpeiā, iussit Sabinos oia ei tradere: quæ in sinistris manibus essent. Ac ipse primus armillā detractā, & scutū vna in eā cōiecit: faciētibusq; idē cūctis, auro icta vndiq; ac clypeis obruta, multitudīe ac pōdere sua ipsa mercede iteriit. Tarpei⁹ quo q; accersitus pditionis dānatus est: vt Iubas testat, a Galba Sulpitio proditū esse. Ex aliis qui Tarpe iæ mētionē faciūt, ii lōge vident a veritate discedere, q tradūt eā Tatii Sabinoq; ducis filiā fuisse. Ab eaq; quū Romuli nuptias cum quo vi nupta erat, Iniquo aio ferret: hæc oia esse gesta: & eadē in eā a patre ppetrata. quorū sentētiæ Antigonū nō pœniteret esse. Simulus aūt poeta delirat omnino: q opinet Tarpeiā nō sabinis Capitoliū prodidisse: sed Celtis: eorū regis amore incensam. Sunt autē eius de illa versus huiusmodi. At Capitolii iugum custos Tarpeia tenebat Improba: q muris nō bene fida suis. Celtica dū demēs segrur cōnubia regis Sceptriferū regum prodidit illa lares. Hanc nō Arbœi & celtarum milia gentis Abductam ripis constituere padi. At super inuisę manibus de tracta puellę Arma ferunt: miseram pressit acerba dies. Tarpeia igitur ibi sepulta, ab ea tumulo no men inditum mansit vsq; ad Tarquinii q ratē: qui quū locū dedicasset Ioui, reliquiis alio translatis, Tarpeiæ nomen simul amisit: pręter Capitolisaxum: quā & histęporibus Tarpeiā vocāt: e quo fō/tes deturbari sunt soliti. Capta igitur arce a Sabinis: Romulus ira & cupiditate recuperādi stimulā te animū, in aciē Romanos egit: quo hostē ad pugnam prouocaret. Tatius contra fidutia plenus, pugnam ciebat: q intueretur, si qua necessitas instaret, suis tutum esse perfugium: quod autē inter Palatinū Capitolinūq; collem cāpi erat: acrem grauēq; pugnam difficultate loci, fugā vero ac per sequutionem in angusto pbreuem vtriq; allaturum videbatur. Fuit ibi forte ex alluuiōe fluminis, qui paucis ante diebus locum inundarat, relicta palus profundo limo: haud lōge ab ea parte: quā nunc vocant forum: quę res nec satis apparebat: nec facile vitari poterat: sed cōtra cæca & ad cauē

Acron rex Ceninēsiū.

Romulus Acronem obtruncat.

Feretrius Iuppiter.

Opima spo lia quibus parta sunt Cornelius Cossus. Claudius Marcellus.

Triūphum qs primus egit.

Tatius Sabi norū dux.

Tarpei⁹ ca pitolii præ/fectus.

Tarpeia.

Proditionē placere: Proditores vero odio esse.

Simulus poeta.

Tarpeius collis.

Tarpeia saxum.

Curtius.

dum difficilis. Huc delatis Sabinis: casu quodam superior eorũ res fuit. Nã Curtius inter Sabinos clarus & elatiaĩ vir: q̃ princeps añ alios ab arce decurerat: vrgẽtibus Romanis, trepidãte equo sese in paludẽ cõiecit. Ibi aliquãdiu annuẽtibus ac vocãtibus suis, fauore multoq; addito aĩo, conatus est equo paludẽ exire: quod vbi aspexit factu impossibile esse: dimisso equo ipse euasit: locũ deinde Curtiũ lacum appellarũt. Hic tum Sabini tanti periculo viri solliciti acrius ad pugnã incubuerũt: in certus diu Mars dubiaq; victoria fuit, multis vtrinq; cadentibus: inter quos Hostilius: quem Herfiliæ virum Hostiliiq; auũ, eius q̃ post Numã regnauit fuisse memorãt. Rursus pluribus breui collatis prælijs, postremũ maxime inlustre fuit: in quo Romulus saucius saxo in capite pag; cadẽdo abfuit quare p̃sidio ducis priuata cõfestim Romana inclinat acies: fusaq; amissa planitie, in palatiũ fuga cõcessit. Tandẽ Romulus se recipiẽs ex vulnere, vbi suos palãtes aspexit: obuiã fact⁹, magna voce resistere atq; iterare pugnã iubet. Sed cresc̃ẽte magis circa ie quottidie fuga: ac nemine se conuertere in hostẽ audente, p̃catus est Iouẽ: vti fugã fœdam sisteret: neq; cõtẽneret: sed rem Romanã plapsam & iacẽtem attolleret. Absolutis his p̃cibus pmultos ex aspectu regis verecũdia cepit: audaciaq; mutata fortuna fugiẽtibus addita est. Restitere igit Romani: quo nũc loco Iouis Statoris situ est tẽplum Itaq; cõfertissimo agmine Sabinos adorti fundũt fugãtq; : & vsq; ad locũ Regiam nũc dictũ ac Vestæ tẽplũ palãtes agũt. Hicillis pliũ redintegrare apparãtibus, nouũ spectaculũ, ac lõge maius q̃ fama ferẽ, oblatũ est. Nã Sabinę mulieres: quarũ iniuna bellũ exortũ erat: diuersis locis cõspectæ sunt cũ clamore muliebriq; vlulatu trepidæ inter occisoq; cadauera & tela volãtia se inferre: ac veluti correptæ numine, aliæ infantes pueros in vlnis tenẽtes, aliæ passis crinibus scissaq; veste ad viros suos & parẽtes cõtẽdere: atq; oẽs vna, hinc Sabinos inde Romanos blãdissimis nouibus supplices implorabãt. Igit vtriq; ea re pmoti iflexiq; pugna direpta, illas in medio pugnãtiũ ceperũt: fletusq; per oẽs iuit: & ex aspectu atq; vocibus misericordia subiit. Illæ ãt quottidie magis ac magis p̃cibus obsecrationeq; humili nactę licẽtiã ingeminabãt. Q d̃ .n. (aiebãt) tantũ a nobis est admissum facinus: vt alia iã mala tãta ppessæ simus: alia nũc miseræ pferamus? Direptæ sumus ab his qui nũc nos obtinẽt: vi ac scelere violatæ: raptę a fratribus, parẽtibus, cõiunctis: negl ẽte tãdiu fuimus, quoad magis vinculis deuinctæ p hostibus nunc & raptoribus pugnãtibus time re, & moriẽtibus lugere cogeremur. Non enĩ accessistis, virginibus nobis opẽ aduersus iniuriã afferentes: sed nũc a viris cõiuges, a liberis matres diuellitis. Accerbius profecto nobis hoc auxilii genus: q̃ fuit tunc cõmptas & proditas esse: ad hoc nobis horũ: ad hoc vestra miseticordia recidit. Qua propter siqua vobis alia pugnandi causa est q̃ nostra: decet iam vos ab armis discedere: quũppter nos soceq; atq; auoq; nomen assequuti sitis. Si autem nr̃a causa bellũ geritur: ducite nos vna cũ viris & liberis: & nobis parentes & coniunctos reddite: obtestamur vos: nõ coniuges simul & natos eripite: necitaq; captiuas abducite. Talia p multa Herfilia deplorãte, reliqsq; obtestãtibus, depacti inducias, duces in colloquiũ pdeũt. Mulieres tantisper ad parẽtes ac fratres viros suos ac natos pducunt: indigentibus cibũ & potũ mittũt: saucios domũ delatos curant: ostẽdũt sibi domi administrationẽ pmissam: seq; viris obsequẽtibus vti: & ab illis tũ honore omni, tũ beniuolẽtie charitate q; coli & obseruari. Ex hoc fœdus pcutitur: vt volentes apud viros maneãt cũ qbus nuptæ forẽt: eorũ opeq; ac munerq; vocationẽ (vt dicĩ) pręter Lanificii habiturq; ciuitatẽ quoq; cõmunẽ Romani Sabiniq; habeãt: vrbiq; Romæ a Romulo nomẽ fit: Romanis vero a Curibus Tatii patria Quiritibus: regnũ ẽt cõmune vtriq; domi militiæq; obtineãt. Quo autẽ in loco huius fœderis cõditiones firmatæ sanctæq; sunt, ei ad nostrã memoriã a coeundo comitio nomẽ mãsit. Itaq; gemi nata vrbe, cẽtũ viri Sabini nois in senatũ ascripti sunt. Legiones singulæ sex milliũ peditũ & sexcẽtorũ equitũ cõplebant numeq;. Eodẽ tpe in tres tribus tota ciuitas diuisa: Rãnenses a Romulo: a Tatio Tatienses appellatas: Tertiæ trib⁹ hoies Luceres dictia Luco asyli q̃ multi fuga delati ciuitate donati sũt. Trib⁹ ãt tres ipsas fuisse nũero nomẽ ipm declarat: qbus q̃ præerãt, tribunos vocitabãt. Singula ãt trib⁹ decẽ cõtinuit curias. Eas qdã phibẽt a Sabinis mulierib⁹ nomẽ traxisse: sed hoc mẽdaciũ eẽ deph̃dit. Nã multis eaq; a locis noĩa ipposita sunt. Permulti trĩ mulieribus honores sunt habiti a Romanis: vthis transeuntib⁹ via cedere: pssente muliere obsceniũ nihil loq; nec nudũ aspici: vel causam defendere apud eos qui de cæde iudices cõstituti forent: eaq; pueros bullã ferre, a forma ipsa & figura bullæ persimili ita appellatã.. Regibus aũt nõ statim cõmune de rebus gerẽdis cõsiliũ erat: sed priuatim vterq; inito prius cũ centũ viris cõsilio, deinde coactis in vnũ cũctis cõsulta in mediũ referebãt. Incoluit vero Tatius cã vrbis partẽ: vbi nũc Monetę est tẽplũ: qua ex palatio in Circũ maximũ itur. iuxta quẽ locũ sũt quos pulchræ Monetę gradus vocitãt. Eodẽ in loco ferũt sacrã cornũ fuisse. Addũt etiã fabulæ Romulũ eo sui expertũdi gratia a Loetino lanceã corneã iaculatũ esse: eam vero defixã altius: annitẽtib⁹ multis: nũq; cõuelli potuisse. Lignũ quoq; nactũ plãtaq; ferilem humũ germinibus ramisq; emissis in eximiæ altitudinis cornũ increuisse. Is locus apud eos q̃ post Romulum sequuti sunt, circum paricibus ductis, vt sanctissimum templum in magna religione est habitus: ac si cui propius accedenti visum fuisset eam arborem minus frondescere & viresc̃ere: sed veluti subductis nutrimentis languescere ac deficere: passim sibi occurentibus id statim

Lacus Curtius.

Statoris Iouis templũ. Tẽplũ deæ Vestæ. Sabinarũ mulierum factum.

Romani a Romulo. Quirites a Curib⁹ Tatii patria. Comitium Tribus tres ex quas tota vrbs primũ diuisa. Mulieribus honores a Romanis dati. Monetæ tẽplum.

clamore significabat. Quũ aũt. C. Cęsar (vt dicit) ascęsus instrueret: fabris ꝓpinqua arbori loca fodiẽtibus, imprudẽter violatis admodũ ab illis radicibus, oĩno lãguit atq; interiit. Mẽses igit̃ Romanorũ Sabini acceperũt seruauerũtq;. Sed quæ ad hãc mẽsiũ rationẽ attinẽt: in Numæ vita oĩa explicãtur. Sabinoꝝ vero scutis vsus est Romulus: suãq; & Romanoꝝ armaturã imutauit. Argolica enĩ antea scuta ferebãt. Sacrificioꝝ aũt accelebritatũ ritus vicissim obibãt: vt quæ vtriusq; gẽtis erãt ꝓpria, haud tollerẽt: sed noua alia insup adderent: vt sunt quæ matronalia vocãt, cõpositi belli monumentũ matronis tributa. Tum Carmẽtalia. Carmẽtã quidã ꝓprium hoĩum ꝓcreationis factũ opinãtur esse: ob id hæc sacra matres agitare. Alii Euãdri Arcadis matrẽ fatidicã: eã Phœbo dicatã fuisse tradũt: & Carmẽtã q̃ carmine responsa ederet nuncupatã. Nicostrate enĩ propriũ illi nomẽ fuerat. Hęc cõmunior de carmẽta opinio est quæ plurimos authores habet. Nõnulli tñ nomẽ Carmẽtæ sane haud inepte interpretãtur: vt sit carmenta amens & mẽte carens: q̃ numine afflata furere atq; insanire sit solita. De Palilĩs superius diximus. Sed Lupercalia expiationis gratia instituta videnť. Celebrãtur enĩ ea sacra mẽse Februarii atris diebus: quę expiatiuũ interpretari quis posset. Eam quoq; diẽ Februatã veteres appellabãt. Ac videtur id solẽne puerustum Euandrũ ex Arcadia allatũ instituisse. hoc vulgatior fama tenet. Potest etiã nomẽ ipsũmq; a lupa dictum videri. Etenim videmus lupercos inde cursum incipere: vbi Romulũ expositũ ferũt. Verũ quiĩ in iis seruaťsacrificii mos, haud facile eum cõiectura assequi possumus. Iugulãt enĩ capras: tum duos ex genere adolescentes eo sistunt: quoꝝ frontes alii cultro sanguine perfuso tingunt: alii stati lanã lacte. mãdentẽ ad mouẽtes abstergũt. Oportet etiã abstressos adolescentes ridere deinde incisis in corrigias caprarum pellibus discurunt in orbem: & si qui obstent scuticis cędunt. Mulieres adulta ætate vltro se ad verbera offerunt: ratę eam rem ad fœcunditatem conducere. Proprium ac suum eius celebritatis est: vt luperci canem immolẽt. Butas quidã de Romanorum rebus gestis fabulosas causas in elegĩs edidit. Tradit enim interẽpto Amulio, Romulũ cũ lætitia & gratulatiõe ad locũ cucurrisse: in quo infãtibus lupa mãmã summiserat: memoriãq; illius cursus hãc celebritatẽ referre. Currẽtes aũt ex genere q̃ impedimẽto sunt cædere: veluti tũc Romulus & Remus ex Alba strictis ensibus decurrerãt. Ensem aũt ꝓfusum sanguine illius tpis cędẽ ac piculũ significare. In memoriã quoq; nutritionis lactę expiationẽ fieri. Sed. C. Acilius tradit añ cõditã vrbẽ Romuli pecus e medio esse fubla tũ: illos aũt pactis Fauno votis, nudos ad pueſtigãdũ excurrisse: ne sudor ipediret retardaretq;. In huius memoriã lupcos nudos in orbẽ currere. Canẽ ãt: Nã sacrificiũ expiatio ẽ: existimare qs possit * expiatiõis gr̃a imolari. Nã & græci hoĩes ad expiãdũ canes adhibere soliti sunt: ac multis in locis * piscylacissimis, quę ita vocãt illi a cane, vtunť. Q̃ dã hæc ad lupæ gratiã nutritionẽq; ac salutẽ recẽsendã agitãt: nõ immerito canis iugulaťLupis. n. inimicꝰ est. Ni iã me Hercule plectiť aĩal: q̃ lupcos dũ currũt ipediat. Dicit ẽt ignis cõsecrationẽ a Romulo prius esse cõstitutã: cũ sacras legisset virgines, easq; vestales nũcupasset: q̃d q̃dã Numæ attribuunt. Cęteris quoq; rebus circa deoꝝ cultũ religiõesq; studiosissimum diligẽtissimũq; fuisse. Ad hæc vaticinii pitũ: cuius cã lituũ mãu gerere. Est ãt lituꝰ ĩ flexꝰ bacul⁹: quo ad iaugurãdũ sedẽtes cœli spatia desĩgnãt. Hũc quo tpe vrbs capta ẽ a Celtis, quũ in palatio asseruaret, amissum ferũt. Deinde eiectis barbaris in alto cinere intactũ igni esse reptũ: cõsumptis cæteris atq; corruptis. Tulit ẽrleges quasdã: e qbus illa vehemẽs: q̃ vxori viꝝ relinquere non permittit: sed viro vxorẽ repudiare: si in veneficio natoꝝ, aut in adulterio deprehensa foret aut claues subiecissęt. Quod si aliter quis repudiasset: eius copiarum partem vxori dari: partem Cereri sacrã esse iussit. Qui aũt cũ vxore diuortiũ faceret: eũ sacrificare diis inferis. Illud ẽt Romul ꝓpriũ: q̃ quũ nullam parricidæ pœnã definisset: homicidiũ oẽ parricidiũ nũcupari voluit: q̃ hoc impium ac nefariũ: illud autem impossibile esse duceret. Ac multa sæcula visus est, recte eiusmodi in iuriam futuram desperasse. Nemo enim sexcentis post annis Romæ tale facinus perpetrauit: sed post Hãnibalis bellũ Lucius Ostius ferť primus patrẽ occidisse. Hæc igitur de his dicta sufficiant. Anno autem quarto Tatii regni: quũ ꝓpinqui quidã eius in Laurẽtium legatos incidissent conati sunt illis vi pecunias auferre: nõ permittẽtibus, sed repugnantibus, eos necauerunt. Igitur tante audaciæ facinore ꝑperato, Romulus statim dẽphensos in maleficio puniẽdos cẽsuit: sed Tatius missos fecit: liberauitq; quę sola inter eos manifestadiscordiarũ causa fuit: reliqs in rebus se inuicẽ colẽtes obseruãteq; summo cõsensu & cõcordia cõmune regnum administrabãt. Igitur cæsoꝝ ꝓpiqui quũ ꝑpter Tatiũ oĩ spe legitimarũ pœnarũ destituri forẽt: ipsum: Lauinii vna cũ Romulo sacrificio intentũ adorti oppressẽrũt: Romulũ vero vt virũ iustũ laudatum ornatũq; Romã dimiserunt. Ille Tatio quidem honorifice funus faciũdũ curauit. Sepultus est aũt in Auentino: sepulcri locũ Armilustriũ vocant: cędẽ tñ penitus vicisci & ꝓsequi neglexit. Tradũt aũt historici quidã lauretntũ vrbem metu pculsam, Tatii interfectores comprehensos dedidisse: sed a Romulo esse dimissos: quum diceret, cædem cædę pensandã esse. q̃ res suspitionẽ plerisq; attulit: non inuito Romulo paratum facinus esse: vt sublato regni socio ac participe rerũ, summã ipse solus obtineret Horum tamẽ nihil turbauit Sabinos: neq; in dissensiones & discordias impulit: sed eoꝝ partim beniuolentia & charitate regis, partim metu potẽtiæ: partim etiã vtẽ veriti, in eadẽ admiratione & beniuolẽ-

Scutis Sabinorum. Romulus vsus est.

Matronalia.

Carmentalia.

Lupercalia.

Februata dies.

Lupercalii sacrificii mos.

Canis immolatio.

Ignis consecratio a Romulo constituta.

Lituus qd sit.

Leges a Romulo conditæ.

Repudii lex.

Homicidiũ omne parricidium Romulus nuncupari voluit.

Patrẽ quis primus occidit.

L. Ostiꝰ primus patrẽ occidit.

Discordiarũ causa inter Tatium & Romulũ

Tatii interitus

armilustriũ aũctini locus.

tia perstiterunt. Permultæ quoq; exteræ nationes Romulũ admiratæ sunt. Latini ẽt prisci missis Romã legatis, cũ eo amicitiã societatẽq; iũxerunt. Inde Romulus Fidenas oppidũ Romę sane vicinũ cepit repẽtino imperu: vt quidã perhibẽt eo ꝓmissis equitibus: iussissq; portæ cardines succiderẽt: & cõtinuo ipse ꝓter spẽ adortus cepit. Sunt alii tñ q dicãt illos iniuriæ authores fuisse: q facto ipe tu quũ ꝓdã abegissent, Romanũ agrum vsq; ad suburbia multis cladibus affecerũt. Sed Romulus quũ intra insidias * profectos pmultos occidisset: vrbe potitus est: haud tñ deleuit, nec solo æquauit: sed mille & quingẽtis colonis Idibus Aprilis eo deductis Romanoꝝ coloniã fecit. Ex hoc pestis inuasit vrbẽ: q̃ hoĩbus absq; vlla ægrotatione subitas mortes inferret. Sterilitas quoq; agroꝝ & caritas annonæ cũ summa inopia cõsequuta est. Gutt æ præterea sanguinis e cœlo ceciderũt: vt ad necessarias molestias supstitio vehemẽs hoĩum mẽtes occuparet. Sed posteaq̃ cadẽ quoq; mala Laurẽtibus inciderũt: oĩo vitium est: Tatii ac legatoꝝ cæde violato iure gentium, vtriq; ciuitati iram numinis expiandã esse. Quare deditis cædis authoribus, & ab vtrisq; supplicio affectis, ab iis malis se receperunt. Romulus expiationibus ciuitates expurgauit: quas adhuc etiam Feretinã ad portam obseruati tradũt. Sed anteq̃ morbo ciuitas liberata esset: obseruata occasione Camerini Romanos inuaserunt: excursionibus agrũ depopulati sunt: rati eos calamitate oppressos, minus ad vim propulsandã sufficere. Statim igit̃ Romulus eductis in eos expeditionibus, ac ex pugna potitus victoria, quinq; milia interemit: captaq; eoꝝ vrbe, ex his quos belli calamitas reliquos fecerat, dimidiatos Romã traduxit: ac duplici numero multitudinẽ Roma Cameriã habitatũ deduxit. Kl. sextilibus. Tanta iam vis ciuiũ Romulo superabat: fexdecĩ fere ãnis a cõdita vrbe. Cũ reliqs aũt spoliis ex Cameria quadriugũ æreũ curꝝ deportauit: quod quũ in Vulcani tẽplo statuisset: sui quoq; statuam ex victoria coronatã locauit. Sic Romana aucta re firmataq;, vicini populi q inferiores virtubus erãt, in Romanoꝝ ditionẽ se subiecerũt: ac securitatẽ nacti, satis se habere opinabãtur. Porẽtio res aũt inuidia simul ac formidine agitati, minime sibi rẽcõtennẽdã ducebãt: sed obuiam Romulo eundũ tantãq; in medio crescentẽ molẽ potentiæ opprimẽdã. Igit̃ primi Hetruscoꝝ Veij, q am plã regionẽ habebãt, permagnãq; incolebãt vrbẽ, bellũ incœperũt, repetitis Fidenis: quã vrbẽ sui iuris ditionisq; esse affirmabãt. Quod nõ iniquũ modo: sed etiã ridiculosum erat: vt q hoĩes oppressos & belli periculis circũuẽtos auxilio nõ leuãssent: sed delẽdos hostibus ꝓdidissent: domos tũc q in alioꝝ forẽt potestate repeterẽt. Quare cũ eis essent a Romulo cõtumelioſe rñsum: i duas partes deducto exercitu, altera Fidenas Romanosq; qibi erãt inuadũt, Altera Romulo obuiã fiũt: Qui Fidenas ierãt duo milia Romanoꝝ supata in ꝓlio obtruncarũt: reliqs a Romulo fusis octo milia desiderata sunt. Rursus ad Fidenas pugnatũ est In quo prælio maxima opis pars Romuli fuit, q quũ pugnãdi artẽ ad audaciã ostẽdisset roboreac velocitate pedũ humanã excessisse vim oẽs fatent. Sed qđ a qbusdã dr admodũ fabulosum: atq; adeo incredibile oĩo esse videt: q̃tuor & decẽ milibus in ea pugna cæsis, maiorẽ dimidia partẽ ꝑpria manu Romulũ obtrũcasse: quũ Messenioꝝ in Aristomenẽ iactãtia vti putent: q eũ trecẽtoꝝ a se cæsoꝝ ex Lacedæmoniis victimas Diti ímolasse dictitãt. Fusis igit̃ fugatisq; hostibus: Romulus iis q euaserãt libere ꝓmissa fuga ipsam vrbẽ citato agmine petere cõtẽdit: illi accepta magna clade ꝑterriti, haud restiterũt viribus: sed supplices Romulũ adeũtes, in cẽtũ annos cũ eo fœdus amicitiæq; iũxerũt magna agri parte multari, quã septimagiũ: id est septimã partẽ vocitãt. Vrbibus ãt ac locis fluuio ꝓpings Romano cessẽrũt: ex optimatibꝰ quisquã gita obsidibus datis. Triũphauit ãt de his Romulus idibus Octobris. Quũq; magnã captiuoꝝ vi abduxisset: fuit in illis Veioꝝ dux: q vir ꝓuecta iã ætate quũ eẽt, rẽ imprudẽter vitus ac ꝓter ætatẽ iperite gessisse. Quare & his tpibus cũ victimas parta victoria ímolãt: senẽ purpura ĩdutũ p forũ in Capitoliũ ducũt: bullãq; ad collũ appendũt: indiciũ atq; insigne puerit æ. Preco Sardianos vænales pnũtiat. Hetrusci enĩ Sardianoꝝ coloni esse dicunt. Veij aũt intra Hetruriæ fines cõtinentur. Hoc extremũ est bellũ a Romulo gestũ. Deinde qđ multis vel potius oĩbus, ꝓter paucos admodũ, euenire solitũ est: q magnis ac subitis successibus se ad potẽtiã & opes nimias extulerũt: hoc nec ipse qdem effugere potuit: sed secũdis rebus elatus & tumidus ais insolescere: grauius ꝓpopulari cõpit & affabilitate tyrãnicos spũs & minime ferendã superbiã & cõtumaciã sumere. Id primũ ex ipso habitu corporis & vestitu apparuit. Purpura enĩ ornatus incedebat: & in sede cõspicuus sedẽs dabat populo iura: indiciaq; exercebat. Habuit autẽ lectos iuuenes ad custodiam sui corporis: iiꝰ q regi quotidie ꝑsto forent a celeritate ministerii celeres nũcupati. Præcedebãt alii baculis summouẽtes vulgũ: loris setiã accincti: vt quos iuberet rex cõrinuo cõprehensos vinciret. Ex quo iis a ligãdo lictoribus Cinteriecto vt arbitror hodie nomẽ est. Antea enĩ litores dicebantur. hos greci λειτουϱγους, Leitos enĩ populus est, vocitãt. Postea vero q̃ Albæ auus Numitor cõcessit e vita: regnũq; ad eũ hæreditatis iure delatũ est: populare rationẽ sequutus i medio rẽpu. posuit: & ducẽ Sabinis quotãnis creãdũ statuit. Docuit etiã Romæ optimates sine rege liberã ac sui iuris rẽp. quærere: vt vicissim regerẽt regerẽturq;. Nõ enim antea partes publica munera obibãt: nec reip. gerẽdæ participes erãt: sed noĩe tãtũ atq; habitu insignes cõsuetudinis magis q̃ sentẽtiæ dicẽdæ gratia in curiã cogebanẽ: & silentio iubẽtis verba regis audiẽtes. Hoc tantũ q priores publico consilio interessent pla

Fidenæ.

Romanoꝝ clades ob Tatii interitum.

Prodigia.

Sãguineus imber.

Bellum inter Romulum & Camerinos.

Curr⁹ æreꝰ ex Cameria deportatus a Romulo

Bellũ inter Romulũ & Veios.

Romuli velocitas.

Sardianos venales esse Romulus

successibus elatus in superbiam venit.

Celeres ministri lictores.

Romuli mors icerta

ti multitudini discedebãt:ad reliqua minus adhibebãtur. Itaq; quũ ipse per se agrõ ex bello parto militibus diuiso, Veiis reddidisset o bsides insciis patribus & inuitis: visus est ei senatus ludibrio esse.Ex quo breui post tempore e medio rege sublato,senatus præter spẽ temere in suspitionẽ & calũniã incidit.Sublatus est autẽ nonis Iuliis:q tũ quintilis erat: nec quicq̃ certũ aut exploratũ scriptoribus de sua morte reliquit,pter tps, vt diximus.Multa enim eodẽ die etiã his tpibus in eius clades memoriã fiũt.Nec mirq; videri debet hoc in Romulo'contigisse:cum Scipione Aphricano post cœnã domi suæ extincto,de mortis genere nullũ certũ aut satis probabile iudiciũ fuerit. Vetq; alii opinãtur eũ:q; natura valetudinarius foret,sua spõte extinctũ.alii veneno ipsum sibi mortẽ cõscisuisse.quidã ẽt aiunt eius inimicos quũ noctu irrupissent, meatus aĩæ occlusisse. Atq Scipio mortuus palã in oculis oĩum cõspectuq; iacuit:visumq; eius corpus suspicandi oĩbus ac diiudicãdi facultatẽ attulit.Romulo aũt subito erepto,nec pars corporis nec vestitus reliquiæ vllæ repertæ:nec de fuit suspitio a patribus illũ ipetu facto discerptũ in æde Vulcani:distributaq; singulis particula at q; veste obuoluta clam oĩbus exportaq; esse. Sunt ẽt q dicãt neq; in Vulcani æde: neq; ptentibus solũ patribus:sed ad capræ paludẽ ibi dũ cõcionaret:vltra q̃ dici aut credi põt, repẽte nimbo ac procella turbari misereq; aerẽ cœptũ magnas mutatiões inducere: solẽ in tenebras & caliginẽ cõditũ esse:noctẽ nec placidã nec q̃tã:sed tonitru magno flatibus ac turbine incubasse:q;bus terreret vulgũ dissipatũ se in fugã dare.Hic patres iter se coisse.Postea vero q̃ sedata tẽpestas: ac lux reddita est: coacta rursus i vnũ multitudo sollicita regis desiderio scrutari oĩa:nusq̃ iuenire.Prohibere prẽs nec finere plebẽ in eo negotio curaq; diutius esse:sed hortari oẽs Romulũ venerari: cultu: ac religione psequi:vt ad deos raptũ, & ex rege optimo mitẽ ipsis deũ ppitiũq; futuꝝ.His auditis exultare gaudio plebs & spe bona cõfirmata Romulũ adorare.Extitisse ãt quosdã:q cũ asperi?& vehemẽtius facta ipse probarẽt,i inuidiã & offẽsionẽ prẽs adduxerũt:vociferãtes decipi abillis plebẽ:spe vana & stulta duci:eoq; manu cœdẽ esse cõfectã.Hic Iulius pculus vir inter patres gñe:virtute:auctoritate primus,fidus Romulo i primus,& ex Albanis colonis necessitudine & familiaritate cõiũctus, pcedẽs in foꝝ iuratus maximũ & sanctissimũ iusiurãdũ præsentibus cũctis inqt:Romulũ sibi dũ iter faceret, e regiõe obuiã se obtulisse spẽ ipsa & forma insigni:vt antea nũq̃:ornatũ fulgẽtibus armis:ac se priorẽ illũ ita alloquutũ. Qua iniuria o rex & qua mẽte ipulsus nos falsis & iprobis criminib? circũuẽt os, vrbẽ orphanã in luctu & gemitu, in squalore & sordib? reliqsti!At cõtra regẽ rñdisse: O Procule ita diis visum:nos e cœlo demissos cõdita vrbe iperiũ pmaximũ & gloriã habitura, rursus i cœlum reuerti.Proinde bono aĩo sis: ac Romanis nuntia vti prudẽtiã & fortitudinẽ colãt:his artib? fore, vt amplissimã inter hoies potentiã cõsequãtur.Ego vobis quirimus facilis ppitiusq; ero deus His verbis & viri auctoritate, & iureiurando fide adhibita, veluti diuino quodã furore afflatis mẽtibus nemo cõtradicere:nemo aduersari:sed reiecta oĩ suspitione & calũnia, inuocare Romulum votis deumq; appellare.Hęc igitur similia visa sunt iis quę de Aristeo * Proconesio & Cleomede Astypalæensi græci fabulant. Aristeũ enĩ tradũt in fullonaria taberna mortẽ oppetisse:post pegre quosdam redeũtes,in illũ Crotonẽ eũtẽ icidisse. Cleomedem vero robore & magnitudine eximia fuisse: quũq; temerario ingenio foret & furioso:& mulia violẽter fecisset:ad postremũ ludũ puerorũ ingressum,apprehẽsam manu colũnã quæ tectũ sustinebat instãtẽq; q̃tiẽtemq;,mediã fregisse: ac tectũ deiecisse. Interfectis aũt pueris,quũ quærerẽt ad mortẽ:in sepulcrũ magnũ se cõiecisse:& clausum intus adiectũ desup opculũ adeo tenuisse:vt nea multis ꝗdẽ simul annitẽtibus vi vlla auelli posset. Cõcisa igit arca: neq; viuũ hoiem,neq; mortuũ esse cõpertũ. Quare missis in Delphos legatis oraculũ scisciratũ,rñdisse Pythiã: Vltim? heroũ Cleomedes Astypalæus. Dr ẽt Alcmenæ cadauer dũ efferret,cõspectu euanuisse: laudẽq; i lectica iacẽtẽ appuisse: atq; oĩno his similia multa ficta cõmẽtitia refert vt mortalia supra vi naturãq; suã efferãt:& augustiora ac diuiniora efficiãt. Negare igit veritatẽ diuinitatis pticipẽ eẽ,ipm simul atq; igenerosũ ẽ:terrã vero admiscere cœlo, stultũ.Quare his omissis,rutius ẽ Pindaro assentiri: vt corpus oĩm ibecillã cõsequit mortẽ: viuũq; ẽt æternitatis simulacrũ deserit.Hoc.n.est solũ a diis:ide enĩ pfectũ est atq; illuc tẽdit:nõ cũ corpore, sed sigñ lõge a corpe seiunctũ ac separatũ purũ oĩno carnis expers atq; expiatũ fuerit. Ipse .n.ajus sicus, optimus, vt Heracletus inqt,quũ sit:veluti e nube fulgur ita e corpore, euolat:q aũt pmist? est corpori:eoq; oppler?:quẽadmodũ euaparatio quædã honusta atq; caliginosa ægre emittit: ẽgreq; reuocat.Haud igit cõsentaneũ bonoꝝ ac fortiũ viroꝝ corpora vna cũ ais præter naturã in cœlum transmiti:sed aĩos virtute exultos existimãdũ est oĩno,nõ repugnãte natura diuino quodã decreto ex hoibus in heroas:ex heroibus in dæmones:ex iis vero quũ penitus veluti in mysteriis purgati expiatiq; fuerit, deposita mortali omni ac terrena mole,non ciuili lege, sed vt veritas & ratio dictat,in numeꝝ deoꝝ referri,pulcherrimũ ac beatissimũ finem cõsecutos.Quirinũ autẽ Romuli cognomẽ martiũ ac bellicosum qdã referre existimãt:qdã ex eo ductũ:q; ciues Quirites appellarẽtur. Alii tradũt veteres lãceã qrĩ vocare solitos:ac Curetę Iunonis sigillũ i pilo sublatũ. Ad hæclãceã i regia positã Martẽ vocitare.lãcea quoq; donari cõsuesse illos:q i bellis q̃acriter strẽueq; pugnãtes fortitudinis laudẽ meruisser,pinde effectũ eẽ:vt Romulus veluti marti? qdã de?ac pugnax grin? dice-

Scipionis Aphricani mors incognita.

Capra pal?

Iuli? pcul?

Romulus deus appellatus.

Aristeus p conesius.

Cleomedes astypalęus.

Alcmenæ cadauer.

Animæ & corporis opiniones.

Heracletus.

Quirinus Romulus quur dict?.

Phanum ī quirinali tumulo Romulo constitutum.

ret. Illius igit phanū in tumulo qrino ab eo nuncupato constitutū est. Dies vero quo cōcessit e vita: vulgi fugam, ac nonas capratinas appellant: q eo descēdētes ex vrbe ad capræ paludē sacrificia peragant. Exeūtes aut ē ad sacrificiū multa ex patriis noibus: vt Marcelli ac Caii: cū clamore inuocāt: eius * diei fugā alternāq in vrbē reuocationē cū metu ac trepidatiōe referētes. Nōnulli quoq * assēuerant: hanc imitationē nō fugæ sed festinationis ac celeritatis esse: idq in eiusmodi principiū referūt. Postea q̄ galli capta Roma a Camillo pulsi, fugatiq sunt: quū ciuitas ea clade attrita virib⁹ ægre se recepisset multi latinorum Libio Posthumio duce in cā cū copijs inuaserunt. Sic haud pcul Roma positis castris, per legatum Romanis significauit velle se vtriusq populi necessitudinē & ppinquitatē quæ iam vetustate defecerat, renouare p cōnubia: affinitateq: turs⁹ permisti⁹ generibus. q si frequentes virgines mulierumq innuptas ad se mitterent: pacem illis secum & amicitiam fore: vt antea ex simili origine cū Sabinis fuerant. His auditis Romani simul & bellū formidabant: & mulieꝝ deditionē nihil mitius captiuitate habere opinabantur. Ambigētibus aūt illis seruа Philothis: vt alii tradunt, Tutola nomine consuluit: vt omissis cæteris, ad dolum cōfugerent: eo & bellum, & obsidum quoq dationē euitari posse. Fuit aut doli apparatus eiusmodi: Viros mittere: qui se vna cum pluribus seruularum forma præstantibus ad hostes deducerent: tum Philotis dē ipsam noctu ignē attollere: Romanos vero armata manu egredi: hostibusq somno sepultis pro voluntate vti. Hæc ita gesta: addētibus fidem latinis: Philotisq noctu ignem ex caprifico quadam sustulit circumpositis a tergo velaminibus atq inuolucris: vt splēdor ignis hostibus interclusus, Romanis tantū appareret. Dato igitur signo trepidi exierūt: & ob trepidationem, qua ad portas inuicē vsi sunt: seipsos sæpius adhortantes: cessis repētino & improuiso impetu hostibus: victoriæ monumentū festum diem eiusmodi agitant: Capratinisq nonis ex caprifico id nomē manet: constitutis etiā extra vrbē ex fici ramis tabernaculis: sub iis epulum mulieribus præbēt: seruæq circum cœuntes ludunt ita: verberibus ac lapidum iactu inuicē se afficiunt: vt eo tpe pugnātibus Romanis auxilio affuerunt. Hæc haud multi historicorum pro veris admittunt: sed pluribus diurna nominū cōmemoratio, & ad capræ paludē vt ad mare incessus, ad priorem sententiam magis spectare videtur: in iam eodem die diuersis temporibus vtraq clades accepta est. Fertur igitur Romulus quatuor & quinquaginta annos natus, trigesimo octauo sui regni anno e vita migrasse.

Philotis vl Tutola fua

Capratinæ nonæ cur dictæ.

Romulus quo tēpore excesserit e viuis.

ROMVLI AC THESEI COMPARATIO.

VÆ igit de Romulo & Theseo auditu digna & memoria accepimus: hęc a nobis exposita sunt. Iraq videt alter eoꝝ ab initio iudicio suo & cōsilio, nulla coactus necessitate: sed quum liceret sibi i Trœzene regnare, potitus regno haud obscuro: ipse suapte natura magna atq ardua spectasse. Alter quū fuga ipsa ignauiæ nomē ac suppliciū subiturus esset: quale est illud Platonis: timore ac metu fortis fuisse: extremaq pati reformidās ad magnas res gerēdas inuitus coactusq accessisse. Deinde huius opus vnius Albæ tyranni cædes maximū memorat. Illius aut Scyrō, Sinis, Procustes, * Corynetes, præludia quędam, dum ad maiora se cōpararet fuerūt: quibus oppressis, magnis tyrānis græciā liberauit: priusq esset illis q ab eo seruarētur cognitus. Atq huic declinatis latronum insidiis maritima trāsuectio tuta patebat. At Romulus viuo Amulio incolumis esse nō poterat. Cuiid permaximo argumēto est q Theseus nulla puocatus iniuria pro aliorū salute improbis bellum indixerit. Illi autem quoad ipsi nihil a tyrāno mali perpessi sunt: iniurias omnium cōtempserunt. Q d si magnū videtur Sabino prælio vulnus accepisse: oppressisseq Acronē: permultos hostes bello domuisse: cum his operibus possumus Centaurorū pugnam, & aduersus Amazones Thesei gesta conferre. Quod vero Theseus circa creticū tributū est ausus: cum siue beluæ aliqui escam, siue victimā Androgei sepulchro, siue quod ē leuius ex his quæ prodita sunt ad seruiēdum apud homines cōtumelioso atq immites, fœdam seruitutē ignominiosamq subiturus: sponte se offerens: cū virginibus & pueris nauigationē suscepit: Quātæ fortitudinis & magnitudinis aī aut iustitiæ aut splēdoris & glorię cupiditatis aut virtutis sit opus: nullo: modo verbis explicare quis posset. vt mihi nō male diffinisse philosophi videantur: q dixerunt amorē ministerium esse deoꝝ ad curam & ad cōseruationē iuuenū hominibus exhibitū. Nam Ari adnę amor nihil aliud q̄ dei opus, atq inuētum salutis viri gratia fuisse videtur: nec amātem mulierē culpare: sed magis admirari debemus: si quidē nō omnes viri & mulieres eo pacto animati fuerint: sin aūt hocilli tātūmodo cōtigit: iure ego illā, quæ miti pboq ingenio, & q̄ bonis fortibusq viris affecta fuerit, a deo amari dignā fuisse dixerim. Quū vero vterq natura ciuilis extitisset: neuter eoꝝ regiū administrandi morē seruauit: sed eo omisso, alter populārē, tyrannicū alter inducentes: ambo cōtrarias rationes sequuti: in eādē fraudē decidērūt. Oportet. n. omnes q in regno cōsti-

Amor quid sit.

tuti ſunt: primũ omnium regnum ipſum cõſeruare. ſeruatur autẽ nihilominus: ſi in eo nihil fiat: quod minus cõueniat: q̃ ſi cõueniẽtia cũcta agãtur. Qui vero aut remittat aliquid: aut intẽdat: is de regis ac principis maieſtate decedens: & aut multitudini ſeruiẽs: aut ſibi vẽdicans dominatum: id regis ac principis maieſtate decedẽs: & aut multitudini ſeruiẽs: aut ſi bi vendicãs dominatum: id agit: vt aut cõteẽnatur a ſuis: aut in eorũ odium & offenſionẽ incurrat. Attamẽ videtur illud ex benignitate & humanitate: hoc ex cupiditate inſolentiaq; profectũ. Q d ſi nõ aduerſa oĩno fortunæ aſcribenda ſunt: ſed ex moribus ac perturbationibus notanda: impetu quidẽ animi, & furore ac ira ſubito concitata, quę ille infratrem, hic in filiũ admiſit, nemo excuſare conetur: ſed principium ad iram impellens, eum magis a culpa vindicat: qui maiori cauſa veluti vulnere grauiore accepto a virtute deſciuerit. Romulo enim quum de rep. ageretur: & cum fratre in certamẽ contẽtionemq; veniſſet: nemo tali in re hanc illi ſubito mentẽ & cogitationẽ incidiſſe arbitraretur. At Theſeum quę pauci oĩno mortales effugere: amor: ſuſpitio: calũnia muliebris: in filium cõcitarunt. Quod autẽ maius eſt: Romuli furor in rem atq; opus erupit, nõ mitem exitum habiturum. Theſei vero ira vſq; ad verbũ inprecationem ſenilẽq; execrationẽ proceſſit. Cæterum apparet adoleſcentem vſum eſſe fortuna. Quare in hoc quiuis Theſeo ſuffragetur. Sed in Romulo illud maximũ fuit te nuiſſima ad res gerẽdas principia habuiſſe. Serui enim ac ſubulcorum filiũ habiti: priuſq; ipſi liber/tate donati forent, omnes fere Latino ſin libertatem vindicarunt: vno eodemq; tẽpore plura no/mina pulcherrima cõſequuti: oppreſſores hoſtium: cõiunctorum vindices: reges gẽtium: condi/tores vrbium: non inſtauratores vt Theſeus: q̃ ex multis in vnum coactis vnã cõpoſuit ciuitatem pluribus euerſis: quę regũ priſcorũq; heroũ nomina referebãt. Romulus hęc poſtmodũ in hoſtes effecit: quos coegit, euerſis deletiſq; propriis vrbibus, ad victores cõcedere. Sed ab initio nõ condi tam ante ciuitatẽ immutauit: neq; exauxit: ſed quum nullã haberet: & ipſe ab integro noua exedi/ficata, ſimul agrum ſibi, patriam regnum, genus, cõnubia, neceſſitudineſq; pararet: neq; excidit vllam: neq; euertit. erga extores autem ac ſede carẽtes benificus extitit: quos volentes in populũ & ciues accepit: latrones & maleficos nõ interemit. At nationes bello ſubdidit: ciuitates in ditio/nem redigit: de regibus & ducibus triumphauit. Remi autẽ cędes haud certum authorẽ habet: plurimiq; crimen in alios tranſferũt: matrem vero ex manifeſta clade exitioq; ſeruauit: auũ quoq; turpiter ignominioſeq; ſeruientem in Æneę ſedem reſtituit: quũq; illum ſponte multis benefi/ciis affeciſſet: ne inuite quidẽ lęſit. Theſei vero de velo mandati obliuionem & negligentiam vix arbitror longiori defenſione etiam apud diſſolutos iudices parricidii culpam deprecari poſſe. Q d ſentiens vir quidam Atticus: q̃ magnum aggredi volentibus defenſionis munus incumberet: fin/git Ageum aduentãte naue, quum feſtinę ſpectandi gratia adarcem curreret, prolapſum cecidiſ/ſe: vt qui ſtipatorum ope deſtitutus foret: aut cui ad mare properanti nullus ſeruorum comitatus adeſſet. Quod autem ad fœminarum raptum ſpectat: Theſei facto honeſta defenſio defuit: ac primum q̃ deliquit in eo genere ſępius. Rapuit enim ariadnam Antiopen, Trœzeniam q; Anaxa gonam: & poſt omnes, natu iam grandior, nondum adultam Helenam: ſed infantẽ: nec ætate nubilem: quum ipſe iam legitimi cõnubii tempus ſuperaſſet. Deinde q̃ cauſa in hoc fœdior rapi/endi fuit. Non enim Trœzeniorum. Laconum: Amazonũ filiæ in procreãdis filiis dignæ erant: quę Athenis Erechthidibus Cecropidibuſq; præferrentur. Verũ hæc ita geſta ſuſpitionem præ ſe ferunt contumeliæ ac voluptatis gratia eſſe ſuſcepta. Sed Romulus octingentis aut non multo paucioribus raptis Sabinis, non omnes, ſed vnam tãtum vt aiunt Herſiliam habuit: alias iis qui inter ciues virtute excellerẽt, diſtribuit. Deinde honore: indulgentia liberalitate quibus in poſterũ mulieres habitæ ſunt, vim illã atq; iniuriã opus pulcherimum maximeq; ciuile ad eã quę cõſecuta eſt cõionem ac ſocietatẽ conficiendã fuiſſe declarauit. Sic vtrãq; gentem in vnum compulit: inui/cemq; admiſcuit: rebuſq; futuræ beniuolentiæ ac potentiæ fontem atq; originẽ p̃buit. Pudoris ãt & amicitiæ quã in nuptiis ſtatuit, tempus eſt teſtis. Ducẽtos enim & triginta perpetuo deinde an/nos, neq; vir auſus eſt ab vxoris, neq; a viri vxor ſocietate diſcere. Sed vt apud Græcos hoſes rerũ cognitione maxime doctrinaq; p̃ſtantes, parricidam primum ac matricidam proferre poſſunt: ſic apud Romanos omnis puagatũ eſt: Seruilium Spurium primũ fuiſſe: qui cũ vxore infœcunditatis gratia, diuortium fecerit. Huic autẽ rei, cũ lõgitudine tẽporis res atq; opera teſtimonio ſunt. Nam & regnũ vtriuſq; gentis regibus & reſpublica generibus ambobus ex eo connubio in medium po ſita eſt. Ex Theſei aũt nuptiis nulla amicitia cũ aliquo, nec ſocietas Athenienſibus comparata eſt: ſed odia: bella: ciuiũ cædes cõſequutæ ſunt: atq; ad poſtremũ amiſſis Aphidnis miſericordia hoſti/um ſupplices, deoſq; implorãtes, quæ ob Alexandrum Troiani pertulerũt: vix a ſe tandẽ deprecati ſunt. Mater autem Theſei non periculum tantum ſubiit: ſed relicta etiã ac prodita filio, eadem om nia q̃ Hæcuba ptulit: niſi iã q̃ de eius captiuitate ferunẽ, ficta & cõmẽtitia ſunt. Q d ſi hoc mẽdaciũ ẽ: oportet & alioq; plurima vana exiſtimare. Ad hæc q̃ de numinis diuinitate memorãt q multũ in ter ſe differũt. Nã Romulus admodũ p̃pitiis diis atq; auſpicibus ſeruatus ẽ. Oraculũ vero Ageo da tũ, vt ĩ pegrina terra cõcubitu abſtineret, declarare videt: Theſeũ p̃ret volũtatẽ deoq; eſſe p̃creatũ.

Græci.

Diuortium prim⁹ apud Romanos fecit Seruilius Spurius.

LYCVRGI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Lycurgi nomẽ in discoinciſum.

Lycurgi origo.

Sous.

Helotes.

Eurytiotidas.

Patris Lycurgi interitus.

Polydectus Lycurgi frater grádior

Lycurgus nepotis posthumi regnũ eſſe declarauit.

Prodicos

Elycurgo legum latore nihil (vt ita dixerĩ) certi narrare licet: cuius quidem & genus, & peregrinatio, & obitꝰ, atq; oẽs ipſius in ferendis legibus, cõſtituendaq; republica ſtudium, varias hiſtorias ſortitũ eſt. At ne tempora quidem cõſtant: quibus vir ille fuerit. Alii nãq; Iphiti tẽporibus claruiſſe feriaſq; olympiacas vna ſecum cõfeciſſe tradunt. quorum eſt & Ariſtoteles philoſophus: cõiecturam trahẽs exeo diſco: quo in olympiacis ludis vtebanꝫ. In illo enim Lycurgi nomẽ inciſum conſeruatur. Alii vero ex illorum ſucceſſionibus, qui Spartæ regnarũt, tempus ſupputantes: veluti Eratoſthens, atq; Apollodorus: nõ paucis annis antigorẽ prima olympiade Lycurgũ oſtendũt. Timæus autẽ ſentire videt: duos apud Spartiatas Lycurgos extitiſſe: haud eodẽ tẽpore. Eorũq; vtriuſq; res geſtas, ob gloriã, in alterꝫ referri: & vetuſtiorẽ qdem nõ porro Homeri tpibus fuiſſe. Quidã eriã Homerꝫ illum vidiſſe ferũt. Xenophõ quoq; videt antiquitatẽ viri illius aſſererein qbus Lycurgũ Heraclidarꝫ tpibus fuiſſe cõmemorat. Nam genere quidẽ nouiſſimos etiã Spartæ regnãtiũ Heraclidas fuiſſe perſpicuũ eſt. Hic autẽ videtur illos nominare Heraclidas voluiſſe: q primi ſimulq; pximi Herculi extiterũt. Verũtamẽ q̃q̃ tãto in errore verſetur hiſtoria: enitemur eos ſequẽtes, vel q̃ pbatiſſimis argumentis, vel teſtibus celeberrimis vtunꝫ: quæ de hoc viro perſcripta ſuut in medium referre. Cũ & Simonides poeta nõ Eunomi, ſed Pritanidis filium Lycurgum dicit: atq; Lycurgum & Eunomũ plurimi fere non hac generis origine perhibẽt: ſed ex procule & Ariſtodemo inquiũt Soum natũ: ex Soo Eurytionem: ex quo Pritanin: ex hoc autẽ Eunomũ. Ex Eunomo vero Polydecten ex priore vxore: Lycurgum autem iuniorem ex Dionaſſa. Vt vero Eutychidas tradidit: eum quidẽ ſextũ a Procle: ab Hercule aũt vndecimum. Ex maioribus aũt eius Sous maxime illuſtris fuit: quo imperãte ✻ Helotes Spartiatæ in ſeruitutẽ egere: & agri nõ nihil ab Arcadibus abſcindẽtes ſibi aduẽdicarunt. Fertur aũt Soum nuper difficili aridoq; loco a Clitoriis obſeſſum, in ea veniſſe fœdera: vt partã bello terram eis relinq̃ret: ſi qdẽ ipſi atq; ſui oẽs ex pximo fonte biberẽt. Firmatis autẽ iureiurãdo fœderibus cõgregatiſq; ſuis omnibus: illi qui nõ biberet regnũ ſe traditurũ pollicitũ eſſe. Continẽte vero ſe nemine ſed cunctis potius bibẽtibus: Soum ipſum poſt oẽs deſcendiſſe: & hoſtibus adhuc p̃ſentibus, cũ ſeſe aqua aſperſiſſet, abſceſſiſſe: locũq; tenuiſſe: pinde atq; nõ oẽs bibiſſent. Sed tam etſi has ob res Soum admirentur: nõ ob hoc tamẽ, ſed ab eius filio familiã Eurytiotidas cognominarũt. Videtur enĩ primus Eurytion nimiꝫ regiæ poteſtatis faſtũ remiſiſſe: beneficiis alliciẽs populũ, multitudiniq; gratificãs. Ex huiuſmodi vero remiſſione populo ad audaciam irritato: poſteris autẽ regibus tũ multitudini exoſis, tũvel ad gratiã, vel pp infirmitatẽ diſſimulãdo pferẽtibus: Sparta diutius leges atq; ordinẽ deſyderauit. Qua tẽpeſtate & Lycurgi patrẽ iperitãtem diẽ obire cõtigit. Dirimẽs enĩ quãdã tumultuantiũ pugnã popinario cultro ictus occubuit: Polydectæ filio q erat natu grãdior relicto imperio. Quo qdem & ipſo mortuo nõ multo poſt, in regnum ſuccedere Lycurgum oportebat: veluti oẽs opinabãtur. Atq; priuſq̃ manifeſtũ foret, fratris vxorẽ prẽgnãtẽ eſſe, regnabat: ſed poſtea q̃ celerrime hac de re certior factus eſt: regnũ declarauit pueri eſſe: ſi qdem mas foret: principatũ vero ipſe tanq̃ tutor gubernabat. Pupillorũ autẽ regum tutores Lacedæmonii prodicos nominãt Sed vt mulier clanculum eum accerſere: verbaq; de perdẽdo puero, quo illi Spartæ imperanti nuberet, facere. Eius quidem ingenium Lycurgus exoſus ac deteſtatus eſt: ad ea vero quæ dicebantur, contradixit nihil: quin laudare & admittere ſimulans. Non oportet inquit per abortiuum partum atq; medicamentum ipſa ſibi corporis detrimentum afferat, periclitetur: ſibi enim curæ fore: vt continuo qd naſceret, e medio tollatur. Hoc igitur pacto ad tẽpus vſq; pariundi deducens mulierem: vbi illam pariẽtẽ ſenſit: miſit qui parturienti aſſiderent: eãq; aſſeruarent. His autẽ imperat: ſi fœmina naſceretur, eã mulieribus traderẽt. Si mas: eũ ad ſe deferrent: quicquid reꝫ tũc ipſe ge-

reret. Accidit autē: vt mulier ipso cū principibus cœnante, marem pareret. Administri aderāt: qui adeum infantē deportarūt. Quem ille suscipiēs traditur dixisse ad discūbētes. Rex natus est nobis o Spartiatæ: ac deinde cū regio solio reclinauisset: Charilaum nominauisse: quoniā qui aderant hi lares omnes essent: admirantes illi quidētum eius animi magnitudinē: tum iustitiā. Regnauit aūt toros mēses octo Cæteꝝ erat spectatissimus apud ciues: pluresq; fuere, qui illi ob virtutē auscultarent, & alacres iperata exequerent: q̄ qui vt regis curatori, potestatēq; regiā habēti, obtemperarēt. Erat & q̄dā aduersus eū inuidia: ac nōnulli quoniā iuuenis in incremētis esset, in eū insidias molirent: pstertim cognati & familiares matris ipsius regis: q̄ contumelia affecta videbat: cuiusq; frater Leonidas, vbi audacius aliquādo atq; petulantius in Lycurgū maledixisset, subdidit: se plane ac certo scire ipsum regnaturꝝ, suspitionē iis pbens: ac Lycurgū calumnia præoccupās: vt insidiis vsum: siquid regē pati cōtingerit. Huiuscemodi aūt verba q̄dā etiā a muliere efferebant: q̄ grauiter Lycurgus & pmoleste ferēs, veritusq; occulta cōsilia, statuit pegrinatiōe euitare suspitionē: vagaticq, quo ad nepos pætatē ad successionē regni prolē cōsequeret. Itaq; sic soluens primū in Cretā venit: vbi respublicas regionis discens, cōgressus q; viris primariis gloria ptim & legibus, pbauit: accepitq; domū q̄si trāsllaturus atq; vsurus: partim etiā cōtēplit. Præterea vir, vnū, qui sapiēs illic ciuilisq; habebat: gratia & amicitia psuasum * Thaletam nomine spartā misit: q poeta versuū lyricoꝝ existimatus, occasione q̄dē & prætextu hāc illic artē exerceret: re vero quæ optimi legū latores solēt, ea ipse pficeret. Illius enim odæ, q̄dam erant orationes quæ modis simul & numeris multū decoris, grauitatisq; habētibus ad obtēperādū, concordiaq; vtendū reuocarēt. Iis aūt auditoꝝ ingenia sensim demulcebant: & a maliuolentia quæ tunc illis inuicē inerat, reꝝ honestaq; studio absuescebant. Quā obrē omnes ille quodāmodo honestissimis Lycurgi institutis pparauit. Ex Creta autē Lycurgus in Asiam nauigauit: volēs, vt ferē, Cretenses victui abiecto q̄dē illi & seuero, sumptus Ionicos ad delitias, quemadmodū medici sanis corporibus subægra & morbosa solent, & cōputare: & ita viuendi atq; rerūpublicaꝝ differentiā decernere. Quo quidē in loco quū Homeri poemata primū legisset: q̄ apud Creophili filios seruabantur: & in iis esset intuitus ciuile institutum ac eruditionē admistam: non minore sectandam studio, q̄ autū: voluptates: intemperantiamq; libidinis, ea quæq; libenter scripsit & congregauit: vt in patriam deuecturus. Erat enim iā pertenuis fama quædā versuū apud græcos. Quasdam poseos parte sparsim, vt acciderat, diuulgare consequuti fuerant aut multi. Eā Lycurgus vel primus illustrē fecit. Aegyptii vero etiā ad se venisse Lycurgum putāt: & ab aliis nationibus pugnandi discrimen maxime admiratum, id ad Spartiatas transtulisse: diuitisque fabris & vulgaribus opificibus vrbanam verissime ciuitatem: mundamq; reddidisse. Quæ ab Aegyptiis dicunt: hæc eadē & Græcorum aliqui, & ipsi rerum gestarum scriptores testantur. Quod autem Lycurgus Libyam: Hiberiam petierit: & indiā peragrās Gymnosophistis congressus sit: præter Aristocratem Sparciatam Hipparchi filium neminem dixisse cognoscimus. At Lacedæmonii absentem Lycurgum desyderabant, accersebantq; sæpenumero: quasi regis nomen dignitatemq; duntaxat: aliud vero quo multitudini prestarent: nihil haberent: ac in Lycurgo imperatorium quoddā esset ingeniū: & vis q̄ hoīes alliceret, & pstantiores redderet. Veꝝ neq; regibus illius viri pstantia minus desyderabat: quin sperabāt eo pnite multitudinē minus sese ad iniuriā & cōtumeliā latū ire. Quū ergo Lycurgus ad hoīce ita affectos reuertisset: illico aggressus est pnitem mouere statū, rēpublicāq; mutare: tāq; nullū neq; opus, neq; vsus legum singularū eēt: nisi quis veluti corpori ægro & morbis oī fariā pleno inhærentē valetudinis tēperiē resoluēs, ac deiiciens medicamētis purgationibusq;, alterum nouū viuēdi ordinē aggrediat. Quū hoc igit secū cogitasset: primū oium Delphos petiit: & accepta sorte, actisq; sacrificiis redit: celebratū illud oraculū secū referens: quo & dilectus diis, & deus ipse potiusq; homo a Pythia appellatus est. Præclarā enī legū institutionē efflagitantibus: inquit. Tandem deū & dare illam & annuere: quæ longe aliaꝝ rerū publicarū optima foret. Itaq; his elatus optimates accersiuit: ac simul regē aggredi hortatus, est clāculum amicos antea alloquutus. Deīde sic paulatim quū plures tentasset: & ad rem ipsam cōstituisset: vbi aduenit tps, trigita principes iussit, q̄ primū illuxisset, in forum armati procederēt: cū stuporis gra, tum & terroris si qui aduersarentur: quoꝝ viginti illustriores Hermippus pspicue scripsit. Qui vero Lycurgi facinoris vnus oium particeps fuerit, & ei in ferendis legibus socius, Artemidā nominat. Orto aūt tumultu: Charilaus rex metu pculsus, veluti aduersū se totū negotiū isurgeret, in ærarii domū defugit. Deinde suasionibus, acceptisq; iuramētis, pdiit: & q̄ gerebātur pticeps fuit. Quippe q vsq; adeo miti esset, leniq; ingenio: vt quū aliq̄n secū vna regnaret Archesilaus: dixerit aduersus eos qui adolescentem laudibus efferebāt. Quo pacto Charilaus vir bonus non fuerit: qui ne etiam improbis molestus est? Quum multa vero Lycurgus innouasset: primū fuit & maximū senioꝝ constitutio: quam ait Plato tumescenti regum imperio admistam, & ad maximas res adipiscendas salutem simul & continentiam æqualē potestatem assequutam. Suspensa enim respublica & declinans nunc ad reges in tyrānidē, nūc ad plebem in Democratiam: quū sicuti munimen, seniorum principatum in medio statuisset: ac neutrā eēt in partem pronior: tutissimū ordinē & statum habuit. Semper enim octo & viginti seniores

tutores vocāt Lacedæmonii. Charilaus.

Lycurgus pegrinatione suspitionē euitauit Thaletas poeta lyricus.

Poesim Lycurgus illustrauit.

Lycurgus e Delphis redīes deus a Pythia appellatus.

Artemidas Lycurgi in ferendis legib⁹ socius. Institutum primū Lycurgi.

Senioꝝ cōstitutio a Lycurgo

primum in stituta. Tyrannis. Democratia. Seniorum .xxviii. varię opiniones. Phylæ. Obæ. Archagetę. Babyca. Gnatio.

illis tum regibus assistebant: vt populari principatu repugnaret: tum vero ne tyrānus fieret rursum populi iuribus fauebāt. Tot aūt eos seniores fuisse refert Aristoteles. Eoģ enī q primi .xxx. cū Lycurgo extitissent, duo id negotii p̄ metu reliq̄runt. Sphærus aūt ait ab initio tot fuisse cōsilii participes. Quiddam etiam esse posset: q̄ ip̄se numerus p̄ septenariū quater multiplicatum absoluit. Et q̄ suis partibus æqualis post senarium perfectus est. At mihi videtur tot maxime seniores constituisse: vt oēs .xxx. essent: octo autē & viginti regibus duos iis esse additos. Sic igitur circa hunc principatum Lycurgus studuit: vt ea de re vaticiniū e Delphis reportarit: q̄d ῥητρα vocāt. id est huiusce modi.

In hisce oībus * Phylas Phylaxæ: & Obas Obaxæ: multitudinis in partes diuisionem distributio nēq̄ significat: quaģ alias Phylas: alias Obas appellauit. Archagetę vero reges dicuntur. Appella zein autem est concionari. Nam publicæ institutionis principium ac causam in Pythiū oraculum rettulit. Sed Babycam & Gnationem nunc Oenūtrem vocant. At Aristoteles Gnationē fluuium: Babycam vero partem asserit. Inter hos autē conciones agebant: quū neq̄ patria essent: neq̄ alius vllus apparatus. Quare & hæc existimabat ad bene cōsulendū accedere: quin potius ea obesse: quę nugaces & molles redderent in ani elatione mentes coeuntiū: quādoq̄dē ad statuas & picturas, aut theatroq̄ proscenia, aut curiaģ tectā curiosius elaborata ipsi cōcionātes aspiciunt. Ex reliqua vero coacta multitudine sententiā dicere nemini permittebatur. Quā autē seniores regesq̄ tulissent: decernendi populus ius habebat. Postero tamen tempore multis remouendo addendoq̄ peruertentibus, violantibusq̄ sententias, Polydorus & Theopompus reges hæc Rhetræ ascripsere. Quę autē populus praue rogauerit: ab his seniores, & Archagetas segreges eē: hoc est nō roborare: sed oīno & discedere: & populū dimittere: tāq̄ sententiam in deterius & vertentem & cōmutantem. Suaserāt ipsi ciuitati sic esse faciendum: quasi hæc deo imperante: veluti ferme hisce Triteus meminit: Pythius affatus quos est: oracula phœbi Discite vetidici sanaq̄ verba dei. Consilii imperium reges seruare superbos: Sparta q̄bus cura est, vrbus capienda probis: Grandæuosq̄ senes & qui respondeat almis Hinc reliquū rhetris recta simul populū. Quod q̄ hocpacto institutionē ciuilē Lycurgus misc

Oligarchia

uisset: tamē qui post eum sequuti sunt, quū effræneū adhuc & validā Oligarchiā (ea vero est in q̄ pauci dominantur) ferocē ac feruidam viderent: vt ait Plato, quasi frænū iniiciunt ei Ephororum potestatē annis maxime a Lycurgo centū & triginta primū elato ephoro cōstituto Theopompo regnāte: quē aiunt quū ab vxore sibi probro obiceretur: q̄ esset humilius regnū filiis traditurus: q̄ ip̄se accepisset: eo igit̄ maius rīdisse quo diuturnius. Enimuero quū insolentiā regū cū iuidia simul depositisset periculū quoq̄ euitauit. Quo factū est: ne ea paterētur, quæ Messeni Argiuiq̄ aduersus reges suos, q̄ nihil ex regia potestate ad popularē mansuetudinē, neq̄ cedere neq̄ deponere voluissent, factitarunt. Et id maxime Lycurgi sapientiā puidētiāq̄ p̄spicuā ac manifestā reddidit: q̄ ad Messenioģ atq̄ Argiuoģ, q̄ & cognati & vicini populi regesq̄ existerent, seditiōes & rerūpublicaģ crūnas oculos cōuerterent. Ii nāq̄ vbi ab initio paria cōsequuti essent: & in sorte ante ire illos viderentur: haud ad multū tpis secundis rebus vsi sunt: sed regū iniuria potiusq̄ q̄ turbæ obedirent præsentes status perturbantes, demōstrarunt eū diuino p̄fecto Spartiatis successui, fortuneq̄ extitisse: qui

Institutum secundum Lycurgi.

rēpublicā apud ipsos aptarit, atq̄ tēperarit. Sed de his postea. Secūdū vero Lycurgi institutū ac generosissimū est: agri diuisio. Nā cum inęqualitas nimia & grauis esset: plurimiq̄ inopes & egeni vt bē perturbarēt: diuitiæ autē in paucos prorsus confluxissent: & cōtumeliā, & inuidiā, & malignitatē, & delitias, & qui hisce quoq̄ antiquiores maioresq̄ reipublicæ morbi sunt: diuitias ac pauperiē eiecturus, persuasit: vt solū omne in medio positū a principio diuiderent, & æquali sortitiōe pariq̄ substantia inuicē oēs viuerēt: primatū vero virtute arriperēt: q̄si nihil præstaret alter alteri, superiore ve eēt: nisi quātū rex turpiū vitupatio, & honestaģ laus determinaret. Volēs āt simul ac dixerat, faceret: distribuit reliquā q̄dē Laconicā versus municipia ad sortes .xxx. milia: quæ vero ad oppidū

Agri diuisio a Lycurgo facta.

Spartæ ipsi adiaceret ad nouē milia. Tot. n. Spartiataģ sortes extiterūt. Aliqui aūt dicūt Lycurgū sex milia distribuisse: sed tria milia postea Polydorū addidisse. Alii vero ex nouē milibus dimidium Polydoro & dimidiū Lycurgo ascribunt. Sors aūt cuiuslibet tāta fuit: vt redditū ferret viro q̄dē frumēti .lxx. medimnos: fœminæ vero .xii. & ex liq̄dis itē fructibus pro rōne copiā redderet. Nā tantū alimēti abūde is fore arbitratus est: q̄ & ad bonā corporis valetudinē, & habitudinē satis esset: alia vero re nulla īdigerēt. Narratur aūt eū posteriori tpe quū ex peregrinatiōe p regionē ipsā nuperrime demessam iter aliq̄ faciens, videret aceruos similes & æq̄les, surrisisse dixisseq̄ ad astantes: q̄ oīs Laconica multoq̄ strātrū videt eē: q̄ eā mō diuiserint. Aggressus & res mobiles diuidere: quo iæqualitatem oēm & excellentiā tolleret: quoniā intuebatur eos inique ferre manifestā ablationem, alia vsus via e medio sustulit hanc plus habendi cupiditatē. Nam vbi primū nūmū oēm aureum & argenteum irritum reddidisset: ferreum solū vtēdum imperauit. Fecitq̄ vt ex vasto pondere & magnitudine valeret parum: ita vt .x. minarum instar, & magno domi penu indigeret, iumentisq̄ ad agendum. Hoc aūt fuso plurima iniuriarū genera ex Lacedæmone sunt eiecta. Quis enim aut furari voluisset: aut corrumpere munetibus: aut alium priuare: aut rapere: quod neq̄ occultare poterat: neq̄ cum voluntate possidere: neq̄ etiā vtiliter incidere? Acero enim (vt ferunt) igniti ferri acie

Nūmo aureo & argenteo expuncto, ferreū Lycurgus vtendū statuit.

extinguẽs, abstulit ad alias res & vsum & vim: quoniã infirmũ & inutile redderetur. Post hoc ãt eas artes quæ inutiles supuacaneæq; essent, ex vrbe deiecit. Verũtamẽ deiicientẽt nemine, plurimæ cũ publico nũmo excidissent: quũ res non haberentur in pretio. Ferreus.n. nũmus Græcis aliis cõmunis nõ, erat: neq; pretiũ habebat: qppe qui ridiculo esset. Itaq; ex peregrinis & pretiosis mercibus nihil eo licebat emi. Neq; onus aliquod negotiatores in portus inuehebant. Neq; rhetor in Laconica ad docẽdũ ibat: neq; mẽdicus vates: neq; scortor q; enutritor: neq; q aurea, neq; q argẽtea ornamẽta laboraret: vti nũmus illic non esset. Sed sic paulatim deserte ab iis a qbus exuscitarẽtur alerẽturq; delitiæ, vltro defecere: neq; his q multa adepti essent, plus quicq; cõmodi aderat: quũ opibus locus in publico nõ esset: sed domi occlusæ otiosæq; tenerẽtur. Quãobrẽ expedita necessariaq; vasa hæc, lectuli, & sellæ, & mensæ apud eos optima fiebãt. † Cothon q; Laconicus militiç (vt ait Critias) maxime ꝓbabatur. Nã quas aquas bibere cogebãtur: visus q; abhorrebat: illius poculi colore occultabãtur: & quũ turbidæ intus collidẽrẽtur, ad horas q; subsiderẽt: puriores ori admouebãtur. Hoc vero auctor fuerat legũlator. Nã quũ inutiliũ rerũ artifices expulsi essent: in necessariis ipsis decorẽ artis ostendebant. Præterea quũ magis animo volutasset: & aduersus delitias bellum aggredi, & diuitiarum desyderium auferre: Institutum tertiũ, pulcherrimũq; induxit: cõuiuiorum apparatum: quo simul cœnatum cõueniẽtes ad cõmunia & ordinata opsonia ac cibos, nequaq; domi discumberẽt: aut superstrata pretiosa mensasq; magnifice instructas, inter opificũ & coquorũ manus sub noctẽ veluti voraces animantes impinguescerẽt: atq; vna corpora moresq; corrumperẽt: ad omnem libidinem satiemq; resoluti. Ac per id & multo somno & calidis balneis, prolixaq; quiete & quodam modo languore quottidiano indigerent. Permagna igit ea res fuit: sed longe maior: q; cõmuni illo cœnandi instituto, & facilitate victus id effecerit: vt neq; furto petendę diuitiæ, neq; potius (vt ait Theophrastus) honori habendæ, neq; diuites haberẽtur. Nã neq; vsus, neq; fructus, neq; facies oĩno aut ostẽtatio fuerat magni apparatus: quũ vna cum paupere opulentus ad cœnam iret. Itaq; celebratum illud emanauit. In vna omniũ quæ sub sole sunt vrbiũ Sparta seruari diuitiarũ deũ & cæcum & iacentẽ: vt picturã inanimatã ac ĩmobilẽ. Neq; enim antea cœnatos domi, ad conuiuia ventre pleno licebat ire. Sed diligenter reliqui cum asseruantes: qui nimis secũ aut biberet aut ederet: ob iurgabant tanq; intẽperantẽ cõmunęq; ad victum lacessentẽ. Quare vel ob hoc maxime institutũ, locupletes dr aduersus Lycurgũ exarsisse: & in eũ vniuersos clamoribus ac tumultu insurrexisse. De mũ vero pulsatus a multis, e foro cursu elabit: & alios ante oẽs in tẽplũ defugit. Sed vnus qdã adolescẽtes alias nõ ignauus, ver & acer & feruidus Alcãder instãs ac psequẽs eius oculũ, cũ retro verteret, baculo feriens eruit. At Lycurgus nil remissior eo dolore redditus est: quin aduersa fronte sese cõstituẽs faciẽ ciuibus cruẽtã erutũq; oculũ oñdit. Pudore maximo et mœrore intuentes affecti sunt: adeo vt ei Alcandrũ traderẽt: & ad suã vsq; domũ Lycurgũ ipsum simul indignãtes deducerẽt. Lycurgus aũt illos qdẽ laudatos dimisit: Alcandrũ vero vbi domũ itro duxisset: mali ei nihil neq; fecit, neq; dixit: sed dimissis cõsuetis ministris, q sibi famulabant, illũ, ministrare iussit. Hic aũt q nequaq; eẽt obtusus: silentio ĩperata exequebat: simulq; Lycurgo assistẽs ac simul viuẽs in pspicięda mãsuetudine & eius aĩ effectu, & vitæ feueritate, & in pferẽdis laboribus cõstantia, & ipse mirifico in eũ virum amore est redditus: & ad familiares amicosq; dicebat: Lycurgũ neq; dur neq; el atũ esse: sed solũ mã suetũ atq; aduersus alios mitẽ. Sic igit ille cruciatus est: & huiusmodi pœnã subiit: vt ex improbo & temerario iuuene in vir exactissimũ cõtinẽtissimũq; euaderet. In huius aũt ærumnæ monumentũ Mineruæ phanũ Lycurgus statuit: q; Optiletí appellauit. Nã oculi apud illius regiõis Doricos optili vocant. Aliqui tamẽ quor est Dioscorides, qui Laconicã rẽpublicã cõscripsit, Lycurgũ oculũ per cussum asserũt: nõ ãt luscũ factũ: ac phanũ ipsum deæ statuisse in ferendas recuperatę, valetudinis gratias. Baculum tamẽ ferre Spartiatæ in concionibus post eã calamitatẽ destitere. Conuiuia vero Cretenses Andria a viris: Lacedæmonii Phiditia appellãt: siue q; philias id est amicitiæ & humanitatis ea sint. d. pro. l. accipiẽtes: siue q; ad tenuitatẽ & pheidonẽ, hoc est parsimoniã consuescerent. Nihil aũt prohibet etiã primã extrinsecus e vocalẽ adiicere: vt aliqui dicũt editia a dieta, quæ victũ significat, nomẽ trahere. Conueniebant autẽ quidã ac pariter hisce vel pauciores vel plures. Ferebant singuli farinæ medimnũ singulis conuiuior mensis: vini choas octo: casei gnq; minas: ficuũ quinq; semis minas: præterea opsonii gratia perparum quiddam nũmi: alias vero quum aliquis sacrificasset primitias, ac venatus esset: partẽ in conuiuiũ mittebat. Licebat nãq; domi cœnare: quãdo vel sacrificiis quisquis esset vel venatione retardatus: verum alios adesse oportebat: ac maiorẽ in modum ea conuiuia diligenter obseruabant. Itaq; Agis rex, quũ debellatis Athenienſibus ab exercitu reuertisset: & apud vxorem cœnare vellet portionesq; postularet: eas tribuni militum mittere nolure. Postridie vero quũ sacrificiũ qd præbuerat, præ ira haud soluisset: ipsum multauere. Ad ea autẽ conuiuia ibant pueri: veluti ad scholas pudicitiæ ducerentur: & confabulationes ciuiles audiebãt: & liberales præceptores intuebantur. Jocariq; ipsi & comiter sine scurrilitate cauillari: & huiusmodi cauilla nõ honeste pati assuescebãt. Admodũ enĩ Laconici moris videt esse: iocosas obiurgationes nihilipẽdere. Qd q minus veller, licebat ihibere: & ille ab huiusce mõi loco desistebat. Ingredientiũ

Artes inutiles & supuacaneas Lycurgꝰ ex vrbe deiecit:

Cothon Laconicus.

Institutum Lycurgi tertium. Cõuiuiorũ apparꝰ & ordo a Lycurgo istituꝰ:

Plutus. Diuitiarũ. deũ & cęcũ et iacẽtẽ in vna Sparta seruari.

Alcãder Lycurgo oculum baculo eruit.

Mineruæ Optiletidi tẽplũ a Lycurgo statutum.

Andria cõuiuia.

Phiditia.

Agis rex.

Apomagdalia.

vero vnicuiq; natu maximus portas ostēdēs, ait: per hasce verbū nō egreditur: qui autē se cōiuui participē fieri velit: sic pbari. Deīde singuli apomagdaliā sumentes in manum ministro vas super capite ferente: silentio quasi calculum imittebat: q; reprobaret simpliciter: q; vero approbaret: manu vehemēter iprimēs. nam quæ apomagdalia pssa fuerit: pforati calculi vim habet. Q̄d si quā ex iis minus pressām offenderint: nō admittūt ingredientē: quippe qui velint oēs inuicē iocūde cōgredi.

Caddiscus vas.

Qui vero sic reprobatus fuerit * Caddiscatū dicunt. Caddiscus nāq; vas vocatur: in q̄d apomagdalias imittunt. Ex opsoniis aūt nigrum ius maxime apud eos probatū est: vt neq; carne seniores indigerēt, sed eā adolescētibus cedētes, ipsi iure pfuso vescerenē. Fertur aūt quidā ex Ponti regibus emisse iuris gratia coquum Laconicū: deinde iure degustato molestē affectū. Ac tunc ei dixisse coquum: O rex hoc certe iure hominis in eurota loti vtuntur opsonio: qui vbi modice biberunt, do mū abeūt absq; facula. Non enim licet pergere præuio lumine: neq; hanc, neq; aliā viā: quo assuefiant etiā in tenebris atq; noctu audacter & intrepide proficisci. Conuiuia igitur hūc habent ordinem. Leges vero scriptas nullas Lycurgus tulit. Sed vna ex his quæ Rhetræ appellant: hæc ē. Quæ igitur absolutissima & maxima ad ciuilem felicitatē, virtutēq; existerent, ea tum demum durare īmota existimauit: si vicinū moribus & vitæ instituto inserta essent: haberētq; tum firmā electionē, acerrimū scilicet necessitatis vinculum: tum eā legūlatoris dispositionē: quā disciplinā iunioribus faciebat: rationē reddens circa ipsos q; singulos. Paruas vero pecuniarias q; tabellas, quæ ad vsus ac necessitates aliter pro tēpore contingerent, satius fuit non cōprehendere: neq; inscriptis necessitatibus, neq; īmotis consuetudinibus pro opportunitatibus finere: & incrementa susciperent & detrimenta, quæcunq; eruditi cōprobarint. Totum ac totius legitimę institutionis munus in disciplinam reiecit.

Rhetræ legum vna est nō vti legibus scriptis.

Rhetra igitur vna fuit: vt dictum est: non vti scriptis legibus. Altera vero contra sumptus īmodicos: vt quælibet domus culmen quidem securi: ianuas vero sarra dūtaxat, & nullo alio instrumēto laboratas haberet. Q̄d enim posteris tēporibus Epaminundā dixisse ferunt in mēsa: tale prandium haud esse proditioni obnoxiū: hoc Lycurgus primū excogitauit: huiusmodi domum delitias, sumptuosos q; apparatus non admittere. Neq; profecto quisq; est adeo incultus & rudis: q̄ facilē & plebeā domū īportet fulcra argēteis instructa pedibus, strata purpurea, culignas aureas, & reliquū hisce congruū luxum. Vbi q; necesse fuerit æquale congruere & consimile esse domui quidē fulcrum: fulcro aūt vestem stragulam: huic vero reliquam magnificentiā. Ex qua quidē consuetudine aiunt Leontychidem illum seniorē quum cœnaret Corinthi, suspexisseq; tecti domus fabricam pretiosam atq; laqueatam, hospitē rogasse: an apud eos ligna quadrata nascerētur.

Lex altera Rhetræ secunda.

Sumptus īmodicos aufert.

Culignæ aureæ.

Ter tiam aūt rhetram eam Lycurgi fuisse prædicāt: quæ in eosdē hostis militare prohiberet: ne sæpius repugnādo cōsuefacti bellicosi redderentur. Qua in re Agesilaum regem maxime posteriori tēpore accusant: vtpote qui cōtinuis & frequētibus in Bœotiā incursibus ac bellis Thebanos resistere Lacedæmoniis edocuerit. Quare saucium Antalchidas eum intuens: Pulchram tuæ doctrinę merce dem inquit a Thebanis recidis: qui nolētes ipsos neq; sciētes pugnādi peritiam docuisti. Itaq; huiusmodi sanctiōes Rhetras nominauit: quasi ex deo decretæ, & oracula quædā essent. Disciplinam vero: q̄d maximum legūlatoris & pulcherrimū opus esse censuit: longiore aggressus initio, statim ea consyderauit, quæ ad cōnubia & sobolem procreandā attinerent. Non enim (vt ait Aristoteles) aggressus mulieres pudicas effi cere, destitit ob frequētē viroq; militiā: quo omnē illis relinquere potestatem cogebant: ob idq; magis q̄ par esset eis ob sequebātur, herasq; appellabāt: quo minus multam licentiā illam ipsam muliebrēq; insolētiā refrēnarent. Quin & haq; idoneam statuit diligentiā. Enimuero virginū corpora cursibus & luctationibus iactibusq; discoq; atq; iaculorum exercuit: vt quēadmodū germinū radix acre in acribus corporibus pricipiū sumēs melius germinat: ita & hæ partus robustę tolerātes honeste simul & facile aduersus dolores repugnarent. Itaq; delitias remouens & cibi subductionem, & omnē fœmineum morē, assuefecit puellas non minus q̄ pueros & vestari nudas, & qbusdā in sacris saltare & canere, præsentibus simul spectantibusq; iuuenibus. Interdum etiam comiter in singulos apteq; obiurgantes carpebant delinquētes: ac rursus in eos qui digni essent p̄conia cantu cōposita dictantes, multam & ambitionē adolescētibus, & probitatis ardorē ingerebāt. Nā q laudatus probitatis extitisset, & inter virgines illustris habitus: abibat exultās laudibus. Quę vero cū ioco & faceta obiurgatiōe reprehensiones fierēt: nihilo erant ipsis seriis castigatiōibusq; aut obtusiores: aut minus argutę: vtpote q̄ ad spectaculum cū aliis vna ciuibus tū reges, tū seniores p̄ficiscebanē. Nudatio illa virginū nihil habebat turpe: verecūdia enim aderat: petulātia aberat: sed simplicē quādā cōsuetudinē, & robustitatis studiū efficiebat. Atq; elationē aī quādā fœmineū ingenium, nec ignauā degustabat: perinde ac nō minus sibi & virtutis & ambitionis cōsortiū adesset. Vñ & dicere illis sentireq; licebat: q̄lia & de Gorgōe vxore Leonidæ narrant. Nā pegrina q̄dā (vt videt) ad eā dicēte: Solæ vos lacęnæ viris īperatis. Solæ. n. īgt viros parimus. Hæc īgitur ad nuptias alliciebāt. Dico aūt pompas virginū & æmulatiōes & ludos i iuuenū cōspectu: qui nō geometricis agebanē, sed cupidieis, vt ait Plato, necessitatib⁹. Prēterea ignominiā quādā iis, qui nubere noluissent, Lycurgus addidit: Arcebantur. n. in gymnicis ludis a spectaculo: per hyemē vero

Cōnubioq; et pcreādæ sobolis causa, q̄d de virginibus Lycurgus statuit.

Solæ mulieres viros pariunt.

princeps iubebant eos in orbem nudos forum circũire. Ita vero circũeuntes canebant in semetipsos compositũ quoddã carmen: quo significabatur eos iure pati: quoniã legibus non parerẽt. Honore ãt & obsequio, quo iuuenes ꝓsequunt seniores, priuabant. Quamobrẽ dictũ illud in Dercylidam dãnauit nemo: rametsi ꝓbatus ille dux extitisset. Superuenienti enĩ sibi quidã ex iuuẽtute sublliũ haud cessit: ingens. Neq; enĩ mihi tu qui cederet genuisti. Nubebant aũt raptu: neq; paruas, neq; ad cõiugium imaturas, sed adultas ac nubiles assumẽtes. Raptã vero, ea quæ pronuba dr̃, accipiẽs capitis qdem crines ad cutẽ amputabat. Virili aũt amictu calciamẽtisq; instructã in togã solam declinabat sine lumine. At ſponſus nõ ebrius, neq; deliciis demollitus: sed sobrius, vt ſp, postea g̃ in phiditiis cœnatus esset, ingressus ac sponsæ cingulũ soluens, eã sublatã in lectũ transferebat. Ibiq; secũ moratus haud diu, honeste abibat: vbi cũ aliis iunioribus cõsueuerat dormiturus. Idẽq; in posterũ agebat, cũ æqualibus qdẽ diẽ trahens: simulq; qescẽs. Ad ſpõſam vero quadãcũ religione clam pgens & verecũdus & timidus: neq; ex intimis seintueret. Simul.n.& ſponſa moliebatur agebatq;, quo tẽpestiue & clam inuicẽ cõuenirẽt. Et hoc nõ paꝛtpis gerebãt: sed quoad etiã aliqbus filii nascerẽtur: priusq; interdiu suas vxores aspicerent. Hmõi vero congressio nõ tẽperantiæ modo atq; pudicitiæ exercitatio q̃dã erat: verũ & verecũdos corporibus & ppetuo quoddã amore nouos recẽtesq; ad cõcubitũ ducebat. Neq; satietate eos capi: neq; inuerecũdis cõgressibus a mutuo affectu refrigescere: quin potius vt reliqas ſp aliquas & fomentũ cupidinis & gr̃æ inuicẽ relinquere sinebat. Tãtum aũt & ordinis & pudoris iugali copulæ quũ adhibuisset: nihilo tñ minus nouã inanẽq; ac mulierẽ de vxoꝛ pudicitia ſuſpitionẽ amouit: id honeſtũ decernẽs: ſi cõrumelia & incõtinẽtia omnẽ a cõnubio arceret. Filioꝛq; aũt & ſobolis ſocietatẽ dignis hoibus pmisit: eos deridens q hæc veluti q̃ admisceri cõſortiũ ve admittere nequeũt: cædibus & bellis capesserũt. Licebat enĩ seniori viro iunioris vxoris: ſi quẽ ex iunioribus honeſtũ ac probũ diligeret probaretq;, illũ ad vxorẽ adducere: & vbi eã generoſa illius femine cõplesset, ſuũ ipſoꝛ qd natũ esset efficere. Licebat itidẽ ꝓbo viro q fœcundã aliquã pudicãq; mulierẽ alteri nuptã admiraret: marito illius ſuadere: vt cũ ea ipse cõgrederet: tãq; in ſolo fertili bonos filios ſaturus atq; facturus: bonoꝛq; itẽ germanos illos cognatoſq; futuros. Primũ etenĩ nõ ꝓprios patrũ, sed cõmunes ciuitatis filios Lycurgus exiſtimabat. Quare nõ ex vulgaribus qbuſdã natos: ſed ex optimis potius ciues esse uolebat: deinde plurimã & fatuitatẽ simul & faſtũ in alioꝛ iſtitutis intuebat: q hiſce in rebus elaborassent. Illi nãq; canes & equas, aut gratia, aut mercede dominis ꝓſuaſis, optimis & ꝓclaris illius generis aĩalibus ſupponũt: vxores aũt tãq; ꝓſidio occluſas ſeruãt: & ipſis dũtaxat eas parere volẽtes: ſiue illi amẽtes sint, ſiue cõfecti ſenio, ſine ægroti: quaſi filii mali non nascãtur er iis q primi adepti ſunt, & nutriũr: ſi ex improbis nascãtur: & cõtra pbi ſi talẽ ortũ fortianť. Hæc aũt ita ſe habẽtia quũ natura tũ moribus tantũ tunc aberãt ab ea quæ poſtea ſequura dicitur facilitate mulieꝛ: vt oĩno incredibile ſit eos adulterio fuisse obnoxios. Celebraturq; cuiuſdã Geradæ dictũ hoĩs Spartiatæ admodũ vetuſtiſſimi: q ab hoſpite rogatus qd apud eos adulteri pariunt: reſpõdiſſe dr̃. O hoſpes nemo apud nos ſit adulter. Subdente autẽ illo: ſin vero fieret. Tauꝛ inqt Geradas ꝓſoluit magnũ: qui Taygeto ſupato bibit ex Eurota. Hoſpite vero admiraẽte dicenteq; q possit fieri tã valtus bos: ridẽs Geradas, quonã inqt pacto adulter queat Spartæ fieri? Hæc igiẽ de nuptiis traduné. Partus aũt nutriẽdi ius genitor nõ erat: sed eũ quendã in locũ deportabat: quẽ Leſchen vocant: vbi sedẽtes ii q ex tribulibus maximi natu essent: ſi q̃dẽ infantẽ aĩad/uerterẽt effectum pulchre ac robuſtũ: educari iubebãt: sortẽ illi ex nouẽ milibus diſtribuẽtes: ſinautẽ ignauũ ac deformẽ: ad apothecas appellatas exponẽdum demittebant: locũ secus Taygetũ ꝓcipitem ac ꝓruptum: perinde quaſi eius vita qui minus pulchra ſtatim ab initio, & ab bonam corporis compoſitionem & ad robuſtitatẽ natura productus esset: neq; ſibi vtilis neq; reip. foret. Vnde non aqua infantes ſed vino mulieres abluebãt: experimẽtum quoddã ipſoꝛ habitudinis facientes. Dicitur enim conitiali morbo infantes aut alii ægrotationi obnoxios admoto mero debilitari ac resolui. Qui autẽ esset firmæ valitudinis, magis acuere ac firmare habitum. Erat autẽ circa nutrices artificioſa quædã diligentia: vt nullis adhibitis infantiæ pannis, infantes & nutrientes ipſos tum mẽbris tum ſpecie liberales ac venuſtos facerent. Itẽ & faciles & nihil delicationis cibi appetẽtes, & tenebras minime formidãtes, & ad oẽm ſolitudinẽ ĩtrepidos, & difficultatis illiberalis atq; vagi tuũ expertes cõſtituerẽt. Proĩde qdã etiã ex exteris alumnas Laconicas filiis emebãt. Et Emydã, quæ Alcibiadẽ Athenienſem lactarat, lacanã fuisse tradũt. Veꝛ huic (vt inqt Plato) præfecit Pericles pædagogũ zopiꝛ: q ab cæteris ſeruis differret nihil. At Spartiataꝛ filiis Lycurgus neq; emptitios, neq; mercẽnarios pesse pædagogos voluit: neq; vt culibet liceret filiũ ꝓ volũtate, vel educare, vel instituere: sed oẽs ſtari quũ ſeptimũ annũ exagiſſent, ipse aſſumẽs, diſtribuebat in greges: eoſq; vna ſocios atq; cõtubernales conſuefaciebat inuicẽ simul ludere & simul exerceri. Principẽ vero eis præficiebat eũ: qui & prudẽtia cæteris ſociis ꝓſtaret: & pugnãdo esset acerrimus. Ad hunc intuebantur: huic imperãti obediebant: hunc plectentẽ perferebãt. Itaq; diſciplina erat quædã obediendi exercitatio. Seniores autẽ eos ludẽtis obſeruabant: & frequẽtiſſime dimicationes quaſdã ad cõtentiones vſq; ſuggerẽtes nõ supuacanee diſcebãt: q̃le eẽ cuiuſq; ĩgẽiũ: q auderet, neq; in certaminib⁹ pugnã

Nuptas quomõ viri adirent.

Vxores alienas ꝓbis adire licebat prolis causa.

Geradæ, dictũ de adulteris.

Partus nutriendi qui mos apud Spartiatas. Leſche, loc⁹ Infantes vino ablui ſolitos: non aqua.

Alũnas Laconicas filiis emebãt. Amyda alcibiadis nutrix.

Puerorum educãdorũ quẽ modũ Lycurgus ĩ ſtituerit.

abnueret. Atqui liberas pro necessitate discebant. Reliqua omnis disciplina ad recte obtemperandum, laborescq; tolerandos, & prælio vincendũ parabatur. Quare progressu ætatis eã iis exercitationem intẽdebãt: vt ad cutẽ vsq; ipsos tonderent: & discalciatos incedere, ac frequentius nudos ludere consuefacerent. Emenso aũt duodecimo ætatis anno sine tunica iã degebãt: palliũ vnũ in annũ capientes. Erantq; corporibus squalidi: & qui neq; balneas, neq; vnguenta scirẽt: pter paucos quosdam anni dies: quibus huius indulgẽrie participes fiebant. Cubabãt aũt secũdum alas & turmas in toris ex arũdine constructis: quã ipsi secus Eurotã nascentẽ cõuehebant, summitates manibus nõ ferro confringentes. Per hyemis vero tps eos, qui Lycophones appellant, sibi subiiciebant: torisq; immiscebãt. Videbat enim ea materia calidi hre quiddam. Iam vero cũ huius ætatis hominibus, q probos iuuene sad amarent, seniores ipsi simul versabantur: mentẽq; adhibebant: & proficiscebãtur maxime ad gymnasia: illisq; tum pugnãtibus, tum iocosis obiurgationibus inter sese vtẽtibus, non ab re intererant: vtpote qui oẽs quodãmodo existimarent eẽ oium & patres: & pedagogi, & pfecti. Proindeq; neq; tps, neq; locũ omittendũ vacuũ pceptoris institutis atq; studiis. Circa delinquentẽ pterea & Pædonomus ex honestis & bonis viris cõstituebatur: ac ipsis per turmas pficiebãt exãis, qui Irenes dicebant, continentissimũ sp & bellacissimũ. Irenas vero vocãt eos, qui in annũ iam secundũ e pueris excessere. Melirenas aũt natu grandiores inter pueros. Hic igitur Iren: vbi annum vicesimũ attigerit: & præsit iis qui in pugnis subiecti sunt: & prosinguli familiis eis ministris in cœna vtitur. Præscribit aũt firmioribus, vt ligna ferant: minoribus vero holera. quæ illi per furtum afferũt: alii ad hortos euntes, alii ad viroq; conuiuia clam ingressi callide & asseruanter. Siquis aũt fuerit deprehẽsus: multis verberibus flagro afficitur: quasi negligẽter inepteq; furari videatur. Furantur aũt ex cibariis quicqd valeant. Sicq; apte discunt insidias dormientibus tendere, aut neligentius obseruantibus. At si fuerit deprehensus: multatur tũ verberibus, tum fame. Perq; suauis enĩ iis est cœna: vt sua industria inediæ occurrentes, & audere callideq; rẽ gerere cogantur: & hoc q dem castigari victus opus erat. Corpoq; vero incrementũ mirabile dicunt. Fertur enim in longum qñ quidẽ ipse spũs non retarderur, aut laborer præ alimẽri copia, in profunditatem & latitudinem pressius. Corporis vero leuitate solute, facileq; crescentis superiora petit. Idẽ aũt pulchre videt facere. Nã graciles habitus & macilẽti magis artuũ agilitati cedunt: tumẽtes vero & pingues onere suo reluctantur: quasi prosus mulieres: quæ quũ grauidæ sunt debilitantur. Graciles quidẽ infantes fiunt ac venusti & aspectu grati: ob leuitatem materiæ: quæ ab eo magis qd formã imprimit, detinetur. Sed enim cãm accidentis rei considerare in medio positum sit. Adeo vero & diligenter & attente pueri furantur: vt narretur quẽdã, quũ leonis catulum surripuisset, palliolo q; inuoluisset: eius vẽtre vnguibus & dẽtibus a bestia discerpto: oĩa latendi gfa tolerantẽ, obiisse. Qd vel ex huius tempestatis puberibus credi licet: quoq; multos in ara augurii cæsos verberibus mori vidimus. Quũ aũt Iren cœnatus discumberet: imperabat alii ex pueris, vt caneret: alii quæstionẽ aliquã proponebat accurata rũsione indigentẽ: vt qui sit optimus inter viros: vel quænã sit huiusce actio. Qua quidẽ ex re consuefiebant statim ab initio & honesta iudicare, & de ciuibus diligenter inquirere. Siquis enim quæsitus, quinã esset bonus ciuis: aut qui minus probatus esset: hc fisset respondendo: animi signũ esse arbitrabantur & mortis: & qui nulla virtutis laude rãgeretur. Oportebat autem respõsionem & breuem esse: & celerẽ: causa & demonstratione cõcludentẽ: quãobrem qui minus rite vel neligentius respondisset: plectebatur: morsum capiens ab Irene in pollicem. Sæpenumero quoq; senioribus principibusq; præsentibus, pueros Iren puniebat: documentum præbens, an recte & vt decet puniret. Neq; dũ eos puniret, prohibebat. Quũ vero pueri abiissent, pœnas dabat, si asperius q̃ deceret in illos animaduertisset: aut contra si remisse & leuiter. Fiebant autem amatores vna puroq; famæ infamiæq; participes. Itaq; dr aliqñ vocem minus ingenuam in pugna puero emittente, eius amatorem a principibus multatũ esse. Quum aũt amoris visita apud eos vigeret: vt & præclaræ pbæq; mulieres ipsas etiam virgines amarẽt: riuales tñ fieri nõ licebat, qui eosdem amassent: quin potius eoq; amatores mutuæ amicitiæ initium faciebant: perseuerabãtq; pari studio: vt quẽ amarent optimũ redderent. Docebãt etiam pueros ea vti ofone: quæ grauitatem haberet iocunditati admistã: ac snĩæ plurimum breui sermone cõplecteretur. Enĩ uero ferreum nũmum Lycurgus statuit magnõ pondere minimã vim habere: vt dictum est: at orationis nummum contracta & breui dictione sententiis affluere plurimum effecit: qui multo silentio pueros sensu eloq & scire respondere molitus sit. Quẽadmodũ enim illorum semen, qui se ad coitum intemperantes præstãt, infœcũdum vt plurimum & sine fructu est: sic & loquendi intẽperãtia orationẽ inanem & sterilẽ reddit. Proinde Agis rex, quũ atticus quidã in lacomicos enses cauillaretur: q; parui essent: dicere q; facile eos absorberi ab circulatoribus in theatris posse: Et tñ vix nos: inquit: attingimur hostium gladiis longioribus. Ego vero & laconicã orationem intueor: quæ breuis videtur esse: maximas res complecti: & auditorum mentem attingere. Etenim Lycurgus ipse & breuis oratione videtur esse: & per dicteria loquutus. Siquidem & ex commentariis coniectari licet. veluti respõsum illud in eum est, qui vt popularem in vrbe principatum faceret eum rogabat: Tũc enim in-

Eurotas flu. Laconiq; Lycophones.

Pædonomus. Ineres. Melirenes.

Iren qd cœnatus aliis iperaret.

Ferreus nũmus. Eloquentiã in pueris Lycurgus procurauit.

Breui ofone vsus Lycurgus.

quit primus tua in domo hmõi principatũ facito. Et illud de sacrificiis, ad pcontãtẽ qd parua adeo ac vilia statuisset: Ne vnq̃ ait Deũ venerari desistamus. Et itẽ illud de athletaq; certaminibus. Hęc.n. sola exercere ciues phibebat: in qbus manus haud ítẽderet. Ferũtur & eius ex epistolis hmõi ad ciues rũsiones. Quonã pacto hostiũ ipetũ repellere possimus: si pauperes mãseritis: & cõtiones mutuas amiseritis. Et rursum de mutis. Nequaq̃ ea vrbs minus circũdata muro fuerit: siqs eã viris fortibus, nõ lateribus cinxerit. Hisce igit hmõiq; epistolis: neq; fidẽ derogare, neq; itẽ adhibere facile est. Quãtæ vero dicẽdi plixitas calũniæ foret, talia sunt dicteriq; indicia. Leonidas rex itẽpestiue quodã de rebus nõ inutilibus verba faciẽte: O hospes inqt, nõ opportune qd oportet vteris. Charilaus vero fris Lycurgi filius rogatus de paucitate legũ iplius, inqt: Eos q nõ multis vtuntur verbis, neq; multis legibus indigere. Archidamidas aũt qbusdã Hecatheũ sophistã accusantibus: q; in conuiuium susceptus nihil dixisset, inqt: qui rationẽ dicẽdi tenet, etiã tẽpus tenet. Quas vero ex cõmentariis dixi grauis sentẽtias gratię cõiunctas, hmõi sunt. Demaratus ip robo quodã intẽpestiuis in eũ interrogationibus cauillãte, ac idẽ sępius iam rogãte: quis optimus eẽt sparriataq;, inqt, Qui tibi dissimillimus sit. Agis aũt quodã Helienses laudibus efferente: q; pulchre olympia iusteq; agerent: Ecquid magni inqt Helienses faciũt: si ex annis quinq; diẽ vnũ iuitia vtunt? Teopõpus vero cum hospes quidã suam in eum beniuolẽtiam ostẽtarer: diceretq; a ciuibus suis philolaconẽ, hoc est laconum studiosum appellari: pulchrũ inqt fuerit Philopoliten, id est ciuitatis amatorẽ vocari. Plistonax aũt Pausaniæ filius rhetore quodã athenienses imperitos Lacedæmonios appellãre: Recte dicis inquit. Soli enĩ græcoq; nos nil a vobis mali didicimus. Archidamidas vero rogãti cuidã: quot sunt spartiatæ: Tot inquit o hospes qui malos sufficiant arcere. Licet etiã ex iis quędã locose ab ipsis dũr, morẽ ipsoq; conjectare. Cõsueuere nanq; o fone supuacanea nunq̃ vti: neq; pati, vt vox effluat quæ quoquo mõ alicuius speculationis dignam sniam minus habeat. Enimuero quũ quidam ad eum audiendũ exhortaretur: qui luscinią imitaretur: Ipsam inqt audiui illã. Alius vero quũ titulum hũc legisset, Hosce Selenũtis quicunq; tyrãnida mauors Extinxere ferus prodidit in foribus. Iure inqt viri interiere: oportuit enim finere ipsam exurioẽm. Adolescens autẽ pollicenti cuidam se gallos ei datũr, qui pugnãdo interirent: Ne tu quidẽ inqt des istos mihi: sed ex iis potius, qui dimicãdo occidãt. Alius vero quidã intuens homines in sellis quum ex hac luce decederent sedentes: Absit inquit vt hic sedeã: vnde seniori assurgere fas non est. Dicteriq; igitur species erat hmõi. Quare non absurde inquiunt aliqui: facilius esse philosophari: q̃ studere laconum sermonem exacte imitari. Disciplina aũt & cantuum & moq;, non minus in studio erat, q̃ dicendi æmulatio ac nitor. Veq; & modulis stimulus quidã inerat ad animũ concitandum: & ad impetum quasi furentẽ quẽdam atq; strenuum inducendũ. Ac dictio erat facilis & virilis de rebus honestis scueriq;. Nam laudatiões eorum erãt vtplurimũ: q̃ pclare & fauste p Sparta occubuissent. Et illoq; vituperationes qui metu id agere detractassent: qsi tristẽ vitam miserãq; vixissent. Erat pterea exhortatio q̃dam & excitatio pro ętatũ dignitate ad virtutẽ. Hoq; aũt vnũ quiddã exempli cã non abre fuerit in medũ referre. Tribus enĩ choris pro tribus ętatibus in celebritatibus cõstitutis: Vnus quidẽ senectutis incipiens canebat: Nos olim fuimus robusti iuuenes. Adultæ vero ætatis alter subsequens ingebat: Nos saũt sumus: q; si velis periculũ facito. At pueritię tertius: Nos autẽ erimus multis pfecto meliores. Nẽpe siquis Laconicis poematis aĩum intẽderit: quorum aliqua ad nr̃am vsq; seruantur ętatẽ: & sensim progredientes numeros asseruauerit: qbus in congressu aduersus hostes ad tibią vrebantur, non absurde & Terpandrum & Pindaq; musicæ fortitudinem coniunxisse censuerit. Ille nãq; sic de Lacedæmoniis cecinit: Hic iuuenũ cuspis viret & dulcissima musa: Iudiciũq; patẽs. Pindarus vero ait. Hic & consilijs senes: Et qui prælia fortiter cõcernant iuuenum chori: & cũ cuspidibus pierides decus. Istos enĩ & musica simul eruditissimos: & bellicosissimos extitisse iudicant. Nam veluti laconicus ille poeta ĩquit: Serpsit & in ferrum citharæ sonus ipse canorę. Etenim rex quum prælium initurus esset, sacra musis ante persoluebat: vtpote qui disciplinæ, vt videtur, iudiciorũq; meminisset: quo & faciles ac promptæ periculis adessent: & facinora præliantium memoratu digna redderent. Interdum vero remisso iuuenibus durissimo vitæ instituto, minime prohibebant, vt & coma sese & armis & palliis exornarent: gaudentes his quidem illi non secus, atq; equis exultantibus & sese efferentibus ad certamina. Quare comam nutrientes continuo ex pubertate maxime in obeundis periculis operã dabant: vt & nitida coma & discriminata videretur: quoddã Lycurgi dictum de coma celebrantes: ea pulchros venustiores fieri, deformes autem ferociores. Præterea militiæ: gymnasiis mollioribus vrebantur: ac reliquũ victum neq; seuerum adeo, neq; astrictũ iunioribus præbebant. Itaq; solis illis in omni genere exercitationis bellicæ bellum ipsum quies est. Iam vero instructa simul ipsorum acie hostibusq; præsentibus, rex simul & capram, quam illi chimeram dicunt, jugulabat: & omnes coronari mandabat: & tibicines caltorio modulo ad tibias vti iubebat: simul etiam Panem ad inuadendum inuocabat q. Itaq; illoq; aspectus & pulcher erat & formidabilis: qui & numero ad tibiam incederẽt: neq; phalãgis ordinẽ miscerẽt, neq; animis turbarent, sed mansuete & hilaritera modulo in discrimen ducerẽtur. Videtur enim neq; metũ neq; furorem nimium in illis oriri posse, qui

Charilaus

Archidamidæ dictum. Sententiæ graues

Philopolites.

Plistonax Pausaniæ filius.

Disciplina qualis esset spartiatarũ in cãtibus: & moribus

Comã pulchros venustiores: deformes vero ferociores reddere. Militiã quo exercerent spartiatæ.

ita se habuerint: sed firmã potius & constantem animi magnitudinẽ spei audientiæq; admista: perinde atq; immortali Deo prçsente simul ac fauente. Ibat autem rex aduersus hostes coronatũ hominem secum habens, qui certamine victor extitisset. Ac ferunt quendã quũ grãdis sibi pecunia in olympiis traderet: eam accipere noluisse, sed labore plurimo aduersariũ luctãdo superasse. Quare dixit ei: Quid tibi o lacon ex victoria lucri cõparasti? Et illũ arridentẽ respondisse. Ante regem cõstitutus præliabor aduersus hostes. Quũ autẽ vertissent in fugam hostem: vicissentq; : adhuc insequebantur: quoad oĩno victoria hostiũ fuga confirmata esset. Dein cõtinuo redibãt: neq; genero sum neq; græcanicũ esse ducẽtes: illos cçdere & necare: qui declinarẽt cederẽt: abirẽt. eratq; non solũ & honestũ hoc: & maximi animi opus: verũ etiam vtile. Illi nãq; qui aduersus eos dimicarent: quũ nõ essent ignari a Lacedæmoniis illos qui pugnando resisterent enecari: cedẽtibus vero parci: fugere q̃ manere conducibilius putabant. Lycurgũ autẽ ipsum Hippias sophista narrat: & bellicosissimũ extitisse: ac multa militia expertum. Philostephanus vero equitum etiã distributiones in Vlamos Lycurgo ascribit: Vlamũ vero, vt ille cõstituit, complecti equites quinquaginta: instructum quadrato ordine. At Demetrius Phalereus tradit nullam prorsus rem bellicã Lycurgum attigisse: sed in pace constituisse rẽpublicã. Videtur autem olympicarum feriarum excogitatio miti ingenio viri mansuetiq; fuisse. Atq; dicunt quidam (veluti Hermippus meminit) Lycurgum neq; affuisse ab initio: neq; socium extitisse in iis quç sunt ab Iphito constituta: sed interfuisse aliqua ex causa profectum atq; spectantem. Audisse autem vocem tanq̃ hominis alicuius a tergo illum increpãtis ad mirantisq; : q̃ ciues non exhortaretur simul cũ aliis celebritatis participes fieri. Cõuersum autẽ Lycurgũ: quũ qui loquutus fuerat nunq̃ appareret, numen fuisse arbitratũ: sic ad Iphitum cõcessisse cõmunicq; studio festiuitatem illustriorẽ & firmiorẽ constituisse. Disciplina vero quoad pubertatis annos cuasisset, pdurabat. Nemini. n. pmittebatur pro arbitrio viuere: sed in vrbe veluti in castris, p̃scriptũ habebãt victũ & exercitationẽ circa publica negotia. Atq; oĩno existimãtes nõ sibi pueros natos eẽ: sed patriæ: eos sedulo (ni qd aliud facere imperatũ foret) inspectabant: ac frugi aliqd edocebant: aut ipsi a senioribus discebãt. Etenim hæc vna ex oĩbus, quas suis ciuibus Lycurgus fabricauit, & pulcherrima beatissimaq; res fuit copia & vbertas otii: qbus oĩno q̃ hibuit quicq̃ vulgariũ artiũ attingere. Pecuniaq; aũt studiũ q̃ laboriosam cõgeriem molestãq; cõtineret, nulla in re necessariũ erat: idq; ob eã grãm, q̃ diuitiæ prorsus abiectæ essent, ac nullo in ptio haberentur. Mancipia vero eoq; colebant solũ: dictosq; redditus psoluebant. Quũ Athenis quidã interesset iudicio q; tpe: audiretq; otii multæ quẽdã obnoxium mœstũ incedere: atq; ab amicis deduci: qui & ipsi rem ægre & inique ferrẽt: rogauit q ei aderãt: q sille esset, qui liberalẽ subiisset multã? Seruile adeo existimabant ineptam occupationẽ circa opificia, pecuniasq; parandas. Quare quũ excessissent nummi: excesserunt & iudicia itidẽ: neq; plus cuiq̃ minusue aderat: æqualitas erat in abũdantia & in vilitate fatietas. Tripudia & festiuitates, epulæ atq; studia circa venationes, circa gymnasia, circa publicos cõsensus atq; colloquia, modo ni forte militiæ vacarent, per omne iis tempus agebantur. Atqui iuniores ante trigesimum ætatis annum in forum nullo modo descendebant: sed p cognatos & amatores necessaria trãsigebant. Senioribus autem turpe erat, si frequentius circa huiusmodi studia viderẽtur. Sed maiorem dici partẽ in gymnasiis, & in his quælescha nominantur, versabant. In hęc enim loca decore & modeste cõueniẽtes sermones inter se cõferebant: nulliusq; rei memoria tãgebãtur: quæ vel ad rẽ pecuniariã, vel ad ignobilẽ vsum spectaret. Sed plurimũ illud erat huiusmodi conuentus opus: vt vel honesta laudarent, vel turpia vituperarẽt. Idq; cũ otio & risu, q comiter ad correptionem emendationẽq; deduceret. Neq; enĩ Lycurgus ipse seuerus immodice fuit: quin & risus sigillum ab illo erectum Sosibius tradit: quippe qui iocum quasi laboris & asperioris victus condimentum aliquãdo iniiceret in conuiuiis & huiusmodi cõuẽtibus. Ad id vero prsus assuefecit ciues, vt neq; vellẽt, nec scirent, priuatim viuere: sed veluti apes ad rem cõmunem cõsererẽtur semper: & vna omnes circum principem verterentur: sicq; ab seipsis ferme afflatu quodã diuino & honoris studio separati, toti se patriæ dederent: vt liceat etiam dictis qbusdã ipsorum mentes inspicere. Peraretus enim nõ electus in numerum trecentorum abibat serena fronte: veluti gestiens: q̃ meliores sese trecentos haberet ciuitas. Polystratidas autem legatione fungens vna cũ reliquis ad regis prçtores: illis interrogantibus vtrum priuatim adsint, an publice missi: inquit: Si quidẽ adipiscamur publice: si minus adipiscamur priuatim. Argileonis vero Brasydę mater: quũ ex Amphipoli quidã Lacedæmonem petentes, ad eam essent ingressi, quæsiuit, honestene Brasydas ac pro Spartæ dignitate occubuissent. Illis autem virum efferentibus simul atq; dicentibus. Spartam talem alium non habere: Ne dicite inquit o hospites. Honestus enim vir fuit & bonus Brasydas: sed multos Lacedęmon habet illo meliores. Seniores vt dictum est Lycurgus constituit: primum ex iis qui consilii participes extitissent: postea vero in demortui locũ statuit eum assumi, qui virtute cæteris prçstare iudicatus esset: ex illis scilicet qui annum. lx. transegissent. Atq; ex omnibus humanis certaminibus hoc maximum visum est, & apprime expetendũ: nõ enim qui inter celeres celerimus, aut inter robustos robustissimus: sed qui inter bonos & continentes & optimus & cõtinẽtissimus iudicatus esset,

vt haberet

Lycurgus bellicosissimus fuit vt hippias ait. Vlamus

Otii copiã ciuibus Lycurgus fabricauit.

Leschæ.

Risus sigillũ a Lycurgo erectum

Sententiæ graues multorum.

vt haberet oportebat per omnem vitam virtutis palmā atq; insignia: totum (vt ita dicam) principatum in repu. cui quidē ipsi potestas esset & mortis & ignominiæ: & omnino eorū omnium quæ maxima dicunt. Iudicium vero fiebat hoc pacto: Concione coacta viri electi proximā domum occludebantur: neq; videtes quēq; ex concione, neq; quo q̄ visi, sed clamorē duntaxat audientes cōcionantiū, clamore, vt cætera, competitores iudicabant: nō vna oībus sed singulis pro sorte ad missis, ac silentio per concionē eūtibus. Qui igitur occlusi essent, habētes tabellas p singulos clamoris magnitudinē signabāt: ignari cuinā. is clamor suffragaretur: præterq; vt primus vel secūdus vel tertius vel quotuscūq; maxime eorū, qui admissi essent. Cui vero primus clamor ac maximus suffragaret, hunc denūciabāt. Coronatus autē ille Deos immortales circuibat: hūc iuuenes plurimi sequebātur viq; admirātes, summisq; laudibus efferētes. Mulieres ēt nōnullæ virtutis eius præconia cōcinebāt: vitāq; beatam esse prædicabāt. Præterea singuli necessarii cœnā ei apponētes inquiebāt: hac mēsa honorari a ciuitate. Peracto autē circuitu in cōuiuiū abibat: & reliqua p consuetudine fiebāt: Secūda vero portione sibi appositā eam tollebat, seruabatq;. Ac post cœnā quū ad fores phiditii domesticæ adessent mulieres: : quā ipse maxime honorare vellet, appellabat: cui portionē illā tradens aiebat: præmiū hoc, quod ipse accepisset, ei dare. Quare & illa in honore habita, ab aliis mulieribus deducebatur. Atqui humandi etiā munus optime Lycurgus ipse cōstituit. primū nāq; oī supstitione sublata, haud phibuit tū cadauera in vrbe sepelire: tū etiā secus templa monumēta habere: iuniores huiusmodi cōspectibus familiares & innutritos statuens. Itaq; neq; turbabātur: neq; horrescebāt mortē: vtiea polluerētur qui vel cadauer tetigissent: vel per sepulcra transiissent. Deinde nihil tū mortuo sepeliri pmittebāt: sed cōdentes corpus puniceo amictu & oliuæ fronde circūdabāt. Neq; licebat mortui nomē inscribere: nisi aut viri aut fœminæ, qui pie in bello præclareq; periissent. Lugendi vero tempus breue præfiniunt: dies .xi. duodecimo autem post celebratū Cereri sacrificiū, soluere luctum oportebat. Nihil enī otiosum erat, nihil remissum: sed rebus oībus necessariis aliquā virtutis æmulationē atq; desideriū aut vitii vituperationē admiscebat vrbemq; refartiebat exemploq; copia: qbus necesse erat, vt q̄ semp adessent: eaq; cū lactē biberent: perpetuo pfectu agerētur, formarēturq; ad honestatē. Vnde neq; pegrinari volentibus vagariq; permittebāt: vt pote q colligētes pegrinos mores & inepte viuētium peregrinationes, ac rerūpub. differētiam cōueherent. Quinetiā eos qui nulli in vrbē vsui cōuenirent, atq; cōfluerent depellebāt Non vt ait Thucydides: q; metuerer ne reipub. gerendæ modum imitarentur: & aliquid quod ad virtutem accederet, ediscerent: ob eam rem: potius: ne mali cuiusq; doctores forent. Simul namq; necesse est cum peregrinis corporibus etiam sermones ingredi. Noui autem sermones iudicia noua efferunt: e quibus necesse est perturbationes oriri plurimas, atq; voluntates ad præsentem reipub. statum veluti ad harmoniam dissonantes. Quapropter magis oportere arbitrabantur asseruare: ne vrbs improbis moribus cōpleret: q; morbidis corporibus extrīsecus aduenientibus. Itaq; in his nullū est aut iustitiæ aut cupidæ progratiuæ vestigiū: quā aliq Lycurgi legibus crimini dāt: tanq; abūde instructę sint ad fortitudinē, parū autē ad iustitiam. Cryptia vero quā ipsi vocāt, ea vero a latēdo dicit: siquidē & hoc tanq; vnū ex Lycurgi institutis est: vt Aristoteles tradidit: talem & huius viri famam moliat, qualem & Platonis de rep. Erat autem huiusmodi. Ii qui iunioribus præfecti erant: illos post temporis multum, qui maxime prudentes viderent, in regionem alio emittebant: gladios secum alimentumq; necessarium: aliud vero habentes nihil. Illi autem locis incognitis interdiu disseminati sese abdebant, atq; quiescebant. Noctu autē in vias descendētes: quem hominem ex mancipiis cepissent ob truncabant. Sæpe etiam per agros pficiscentes, robustissimos eorum ac fortissimos enecabant: quēadmodū & Thucydides in Peloponensiū tradit historia: eos qui ab Spartiatis fortitudine cæteris præstare iudicati essent, corona isignitos esse: tanq; liberos factos: Deorūq; imortaliū templa circuisse. Paulo vero post oēs supra duo milia periisse: vt neq; tunc neq; postea quisq; dicere potuerit, quonā pacto interierint: Aristoteles autem maxime inqt & Ephores quum in magistratum cōstituunt mancipiis primū bellū denuntiare: quo ea interficere fas fit. & in cæteris quoq; aspere & dure illis vtebant. Itaq; cogentes huiusmodi seruos permultū potare merū agebant in cōuiuia: sic enim iunioribus demonstrabant cuiusmodi esset ebrietas. Iubebantq; carmina canere, ac tripudiis exerceri ignobilibus & ridiculi plenis. A liberis autem aliis abstinere. Aiūtq; ob idrei posteriore tēpore, quū Thebani in Laconicā duxissent exercitū: & q̄ mancipia ceperant canere iuberent: Terpandri, Alcmanisq;, & Speudontis Laconiis poemata inficiatas eē: quippe q̄ dicerēt, id nolle heriles filias. Quāobrē nō male differentiā illi inspexere: qui aiunt apud Lacedęmonios, & liberū maxime liberę esse: & seruum etiā seruū maxime. Atqui huiusmodi atrocitatibus manus dedisse maxime Spartiatas existimo: post magnū illum mortū quo mancipia cum Messeniis cōspirasse & malis plurimus regionē affecisse: & maximū in discrimen vrbem attulisse perhibent. Nō enim Lycurgo ipse quidē ascripserim execrabile adeo Cryptiæ facinus: ex reliqua eius māsuetudine & iustitia cōiectās itē ingeniū: cui numē quoq; ipsum testimoniū attulit. Quū aūt a quæ maxime necessaria & optima Lycurgus cōstituisset, in cōsuetudinē recepta iā eēnt: abūdeq; resp. mutata vide

Iudicia quō fierent apud spartiatas: & qs in illis mos seruaretur.

Humandi munus Lycurgus instituit.

Noui sermones iudicia noua afferunt.

Cryptia vnū ex Lycurgi institutis.

Alcmanes.

retur: & quę ſe ipſam ferre, ac ſuis ſe viribus cõſeruare poſſet: vt ait Plato: Deum lætitiã cepiſſe ex mũdo formato: peragentiq; primũ motũ: eodẽ & ille modo delectatus cõtẽtuſq; decore ac magnitudine inſtitutionis publicæ: quæ & exerceret: ſuũq; curſum peragetet: cupit quoad humana prouidentia præſtari poſſet, & imortalẽ eã relinquere: imortamq; apud poſteros. Itaq; omnibus ad concionem cõuocatis: Cætera quidẽ inquit mediocriter ſe habere: & ad ciuitatis fœlicitatẽ virtutẽq; abunde. Q d autem & primarium eſſet & maximum: non illis edere prius poſſe, q̃ Phœbi oraculum adierit. Opus igitur eſſe eos conſtitutis legibus inſiſtere: nihilq; immutare, neq; mouere, quoad ex Delphis ipſe reuerterit: tunc enim ſeſe quicquid deo viſum fuerit, facturum. Cunctis vero conſentientibus, & vt iret iubentibus, is iuramenta ſuſcipiens ab regibus & ſenioribus primũ, deinde ab reliquis ciuibus, inſiſtendi, vtendiq; conſtitutis legibus ad ipſius vſq; reditũ, Delphos petiit. Quũ vero ad oraculum peruenifſet: & ſacra Deo perſoluiſſet, rogauit, an & pie leges & ſatis ad ciuitatis felicitatẽ virtutẽq; latæ ſint. Reſpondẽte vero numine: & leges pie latas eſſe: & ciuitatẽ clariſſimam vſq; fore: vbi Lycurgi legibus vteretur: vaticiniũ ſcripſit, & Spartã miſit. Ipſe autẽ facto itẽq; numini ſacrificio: amicos natumq; cõplexus, ſtatuit nequaq; amplius remittere ciuibus iuſiurãdũ ſed ſuam illic vltro finire vitã: eam ætatẽ natus, qua & viuere iã & quieſcere volẽtibus tẽpeſtiuum eſt. Quãdoquidẽ & res ſuæ ſatis ad felicitatẽ habere viderentẽ. Ergo ſeſe ipſe interimẽs diẽ obiit: ratus is quidẽ decere ciuiles viros operã dare: quo neq; eoꝝ mors virtute inciuili vacet: neq; vitæ finis otioſus ſit: ſed in virtutis parte potius actioniſq; cõſtituatur. Sibi nãq; qui ſuo ſtudio & induſtria pulcherrima facinora cõfeciſſet, obitũ eſſe indubitatẽq; felicitatis cõſummationẽ: & ciuibus ſuis eaꝝ rerũ quas illuſtres in vita bonaſq; pararat, mortem relictũ iri aſſeruatricẽ: vt pote qui ad illius vſq; reditum cõſtitutis vti legibus ſe iureiurãdo obnoxios feciſſent. Neq; eã ſua fefellit opinio: vſq; adeo illa vrbs Græcię præſtitit: & trãquillitate & gloria in quingẽteſimũ vſq; annũ vſa Lycurgi legibus: quas nemo e quatuordecí poſtillũ regibus, qui ad Agim vſq; Archidami filiũ extitiſſent, mouere auſus eſt. Nã Ephororũ cõſtitutio: nõ remiſſio fuit, ſed ciuilis inſtitutionis intẽtio. Et quæ quũ a populo iſtructa videret, effecit optimatũ principatũ acriorẽ. Agide vero regnãtẽ: influxit Spartam nũmus primũ. Poſt nũmum vero inſatiabilis cupiditas: diuitiarũq; deſideriũ per alexandrũ inceſſit: quin per Lyſandrũ potius: qui ipſe pecuniis eſſet inſuperabilis, inferſit patriã & diuitiaꝝ ſtudiis & delitiis. Is eni & aurũ & argẽtum ex bello intulit: & Lycurgi leges antiquauit. Quibus antea dominãtibus, nõ ciuitatis inſtitutionẽ. Sparta: ſed exercitati magis ſapiẽtiſq; viri vita habebat. Quin potius veluti poetæ fabulanẽ. Herculem cum pelle & claua terrarum orbem peragraſſe ad iniquos immaneſq; tyrãnos puniendos atq; plectendos: Ita & ea vrbs vna ſcutica & pallio Græciæ liberti volentiq; imperitans, dominatus iniuſtos ac tyrãnos in rebus publicis pdidit: belle diiudicauit: ſeditiones perſępe reſtrinxit ac ſedauit: ne vno qdẽ ad id peragendum clypeo moto: ſed vno legato miſſo: cui extẽplo oẽs ad imperata obtẽperabant: ceu apes apparente duce & cõcurrentes illi ſimul q̃ inſtructę: vſq; adeo bonis inſtitutis atq; iuſtitia vrbs illa floreb at. Quãobrẽ ipſe quidẽ vehementer eos admiror: qui tuũ dicere ſoliti ſunt ſciſſe Lacedæmonios iperantibus parere: imperare autem ignoraſſe. Tum etiã regis Theopõpi dictũ laudare: qui dicẽte quodã, eo ſeruari Spartã, q̃ reges imperare didicerint: quin ꝓterea ingt potius, q̃ ciues iperio parent. Nõ enim parere illis patiunt, qui neſciunt iperare: ſed ſubiectoꝝ obediẽtia diſciplina eſt principis. Nã qui recte ducit, vt recte ſequaẽ efficit. Atq; ſicut eq̃ſtris artis effectus eſt manſuetũ ꝑſtare & obſequẽtẽ equũ: & ſic & regiæ diſciplinæ munus: obedientes efficere. Lacedæmonii vero nõ obediẽtes reliquos ſed ꝓcupidos reddebãt: vt ab ſe regi, & ſibi obedirevellẽt. Petebãt enim qui ad eos mitterent: non naues, nõ pecunias ab ipſis: neq; milites: ſed Spartiatã vnũ ducẽ: quẽ accipientes: & honorabãt verebantur. Veluti Gylippũ Siculi: Braſydã Chalcidenſes: Lyſandrũ vero & Callicratidã & Ageſilaũ oẽs q̃ Aſiã incolunt. Ac illos cõciliatores vbiq; moderatoreſq; populoꝝ & principũ noſabãt. Ad totã vero Spartiataꝝ vrbẽ tã̃q̃ ad pędagogũ aut doctorẽ honeſtæ vitæ cõpoſitęq; diſciplinæ aſpectabãt. Ad qd qdẽ Stratonicus facete cauillari uiſus eſt: ſtatuẽs Atheniẽſes iubẽſq; & miſteria & põpas agere. Eliẽſes vero ludos edere: tanq̃ hoc pulcherrime faciẽtes. Lacedæmonios vero, ſi hi peccauerint cædere. Et hoc ridiculi gratia dictũ eſt. Socraticus vero Anthiſtenes quũ Thebanos ex cõfecto in Leuctris prędio pmultũ elatos intueret: nil eos a pueris differre iquit, qui in eo exultẽ ſi pædagogum cõſiderit: Neq; tamẽ hoc præcipuũ inſtitutũ tũc Lycurgo fuerat, vt Spartã plurimis imperantẽ reliq̃ret: ſed quẽadmodũ vnius viri vitã, & ſic & totius ciuitatis felicitatẽ exiſtimãs ex virtute effici: & ad eã ſectandã ciuiũ cõſenſu: ad hoc ordinauit ſimul cõciliauitq; vt & liberales & frugi & cõtinẽtes plurimũ tẽpus ꝑſeuerarẽt. Hoc etiã Plato ipſe reip. argumẽtũ ſumpſit: & Diogenes & zeno: & oẽs deniq; gcũq; hiſce de rebus quicq̃ dicere aggreſſi laudanẽ. Qui qdẽ litteras & libros ſolũ reliquerũt: hic aũt nõ litteras & libros: ſed eã remp. quã re imitari nemo queat, in lucẽ attulit: & vbi iis qui ſapiẽtis illã quæ dicit diſſolutionem, atq; affectũ, fictum eſſe arbitrant, toram ciuitatem intentam philoſophiæ demonſtraſſet: plane oẽs gloria ſuperauit: qui vnq̃ inter græcos rẽp. conſtituerint. Quam quidẽ ob rem & Ariſtoteles ait: minoribus Lacedæmonẽ q̃ par eſſet proſequi Lycurgum honoribus: tametſi maximis eum p/

Lycurgꝰ ad delphicum tendit oraculum.

Lycurgi interitus.

Nũmꝰ ſpartã influxit regnante Agide.

Lyſander ſpartã diuitiarũ & delitiaꝝ ſtudiis refersit.

Subiectoꝝ obedientia diſciplina ẽ principis.

Fulmine attactũ Lycurgi ſepulchrum &

ſequuntur. Nã & tẽplum ei cõdidere: & ſingulis annis, Vt Deo, ſacra faciunt. Dicit autẽ quum eius reliquiæ domũ veherent, fulmine eius ſepulchrum attactũ eſſe. Hoc vero nõ facile alteri cuiq; ex illustribus præterq; Euripidi accidiſſe, & mortuo, & condito in Macedonia ſecus Arethuſam. Itaq; argumentũ ac teſtimoniũ magnum iis eſt, qui ſunt Euripidis ſtudioſi, illi ſoli poſt mortẽ cõtigiſſe: quæ prius aliis imortalibus dilectiſſimo piiſſimoq; Lycurgo contigiſſent. Lycurgum aũt obiiſſe alii Cythæ ferunt: ſed Apollorenus Elin delatũ dicit. Timæus vero & Ariſtoxenus in Creta vita defunctũ aiunt: eiuſq; ſepulchrũ Ariſtoxenus a Cretenſibus oſtendi apud Pergamiã in viam Xeuam tradit. Filiũ quoq; vnicũ reliquiſſe Antyoꝝ dicitur. Quo ſine ſobole mortuo genus defecit. Amici vero ac familiares ſucceſſionẽ quandã atq; conuentum, qui in multa tẽpora perduraret, cõſtituere. Et dies quibus conueniebant Lycurgidas appellarunt. Ariſtocrates autem Hipparchi filius inquit Lycurgi hoſpites quum is in creta diem obiiſſet, corpus exuſſiſſe & cinerem in mare diſperſiſſe. Hoc enim ipſe precatus fuerat: quippe qui cauiſſet: nequãdo fortaſſe reliquiis eius delatis Lacedæmonẽ, & ob id iuramentis ciues ſoluti, quaſi ipſo reuerſo rẽpu. mutarent. Hæc igitur de Lycurgo perhibentur.

Euripidis.

Antior⁹ Lycurgi filiꝰ. Lycurgidæ dies.

CNVMÆ POMPILII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Statutẽ de numæ regis tẽporibus qbus exiterit, permagna diſſenſio: tamet ſi in hunc ab initio ſtẽmata delata plane videãtur. Sed Clodius qdã in Tempoꝝ argumẽto (ſic enĩ ferme liber inſcriptus eſt) aſſeuerat priſca illa inſcriptiones in celticis vrbis cladibus periiſſe: quæ vero nũc videnẽ, falſo quoſdã p viros cõpoſitos qbuſdã gratificato s: q priores gẽtes, Illuſtriſſimaſq; familias ex nihil ad ſe pertinẽtibus occupaſſent. Quũ igit narretur Numã Pythagoræ auditorẽ fuiſſe: Alii qdẽ oĩno putant nihil græcæ diſciplinæ Numã attigiſſe: ſed vel natura illũ voluiſſe: & ſatis ſuopte inſtructũ ingẽio ad virtutẽ fuiſſe: vel Pythagora meliori Barbaro cuipiam inſtitutionẽ regis adſcribendã velint. Alii vero Pythagorã quidẽ poſt Numæ tẽpora extitiſſe: & ætate ſimul eius aliquãto minorẽ inquiunt: ſed Pythagorã Spartiatã, qui ſtadium in olympia viciſſet, olympiade ſextadecima, cuius anno tertio Numa in regnum cõſtitutus ẽ: circa Italiã errabũdũ, Numæq; cõgreſſum ac ſimul regnũ cõſtituiſſe. Quare nõnulla ex Lacõibus: Romãis inſtitutis, doctore Pythagora, admiſta ſunt. Præterea Numa fuit Sabinus genere. Sabini vero Lacedæmonioꝝ ſe coloniã fuiſſe volũt. Tẽpora igit diligẽtius exeq; p difficile eſt: & ea maxime q̃ ex victoribus olympiæ dicunt. Quoꝝ deſcriptionẽ aiunt ſero Hippiã Eliẽſem edidiſſe, nullo ſubnixum neceſſario ad fidẽ argumẽto. Quę aũt nos de Numa memoratu digna accepimus, in mediũ referemus, cõgruũ ſumẽtes initiũ. Septimũ iã & trigeſimũ annũ rege Romulo Roma incolebat. Quinto vero ineũtis mẽſis die, quẽ nonas capratinas nũc vocãt, ſacrificiũ quo ddã publicũ pro vrbe ſacrificabat Romulus ad paludẽ: q̃ capræ appellat: aderatq; & ſenatus & populus frequẽs. Repẽte veto magna coorta in aere tẽpeſtate ab nimbo terrã operiente, fragore ſimul ac tonitribus reliq̃ multitudo perrita in fugã paſſim vertitur. Romulus vero e medio euanuit: neq; ipſe poſtea: neq; mortui corpus inuentũ. Grauis ſuſpitio Patricios attigit: emanauitq; aduerſus eos rumor in ciuitatẽ: vt iã antea regnũ grauiter moleſteq; ferẽtes, volenteſq; principatũ in ſe trãſferre, regẽ interemerint, etenim videbat iã Romulus & aſperius eis & iperioſius vti. Sed hãc ſuſpitionẽ obſequiis ſuſtulerũt: honoribus diuinis Romulũ pinde ac nõ mortuũ, ſed meliora ſortitũ fata proſequentes. atq; Proculus vir illuſtris iureiurãdo affirmauit vidiſſe Romulũ in cælũ cũ armis ſublimẽ ferri: eiuſq; vocẽ audiſſe, q̃ ſe Quirinũ iuberet nominari. Alteq; vero ciuitatẽ de rege creãdo certamẽ ſeditioq; verſabat. Nõdũ enĩ aduenæ veteribus ciuibus admodũ admiſti erãt. Quinetiã ipſa plebs inter ſe fluctua

Clodius ſcriptor.

Pythagoras Spartia

Numa Sabinus fuit genere.

Sabini Lacedęmonioꝝ colonia.

Capratinæ nonæ.

Romulus quomodo euanuit.

Proculꝰ Romulũ vidiſſe in cœlũ ferri cum armis aſſeruit.

Certamẽ inter Romanos & Sabinos: decreã do rege.

bat. Ac Patricii ipſi ob eam cõtentionẽ ſuſpecti erant. Regnari tamẽ oẽs volebant. Contentio vero atq; certamẽ nõ erat pro viro ſolum, verũ etiã vtro ex genere rex ſumẽdus eſſet. Etenim qui cum Romulo primi vrbẽ condidere, indignũ ducebãt Sabinos, qui ad vrbis agriq; portionem admiſſi eſſent, coronari: enitiq; vt eis ſperarent: a quibus ea ſuſcepiſſent. Sabinis quoq; ratio q̃dãerat haud abſurda: quoniã Tatio rege ipſoq; mortuo, nulla in Romulum ſeditione ſunt vſi: ſed eum ſolum ſperare permiſere: quũ dignũ ducerẽt ſui rurſum corporis principem creari. Neq; enĩ ex iferioribus ad eos acceſſiſſe: & adiectione ſua illos quoq; multitudine roboraſſe: ac ſecum ad ciuitatis dignitatem & amplitudinem promouiſſe. Has igitur ob res illi certabant. Sed ne aliqua perturbatio ob ſuſpẽſam gubernationem imperii ex eo certamine oriretur, ſtatuere partes: quum ipſi centum & quinquaginta eſſent in parte: vt qui libet cum regalibus inſignibus & legitima diis ſacra pſolueret, ĩperaretq; faciunda: ſex horas noctis & ſex diei. Quirino, tantũdem vero Tatio diſtribuentes. Erenim hæc temporũ diuiſio: & æque in vtrũq; diſtributa, poteſtatiſq; permutatio: ad amouendã populi inuidiã, qui eodẽ die ac nocte, eundẽ ex rege priuatum intueret, recte haberi patribus viſa eſt. Hunc autem principatus modũ Inter regnũ Romani vocant. Sed q̃q; ita ciuiliter & quiete regnare viderẽtur: contumelias tamen turbulentoſq; clamores effugere nõ poterant: pinde atq; in paucoq; domi natum res transferrent: & in ſeſe ſtatum reipu. traduceret: regnari autem nollent. Ex qua quidẽ diſſidentes eæ partes inuicẽ conſenſere: vt altera ex altera regem declararet. Sic enim maxime quieſcere contentionẽ poſſe: & qui declaratus eſſet, æqualem vtriſq; fore. Nam & alteros, vt qui ſe elegiſſent, amaturum: alteris autẽ, vt cognatis, beniuolum futurũ. Itaq; permittẽtibus Sabinis regis electionem prioribus Romanis: viſum iis eſt Sabinum potius eligendũ ſeipſis authoribus: q̃ Romanum illis deſignantibus. Quãobrem inter ſe conſultantes deſignant ex Sabinis regem Numã Pompilium: q; vir tametſi nõ ex iis fuiſſet qui in vrbem recepti ſunt: ita tamen virtute oĩbus probatus erat: vt ſtudioſius etiã Sabini, q̃ eligentes ipſi, audito nomine regem admitterent. Expoſitis igitur populo quæ decreta ſunt, cõmuni ſententia legatos ex vtraq; parte primarios ad viũ mittũtur qui vt veniret ac regnũ acciperet precarentur. Erat Numa illuſtri inter Sabinos vrbe Curibus, ex qua ſe Romani ſimul cũ receptis Sabinis quirites appellarunt, Pomponii viri ſpectati filius: e quatuor fratribus natu minimus: eo diuina forte quadam die natus: quo Romulus vrbem cõdidit. Is vero eſt. xiiii. kalen. Maias. Quũ autem eſſet ingenio adomnẽ virtutem accõmodatus: ſeipſum magis & per ✻ diſciplinam q; laborẽ, philoſophiamq; excoluit: nõ aĩ deteſtãdas pturbationes modo, ſed laudatã quoq; inter barbaros vim & habendi cupiditatẽ ab ſe amouens, ac veram fortitudinem libidines in ſeipſo ratione ſuperaturã exiſtimans. Hic vero omnis domo delitias ſimul atq; magnificos ſumptus pellens: & oĩbus ſe cũ ciuibus tum pegrinis integerrimũ iudicẽ & cõſultorẽ vtẽdũ præſtans: per otium autẽ nõ ad voluptates ad delitias, nõ ad quæſtus, ſed ad Deo q; ĩmortaliũ cultum & ad ipſoq; natura ac vim, quãtũ ratione poterat, cognoſcendã ſemetipſo vtens, magnũ adeo nomen atq; gloriã adeptus eſt: vt Tatius qui ſimul cũ Romulo Romæ regnabat, ex vnica filia quam habebat Tatia, genero illum ſibi aſciuerit. Neq; is tamẽ eo cõnubio elatus migrauit ad ſocerũ, ſed patrẽ iam ſeniorẽ foues & nutriens in Sabinis mãſit: ſimulq; Tatia priuati viri qerẽs: q̃ Romæ honorẽ gloriãq; patris gratia maluit. Itaq; tertiodecim o poſt nuptias anno ea diem obiiſſe dr. Numa vero cõcilia vrbis deſerẽs, frequẽtius in agris morabat: peragrabatq; libẽter ſolus: & in deoq; lucis, & ĩ ſacris pratis, ac in deſertis locis vitã degãs. Vnde non minime qd de Dea fertur, initiũ ſumpſit: vt certe Numa ille. nõ abſq; ſollicitudine q̃dã aĩ, & errore, hoĩm ſocietatẽ reliquerit: ſed eo magis q; honeſtius cõſortiũ deguſtarit: diuinũq; coniugiũ meruerit. Ægeriæ enĩ Deæ amãti cõgreſſum ac vna degens, & felix vir & diuinarũ rerũ peritiſſimus factus eſt. Quod autẽ hæc multis vetuſtiſſimiſq; ſimillima fabulis videtur: quas Phryges de Atte & Bithynide: de Herodoto & Endymione Arcades: ac de aliis multis: qui felices quidẽ extitiſſent: Diiſq; charis haberẽt: libentiſſime receperunt: ob ſcuã certe nõ eſt. Ac dictat ferme ratio ĩmortalẽ Deum non equos nõ aues ſed hoĩes amare: pidq; velleĩs qui bonitate præſtant cõgredi, neq; grauiter ferre: neq; aſpernari mirabilis alicuius viri ſapientiſq; cõgreſſum. Sed q; illa Deo Dæmoniq; ſit cũ humano corpore atq; venuſtate vel cõiũctio vel gratia, id iam per difficile eſt creditu. Atqui videnr. Ægyptii non abſurda vti partitione, q aiũt Mulieri qdẽ ſpiritum Deum appropinquare poſſe: & quædã ſobolis principia ingignere: viro autẽ nullũ eſſe corporis cum Deo neq; cõmiſſionẽ, neq; cõgreſſum. Ignorant autẽ miſtum, cui miſceat, cõmunionem viciſſim q; equalem reddere. Ac charitatem eſſe Deo cũ homine: & ex hac amorẽ illum qui dicitur, gigni: ad morum virtutiſq; diligentiam curam & ſtudium, decorum id certe fuerit. Neq; errant hoc pacto qui Phorbantem, Hiacynthum, Admetum, ab Appolline amatos fabulãtur: quemadmodum item & Sycionium Hyppolytum fingunt: Cui quoties ex Sycione Cirrham adnauigaſſet: oraculũ etiam nũc memorãt Pythiam reddidiſſe, veluti Deo ſentiente & edere gauden te huiuſmodi Heroicum: Hippolyti rurſus charum caput æquora ſindit. Pindari vero & eiuscarmi num amatorem fuiſſe Pana, Fabulantur. Reddidit item honorem quendam & Archiloco & Heſiodo poſt mortem per muſas numen. Sophocli vero adhuc viuo Æſculapium hoſpitio ſuſceptum

Inter regnũ

Numa Põpilius ex Sabinis: a Romanis rex deſignatur.

Quirites a Curibus dicti.

Roma quo tẽpore condi cœpta.

Numæ prẽclarũ ingenium.

Tatia Tatii filia: & Numæ vxor.

Tatiæ iteruntus.

Ægeriæ amãti Numa cõgreſſus fertur.

Phorbantẽ Hiacynthũ Admetũq; ab Apollĩe amatos.

Hippolyt⁹ amatus ab Apolline.

Pindar⁹ dilectus a Pane deo.

fama est: multa in hanc vsq; diem coniecturas seruans. Cui etiam alius Deuus (vt fertur) sepulturã
* mortuo præbuit. Dignũ ne igitur fuerit qui hæc cõcesserint: hisdẽ derogare: si & * zaleuco, & Minoi, & zooastræ, & Numæ, & Lycurgo regna gubernantibus cõponentibusq; respub. eodẽ modo numẽ congrederetur? An his quidẽ Deos etiã studio congredi consentaneũ est: vt quæ essent optima & docerent & admonerent: Poetis vero & Lyricis querulis ioco vti? si quidem hisce tandẽ vterentur. Quod siquis aliter dicat: illud Bacchilidis iter æquoris amplum: neq; enim aliter sermo qcq̃ habet ineptum: quẽ de Lycurgo & Numa aliisq; similibus viris narrãt: qui vt infrænes difficilesq; multitudines caperẽt, magnasq; respub. nouitates affertẽt: Dei opinionẽ cõmenti sunt: quæ ipsis illis quorum gratia fingebatur, saluti esset. Sed enim quum annum iam Numa quadragesimũ ætatis ageret: venere legati Roma: qui eum ad suscipiendũ regnũ hortabãtur. Verba fecere Proculus & Velesus: quoq; prius alteq; regem a populo creandũ expectatio fuerat. Proculo quidem Romuli Veleso vero Tatii partibus fauẽtibus. Ergo hi paucis Numã alloquuti sunt. Putabãt enĩ hmõi nuntiũ gratissimũ illi fore. At erat plane opus nõ mediocre, sed qd & verbis multis & pcibus indigeret: inducere atq; trãsferre viri sniam, q in quiete paceq; vixisset, ad eius principatũ vrbis capessendum: quæ quodã modo & bello nata & aucta esset. Itaq; tum eius pse, tum Martio, qui vnus ex cognatis eẽt, presentibus aiebat: Vt ois quidẽ humanæ vitæ mutatio periculosa est. Cui vero neq; req; necessariũ qcq̃ deest: neq; presentium aliqd q̃monia dignũ sit: hũc aliud nihil nisi amẽtia a cõsueris studiis & immutat & trãsfert: qbus etsi nihil aliud insit, eo tñ q̃ certa sunt incertis pstant. At neregi'res obscure sunt quidẽ: si quis ex Romuli cladibus coniectura traxerit: q& ipse nequã opinionẽ ceperit: perinde quasi collegæ Tatio insidias tetenderit: nequã & pbus cõparauit, tanq̃ ab eis interẽptus. Atq; Romulũ hi Deoq; sobolẽ rumoribus celebrãt, & diuinũ quoddã eius alimentum & salutẽ in credibilẽ ipsius adhuc infantis narrãt. Mihi autẽ & genus mortalẽ est: & educatio eruditioq; ab hominibus, quos ipsi nostis. Quæ vero de illius viri moribus laudes referuntur: quẽ porro regnatuq; petitis: sunt & multa quies: & philosophiæ studiũ. Hic aũt amor pacis rerũq; a bello vacantium: & hominũ in Deoq; veneratione, ac mutua beniuolentia in vnum coeuntiũ: aliisq; vel agriculturæ vel pascuis indulgentium: & acerrimus est, & nobiscũ vna connutritus. Vobis aũt Romani pmultos Romulus fortassis inuictos reliquit hostes. Ad quos arcẽdos & ardentis animi vrbs rege robusto indiget. Multa pterea tum bellãdi cõsuetudo: tum etiã alacritas populo ob secũdas res inest. Neminiq; obscuq; est, & incrementa illiũ, & vt cæteris imperiter desiderare. Itaq; ridiculo ille futurus aliis sit: qui Deos colere: iudiciũ venerari: vim aũt & bellũ odio insequi eam vrbẽ docere voluerit, cui militari duce magisq̃ rege sit opus. Hmõi verbis iure Numa regnũ abnuente: tum Romani omni studio etiã atq; etiã rogabant, orabãtq;, ne rursum eos in seditionẽ ac ciuile bellũ misceret: quum alter nõ esset, in quẽ ambæ factiones cõsenserint: tum etiã & pr & Martius secedentibus illis priuatim instantes. Numæ persuadebant: vt magnũ atq; diuinum munus susciperet. Qd si ipse neq; diuitiarum egeas: quoniã tuo contentus sis: neq; imperii neq; ditionis gloriã ambias, quoniã eã meliorem ex virtute possideas: at ipsum regnãdi munus Dei ministeriũ ducens, qui profecto erigit, neq; iacere tãram in te iustitiã otiosamq; eẽ patiẽ, ne fuge: neq; euita imperiũ: qd prudenti viro ad præclaras & magnas res obeundas præstiterit locũ: vbi & Deoq; immortalium cultus magnifici sunt: & ad religionem homines mansuescunt: facillime enim simulq; celerrime ii a principe ad honestiorem sententiam traducũtur. Romani & Tatiũ qui aduena eẽt imperatorẽ amplexi sunt: & Romuli memoriam diuinis honoribus psequũtur. Quis aũt scit: si & victorẽ populum satietas belli ceperit: & triũphis prædaq; referti mitẽ ducẽ, & iusti amicũ in quiete paceq; desiderant? Qd si etiã nũc prorsus fert uidi sunt: furẽtesq; ad bellũ, nonne melius fuerit aliorsum eoq; impetũ vertere, quũ habenas manu tenueris: ac patriæ te omniq; Sabinoq; genti aduersus florentem & præpotentẽ vrbem beniuolentiæ & amicitiæ vinculũ pstare! Accedebãt ad hęc (vt fertur) & secunda signa: & ciuium studiũ atq; desiderium: qui audita legatione, illũ ire, regnũq; capessere, ad ciues beniuolentia charitateq; iũgendos, precabãtur. Vbi ergo rem probasset: Diis immortalibus sacra faciens, se Romã contulit. Cui aduenienti senatus obuiam populusq; fit, mirifico illius viri & incredibili desiderio. Dignis eũ mulieres laudibus insequunt: sacrificia in tẽplis fiunt: lętitia & gaudio cõplẽtur oẽs: quasi non regẽ: sed regnum potius vrbs susceperit. Sed postea q̃ eũ in forum constituere: Spurius Vectius qui per id tẽporis forte inter rex fuit, decretum ciuibus exhibuit: & oẽs suffragium tulere. Quũ autẽ insigna imperii sibi afferrẽtur: ea seruari iubens inquit. Deum esse cõsulẽdum: * quasi sibi regnũ confirmaret. Auguribus igitur sacerdotibusq; assumptis, Capitolium ascẽdit: id Tarpeium collẽ tunc Romani appellabant: vbi qui auguribus pẽrat, illum velato capite ad meridiem vertens, ipse autem retro manens & eius caput dextra manu tenens pcatus est: & contra q̃ longissime prospectum oculi ferebant: quę ab Diis immortalibus auspicia signa ve mitterentur, circũlustrabat. Silentium summum tanta in multitudine forum tenebat: cunctis euentum obseruantibus, & defuturo suspẽsis: ac mox quum bone aues dextreq; apparuissent, insignia ei tradiderunt. Sic autem regali assumpta veste, descendit Numa ex arce in multitudinem. Tũc & voces & acclamationes omniũ erãt: per inde vt

Legati ad numã q illũ rogarẽt vt Romæ regnũ susciperet.

Numæ respõsio ad legatos: q illi regnũ pollicebantur.

Numa Pompiliꝰ romanorum rex efficitur.

Spuriꝰ Vectius Interrex.

Tarpeius collis.

piissimum Diisq; charissimum regē suscepissent. Itaq; assumpto imperio Numa oīum primū trecētorū illorū turmas, quibus ad corporis tutelam Romulus vsq; vtēs celeres cos appellauit, diffuit. Neq; enī dignū putabat: aut credētibus minus credere: aut nō credētibus imperare. Secūdo aūt loco Iouis Martisq; sacerdotibus a Romulo constitutis, tertium ipse Romuli constituit: quē Flamī nem Quirinalē nominauit. Vocabant & sacerdotes antea cōstitutos flamines: ab iis qui circū cal uaria sunt pileis: quibus ad tegēda capita vtuntur: quasi pileamines quidā cēnt: vt tradunt: tūc lon ge magisq; nunc, Græcis nominibus latinis admistis. Etenim læuas quibus reges induebantur: Lo bas chlænas eē ait: & qui Iouis tēplo ministrat pubescentē pueꝝ Camillum dici: quo modo Græcorum aliqui Mercuriū ab obsequio Camillum appellarunt Quū hæc Numa ad populi beniuolētiam gratiamq; constituisset: illico aggreditur vrbem, ceu ferꝝ, ex dura & bellicosa molliorē reddere atq; iustiorē. Quā enim Plato exæstuantem ciuitatē tumentēq; appellat: plane illa tunc erat: quippe quæ statim ab initio audenti elatione quadam proteruaq; audacia eorum cōstitisset: audacissimi simul & bellicosissimi vndiq; cōfluentes illuc cōmigrassent. Frequenti pterea militia bellisq; continuis ad alimētum: potentię incremētum q; vsa eēt. Ac veluti ea quę altius sunt defixa, magis ipsa agitatione firmātur: ex periculis inualescere in roboraria; videretur. Sic aūt elatum & asperum ingenio populum non minimi neq; ignobilis negocii esse rarus, si ad pacē traducere atq; transferre posset: diuinū auxiliū imploravit sacrificiis plurimis & ludis & tripudiis: q̄ simul cū grauitate gratam cōsuetudinē benignāq; voluptatē habēta ipsemet celebrauit, constituitq;, regēs atq; deliniēs animoꝝ ferocitatē ac bellandi studium. Interdū etiā diuinis quosdam metris annūtiauit, & visus numinū monstruosos atroceſq; clamores subigebat, demissam q; eoꝝ mentē religione reddebat.

Flamē Quirinalis

Chlæna. Camillus Mercurius.

Numa quibus rebꝰ sapientis & eruditi nomē adeptus est.

Quibus q̄dē ex rebus potissimū ille vir sapiētię nomē eruditionisq; tāq; Pythagorę cōgressus adeptus est. Nam quēadmodū illi ad sapientiā: ita & huic circa gubernandam rēpub. magna pars inuminis affinitate congressu & studio versabatur. Pręterea dī factum exteriorē & cultū ab ea ipsa Pythagorę snia sumpsisse. Etenim ille videtur & aquilā quibusdam vocibus excātans, supneq; volantem deducēs, manuefacere solitus: & femur aureum subostendere: dū in olympiis per celebritatem transitū faceret: aliaq; monstrosa eius inuēta renūtiantur. Quibus in rebus scripsit Timō Phliasi?: Pythagorāq; tuere magū: q nomine flagrans Pergeret eloquiis homines captare venustis. Sed Numę figmētū Deę, vel montanę cuiusdā Nymphæ amor: secretusq; illius ad eum cōgressus, vt dictū est: & cōia cū musis cōsortia. Plurima enim ex vaticiniis in eas referebat: quaꝝ scīpue vnā & insigniter Romanos venerari docuit: hāc Tacitā appellauit: Q d viri videtur esse Pythagoream Echemythiā, quā taciturnitatē & mysteriū dicunt, cōmuniscētis simul & honorantis. Quæ de Deoꝝ imortalium simulacris etiā Numa statuit, q̄ simillima sunt prorsus Pythagorę documentis. Nā primū principiū ille neq; sēsui neq; perturbationi subiectū: sed mētē inuisibilē & increatā esse censuit. Hic aūt Romanos prohibuit existimare imaginē Dei, aut hoīs specię, aut animalis habere formā. Nec fuit apud eos neq; picta neq; ficta Dei prius species. Sed in prioribus centū & septuaginta annis templa quidē ędificabāt, sacraq; tuguria erigebāt: simulacrum vero nullū corporeum faciebāt: perinde atq; nefas eēt deterioribus meliora assimilare: neq; aliter atq; intelligētia percipi Deus posset. Sacra quoq; ab Numa instituta ritū sanctimoniāq; Pythagoræ vehemēter attingūt. Erant enim fine sanguine: eorūq; plurima ex farina & libo rebusq; vilissimis cōposita. Pręterea exterioribus aliis coniecturis enitūtur: qui Numā Pythagoræ familiarē fuisse volūt. Quarum vna est: Romanos suę reip. Pythagoram ascripsisse: sicuti Epicarmus comicus quadā in oīone ad Antenorē tradidit: vetustissimus quidē ille vir & Pythagoricę particeps disciplinæ. Alii vero dicunt quū quatuor Numa filios habuisset: Mamercū vnū ex Pythagoræ filio appellauisse. Ab illo autem & Æmyliorū familiam admistam patriciis nominatam ferūt: sic rege blandiloquio illius viri, qd Æmylia vocant, & in dicendo gratiæ arridente atq; amplexante. Ipsi etiā audiuimus Romæ e multis narrantibus: vt Romanis aliqū oraculo reddito de illius viri erigenda apud se statua: qui prudentissimus Græcorum & fortissimus extitisset: duas in foro æneas imagines statuisse: Alcibiadis alterā: alteram vero Pythagoræ. Hæc igitur cōcertationibus refertissima, & prolixius exequis: & vt vera admittere, iuuenilis est pertinacię. Numę autem Pontificum ordinē constitutionēq; attribuunt: aiuntq; eum horū vnū primum extitisse. Vocatos aūt pontifices alii dicunt: quoniā Deos colunt: potentiæ illos ac omnium dominos. Alii vero inquiunt: nomen effectum esse ad potentū profligationē: tanq̄ iubente legumlatore, sacerdotes obire potētia sacra. Si vero quid maiorisimpedimēti fuerit: crimini illo had apponente. Alii vero plurimi quod in nominibus rideri solet, maxime autumāt atq; confirmāt: vt nihil aliud pontifices q̄ a pontibus faciundis esse vocitatos: ab sanctissimis & vetustissimis sacrificiis quæ ad pontē fierent. Esse aūt eam obseruationē & structuram veluti aliud quicq̄ ex immotis patriisq; sacris sacerdotibus delegatā. Nefas enim & execrabile apd Romanos existimari lignei pōtis dissolutionem. Connectebatur autē lignis (vt aiunt) pro diuino quodam dicto omni prorsus amoto ferro. lapideus enim pons diu postea extructus est ab Æmylio quæstore. Quinetiam ligneum post Numæ tēpora factum & absolutum dicunt a Martio rege: qui Numæ ex filia nepos fuit.

Numæ ĩstituta Pythagoreis similia.

Mamercus. Æmiliorū familia vnde.

Pōtifices a Numa creati & vnde dicti.

Pontifices a pontibus dicti.

Maximus vero ex pontificibus veluti interpretis & prænunciatoris, quin Hierophantę potius ordinem & locum tenet: qui quidem nõ solũ res quę publice fiunt curat: sed & priuatim sacrificãtes obseruat: impedimẽtoq; est, nequis legitima trãsgrediatur: docetq; qua quispiam re ad veneration nem Deoꝝ, aut ad postulandam veniam indigeret. Erat & sacrarum virginũ custos: quas Vestales appellant. Nã Numæ etiã Vestaliũ virginum sacerdotium ac prorsus ignis ppetui, quẽ hæ tuẽtur, & cultũ & honorem ascribũt: siue vt puram & incorruptam ignis substantiam inuiolatis item integrisq; corporibus illis cõmendarent: siue quod sterile & infœcũdum esset scitę virginitati adiũ gerẽt: Nempe enim & in græcia vbi perpetuus seruatur ignis: vt Pythię & Athenis: non virgines sed mulieres solutę cõiugio: eiusce rei curá & diligẽtiam habent. Q d si forte quandoq; ignis deficiat: veluti Athenis Aristone tyrãno sacram lucernam extinctam aiunt: & apud Delphos templo ab Mœdis incenso: & Romæ: tũ Mithridatici tum ciuilis belli tẽporibus simul cum ara & ignis periit: dicunt nequaq; decere ex altero igne accipi: sed nouum & peregrinũ elici oportere: accẽsa ex sole flãma pura & immaculata. Accendunt q; maxime scaphiis vasis: quæ struuntur quidẽ ex latere Isosceli triãguli recti: eaq; cauata: respiciuntq; in vnum ex circũferẽtia centrum. Quum igitur soli aduersa opponant: ita vt vndiq; accensi radii cogantur cõnectanturq; ad centrum, & ipsum discernant aerem attenuatum: & eorũ quę apposita fomẽta sunt, leuissimas aridissimasq; partes celeriter accẽdit ex obiecto corpus, & ictum igneum radio assumẽte. Itaq; nihil aliud a sacris virginibus q̃ in extinguibilem illum ignẽ asseruari quidã putant. Aliqui vero quædã inquiunt sacra esse: quæ aliis videre non licet: abdita. de quibus q̃cũq; & auditi & dicere fas est, in Camilli vita pscripta sunt. Primum igitur Geganiã & Bereniam a Numa sacratas aiunt: deinde Camiliã & Tarpeiam: postea vero Seruio alias duas numero illi addente: id in hæc vsq; tpa multitudinẽ obseruasse. His autem viginibus annoꝝ triginta ab rege castitas præscripta est. Ac primũ qdem decennium quæ faciunda sunt discũt. Secũdũ vero q̃ didicere faciunt. Reliquũ aũt decẽniũ hæ alias edocent. Tum demũ volenti permittitur posse id tps: & nubere, & ad aliã vitã verti solutæ iam sacerdotio. Dicunturq; haud multæ hãc licentiam libenter amplexæ: neq; iis quæ eã amplexæ fuerint, secundas res cõtigisse: sed pœnitẽtia & mœrore reliquum vitæ tps agentes perhibẽtur alias in Deoꝝ metum religionẽq; inicere: vt ad senium & ad mortẽ vsq; pudicitiã virginitatẽq; obseruent. Illis autem magnos honores reddidit: quoꝝ is est: vt etiã viuo patre testamentum condere, accætera gerere sine curatore quæant: quẽadmodũ & trium filioꝝ matres. Cum fascibus quum prodeunt deducũtur. Et si casu q̃ quã quã inciderint: quũ ad letũ agitur: necari eũ non licet: veꝝ deierare virginẽ oportet: se non vltro, sed forte, non autem dedita opera & de industria obuiam factã. Qui autẽ occurrerit: quum ipæ feretro vehuntur: moritur. Atq; alioꝝ criminum causa puniunt virgines verberibus: interdũ & nudam pontifex maximus quæ deliquerit, obtenso linteo in abditiore obscuroq; loco eam plectit. Sed quæ virginitatẽ prodiderit: viua ad portã quã collinam vocãt, defoditur. Quo quidem in loco supercilium est intra vrbẽ terrestre porro se intendens: qd latinorum idiomate vocatur tumulus. Hic structa est subterranea domus haud magna: in quam e loco superiore descenditur. Iacet in ea stratus lectulus & lucerna ardens: primitiæq; rerũ earum, quæ necessariæ sunt ad victum, breues quædam: panis: aqua in vase: lac & oleum: quasi caueat ipsa domus. ne fame eius corpus intereat: quæ maximis expiatoribus dedicata sit. Ipsam vero pœne obnoxiam ferro impositã & extrinsecus obtectam loriscq; ligatã, quo neq; vos queat etiã audiri, perfoꝝ vehunt. Silentio accedũt omnes: eaq; sine voce graui, cũ mœrore quodã deducũt. Neq; aliud spectaculũ horribilius est: neq; aliũ diem ciuitas mœstiorẽ agit. Quum vero ad locũ ferretum delatũ fuerit: solutis a ministris vinculis sacerdotũ princeps precatus arcana q̃dam, sublatisq; ad Deos manibus, ante supplicium educit eã capite opertã: constituitq; in scalis in domicilium deferẽtibus. Deinde ipse cũ aliis sacerdotibus auertitur, Quum aũt illa descenderit: & scalæ tolluntur, & multa desuper iniecta humo domiciliũ operitur: adeo vt is locus reliquo tumulo æqualis fiat. Sic quidẽ quæ sacrã virginitatem prodidere, puniuntur. Veꝝ dẽ Numa Vestæ tẽplum rotũdum cõdidisse: vbi perpetuus ignis seruaretur: imitatus vero terræ figurã: quasi lar focusq; sit: sed totius mũdi potius: cuius mediũ Pythagorici putãt ignis sedẽ: & id larẽ vocant & monadẽ. Terram vero neq; immobilẽ neq; in medio globi positam: sed eẽ circũ ignẽ in gyꝝ suspensam. Hæc autẽ & Platonem iam quũ senior esset, de terra sensisse aiũt vt in altera regione cõsisteret: sed ipsum mediũ & absolutissimũ terræ meliori elemẽto cuidã alteri adiacere. Pontifices autem & patrios humãdi ritus q̃rentibus declarant ab Numa edocti: nihil huiusmodi piaculum ducere: quin etiã Deos manes legitimis ritibus venerari: vt qui ea quæ maxime nostra sunt, suscipiant: & eam pcipue quã Libitinã appellant, hmõi veneratione coli: quæ Dea sit eoꝝ quæ mortuis iusta præstantur inspectrix: siue Proserpinã illam. siue (vt Romanoꝝ disertissimi arbitrantur.) Venerẽ crediderimus. Illi quidem in vnã Dei vim, quæ ad ortum obitũq; pertinent, haud inepte referentes. Numa quoq; & lugendi modũ pro ætatibus tpibusq; statuit. Puerũ non lugeri trimo minorẽ: neq; etiam natu grandiorem plures mẽsium, q̃ vixisset annos, ad decem vsq. Et prolixiore fletu ætatẽ lugere nullã. Sed longissimũ luctus tps esse mensium decẽ: q̃diu & mortuorũ

Maximus pontifex. Hierophanta. Vestales

Ignis quomodo ex sole accẽdat.

Geganiã. Berenia. Camilia. Tarpeia.

Vestalibus quis honor additus.

Vestalis virginitatem prodẽtis q̃ pœna

Vestæ templũ rotũdũ Numa constituit.

Libitina.

Lugẽdi modũ a Numa statutum.

vxores viduitatē ſeruant. Quæ vero intra id tpis nupſerit: vaccam prægnātē ex Numę legibus immolat. Sed quum alia plurima ſacerdotia ab Numa inſtituta ſint: duo adhuc in mediū referā: alterę Fęciales. Salioꝝ: & Fęcialium alterę: quæ viri pietatē maxime oſtendunt. Enī uero Fęciales quidam pacis cuſtodes, & (vt mea fert opinio) ab re ipſa nomen capientes, controuerſias verbo ſedebant: quū non permitteret prius militare: q̄ oīs iudicii ſpes abſciſſa eſſet. Erenim pacē Græci vocāt: quādo verbo non vi inter ſe vtentes controuerſias ſoluunt. At romanoꝝ Fęciales ſæpe ad eos ibant qui iniuriā inferrēt: illiſq; ſuadebāt: vt ſe beniuole & amice gererent. Iis autē inimice ſeſe & pro voluntate gerētibus. Deos teſtari, & multa grauia in eos eorūq; patriā imprecati, niſi iuſte rem aggrediantur, ſic eis bellum indicebāt. Fęcialibus vero prohibentibus aut minus comprobantibus, neq; militi fas erat, neq; regi Romanorum arma mouere. Sed ab his neceſſe erat initium belli pro iure princeps acciperet: & tum demum cōmuni cōmodo p̄ſpiceret. Fertur etiā Celticam illā calamitatē vrbi cōtigiſſe ob hæc ſacra violata. Barbari enim Cluſinos obſidebant. Ad quos quū Fabius Ambuſtus Fabius Ambuſtus. caſtra miſſus legatus eſſet: quo p̄ obſeſſis fœdera iniret: & ei ferocius reſpōſum fuiſſet: ratus ſe legationis munere iam defunctū, iuueniliter ac temere auſus eſt pro Cluſinis armis ſumptis: Barbaroꝝ bellaciſſimū ad ſingulare certamen p̄uocare. Secūda igitur pugna vſus & proſtrauit virū & ſpoliauit. Qua quidē re cognita, mittūt Romā prēconē Celtæ: Fabium accuſantes: q̄ p̄ter fœdera p̄ter fidē, p̄ter indicēdi ordinē, bellū eis intulerit. Tunc vero cū Fęciales ſenatui hominē illum Celtis dandū ſuaderent: refugit ad plebem Fabius: vſuſq; populi fauore iudiciū & repulit & euaſit. Paulo aūt poſt adorti Celtę totā vrbē p̄ter Capitoliū in p̄dā verterūt: atq; vaſtarūt. Veꝝ hæc in Camilli vita diligērius tractata ſunt. Salios aūt ſacerdotes ex huiuſmodi cauſa cōſtitutos dici- Salii ſacerdotes. tur. Annū iam octauū regnāte Numa, morbus peſtifer Italiā occupās, Romā quoq; īuaſerat. Mœrentibus vero cūctis tradit Peltā æneā e cælo delapſam in Numæ manus decidiſſe. In eā autē mira- Pelta e cælo delapſa. bilia quędā dixiſſe regē ſe ex Ægeria muſisq; audiſſe. Peltā enim in vrbis ſalutē miſſam: oportere q̄ eam aſſeruare: aliis vndecim ad illius figurā magnitudineq; & formam effectis: quo dubiū ob ſimi- litudinē ſit, cœleſtis illius adipiſcēdæ. Pręterea opus eſſe Camœnis locum eum & quę circū locum prata ſunt: ſacrare: quo frequēter ad ſuum cōgreſſum veniāt. Fontē vero qui locū rigat, ſacris virginibus veſtalibus cōſtituere: quo inde aquam quotidie ſumētes inundēt atq; aſpergāt templi adytum. His igitur teſtimoniū attuliſſe dicunt peſtem ipſam: quæ cōtinuo ceſſauerit. Peltam autē ex eius authoritate atq; imperio effingere artifices quum certaſſent: diffidentibus ac deſperantibus Veturius. Mamurius. cæteris, Veturiū Mamuriū ex ſummis vnum opificibus vſq; adeo ſimilitudinē effinxiſſe ſtruxiſſeq; omnis ſimiles: vt neq; Numa iam ipſe dignoſceret. Hanc aūt cuſtodes ac miniſtros cōſtituiſſe dī Salios ſacerdotes. Salii vero vocati ſunt: nō (vt quidā fabulātur) a viro Samothrace ſeu Mantineo ✱ Salii quur vocati. Salo nomine: qui ſaltationē quæ in armis dī, edocuerit: ſed ab ipſo potius tripudio ſaltatorio: q̄ ✱ Salio. vehemētius robuſtuſq; per vrbē euntes ſubſaltant: quū ad menſem Martiū ſacras peltas ſuſcipiant induti puniceis tunicis: æneis balteis latiſq; ſuccincti, æneas capitū galeas portātes: paruis gladiis arma pulſantes. Reliquū vero ſaltationis pedū eſt opus. Mouētur enī ſuauiter: conuerſiōes ac mutationes in celeri & crebro numero robuſte & leuiter reddētes. Eas aūt peltas Ancylia propter figuram vocant. Circulus enim non eſt: neq; veluti pelta circunferentiā reddit: ſed exciſurā habet lineę Ancylia q̄ redicta. helitoidis: cuius apices curuaturā habentes & denſitate in ſe cōuerſæ figurā ancylis faciunt. Aut p̄ pterancona, id eſt cubitū: ad quē circunferuntur. Hæc enī Iobas inquit, cupiens nomen a Græco deducere. Poſſet etiā primū hoc cognomen ab eo vel motu vel impetu deſcendere: qui anechatē id eſt ſuperne factus ſit: ſiue ab ęgrotantium curatione: quæ ακεσιστ dī: aut αγχμων λυστος, hoc eſt Acęſis. Caſtor. Pollux. ſiccitatū ſolutione: pręterea & a triſtiū amotione: quā anaſchęſin vocant: ex quo Caſtorē & Pollucem Anachas Athenienſes appellant: ſi quidē in Græcū eloquium nomē deducendū ſit. Mamurio autē artis illius ſuę mercedē fuiſſe perhibent memoriā quādā per ſaliorū carmen ſimul cū pyrrichi modulo abſolutū. Alii Veturiū Mamutiū qui canebatur: fuiſſe aiunt, Alii vero veterē memoriam. Sed poſtea q̄ ſacerdotia inſtituiſſet: regiam iuxta tēplū Veſtæ condidit: vbi maiorem tpis partē morabatur: aut ſacris indulgens: aut ſacerdotes docens: aut alicui reꝝ diuinaꝝ ſpeculationi apud eos vacās. Domū habuit alterā ad collem quirinalē: cuius etiā nunc locū oſtendunt. In profeſtis aūt, & omnino in ſacerdotū feſtis: per vrbē præcones p̄cedebant: qui vt quieſcerent, & ab operibus deſiſterent, iubebant. Quēadmodū enim pythagoricos dicunt: nō ſinere homines per tranſitū adorare Deos īmortales: illoſq; orare: ſed continuo ex ipſa domo mente ad id paratos pergere: ita & Numa decere ciues exiſtimauit: neq; audire quicq̄ rerum diuinarū: neq; aſpicere per deſidiā atq; negligentiā: ſed vacare a cæteris oportere: mentēq; adhibere: peride vt rei ad pietatē maximæ: Ac denicq; crepitibus gemitibuſq; & quæcunq; hmōi neceſſarios vulgariumq; artiū labores conſequūtur: vias vacuas cerimoniis p̄ſtare. Quoꝝ veſtigiū quoddam in hanc vſq; diem ſeruantes: quum imperator circa auguria ſacrificia ve verſetur: clamant. Hoc age. Quæ vos quotquot rei inter fuerint: & Hocage. conuertit & parat. Erant autem multa illius præcepta pythagoricis documētis q̄ſimillima. Quem admodū enim monebant illi ſuper chœnice ſedendum non eſſe: neq; ignē gladio fodiendū: neq;

pergere proficiscẽtibus retrouertendum: & superis imparia litare, inferis vero paria: quorũ sensum per singula multitudini occultabant: ita quædam Numæ patria institura arcanã rationem habẽt veluti Diis libandum non esse ex viribus nõ putatis: neq; sacrificãdum sine farina: & quum adorãt, in orbem sese vertere oportere: deinde vero sedere. Ac prima quidẽ duo videtur mãsuetudinẽ docere: quasi ea pietatis pars sit. Adorantiũ vero illa vertigo ad mũdani circuitus similitudinẽ fit. Videri autem magis posset is qui adorat: quoniã aspectãtibus tẽplis ad orientẽ aduersatur ortus: hic mutare seipsum & ad Deum cõuertere orbem faciens & absolutam precem vtrinq; cõiungens. Nisi mediusfidius ægyptiis rotis mutatio habitus, & significat huiusmodi aliquid, docetq; rem similem: quasi nihil ex humanis rebus stabile & firmum sit: sed vtcũq; vertat Deus reuoluatq; vitam nostram: id iocunde ac libenter admitti conueniat. Sedere autem cum adorarint, auspiciũ esse diunt: quo & ratas preces & in bonis preseuerãtiam fore significatur. Aiũt & actionum diuisionem quietam esse. Quasi igitur priori actioni fine imposito sedendum sit apud eos: quo alterius rursum ineundę ab illis sumatur initium. Potest & hoc quoq; cũ his quæ diximus congruere: assuefacientes nos legũlatore: nõ esse Deum interpellandũ in occupatione & negligẽtia: sed quum tẽpus est nobis, & otiosi sumus. Ex huiusmodi vero institutione in rem diuinã adeo vrbs ad mansuetudinem & quietẽ redacta est: & ita Numæ vim admirata: vt & absurdos ac per id fabulis q̃ similimos rumores admitteret: existimaretq; nihil esse neq; ab ratione alienum: neq; quod vbi ille vellet minus fieri posset. Itaq; (vt aiunt) quum nonnullos ciuis Numa ad conuiuium inuitasset: vasaq; abiecta, & cœnam admodum vilem ac plebeiam apposuisset: iam illis cœnare icipientibus vbi sermonẽ inie cisset: vt ea Dea cui ipse congrederetur ad se venerit: subito domum pretiosis refertam poculis, & mensam omnifariam opsonii apparatuq; magnifico plenam ostendisse. Verum omnem id absurditatem excedit: quod de congressu cum Ioue tradunt. Fabulãtur enim in Auentinum collẽ, quũ neq; adhuc vrbis pars eẽt: neq; habitaretur: sed largos fontes opacaq; arbusta in se haberet: duos dæmones Picum Faunumq; incedere: quos alias quidem fatyros; titanum ve generi quis assimilet. Medicaminum autẽ vi & diuinis in rebus magicæ acrimoniæ: dñr eodẽ modo Italiã metientes peragrare: vt ii quos Græci Idæos dactylos appellãt. Hos inquiunt ab Numa captos: qui vino & melle fontem ex quo bibere consueuerant, tẽperarat. Captos vero in multas verti species, suãq; naturam exuere: & monstrosas formas visuq; terribiles ostendere. Sed postea q̃ tenaci ineuitabiliq; vi se cõprehensos sensere: cum alia futura multa prædixisse: tum eam fulminum lustrationẽ edocuisse: quæ in hanc vsq; tẽpestatem per cæpas fit & crines & menides pisciculos. Quidam autẽ dicũt nõ eos dæmones lustrationẽ edocuisse: sed ab illis arte magica Iouem accersitum. Quare iratũ Deum Numæ imperasse: oportere lustrationẽ capitibus fieri. Quum vero Numa subdidisset: cæparũ? Iouem dixisse: hominũ. Quum Numa rursus inuertens præcepti acerbitatẽ interrogaret: capillis? Respondisse Iouẽ animatis. Et tunc Numã piscículis menidibus ítulisse. Et hæc dicere ab Ægeria edoctum: atq; Deum quidẽ postea q̃ ileos sibi factus esset: hoc est propitius, abiisse; & locũ ab illo ilicium appellatum: & sic expiationem esse consummatã. Hæc igitur fabulosa plenaq; ridiculis ostendunt: qua illius tẽpestatis homines mente, quaq; veneratione, quã scilicet cõsuetudo eis indiderat, diuinitatem prosequerentur. Ipsum vero Numã adeo diuina in re spes suas collocasse perhibent: vt quũ aliq̃ sibi de hostium aduentu atq; incursu nuntiatũ eẽt, furrideret: diceretq;. At ego sacrificio. Primum autem ferunt & Fidei & Termini templũ condidisse: ac fidem iusiurandum demonstrasse Romanis maximũ: quo etiã nunc vtuntur. Termino vero qui meta quędam est & publice & priuatim ad agrorum confinia, sacrificant animantia. Et id nunc quidem. Nam apud veteres incruentum fuerat Numæ sacrificium: quippe qui sapientissime docuisset decere terminalem Deum nece purũ esse: vtpote qui pacis custos & iustitię testis sit. Videtur & omnino hic rex Romanũ solum terminauisse: quum Romulus noluisset mensuram proprii agri fateri alieni ablationem. Suas enim vinciri vires: si terminum obseruasset: sin minus obseruasset, se iniuriæ argui. At neq; latum solum vbi fuerat ab initio, maioremq; eius partem armis sibi Romulus compararat. Et id omne Numa iis ciuibus qui pauperie premerentur, distribuit quo & egestatem, quæ inferendæ iniuriæ causa sit, tolleret: ac populum ipsum ad agriculturam verteret. sic enim is vna cum solo mansuefieret. Nam nihil ex omnibus studiis acrẽ adeo pacis celeremq; amorem efficit: vt vita rustica: vbi & bellicę audentię ad defendendam tuendamq; rem propriam robur perdurat & adest: & per iniustitiam cupiditatemq; plurisassequendi resolutio excisa est. Quãobrem quum & agriculturam Numa sicuti pacis philtrum, immiscuisset ciuibus: magisq; vt morum, q̃vt diuitiarum effectricem eam artem adamasset: in partes agrum omnem diuisit: quas pagos appellauit: & sigillatim qui obseruarent, quique circumirent statuit. Interdum quoq; & ipse inspectans, & ex operibus ciuium mores cognitans, ad honores & secreta consilia promouebat: inertes vero, & negligentes vituperans & abiiciens castigabat, atque instituebat. Ex aliis autem eius institutis multitudinis pro opificiis distributio maxime in admiratione habetur. Nam quum ciuitas duobus ex populis (vt dictũ est) cõstare videretur: qn diuisa potius foret, ac nullo pacto vna esse vellet: neq; fieri posset, vt factio simul

Numę ísti/tuta q̃dã pythagoricis q̃ símillima

Lustratio fulminum.

Ilicius loc⁹

Fides. Terminus.

c

Rustica vita pacis amorem facit.

Numa agrũ omnẽ in partes diuisit.

Pagorũ appellatio.

Multitudinis pro opificiis distributio a Numa facta.

Correctio legis quapa tribus filios vēdere permissū erat.

Anni, aemēsū, &dierū digestio a Numa cōstituta.

Mercedinꝰ dies

Martius vnde dictus.

Aprilis quur appellet̄ur.

Maius vñ dicatur.

Iuniꝰ quur vocetur.

Iulius qua causa nūcupetur.

Augustus quare dictꝰ est mensis.

Februarius quur dicat̄.

Ianuarius mēsis unde dicatur.

Ianus.

Iani templū belli ianua dictum.

Tēplū iani bis clausū tātummodo alias.

Sub Numa semp clausum stetit.

tasq; deleretur: sed offensiones assiduas & partium contētiones pateretur: quum animo secum Numa versasset: solere homines ea corpora, quæ & diuersa natura & dura sunt, perfringendo & diuidēdo cōmiscere: quippe quæ ex paruitate conueniant illa inter se magis: statuit in partes plures cunctam multitudinē rescindere: vt ex iis in alias cōtentiones quum iniecisset, priorē & magnā illam i minores disseminatā penitus tolleret. Fuit aūt pro artibus ea distributio: Tibicinū, aurificū, architectoꝝ, tinctoꝝ, cerdonum, coriarioꝝ, fabroꝝ, figuloꝝ. Reliquas vero artes simul colligens vnum ipsum ex omnibus corpus reddidit: societates & conuentus, ac Deoꝝ honores cuilibet generi p dignitare impartiēs. Tum primū illud amouit ex vrbe, dici haberiq; alios Sabinos: alios Romanos: & illos Tatii, hosce Romulicíues. Itaq; ea diuisio fuit per pulchra quædā oīum inter sese compositio atq; cōmistio. Laudatur etiam ex eius institutis emendatio eius legis, qua patribus filios vendere permittebatur: illos excipientis, qui vxores duxissent: si patre approbante iubenteq; nuptiæ factę essent. Graue nanq; & iniquum existimauit: eam mulierem seruo congredi: quæ vt libero nupta eēt. Præterea cælestium rerꝝ studium Numa attigit: neq; acriter: neq; omnino imperite. Nam Romulo regnante, p̄ter & rōnem & ordinem mensibus vtebantur: alios quidē neq; dierꝝ viginti, alios qnq; & triginta, alios vero plurium supputantes. Lunæ autem solisq; in æqualitatis cognitionem habebant nullam: sed vnum dūtaxat obseruabant: vt dies trecentos & sexaginta annus cōtineret. Numa vero inæqualitatis vicissitudinem dierꝝ vndecim fieri colligens: vt lunaris trecentus quinquagintaquatuor haberet dies: solaris vero trecentos sexagintaquinqꝫ: vndecim hosce dies duplicans adiecit ad annum in mense februario, emblimū hoc est intercalarem: quē mercedinum Romani vocant. Eratq; dierum duoꝝ ac viginti. Atq; quidem quā is adhibuit inæqualitatis medela ea tunc fuit: quæ maioribus olim orationibus indigeret. Mutauit & mensium ordinē. Martium enim, qui primus erat, tertium fecit: primū autem Ianuarium: qui erat vndecimus sub Romulo: duodecimū vero & vltimum februariū: quo nunc secundo vtuntur. Multi etiam sunt qui duos hosce mēses addidtos a Numa inquiunt: Ianuarium atq; Februariū. Ab initio enim decem mensium in vsu annū extitisse: veluti quidam ex barbaris trium, ex græcis aūt quatuor, Arcades: sex Acarnanes mēsium anno sunt vsi. Ægyptiis mensttruus annus fuit: deinde mensium quatuor: vt aiūt: quare qui vel nu perrime eam regionē incoluerint: vetustissimi videntur esse: annorūq; incredibili multitudine in familiarum deductionibus differunt: quippe qui menses in numerum annoꝝ collocent. Q̄d autem Romani menses decē in annum ordinarint: & non duodecim: coniecturā affert vltimi appellatio: cum enim Decēbrem etiā nunc vocant. Q̄d aūt Martius primus in ordine vocabatur: obscurū nō est. Nam quintū ab illo quintilem, sextū sextilem nominabant, ac reliquos deinceps singulos eodē modo. Nam Ianuario februarioq; ante Martium positis contingebat ante dictum mensem quintilem nominari: & septimum numerari. Præterea vero non erat a rōne alienum: Martiū qui Martia Romulo sacratus sit: primū nominari Secūdum vero Aprilem: q; aphroditis id est Veneris habeat cognomentum: quo mense & Deæ sacrificant: & ad kalendas mulieres myrto coronatæ lauant. Quidā vero non ex aphrodite nominatum Aprilem dicunt: sed quēadmodum simplex se nomen habet, Aprilē mensem vocatū: quoniam verna tēperie arridente: plantarum aperiantur germina. Maium quidem a Maia vocant. est enim Mercurio sacer. Iunium vero ab anni tpe. Sunt etiam qui hosce ab ætate maiore & iuniore cognominatos dicant. Reliquos aūt sigillatim ab ordine quasi numerantes nominauere: quintilē, sextilē, septēbrem, octobrē, nouēber, decembrem. Postea quintilis a Cæsare qui Pompeium superauit, Iulius. Sextilis vero ab eo qui Augustus cognominatus secundus imperauit, nominatus est. Reliquos autem deinceps duos Domitianus suis sibi cognomētis asciuit: neq; id diu: sed qui rursum illo iugulato sua resumpserunt nomina. Itaq;: alter septēber alter octobet appellantur: Soli postremi duo appellationem ab ordine (sicuti ab initio habuere) seruauerunt. Qui vero a Numa additi mutati ve sunt. Februarius quidem veluti lustrationis expitionisq; mensis quidā sit: etenim ipsa dictio hoc proprie significat: ac nouo tunc sacrificant germine: & lupercalioꝝ celebritatē: quæ plurimum lustrationi est proxima, peragunt. Ianuarius aūt qui primus est ab Iano dē. Martium vero, q̄si a Marte cognominatus sit, eo e prima sede mutauit Numa (vt arbitor) quoniam in omnibus vellet rem vrbanā bellicæ in honore p̄ferri. Ianus enī apud vetustissimos illos siue genius siue rex fuerit, dē feꝝ & sylueſtrē cultum in vrbanum ciuilemq; mutasse: proindeq; ipsum bifrontem fingunt tanq̄ alteram ex altera & formam dispositionemq; reddidit. Est & eius templum Romæ duabus portis: q̄d belli ianuam vocant. Legitimum enim est ipsum aperiri: quum bellum sit: in pace autem claudi. Q̄d certe difficile aut etiam raro factum: quum aliquo bello sp imperiū suspensum teneatur. Nam quum propter eius magnitudinem barbaris nationibus vndiq; circūfusum ac septum esset: iis repugnare cogebatur. Verūtamen Augusto Cæsare ꝑante post Antonii profligationē clausū est: & antea. M. Atrilio &. T. Manlio cōsulibus haud multum tpis. Deinde cōtinuo ingruente irrumpēteq; bello apertum est. At Numa rege neq; vllum diem apertum visum: sed tris & q̄draginta annos cōtinuos clausum mansit: vsq; adeo bellicas res vndiq; prorsus abstulit: amouit: perdidit, Non enim Romanorum populus modo regis iusticia &

modestia ad mansuetudinem ac pacis amorem traductus est: verum etiam vrbes vicinas, quasi ali qua inde se aura salubri ve spiritu ferente, mutationis principium cepit: & in omnes desyderium i fiuxit tranquille pacateq; viuendi & colendæ terræ: & nutriendoꝝ in quiete pignoꝝ: venerandorũq; Deoꝝ. Festiuitates aũt & conuiuia & eoꝝ qui secure se inuicem adirent, mistimq; versarentur, hospitalitates, ac benignæ exceptiones Italiã tenebant: perinde atq; e fonte Numæ sapientiæ in oẽs honesta iustaq; influerent: & illius animi serenitas in vniuersos diffunderetur. Quapropter & supplationes poeticas ad eius statum tpis cessisse dicũt. Hic callentis opus humorq; domatur arachnes Enses ancipites hastaq; longior. Ærea iam nusq̃ supereſt tuba ducere somnos: Nõ ipsi placidos pal pebra tollitur. Nam neq; bellum neq; seditio neq; tumultus rege Numa in repu. fuisse traditur. At neq; aduersus eum vllæ vel inimicitiæ vel inuidia seu ob regnãdi cupiditatem insidiæ virorum con spiratio. Sed siue deorum metus qui viri curã habere viderentur siue virtutis verecundia: siue diuina fortuna quædam omni vitio illibatã, purãq; hominum vitã sub illo seruans, perspicuum exemplũ edidit, atq; co nicẽturam Platonicæ, illius vocis: quam ille non paruo tpis curriculo iunior de rep. emittere ausus est. Vnã malorũ quietem esse solutionẽq; hominibus: si ex diuina quadã sorte philosophico animo regia potestas coniungatur: quæ virtutẽ vitii victricem superioreq; constituat. Sapiens enim ipse profecto beatus est: beati etiã illi sunt: qui verba ex ore sapientis profluentia audiũt. Fere enim neq; vlla vi sibi neq; minis aduersus multitudinem opus est. Ipsi etiam manifesto in exẽplo, & in clara vita principis virtutem intuentes, & vltro continentiæ ac sapientiq; studẽt, & cum iustitia & moderatione ad probatam ac beatam vitam amice inrer se se: ac concorditer conformãtur. Vbi totius pugnæ auxiliiq; pulcherrimus finis est: atq; is omnium augustissimus est: qui hãc vitam & hunc effectum subditis inferere quiuerit. Hæc igitur Numa longe melius q̃ alius quisquã videtur conspexisse. Quos autem filios is habuerit: quasq; vxores duxerit: dissentiunt rerum gestarum scriptores. Alii nãq; neq; aliam eum vxorem q̃ Tatiam accepisse: neq; alterum filiũ pter vnã filiam Pompiliã habuisse dicunt. Alii præter hãc filios quatuor ei ascribũt. Pomponẽ, Pinũ. Calpũ, Mamercũ: quoꝝ quẽlibet successionẽ familiæ honestiq; generis reliquisse. Fluxisse nãq; a Pompone Pomponios: a pino vero Pinarios: a Calpo vero Calpurnios: a Mamerco aũt mamercios: quos ob hanc rem & reges cognominatos esse. Tertii autem sunt qui hos reprehendunt: vtpote quos familiis gratificatos inquiunt: & his non vera successionis ab Numa insignia addidisse, Pompilium vero non ex Tatia natam: sed ex altera vxore Lucretia: quã non priuatus sed iã rex duxerat. Omnes aũt consentiunt Pompiliã Martio nuptã. Martius vero ex illo Martio natus est: qui Numã ad regnum suscipiendũ induxit. Erenim secum vna migrauit Romã, & ordine senatorio ornatus est. Ac post obitum Numæ quum in regni disceptationẽ cum Hostilio venisset: superat⁹ se vita priuauit. Eius vero filius Martius cui Pompilia nupta erat, Romæ cõmoratus Martiũ Ancũ genuit: q̃ post Tullum Hostilium regnauit. Hoc vt fertur quinquẽni relicto diem obiit Numa: non celeri, neq; repẽtino obitu: sed sensim senis ac leni deficiens morbo: vt scripsit Piso. Obiit aũt non longe octogenario maior. Ostenderũt ex sepultura vitę eius desideriũ. Nã tum socii & amici populi publicis simul cõcursibus & coronis ad inferias cõuenere: tũ Patricii lectũ sustulerũt: tũ Deorũ imortaliũ sacerdotes & præsentes fuere & deduxerũt: tũ deniq; reliqua turba mistis fœminis ac pueris, nõ vt regis senioris exequis assistẽres, sed veluti ex charissimis aliquẽ, quẽ in ætatis flore desiderarit, singuli sepelissent: cũ ciulatu & fletibus sunt secuti. Atq; cadauer igni haud dedere: quoniã is cauisset: vt dicitur: sed duabus arcis lapideis factis seũ sub laniculo cõdidere: quaꝝ altera habebat corpus: altera libros sacros: quos ipse scripserat: quẽadmodum tabulas græci legũ cõditores cõsuerũt. Quũ aũtẽ adhuc viuus sacerdotes quæ scripserat edocuisset, & eis habitũ oium, mẽtemq; impressisset: iussit sacros libros cũ corpore sepeliri: qua si nõ recte inanimis literis arcana ferrẽtur. Qua quidẽ sentẽtia aiũt: neq; pythagoricos literis cõmẽtaria præceptaq; mãdare: sed ipsoꝝ memoriã atq; disciplinã finescriptis dignis viris inferere. Quũq; eoꝝ traditio præceptoꝝ: quæ in geometria ambigua secreta q; dicuntur, cuipiam indigno edita esset: portẽdere significareq; dicebãt: vt magno quodam & cõmuni malo ac pernicie numẽ admissum scelus atq; impietatẽ vlcisceretur. Itaq; magna his venia danda est: qui eodem tẽpore Pythagoræ Numã in tanta rerum similitudine cõgressum esse cõtendunt. Antias autem tradit duodecim libros de iure pontificio, duodecim vero alios græcos de disciplina sapientię in arcã repositos esse. Quum autem quadringẽti fere anni prẽteriissent. P. Cornelio & M. Bebio cõsulibus: magno imbriũ facto impetu, tumuloq; diruto, arcas vi inundationis excussas: decidẽtibusq; operculis alterã quidẽ visam inanem prorsus: neq; partẽ vllã, neq; reliquias corporis habuisse. in altera vero quum libri inuenti essent: eos legisse dicitur Petilius: qui per id tẽporis prętor erat: ad senatumq; retulisse: nõ videri sibi neq; fas neq; pium: vt quæ in libris scripta essent: audirentur a multitudine: proindeq; delatos illos in comitiũ igni tradidisse. Nempe iustos omnis ac probos viros maior inde post obitum laus sequitur. Inuidia nanq; non diu superstes est: ante plærosq; etiam ea interit. Præterea illius gloriam regum posteriorum calamitates clariorem illustrioremq; fecere. Nam quum quinq; post illum regnauerint: postremus ex imperio

Filii Numę Pompilii.

Martii interitus.

Numæ mors.

Arcę lapideæ.

Libri Numæ cum illo simul sepulti

Inuidia

Tullus Hostili⁹ fulmine ictus cōflagrauit.

excidens in exilio cōsenuit. Reliquis vero quatuor nemo naturali morte defunctus est: sed tres inst diis circūuēti necati sunt. Hostilius vero Tullus q Numæ successit in regnū: & plurima ex illius honestis facinoribus, in primisq; ac potissimū pietatē in Deos, irrisionibus & contumeliis infectatus: vt rem inertē & muliebrē: ciues ad bellū vertit. Neq; ipse igit audacibus hisce ac stultis facinoribus instirit: sed graui & vario morbo mutata mente in Deorum metū atq; religionē conuersus est: quę nulla tamē similitudine ad Numæ pietatē accederet. Quinetiam eo magis alios huiusmodi morbo infecit: q⁹ fulmine ictus conflagrauit: vt fertur.

NVMÆ ATQVE LYCVRGI COMPARATIO.



ED posteaq̄ Mumæ & Lycurgi vitā exposuimus: hisce in medio positis, etsi difficile opus sit, nō tū piguerit ipsoꝝ differētias colligere. Nā quæ his cōmunia pariaq; sunt: ex ipsis rebus apparēt: veluti viroꝝ cōtinētia: pietas ciuilitas: disciplina: vt vterq; initiū vnū legū cōdēdaꝝ a Diis sumpserit. Quibus āt priuatim bonis vterq; præstiterit: primum Numa qdē accepit imperiū: Lycurgus vero tradidit. Et alter cepit id haud petēs: alter quū posset, restituit. Ac Numā qdē expriuato & pegrino, dūm alii sibi cōstituere. At Lycurgus ex regesele priuatū fecit. Pulchrū est certe regnū sibi iustitia cōparasse: pulchrū est ēt iustitiā regno prętulisse. Virtus. n. illustrē adeo illū reddidit: vt dignus iperio habitus sit. Hūc vero ita magnū effecit: vt imperiū cōtēperit. Q d aūt se cundū est: quēadmodū harmonici lyras solēt, Lycurgus dissolutā & deliciis deditā Spartā intēdit. Numa vero Romæ vehemētiā intērionēq; remisit. Difficultas qdē operis. Lycurgo additur. Nō. n. thoraces exuere, enseſq; deponere ciuibus suadebat: sed auꝝ argētūq; dimittere: & strata ptiosa, ac mēsas ciicere. Neq; a bellis celebritatum sacrificiorūq; causa desistere: sed cœnis cōpotationibusq; omissis, in armis & palęstris laborari & exerceri. Quapropter gratia & veneratione quadā alter oia suadēdo pfecit: alter aūt inter pericula atq; ictus vix obtinuit. Atqui mā sueta benignaq; musa Numæ: q ad pacē & iustitiā ciues ex intēperātibus & feruidis traduxit ac leniuit. Si vero qd de mācipiis dicitur, inter Lycurgi instituta qs ponere nos coegerit sæuissimū illud q dē & iniquissimū facinus: longe Numā prudētiorē & humaniorē legūlatorē extitisse dicemus: q dū ēt manifeste seruos cū hcris simul in saturnalibus epulari cōsuefecisset: liberi honoris iis gustū prębuit. Etenim vnū hoc ex Numæ institutis esse dicunt: q⁹ ad annuas fruges pfruendas eos qbus vna operariis esset vsus assumeret. Quidā autē monumētū id seruari fabulanē Saturnalis illius æqualitatis. quasi nemo seruus, nemo herus, sed cognati oēs & æque digni putarētur. Omnino āt videf ad frugalitatē vterq; & cōtinētiā multitudinē æque egisse. Ex aliis autē virtutibus Lycurgus fortitudinē magis: Numa vero iustitiā videf, coluisse: nō ob aliā cām: nisi q⁹ ob ꝓpositaꝝ vtriq; rerūp. dissimilē vel naturā vel cōsuetudinē, dissimili studio opus fuit. Nā neq; Numa rē bellicā prę metu dissoluit: sed ne sui iniuriā ferrēt. Neq; Lycurgus ad iustitiā suos bellicosos struxit: sed ne iniuriā paterenē. Ambo apud suos ciues, & qd nimis esset auferēdo, & qd paꝝ supplēdo, magnis vti mutationibus coacti sunt. At qui distributionis in ordines diuisionisq; rerūp. & popularis admodū Numæ mutatio: & plurimū multitudini grata: q ex aurificibus, & tibicinibus, ac cerdonibus, promiscuū quēdā & varīū admodū populū reddiderit. At Lycurgi austera & senatoria: quæ in seruoꝝ & accolaꝝ manus cōuerterit vulgares artes: ciues aūt ipsos in clypeū & hastā coegerit belli opifices, Martisq; ministros. Aliud vero neq; scientes neq; meditātes q̄ parere principibus, ex hostibus victoriā reportare. Nā neq; rei pecuniarię studere liberis hominibus licebat: quo liberi prorsus ꝓpria essent: sed qd ad res parādas ptineret, seruis ac mācipiis datū erat: veluti cœnę & opsonii ministeriū. Numa vero nihil hmōi discreuit: sed militares auiditates abstulit. Alium vero quæstum haud vetuit: neq; hmōi amouit inæq̄litatē: sed ad summū vsq; diuitiis ꝓgredi pmisit. Et pauperē curā, quoꝝ magna multitudo cōflaret, & in vrbē influeret, nullā habuit: quū statim ab initio decuisset: q̄nquidē neq; multa neq; magna imparitas esset: sed pares substātia, & similes ciues inter se forent: eos sicuti Lycurgus, & instituere aduersus īmodicū appetitū: & ea cauere detrimēta quæ nō minima sequuta sunt: sed quæ plurimoꝝ maximorūq; maloꝝ, quæcūq; inuecta sunt, semen principiūq; prębuerint. Soli autē distributio neq; facta Lycurgo vituperationē affert: neq; Numę nō facta. Alteri. n. ipsa æqualitas sedē fundamērūq; reipu. prætabat: hæc autē quoniā sortitio recēs esset, nullā aliā diuisionē inducere cogebat: neq; mouere primā distributionē: q̄ vti cōsentaneū ē, suis locis maneret. Quū connubiorum educandorūq; liberoꝝ illa cōmunio, vtriq; viro vxoriq; pudicitię suspitionem rite ac ciuiliter amouisset: non per omnia in eandē rem consenserunt: sed Romanus quidem vir quū satis sibi filii educati eēnt, alterius suasionibus qui filiis indigeret vxorem, cuius dedendę recipiendęq; ius habe ret, cedebat. At Lacon quę domi apud se esset, manēte etiā connubio in antiquo iure, vxorē ci impertiebat: qui ad sobolem suscipiendā suasisset. Multi quoq; vt dictū est vel exhortando rogandoq; eos vltro accersebant: e quib⁹ putassent maxime formosos pueros ac ꝓbos nasci. Quę igit alia dif-

Lycurgus fortitudinē magis cōluit.

Numa iusti tiam magis coluit.

cretio institutionum huiusmodi nisi fortis in hisce ac vehemens erga nuptam æquanimitas: quæ profecto & perturbant plurimos: atq; ad viuendum inter dolores ac zelotypias admodum incendunt & stimulant. In illis ãt Numæ tanq̃ erubescens & pudibunda humilitas quædam veluti velamen desponsionem coniugii obtendit: & eam cõmunionem intolerabilẽ fatetur. Præter ea & custodia virginum Numæ magis ad muliebre ingeniũ atq; verecundiã cohibita est. At Lycurgi virgo omnino etiã aperta & femina de se poetis dicendum præstitit. Nam & Phenomerides a petẽtibus femoribus eas appellant: vt Ibicus & Andromanes: q̃ viros furere faciant: vt Euripides inquiens: Domos aperto cum iuuenta femore peplis solutæ dẽstruunt eæ funditus. Nempe enim tunicæ virginalis confutæ pinnæ nõ erant ab inferiori parte: sed aperiebantur simulq; nudabant totum femur incessu. Quam quidem rem perspicue dixit Sophocles hisce versibus.

Quapropter & audaciores dicuntur esse & in ipsos viros in primis viriles: vt pote quæ tũ negotiis domesticis prorsus dominent: tũ in publicis & sententiã dicãt de maximis rebus, & authoritatẽ habeat. Numa vero eã nuptis apud viros dignitatẽ honorẽq; seruauit: quẽ a Romulo habuissẽt: quũ rapæ delenirent obsegis. Sed pudoris iis plurimũ adiecit: curiositatẽ remouit: sobrietatẽ docuit. Tacere: & abstemias prorsus esse: neq; de necessariis rebus, absente viro, q̃q̃ loqueas assuefecit. Fertur igitur quũ mulier aliquãdo ppriã causam in foro dixisset: missis senatũ Deos cõsultũ: qdnã ciuitati ea res portenderet. Atq; reliquæ eo; obedientiæ ac mãsuetudinis permagna est coniectura deterioꝝ memoria. Mã sicut apud nos historici primos scribunt: q vel ciuilẽ necẽ ppetrarint: vel bellũ fratribus intulerint: vel patrẽ matrẽ ve necarint: ita Romani memoriæ tradiderunt Spuriũ Coruinum primũ extitisse: q post vrbẽ conditã ducẽtesimo trigesimo anno, cũ vxore diuortiũ fecerit: quũ nihil prius huiusmodi factũ esset. Prima quoq; Pinarii vxor Thalea nomine, Tarquinio Superbo regnante, aduersus Gitaniã eius socrum iurgiũ fecit: vsq; adeo honeste ac decore quę ad nuptias pertinerent ab legũlatore constituta fuerãt. Quæ ãt de ætate nubili ambo tradiderunt: reliquæ virginũ institutioni cõgruunt. Nã & lycurgus maturas illas & viroꝝ appetẽtes despõsat: quo tũ cõgressus expetenteiã natura, gratiæ sit beniuolẽtiæq; principiũ magis q̃ odii ac metus aduersus illos: si ante ẽps violentur: tũ ẽt corporibus robur insit ad cõceptus partusq; dolores pferẽdos: peride atq; ob aliud nihil ipsis nubẽtibus, q̃ ad sobolẽ procreãdã. Et Romani duodenis & iuniores ẽt illas nuptui tradunt: sic. n. maxime & corpus & indolẽ purã & illibatã viro præstari posse. Itaq; liquidũ atq; spectũ est: illa qdẽ ad procreationẽ prolis magis seq; naturã: sed hæc ad vitæ cõtuberniũ moribus formandis accõmodatior est. Atqui de liberoꝝ gubernatiõibus & cõciliis & institutiõibus & societatibus, pręterea & circa cænas & gymnasia & ipsoꝝ iocos diligẽtioribus tũ studiis tũ ordinibus Lycurgus præstantiorẽ legẽ quouis alio legũlatore tulit nihil parẽtũ aut desideriis aut necessitatibus indulgẽs: vt pro voto liberos instituerẽt: siue quis filium vellet agricolari: siue fabricare nauim: aut fabrũ docere: aut tibicinẽ: ceu nõ ad aliquẽ vnũ finẽ agi ab initio iuuenes deberẽt: ac moribus iisdẽ vti: sed veluti vectores in nauim alius alio ex vsu atq; sententiã veniẽtes, in periculis solũ priuati metus causa in cõmune consulunt. Alias vero gliber rẽ suã artẽdit. Ac plurimis quidẽ legũ latoribus indignũ est crimini dare: siqd aut ignorãtia aut imbecillitate omiserint. Viro aũt sapienti qui populi nuper cõstituti & ad nihil reluctãtis imperiũ suscepisset: cui rei prius studẽdũ fuit q̃ filiis eductãdis: exercẽdisq; iuuenibus: quo neq; diuersi neq; turbulẽti moribus fierẽt: sed ad vnũ aliquod cõmune virtutis vestigiũ statim ab initio cõpositi formatiq; inuicẽ cogruerent! Quod certe cum in aliis rebus plurimis: tũ in conseruandis legibus Lycurgo profuit. Minimus. n. iurisiurãdi metus extitisset: nisi disciplina & institutiõe ingeniis puerorꝝ leges veluti infudisset: & cũ alimento vna affectũ reip. cõciliasset. Quo factũ est: vt supra quingentesimũ annũ validissima illius cõstituriõis & maxima pdurarint: qppe cui veluti color vehemẽs & acer inustus esset. Qui vero ciuilis cõstitutionis finis fuerat: vt in pace & amicitia Roma existeret: extẽplo cũ Numa vna defecit! Ac post illius obitũ: vbi iã tẽplo qd ipse clausum vsq; tenuerat, ad bellũ quasi illic detrusum esset, sedandũ placãdumq;, vtrinq; patefecissent ianuas sanguine atq; cadaueribus Italiã cõpleuere. Et ne parũ qdẽ tẽporis pulcherrimus status iustissimusq; permansit: vtpote qui disciplina caretet: qua mutuo beniuolẽtiæ fœdere deuincirent. Quid igit quispiã dixerit: nõne ad summũ vsq; in melius Roma reb⁹ bellicis p̃ cessit: interrogationẽ is faciẽs prolixa respõsione indigentẽ: ad eos præsertim hoies: qui summũ bonũ in diuitiis & delitiis & iperio magisq; in salute & mãsuetudine, & in ea quæ cũ iustitia ut frugalitate, & ponant & locẽt. Quinetiã id Lycurgo opitulari videat: q̃ Romani, vbi statũ quẽ sub Numa habuerant, immutassent, mirifice rebus excreuerunt. Lacedæmonii vero q̃primũ Lycurgi sanctionem excessere, emaximis humillimi sunt effecti: Græcorumq; amisso imperio periclitati sunt proprium quoq; solum amittere. Sed illud in Numa magnum est & diuinum profecto: q̃ peregrinus accersitus in regnum fuerit: & omnia suadendo immutarit: & vrbi quæ nondum cõsparat, domi natus sit: neq; aut armis aut vlla eum vi vti oportuerit: vt Lycurgus aduersus populi optimates egit: sed sapientia tantum & iustitia cunctos coegerit atq; composuerit.

Mulier causam dixit.

diuortiũ qs primus fecerit cũ vxore Spurius Coruin⁹ prim⁹ cũ vxore diuortiũ fecit Thalea Pinarii vxor pria aduersus socrum iurgiũ fecit Nurus quę prima iurgium cum socru fecerit.

SOLONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EXPLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PERLAPVM FLORENTINVM VERSA.

Solon quo patre natꝰ fit. Euphorion Ecestis.

Idimꝰ grammaticus in cõmẽtario tabularũ Solonis ad Asclepiadem, Philoclis cuiusdã sententiã posuit: in qua Solonẽ præter aliorum opinionem, quicunq; Solonis meminerunt, Euphorione patre natum affirmare videtur. Ex Ecestide enim ipsum genitum omnes vno ore consentiunt: qui vir quidem medium ciuium ordinem obtinuit: generis vero nobilitate ciuitatis facile princeps. A Codro enim originem sanguinis habuit. Matrẽ ãt Solonis tradidit Heraclides Põtius cõsobrinã Pisistrati matris fuisse. Fuit ãt inter eos amicitia tũ ꝓpinquitate: tũ maxime ex vitæ cõsuetudine: quibus ferũt qdã Solonẽ vehemẽter Pisistratũ adamasse. Qua ex re factũ est: vt quũ posteriori tpe de repub. in dissensionẽ venissent: nihil dur̃, nihil ĩmite eor̃ inimicitiæ ĩportarẽt: sed eadẽ amicitię iura in eor̃ sp animis inuiolata manerẽt. Tãtũq; apud eos prioris amicitiæ recordatio & gr̃a ualuit: vt ĩcẽsam adulto & corroborato ignifacẽ ppetuo seruarẽt. Solõ igiẽ quũ eiꝰ pr̃, vt tradit Hermippꝰ, ad hũanitatẽ ac bñficẽtiã ꝓpẽsus primoniũ minuisset: nec vnq̃ tũ deesset: q eũ suis opibꝰ sustẽtare vellẽt: sed ne ab aliis acciperet, pudor qdã deterreret: vt q ex ea familia natꝰ eẽt: quæ subuenire aliis cõsueuerat: adhuc admodũ iuuenis ad mercaturam se cõtulit. Sũt tñ nõnulli: q Solonẽ dicãt errorẽ hmõi suscepisse piclitãdi atq; videndi magis, q̃ lucri cupiditate ĩpulsum. Sapiẽtiæ. n. ferẽ apprime studiosus fuisse: ꝓpe q quũ grãdior iã natu foret, dicere solitꝰ ẽ: se multa quotidie discẽtẽ senescere. Diuitias ãt minime mirabat Solõ: sed aiebat nihil differre eũ q vim magnã auri atq; argẽti, multos itẽ equos & iumẽta possideret: ab eo cui hæc sola essent vẽtris ãt tineis: & pedũ morbo lãguẽti. Et alio ĩ loco: Pecunias qdẽ hẽre desidero: p iniuriã ãt parare nolim. oĩno. n. in posteꝝ pœna cõsequit. Prohibet aũt nihil bonũ viꝝ egregiũ ciuẽ nec affluẽtiæ rẽ tũ nimi luxurioseq; studere: nec opportunitatẽ necessitatẽq; cõtẽnere. Tpibus ãt illis, vt inqt Hesiodus, nullũ opus ignominiæ erat: nec vllus arti delectus atq; discrimen. Mercatura vero ad Barbaroꝝ necessitudines regnũq; amicitias cõparãdas plurimũ valere putabat: ex eadẽ quoq; hoĩes multaꝝ & maximaꝝ reꝝ vsum experiẽtiãq; pcipere. Et qbus nõnullos cõditores maximaꝝ vrbiũ extitisse: vt Massalias primus q a Celtis iuxta * Heridanũ maxime obseruant. Thaletẽ quoq; & mathematicũ Hippocratẽ exercuisse mercaturã ferũt. Platoni ẽt olei in Ægypto exportationẽ peregrinationis viaticũ supperitisse. Solon igiẽ vt pfusior, & sumptuosior, & mollior esset in victu: vtq; liberius ac licẽtius in suis poematis de voluptatibus loqret: q̃ philosophũ deceret: ex illa mercatoria vitę rationẽ accepisse dr̃. Quũ. n. ex multis ac magnis periculis ferre cœpisset: ad oẽm animi quietem remissionẽq; ferebat. Q d autẽ tenuẽ magis animũ, q̃ locupleꝛẽ adamarit: ex his pspicuũ est. Permulti quidẽ ditãtur improbi: probi aũt pauperes fiunt. Verum nos minime perũtabimus virtutẽ prodiuitiis: quoniã hoc stabile est ac perpetuũ: diuitiæ vero mutãtur tpe: & alias aliter se habent. Eius vero poesis ab initio nihil graue aut seriũ habuit: sed iocis potius (vt viderur) referta fuit. Vt facile circũfluere atq; abundare otio videretur. Posteriori aũt tẽpore sentẽtiis eã philosophicis respersit. Suis quoq; poematis ciuiliũ rerũ permultas cõplexus est: nec id tam historiæ & memoriæ gratia fecit: quã vt hortationes quasdã, admoniones, obiurgationesq; Athenienses adhiberet. Plærique aũt affirmãt Solonẽ tentasse leges edere versibus. Harũ etiã principiũ huiusmodi pcerũt. Legibus his oro primũ rex Iuppiter adsit: Fortunãq; ferat felix nomẽq; secũde. Eam autẽ moralis philosophiæ partẽ: qua ciuilis ratio ac disciplina cõtinet: vt plurimi tũc philosophorũ, potissimũ sequutus est. Sed vt in physicis vehemẽter simplex fuit, atq; vetustus: quantũ ex iis eius scriptis facile percipi potest: Nube niues tenues & grãdo gignitur atra: & tonitus alto fulgur ab axe ciet. Flatibus assiduis miscentur & æquora: siquis Nõ moueat quicq̃ iustior esse nequit. Atq; omnino talis sapien-

Massalias. *

Solõis pœsis q̃lis ab initio fuerit

Versibus leges scribere Solonem tentasse.

tia tantū eo tpe visa est cōtēplatione terminos necessitatis excedere. Cæteri autē philosophi ex ciuili virtute sapientiæ nomen traxerunt. Dicitur ăt in Delphis vna fuisse: ac itęq; Corinthi: quum eo fere oēs cōmuni Periandri accitu conuenissent: conuiuioq; ab eo excepti forent. Maxime ăt eoq; gloriam & authoritatē Tripodis circundatio auxit: qui quasi circuitu, mansuetudine & quadā cōsuetudine submissione per singulos iuit. Dicitur enim Cois piscatorium rete trahentibus Milesios hospites iactum emisse sic immaniseſtum. Itaq; aureū tripodē reti tractum apparuisse: quē ferunt Helenā quīe Troia nauigaret, quodā oraculo admonitā in iis locis depositum fuisse. Primū igitur inter hospites & piscatores de tripode cōtrouersia exorta est. Deinde suscipientibus ciuitatibus causam: quæ vsq; ad bellum processerat: vtriscq; a Pythia responsum est: Sapientissimo Tripodem dari oportere. Primum ad Thaletem Milesium missus est: permittentibus Coisilli vni: ac largientibus id: cuius gratia cum vniuersis Milesiis antea bellum gesserant. Quum vero Thales se sapientiorem Biātem esse affirmasset: ad eum est delatus: ab eoq; rursus ad alium vt ad præstantiorem sapientia virum venisse dicitur. Postea circūiens atq; ita per manus reuocatus ad Thaletem secundo peruenit. Ad postremum ex Milēto exportatus, Thebasq; aduectus Ismenio Apollini consecratus est. Vēr Theophrastus aliter sentit. Ait enim primum in Prienam Bianti esse delatum: secundo in Miletum Thaleti iussu Biantis esse missum: sicq; per omnes vadens, ad Biantem iterum reuertisse. Tandē in Delphos esse aduectum. Hæc sunt igitur omnium fere sermone celebrata. In hoc tantum dissentiunt: q̄ alii minus pro Tripode: ii quidem phialam a Crœso missam Bathidis poculum relictum fuisse asseuerant. Priuarim vero Anacharsis Solonisq; ac rursus Thaletis congressus quidā & colloquia huiusmodi fuisse memorantur. Anacharsis enim Athenas Solonis domum accessisse fertur: ostiumq; pulsasse: nuntiasseq; se peregrinum esse: coniungendæq; cum eo amicitiæ atq; hospitalitatis gratia aduenisse. Respondente Solone domi commodiorem esse amicitiæ firmandę locum: Tum igitur, Anacharsim dixisse ferunt, domi amicitiam nobiscum & hospitalitatem in eas. Sic Solon eius ingenium admiratus humaniter ac benigne hominem accepisse: eumq; apud se postea quoddam tempus habuisse: quum iam publica negotia tractare & leges describere aggressus esset. Quæ res quum apud Anacharsim percrebruisset: impensam Solonis, operam, & studium vehementer irrisisse: quippe qui existimaret, se iniurias ciuium ac cupiditates literis coercere posse: quæ nihil ab aranearum telis differrent. Sed quemadmodum illæ: sic hæ ex captis debiles atq; imbecillos detinent: a potentibus autem atq; locupletibus rumpuntur. Ad hæc Solonem respondisse dicunt: conuentiones tamen & pacta homines seruare solere: quę transgredi ex contrahentibus nemini conducat. Eodem modo se ita ciuibus leges accommodare: vt eas seruare quam non, vtilius & salutarius omnibus esse videatur. Verum hæc non eum quem Solon sperarat: sed quem Anacharsis coniecerat, exitum habuerunt. Illud etiā inquit Anacharsis se maxime admirari: quū concioni interesset: q̄ apud Græcos homines sapientes dicerent: stulti vero iudicarēt. Ad Thaletē vero in Miletum Solon quū venisset: admiratū esse: q̄ ille nuptias & filioq; procreationem penitus contempsisset. Thaletem autem tunc quidem tacuisse: sed paucis diebus interpositis, peregrinum quendā subornasse: qui se Athenis nuper decimo post discessum die aduenisse diceret: qui rogatus a Solone nunquid noui Athenis esset: vt doctus erat, nihil aliud respōdisse: nisi q̄ adolescentis cuiusdā efferretur funus: ac ciuitas tota consequuta esset: quod eius pater virtute atq; existimatione inter ciues primas obtineret: quē tunc minime affuisse, sed iam diu ab vrbe abfuisse dicerēt. Ve illi misero Solonē dixisse. Sed quomodo ille vocabat? Audiui, respondisse, nomē: sed memoria excidit: nisi q̄ ob eius iustitiā ac sapiētiam, oībus esset in ore. Sic singulis respōsis, Solonē in metum magis coniecisse. Postremo iam turbato animo ac sollicito, ipsum peregrino nomē subiecisse: contendisseq; ab eo num illi ciui Soloni nomē esset? Annuēte autē homine: cœpisse Solonem caput cædere: atq; alia facere & dicere: quæ ab hoībus afflictis & calamitate aliqua perfunctis fieri solent. Tum Thalem ridentē his hominē aggressum ferūt. Hæc meo Solona nuptiis & a procreādis liberis dehortātur: quæ te hominē fortissimū & cōstantissimum infringunt. Sed bono animo, spe optima confirmatus sis: nec huiusmodi te verba cōmoueant. Non enim vera sunt. Hæc Hermippus memoriæ mādata affirmata Patreco quodam quem Asopi animū habuisse dicit. Demisso igitur animo atq; abiecto est: qui amittendi metu, rerū possessionem refugit. Sic enim nec diuitiis vllus, nec gloria, nec sapiētia parta perfruatur: si ea quottidie auferri posse prime scat. Etenim virtutē ipsam: qua nulla possessio maior: nulla iocūdior: videmus morbis quibusdam ac medicamētis interdū auferri solere. Ipse autē Thales nihil magis ob hoc metu liberatus est: ni fortasse nulla neq; amicorū neq; familiarium neq; patrię charitate tāgebatur. Verū Cybistum (vt aiunt) ex sorore natum sibi in filium adoptauit. Nec enim erat eius animus omnino ab humanitate remotus: sed vt ad sentiēdum contemplandum ac memorandum optime a natura institutus erat, ita in amore facilis & perhumanus. Infunditur enim semper aliquod externū: & naturali quadam ratione ingeritur iis: quibus priuatum ante domesticum nihil est. Sed veluti in domum atq; agrum vacuum legitimis hæredibus serui, alieni atq; inglini inuadunt & possidēt: atq; vna cum amore curam quoq; & metum

Tripus aureus Apollini consecratus.

Anacharsis

Solōis i scribēdi legib⁹ operam ab Anacharsi irrisam.

Leges relis Araneaq; similes esse.

Sapiētes dicunt: Stulti iudicant.

Patrecus.

Cybistum

earum rerꝫ grato animo induuntur. Ex quo intueri licet homines natura duriores de cõiugibus ac liberis differentes, eo ſdẽ tñ in ancillarum filiis ac pellicibus ita animo eẽ fracto: vtꝙ deſiderium eorum ferre non queant, in morbum ſæpiſſime incidant: morianturqꝫ: & voces humiles & effœminatas emittant. Alii excanũ atqꝫ equorum interitu turpiter & fœde addolorem ſe habuerũt. Alii quũ filios gnauos & probos amiſiſſent: ſuum caſum moderate tulere, nec ſunt ob id ad aliquã turpitudinem deformitatemqꝫ prolapſi: ſed reliquã vitam conſtanter ſapienterqꝫ vixerunt. Infirmitas enĩ ac debilitas, non amor & charitas, infinitos atqꝫ ĩmenſos dolores & metus affert hominibus: qui minus exercitati ratione fortunæ impetũ ferre didicerunt: quibus nec re oprata, etiam ſi adſit, perfrui licet: qꝫ amittendi in poſterum metu animo ſemp ſollicito ſint atqꝫ ſuſpenſo. Decet autem nec pauperici ſibi ad pecuniarum amiſſionẽ remedium q̃rere: nec amicorum contẽtione, præſidiũ contra priuationem parare: nec filiorum inopia orbitati proſpicere: ſed oĩa rõne conſilioqꝫ moderari. Sed hæc ad præſens ſatis ſuperqꝫ eſſe videntur. Quum vero Atheniẽſibus ex graui diuturnoqꝫ bello, quod cum Megarenſibus pro Salaminioꝫ inſula geſſerant fatigatis, capitale apud eos eſſe cœpiſſet: ſiquis legem de vindicanda inſula ferre auderet: eam labem atqꝫ ignominiam grauiſſime tulit Solon. Quumqꝫ intueretur plurimã iuuentutẽ maxime ad bellum ſpectare: ſed ducẽ ei & authorem deeſſe. Nam ipſam ne aggrederetur legis metu deterreri: furere ſe ſimulauit: eaqꝫ fama ex eiꝰ domo tota vrbe vehementer inualuit: Solonem deſipere. Ipſe interim quum elegiam clam edidiſſet: exercuiſſetqꝫ: quo memoriter recitare poſſet: cœno fœdatus repente domo proſiliens, magno vulgi concurſu & frequentia in forum deſcendit: & præconiis lapidem conſcendens, elegiam abhibitis modis & numeris recitauit: cuius initium hmõi eſt. Ipſe quidẽ præco chara. Salamine relicta. Adue nio: & cãtus concio noſtra tulit. Hoc carmen Salamis inſcriptũ eſt: cuius ſunt ſinguli verſus multo lepore venuſtate vrbanitate referti. Quumqꝫ iam cãtui finem impoſuiſſet Solon: approbãtibus eius amicis, ac collaudantibus: in primiſſqꝫ Piſiſtrato ciues impellente atqꝫ adhortante, Solonis authoritati parere: legem abrogari: rurſus in bellũ incubuerunt: eiqꝫ Solonẽ ducẽ præfecerunt. Ex his igitur quæ maxime popularia ſunt huiuſmodi fuiſſe ferunt. Solonem cum Piſiſtrato in Coliadem nauigaſſe: vbi quũ mulieres oẽs offendiſſet ſacra Cereri patrio ritu perſoluentes: hominem fidunt tranſfugam ſe ſimulantem Salaminẽ miſiſſe: iubent ẽqꝫ Megarenſes ſi primarias Athenienſium fœminas vellent capere, in Coliadẽ ſecum q̃ celeriter nauigare. Quũ vero hæc Megarenſibus placerent: eo viros claſſe emiſerunt: quos vbi conſpexit Solon ab inſula eo contendere: mulieres longe abire: ex iuuenibus impuberes deligens, earum veſtitu, mitris & calciamẽtis iuſſit ornari: gladioſqꝫ paruos: qbus e manu: vti poſſent, accipientes occultos habere: atqꝫ ita inſtructos ludere in littore: & choreas ducere imperauit: quo ad hoſtes deſcenderent: & capiendi nauigii facultatẽ præberent. Quibus ita diſpoſitis: aſpectu decepti. Megarenſes, quum ſe proprius admouiſſent: exilientes illi veluti in mulieres ſubito inuaſerunt: certatim inter ſe, nequis effugeret, ſed oẽs caperẽt, contendẽtes. Quare ipſi poſtea inſtructa claſſe inuadentes inſulã in ditionem Athenienſium redegerũt. Alii vero dicũt hęc non eo pacto quo diximus eſſe geſta: ſed ex Delphis huiuſmodi oraculũ allatum eẽ. Cultores ſupplex horas venerabere ſacris. Quos ager aſopi gremio cõplexus amœno Conditi: & occidui proſpectant lumina ſolis. Solonem vero noctu Salaminem nauigio adductum heroibus Periphemo & Cichri hoſtias mactaſſe. Deinde quingentos ex Athenienſibus ſequi volentes acceꝑiſſe: facto ante decreto: vt ſi inſulam caperent, reipub. munera obire poſſent: Sic cum plurimis piſcatoriis nauiculis, vna triginta remoꝫ conſequuta poſt promontorium quoddam ad Eubœam verſum in inſidiis ſe collocauit. Quod cum Megarenſes qui Salamine erant, ex quodã rumore hominũ accepiſſent: rem nihil firmamenti aut roboris habere ipſos tumultu & trepidatione ad arma cucurriſſe: nauẽ etiã inſtructã ad ſpeculãdum miſiſſe: qua appropinquante Solonem eſſe potitum: Megarenſibuſqꝫ in vincula cõiectis, delectos Athenienſiũ in eã impoſuiſſe: iuſſiſſeqꝫ: vt q̃ occultiſſime poſſent ad vrbem curſum arriperent. Ipſum vero cũ reliquis copiis aggreſſum cum Megarenſibus pedeſtri certamine manus conſeruiſſe: quibus adhuc pugnantibus eos qui naui aduecti erant, oblata occaſione adortos vrbem cepiſſe. His ita geſtis ea quæ obſeruantur atteſtari videntur. Nauis quædã Attica primũ ſilentio nauigauit: deinde vbi vocibus & bellico clamore ſe intulerunt, vir quidã armatus maximo clamore ad Siradiũ tumultum a terra ingruentibus citato curſu ſe obuium tulit. Extat aũt fanum Solonis iuxta litus poſitũ. Fudit enim eo in loco Megarenſes: & quos reliquos fecit pugnę calamitas, inito fœdere miſſos fecit. Verum Magarenſibus etiã acrius incũbẽtibus: multis illaris acceptiſqꝫ in bello cladibus: cõpoſitores & iudices Lacedæmonios fecerũt. Qua in cauſa multi aiũt Homeri opinionẽ vehementer. Soloni ſuffragatã eſſe. Nã quũ in nauium catalogũ verſum quẽdã ipſe cõieciſſet in iudicio recitaſſet. Bis ſenis Salamine Aiax cũ nauibus ibat: Ce cropidũ quo caſtra loco poſuere Phalãges. Ipſi aũt Athenienſes hęc pro vanis ac fictis ducũt. Vtrũ aiunt Solonẽ. ipſum oſtendiſſe iudicibus Philleũ & Eriſatẽ Aiacis filios ab Athenienſibus ciuitate donatos inſulam ipſis tradidiſſe: habitaſſeqꝫ hos quidem Brauronẽ: hos autem Miletã: Atticę regionis locos. Curiam quoqꝫ Phillidarum Athenis eſſe Phillei nomine appellatam: ex qua Piſiſtratus fuit.

Solõ furere ſe ſimulauit

Solon exercitus dux efficitur. Colias.

Salaminẽ duce Solõei Atheniẽſiũ ptãrem redactam. Periphemꝰ Cichres.

Fanum Solonis.

Philleus. Eryſates. Phillei Curia.

tus fuit. Magis etiam Megarens arguere volentē de corporibus defunctorū,defensioni sue fidem sumpsisse: q in sepeliendis corporibus Salaminii nō Megarensium sed Atheniensium morē seruarent. In sepeliendo enim Megarenses mortuos ad orientem cōuertunt. Athenienses aūt versus occidentem. Instabat cōtra Hereas Megarensis:aiebatq; Megarenses etiā mortuorum corpora ad occidentē versa humi mādare. Illud præterea maius adiungebat: Atheniēsium singulos singula sepulcra habere. Megarenses quū tria & quatuor singulis essent in vno tātū sepeliri. At Soloni dicit Pythica quædam oracula permagno adiumēto fuisse:in qbus Ionia Salamis vocitata est Hāc causam delecti iudices iudicarūt quinq; viri Spartiatę: Critolidas: Amōpharetus . Hisechidas: Anaxilas: Eleomenes. Ex his igitur Solonis gloria & magnitudo magis illustrata est. Quin etiā permaximū inter Græcos nomē & admirationē cōsequutus est exilla oratione: quā pro Delphis habuit: qua suasit occurēdum esse:nec Cyrtheos cōtemnendum qui tēplum fatidicum violassent: sed eius dei gratia Delphos sub leuandos esse. Ab eo enī impulsi Amphyctiones bellū susceperūt: quod cū alii permulti tū Aristoteles in Pythię victorę descriptione sentire videtur: qui hoc Solonis sententia & authoritate factū dicit: Haud tamen est ei bello Solon imperator prępositus: vt Hermippus ex euantis Samii testimonio affirmat. Neq; enim hoc Æschines orator approbat: & in Delphicis monumentis Alcmeonis ducis est nō Solonis nomen inscriptū. Cylonis aūtē piaculum sollicitā iam diu ciuitatem tenuerat. Ex quo sociis Cyloniæ cōiuratiōis Megadis oratione adducti iudicio se commiserunt. quos quum simulacri vestem secum adduxissent:eaq; se inuoluissent: vbi ad ipsas Erines ventū est, Megades vna cum collegis lacerata Deæ veste comprehēdere aggressus est: quasi Dea supplices renuēte:quorę parti foris lapidib⁹ obruerūt pri quū ad aras cōfugissent, ibi iugulati sunt:illi tātū dimissi sunt: q ab eorę vxoribus supplices opē iplorarūt. Ex hoc piaculosę nomē subeuntes odio atq; inuidiæ fuerūt. Exilla aūtē Cylonis factione qui reliqui fuerāt ; quū rursus eorū corroboratę essent opes:a Megadis successoribus capitali semper odio dissiderunt. Eo aūtē tępore plurimum inualuerat ea seditio:& ad vltimū pene discrimen perducta erat. Itaq; dissidente etiam plebe Solon quum iam permultū authoritate valeret,ad eos motus sedandos vna cū principibus Athenienſium processit in mediū:& partim obsecrādo,partim cōmonefaciendo, iis qui piaculosi dicebantur persuasit:vt de ea re iudicio decerni,vellent. Trecentis igitur optimatibus delectis iudicantibus,accusatore Myrone Phlei filio damnati sunt:fecesseruntq; qui vita superarant. Defuncto rum aūt corpora effossa extra fines exportata sunt. Hos motus atq; perturbationes obseruantibus Megarensibus, Nisea & Salaminē rursus amiserunt. Athenienſiū & metus quidam ex superstitiōe, & ostenta sollicitā ciuitatē habebāt. Vatesq; in sacris pollutiones & piacula apparere: & expianda nunciabant. Sic Epimenides Phestius ex Creta Athenas venit accersitus ab Athenienſibus: quem septimū quidam ex iis qui Periandrum reiiciunt,inter sapientes annumerāt. Existimabat aūtē hic circa res diuinas permultū religione sapientiaq; ea præstare:quæ afflatu numinis mysteriisq; conciptur. Idcirco Balthę Nymphæ filiū,& Curetā nouū per id tpis hoies vocitabant. Quū igitur se cōtulisse Athenas:in Solonis amicitiā receptus,multoq; illi adiutor fuit ad legum condendarum rationem. Nā & expeditiora sacrificia fecit:& circa luctum mitiora:quum sacra quædam ad exequias adiunxisset:omnē aūt horridum ac barbaricum morem,quo prius mulieres vtebantur, sustulisset:& quod permaximū fuit placationibus expiationibusq; ac statuarum collocationibus ad mysteria ac religionē vrbē instituēs iustitiæq; obnoxiā & ad concordiā proniorē propēsioręq; reddidit. Dicit etiā quū Munichia vidisset:ac diu locū ipsum contemplatus esset: dixisse, Quanta cæcitate sunt homines rerum futurarū. Athenienses enim suis dentibus seuros esse locum:si quot ex eo impenderent mala ciuitati prospicerent. Simile aūtē quidā & Thaletem coniectasse ferunt. se enim ipsum quodam in loco Milesii agri vili ac cōrempto mortuum sepeliri iussisse: quū prediceret in eo forū aliquādo. Milesiorum futurū. Epimenides igitur magna in admiratione habitus, opes multas & honores largientibus Athenienſibus: nec aliud q̄ ex sacra olea ramos poscens atq; accipiēs discessit. Athenæ autem Cylonia turbatione resederūt : summotisq; piaculosis in antiquā rursus de repub. seditionē ac discordiam reciderunt: quotq; discrimina regio habebat, tot in partes diuisa ciuitas est. Erat enim Diacriorum genus maxime populare: Pedieorum aūt paucorę administrationi vehemēter studebat. Tertii vero Parali mediū quēdam ac mistū regendi modum cōplexi: vtrisq; impedimēto erant:& ne altera pars in repu. vinceret, prohibebant. Eodem tempore exorta vehementi paupertū aduersus diuites concertatione, ciuitas vndiq; laborabat. His tot ciuitatis incōmodis ac fluctibus sola tyrannis remedium petebatur. Omnis enim plebs premebatur a diuitibus:magnitudine æris alieni. Aut enī illis agrum colebāt sextam fructuū partē soluentes: & Hectemorii ac mercēnarii nuncupabantur:aut debito cōflato creditoribus corpora ad portāda onera debebant. Atq; horum alii seruiebant: alii ad exteras regiones vendēdi emittebantur. Permulti autem proprios liberos cogebātur vendere:nulla enim phibebat lex: & exilio creditorum crudelitatem effugere. Sed plurimi eorum ac robustissimi & ipsi rem innouare aggressi sunt:& cæteros solicitabant rem nō contenere:sed vnum principē hominem fidum creare: illos aūtē tardos nec op/

Mos megarensium & Atheniēsiū i sepeliēdis mortuis

amphyctiones.

Alcmeon. Cylonis cō iuratio.

Epimēides Phestius vnus ex vii sapientib⁹ Cureta.

Munichia.

Diacriorū genus Pediei Parali

Hectemorii

Solō ad capessendam rempub. ad hortatus.

portunitatis se offerentes abdicare: agrum diuidere: atq; omnino rempublicam: immutare. Hoc ex Athenienſibus ii qui altius perſpiciebāt intuentes, Solonē ſolū ab omni errati ſuſpitione remotū: nec diuitibus iniuriæ ſocium: nec pauperum neceſſitati obnoxium: hortati eū ſunt: vt repu. capeſſeret: & eas tantas diſſenſiones cōprimeret. Phanias Leſbius Solonē ſcribit in vtroſq; fraude eſſe vſum pro ſalute cōmuni. Egenis enim clam diuiſionem agrorū: locupletibus vero tabularum ſtabilitatē pollicitum eſſe. At Solon ipſe ait abinitio remp. attigiſſe: & ſi horum cupiditatem & illorum inſolentiam noſſet. Creatus eſt aūt prætor poſt Philombrotū: eiq; cōponēdæ diſcordiarū & legum ferendæ cōmiſſa poteſtas eſt: diuitibus eū ſummo ſtudio vt locupletē hoſtem: pauperibus vt probū virum acceptātibus. Fertur aūt eius quędā celebrata vox: Æqualitatē minime bellū efficere: idq; opulentis inopibuſq; placere: quum ii quidē mēſura ac numero: illi virtute & dignitate æquū ſe habituros eſſe opinētur. Vnde quū: vtriq; in ſpem permagnā adducti eſſent: qui factionibus præerant, Soloni plurimum inſtabant: tyrānidem vltro offerentes: ſuadenteſq; vt audētius ciuitatem inditionē acciperet: oblata potiūdi facultate. Multi aūt e medio ordine ciues honeſtā ac legitimā ciuitatis mutationē intuētes difficultatis plurimū ac laboris eſſe habiturā: nō recuſābāt vnum iuſtiſſimū ac ſapientiſſimū virum ſummę rei præficere. Nōnulli etiā tradūt Pythicū oraculū huiuſmodi fuiſſe. Puppe gubernator media ſtans dirige curſus. Plęriq; tamen Athenięſium auxiliari maxime nō eius neceſſitati obiurgabāt: ſi ob nomē tyrānidē perhorreſcat: quin nō dominātis virtute ad imperii dignitatē ſtati ſit puentura: neq; id primū Euboœæ vſuenerit: qui Tymonidē: & nunc Mytilenis qui Pythico tyrānidē pmiſerūt. Horū nihil Solonē de ſententia dimouere potuit: ſed amicis ita reſpondiſſe dicit: Pulchrū eſſe tyrānidē ſocū: verū exitum nō habere. Ad Phocum aūt ē in carmine quodā ita ſcribit. Si fuit hoc aīo patriæq; & legibus olim Parcere: viq; ſimul diraq; tyrānide ceſſi: Nois in famiā metuēs: nūc nulla remordēt Facta animū: cūcto ſq; reor ſic vicere poſſe. Ex quo manifeſtū eſt ante cōditas leges permagnam illi gloriam acceſſiſſe. Ea vero q̄ in eū multi irridētes dixerāt: ita cōſcripſit ipſe. Nec vir cōſilii Solon: nec callidus aſtu. Quæ deus obtulerat reſpuit ille bona. Nec quōdam partę cōtētus munere prædæ Retia diſpoſuit: ſpeſq; fefellit eum. Nāq; auri inceſſit mētem male ſana cupido. Atq; vnū patriæ tradere iura diem. Optauitq; modo victori tergore pellem Diripi: & extingui poſt genus omne ſuū. Hæc de ſeipſo loquēte multitudinē imperitā introduxit: At qui tāetſi tyrānidē reſpuiſſet: haud tamen in gerēdis negotiis & adminiſtranda repub. diſſolutum ſe præbuit: nec potentibus & factioſis obignauiam ac mollicię ſibi cōcedēdū putauit. Nec in ferendis legibus eorū qui eum delegerāt, voluptatieſt obſequutus: ſed vt optimum ſibi factu videbatur. Medicinā & innouationē rerū oīum minime pbauit: metuēs ne ſi oīa penitus irrita feciſſet: turbata ciuitate imbecillior fieret: q̄ vt eā rurſus cōſtituere, & inoptimū ſtatū vindicare poſſet. Quibus aūt dictis exiſtimabat ciues ſibi obtēperantes & ad ſubeundā neceſſitatem paratus efficere: ea ipſe quoq; faciebat (vt ipſe affirmat) vim ſimul iuſtitiāq; coaptās. Quare quū poſteriori tpe quæſitū eſſet ab eo: ſi optimas leges Athenięſibus deſcripſiſſet: quibus ipſi obtemperant (inquit) optimas. Quod aūt iuniores dicere ſoliti ſunt: Athenienſes mitibus nominibus & mansuetis rerum triſtitiam obtexiſſe: vrbaneq; minuēdo vim atq; atrocitatē mitigaſſe: proſtibula, meretrices: tributum, coordinationē ciuitatis: cuſtodes aūt, præſidia ciuitatū: domū vero carcerem nūcupātes: Solonis authoritate primū conſtitutū eſt: qui remiſſionē aeris alieni Siſachthian, ideſt oneris leuationē appellauit. Hoc enim primū ab eo in repu. cōſtitutū eſt: quum debita decreto reſciſſiſſet: nec in poſterū cuipiā licere corpore obligato pecuniā fœnerari permiſiſſet. Et ſi quidā pdiderint literis: in quibus eſt Androcion: nō debitorū remiſſione, ſed fœnoris mediocritate leuatos pauperes ſatis ſibi factū putaſſe: & hanc humanitatē ac benignitatē Siſachthiā Solonē vocaſſe: ad id quod hoc cōſeratū eſt declarat: q̄ menſuris ac nummi pretio acceſſio facta eſt. Centum enī drachmarū minā cōſtituit: cū ante ſeptingenta & trium foret. Quare. quū numero qdem ęquum ſolueret: pretio vero minus: ſoluētibus vtilitatis vel plurimū attulit: detrimēti aūt accipientibus nihil. Plurimi item ſunt: qui dicāt abolitionē oīum tabularū Siſachthiam fuiſſe: atq; cum his poemata magis cōuenire vidētur. Gloriatur enim in illis Solon ſe prioris agri multis locis fixos termi nos ſuſtuliſſe: & quod primū ſeruiens eſſet, nūc liberū. Conſtitutis aūt ciuibus ad exportandas pecunias, ab eo munere peregrinos reiecit: q Attice loqui neſcirent: quippe q ſępiſſime aberrarent. q autem ſeruitute indigna pmebātur, ait ſe libertate donaſſe. Ex hac re plurimū turbationis ac molestię Solon cępiſſe dicitur. Vt enī aggreſſus eſt ęs alienū reſcindere: quū & verba idonea: & honeſtū principiū quæreret: cū amicis cōmunicaſſe: quoq; fidei putabat ſe tuto poſſe cōmittere. Ferūtur aūt ii quorū cōſilio vſus eſt. Conon: Clinia: & Hipponicus: ingens ſe agrū minime mouere, ſed debita reſcindere ſtatuiſſe. Illi autē pueniētes ſtatim præoccupāteſq; multas pecunias a diuitibus fœnore acceperūt: agrūq; ex illis permaximū emerūt. Sic poſtea cognito decreto quū illi fruerentur poſſeſſionibus: pecunias aūt minus diſſoluerent: maximā Soloni infamiā ac calumniā inuſerūt: quaſi nōipſe iniuria affectus: ſed particeps iniuriæ extitiſſet. Verū eo crimine ſtatim quinq; talētis ſeliberauit. Tantū enī ſibi deberi inuētū eſt. quod debitū ſtatim p legē remiſſit. Quidā vero quindecim

Æqualitas

Tyrānis ſoloni vltro offertur.

Tyrannis. Solon tyrānidem reſpuit.

Siſachthia.

fuisse dicũt: quorum vnus Polyzelus est Rhodius. At eius amici Chreocopidæ ex debiti retentione ꝑpetuo nũcupati sunt. Fuit aũt eius ratio cum grata nemini, tum diuitibus permolesta: ꝙ tabulas irritas feciſſet: inopibus etiam molestior: ꝙ ſperantibus agrũ nõ diuiſiſſet: neꝙ oĩno vt Lycurgus, æquales inter ſe ac ſimiles viuere coegiſſet. Verum ille quũ vndecimus ab Hercule foret: multo ſꝙ Lacedæmoniis imperaſſet annos: ampliſſimis amicitiis plurimum, opibus, & authoritate valeret: his munitis quæ ſibi reipub. cauſa optime ſuppetere eſſet opinatus: vi tamẽ magiſtꝙ ſuaſionibus vſus: vt oculus ſibi effoderetur: rem oĩum maximã & efficaciſſimã ad ſalutẽ & concordiam ciuitatis peregit: neminẽ ex ciuibus pauperẽ nec diuitẽ eſſe. Hoc Solon qui & ordine mediꝰ erat, & reip. popularis, minime expleuit. nihil autẽ eſt auſus quod minus dignũ ſuis viribus putaret: quum ex ſola voluntate ciuium: qui illi ſe cõmiſerant: ad rem gerendã eſſet aggreſſus. Qđ autẽ multos offendiſſet ſpe & opinione deceptos: ipſe oſtendit his verſibus. Qđ ſegnes fuerãt olim: nunc æſtuat ira Omnibus: atꝙ hoſtem veluti me torua tuẽtur. Aſt aliusſiꝙ tali ſit munere functus Imperii: haud vulgum potuit cohiberefurentẽ: Antea turbato g̃ lac detraxerat illi. Verumtamẽ cognita ſtabilitate, omiſſa priuata calũnia, ſupplicationes publice ſtatuerunt: id ſacrificiũ Siſachthian vocitantes. Solonẽ vero moderatorem reipubli. & legũlatorẽ deſignarũt: nec illi alia quidem, alia mini me: ſed oĩa: magiſtratus, concionẽ, forum, ſenatũꝙ permiſerunt: eorundemꝙ ſingulis pretium & numerum & tempus præfiniendi: tum quod ſibi viſum fuerit abrogandi ꝓbandiꝙ poteſtatẽ. Primum igitur oĩum Draconis leges, præterq̃ quæ de cẽde erãt, oẽs propter aſperitatem magnitudinemꝙ pœnarũ abrogãdas curauit. Vna enim fere omnibus mors pœna diffinita erat: vt etiã qui otii dãnati eſſent, capite multarẽtur: & eis q holera aut fructus ſurripuiſſent, idem ſupplicium qđ ſpeculatoribus aut homicidis, cõſtitutũ eſſe. Ob quã cauſam illud Demadis laudatur in primis: q Draconẽ nõ atramẽto ſed ſanguine leges deſcripſiſſe dixit. Ipſe autẽ Dracon rogatus quãobrem plurimas iniuriam capire plectendas ſtatuiſſet: reſpondiſſe dicitur: ſe parua quidem delicta morte digna cenſere: magnis aũt maiorẽ pœnã, inuenire nõ poſſe. Secũdo Solon quũ magiſtratus oẽs, vt erant: locupletibus relinq̃re veller: reliquã aũt reipu. gubernandę partẽ pmiſcere: ad quam ante plebs aſpirare nõ poterat: ad ciuiũ cenſus ſe cõtulit: & q in ſiccis atꝙ humidis ingentis cẽſi eſſent, in primo ordine locauit: & Pentacoſiomedimnos vocauit: ideſt ingentorũ Medimnorũ. In ſecũdo aũt eos q equos alere poſſent: aut trecentis cẽſi forẽt: & hos Hippodẽ ſoluẽtes ab eꝙs nuncupauit. zeugitæ vero tertii cẽſus homines vocati ſunt: q tricenorũ numeꝙ cẽſu explerent. Reliq Thetes, id eſt debitores, aut mercẽnarii ſunt appellati: quibus nullũ magiſtratũ adire fas erat: ſed cõcionis habendæ & iudicãdi munus in rep. tantũ obibãt quod ab initio nihil, in poſterũ aũt maximũ viſum eſt. Plurimæ enim cõtrouerſiarũ deferebanẽ ad iudices. Et quęcũꝙ iudiciis magiſtratũ ſubiecit: de eorũdem in forum adeũdi volentibus poteſtatẽ fecit. Dicitur ꝙ quum leges obſcuriores tuliſſet: & quæ multos cõtrarios ſenſus reciperent vim iudiciorũ auxiſſe. Quum eni nõ poſſent ius ſuũ legibus obtinere: ad iudices neceſſe erat ſemp cõfugere: & oẽm cõtrouerſiam ad eos deferre: qui quodam modo interpretãdis legibus præeſſe viderẽtur. Portendit autẽ ipſe ſibi hoc pacto adæquationẽ futurã. Quantaꝙ ſat fuerat populo permiſſa poteſtas. Nec detractus enim nec datus vllus honos. Aſt ii diuitiis magnis opibuſꝙ ſuperbi. Quis ego præter equũ munera nulla dedi. Sed valida amborum muniui pectora parma: Vincierat neutrũ: vincere neue tuli. Magis etiam quum putaret ſubueniẽdum eſſe imbecillæ multitudini: omnibus licere ſtatuit de iniuria alteri illata ſupplicũ ſumere. Nam ſiue quis verberibus cæſus: ſiue lęſus alter: ſiue ei vis eſſet illata: licebat alteri cuicũꝙ cui facultas & voluntas foret, rei nomen deferre: & iudicio iniuriam perſequi. Aſſuefaciebat enim recte ciues legumlator veluti vnius corporis incõmoda æque ſentire: eiſꝙ pariter angi. Huic legi conſonare eius verba memorãt. Rogatus enim quæ ciuitas optime habitaretur. Illa ingt: in qua nulla effecti iniuria, nõ minus g̃ iniuria ꝓuocati præ ſe ferũt iniuriã: & eos qui intulerũt vlciſcũtur. Quum autem in Ariopago ſenatum conſtituiſſet, ex anniuerſariis magiſtratibus: ipſe quoꝙ ꝙ cum magiſtratu tunc eſſet, in eo concilio fuit. At quum plebem ob debitorum abolitionem: inflatam, ſibiꝙ præſidentem videret: ſecundum ſenatum adiunxit: ex ſingula tribu, quæ quatuor erãt, cẽtum deligens viros: quos præuenire cõſulto multitudinẽ ſtatuit: nec permittere ſine cõſulto de aliqua re ad populũ ferri. Superiorem aũt ſenatũ ſpeculatorũ reꝙ oĩum ac legũ cuſtodẽ voluit eſſe: ratus fore: vt duobus ſenatibus velti anchoris firmata ciuitas, minus ſalo ac fluctibus iactaretur: magiſꝙ ſe ob eam cauſam ſedatã & quietã plebem habituꝙ. Vulgatior igit fama eſt. Ariopagitaꝙ cõciliũ (vt diximus) a Solone eſſe cõſtitutũ. Quę opinio ea re maxime cõprobari videtur: ꝙ de Ariopagitis a Dracone nulla vſq̃ mẽtio facta eſt. Quin apparet eũ de rebus capitalibus cũ Ephetis ſemp cõmunicaſſe. In tertiadecima aũt Solonis tabula octaua lege ita ipſis nominibus ſcriptũ eſt. Quicũꝙ honoꝙ immunes erant ante Solonis magiſtratũ, eis honores capere licere: præterq̃ qui ab Ariopago, aut ab Ephetis, aut in Prytaneo homicidii aut iugulationis aut appetẽdæ tyrãnidis damnati a regibus eſſent: quũ ea lex lata eſt. Ex iis igitur rurſus videt etiam ante Solonis magiſtratũ, Ariopagitas extitiſſe. Qui enim fuiſſent ante Solonem in Ariopago dãnati: ſi Solon

Siſachthia. Solõ moderator reip. & legum lator deſignatur.

Draconis ꝓ Solonẽ deletæ leges.

Dracõ non atramẽto, ſed ſanguine leges deſcripſerat.

Pentacoſio medimni. Hippodem ſoluentes, zeugitæ. Thetes.

Leges a Solone cõditę

Ariopagitaꝙ cõciliũ

primus ad Ariopagitas iudicia detulisset: ni iam fortasse ex scriptoꝝ defectu obscuritas quædã exi stit. Vt q cis criminibus damnati fuissent: de quibus Ariopagitæ & Ephetæ ꝓtores iudicarent, quo tpe hæc lex lata est: phibiti essent honoribus: reliquis oĩbus honore donatis. His igitur ita Solon ꝓ spexit. Ex aliis ãt eius legibus illa præcipue inter edibilis atq; in primis admirãda est: quæ honorib⁹ abdicat eũ q, orta seditõe neutrã factionẽ sequutus sit. Voluit qdẽ, vt videt, neminẽ quũ priuatas ra tiones in tuto locasset: nulla cõmuni cura ac solicitudine contineri: gloriantẽ q; alioꝝ incõmodis difficultatibusq; minime angeretur. Vex optimis ac iustissimis viris esse propositum: cum aliis pa riter periculis se offerre: atq; opem afflictis rebus ferre: magisq; absq; periculo quietum exitũ victo riæ expectare. Illa vero absurda atq; ridiculosa videtur, quæ pmittebat vxori, si ei⁹ vir minus ad rẽ venereã esset idoneus, mariti propinquos admittere. Atq; hanc recte se habere qdam putant: ad eos qui coire ipsi nequeunt: pecuniaꝝ aũt gratia vxores accipiunt: & cõtra naturam coire nituntur. In tuentes enim illam qui cũ libitum eis fuerit cõcumbere: aut missam facient: aut cũ dedecore & igno minia retinebunt: cupiditatisq; pecuniaꝝ & contumeliæ pœnas dabunt. Illud etiam probatur, vt non cum oĩbus coiret vxor: sed ex mariti necessariis vnum sibi deligeret: ne alienum esset quod na sceretur: & generis necessitatẽ attingeret. Ad hoc idẽ illud spectat, vt sponsa cum viro occluderet: vnaq; cotonio malo: pro bellariis vesceretur: vtq; ter in mẽse oĩno congrederetur vir cũ vxore. Nã si minus liberi nascerentur: fore putabat, vt huiusmodi honor ac benignitas viri aduersus pudicã mulierem per multas frequenter collectas indignationes tolleret: nec sineret penitus odio abalie nari animos. Ex cæteris autẽ matrimoniis dotes sustulit: tres tantũ vestes & quædam parui empta vasa, aliud præterea nihil nuptam secũ importare iubens. Voluit enim viri vxorisq; consortiũ nõ ptio ac mercede, sed liberoꝝ charitate, gratia, beniuolentiaq; coniungi. Dionysium enĩ tyrãnum quũ rogaret a matre, vt quãdam ex ciuibus in matrimonium acciperet, respondisse ferunt. Ciuita tis quidem leges abrogari a tyrãno: naturæ aũt leges cogi nullo modo posse: si præter ætatẽ vxori se iunxerit. Hanc aũt absurditatẽ ac deformitatẽ sibi in ciuitatẽ minime inducendam videri: nec p mittendũ vt affinitates alieno tpe fierent: & q̃ neq; gr̃æ quippiam, nec officii nuptiaꝝ, nec finẽ eẽnt habituræ. Verum in senem puellam ducentẽ a diligente principe aut legũlatore id iure optimo di ci queat: qd in Philoctetem dictũ memoratur. Q d bene igit̃ nubere potes miser: ac habitans in tha lamo diuitis vetulæ, vt perdices, ex concubitu pinguem tecõperiens: transibis ad virginẽ sponsam viri indigẽtem. Hæc igitur satis ad prẽsens. Illa vero Solonis lex laudatur præcipue: q̃ prohibet in defunctos maledicta conijcere. Nam & piũ est: eos sacros ducere q a vita discesserint, & iustum, his qui esse desierunt, abstinere: & ciuile: inimicitiarum aliqñ modũ statuere: nec in infinitũ progredi si nere. In viuum aũt siquis sacris in locis, vel in iudicio, vel apud magistratus aut cẽ certaminũ spe ctaculum instaret, maledictis eẽt inuectus, is priuatim illi tres drachmas, ærario duas alias soluere cogebat. Nusquã enĩ iram continere imperiti est hoĩs atq; intemperantis: vbiq; vero difficillimum quibusdã etiam impossibile esse videtur. Decet aũt in ferendis legibus possibilitatis & facultatis ra tionem habere: siquis velit vtiliter in paucos, q̃ sine vtilitate in multos animaduertere. Illa etiã lex qua testamentis pspexit: authoritatis plurimum habuit in ciuitate & summo in honore fuit. An team enĩ non licebat alio deriuare hæreditates: verũ pecunias simul & domum in defuncti familia manere oportebat. Solon aũt quum pmisisset pro voluntate cuiusq;, ni superessent filii, hæredẽ cõ stitui, visus est amicitiam ꝓpinquitati, & gr̃am necessitati pferre. Pecuniasq; possessionem eẽ habẽ tium statuisse. Non tamẽ temere ac nullo habito respectu huiusmodi licentiam permisit. At si non morbo ingraueſcẽte: aut medicamentoꝝ vi impellente: aut vinculis & cruciatu coactus: aut coniu gis suasionibus ac blanditiis esset adductus. Existimabat enim & quidem recte & sapienter: ꝓter de cus aliquid honestatẽq; suaderi, nihil a vi ac necessitate differre. In eodem vero cũ necessitate frau dem, in quo dolorem cum voluptate in cõparatione iungebat. Quæ oĩa pariter hominem a mẽ te ac rõne distraherent. Egressionibus quoq; mulieꝝ ac fletibus & celebritatibus lege prospexit: qd oẽm immodestiã intemperantiaq; sustulisset. Exire cum tribus tantũ vestibus iubens: nec cibum ac potũ plusq̃ oboli asportare: nec cubito maiorẽ habere: nec noctu iter suscipere nisi prælato lumine in vehiculo deferretur. Lacerationes vero se cẽdentium, & quæ luctũ puocare solent: ploratus quo que & lamentationes flebiles in alieno funere penitus sustulit: nec immolari bouem permisit: nec pluribus q̃ tribus vestibus vti: nec ad aliena monumẽta accedere: nisi quo tpe efferretur funus. quo rum plurima fieri nostris quoq; legibus prohibẽtur. Est enim illis optime comparatum: vt molles atq; effœminati homines, & his perturbationibus, ac delictis quæ circa hæc genera sunt obnoxii, & mulierum more hæc facientes, supplicium luerent. Quum autem intueretur vrbem refertã ho minibus: qui in Articam quottidie licentiæ atq; impunitatis gratia confluebant: maximam vero agripartem incultam infructuosamq; esse: & qui nauigationi rebusq; maritimis intenti eẽnt, nihil iis importare consuesse: qui nihil cõtra afferre possent: ad artes ciues traduxit. Lege etiam sanxit: fili um haud patri necessaria vitæ subsidia debere: a quo nullam artem accepisset. Lycurgo enim datũ laudi merito est: vt quum vrbem vacuam haberet ab omni peregrinorum & cõuenarum cœtu ac

Lex in prĩs admiranda Solonis cir ca seditiões

Lex de vxo rib⁹ a Solo ne cõdita.

Naturę le ges cogi nullo mõ possunt.

Lex Solonis ne in defun ctos maledi cta cõiiciãt.

Lex alia a so lonis de te stamentis.

Lex Solonis de mulierũ egressiõib⁹ & fletibus. & celebrita tibus.

Lex Solonis de filio pa tri necessa ria subsidia nõ debẽte. q nulla ab il lo artẽ acce pisset.

cõmercio:amplam etiã regionẽ ac bis totidẽ ſuppetentem, vt Euripides inquit. ſeruorum prætcrea multitudinem Lacedæmonii circunfuſam:q̃ optimũ factu erat haud otioſam dimittere: ſed operę fatigare:& labore aſſiduo humiliorẽ efficere:ciues ab oĩbus illiberalibus artificiis & quæſtibus remouere:continereq; in armis:& eam vnã illis artem diſcendã atq; exercendam proponere. At Solon leges rebus magis:q̃ res legibus accõmodauit. Regioniſq; ſitum & naturam contemplatus: q̃ vix laborantibus ac agrum colentibus ad victũ ſufficeret:otioſam aũt multitudinẽ alere nõ poſſet artibus honorem habẽdum ſtatuit. Ariopagitis quoq; negocium dedit:vt vnde cuiq; neceſſaria forent, proſpicerent: de inertibus ac deſidioſis ſupplicium ſumerent. In eo autem vehemẽtiorem ſe præbuit: vt qui meretricibus nati eſſent, parẽtes alere nõ tenerent: vt Heraclides Ponticus ſcriptũ reliquit. Qui enim in cõgreſſione & cõmercio mulieris decorũ nõ ſeruat:is facile declarat:ſe nõ liberorũ gratia ad eã rem impelli: ſed voluptati potius indulgere. Itaq; mercede ſe priuat: nec ſibi ius parẽtis in liberos reliquum facit:quibus ipſa ꝓcreatione dedecus & ignominiã attulit. Oĩno tñ Solonis leges de rebus veneris deformitatis plurimũ cõtinere vident. Mœchũ enĩ interimere fas eſſe deprehendẽti voluit. Si autẽ raptæ liberæ mulieri vim attuliſſet: eum decẽ drachmis multauit. Sin ſuaſionem ſuã traxiſſet:viginti drachmaꝝ pœna ſtatuit teneri: præterq̃ eas quę palam ſibi in dixiſſent quæſtum:dico aũt meretrices. Nãq; ille manifeſte ſe pmittunt iis:qui ꝓtium afferũt. Suſtulit aũt ius vẽndẽdi filias & ſorores:niſi qui cũ viro coeuntẽ virginem deprehendiſſet. In eadem re puniẽda nunc ſe ſeuerum & imitem: nũc clementem & facilem prębere: eiq; quãcunq; ſors attulit pœnam definire: a ratione ꝓfecto admodum diſſonare videtur. Ni iam q; nummi penuria in ciuitate tum foret, pecuniarias pœnas reddebat penuria ipſa grauiores. Ad pretia quidem æſtimationeſq; ſacrorum pecus cõputabat:& pro medimno drachmã habebat. Ei qui iſthmia deuiciſſet: cẽtum drachmas dari placuit: olympiã vero: gngentas. Qui vero attuliſſet lupũ: quinq; drachmas iuſſit accipere: lupam aũt tantũmodo vnam:vt Phalereus Demetrius tradit:hoc bouis ptium, illud pecudis eſſe ſtatuens. Quas enim in ſextadecima tabula æſtimationes eximiis victimis ꝑfiniuit cõſentaneũ eſt multiplices extitiſſe: attamẽ eæ quoq; prę illis qbus nũc vtimur, exiles parceq; ſunt. Veruſta eſt autẽ conſuetudo Athenienſibus bellũ cum lupis gerere: paſcuo vero agro indulgere q̃ agriculturæ: ſatius eſſe ducunt. Eſt etiã opinio quorũdam: nomina tribuum non ab Iouis filiis tribus, ſed a generibus, in quæ diuiſæ vitæ ab initio ſunt: nomina accepiſſe: bellicũ quidem oblitas: ab armis operis intentas: ergodes ab operibus quæ Græci & Epſa vocant eſſe appellatos: duarum aũt reliquarum hos quidẽ qui agrum colebãt ab agricultura gedeodes: alios qui rei pecuariæ operam dabant, ægicores a capris cognomẽta traxiſſe. Sed quum nec pennibus fluuiis: nec lacubus q̃buſdam: nec vberibus fontibus regio abundaret: ſed plærięq; Atticorum puteis vterentur manufactis: lege ſtatuit: vt vbicunq; puteus publicus eẽt: eo intra hippicum homines vterentur. eſt autẽ Hippicum quatuor ſtadiorum diſtantia. q autem abeſſent longius propriam ſibi aquam exquirerent. Sin autem effodientes decem palmoꝝ profunditate haud inueniſſent aquam: tunc accipere a vicino liceret ſex hydrias bis: diebus ſingulis. Indigentiæ enim ac neceſſitati ſubueniendum: inertiæ vero ac deſidiæ minime concedendum putabat. Definiuit etiam plantatiõis prudentiſſime mẽſuras. Quum quis in agro quid uis aliud plantaret, quinq; pedibus a vicino abeſſe iuſſiſſet: qui vero ficum vel oleam, nouem. Longius enim hæ arbores protendunt radicem: nec ſine detrimento cæteris plantis propius admoueri poſſunt. Verum nutrimentum auferunt:& quibuſdam humorẽ nociuum trãſmittunt. Scrobes autem & foſſas effodiendi volentibus poteſtatem fecit: modo quantũ foſſæ faſtigium foret: tantum abeſſet ab alieno. Quicunq; autem apum aluearia cõderet: hunc ab alterius ante conditis trecentis paſſibus abire Solonis lege iubebatur. Ex fructibus autem eum ſolũ ad peregrinos exportari licebat: aliorum nullũ ius erat aſportandi:& in eum qui exportaret ſanxit etiam magiſtratum execrationes facere: aut ipſum ærario centum drachmas diſſoluere. Ac prima quidem tabula ea eſt: in qua lex huiuſmodi continetur. Nec illis vllam omnino fidem adhibendã quis dixerit: qui aiunt ſuperiorum ætate ficos etiam exportare non licuiſſe. Idq; ex eo maxime perſpicuum eſſe: q; ii qui ficus exportantes indicaſſent, ſycophantæ apud veteres dicerentur. In offenſionem etiam quadrupedum legem tulit: qua canem qui quippiam morſu affeciſſet, capiſtro quatuor pedum alligatum dedi iuſſit. In ea autem lege maxime viſus eſt ſecuritati conſulere: ſed penuriæ minus conſuluit, quum experegrinis niſi qui perpetuo exilio patria pulſus eſſet: aut qui ad rem aliquam exercendam cũ tota domo Diiſq; penatibus Athenas migraſſet: neminem ciuitate donaret. Hoc autem ſe feciſſe dicit: non vt cæteros deterreret: ſed vt eos rep. promiſſa Athenas alliceret: & ſimul exiſtimantem eos ciuitati fidos futuros, & qui neceſſitate patriã amiſiſſent: & qui ſua ſponte & voluntate reliquiſſent. Illud etiam proprium Solonis inſtitutum putatur: quo in ærario epulum præbuit: quod ipſe quaſi accubare vocauit. Non enĩ eũdem permittebat cibari eo loco ſæpius. Si is autem cui ſorte obuenerat recuſaſſet, plectebatur: q; illud plus æquo apperentis eſſet: hoc ſuperbi & faſtidioſi nimis & communia contennentis putaret. Statuit autem incentum anno: leges omnes ratas haberi: q̃ in ligneis tabulis deſcriptæ ſunt: quos Axonas appellauit:

Lex Soloniſ in eos q̃ filios ex meretricibus gignerent.

Leges Solonis aliæ circa res venereas.

Medimn⁹. Drachma.

Ergodes. Epſa. Gedeodes. Ægicores. Hippicum.

Leges aliæ Solonis.

Sycophãtę.

Axones tabulę ligneę

Cirbes.

quorum paruæ quidem reliquiæ in Prytaneo ad noſtram vſq; memoriam peruenerunt.eos vt Ariſtocles tradit cirbes nuncupabant.Et Cratinus comicus quodã in loco de Solone & Dracone ait Quibus nõ iam legumina & ficus cirbibus ſiccant. Quidã vero opinantur in quibus ſacra tantũ ſoléniaq; continentur cirbes: Axones autem reliquos appellari. Cõmuni igitur iure iurãdo aſtrinxit ſe ſenatus Solonis leges ratas habiturũ: priuatim etiam ſinguli in foro ad lapidẽ addito iuramẽto:ſe,ſiquid contra eas cõſtitutiones cõmiſſum fuerit,aureã ſtatuã ſui æquali põdere in Delphis poſituros eſſe dixerũt. His igitur pactis quũ animaduertiſſet Solon diſproportionem mẽſium & cõmutationem varietatẽq; lunæ:quæ neq; in occaſu neq; in ortu cum ſole cõueniret:ſed eadẽ plærumq; die & aſſequeretur ſolem:& præteriret: eam ſtatuit veterem & nouã appellari: eiuſq; partem ante cõgreſſum eius cum ſole finito mẽſi:& quæ ſupereſſet,veniẽti atq; inſtanti mẽſi deberi arbitratus eſt: vt qui antea id quod apparet Homerũ audiſſet dicẽtem:deſinentis mẽſis atq; inſtãtis.Quæ vero deinceps ſequeret dies:eam.Kalendas appellauit:nec vigeſimo die menſem finiuit: reliquũq; ſequenti adiunxit: ſed auferens atq; diſſoluens vſq; ad trigeſimũ, quatenus luna lucem retineret, annumerauit.Latis igitur legibus quum ſe quotidie quidam adirent:qui laudarent:vel improbarent:aut etiã conſulerent,ſcriptis adiicere aliqd aut detraere:permulti aũt aderant qui peterent reſponderentq; iubentes:vt quo pacto ſingula ſe haberent,eorũq; ſniam edoceret atq; declararet: p/ſpiciens hæc & negare abſurdum eſſe:& facere inuidioſum futurũ:ſtatuit his ſe difficultatibus liberare:offenſionẽq; ciuium & calũniam effugere. In magnis enĩ rebus adminiſtrandis difficillimũ eſt (vt ipſe inquit)oĩbus poſſe placere. Itaq; quo erroris ſui cãm tegeret:ſortitus nauis adminiſtrationem Athenis nauigauit:quum impetraſſet ab Athenienſibus vt ab vrbe ſibi decem annos abeſſe liceret. Sperabat enim eo tpe,leges vſu & conſuetudine ciuibus gratiores fieri. Primũ igitur ĩ Ægyptum applicuit:ibi q; aliquãdiu morã traxit: vt ipſe primum affirmat. Oſtia qua nili reſonant vicina canopi. Quoddã etiam tps apud Pſenophem Heliopolitam,& Sonchem Saitam eloquẽtiſſimos & ſapientiſſimos ſacerdotum philoſophiæ operam dedit:& pſens atlantico ſermoni interfuit, vt a Platone ſcribitur,eumq; eſt carminibus græcis conatus exprimere. Deinde in Cyprum delatus:a Philocypro quodam ex eius loci regibus honorificentiſſime exceptus eſt:qui paruam ciuitatem a Demophoonte Theſei filio conditã habitatamq; tenebat:ãn locis munitis quidem,veꝝ diffi cilib⁹ & incultis poſitam. Suaſit igitur illi Solon:vt nactus amœniorem locum,ciuitatẽ eo traduceret:eamq; iocundiorem & maiorẽ pararet:& ipſe ad eam rem adiutorem ſe præbuit:& vna ciuitatem optime & ad diſciplinam & ad ſecuritatẽ inſtituit. Quæ res habitatores complures Philocypro comparauit:& cæteros reges ad æmulationẽ concitauit. Quare quum Soloni gratã referre veller:vrbem ante id tps Epenam appellatam ab eo Solos nuncupauit:& ipſe Solon huius conditæ vrbis mentionem fecit. In elogiis enim Philocyprum vocans ita alloquit. Tu nũc ſceptra tenẽs Solis per ſæcula felix Regẽs hancq; vrbem poſt genus omne cole. Me cypris antiquo celeri cũ puppe remittat Littore quæ violis frondea ſerta gerit. Et mihi poſt tanto nomen p munere grates Soluat:& in patriam diua ſecundet iter. Eius autem cum Crœſo congreſſum & colloquiũ quidam vt ficta tpibus arguere. Ego aũt famam adeo celebratam & tot grauiſſimis teſtibus comprobatam, & quæ in primis Solonis moribus,conuenire,& eius animi magnitudine & ſapientia digna eſſe videtur,annalibus quibuſdam canonibus nũcupatis pmittendã non arbitror:quos infiniti pene vſq; in hanc diem emendare conati, repugnantias eoꝝ tollere vllo modo nequierũt. Soloni igitur quũ rogatu Crœſi in Sardos ſe contuliſſet:idem qd terreſtri hotnini quũ ad mare primum deſcendit, euenire ſolet. Ille enim mare aſpiciens, fluuios alium ex alio fluentes:putat ſe intueri. Ita Soloni paulã tranſeunti multoſq; ornatu luxuq; regio inſtructos intuenti:& cũ magnificẽtia quadã,& maieſtate,magnaq; ſtipatos turba ſeruoꝝ & comitũ incedẽtes ſinguli Crœſus videbant: quoad ad eũ perductus eẽt:vt qeqd eẽt in lapidibus ptioſum:qeqd coloris in veſtibus:quieqd ex auro artificioſe laboratũ qeqd ornatus aut magnificẽtiæ aliquid preſe ferret:qequid deniq; oprandum foret:id oẽ regẽ circũſtare viſum ẽ:vt ſpectaculum ſplendidiſſimũ ſũma varietate ornatiſſimũ Soloni oſtẽderet. Poſtea vero q̃ Solon haꝝ aſpectu reꝝ nihil cõmotus eſt:neq; inquit aliquid eoꝝ quæ Crœſus expectabat:vt facile appareret prudẽtibus,eũ illa oĩa,vt vilia abiectaq;,cõtẽnere:iuſſit ei Crœſus ſuos theſauros aperiri:& cæterã ſuppellectilem & magnificentiã regiã nihil roganti oſtendi neq; appetenti. Cœperat enĩ ipſe ſecũ ingeniũ Solonis agnoſcere. Ad poſtremũ rurſus quum pfectis omnibus ad eũ reuertiſſet:rogaſſetq; illũ Crœſus:nũ quẽ alium hoiem ſe beatiorẽ vidiſſet:tum Solon: Tellum ſe ſuũ ciuẽ vidiſſe reſpondit. Vt vero expoſuit illi Tellũ optimũ viꝝ fuiſſe:filioſq; probatiſſimos habuiſſe:& eũ integerrime ſanctiſſimeq; vixiſſe:ſtrenue pugnantem pro patria parta pugnę gloria interiſſe:putauit Crœſus vrbanitatis penitus illum & humanitatis expertem:ſi non magna vi auri atq; argenti feliciratẽ metiretſed plebeũ hominis & priuati vitã vel interitũ potius tãtis opibus imperii anteponendam putaret. Verũtamen ab eo rurſus contendit:nũ poſt Tellũ alium beatiorem noſſet:alteꝝ Cleobem & Bitonẽ dixit:viros quum mirifico inter ſe amore, tum in matrem ſumma obſeruantia:qui tardantibus bobus,ipſi iugum currus ſubeuntes ad Iunonis templũ ma/

Lunæ ordo a Solõe ſtatutus.

Difficile ẽ ĩ magnis rebus adminiſtrãdis omnibus poſſe placere.

Pſenophes heliopolita

Sonches Saita.

Philocypr⁹

Epena.

Soli vrbs.

Canones.

Solonĩ ſardos ſe cõtulit.

Tellus beatior Crœſo a ſolone iudicatus.

Cleobes.

Biton.

trem traxerunt: lætã & ab oĩbus ciuibus felicem habitam. Deinde quũ peractis sacrificiis epulati ac cubuissent: post diem nunq̃ assurrexerũt amplius, sed defuncti vita visi sunt in tanta gloria & expectatione mortẽ oĩum dolorũq; & molestiarũ expertem & vacuã opperiisse. At nos inquit Crœsus ira í census, nullum in numerũ beatorũ reponis: Et Solon quũ nec blanditiis & assentationibus delinire hominẽ vellet: nec vlterius prouocare. O rex inqt lydorũ: nos quidem græcos hoíes ad alia quę nobis Deus ipse mediocria cõcessit bona, & sapientiæ cuiusdam fiducia (vt uidetur) optima cõfirmatæ, & popularis magnęq; regiæ nec admodũ ob mediocritatẽ splendidæ, participes fecit: quæ quũ perspiciat vitam hominũ variis fortunæ motibus assidue agitari: præsentibus bonis effertri non sinit: nec felicitatẽ cuiusq̃ admirari: quæ tpor̃ mutationi subiecta sit. Consequentis enim tpis varietas ex victo singula infert. Qui aũt felicitatem suam ad finem perduxerit: cũ nos felicẽ opinamur. Viuentis vero adhuc felicitas ac periditantis in vita: vt decertantis denunciatio victoriæ & corona, instabilis incertaq; est. Post hæc Solon statim confecto sermonẽ discessit, quũ turbasset magis eius oratio Crœsum: q̃ admonuisset. Per id tpis Æsopus historicus forte Sardis aderat: eo accersit⁹ a Crœso: magnisq; honoribus affectus Solonis causa vehementer indoluit: qui ita inhumane a re ge esset acceptus, quũq; solaretẽ illum: diceretq; regum consuetudine aut q̃ minime aut q̃ maxime vti oportere: Immo mĩdit me Hercule aut q̃ minime aut q̃ optime. Sic igitur tunc Crœsus Solonẽ despexit. Postea vero q̃ cum Cyro collata acie, prælio superatus est, & amissa vrbe captiuus sĩcẽdio q; destinatus pyram instructam alligatus conscendisset: spectantibus Persis ac Cyro, quantum maxima potuit voce ter o Solon exclamauit. Admiratus igitur Cyrus: misit qui rogarent: quisnam hominum aut Deorũ esset Solon: quem in dubiis casibus solum imploraret. At Crœsus nihil dissimulans: Vnus est inquit ex Græciæ sapientibus: quẽ ego accersiui non audiendi aliquid discendiue studio eorũ quibus maxime indigebam: sed vt mihi spectator adesset: testisq; eius felicitatis abiret: in qua amittenda, plus calamitatis erat: q̃ in cõsequenda boni. Verbo enim & opiniõe bonum erat: re autem vera ea cõmutata omnes eius iocũditates ad intollerabiles dolores & calamitosas ærumnas reciderunt. Atqui is vir exillis secundissimis rebus hæc omnia miserrima futura coniiciẽs, consyderati vitæ exitum iubebat: nec inflatum opinionibus incertis petulanter & temere exultare. Quæ vbi ad Cyrum perlata sunt: vt qui & sapientior esset q̃ Crœsus: & Solonis monitum ex præsentibus exemplis comprobatum esse perspiceret: non solum Crœsum missum fecit: sed summo etiam honore quoad vixit, apud se habuit. Ex quo visus est Solon eadem oĩone, alterũ seruasse a regibus: cautiorem & prudentiorem alterũ reddidisse. At post Solonis discessum. Athenis inter ciues grauissimę seditiões excitatę sũt At pedior̃ factiõi Lycurgus: Paralor̃ aũt Megades Alcmeonis filius p̃fuit. Diacriorum autem Pisistratus: in qua debitorum turba continebatur: quæ vehementer diuitibus inimica infestaq; erat. Quare stabat quidem adhuc ciuitas seruandis institutis Solonis & legibus: sed rerũ nouarũ immutãdarq; ciuitatis statum cupido incesserat: suis rationibus melius cõsulẽtium mutatione singulis opinantibus: & aduersæ factiõis superãdæ spe optima cõfirmatis. His igitur malis difficultatibusq; turbata ciuitate: Solon reuersus Athenas ad honorem sui factorumq; verecundiam conuertit omnes. Sed ne in tep. eo quo solitus erat studio & assiduitate versaretur, infirmæ vires affectaq; iam ætas prohibebat: sed priuatim principes factionũ adiens a seditione abducere, ac pacare nitebat. Quam ad rem Pisistratus videbatur apprime Soloni assentiri. Etenim in sermonibus colloquutionibusq; affabilitatis & humanitatis plurimũ habebat eius oratio apparebatq; eum pauperum causæ impense fauere: ad inimicitias autẽ clementẽ ac moderatũ esse: & quæ illi a natura minus inerant, iis assimularis, facile putabatur eis quibus illa insita atq; innata erant virtute ac probitate superare. Itaq; ostendebat se æquitatis amantissimum studiosissimũq; : & præsentis status mutationem grauissime esse latur̃: obuiãq; itur̃: siquis studio nouarum rerum eum mouere esset aggressus. His igit moribus decipiebat ciues. Solonem tamen simulatum. eius ingenium diu latere non potuit: eiq; insidiæ Pisistrati primum patuere. haud tamen odio eum prosequutus est: sed leniendo admonendoq; conabatur hominem ex ea mente depellere: ipsoq; Pisistrato sæpe dixit, & aliis multis audientibus: siquis ex eius animo expelleret amorem principatus: & dominãdi cupiditatem sanaret: neminem esse eo melius ad virtutem natura institutum neq; probiorem ciuem. Quum autem cœpisset Thespis tragœdiam edere: ea res ob nouitatẽ multitudinis studia in se conuertit. Nondũ enim in æmulationem certamenq; ciuium venerat. Tum Solon innata quadam audiendi discendiq; cupiditate, quottidie magna ætate ingraueſcente, liberali otio & disciplinæ, & me Hercule disputationibus & musicæ indulgẽs, Thespi spectatorem se præbuit: quũ is tragœdiam, vt mos erat veteribus, ipse ageret. Post id aũt spectaculum quũ Thespim appellasset: rogauit, num puderet eum tot præsentibus atq; audientibus talia ementiri? Quũq; ille diceret: haud absurdum esse eiusmodi res per iocum dicere ac facere: baculo vehementer terram percutiens, At inqt talẽ iocum si ei laus & honor habitura nobis, in tabellis propediem sumus habituri. Quum autem Pisistratus, illatis sibiipsi vulneribus, curru delatus descendit in forum multitudiniq; animos concitauit: quum diceret ea se ab inimicis per insidias accepisse: multosq; sibi rei indignitatẽ

Æsopus historicus.

Crœsus a Cyro victꝰ o Solon ter clamauit.

Lycurgus Pediorũ factionis princeps. Megades Paralorum duxfactionis. Pisistratus Diacriorũ princeps.

Pisistratꝰ Insidias Solo ni tẽdebat.

Thespis.

Pisistratꝰ sibiipsi illatis vulneribus

pdiit in fo/ tum.

ægre ferentes, clamitãreſq; comparauit: ad eum profectus Solon aſſiſtenſq; Non recte inquit o fi/ li Hippocratis Homericum Vlyxem aſſimulas. Eis enim ad ciues decipiendos abuteris: quibus il/ le ſeipſum cædens, hoſtes deceperat. Iãq; erat Piſiſtrati gratia in prælium deſcenſura multitudo: & populus in cõcionem cõuenerat: Ariſtone decernente: vt quinquaginta armati, q ab armis qbus

Coryne/ ph ori.

vtebantur * Corynephori dicebantur, Piſiſtrato darentur ad cuſtodiam corporis: aſſurgens Solon contradixit: permulta his ſimilia in medium referens, quę poſt carminibus ędidit: Aſpicite in linguam & blandi fallentia cunctos Verba viri: qui nos vulpinis paſſibus ambit. Frigidus at nobis pectora ſanguis agit. Sed quum animaduertiſſet pauperes ad gratiam Piſiſtrati propenſos rem aggredi tumultu & trepidatione: diuites contra metu perculſos diffugere: abiit: inquiens ſe his prudentiorem: his fortiorem eſſe: prudentiorem quidem his qui rem hanc haud proſpicerent: fortiorem vero illis qui qum proſpicerent: ne tyrannidi obſtarent, metu prohibebantur. Com/ probato autem in plebe decreto: haud vltra ſollicita fuit multitudo de paucis Corynephoris Piſiſtrato decernendis. Sed quum quot vellet nutriret: ſecumq; palam haberet: paruifecit: quo adarce potitus eſt. Quare turbata ciuitate, Megades ſtatim cum Alcmeonidis fugit. At Solon: iam enim diutiſſime ſenex erat: nec adiutores habebat: attamen in forum procedens, ſua oratione partim ciuium amentiam & ſegnitiem obiurgauit: partim incitare atq; adhortari conatus eſt: ne libertatem abiicerent. Illud etiam celebratum addidit. Facilius certe illis ante fuiſſe tyrannidem ſurgentem opprimere: nunc autem maius glorioſiuſq; futurum, confirmatam iam ac corroboratam euertere ac delere. Vbi vero ſibi ob metum nemo mentem adhibuit: digreſſus e loco domum ſe contulit: accipienſque arma in angiportu ante fores depoſuit: Ego inquiens quoad ma me fieri potuit: patriæ ac legibus opem tuli: ex eoq; in poſterum quieuit. Adhortantibuſque ad fugam amicis nunquam parere in animum induxit: ſed carminibus editis vehementer in Athenienſes inuectus eſt. Triſtitia commiſſæ luitis ſi præmia noxæ: Ne vos in ſuperos concitet ira deos. Namque viros anxit veſtri cuſtodia quondam: Subdita qui vobis ſub iuga colla premunt. Poſt hæc multis commonefacientibus mortem ſibi a tyranno impendere: quærentibuſque, qua re frætus ita pro ſalute deſidioſus eſſet: ſenectute reſpondit. Verum Piſiſtratus rerum potitus, ita Solonem obſeruauit: ita in honore habuit: adeo benignum in eum & manſuetum ſe pbuit: vt & accerſeret: & ſibi etiam in conſilium adhiberet: permultaq; ex eius authoritate gereret. Etenim plurimas Solonis leges ſeruauit: iiſq; ipſe ante alios parẽs amicos parere cogebat. Nam cædis in Ario pagum accerſitus modeſte & temperate in ius venit, ſe defenſurus: ſed cauſam accuſator deſtituit.

Lex Piſiſtrati: vt q oculos in bello amiſiſſet publice aleret.

Leges etiam ipſe tulit. e quibus eſt illa quæ iubet: vt qui oculos in bello amiſiſſent, publice alerentur. Atqui hoc antea quo tempore Treſipus cæcatus eſt, decretum a Solone, Piſiſtratum imitatũ eſſe tradit Heraclides. Scribit etiam Theophraſtus: otii legem Piſiſtrati non ſolonis fuiſſe: qua & regionem cultiorem & pacatiorem ciuitatem reddidit. At Solon quum Atlanticum ſermonem quem ex Sardos ſapientibus in Ægypto quum eſſet acceperat: rem multæ operæ multiq; laboris Athenienſibus maxime conducibilem ſcriberet, ab incœpto deſtitit: non occupationibus, vt inquit Plato, ſed ſenectute potius impeditus: & voluminis magnitudinem reformidans. Otio enim illum tunc abundaſſe declarant huiuſmodi voces. Dum propero ad ſenium: diſcere multa liber. Gratæq; ſunt veneris nobis & dulcia bacchi: Quæq; viris muſæ munera læta ferunt. Vt autem amœnæ & fertilis regionis ſolum deſertum quodammodo & incultum, Plato qui Soloni erat propinquitate coniunctus, Atlanticam illam materiam excellere atq; exornare cupiens, magnis quibuſdam quaſi veſtibulis & circuitibus & aulis circundedit. eius initium: Quibus nec oratio aut ſermo aliquis: neq; fabula neq; poeſis reperitur, ſed quum ſero admodum cœpiſſet, opus idmors viri anteuerrit. Quanto igitur plus ſcripta attullerant voluptatis: plus iis quæ ſupererant deſiderii reliquiſti. Vt enim Athenienſium ciuitas Olympicum: ſic Platonis ſapientia inter multa præclara & eximia hoc tantum opus imperfectum reliquit. Vixit Solon poſt initium Piſiſtrati tyrannidis, vt Ponticus Heraclides prodidit, multum temporis: vt autem Phanias Epheſius ſcribit, minus duobus annis. Comii enim temporibus Piſiſtratus inuaſit tyrannidem. Hegeſtrati autem ætate qui poſt Comium regnauit affirmat Phanias diem Solonem obiiſſe. Eius autem cineris circa Salaminem diſſipatio ac diſperſio obſurditate rei incredibilis admodumq; fabuloſa eſſe videtur. Id autem cum alii homines authoritate digniſſimi literis prodiderunt: tum Ariſtoteles philoſophus in primis ſcriptis ſuis comprobauit.

Solonis mors. Comius. Hegeſtrat⁹.

¶ PVBLICOLÆ VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Vzigitur his moribus prędit⁹ fuisset Solon: nõ immerito, vt mihi videor, cum eo Publicolã cõparam⁹: cui hoc posterius nomen honoris gratia Po.Ro.ĩuenit. Antea enĩ Publio Valerio ei nomen fuerat: qđ a ꝓgenitore Valerio videtur inditum: qui vir vnus ex veterib⁹ illis maxime author fuit: vt Romani ac Sabini, cum ante hostes fuissent, ĩ vnũ populũ coirent. Ille enĩ in primis suadẽdo regum sedauit discordias: & ad eiusmodi fœderis pactionẽ ĩduxit. Huius igit̃, vt accepimus, Valerius ex gñe necessarius, quũ adhuc roma eẽt sub regibus, diuitiis & eloquẽtia claruit: quaꝝ quũ altera recte sp & libere ꝓ æqtate iustitiaq; vteret̃: qppe q̃ liberaliter humaneq; supplicibus opẽ ferret: haud dubie videbat̃: si res traduceret̃ ad popularẽ principatũ, primas in rep. partes habiturus. Quũ aũt Tarqnius supbus regno nõ virtute, sed ĩpietate & scelere parto: non regio more, sed tyrãni, contumelioseq; vteretur: eiq; ĩfensus odio populus, atq; ægre ferens ad defectionẽ spectaret: cui rei Lucretiæ quæ sibi vi accepta: mortẽ consciuisset: cõtumelia occasionẽ attulerat: Lucius Brutus quũ innouãdis rebus adiecisset aĩum: ad hunc primũ rem detulit: eoq; adiutore acerrimo frætus, reges exegit: Et q̃diu opinio fuit: populũ vnũ ꝓ rege cõsulẽ eẽ creaturꝝ: quietus fuit Valerius: quũ Bruto magis deberi consulatũ existimaret: qui author & princeps recuperãdę libertatis fuerat. Quũ vero in vnius domino offenderẽtur animi multitudinis: viderenturq; oẽs diuisum imperium libentius laturi: & duos consules poscerent: sperantẽ Valerium post Brutum creatum iri se: collegamq; illi in cõsulatu futurum: fefellit opinio. Creatus est enim pro Valerio, inuito Bruto, Lucretię vir Collatinus Tarqnius: haud quidem Valerio virtute superior: sed patricii metu regum, qui multa extra moliebantur quottidie, ciuitatẽq; blãditiis delinibant, statuerunt q̃ infestissimo illis hosti, vt in hoc nunq̃ cõcessuro, cõsulatũ mãdare. Hac re Valerius vehemẽter permotus: si ꝙ nulla priuata iniuria a regibus esset affectus, nõ putaret̃ omnia patriæ causa facturus, senatu se abdicauit: patrocinia renuntiauit: & negotiis publicis penitus se remouit: vt rumor & cura sollicitos multos haberet: metuentes ne ob iram additus regibus, res omnes: & ciuitatem simul nutantẽ euerteret. Postea vero q̃ Brutus aliorum quoq; suspitiõe offensus, statuit cęsis hostiis iureiurando senatũ astringere: diẽq; præfiniuit: Valerius læta admodum fronte descendit in forum: vbi cum iurasset primus: se animo semp infracto in Tarquinios, propugnatoremq; libertatis acerrimum futurꝝ: voluptatem senatui & spem optimam consulibus attulit: statimq; iusiurandum opera consequuta sunt. Legati enim venerãt a Tarquinio cũ literis mãdatisq; mitibus: & ad demulcendos multitudinis animos accommodatis: quibus sperabat multos, quũ ex regis verbis ducerentur, posse corrũpi: si videretur moderate rogando: spiritus illos regios & contumaciam posuisse. Censentibus autem consulibus legatos in populum producendos esse: non ꝑmisit Valerius: sed institit vehementer: prohibuitq; hominibus pauperibus, & bellum magisq̃ tyrãnidem formidantibus, nouitatis initium & occasionem dari. Post hæc legati iterum a rege aderant: illum regnum remittere: a bello discedere: bona tantum amicis suis, ac familiaribus repetere: qbus exiliũ sustẽtare possent. Inclinantibus iam multis: & Collatino maxime suadente: Brutus vir acer & vehemens ad iram, in forum excurrit: Proditorem collegam materiam & adiumentum tyrannidis per gratiam largiri clamitans: quibus indignissimum esset viaticum fugæ decernere. Conuenientibus ad hoc ciuibus, Caius Minutius homo priuatus in concione orationem habuit: Brutum admonuit: Romanosq; adhortatus est: prouidendum esse: vt bona pro se magis contra tyrannos, q̃ pro illis contra se pugnarent. Visum est tamen Romanis parta libertate pro qua dimicarẽt, bonorꝝ gratia pacẽ abiiciendam non esse: sed eam vna cum tyrannis exigendam. Erat autem Tarquinius de bonis recuperãdis minime sollicitus: sed ea petitiõe expiri populi animos volebat: & simul

Publicola antea Valerius appellatus.

Lucius Brutus.

Collatinus Tarquini⁹ creatus Cõsul.

Valerius in tarquinios libertatis se ꝑpugnatorem futurũ iurauit.

Brutus ad iram vehemens.

proditioni occasionē parare: quam legati clam struebāt: bonorū prætextu morā trahentes: hęc se vendere, illa asseruare, mittere alia affirmantes: quoad duas patriciorum domos corruperunt: Vitellii. Vi telliorum duos: Aquiliorum tres: qui oēs ex matre fratres erant: & Collatini consulis nepotes: his Aquilii. primis cōmissa res ē. Priuatim etiā Vitelliis alia cū Bruto necessitudo fuit. Eoq; enī sororem Brutus Titus. in matrimonio habebat. Iamq; sibi ex ea filii plures erāt: adolescentes duo Titus Tiberiusq; quos Tiberius. quum Vitellii haberent necessitudine in familiaritatem cōiunctos: in societatē quoq; cōsilii assum pserūt: suadentibus vt se in genus magnū Tarquiniorū & spes regias darent: demētiā & duritiam patris effugerent: seueritatē eius & acrimoniā in improbis duritiā appellātes: amētiam vero simu lationem amētiæ, qua diu metu tyrānorū cœtus latuerat: neq; in posterū eius rei cognomentū fu gīt. Compulsis aūr in suam sententiā adolescētibus: & in colloquiū adductis: placuit cōmuni sen tentia iureiurādo magno & horrendo oēs adigere: iugulato homine, sanguinē libare: exta eius at Vindicius. tingēres. Horum gratia in Aquiliorum domū cōuenerūt. Fuit autē domus in qua hęc transigēda erāt:, deserta & subobscura. Latuit igitur eos seruus quidam: cui Vindicio nomen fuit: qui ibi se occultarat: nō ex industria: nec vt ea tractari sensisset: sed quū intus foret, illis ingredi festinātibus, timēs se ostēdere, substitit: & capsa quadam quæ forte aderat se protexit. Quare prospexit res oēs & cōsilia eorū excepit. Decreuerūt autem cōsules obtruncare: reges nocte in vrbē arripere: & hæc p literas legatis traditas Tarquinio significabant. Etenim legati quum ad Tarquinios proficiscerē tur: & apud Aquilios cœnarum esset: tunc cōiurationi aderant. Quibus cōfectis: abeuntibus illis, clam domo profectus quid cōsilii in iis rebus caperet, nō satis sciebat. Dubitabat enim: nec fas es se ducebat: apud Brutū patrem filios accusare: aut apud Collatinum auunculū fororis filios. Pri uatum præterea neminē Romanū existimabat tam dubiis in rebus satis fidei habiturū. Rem oēm quoad potuit clausam habuit. Impulsus aurē conscientia rem ad Valerium detulit: adductus ma xime facilitate & humanitate viri: q; ad eū indigentibus facilis esset aditus: eiusq; quotidie domus aperta: aures oīum sermonibus & querimoniis paterent: vt nec vnq; tenuis cuiusq; colloquium, aut necessitatem repudiarit. Vt igitur ad eum Vindicius venit: atq; omnia patefecit: Marco eius fratre & vxore præsentibus: stupore affectus ac metu Valerius, nō vltra hominē dimisit: sed quū domi occlusisset, custodiendi fores negotium vxori dedit: fratrem domum regiam circunseden tem epistolarum curam, ne interciderent, iussit habere: & seruos si fieri posset obseruare. Ipse autē cum magno clientum atq; amicorum seruorumq; comitatu, qui illi assidue præsto erāt, ad Aqui liorum domum cōtendit: ipsis absentibus. Quare eximprouiso impulsis foribus, domū ingressus in literas incidit ibi a legatis relictas. Dum his Valerius intentus erat: Aquilii citato cursu fecerūt impetum foribus: consertis manibus nitebantur literas auferre. Contra repugnabant: iactisq; ad collum vestibus vi ac magno cum labore impulsi impellentesq; per vicos in forum traxerunt. Ea dem ferme circum regiam gesta sunt. Nam Marcus aliis deprehensis literis quæ ad legatos delatæ erant, & ex regia familia quot potuit comprehensos per traxit in forum: vbi compressō a consuli bus tumultu, Vindicius domo productus: cōstitutaq; accusatione literæ apertę & recitatæ sunt: nec illi cōtradicere quicq; ausi sunt: mœstitia vero & silentium omnes habebat: pauci tamen studē Brutus cō tes Bruto gratificari, exilii apud eum mētionē habebant: Collatinusq; ipse spem illis clementiæ stātiaio fi suis lachrymis afferebat: quas Valerius confirmare taciturnitate sua videbatur. Tum Brutus no lios trucida mine filios singulatim appellans: Age inquit Tite: age Tiberi: cur nō accusationi respondetis? Vt ri vidit. autem terrogati silentium egerunt: ad lictores cōuersus: Vestrum iam inquit reliquum est opus. Il li statim comprehensos iuuenes nudantes, actisq; in tergum manibus, virgis ceciderunt. Quum alii oculos auerterēt: nec atrocitatē tātā aspicere aut tolerare possent: pater motos oculos tenuis se dicitur: nec misericordia ęq; tristitia vultus & seueritatē remisisse: sed filiorum supplicii spe ctatorem se præbuisse: quoad lictores securi caput a ceruicibus abstulerunt. Inde reliquis in pote statem collegæ traditis, assurgens de loco abiit: re eiusmodi a se gesta: quæ nec volentibus laudan di pro dignitate: nec vituperādi cuiq; locum reliquisset. Aut enim eius virtutis celsitudo sedatum animum prebuit: aut calamitatis magnitudo sensum doloris eripuit: quorum neutrum neq; pa rum, neq; humani est ingenii: sed aut diuinitatis cuiusdam aut immanitatis. Æquius est autē pro viri gloria probare iudicium eius: q; virtuti diffidere. Romani enim haud tantam rem gessisse in cōdenda vrbe Romulum opinantur: quantam Brutum in recuperāda libertate cōstituendaq; rep. Ar post eius e foro discessum: diu ex rebus ab eo pactis stupor simul & horror inter omnes ac silen tium fuit. Et Aquilii mollitie Collatini cōfirmati, petierūt ad respondēdum tēpus: Vindicium ser uum sibi reddi iubentes: nec apud accusatores asseruari. inclinante ad hæc cōsule: dimittenteq; hac cōditione concionē: Valerius turbæ permistū hominem nō poterat dimittere: neq; populū dimis sis, ditoribus abire sinebat. Ad postremū quum iniecisset in hos manus, Brutū implorabat: Col latinum clamitās rē indignā facere: si imposita collegæ necessitate occidendi liberos, æquum ipse duceret fœminis per gratiam proditores patriæ & hostes cōcedere. His permoto vehementer con sule & cōprehendi Vindiciū iubēte: lictores repulsa turba cepērūt hominē: conātibusq; eripere in

cusserunt verbera. At amici Valerii repugnantes aderant: populusq; Brutũ adesse iubebat: qui quũ iterum rediisset in cõcionẽ: omnibus audire iussis: Iudicem se inquit idoneum de nece liberor̃ fuisse. De cæteris autem, liberis iam ciuibus suffragium permittere. Dicat igitur siqs velit & populo p̃suadeat. Nihil vltra verbis opus fuit: quin omnium suffragiis condẽnati secuti percussi sunt. Collatinus autem iam ante & ob necessitudinem & ob inuidiam Tarquinii nominis in suspitionem venerat. A Tarquinio enim vehementer animi omniũ abhorrebãt. Vbi vero hæc ita inciderunt: omnibus omnino odio atq; acerbitati fuit. Ita consulatu se abdicans ciuitate excessit. Sic rursus de subrogando consule comitiis habitis, Valerius in Collatini locum suffectus est: promptitudinis in remp. gratia. Qui quum dignum putaret: Vindicium gratiam aliquã reportare: eum suo decreto libertate & ciuitate donauit: & ferẽdi suffragii in quacũq; vellet tribu potestate. Aliis aũt libertis obeundi suffragii munus ad populares gratiam concessit Appius. Manumissioni autem ob eam Vindicium vsq; ad nostram ætatem Vindictæ nomen mãsit. Post hæc, bona regum diripiẽdaplẽbi sunt data: domus autem & atrium diruta: Ager Tarquinior̃ cõsecratus Marti. Martius deinde cãpus est habitus. Forte ibi tũ seges farris dicitur fuisse maturæ messis: quem campi fructũ, q̃ ob cõsecrationẽ religiosum putarent consumere, concursu facto defectam cũ stramẽto segetem addidis eodẽ cæsis arboribus, in Tyberim coniecerunt: incultumq; penitus infœcundũq; Deo locum dimiserunt. Frumẽti autem acerui in vadis hæsitantis fluminis sederunt: cæteris deinde cõsequẽtibus exitu p̃hibitis, & circũ applicãtibus se, viriũ permultũ & firmamẽti cõgeries cepit: quotidie aucta a flumine. Materiẽ enim multã deferebat: quæ nutrimentũ & impedimentũ afferebat: ipsę vero illi siões solũ minime mouebãt: sed leuiter p̃mẽres, eo oĩa cõportabãt. Ex magnitudine aũt & firmitate alia superaddita moles est: quæ ex superuenientibus incrementum accipiens, nunc insula sacra intra vrbem est: templaq; Deorum in ea, & porticus sunt. Hoc tũ aiunt quidã nõ. runc euenisse: quo tẽpore Tarquinii ager consecratus est: sed posterioribus tẽporibus, quũ Tarquinia finitimum ei loco agrum reliquit. Fuit autem Tarquinia sacra virgo vna ex vestalibus: quæ hoc facto maximos honores consequuta est. In quibus ille fuit honos: q̃ ex omnibus fœminis eius tãtũ testimoniũ accepturn esset. p̃missam vero sibi nubendi licentiã, repudiauit. Vex̃ hæc ita se habuisse fabulo se dicũtur. Tarquiniũ igitur frustratum spe recuperandi proditione regni, Hetrurii pro parte excercitus: & magna vi & copiis reducere aggressi sunt. Contra Romanas copias eduxerunt consules: sacrisq; in locis consederũt quo; hunc Arsiũ lucũ alter̃ Esuuiũ appellant. Iamq; manus conferre incipientibus Aruus Tarquinii filius & Brutus Romanus cõsul nõ temere aut fortuitu in se incidẽtes, sed odio & ira incensi, hic vt in patriæ hostẽ, ille vt in authorẽ exilii sui, citatis equis, furore magnaq; ratione & consilio concurrerũt: sic vterq;, vt hostẽ vulneraret, sui prorsus oblitus, alterius ictibus trãsfixi, moribũdi ad terrã ceciderunt. Tam crudele aũt pugnæ initium nõ mitior exitus consequutus est: sed paribus affecto cladibus vtroq; exercitu imbri pugna dirẽpta est. Dubius igit animi erat Valerius: quũ finis sibi prælii esset incognitus: videretq; animos militũ suis cædibus cõcidisse: inimicor̃q; ãr dertimẽtis claros esse. sic confusa & p̃mista ex multitudine strages erat. Ad hæc vtriq; sua q̃ in consp̃ectu erant: angorẽ magis afferebant: q̃ opinatæ res hostiũ victoriã cõfirmabãt. Quũ ita igitur pugnatũ esset: superueniũt tenebræ. Quiescẽtibusq; exercitibus, cõmotũ esse lucũ vocẽq; ex eo maximã editã ferunt hoc dicto: vno plures cecidisse Hetruscor̃q; in acie: q̃ Romanor̃. Diuina certe illa fuit vox. Stati nãq; Romanis animi creuerunt. Hetruscos autẽ tãtus terror incessit: vt egressi castris dissiparentur. Qui vero relicti sunt, nõ multis pauciores q̃ quinq; milia hominum, inuadentibus Romanis capti sunt, & cætera oĩa direpta. Quũ vero cadauera enumerassent: quindecim milia & trecenta ex hostiũ acie: ex Romanis aũt vno pauciora sunt inuenta. Ferunt hoc prælio ꝑ dekalẽdas Martias fuisse. Triũphauit vero ex eo Valerius primus ex consulibus curru quadriiugo inuect⁹. Quæ res pulcherrimũ & magnificẽtissimũ spectaculũ plebi fine vlla inuidia prębuit, & sine offensione intuentiũ. Nõ enim erat eius rei tanta æmulatio: nec gloria eius rei in multos annos p̃manebat. Honores a Valerio collegæ habiti sunt: funusq; eius quãto cum potuit apparatu fecit, funebremq; orationẽ de eius laudibus dixit: q̃ adeo grata iocundaq; Rõmanis fuit: vt ex eo consuetudo manserit: vt qui strenue pugnãdo obiisset, ab optimatibus laudaretur. Dicitur ẽt funebribus greco; orationibus illã vetustiorẽ fuisse: nisi iã Solon huius rei author extitit: vt Anaximenes orator tradit. Vex̃ ob eãrẽ maior inuidia Valerio constata est: si quidem Brutus, quem patrem libertatis existimarat populus, haud dignum putasset se solum regnare: sed socium sibi imperii adiunxisset: hic autem, aiebat, quum ad se omnia transtulerit, non Bruti consularum nihil ad eũ pertinẽtẽ, sed Tarquinii tyrannidem sortitus est. Quid opus est igitur Brutum quidem verbis extollere: re autem Tarquinium æmulari: & ex tam magna domo cum fascibus solum descẽdere: quãta illa regis non erat, quam demolitus fuerat? Etenim te vera Valerius habitabat sub domum vitelliam nũcupatam: imminentem foro, & desuper omnia despectantem: difficili accessu atq; arduo: vt eo descendente ipse aspectus pompæ magnificus ex loco edito apparens, regiam dignitatem & fastum præ se ferret. Quantum igitur valeat hominem in magistratu & in maximis amplissimisq; mu-

Collatin⁹ i suspitiõnẽ venit.

Vindicius libertate & ciuitate donatus est.

Vindictæ nomẽ vnde fluxit.

Cãp⁹ Martius.

insula sacra intra vrbẽ.

Tarquinia.

Arsius luc⁹ Esuuius.

Aruus Tarquinii filius & Brutus vna cõcurrunt.

Valerii triumphus.

Domus Vitellia.

neribus locatum aures habere loquendi licentiam, veroſq; ſermones pro aſſentatione admittẽtes: perſpicue in Valerio licet intueri. Quum enim e ſermonibus amicorum accepiſſet: ſic improbari iudicio multitudinis: neq; pertinaxin eo fuit, neq; ſe admoneri ægre tulit: ſed ſtatim nocte adhibitis fabris, domum demolitus eſt: ac funditus totam euertit. Quare quum primum illuxiſſet, conſurgẽtes Romani, aſpicientesq; viri animi magnitudinẽ, diligere admirarique: & domus demolitionem indigne ferre: eius ſpeciem & magnitudinem deſiderare: quæ quaſi humana quadam ſorte iniuſte eo inuidiam interiiſſet. Augebat rei indignitatem conſul: qui veluti eiectus domo, apud alios habitabat. Exceperant enim Valerium eius amici: quoad populus ſibi locum ædificandę domus dedit: domumq; multo illa priore celſiorem ædificauit: vbi nunc phanum qđ Vicas poſcas vocant ſitum eſt. Sed quum ſtatuiſſet conſulatum ex formidoloſo iocundum & manſuetum reddere, & gratum multitudini: ſecures a baculis ſeiunxit: ſubmiſſiſq; populo faſcibus, in concionem proceſſit: eaq; re popularem dignitatem reducere atq; augere viſus eſt: idq; a conſulibuſq; poſtea obſeruatum vſq; ad noſtram peruenit memoriã. Verum nõ vt multitudini viſum eſt, ſeipſum depreſſit Valerius: ſed ea moderatione, inuidia ſe & offenſione populi liberauit. Sibi aũt poſt ex illa re tantũ opum cõparauit, quantũ ſibi licẽtiæ abſtuliſſe videbatur. Incendit enim in ſe ſtudia vulgi, & ſibi obſequentiora effecit: vt cũ voluptate ei ſe ſummitterent: eius dicto imperioq; paterent. Publicola etiã deſt publica edens, ex eo eſt appellatus. qđ nomen in poſterum, dimiſſo priore, vſurpatum eſt: quo & nos deinceps in hominis vita deſcribenda vtemur. Permiſit enim volentibus ſurrogandi ei collegæ poteſtatem. Ante vero ſurrogationẽ, quum futuri incertus eſſet: metueretq; ne inuidia aliqua aut temeritate aduerſarii in ſe excitarentur: poteſtatem conſulis, quã ſolus obtinebat, in optimis & maximis rebus adminiſtrandis locãdã ſtatuit. Primum enim patrum numerum diminutum expleuit. Alii enim prius regis cædibus ſublati erant: alii in prælio nuper interierant. Qui vero ab eo aſcripti ſunt: legaxinta quatuor & centum fuiſſe tradunt. Letæ deinde ab eo leges: quarum plurimum roboris plebi adiecit ea, qua permiſit reis a conſulibus prouocationem ad populum. Secundo: qua ſtatuit capitale eſſe: ſi quis iniuſſu populi magiſtratũ adiret. Tertio: qua pauperibus pſpexit, & ciuiũ vectigalia ſuſtulit. Hac enim eos multo prõptiores reddidit ad artificia ſtruendos. Qua vero in eos animaduertit: qui minus conſulibus paruiſſent: adeo popularis fuit: vt plebe magiſq; propatriciis lata videretur. Quinq; enim boum & duaꝝ pecudũ pretiũ mulcta fuit: erat vero pretiũ pecudis oboli decẽ. bouis aũt centũ. Quũ enim nondũ nũmoꝝ vſus apud Romanos per id temporis frequens eſſet: pecudibus & iumentis plectebantur fontes. Ex quo inualuit: vt patrimonia a pecudibus vſq; in hanc diem peculia dicerentur. In vetuſtiſſimis quoq; nũmis, bouis aut pecudis aut ſuis ſignũ inciſum apparet. Ipſis quoq; Romanoꝝ filius Suillus, & Bubulcus, Caprarius item, & Porcius cognomẽta fuerãt. Sic quũ in his legũlator popularis moderatuſq; fuiſſet: in ea modeſtia ſupplicia etiã auxit. Statuit enim lege fas eſſe tyrannidem appetentẽ indẽnatũ opprimere: percuſſorẽ autẽ crimine cædis expiatum voluit: ſi probationes iniuriæ attuliſſet. Quũ. n. fieri non poſſet: vt quirem eiuſmodi aggrederetur, lateret oẽs: poſſibile aũt factu videretur, parentẽ & vim iudicioꝝ ſup greſſum pũenire: q; iniuria iudiciũ tolleret, ꝓcipere atq; ante opprimere valenti contra iniuriã inferentẽ permiſit. In quæſtoria ẽt lege ferenda maximã eſt laudẽ conſequutus. Vbi enim opus erat ad bellũ pecunias pro facultatibus ciues conferre: quũ neq; ipſe id munus obire vellet: & ab eo obeundo amicos dererreret: nec omnino publicas pecunias in priuatã domum inferri æquũ duceret: ęrariũ Saturni ædẽ conſtituit: itaq; hodiemanet. Conceſſit aũt populo: vt quæſtores duos creare poſſet: creatiq; ſunt primi. P. Veturius, & Marcus Minutius: & pecuniæ permultæ coactæ. Centũ enim & triginta milia in æriarum redacta ſunt: orphanis ac viduis remiſſo tributo. His ita deſpoſitis, comitiis deinde habitis, collegã ſibi Lucretium Lucretiæ patrẽ ſubrogauit: cui q; ſenior eſſet, primo loco cedens, faſces tradidit. q honor ab eo primũ obſeruatus, ſemper poſtea hodieq; ſenibus habetur. Sed intra paucos dies Lucretius moritur. Itaq; habitis iterum comitiis, ſuffectus in eius locũ eſt. M. Horatius. Iſq; reliquũ conſulatus tempus Valerio collega fuit. Tarquinio in Hetruria ſecundũ Romanis bellũ moliente, magnum ſignum extitiſſe dicitur. Quũ enim regnaret adhuc Romæ Tarquinius: templũq; Iouis Capitolini fere iam ad finem perduxiſſet: ſiue vaticinio admonitus ſiue ſibi aliter viſum eſt, currum ab initio fictilem Thuſcis quibuſdam ex Veioꝝ gente figulis fingendum mãdarat. Nec ita multo poſt regno exactus eſt. Quum autem Thuſci currum illum confectum in fornacem intuliſſent: aliud longe euenit, quam luto in ignem immiſſo accidere conſentaneum eſt. Condenſari enim atq; coire expreſſa humiditate ſolet: tunc autem relaxatum eſt, & intumuit: eoq; magnitudinis concepto robore duritiaq; increuit: vt vix ſublato fornacis culmine, deiectiſq; parietibus, vllo modo efferri poſſet. Quum vero ceciniſſent vates: eiuſmodi currum iis, apud quos aſſeruaretur, felicitatem & imperium portendere: ſtatuerunt Veii Romanis flagitantibus haud remittendum eſſe: reſponderuntq; currum ad Tarquinium, non ad eos qui Tarquiniũ eiecciſſent, pertinere. Paucis poſt diebus, equeſtres apud illos ludi agebantur. Hic quum alia ſpectaculo & ſtudio digna ex more affuerunt: tum q; triũgum currum victorem quum

Valeriꝰ domum ſuam demolitꝰ ẽ

Vicas poſcas.

Publicola Valerius quur appellatus ſit.

Patres a Valerio adſcripti.

Leges a Valerio latæ.

Mulcta bouum & pecudum.

Peculia vñ dicta ſint patrimõia

Cognomẽta familiaꝝ a nummorum ſignis indita.

Lex in tyrãnos edita.

Ærariũ Publicola conſtituit.

Quæſtores q primi creati fuerint.

Lucretiꝰ Lucretię pater cõſul creatꝰ

Senibus quũ primũ honor obſeruatus.

M. Horatiꝰ cõſul creatꝰ

Currus fictilis portẽtoſus.

extra hippodromũ auriga impelleret coronatus: perterriti equi, nulla manifesta causa, sed diuina q̃ dam sorte aut fortuna, cũ auriga insidente, citato omni celeritate cursu, Romam versus ferebant. Vbi vero nulla eius annitentis vi retineri aut retardari potuerunt: impetu raptũ atq; asportatum vsq; ad Capitolium, ibi hominẽ iuxta vrbem deiecerunt: quam Rhatumeniã nunc vocant. Hoc facto Veii stupore ac metu perculsi: sigulis currũ restituendũ curarunt. Templũ quidẽ Capitolini Iouis Tarquinius Demarati filius Sabino bello ædificatum; se vouerat. Tarquinius aũt Supbus ædificauit: filius vel nepos eius, qui vouerat consecrationem vero non obiit. Parum enĩ adhuc ad absolutionẽ deerat: quo tpe eyrãnide excidit. Quũ vero templũ oĩbus partibus absolutũ esset: decoraq; oĩa & ornamenta ei adiuncta: consecrandi eius Publicolam maxima libido incessit: sed plæroſq; ex patriciis, cum ob alios eius honores nimimos quos ex legibus ferendis, quos ĩperiis militaribus cõsequutus fuerat, inuidia atq; æmulatio insectabat: tum hũc pſertim alienum minime illi addendũ existimabãt. Itaq; Horatio collegæ eius suaserunt: vt Publicolæ de consecratione nõ cederet: eũq; ĩ Capitoliũ duxerunt: vt qui præsente Valerio, eius opibus obstare non potuissent. Opinio tamẽ plæroſq; obtinet: quũ eẽnt Valerius Horatiusq; sortiti, vter dedicaret: imperiũ Valerio inuito, sorte Horatio consecrationẽ euenisse. Verũ quo pacto se habuerit res, ex iis quæ in ipsa consecratione euenerunt coniectari licet. Idibus igitur Septembribus: quo tẽpora luna plena est, congregatis in Capitolio Romanis maxima frequentia indicto silentio, postem iam ex more tenẽti Horatio, frater Publicolæ Marcus, quũ iampridẽ iuxta portas manssisset, obseruato tpe, fœdum nũtium incusſit: O consul inquiens: filius tuus ex morbo in castris interiit. Ea res oĩbus molestiæ fuit. At Horatio nihil cõmotus, Cadauer igitur inquit, quo vultis proiicite. Ego enĩ minime fletus admitto: sic postem tenens consecrationem peragit: & dedicat templũ. Fuerat autẽ id nuntiũ haud verum: sed id Marcus ementitus: quo Horatiũ ab eo munere deterreret. Mirifice igitur constantem se præbuit: si ue non credideret factum, confictamq; rem breui cognouetit: siue tantũ roboris animo fuit, vt credita re non moueretur. Videt autẽ secũdũ quoq; templum simili fortuna fuisse. Primum enĩ vt dixi/mus, a Tarquinio exædificatum dedicauit Horatius. bellis autem ciuilibus igni consumptum est. At secundum instaurauit quidem Sylla: dedicatiõi autẽ Catulus inscriptus: Sylla morte ĩtercepto. Hoc autem rursus in Vitelli seditionibus euersum ac dirutũ. Tertio Vespasianus ea qua in cæteris felicitate vsus, de integro reficere aggressus opus perfecit. Sed instructi deinde a se templi euersionẽ non vidit: sed tanto Syllæ fortuna prestitit: q illum mors ante consecrationem eripuit: hic ante de solationem decessit. Vna enĩ cum Vespasiani interitu inflammatum Capitolium incensumq; est. Hoc autem quartum a Domitiano perfectũ & consecratum est. Dicitur aũt Tarquinius in fundamenta templi quadraginta milia argenti libraꝝ impendisse. Huiusvero qd nostris temporibus Romæ est: priuatæ diuitiæ omnes siquis ratio cineturne addeaurationẽ quidẽ sufficerent: quum duo/

* decim milia talentorum impensa excesserit. Colũnæ eius templi ex * Pentelesio lapide excisę sunt: crassitudinemq; habent optime longitudini congruentem. Vidimus quidem ipsas olim Athenis: sed rursus Romę extenuatę atq; expolitæ, non tantũ ex sculptura ornatus acceperunt, quantũ mẽ furarum conuenientiæ amiserunt: quum suo decore & specie vacuę atq; exinanitæ appareãt. Qd siquis Capitolii sumptuositatem miratur: is si vnam ĩ Domitiani domo porticum aut basilicam vel balneum aut cõcubinarum dietã vidisset: profecto quale est illud Epicharmi contra profusum: dictum: Non beneficus tu quidem: morbo afficeris: ædificare gaudes: tale aliquid in Domitianum vsurpet: Non religiosus tu quidẽ: aut honoris cupidus: morbo afficeris: ædificare gaudes & vt nuda Syllæ aurea tibi omnia esse cupis. Sed de his satis. Tarquinius igitur post magnum illud præliũ in quo filium cum Bruto pugnantẽ amiserat, Clusium supplex ad Laertem Porsenam confugit: q per id temporis & viribus & virtute cæteris Italiæ regibus lõgissime præstare putabatur. Hic se illi pollicitus est opem laturum. Ac primum Romam de recipiendo Tarquinio legatos misit: qd vbi denegatũ est a Romanis, indicto ante bello, denũtiatoq; tpe ac loco in quẽ inuasurus esset, Romã magno cũ exercitu venit. Publicola secundo & Tito Lucretio consulibus designatis. Romã autẽ re diens quũ primũ Porsenã animi magnitudine ac elatione vellet superare: quum iam diuitiis valeret plurimũ: Sigliuriã vrbẽ exædificauit maximis sumptibus: eoq; septingentos deduxit colonos: vt ostenderet se nulla belli cura aut metu cõtineri. At tñ ab hostibus impetu acerrimo facto reiecta sunt a Porsena presidia Romanorum: quibus in fugam conuersis, parum abfuit, quin insequentem hostem ac permistũ vna in vrbem susciperẽt: sed Publicola cum subsidio pro portis occurrit: & iuxta fluuium commissa pugna, diu hostium impetum sustinuit: quoad multis acceptis vulneribus, in vrbem reportatus est. Quare animi Romanorum vehementer conciderunt: fugaq; ad vrbem facta, salutem quæsierunt. Impellentibus pet ligneum pontem hostibus magnum periculum vrbi impendebat. Itaq; primus Cocles Horatius, cũq; eo duo, quos pudor tenuit, Hermenius & Lucretius ambo clari genere ad aditũ põtis se offerentes, impetum hostiũ suo corpore exceperũt. Horatio vero, q; alterum oculum in bello amisisset, cognomentum Cocles est inditum. Quidam tamen id ex similitate nasi tractum autumant: quia sub ipsa fronte ita depressus demissusq; erat: vt

Rhatumenia.
Tarquinij Demarati filius.
Horatij audita filii morte non cõmotus.
Capitoliũ a Domitiãno cõsecratum
Pentelesius lapis.
Clusium, Laertes Porsena.
Sigluria vrbs.
Publicola multis acceptis vulneribus in vrbẽ deportat.
Cocles Horatius.
Hermenij.
Lucretius.

Cocles qua si cyclops.

nullũ fere inter oculos discrimen extaret: ipsaq; supercilia cõmista inuicem confusaq; forent Iecit co volentibus eum multis Cyclopem appellare: delapsa loquendi consuetudo obtinuit: vt iã Cocles a plurimis diceretur. Hic igitur stans pro ponte acriter arcebat hostẽ: quoad socii post se pontem interrumpunt: sic armatus in Tyberim desiliẽs, tyrrheno telo saucius in nare, incolumis ad alterã fluminis partẽ tranauit. Eius virtutẽ Publicola admiratus: statim. Romanis persuasit vt pro domesticis copiis quantũ sibi in die satis esset ad victum, tantũ ei quisq; cõferret: deinde agri quantum vno die circũarauit datum: statuaq; eius ærea in æde Vulcani posita. Sic detrimẽtum corporis acceptum ex vulnere, ex quo claudus postea fuit, his rebus solabatur. Imminẽte igitur vrbi Porsena infesta obsidione, frumẽti cũ summa charitate inopia Romanos inuasit. Ad hæc alius Thuscorum exercitus seperatim in agrum Romanorum impetum fecit. Interim Publicola tertio cõsul dum Porsena sedendo spẽ haberet expugnaturũ se esse vrbẽ: intentus in occasione, repente egressus vrbem, repentino tumultu hostem adortus est factaq; fuga, quinq; milia hominũ Thusci amisserunt. De Mutio aũt multæ sunt variæq; sentẽtiæ: quarũ eam nos sequimur: quę probabilior nobis videtur. Erat Romæ adolescens nobilis omni virtute præditus, & clarus maxime in rebus bellicis. Hic quum statuisset Porsenam occidere: Thusco habitu indutus, Thuscoq; sermone fretus, penetrauit in hostium castra: ac prope regis tunc sedentis tribunal cõstitit. Sed quum regem haud plane nosset: & scisciteri timens, quis Porsena esset: vnum ex iis qui iuxta sedebant, quem maxime regem esset putauit, pro rege obtruncat. Deinde comprehensus a satelitibus ad Porsenam ductus, petitur ab eo facti causa. Hic incensa ad futurum sacrificium facula dextram iniicit: quã quũ torreret: truci & horrido ore atq; vultu Porsenam intuebatur: quoad Rex attonitus miraculo, ab altaribus iuuenem amoueri iussit.

Quinq; milia Thuscorum amissa Mutij Scæuola.

Quumq; a sede sua ensem illi redderet: ille lęuã intendens manum (ob hoc etiã dicitur Scæuolæ cognomentũ traxisse: nam σκαιον græce læuum & siniſtrum significat) se tunc inquit: Porsenam ante vicisse: q; in metum cõiecerat: ab eo nũc virtute superari: eaq; se illi per gratiam indicare velle q̃ ne necessitate aut supplicio quidẽ vllo indicasset. Trecenti enim inquit Romanii in tuis castris errant: qui hos inte animos gerunt, occasionem tẽporis obseruãtes mihi: autem forte euenit: vt rem primus aggrederer: nec fortunæ tamẽ succenseo: q; meo errore virprobus seruatus sit: & dignus qui amicus magis. P.R. habeatur q̃ hostis. His verbis Porsena fidem adhibuit: & ad pacem vehementer cœpit spectare: pacis conditionibus vltro Romanis oblatis: nõ tam (vt mihi quidem videtur) metu trecentorum permotus: q̃ virtute Romanorum & animi magnitudine adductus.

Muti⁹ quare Scæuola dictus sit.

Hunc virum Mutiũ Scęuolam nuncupatũ ab oĩbus * Athenodorus * Sando in iis quæ ad Octauiam scripsit Cæsaris sororem tradit, Opsigonum etiã esse nuncupatũ. At Publicola non magis grauem hostem Porsenam fore opinatus, q̃ q; dignũ Romanorũ amicitia iudicaret: nõ refugit apud ipsum inter Tarquinium & Romanos iudicium fieri: sed spe optima retus sæpe incolloquium hortatus est: vt Tarquinium nequitiosissimũ hominem & iure pulsum regno argueret. Respondente autem Tarquinio asperius: nullius iudicio se, minimeq; omnium Porsenæ committurũ: siquidem facta societate immutaturũ id responsum Porsena ægre ferens, & simulsilio Arunte studio Romanorum obsecrãte bellũ composuit: agro a Romanis quantũ Thuscis abstulerant, captiuisq; restitutis: ac receptis transfugis. Horum gratia decem prætextati totidemq; virgines ex patricio genere obsides dati. In quibus Valeria Publicolæ filia fuit.

Valeria Publicolę filia

His conditionibus composita pace, sublatoq; a porsena omni bellico apparatu, per fidem virgines Romanorum lauãdi gratia descendunt: qua ripa flumini æqualitate sua placidum amnem & quiete fluentem reddebat. Vbi quum intuerẽtur custodem neminem adesse: nec aliter se nisi nauigio euadere posse: aggressæ sunt natando magnos fluctus & profundos vortices superare. Quidam dicunt ex iis vnam * Cocliam equo fluuiũ tranasse: aliasq; ad id facinus adhortatã esse. Quum autem ad * Publicolam incolumes venissent: haud admiratus est, neq; factum probauit: sed vehementer indoluit: si deterior q̃ Porsena in seruãda fide appareret, & Romanorum fraudem virginum audacia tueretur. Quare illas comprehendi, & ad Porsenam iterum reduci iussit. Hæc quum ante agi sensissent Tarquinii familiares: insidias ducentibus locarunt: & in ipso tranſitu eos adorti sunt. Contra stantibus autem illis & se acriter defendentibus: Publicolæ filia Valeria per medios pugnantes effugit. Quam tres seruuli consequuti ex eo periculo seruarunt: aliæ permiste militilitibus nõ sine magno periculo fuerunt. Quæ quum apud Arũtem Porsenæ filium pererebruissent: summa celeritate eo cum auxilio decurrit: atq; hostibus fusis Romanos tutatus est. Ast vbi virgines ad Porsennam perductæ sunt: quænam fugæ author & hortatrix extitisset, contendit. Audito autem Cocliæ nomine, in eam miti atq; alacri fronte cõuersus est: tum iubens vnum ex regiis equis pulcherrime ornatum ad se duci: eum dono virgini dedit. Hoc testimonio vtũtur ii qui Cocliam tantum assecuerant equo fluium traiecisse. qd̃ alii tamẽ nõ probant: sed, vt aiunt, regem virile facinus præmio decorare voluisse.

Coclia. Chlœlia dicitur Liuio cæteris q; latinis.

Statua Cocliæ posita.

Posita est autẽ eius equestris statua: qua sacra via ad Palatiũ itur: quam quidã non Cocliæ, sed Valeriæ esse aiunt. Deinde Porsena redeunte grata pace in amicitiam Romanorum susceptus, alio opere sui animi magnitudinem Romanis ostendit. Iussis

enim Thuscis arma tantum accipere: aliud preterea nihil secum exportare: castra opulenta multo & vario commeatu Romanis reliquit. Itaq; mos vsq; ad nostram memoriam manet: vt quum publice auctionantur: prima quæq; Porsennæ bona per præconem denūtiant, honoremq; viri celebrant, beneficii memoria sempiterna. Statua etiā Porsenę iuxta curiā posita est. Post hæc Sabinis discursionibus agrum vastantibus. M. Valerius Publicolæ frater & Posthumius Tubertus consules creati sunt. Quumq; res maxime gererentur sententia & auctoritate Publicolæ: duobus prælijs a Marco bene pugnatum cū Sabinis est: quorum secundo nemo Romanus cecidit: tredecimq; milibus hostium captis triumphauit: eiq; in honorem virtutis domus publicis impensis ædificata est. Quūq; cęterarum ędium fores intro aperiendo impellerentur huius domus tantū extra fores aperiendi vsus erat: vt ex hac honoris concessione appareret quotidie domus ea publice aliqd admissura, Græcas vero domos eo pacto auctoritate comicorum superiori ætate huiusmodi ferunt: q intus fores suas pulsare sint soliti, vt eo sonitu ante fores stantibus aut accedentibus significent illas aperiri: ne illis ipulsis in angustū deprehenderētur iptudēter: atq; incurrerent. In posteriori anno Publicola quarto consul designatus est: expectatioq; belli erat Sabinis Latinisq; insurgētibus: & simul pestis quædam vrbē inuaserat. Omnes neq; grauidæ mulieres perfectos pueros edebant: nec vllus partus ad finē exactis mensibus perduci poterat. Vnde Publicola quum ex libris sibyllinis Orcum placasset: reuocatisq; Pythiis quibusdā certaminibus spes ciuitatis ad rem diuinā erexisset: toto animo ad sedandos metus, qui ab hominibus impendebant, se conuertit. Magna enī belli moles, magnię motus ab hostibus parari efferebātur. Erat igitur in Sabinis Appius Claudius vir quidē, diuitiis & viribus clarus: sed pbitatis existimatione & eloquētia regionis illius facile princeps. qui qdē, quod cæteris magni viris euenire est solitū, ne in inuidiā vocaretur euitare nō potuit. Caput aūt eius inuidię atq; atrocitatis erat: q pacis author fuisse: remq; Romanā viribus auxisse diceretur: quo sibi aditum ad occupādū patriā muniret. Hic quum accepisset eum famā haud inuita multitudine efferri: vehementerq; a turbatoribus belli premeretur: nec par factioni esset: formidans iudicium, collecta magna & clientū & amicorū manu ad tutelā sui corporis, seditionē concitauit: quæ res mora ac dilatio belli Sabinis fuit. Hęc Publicola nō solū cognoscere studebat: verū eos magis magisq; incēdere: factioni adiutore esse certos viros etiam ad Claudiū mittere: qui hæc ex se illi nuntiarent: Publicolam illū virū pbum & iustū ducere: nec decere suos ciues etsi iure possint, iniuria puocatū aliquo malo afficere. Q d si saluti suæ cōsulere in aīo esset: Romā migrare: & inimicorum se inuidia liberare: ab eo publico honore, pro illius virtute & populi Romani dignitate, acceptū iri. Hec Claudio sæpius cogitanti ex instātibus necessitatibus optimū factu visum est. Sic hortatus amicos: illis quoq; alios sibi adiungētibus: quinq; milia domorū vna cū cōiugibus ac liberis inde abducēs: quod genus in Sabinis minime turbulētū, sed mite quietęq; vitæ studiosum Romā traduxit: quibus Publicola humanissime acceptis ad oīa iura ciuitatis & munera cōsequenda adiutorē se pmptissimū præbuit. His omnibus eius opera ciuitas data: agerq; trans anienē singulis duo iugera. Claudio vero qnq; & vigiti tradita. Idem quoq; inter patres lectus. Hoc illi reip. administrandæ initiū fuit: in ea vir prudēs cognitus, haud multo post in principū dignitatē peruenit: plurimūq; opibus & potētia valuit: genus etiā Claudiorū Romæ nulla re deterius reliquit. At rē Sabinorū ita diuisam eorum secessione nō sinebāt populares seditiosiq; ciues in ocio & pace quiescere: verū angebātur in dies magis: si Claudius quæ præsens obtinere nequisset, ea exul & hostis transigeret: nec Romani eoꝝ quę p summāinimicā cōtumeliāq; pararant, suppliciū luerēt. Magno igitur exercitu ex Sabinis pfecti iuxta Fidenas cōsedērūt: & in conspectu vrbis in insidiis locarūt in locis circūclausis & cōcauis qnq; milia militū: q quum primū illuxisset, palā cū paucis equitibus prędam acturi erāt Is erat mādatum: vt impetu ad vrbē facto, retro cederent terga dātes: quo ad intra insidias Romanum adduxissent exercitū. Quibus eodem die ad publicolam per transfugas delatis, statim contra illorū fallacias suas ipse vires opposuit: copias distribuit. Gener ipsius * Calbus Posthumius quinq; milia peditū agens ante lucē occupatis tumulis sub quibus subsiderāt Sabini, eos præsidio obtinuit. Collega aūt Lucretius relictus in vrbe cum copiarum parte leuissima & fortissima: vt a nobis equites auertentes prædam adorirentur: ipse cū reliquo exercitu inimicos vndiq; circūdedit. Ac forte in aurora obortis nebulis Post humius eos q insidiis erāt, ab ipsis tumulis ifestare telis cœpit: aduersus vero equites qui prędrāt, Lucretius suos emisit: Publicola hostium castra aggressus. est. Sabinorum igitur res summa clade & exitio vndiq; petebatur: qui autem cedendo pugnabant, statim Romani obtruncauerūt: quum res multo aliter ac rati fuerāt cecidisset, Nam quum aliis alii saluti se futuros putarent, manēdi pugnandiq; curam abiecerunt. Atq; hi qdem dum effusi e castris ad eos qui in insidiis erant: illi rursus ad castra cursu ferebātur: in eos ad quos cōfugiebāt inciderūt: eosq; ope egētes iuenere: a qbus ipsi auxiliū expectabāt. Veꝝ ne interirent oēs, qbusdā Fidenatū ciuitas quæ ppe aderat, saluti fuit: atq; iis in primis q captis castris effugerant. Qui vero errore alio lapsi Fidenis aberrarūt, interēpti oēs aut captiui adducti. Hanc rē tā fauste feliciterq; gestā, & si Romani oēs res magnas i deū authorē referre sint soliti, eā solius cōsu

Statua Porsenę posita M. Valerio Publicolæ frater.

Posthumio tubertus.

Græcæ domus quō aperirentur.

Publicola quarto consul designatus.

Appio Claudius.

Appius qnq; milia domorū ex Sabinis Romā traduxit.

Claudio rū gen apud Romanos relictum.

*Galbus.

Galbus Posthumio gener Publicolæ.

Sabini victi

lis virtute gestã prædicabant. Atq; etiãm ex iis qui ante conseruerant manus: erat audire: Publicolam claudos cæcos suis ensibus hostes obiecisse: vt illis pro arbitrio vterentur. At populus Ro. ex hostium spoliis & captiuis maximis opibus & copiis locupleratus ẽ. Sic publicola designatis post se consulibus vrbem tradens, vt statutũ est hoibus: paulopost discessit e vita: quũ in oibus eius vitæ partibus integerrime sanctissimeq; vixisset. Populus vero Romanus velut si nihil in eum pro dignitate contulisset, dũ viueret: sed oẽm ei gr̃am deberet: publicum honorẽ funeri decreuit: ac quartam quisq; substãtiæ partem in id funus ornandum contribuit. Mulieres quoq; suo priuatim iudicio permotæ, annum sumo honore & desiderio virum luxerunt. Sepultus est aũt, & hoc decernẽ tibus ciuibus, intra oppidum Velina nuncupatum: eiusq; sepulcri tota familia particeps est facta. Nostra autẽ ætate, nullius sepultura in genus descendit. Quũ autẽ eo detulissent cadauer deposuerunt: hic incensam quidam facem accipiẽs q̃ maxime alte potuit extulit: re testatus licere quidem: sed honori parcendum. Hoc igitur pacto cadauer exportarunt.

Publicola moritur

Velina oppidum.

¶ PVBLICOLAE ET SOLONIS COMPARATIO.

VM IGITVR in his viris comparandis priuatim aliquid super est: nec ad vnguẽ in his quæ memoriæ mandata sunt: alter forte alteri est imitatus: alter est testis alterius? Intuere enim eam Solonis ad Cræsum de felicitate legem magis q̃ Tello: Publicolæ cõuenire. Telli enim quem ipse mortis opportunitate virtuteq;, & filiorum probitate felicẽ dicit fuisse: neq; filii vsquã inter claros viros a poetis memorant: neq; eiusdem magistratus vllus aut imperium gloriosum fuit. At publicola & viuus opibus & gloria ob virtutem, Romanorum princeps est habitus. Et post mortem inter clarissimas familias & gñas Publicolæ Messalæ ac Valerii sexcentos iam per annos præclaræ originis gloria repo nuntur. Tellus rursus ab hostibus, vt vir strenuus in aciem anendo, pugnandoq; mortem occubuit. Contra Publicola interẽptis hostibus, qd profecto felicius est q̃ mori: patriam sua virtute victricem aspiciens cõsul atq; imperator, triũpho honoribusq; auctus, optabilem ac beatum Solonis opinione exitum consequutus est. Ac etiam iis quæ de vitæ tpe in Minnermo refutando tradit. Ne mihi supremo desint in funere fletus. Lãgueat, & lachrymis quisq; sodalis agat: Publicolam felicem testatur. Moriens enim non modo amicis & necessariis luctus & lachrymas: sed etiam triste desiderium suæ ciuitati reliquit. Nam cum Romanæ mulieres non aliter gemitu prosecutæ sunt, acsi filium vel fratrẽ vel cõmunem parentẽ omnium amisissent. Diuitias quidem habere cupio inquit Solon: per iniuriam cõsequi possidereq; nolim: consequitur enim supplicium. Publicola vero non modo in parádis diuitiis ab iniuria abfuit: verumetiam eas in pauperibus iuuandis subleuandisq; cõsumpsit. Vt si sapientissimus omniũ Solon est habitus: felicissimus Publicola iure existimari possit. Quæ enim bona ille pro maximis optarat, ea consequi & conseruare vsq; ad finẽ Publicolæ contigit. Sic Solon Publicolam: ille rursus Solonem illustrauit: & exemplum homini remp. moderanti præclarissimum ad imitandum exposuit: quum consulatũ detracto fastu mitem: & mansuetum cõstituens, ab inuidia atq; offensione hominum vindicasset. Elegibus autem Solonis permultas Publicola ad vsum suum traduxit. Nam in constituendis magistratibus plurima sibi ex illius legibus sumpsit: & crimen deprecantibus prouocationem ad populũ, vt Solon ad iudices, dedit. Q d̃ si Senatum nõ constituit, vt Solon: at Senatorum numeꝝ auxit, ac ferme duplicauit. Quæstorum quoq; in pecuniis constitutio inde accersita, est. Ne prætor si vir acer & strenuus esset, iis occupationibus a cura rerum maiorũ abduceretur: nec si improbus: rebus pecuniisq; pmissis, occasionem sibi ad inferendam iniuriã oblatã esse existimaret. Quod autẽ ad odium tyrannorum spectat: vehementior nempe Publicola: siquidẽ deprehẽso in tyrannide affectanda pœnã cõstituit. Solon autẽ de indẽnato permisit suppliciũ sumi. In quo vero Solon recte a iure gloriari solitus est, tyrannidem sibi oĩum ciuium consensu & voluntate delatam respuisse: haud est id quidẽ cum Publicolæ facto vllo modo cõparandum: qui nactus tyranni cum principatũ, moderatiorẽ effecit, ac populatiorem: nec iis quibus iure poterat, vsus est. Atqui id quidem sensisse Solon videtur: quũ dixit: ita populũ optime imperia principis obire: si nec solutus nimis & liber esset: nec seruilem in modũ depressus. Propria autem Solonis remissio æris alieni fuit: qua nihil ad retinendam confirmandãq; ciuium libertatem præsentius ac efficacius esse potuit. Nihil enim legum æquabilitas proderat: ad quam pauperes phibebat æs alienum accedere: sed in quo maxime liberi esse videbantur, in eo maxime seruiebant: q; diuitibus in rebus iudicandis, in gerendis magistratibus in sententiis dicẽdis, eorum nutu ac libidine niterentur. At illud certe præclarius: cũ rescissionem æris alieni seditio semper consecuta sit: illa tantum vt occulto quodã, sed valido veneno fræta instantem seditionẽ sopiuit: conceptamq; in rebus labem atq; ignominiã vir

Carmen Minermi.

tutē & authoritate viri ſuperauit. Verum illa maxima reipu. poteſtate permiſſa, facile Publicola vincitur a Solone. Parebatur enim ei ab omnibus, ipſe vero parebat nemini: ac p ſeipſum nullis adhibitis, plurima & maxima in republi. geſſit. Ipſo tamē fine alter felicior ac beatior. Suam enī ip ſe rep. Solon ſublatam & euerſam viuus aſpexit. Publicolæ autē reſpublica vſq; ad ciuilis belli tem pora ſuum decus & ſpeciē ſeruauit. Hic enī latis ſtatim legibus, eiſq; in lignis ac literis ſine interpte aut miniſtro derelictis, Athenis diſceſſit. Ille manens cū poteſtate in gerenda republi. eam firma uit: & tutiſſimū in locū cōſtituit. Ille. Piſiſtra tum quū præuidiſſet, nō potuit prohibere: ſed ab ipſa eſt tyrānide inſurgēte victus. Hic regnū tot iam ānos opibus & potētia præſidēs eiecit, atq; ſuſtulit virtute quidem Soloni & volūtate par: fortuna vero & viribus ad pficiendū ſuperior. Q d vero ad rationē bellicam ſpectat: nec quæ aduerſus Megarenſes geſta ſunt, Daimachus Plateenſis Soloni adſcribit: vt a nobis ſuperius dictū eſt. At Publicola & ipſe manu dimicans, & cum imperio, pluri ma & maxima bella confecit. Quinetiam & in rebus ciuilibus ille per iocum quodāmodo ſimula tione inſaniæ de Salamine ſententiam dixit. Hic autem maximarum rerum ſuſcepto periculo, nō dubitauit in Tarquinium inſurgere. Idem quū coniuratione detexiſſet: ſumendi ſupplicii, & ne euaderent improbi: phibendi in primis author extitit. Nec corpora ſolū tyrannoꝝ de ciuitate eie cit: verūetiā ſpes omnis tyrannidis in poſteꝝ ſuſtulit. Sic rebus certamē atq; impetū quendā animi & concitationem ad reſiſtendum flagitantibus, acri præſentiq; ſe animo offerens, haud deterior vi ſus eſt: q; inermis in colloquio, & cōgreſſu, cedendo, & ſuadendo. Quibus rebus Porſenam virum metuendum & inuictum placatum reddidit, atq; amicum. At enim dixerit fortaſſe aliquis: a Solo ne Salaminem Atheniēſibus amiſſam reſtitutam eſſe. At Publicolam Romanos parto iam ante agro cedere coegiſſe. Verum decet ſemper præſentium temporum rationem habere. Qui enim rē pu. gerit: dubius quo pacto cuncta trāſigi queant, ſæpe parte remiſſa, vniuerſa cōſeruauit: paruaq; iactura facta, maiora conſequutus eſt. Quod Publicolæ tunc vſuuenit. Quum enim ceſſiſſet alie no agro, ſalutem & incolumitatem peperit ciuitati: & quibus magnū fuerat vrbem retinere, in eo rum poteſtatem ſua opera obſidentium caſtra venerunt: permiſſoq; hoſti iudicio, victor ea quoq; victoriæ addidit: qbus amiſſis optabilis fuiſſet victoria. Nā extimatione virtutis & pbitatis, quā ſi bi præter cæteros in cōſulatu pararat, præſens bellū deleuit: & belli apparatū Romanis ſubmiſit.

ALCIBIADIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO CRÆCO IN LATINVM PER DONATVM ACCIAIOLVM VERSA.



Alcibiadis genus ſi maioꝝ illius memoria repetaē, paternū q; dē ab Aiace, maternū vero ab Alcmeonide, quē ex Dinomacha genitum aiunt, originem traxiſſe videtur. Ferūt autē patrē ipſius Cliniam, trireme ſuis ſumptibus ſtipendiſq; parata, quū aliquando Atheniēſes prope Artemiſiū cū hoſtibus decertaſſent, ingētē ex eo prælio gloriā reportaſſe. Deinde in ea pugna quæ apud Coroniā cū Bœotiis cōmiſſa ē: dū ſtrenui militis & optimi imperatoris operam nauaret: dignam virtute ſua mortē opperiiſſe: atq; poſt eius interitū, Periclē & Ariphronē Alcibiadis tutores fuiſſe relictos: viro ſea tēpeſtate præclaros: & ma gna cum Clinia propinquitate coniunctos. Tradunt inſuper: quod mea ſententia veriſſimum eſt: amicitiam ſocratis ad claritatem & gloriam conſequendam nō mediocrem occaſionem Alcibia di præbuiſſe. Nam Demoſthenis mater, tum Lamachi, Theraminis, aliorumq; multorum, qui ea tempeſtate honoribus & rerum geſtarum gloria floruerunt, neq; cognita nobis eſt, neq; cuiuſquā literis celebrata: Alcibiadis vero nutricem quoq; genere Lacænam: nomine Amyclam & zopy rum pædagogum fuiſſe accepimus: quia eorum nomina grauiſſimi authores Antiſthenes, atq;

Clinia Alcibiadis pater.

Tutores Alcibiadis.

Alcibiades cum Socrate amicitia deuinctus.

Amycla. Alcibiadis nutrix.

zopyrus alcibiadis pædagogus.

Pulchritudo alcibiadis.

Plato literarum memoria prodiderunt. Verę de pulchritudine Alcibiadis quanta aut qualia a probatissimis scriptoribus, qui ei æquales fuerunt, prædicentur: nemo (vt ego arbitror) mediocriter doctus ignorat. Tracę aliis omissis: illud tantū dicere ausim: sua tēpestate omnibus Athenieńsibus, & dignitate oris, & totius corporis forma, vnū Alcibiadē præstitisse. Ac q̄q̄ illam Euripidis sententiam non satis probandam putē: qua asserit: adultam hominis ætatem oīum pulchro rū esse pulcherrimum: hoc tamē Alcibiadi pcipue est largita natura: sibiq̄ cū paucis fuit cōmune: q̄ non modo in pueritia, aut adolescentia, sed etiā in omni ætatis gradu, maximū semp decorem, ac formo sā hominis speciem prætulit. Addit pterea quandā ei in dicendo affuisse balbutiem: q̄ voci illius splē dorem: & sermoni gr̄am afferre videbatur. Aristophanes autē in his in quibus mordet Theoręs: sic Alcibiadem balbutientē inducit: Celnis Theolum caput adulatoris habentē? & Archippus filiū Alcibiadis mordens ambulans inquit dispari gradu, fuisq̄ delitiis effecit: vt vestem trahēdo & blādas emittendo voces, q̄ Maxime patri similis esse videatur. Natură vero Alcibiadis ferocem ac audacem fuisse, tum maximis cupiditatibus affectibusq̄ subiectam, ex varietate & dissimilitudine rerum quas postea gessit, facile intelligi licet. Vir enim quieti, otioq̄ infestus, contētionisq̄ supra modum amator, nihil sibi in vita expetendum aut magnopere laborandum putabat: nisi vt dominatu, famaq̄, & reę gestaę gloria cęteris mortalibus antecelleret. Quod sane ei a primis incunabulis: vt ex cōmentariolis puerilis eius institutionis percipi potest: insitū fuisse videt. Etenim quū aliquādo in palestra cū puero quodā luctaretur: iam q̄ aduersarius eū ad terram deprimeret: volens Alcibiades quocunq̄ pacto hanc ignominiā euitare: manum illius cepit: dentibusq̄ admouit. Dimittē te autē puero Alcibiadem, atq̄ clamante, tanq̄ mulieres eum mordere. An inquit ille, mulierum & non leonum potius, morsus Alcibiadis sunt? Præterea quum aliq̄n more puerorę Astragalis cū suis æqualibus luderet: secę ad iactum pararet: q̄, fors ad eum iaciendi peruenerat: forte currus per eā viam, vbi illi ludebant onustus agebatur. Cōcursus ad aurigam Alcibiades, primū rogare cœpit: vt quousq̄ ipse iussisset, currum cohiberet. Deinde cum homo agrestis pueę aspernaretur: currūq̄ permitteret, ob rusticitatē, suo more labi: cedētibus aliis pueris, solus Alcibiades hac (vt sibi videbatur) iniuria lacessitus: sese ante currum extensum supinū q̄ proiecit: Aurigam iubens eo pacto si vellet vlterius pertransire. At ille pueri audacia multorum q̄ clamore conterritus: qui tollere Alcibiadem properabant: currū extemplo cohibuit: iumenta q̄ retraxit. Verę post hæc Alcibiades quū emissis pueris ludis ad liberales disciplinas animū conuertisset: nihil sibi erat potius: q̄ vt magistrorę præceptis monitisq̄ pareret: eorę doctrina imbueretur: ac in ea omnia diligenter incumberet, quæ videbantur ad assequendā eruditionem & excolēdum ingenium pertinere. Artem modū didi tantū illiberalē: & ingenuo adolescente indignam fugiebat: magisq̄ tibiaę cantum q̄ alium sonum aspernari videbatur. Lyram enī neq̄ sermonem eius auferre dicebat: qui illa vteretur: neq̄ vultum deturpare. Tibias vero & sodaliū colloquia tollere: & tantam homini deformitatem afferre: vt tibicen quādocunq̄ os canendo buccas q̄ inflaret, vix ab is etiam dignosceretur: qui intima ei cēnt familiaritate coniuncti. Filii igitur Thebanorum quō disputare nesciant: egregie ingt tibia canāt. Nobis autē vt patres nostri dicere solent. Palladem quæ fistulam fregit, & Apollinem, qui & modulatorem fistulæ suffocauit, adesse sine inuidia sinant. Hos Alcibiadis sermones nunc ioco nūc serio habitos, vbi inter omnes adolescentes fama vulgauit: cunctis eius sententiā, vt generosam & egregiam cōprobantibus, tantæ turpitudini tibicines haberi sunt cœpti: vt q̄primū ex omni ingenuorum cœtu cōi consensu fusæ ac fugatæ tibiæ sint. Repertum est autē in accusationibus Antiphontis: Alcibiadem aliq̄n, quū esset adolescens, clam domo egressum, se ad amatorem Democratem contulisse: confestimq̄ Ariphronem voluisse eū, quia non reperiretur, publico præconio indagare: prohibuisse Periclem. Si enim inquit o Ariphron ignorātibus nobis Alcibiades mortē oppetiit: vna saltem die eius interitum diuulgari oportet. Si vero saluus atq̄ incolumis est: cur adolescentis vitam infami præconio notandam censes? Addit etiam ipse Antiphon in palæstra Siuyrtii ab Alcibiade quenda amatorem qui eū persequebatur, fustibus cæsum interēptūq̄ fuisse. Verum hæc quum ab inimicissimo homine, qui potius ifamiam Alcibiadis q̄ veritatem historię per quirebat, mandata memoriæ sint: neq̄ persuaderi nobis: neq̄ credi facile possunt. Iam vero quum plærique homines, quoręs opes & diuitiæ ea tempestate insignes erant, Alcibiadis amore turpiter deperirent. Socrates philosophus vir doctus in primis, huius adolescentis misericordia motus, statuit egregiam illius indolem, quæ tanq̄ præclara arbos amplissimos fructus paritura videbatur, quantum in se esset, malis a moribus auocare: & ad optima disciplinam, rectamq̄ viuendi rationem traducere. Atq̄ eo magis id sibi faciendum putauit: q̄ Alcibiadem non alienum ab hac sententia, vt suspicabatur, inuenit. Nam etsi opulentia, voluntates multorū, adulationes & alia mala pene inuicta Alcibiadi aduersarentur: ingenium tamen adolescentis quod in eo vehementer vigebat, breui singularem modestiam Socratis, virtutemq̄ cognouit. Itaq̄ discendi studio & sapiētiæ amore pellectus: extemplo cunctis amatoribus adulatoribusq̄ repulsis, ad Socraticam disciplinam animum vertit atq̄ omnibus posthabitis rebus, cœpit illius familiaritatem inire: sermonibus interesse: neq̄ a late-

alcibiades liberalibus artib⁹ operam dedit.

Tibiæ turpitudini habitę & damnatæ.

Ariphron & Pericles alcibiadis tutores.

Socrates alcibiadē virtutib⁹ ornare statuit.

re ſapientiſſimi viri vnq̃ diſcedere. Cernebat enim Socratem non gratiam puerorum, vt alii amatores, aut illecebras blandę voluptatis cõſectari: ſed modeſtiam & virtutem quęrere: atq; in eo præcipue laborare: vt ii qui eruditi aut vellent, aut poſſent, omni corrupтela inſolentiaq; depulſa, bonis moribus imbuerentur: Demiſſa eſt igitur ſuperbia galli: vt ille poeta inquit: & alæ ad terram demiſſæ. Alcibiades enim putans Socratis diſciplinã quaſi munus eſſe deorum: ad inſtruendos eruendoſq; iuuenes miſſum: ſeipſum deſpiciebat: illum ad mirabatur: virtutem amabat: vel imaginem potius, vt inquit Plato, gerebat amoris. Verum plærisq; Athenienſium illud admirari præcipue videbantur: q; quum Alcibiades, nũc cum Socrate ſimul cœnaret: nunc in paleſtra luctaretur: nunc in eodem tentorio moraretur: reliquos amatores qui quottidie eius veſtigia ſequebantur, negligeret atq; contemneret: & erga non nullos ſupra modum inſolentia vteretur: veluti ad uerſus Anitum euenſſe aiunt. Is quibuſdã hoſpitibus ad cœnam inuitatis. Alcibiadem quoq;, cuius amore nõ mediocriter deperibat, precibus multis rogauit: vt intereſſe huic conuiuio vellet. Aſpernatus hominem Alcibiades, domum diſceſſit: ibiq; ebrius factus poſt cœnã quum ad Anitum reuertiſſet: per aulæ oſtium: in eo enim conſtiterat abacus conſtipatus poculis aureis argenteiſq; refertus: capta opportunitate ſeruos celeriter iuſſit, vt eorum dimidiam partem ſubriperent: domumq; perferrent: quo facto Alcibiades confeſtim eos ſubſequutus fugam arripuit. Accuſantibus vero cunctis quo in conuiuio aderant, impudentiam ac inſolentiam Alcibiadis: ſolus Anitus nõ modo non impudentem inquit, ſed humanum etiam atq; liberalem Alcibiadem eſſe aſſeuero: qui quum ſibi liceret omnem hanc ſupellectilem ſuo arbitratu capere: dimidiam nobis partem reliquit. Sic ſe grauem Alcibiades omnibus amatoribus difficilemq; præbebat: præterq̃ cuidam aduenæ & inquilino homini: qui vt gratiam Alcibiadis beniuolentiamq; iniret, omne ſuũ patrimonium vẽdidit: centum ex eo collectas ſtateras ad Alcibiadem detulit: multis precibus rogans vt acciperet. Ridens Alcibiades, ne amatoris munificentiam aſpernari videretur, acceptа pecunia quum hanc hominem domum perduxiſſe: poſt cœnam aurum ei reſtituit: iuſſitq; vt ſequenti die in forum accedens publicanorum pretium, qui vectigalia ciuitatis empturi a præſidibus erant, in auctione ſuo pretio ſuperaret. Renuentem hominem ac tergiuerſantem ob magnitudinem rei, quæ vires ſuas longe videbatur excedere: Alcibiades nunc minis, nunc adhortationibus compulit: vt huic ſuæ cupiditati obſequeretur. Nam cum publicanis iãdiu Alcibiadi priuatim ſimultates intercedebant: Aduena igitur ſummo mane in forum profectus, publicanorum pretio vnum adiecit talentum. Hanc peregrini hominis audaciam, veluti nouam & inopinatam admirantes publicani grauiterq; ferentes clamitare cœperunt: vt vades aduena iſte præberet: quaſi eum inuenire non poſſe arbitrarentur. Horum clamore aduena, qui ſuas vires non ignorabat, ſupra modum abſterritus, fugam iam arripere videbatur: quum Alcibiades ad magiſtratũ cõuerſus, Meus inquit eſt amicus: me (ſi vobis libet) pro familiari meo vadem accipite. Publicani q nouis emptionibus ſoliti erãt veteres ſp diſſoluere, Alcibiadis fallacia cognita, quæ in ſummũ diſcrimen fidem fortunaſq; eorum cõiiciebat: non mediocriter animo defecere. Nullũ igitur remediũ niſi hunc hominẽ de medio ſummouerent: ſuis rebus eſſe cernentes: eum orare hortariq; cœperũt: vt pecunia accepta illinc abiret. Prohibente vero Alcibiade minus q̃ talẽtum accipere: nõ prius diſceſſit, q̃ publicani vt Alcibiades voluit integrum talentum dederũt. Atq; eo pacto alcibiades ſine vllo ſuo incõmodo peregrino & familiari homini profuit. Verum ea tempeſtate Socrates in erudiendo alcibiade ſtudium adhibens & diligentiam, multis etiam nobilibus aduerſantibus viris, adoleſcentẽ ſic ad modeſtiã & tẽperantiã concitabat: ſic ab omni turpitudine deterrebat: vt ille plerũq; multis cũ lachrymis ſe ſalutẽq; ſuam Socrati cõmendaret: nihilq; in vita expetẽdum arbitraretur: niſi qđ eſſet cum virtute & honeſtate coniunctum. Interdum vero etſi erga Socratem ſolum reuerentiam quandã ſeruare videretur: tamen ſuperantibus cupiditatibus, rationem cõtinere non poterat: quin a ſapientiſſimo digrediens viro, ad varias illecebras & omnis generis voluptates dilaberetur. Vndeillud Cleantis memoriæ proditum aiunt: alcibiadem inquit ex auribus tãtũ a Socrate: ab aliis vero amatoribus ex multis corporis locis quę honeſte nominari nõ poſſunt, ſolitũ eſſe deprehendi. Erat enim ei ingenium, vt Thucydides indicare videtur, ad incontinentiam & luxuriam, atq; ea omnia quæ voluptatem pariunt, vehementer procliue. Sed inter multos Alcibiadis amatores reperiebantur nonnulli: qui vanis adulationibus ante tẽpus aures adoleſcentis ſimplentes, aſſerebant ipſum eſſe virum ad omnia ſumma natum: neminemq; Athenienſium, aut animi magnitudine, aut eloquentia, aut ingenio cum Alcibiade cõferendum. Itaq; ſi ad rempublicã gerendam acceſſerit: non modo alios oratores & duces: ſed ipſum etiam illum de quo tanta fama apud omnes gentes haberetur, gloria atq; potentia ſuperaturum eſſe Periclem. Verum vt ferrum antea mollitum igne, denſari deinde frigore ſolet: ſic ingenium Alcibiadis variis blandimentis in voluptates, delitiaſq; prolapſum, cohiberi ſapientia Socratis, & ad frugalitatem reuocari videatur. Nam & hortari adoleſcentem, & monere, etiam liberius accuſare nõ deſiſtebat: multis verbis oſtendens nullam in eo prudentiam, nullam modeſtiam, nullum denicp veſtigiũ eſſe virtutis.

Alcibiades ad Socraticã diſcipliñã animũ vertit.

Anitus.

Abacus.

Vades.

Alcibiadis ad incontinentiã ingenium.

Socratis in Alcibiadẽ reprehẽſiões.

Itaq; cũ qui omnem suæ vitæ cursum in mollitie corporis, atq; in animi libidine collocaret: non esse hominem: sed monstrum potius, & immane quoddam animal appellãdum. His vrebatur Socrates ad immoderatam adolescentis audaciam ac insolẽtiam comprimendam: quæ ea ætate quãta in Alcibiade esset, ex his quæ superius exposita sunt, & aliis quæ adduci in medium possunt, facile intelligi licet. Ferunt enim hunc adolescentem quum statuisset grãmaticæ operam dare: nactũ esse magistrum quendam nõ satis eruditum. Ab hoc primum Homeri poemata petens, quum ille negasset se Homeri quicq; habere: nõtulit ignorantiam hominis Alcibiades: sed pugno eum percutiens fugam arripuit. Ad alterum deinde profectus: quum ille Homeri librum habere a se emendatum dixisset. Et tu inquit grammaticam doces: quũ lis aptus ad poetam tam egregium corrigẽdum? Tradunt insuper Alcibiadem aliquãdo quum Periclem alloqui vellet, domum illius profectum anteq; aulam ingrederetur, responsum tulisse, eum esse magnopere occupatum. Secum ení agitare quonam pacto rationem Athenienſibus redderet. Discedens Alcibiades: Num inquit satius esset, Periclem cogitare atq; perquirere, quo modo rationes non reddat? Post hęc Alcibiades ad bellicas laudes animum vertens vna cum Socrate, in quo maximam semper spem suæ vitæ collocarat, ad ✻ Potidæam vrbẽ in exercitum Athenienſium venit. Pauloq; deinde acerrima conſerta pugna: etſi ambo egregie feliciterq; certassent: tamen parum abfuit, quin Alcibiades extremam suæ vitæ perniciem eo die inuenerit. Vulneratus enim in prælio se vlterius tutari nõ poterat quũ Socrates exemplo accurrens hostes summouit: Alcibiademq; seruauit. Quapropter duces exercitus præmiũ Socrati iusta ratione debebãt: sed quum gloriæ & dignitati Alcibiadis plurimum fauere viderentur: cupiens Socrates potius honestam illius ambitionem in rebus generosis atq; præclaris augeri, q̃ sibi honorem tribui: ante omnes egregium testimonium de Alcibiadis fortitudine tulit: atq; eos duces multis est verbis hortatus: vt corona cum integrisq; armis donarent. Nec multo tempore post, quum Athenienſes in ea pugna, quæ apud Delum cõmissa est, re male gesta, citato gradu arripuissent fugam. Socratem in magno periculo constitutum, q̃ a tergo multa edita cæde vrgebant hostes, Alcibiades solus protexit. Sed ante hoc tempus, nonnulla sunt ab Alcibiade perpetrata: quæ ad hanc historiam nostram pertinere videntur. Hipponicum enim Callie patrem, cuius magna Athenis ob diuitias & nobilitatem generis, authoritas atq; potentia erat, Alcibiades non odio, non iniuria, aut iusta vlla causa lacessitus, sed concordia quadam cum sodalibus ob scurrilitatem inita, pugno percussit. quod vbi editum in populum est, & multorum sermonibus diuulgatum: grauiter ferentibus cunctis clarissimi ac præstantissimi ciuis iniuriam, Alcibiades pauore confectus postridie summo mane domum Hipponici proficiscitur: ostiumq; ingressus, vbi in conſpectum illius venit, depoſita raptim veste, corpus nudum verberandum homini obtulit: multis precibus rogans, vt debitis verberibus cęderet. Hic autem iniuriæ confestim oblitus, non modo veniam Alcibiadi præbuit: sed vt plerique etiam asserunt, in vxorem illi Hyparetam filiam dedit: q̃q̃ nonnulli Hyparetam non Hipponici, sed Calliæ filiam fuisse tradunt: addunt q; eam Alcibiadi cum decem talentis in coniugium esse locatam. Ipsumq; deinde cum Hyppareta liberos peperisset: alia decem quasi hæc antea pepigissent, a Callia patre extorsisse talenta. Calliã vero post hæc ad alias huiusmodi fallacias euitandas: patrimonii fortunarumq; suarum, si forte sibi sine prole mori contingeret, populum Athenienſem instituisse hæredem. Verum quum Hyparetæ quæ & virtutibus & bonis moribus fuerat a primis incunabulis instituta. multas contumelias quottidie ab Alcibiade pateretur: Erat enĩ ille Socratis tum peregrinis tum vrbanis palam manifesteq; deditus: non potuit egregia mulier hanc viuendi rõnem a sua natura alienam vlterius tolerare. Itaq; Alcibiadis domo excedẽs, ad fratrem, quẽ vnicum suis rebus putabat esse refugium, primũ se contulit. Deinde quũ Alcibiades hũc eius discessum, & oĩa alia quę adillam pertinebãt, aspernari videretur: atq; ideo eam rogaret, vt ipsamet quẽadmodũ leges iubebant, apud magistratum repudii libellum deponeret: mulier dissoluendi coniugii cupida, sine vlla mora ad præsides proficiscitur. Vixq; ad eum locũ vbi magistratus cogebatur, peruenerat: quũ superueniens Alcibiades, spectantibus cunctis, coniugem rapuit: eãq; nemine repugnante, medio foro domum perduxit. Hæc deinde mulier vsq; ad extremũ vitæ diem cum Alcibiade viro permansit. Defuncta est autem sub idẽ prope tẽs: quo Alcibiades cum sua classe Ephesum nauigauit. Verum Alcibiadis violẽtia, qua in cõiuge rapienda vsus fuisse videtur, neq; iniusta a populo Atheniẽsi habita est: neq; ab humanitate aliena. Tradunt enim hunc magistratũ ea ratiõe institutũ fuisse Athenis: vt essent qui cõtentionibus: discordiisq; sublatis, vxorem viro, publica authoritate adhibita, virũq; vxori cõciliare niterentur. Illud vero ab his quæ sunt a nobis superius enarrata, nõ admodũ alienũ fuisse videtur. Dicũt enim Alcibiadem inusitata magnitudine canem, quem minis septuaginta emerat, absciſſa cauda per vrbẽ dimisisse. Hoc quũ multis stultum atq; ineptum visum negotium esset: monentibus eum amicis, ac sermones qui de eo circũferebantur enarrãtibus, ridens Alcibiades, sic inquit res, vt ego intenderam, ex voto succeſſit. Hanc enim Athenienſibus præbere voluit loquendi materiam: vt eos a peioribus q̃ de me dicere audireq; soliti sunt, nouis his rebus auer-

Alcibiadis egregia quę dã dicta & responſa.

Alcibiades vna cũ Socrate i exercitum iuit.

Socrates Alcibiadẽ ab hostibus liberauit.

Alcibiades Socratẽ peticlitantem protexit.

Hipponicꝰ Calliæ pat.

Hyparetа

Callia populũ Atheniẽsem sibi hæredẽ instituit.

Hyparetа Alcibiadis vxor ab eo diſceſſit.

Canis ab alcibiade minis ſeptuagíta emptꝰ.

terem. Primũ vero aditum ad rẽpublicã gubernandã (vt alia omittamus) ex nũmorum largitione, non consilio aut arte, sed forte casuq; facta, assequutũ Alcibiadem aiunt. Volunt enim hunc transeuntẽ prope locum quẽdam, vbi ingens Athenienſiũ multitudo magno cũ ſtrepitu clamitabat: quũ percepiſſet quaſdã ibi erogatas eſſe pecunias: indeq; huius tumultus cauſam ꝓuenire: eo celeriter eſſe profectũ, atq; nũmos magna cũ liberalitate populo Atheniẽſi fuiſſe largitũ. Exceptũ deinde plauſu populari: coturnicem quã habebat ſub pallio inconſyderate ob immoderatam lætitiã dimiſiſſe. Ad cuius volatũ, cuncti qui ibi aderant, magis q̃ antea cõclamantibus, nitentibuſq; certatim auiculã gratia Alcibiadis capere: tandẽ ab Antiocho captã dicunt: ac Alcibiadi reſtitutã: ſummãq; inde familiaritatẽ inter eos fuiſſe exortam. Cęterum quũ opulentia, genus, amicorum copia: aliaq; permulta quæ ſine vllo labore fautores ei q̃plurimos cõparabant, ad dignitatem in republica acquirendã Alcibiadi vehementer conferrent: tamen nihil erat quo ipſe mallet apud populum Athenienſem, q̃ eloquẽtia & dicẽdi rõne valere. Nec videbatur hæc in eo vna eſſe cupiditas. Quãta enim dicendi vis in Alcibiade fuerit, & comici ipſi teſtantur, & Demoſthenes, ac Theophraſtus locupletiſſimi ſunt auctores: quoꝝ alter in ea oratione, quã contra Midiam habuit, vehementiſſimum oratorẽ Alcibiadẽ vocat, Alter vero: cũ in multis aliis, tũ in inueniendi facultate eũ magnopere extollit: tantũq; ei tribuit in hoc genere laudis: vt cunctis Athenienſibus anteponendũ cenſeat. Erat autẽ Alcibiades optimus nõ modo rerũ inuentor: quæ cauſæ ſuæ conferrẽt: ſed eoꝝ etiam verborũ fabricator atq; magiſter, quæ cũ ipſis ſentẽtiis conuenirent: & ad perſuadendũ accommodata viderẽtur. Interdũ vero nõ ſuccedente verboꝝ copia, vt res exigere videbantur, reſumere ea q̃ antea dixerat conſueuit: vt ſine vlla intermiſſione integra oratio ſequeretur. Sed inter alia quæ de Alcibiade referuntur: & illud quoq; cõpertũ habemus: eum in alendis equis gbus poſtea in Olympia vteretur, tãtã curã operãq; poſuiſſe: vt tpibus ſuis, vel regum vel priuatorum fuerit nemo: q̃ maxima illa quinquẽnali celebritate ludoꝝ ad Olympũ ſeptem vt Alcibiades quadrigas perduxerit. Thucydides vero q̃ & Atheniẽſis fuit, & rerum geſtaꝝ ſcriptor egregius: ſecũdum & quartum in certaminibus illis victorẽ fuiſſe Alcibiadem refert. Euripides quoq; carminibus ſuis eum extollẽs: hęc de illius victoria protulit. Formoſa proles Cliniæ te nunc canam: quã illo ſuperbam prẽmiis vidit die Graioꝝ Olympia chorus: quũ viceras, & mox paratas tres quadrigarum tibi victorias labentium curſu rotis: Iam voce præco tunc ad aſtra te tulit. Bis cinctum oliuæ fronde pallentis caput. O gloriam tantã efferentẽ: q̃d tibi profecto ſoli, nemini certantium eueniret Graioꝝ Olympia rotis. Huic victoriæ Alcibiadis magnũ decus attuliſſe videtur honores illi ab Athenienſiũ hoſtibus magnifice liberaliterq; tributi. Epheſii enim tẽtorium ad eũ ſuſcipiendũ, Chii victimas ſacrificiis, ac pabulum equis. Leſbii vinũ & ea oĩa quæ ad celebrandum conuiuiũ pertinebant, grato animo obtulerunt. Verum paulo poſt hanc gloriam ex victoria Olympica partam labefactauit aliquantulũ calumnia quæda, in infamiã Alcibiadis, liuore & maliuolentia diuulgata. Ferunt enim ea tẽpeſtate fuiſſe Athenis Diomedem quendã Alcibiadi familiarẽ: qui cupidus Olympicę victoriæ cõſequẽdæ, eum rogauit: vt publicum currũ quẽ Argis eſſe perceperat, ſui cauſa emeret. Sciebant enim Alcibiadem factione gratiaq; apud Argiuos vehemẽter pollere. His auditis Alcibiadẽ aiunt currum ab Argiuis emptum ſibi poſtea adiudicaſſe: nulla Diomedis rõne habita: ſed eo neglecto atq; repulſo quærente clamanteq;, hoc improbi hominis dolum non familiaris viri officiũ eſſe. Dicunt præterea vt ex oratione Iſocratis pro Alcibiade ſcripta intelligi licet: de hac re quoddam fuiſſe iudiciũ conſtitutũ: in quo Tiſias non (vt plærique putant) Diomedes, aduerſarius extitit. Poſtea vero q̃ Alcibiades exacta iam prope adoleſcẽtia, ſe ad gubernãdam rẽpublicã cõtulit: extemplo curſum aliorum oratoꝝ ac ducũ qui ſummũ in ciuitate gradũ occupare properabãt, ſic ingenio audaciaq; ſua repreſſit: vt nemo ea tẽpeſtate Athenis eſſet: quem illi æque ac Alcibiadem formidarent. Auſus eſt enim nunc aduerſus Phæacũ Eraſiſtrati filium, nunc cõtra Niciam virũ opulentũ, & præclarã militia ducem, acerrmas cõtẽtiones certaminaq; ſuſcipere. Erat autem Nicias maior natu q̃ Alcibiades. Phæacus vero prope æqualis. Actũ primũ: vt ille dignitatis fundamenta iacere videbatur, eiq; nobilitatis generis, aliaq; permulta vt Alcibiadi, adiumento & ꝓſidio erant. In coronis autẽ ciuiũ & familiari quotidianoq; ſermone elegans admodũ Phæacus habebatur & perpolitus: in dicẽdo vero orator parꝝ vehemens. Vnde Eupolis optimũ in loquendo, debilem in dicendo Phæacum ipſum appellat. Fuerunt aũt nonnulli qui quum multa de Alcibiade & Phæaco ſcripta reliquiſſent: illud quoq; memoriæ prodiderũt: Alcibiadi aliquando vaſa aurea atq; argentea, quæ Atheniẽſes in pompis ſupplicationibuſq; ferebant, retinuiſſe quædã: hiſq; deinde in quottidianis cõuiuiis ſic vti ſolitum eſſe: ac ſi propria ſupellectili vteretur. Erat autẽ ea tẽpeſtate Hyperbolus: cuius vt improbi & flagitioſi hominis. Thucydides meminit. Is quum ſtudioſe colligeret ea quæ in alterius ſi fami am dicerentur: Comicis qui audaciſſime tpibus illis mores hominũ increpabant, magnam ſubminiſtrabat vituperandi materiam. In eo præterea gloriari plurimũ videbatur: q̃ gloriam negligeret atq; cõtemneret: quam quidem rem nonnulli audaciam & fortitudinem, ego vero impudẽtiam & ſucordiam appellandam cenſeo. Hoc igitur miniſtro populus Athenienſis ſæpenumero vtebatur

Eloquẽtia alcibiadis.

Equoꝝ alẽdoꝝ ſtudioſiſſimꝰ alcibiades fuit. Thucydides.

Alcibiadis honores ab Epheſis: Chiis: & leſbiis tributi

Tiſias

Alcibiades in Phæacũ & Niciã cõtẽtiones ſuſcepit.

Phęacꝰ optimus in loquẽdo debilis i dicẽdo.

Hyperbolꝰ.

Ostracis/mus.

ad eos diuulgandos sermones: qui principum reipublicæ & potentissimorũ ciuiũ crimina vitupe rationes ac infamiam continerent. Eo igitur tempore Hyperbolum a multitudine persuasum cui dam principũ reipublicę * Ostracũ parare fama vulgauerat. Illud vero est exilii genus quo popu/ lus Athenienſis potentes ac pſtantes gloria viros de ciuitate expellere consueuit: inuidiæ magis so latium q̃ timori remedium quærens. Alcibiadem hæ insidiæ quas vni illorum triũ machinabatur Hyperbolus: minime latuerunt. Itaq; periculo cognito Niciam vel (vt nonnulli alii volunt) Phęa cum allocutus: omni simultate postposita, in eius amicitiam rediit: illiusq; potentia suis viribus ad dita tantũ valuit: vt Ostraci nota in auctorem cõuersa Hyperbolum Athenis expulerit: nihil mi/ nus eo rpe q̃ tale exilium formidantẽ. Nemo enim sordidus, neq; ignobilis, aut ĩsignis infamia vir: vt Plato comicus inquit: quũ Hyperboli meminisset: cõsueuit huiusce modi pœnam subire. Digna est igitur illa suis moribus: indigna vero ignobilitate sua: & seruili conditiõe perpessus: quũ Ostra ca nobilissimoq; ciuium: non sordidorum hominum causa instituta videantur. Sed hæc in aliis lo cis sunt a nobis latius pertractata. Alcibiadem vero ea tempestate gloriæ Niciæ ac potentiæ inui dentẽ: quã cernebat non sine magna hostium admiratione & suorum ciuium beniuolentia supra modũ augeri: die: noctuq; assidue angebant curæ: atq; aium ambitione ardentem variis semp con siliis incitabant ad ea oĩa machinanda: quibus & auctoritatem auferre Niciæ: & dignitatem suam amplificare posset. Contraxerat autem summã cum Lacedæmoniis familiaritatẽ: quia de Spartia/ tis: quos Athenienses in insula ceperant Pylo: bene ac pręclare paulo ante meruerat. Vez quum postea authore Nicia: pax data Lacedęmoniis esset: & captiui libertati restituti: obscurato quodã modo Alcibiadis nomine magnã est Nicias apud Lacedæmonios authoritatem, omnes græcos beniuolentiam consequutus. Itaq; crebri afferebãtur sermones: quibus Periclem excitasse: Niciam sustulisse bellũ dicebant: adiiciebantq; esse in Græcia permultos qui hoc fœdus inter Athenienses

Hyperbol⁹ Athenis ex pulsus. Ostraca.

Nicea pax.

Lacedæmonioſq; initum Niceam pacem vocitarent. Hæc igitur Alcibiadem æmulatione & glorię cupiditate incensum adeo vehementer vrebãt: vt nihil aliud agitare moliriq; videretur: q̃ vt hanc pacem, quæ tantam famam Nicię pepererat, perturbaret: & Niciam ipsum a Lacedęmonioq; gra tia, beniuolentiaq; auerteret. Ad hoc autem agendum Argiuorum res & animi a Lacedæmoniis alienati occasionem ei, & quasi ansas præbebant. Percipiens enim Argiuos non satis Lacedæmo/ niorum fidei credere: atq; ideo alias spectare respublica: quas arbitrarentur sine vlla exceptione su/ is rebus præsidio fore: occulte principes Argiuorum hortari cœpit: vt relictis Lacedæmoniis ad Athenienses se vertant: sibiq; persuadeant: Athenienses, quo siam pacis cum Lacedæmoniis fa/

Panactum.

ctæ pœnitere, illis posthabitis, non modo Argiuos in amicitiam, sed in societatem etiam si velint recepturos. Er forte Lacedęmonii per id tempus icto cum Bœotius fœdere, & Panacto, quem an/ tea locum integrum florentęq; acceperant, deleto pene ac deserto Athenienſibus restituto, sic eo/ rum animos irritauerãt: vt iam inuisum Lacedæmoniorum nomen suspectũq; Athenis esset. Alci biades hanc nouandarũ reꝝ occasionem nactus: quotidie alia atq; alia discordiaꝝ semina per ci/ uitatẽ serebat: Niciã iam aperte palãq; accusans: q; hostium partem, quã delere sine vllo discrimine potuerat, sponte sua intactam dimisisset: partem vero captam in populi Athenienſis manibus cõ stitutã non reipublicæ causa, sed vt Lacedęmoniorum beniuolentiam iniret, reddendam liber ali/ ter censuisset. Adiiciebat pręterea in dicendis conditionibus pacis Lacedęmoniorũ gratia, dignita tis Athenienſium adeo oblitum fuisse Niciam: vt non modo ęquo, sed etiam libenti aĩo passus sit Lacedęmonios insciis Athenienſibus, cum Bœotiis vel Corinthiis societatem posse contrahere: Athenienses inuitis Lacedæmoniis nõ posse. Dum hæc Alcibiades apud populum ira ac indigna tione accensum contra Niciam machinabatur: forte Lacedæmoniorum legati Athenas venerũt: gratos (vt ipsi dicebant) ac beniuolos afferentes sermones. Vulgauerant enim se non modo con/ firmandi nuperrime ictum fœdus: sed societatem etiam faciendi: Athenienses velint: plenam po testatem habere. Primum igitur ii oratores adeũres senatum: quum gratissimis verbis expoſuissent mandata: sic benigna cunctis audientibus visa sunt: vt magnam gratiam apud senatores qui fre/ quentes eo die conuenerant, suæ reipublicæ comparauerint. Sequenti die quum alloqui populum

Alcibiadis ad legatos Lacedæmoniorũ ora/tio.

vellent: metuens Alcibiades, ne eadem oratione auribus multitudinis blandientes, omnia sua cõ silia multo tempore agitata vno momento peruerterent: argutam fallaciam machinatus, clam ad eos accessit: commemoratisq; primum multis amicitiæ causis: quæ sibi cum Lacedæmoniis intercę debant: deinde, Quid, inquit, viri Spartiatæ huius ciuitatis nostrorumq; hominum mores vestras aures latent? An ignoratis quantum inter Senatum populumq; Athenienſem interſit? Hesterno die quum frequenti senatu tam grata tãq; benigna expoſuistis mandata: exemplo prudentissimo rum hominũ mẽtes, quæ modesta oratione persuaderi facile solent, vt vestris sermonibus acquie/ scerent compulistis: nunc si apud populum qui temeritate & insolentia quadam loquentium ver/ ba metitur, eundẽ dicẽdi modũ seruabitis: in tantam superbiã eos animos efferetis: vt frustra dein de a vobis & ab iis omnibus qui vestræ causæ fauent, laborandum esse videatur. Iam enim percre/ bruit: vos sic supplices, sic demissos ad hanc vrbem confugere: vt iam imperitę multitudini psua/

ſum ſit: Lacedęmoniorum rępublicą niſi Athenienſium ſocietate fulciatur, ſaluą eſſe nō poſſe. Agite igitur ſapiętia veſtra: & conſilio amiciſſimi hominis, qui minime huius populi naturą ignorat, credite: populum adeuntes non ſic alloquimini ac ſi mandata libera & cum omni poteſtate pmiſſa veſtro arbitrio ſint: vt coram ſenatu pridie egiſtis: ſed hanc ampliſſimą auctoritatem prudęti cōſilio tegite: vt ſenatus deide populum minime veſtris verbis elatum in hāc ſocietatem, quą vterq; noſtrum intendit, perducere ſine labore conatuq; poſſit. Hęc quum diciſſet: iureiurando adactos, vt ea oīa ſilentio comprimerēt: dimiſit: multa de Nicia adiiciens: quibus & fidem eripuit illi: & ſibi apud eos gratiam comparauit: admirantes eximiam quandą ac prope ſingularem eloquentią Alcibiadis. Poſtero die congregata concione venientes Lacedęmoniorum legati: amiciſſime ab Alcibiade humaniſſimeq; rogantur: vt ea quę vellent: dicerent. Extemplo illi expoſuerunt mandata: remiſſa ſane ac frigida: longeq; ab expectatione populi: & ea fama quæ vulgata erat aliena: ſummū authoritatem quā habebant tegentes: vt Alcibiadis conſiliū ſequerētur. At vero Alcibiades poſtq; illi finem dicēdi fecerunt: non vt is qui legatos fefelliſſet, ſed tanq; dolo fallaciaq; deceptus: increpare eos cœpit: duplices: infidos: mutabiles appellans, neq; ſancti quicq; in verbis ſuis integriq; habētes. Hinc populus illinc ſenatus indignabatur: atq; hanc legatorum varietatē quaſi deriſionē quā dam eſſe putabāt. Niciam vero ſtupor ſimul atq; mœſtitia occupauerat: admirantē hanc inopinatam legatorū permutationem, ignorātēq; dolū & fallaciam Alcibiadis. Reiectis igitur ob hæc Lacedæmoniorum legatis, bellum ſubito magnū exarſit. Nam poſt legatorū diſceſſum, extēplo Alcibiades dux militiæ frequenti ſenatu populoq; electus, primū ſagaci conſilio nitendum putauit: vt Pelopōneſum variis factionibus laborantē aduerſus Lacedęmonios: quoad per eū fieri poſſet, concitaret. Erant enim Argiui: Elii: Mantinenſes: aliiq; populi Lacedęmoniis finitimi ad ſpem nouarū rerū erecti: quos ſi in huius belli ſocietatem traxiſſet, magnū momentum rebus in Pelopōneſo gerēdis allaturū ſe eſſe cernebat. Hos igitur multis modis, rōnibusq; aggreſſus, tandem compulit: vt armis arreptis ſimul cū Athenienſibus eandē belli fortunā experiri vellent: ſibiq; perſuaderent hāc expeditionē aduerſus Lacedæmonios ſuſceptā non minus ad ſe, q; ad Athenienſium rēpublicam pertinere. Quibus rebus effectum eſt: vt bellum deinde cōi cōſilio excitatū, ſic prope Spartā & longe ab Athenienſium finibus gereret: vt periculoſum Lacedæmoniis foret, eo in loco cum hoſtibus decertare: magiſq; eis extremū patriæ malum formidandū in aduerſo ꝓlio, q; mediocre cōmodū ſperandū in victoria eſſet. Vere inter hæc mille viri ex nobilitate Argiua republica occupata & populari ſtatu deiecto, quū aduerſus Lacedæmonios prælioū cōmiſiſſent: fuſi fugatiq; magna accepta clade in vrbem pelluntur: ibiq; iteq; aduerſus armatā multitudinē, cui ad capiēda arma animū fecerat ſuſcepta Lacedęmoniorū victoria, decertandū fore videbat: quū ſupueniens Alcibiades multitudinis patrocinio ſtarū populari ī ciuitatē reſtituit. Poſt hæc Alcibiades populū Argiuum, de quo tam bene paulo ante meruerat, extemplo ſuis adhortationibus compulit: vt ab Argis nouis mœnibus ductis, quaſi duobus brachiis iungerent mari vrbem: quo facilius & ciuitatem tueri ab Lacedæmoniis, & tutius ipſi iuuari ab Athenięnſibus poſſent. Quum vero idem Patrenſibus ſuaderet: dixiſſe quendam ferunt. Sibi deinde ſi hoc egerint, caueant Patræ. Illa enim mœnia anſas fore prędico: quibus Athenienſes pro ſuo arbitratu noſtrā capient vrbē ad hęc. Alcibiades: forte ingt, o amice euenire poteſt: quod dicis: ſed tamen ſero & ex pedibus Patræ a nobis: cōfeſtim vero & ex capite a Lacedæmoniis occupari poſſe videntur. Verum ſi minus hoc præſidii genus illis placeret: hortabatur ſaltē vt amicitia Athenienſiū, quaſi vallo quodā, muniri ſtatum ſuū firmarent: rēpublicā tuerētur: atq; pro maiori amoris indicio cōmunem viuendi rationem ſuſciperent. Quibus adhortationibus perſuaſi Patrenſes, ne aſpernari liberalitatem Athenienſium viderentur, Alcibiadis voto cōſilioq; parentes, pro more patriæ iureiurando promittunt frumenta: vineta, oliueta: agros deinde Articos ſic ſe in poſterum habituros: ac ſi ea omnia ſibi ſuæq; reipublicæ eſſent communia. Sed dū hæc ſumma cura ac diligentia gerebantur: interim tamen Alcibiadem aiunt nimium cedentem cupiditatibus ſuis, ſolitum eſſe nunc Veneri & Baccho frequentius indulgere: nunc egregie ſtratis lectis in triremibus pernoctare: nunc purpureis ac pretioſis veſtibus vti multa deniq;, quæ luxum & pompam immodicam præ ſe ferebant, ingenti ambitione ſtudioq; perquirere. Quinetiam dicunt inter alia quæ de illo referuntur, clypeum aureum nō patrium vllum inſigne: ſed cupidinem cum pharetra ac ſagittis habentem, ſolitum eſſe geſtare. Quibus facile apparebat: animum viri multis corruptelis a primis incunabulis deprauatum, ad varias deinde illecebras & omnia oblecta menta, quę turpem voluptatem parīunt, fuiſſe proclive. Verum nonnulli præſtantes viri & ciues in republica principes: hanc licentiam Alcibiadis ſupra morem & conſuetudinem vrbs elatam, nō hominis in libera ciuitate viuentis, ſed tyrannidem affectantis indicium eſſe putabant. At populi animus qualis erga eum eſſet: probe Ariſtophanes his verbis oſtēdit: quum de Alcibiade loqueretur. Deſiderat (inquit) populus atq; odit: videreq; rurſus hominem cupit. Pauloq; vlterius: Leonem in republica nutrire non decet: aut ſi nutriatur, eius deinde libidini ſeruiendum eſt. Sed ex altera parte largitiones, ludorum ſumptus, & ingens erga rempublicam magnificentia: qua maiorū

Legati Lacedęmoniorū reiecti ab Atheniēſibus, & in illos bellum decretum.

Patræ.

Alcibiades luxui dedit?

Alcibiades quibus virtutibus ꝑditus esset.

Agathar//ch⁹ pictor. Taurea.

Melios alciades ĩterficiendos censuit.

Timon Alcibiadē rei pub. perniciē aucturū dixit.

Belli in Syracusanos sumēdi variæ opiniones Athenienſium.

Meton astrologus

Nicias Alcibiades & Lamachus duces aduersus Syracusanos declarātur

Adonia festa Cereris

Statuę Mercurii deiectę.

ſuorum gloriam ſuperabat: eloquentia inſuper, rei militaris diſciplina, genus, forma, aliaq; pmulta, quibus Alcibiadem mirifice natura inſtruxerat, eam ſibi gratiam apud populum vendicabant: vt multi impura illius facinora & liberum viuendi modum æquo animo tolerarent: hæc non flagitia ſed adoleſcentiæ ludos, atq; feruentis ætatis laſciuiam nuncupantes: veluti ea quæ de pictore Agatharcho: & Taurea illo aduerſæ choreæ principe referuntur: quorum alterum Alcibiades vi domi detentum: donec ſuas pingeret ædes: poſtea cum donis dimiſit. Alterum vero quum in chorea illum ſuperaſſet: victoria lætitiaq; elatus pugno percuſſit. Illud autem permultos offendit: q̃ Athenienſibus de interficiendis Meliis: qui capti in prælio fuerant. conſultantibus præter opinionem omnium Alcibiades cenſuit: vt de illis ſupplicium ſumeretur. Sed hos Alcibiadis mores: & impuram viuendi rationem: imperiti homines modeſtis nominibus excuſantes: ęquius fortaſſe q̃ decuit: tolerabant. Prudentes vero ac inſignes nobilitate viri: & incõtinentiam eius iniquo ferebant animo: & inſuetam liberæ ciuitati audaciam: veluti ſpeciem quandam tyrãnidis p horrebãt. Vnde illud * Archeſtrati memorię proditum eſt: Duos (inquit) Alcibiades: quaſi vnũ * deſignans tyrannũ: neq; Attica: neq; Græcia tulit. Et Timon ille quẽ antiqui ſcriptores: ob naturę aſperitatẽ: inhumanum ac inhoſpitalem appellant, Alcibiadi aliquando a concione redeunti obuiam factus. Macte inquit virtute adoleſcens: authoritate tuã potentiam auge: magnam. enĩ huic reipublicæ pernicię augebis. Hæc Timonis verba quibuſdã veluti inſana deridentibus, prudentes viros qui audaciſſimi adoleſcentis & ingeniũ, & aĩum formidabãt, perturbarũt. Sic igitur ob naturæ varietatem, alia atq; alia de Alcibiade habebatur opinio. Verũ quum Athenienſes, viuente adhuc Pericle, magis etiam poſt eius interitum, amplificandi imperii cupidi, de ſubigenda Sicilia cogitarent: primum ex alienis diſcordiis (vt plærũq; fit) occaſionẽ nacti, defenſionẽ eorum ſuſcipiẽdam putarunt: qui Syracuſanorum vim tolerare non poterant. Itaq; pdeterentim miſſis antea auxiliis, amicitia deinde ac ſocietate cum illis inita: eum iam aditum ſibi in Sicilia patefecerant: vt appareret populum Athenienſem fundamenta maioris militiæ iacere: maiuſq; moliri in animo bellum. Hanc populi cupiditatem Alcibiades ſuę quoq; libidini & ambitioni congruentẽ, quoad per eum fieri poterat, accendebat: rationibus multis oſtendens hanc expeditionẽ ingens imperium, perpetuam gloriã Athenienſiũ reipublicæ paritură. Audendum aliquando vlterius progredi: nec pedetentim vt antea, ſed totis viribus aggrediendã Siciliam eſſe. Ipſe vero longe etiã maiora q̃ verbis pferebat: mẽte concipiens, non Siciliam vt plærique finem belli, ſed alterius expeditionis initiũ fore putabat. Iãq; ea occupata prouincia. Carthaginẽ deinde, ac Libyam, tũ Italiam, Peloponneſumq; animo deſtinabat. At Nicias longe aliter ſentiẽs magno conatui iis cõſiliis aduerſabatur: huius expeditionis difficultatem, Syracuſanorum potentiam, vicina bella in medium afferens. Sed æquiori animo verba Alcibiadis audiebantur a cuncta pene ciuitate: quæ tanta huius belli cupiditate flagrabat: vt eam in manibus exploratam victoriam habere videretur. Sedebant enim in theatris ac palæſtris ſeniores viri: & alii iuuentutem ad hanc expeditionem multis adhortationibus concitabant: alii Siciliæ formam ſitumq; Carthaginis deſcribebant: alii narrabant exempla maiorum: qui rebus præclare ac magnifice geſtis ampliſſimam gloriam ſuis poſteris reliquiſſent. Fuere tamen duo præſtantes viri Socrates philoſophus, & Meton aſtrologus: qui longe a ſuperiori ſententia alieni. Ille quidem ſolito fortaſſe dæmone, genioq; admonitus: Hic vero aut ratione, aut vaticinio quodam compulſus: ciues terrebant: monebantq;: vt ab hoc tanq̃ funeſto ac pernitioſo abſtinerent bello. Quinetiam * Metonem dicunt ſolicitum de periculo filii proficiſcentis ad bellum qua- * ſi præſagientem calamitatem futuram, quadam nocte domum propriam combuſſiſſe: atq; deinde ſua fortuna in cõcione deplorata, ſic populũ ad miſericordiã cõmouiſſe: vt ꝑter cõſuetudinẽ filiũ ſuũ receperit beneficio populi ab omni militia ac expeditione exẽptũ. Cæterũ omniũ animis in belłũ Syracuſanũ conuerſis, Athenienſes nihil vltra differendũ rati, duces militiæ Niciam, Alcibiadẽ, ac Lamachum elegerunt. Renuentem vero Niciam ac tergiuerſantem propter collegarum ſocietatem. populus Athenienſis publica authoritate adhibita coegit: imperium vt acciperet: exiſtimãs Lamachi ac Alcibiadis ferocitatem cohiberi tarditate Niciæ: ac temperari modeſtia poſſe. Lamachus enim etſi iam ad ſenectutem vergebat: erat tamen in periculis adeundis longe audacior: quã ætas ſua poſtulare videretur. In medio deinde apparatu belli, tentantem rurſus Niciam hanc expeditionem turbare, Alcibiades contra enitens ſuperauit: peruicitq;: vt populus Athenienſis totius adminiſtrationem futuri belli ad duces quos nuper elegerat magna cum authoritate deferret. Deinde poſt paucos dies, ſatis iam omnibus comparatis ad bellum, quum ſoluere a Pyræo pro ſuo arbitratu poſſent, noua repente religio ciuitatem inuaſit: nuntiantibus cunctis feſta Cereris quæ appellantur Adonia (eo enim tempore celebrantur) multa fœda horrendaq; portendere: & matronas paſſim per vrbem ſimilis cadaueribus quæ ducuntur ad rogum imagines collocare: & ante ſepulturas procumbere magno cum gemitu: eas imitantes, quæ mortuorum celebrare funera ſolent. Adiiciebant præterea Mercurii ſtatuas, quarum Athenis magna copia erat, ex omnibus locis ciuitatis, vna nocte: fuiſſe deiectas, capitibuſq; perfractis, ad terram poſtratas iacere. Perturbata igitur ciuitate, atq; in id ſolum intenta, vt authores huius facinoris reperiret, incerti ru-

mores famam vulgarunt: hoc Syracusanorum gratia fuisse a Corinthiis perpetratum: q̃ spera-
rent a præsenti bello populum Athenien sem aut retardare aliquandiu cura religionis iniecta, aut
auertere penitus posse. Quibus nec assentiri Athenienses videbantur, nec vlla ratione adduci, vt
crederent Corinthiorum fraude violatos esse Mercurios: sed potius ex flagitioso rũ iuuenum cor-
ruptela, qui consuessent coniuratione inita in ludis & conuiuiis conuenire, hoc impium faci-
nus prodire arbitrabantur. Et forte per eos dies capti sunt aduenæ ac serui nonnulli: qui coram
senatu populoq; adducti huius facinoris culpam in Alcibiadem conferrebant: asserentes eum ha-
bere sodalium cœtum: qui domi congregarentur: veluti in scæna hist riones, ad sacra Cereris imi
tanda, & ea referenda mysteria, quæ magna cum reuerentia celebrari ab Athenien sibus solent.
Addebant præterea eos inter se cerimoniarum munera esse partitos: Polytionem quendam esse
eum qui sacras tenebat tædas: & Theodorum præconem vocitari: & Alcibiadem veluti sacro-
rum antistitem reliquos sodales arcana mysteriaq; docere. Hæc sunt quæ præcipue a Thessalo
accusatore in alcibiadem, veluti impium & execrandum hominem, scripta esse comperimus. At
vero alcibiadis inimici hanc nocendi occasionẽ nacti, quum vbiq; & veteres illius mores, & an-
te actam vitam non contentam mediocritate ciuili ad fidem præsentium criminum retulissent: sic
populum ad iram ac odium concitarunt: vt fautores illius non sustinentes aduersariorum vim
primum de omittenda Alcibiadis causa cogitarent. Deinde cernentes nautas: remiges omnes de
niq; milites, tum domesticos, tum peregrinos aduersus Alcibiadis inimicos palam manifesteq;
insurgere: animum rursus quemprope abiecerant, receperunt. Omnes enim auxiliares, sed præ-
cipue milites Argiui, & mille pedites Mantinenses, se ad hanc militiam venisse dicebant: vt Al-
cibiadem terra mariq; , aut nullum alium ducem sequerentur. Hæc quum viderent Alcibiadis ad
uersarii: veriti ne multitudo in expectatione belli erecta horum vocibus, quorum opera nisi bel-
lo post habito carere non poterant, ad tollendum iudicium flecteretur: nouis consiliis virum ag-
grediuntur. Instruunt oratores nõnullos: qui etsi aduersus Alcibiadem occultas inimicitias exer
cerent: non tamẽ minori odio q̃ aperti inimici eum habebant. Ii populũ adeuntes veluti ciues q̃-
bus curæ esset reipublicæ salus, multis verbis ostendunt: quã indignum Athenien sium prudentia
fit: simul & classem ingentem parare, & multitudinem pene immensam, cum ex vrbanis, tum ex so
ciorum copiis collectam, ad bellum armare grauissimum fortasse omnium: quæ vnq̃ ea respublica
gesserit: & eodem tempore tanti exercitus ducem reum constituti: iudicio distineri: ad populũ Athe
nien sem, qui animo Europam Aphricamq; concipiat: in audiendis accusationibus frustra tẽpus
terere. Nauigandũ igitur esse: quod bene ac feliciter eueniat: & in aliud tempus iudicium differendũ.
Confecto enim bello, quum Alcibiades per otiũ adesse suæ causæ poterit: iudicium constituant: rẽ
causamq; cognoscant: & opportuno reipublicæ tẽpore secũdũ leges sententiam ferant. Non latu
erunt ingenium Alcibiadis hæ insidiæ: quas inimici: sub amoris specie: apud imperitam multitu-
dinem in suum caput machinabantur. Itaq; precibus: querelis: omni deniq; contentionis genere
eniti ad populum cœpit: vt de hac accusatione ante profectionem suam decerneretur: indignum
esse clamitãs: sub reditum suum integram causam reseruare: & in magnã expeditionem ducẽ mitte
re: quẽ omnes Græci accusatorẽ criminibus obnoxiũ putẽt: quã auctoritatem in exercitu habituꝝ
eum credant: quẽ milites ignorẽt: an vt imperatorẽ: an vt reũ sequantur? Hãc igitur causam inimi
corum odio atq; inuidia excitatã ante omnia cognoscant: ac si Alcibiadẽ (vt inimici volũt) nocẽ-
tẽ inuenerint: ei secundũ leges pœnas constituant. Sin vero manifeste cognouerint: selõge ab hoc
scelere esse alienũ: tum in lucẽ proferãt innocentiã suã: vt fidẽti animo pficiscatur ad bellũ. Nõ enim
decere populũ Athenien sem: neq; reipu. expedire: neq; maximis rebus quas gerere tãtis conatibus
parẽt, vtile esse: sic ducẽ Atheniẽsem in expeditionẽ accedere: vt magis domesticos hostes qui post
tergum relinquantur, quam externos qui aduersa fronte dimicaturi sint, formidandos putet.
Post longam contentionem re integra in aliud tempus reseruata: quia præsenti bello moram al-
latura videbatur: triumuiri iubente senatu po.q; Athenien si classem conscendunt: nec multo po
stea, tempus idoneum ad traiiciendum in Siciliam nacti, dato profectionis signo cum magna spe
ctantium voluptate a Pyrœo soluunt: ducentes secum supra centum &.xl. triremes: centum, & quin
q; milia peditum: tum sagittarios ac funditores mille & trecentos: tormentorum præterea ac ma-
chinarum expugnandis vrbibus copiam iugentem. Secundo vento ad Italiam delati Rhegium
quod ex propinquo Siciliam spectat, primo aduentu occuparunt. Deinde consultantibus inter se
de administratione imminentis belli: Alcibiades suadente Lamacho, repugnante vero Nicia, ingẽ
ti celeritate in Siciliam traiecit: ac nulla interposita mora Catinam (id est oppidum non admodũ
longe a Syracusis situm) prius occupauit: quam oppidani aut suis præsidiis vrbem tueri: aut acce-
rire aliunde subsidia possent. Hoc initio prosperefeliciterq; secuto, iam ad reliqua peragenda mili-
tes Alcibiadis sese parabant: existimantes omnia quęcunq; forent, illo non alio duce, superare &
consequi posse: quum tristi nuntio allatum est, eum Athenas ad iudicium reuocari. Nam post di-
scessum illius maiori parte (vt plerumq; fit) meliorem vincente, inimici omni contentione adhi-
bita populum concitarunt ad eam conspirationem prius inueniendam: deinde extirpandã: quam

Exercitus Athen. i Syracusanos: i quo fuerũt Classis cẽtũ &.xl. triremi um: cẽtũ & quiq; milia peditũ. Mil le &. ccc. sa gittarii & funditores, ingẽsq; Tor mentorũ &

Machinaꝝ copia. Rhegium. Catina oppidū nō lōge a Syracusis.

authore principeq; Alcibiade factam esse dicebat. Iraq; cœptū est de coniuratis qui insimulabantur modice primum agitari: deinde crescēte odio atq; inuidia, tanta extēplo rabies ciuitatē inuasit: vt in quoscūq; amicos ac sodales Alcibiadis sine vllo discrimine sęuitum sit. Nulla enī seruata iudicii forma, alii necabantur: alii trudebantur in carcerē: nec quisq; erat tam innocēs: qui si tenuem suspitionē huius criminis incidisset, furētis populi manus posset effugere. Eos vero qui primū hanc culpā in Alcibiadem cōtulerūt, nō Thucydides qui huius facinoris in historia meminit, sed Phrinicus comicus, aliiq; nonnulli, Dioclidē ac Teucrū fuisse testātur: vt ex Phrinici scriptis intelligi licet. Te inquit amicissime Mercuri integrum atq; incolumē seruā: ne si cecideris, & amico infamiæ sis, & Dioclidi præbeas facultatem nocēdi. Cauebo inquit: ne Teucer aduena possit abesse colono. Sed iam satis cōpertum habemus neminē fuisse inter eos, qui Alcibiadem oppugnabāt, sic sibiipsi cōstantem: vt aliquid vnq̄ stabile aduersus eum firmūq; protulerit: quin potius omnia ficta pro arbitrio crimina & cōmentitia videbātur. Rogatus quidam accusatorum: quonā pacto eū, qui Mercurii statuā percusserat, cōspexisset: respondit se beneficio Lunę percussoris vultū sacrilegiq; nouisse. Verū quū prima noctis redeuntis Lunę qua tenebręq; vigere præcipue solent, id facinus ppetratum esse cōstaret: satis perceptum fuit a prudētissimus viri: eum & pugnantia secū log: & maliuolentia ad accusandum Alcibiadē, nō veritate compelli. Populus tamē sic Alcibiadi erat infestus: vt nō argumēta, non testes, non deniq; hominē vllū, qui illius salutē ac innocentiam tueretur, audire æquo animo posset: accusatores contra, atq; eorū crimina in absentis perniciē fabricata & libēter admittere, & suis sententiis cōprobaret. Quibus rebus effectū est: vt amici Alcibiadis leui etiam suspitione notati, furētis populi rabiem metuentes, alii occultis in locis se abderēt: alii

Androcides

salutem adipiscerentur fuga: nōnulli priusq; opinabātur oppressi in carcerē truderētur. Inter quos fuisse aiunt Androcidem quēdam virum genere ac maiorum gloria clarum: cuius originē in Vlysem aut horem Hellanicus historicus refert. Hunc populus Athenienſis, quia ipse contra multitudinem aspernabatur, vt inimicū iam multo antea oderat. Creditum vero facile est: eum in hac causa esse nocētem: quia Mercurii statua quędā ampla atq; magnifica domui eius propinqua, cæteris dissectis atq; perfractis, sola pene intacta permanserat. Huic statuę Androcidem, ad cuitandū suspitionē peperciſſe dicebāt. Vnde nomē deinde qd hodie quoq; seruat, sortita esse videtur: & a posteriorib⁹ titulo indicante Androcidis Mercurius vocitata. Huic igitur Androcidi iussu populi in-

Androcidis Mercurius.

carcerē truso timens quidam nobilitate impar, prudētia vero audaciaq; superior, in eodem carcere constitutus persuasit: vt ipse vna secū aliiq; nōnulli nocētes se esse cōfitērētur. Manifestāti enī scipsum dicebat, secūdū legē, impunitatē cōstitui. Iraq; satius esse paucos optimos ac præstāres viros, qbus præcipue formidādū erat, mētiēdo saluti suę cōsulere: q̄ cū plærisq; hoibus sordidis pinuidiā fœde turpiterq; necari Hoc suadēre Timæo quum assentiretur Androcides: in mediū prodiens cōfessione sua ipse aliiq; nōnulli a populo liberā tur. Fuerūt autem ab eo & proprii serui, vt maiorē fidem suis verbis acquireret, & plęriq; alii socii facinoris nominati: de quibus omnibus præter eos q fugam arripuere, sumptū supplicium est. Post hęc populus Athenienſis in Alcibiadē ira ac indignatione conuersa, quosdam elegit: qui vna trireme Salaminem primo deinde Siciliam peterent: Alcibiadē cōuenirent: modeste alloquerentur: multis rationibus suadentes: vt ad dissoluendum iudicium & diluenda crimina quæ sibi inferebātur, Athenas rediret. Metuebāt enim quod erat magno pere formidandum: ne si vis ei afferet, homo ferox ac turbulētus aliquā seditionē in exercitu conciet. Id q̄ si tentare Alcibiades voluisset: facile in hostili terra potuisset efficere. Nam sua spōte milites postq̄ perceperūt populi Athenienſis edictū: passim per exercitū fremebāt clamabātq; : neminē esse Athenienſium præterq; vnū Alcibiadē: cuius ductu auspicioq; bellum Syracusanū cōficī posset eo' abeunte finiendā militiā esse: nec vlterius in ea quincia tēpus esse terendū. Cernebant enim Lamachū virum impigrum & in rebus gerēdis ferocē prohiberi authoritate Niciæ: quo minus sua audacia vteretur. Niciq; vero in bello gerēdo tarditatē quādam esse innatam: quam solus Alcibiades potuisset sua virtute atq; ingenio excitare. Discedēs igitur Alcibiades ira indignatiōe accēsus, Messanā primū quæ certam defectionem parauerat, ex manibus Athenienſiū abstulit: clam Syracusanis rem omnē apperiēs, ac detegēs eos, qui tradere vrbē populo Athenienſi decreuerāt. Deinde quum in Thurios pueniſſet: deceptis custodibus e triremę, qua Athenas ducebatur: repente profiliit: ac celeriter se e prospectu nautarum eripiens: quū certo in loco delituisset: facile persequētium manus effugit. At vero post hæc roganti cuidam: num patriam suspectam haberet: respondisse aiunt: se patriæ plurimū credere: Vitæ autē discrimen ne matri quidē suæ cōmittendū putare. Fieri enim ignorantia posse: vt nigrū pro albo ferat lapillum. Nec multo postea quū percepisset: se vna voce a populo Athenienſi morte dānatum: At ego inquit ostendam illis Alcibiadem viuere. Accusatio-

Lex atheniensiū de seipsum manifestante cui impunitas pstetur.

Alcibiades athenas ad diluēda crimina accersitur.

Vitę discrimen ne matri qdē suæ cōmittēdū Alcibiades putauit.

nē vero sic se habuisse aiunt. Thessalus Cimonis, Alcibiadē Cliniæ in iudiciū vocat: quoniā cōtra ius fasq; Cererē violauit: quum in propria domo sodalium cœtum haberet: quorū alii præconis, tædarumq; ministri, alii discipulorum officio fungerētur: ipse veluti sacrorum antistes arcana mysteriaq; doceret: atq; hæc omnia faceret contra edita & leges: quæ olim fuerunt ab Eumolpidis

Alcibiades mortedāna tus a populo Athenienſi.

& Eleusine sacerdotibus cõstitutę Athenienses igitur publicatis Alcibiadis bonis: eoq; absente dã nato: ne aliquid qd aduersus illũ fieri posset, intactum relinquerẽt, decreuerũt: vt omnes ministri ministręq; sacrorum Alcibiadem velut impiũ ac nefandum hominẽ execrarentur. Eaq; vnã decre to populi imperioq; neglecto, dixisse aiunt: supplicationum ad se non execrationũ officia pertine re. Inter hæc Alcibiades ex Thuriis in Peloponẽsum pfectus, se Argos contulerat atq; inde quũ a patria, suisq; inimicis, oia mala expectanda esse arbitrareť: fortunã tentandã ratus, ad Lacedæmo nios miserat: qui dicerent: si publica pręstita fide sibi adeũdi Spartã potestatẽ fecerint: allaturum se multa, quæ ad cõmunem vtilitatẽ magnopere ptinerẽt. Facta potestate: Alcibiades & si antea La cedæmoniis vehemẽter fuisset infestus, tamẽ mutata fortuna rerum, cõmiter hospitaliterq; susce ptus primũ eos de bello Syracusano cõsultãtes multis rationibus cõpulit: vt Gilippum ducem ad ferẽdã Syracusanis opẽ, cõtra Atheniẽsiũ exercitũ mitterẽt. Deinde vt illinc aduersus Atheniẽses p pinquũ mouerẽt bellũ. Postremo vt Deceliã vrbẽ, quo nihil pniciosius afferri Atheniẽsib⁹ potuit, mænib⁹ circũdarẽt, præsidiisq; munirẽt. His atq; aliis pmultis breui tpe factũ estꝫ: vt Lacedæmonii nõ mõ in publicis rebus, sed in iis etiã quæ ad priuatũ viuẽdi vsum ptinerẽt, Alcibiadis ingeniũ ad mirarenť. Nã quũ viderẽt ipm ad tõdendã vlq; ad cutẽ barbã more laconico tõsores adhibere: & frigidis balneis vti: & duro pane nigroq; iure vesci: vix adduci poterãt: vt crederẽt cũ esse virũ: quẽ acceperãt in oi delitiarũ genere fuisse versatũ. Sed tãta inerat Alcibiadi cõitas atq; ad oia naturalis ingenii dexteritas: vt facile diuersis cõtrariisq; hoium moribus, qd alii se assęq posse diffidũt, suũ vi uẽdi modũ accõmodare videreť: ceu Cameleon quidã: quẽ aiũt: albedine tãtũ excepta, ad oẽs co lores suscipiendos aptũ esse natura. Erat enim in Lacedæmonia homo grauis, seuerus, & qd apud Spartiatas plurimi fit, pugnator egregius. In Ionia: iners, mollis, ac multis voluptatibus dedit⁹.

* In Thracia quoq; nũc potãdo: nũc equitãdo, incredibili arte barbarorũ mores imitabatur. Cũ * Tissapherne vero Sartapa diu versatus, adeo fastu, põpaq; & ornatu oium reꝝ cũctos alios excede bat: vt Persicã magnificẽtiam, qua illi plurimũ valẽt, suis deliciis superaret. Hęc cum ageret Alci biades: non mores in alios mores, aut naturam in alteram vertebat naturam: sed interioribus cu piditatibus tectis, semper ad eorũ cõsuetudinẽ, qbus cũ versabať, suũ accõmodabat ingeniũ. Itaq; si quis ex eo viuẽdi modo, quẽ ille apud Lacedæmonios præferebat, metiri hominẽ voluisset: nõ fi lium Achillis (vt ille poeta inquit) sed virũ Spartiatã: sub disciplina Lycurgi a primis incunabulis institutum Alcibiadẽ esse dixisset. At vero ex altera parte si idẽ potuisset occultũ illius ingeniũ abdi tãq; naturã diligẽtius intuerť: eã pfecto sententiã ptulisset: qua de Helena quæ in funere matris ni miũ suis pepercerat comis, ille poeta tulit. Mulier est inquit quæ semp fuit: pristinũ ingeniũ seruãs pristinãq; naturã. Post hæc cũ Agis Lacedæmoniorũ rex in expeditionẽ esset pfectus: ferũt Timęam illius cõiugẽ adulationibus Alcibiadis blãditiisq; pellectã primũ familiariter secũ fuisse versatã: de inde impudẽtia simul cũ amore crescẽte: eo temeritatis atq; insaniæ pcessisse: vt cũ infãtẽ peperisset: ipsum etsi foris Leotychidẽ: domi tñ præsentibus ancillis: Alcibiadẽ vocitaret: atq; eius filiũ esse fa teretur. Alcibiadem quoq; ioco dixisse aiunt: nõ a se quæsitã familiaritatem Timęæ: quo aut cõtu melia quẽq; afficerer: aut voluptate frueretur: sed vt liberos: qui deinde Lacedæmoniorũ reges futuri essent, procrearet. Hæc quum multorum sermonibus deferrẽtur ad Agidẽ: tradunt hominem non tam accusatorũ criminibus: qui suspitionem de Alcibiade faciebant: q̃ tpe esse adductũ: vt violatã vxoris pudicitiã credere. Nam antea rex ingẽti terremotu perculsus, relicta in vrbe coniuge decẽ cõ tinuos abfuerat mẽses. Post hæc tps natum Leotychidem suum filium esse negauit: ex quo aiunt illum veluti a regio sanguine alienum, successione regni a posterioribus fuisse excluſum. Verum inter hæc quum Athenienses, re male gesta, ingentem cladem in Sicilia recepissent: extẽplo Chii, Lesbii, Cyziceni ad spem nouarum rerum erecti, vno eodemq; tempore, Spartam miserunt: qui di cerent se defectionem a populo Athenienſi facturos: si Lacedæmoniorum pręsidiis fulciantur. La cedæmonii vero his libẽter auditis, primum vna voce in hãc sententiam ferebãtur: vt censerent optimum esse Bœotiis Lesbiis: Pharnabazum Cyzicenis auxilium ferre. Deinde authore Alcibia de, consilio permutato, Chiis primum totius viribus subueniendum rati classem parãt: eãq; ma gnis copiis refertam ad tutãdum Chium proficisci iubent. Alcibiades in hanc expeditionem p fectus, nũc egregiam operam in bello nauãdo, nunc Lacedæmoniorum ducibus cõsulendo, tan to detrimento Atheniẽsibus fuit: vt pene totã Ioniam ad defectionem compulerit. Dum hæc in Ionia geruntur: interim Agis tum ob inuidiam quæ animum eius vrebat, tum ob violatæ vxoris iniuriam: dies noctesq; nihil aliud agitare videbatur: nisi vt ruina Alcibiadis odium suũ restingeret. Et iam Spartiatæ nobiliores, qui aliquam dignitatẽ in rep. obtinebãt, eodem pacto vt Agis inuide re glorię illius rebus pspere gestis incœperant. Itaq; pniciem ei cõmuni consilio machinãtes ad prę fectos classis in Ioniam mittunt: qui iussu regũ Alcibiadem de medio tollant. Sed callido ingenio vir quũ allatę iniuriæ, & quanta inuidia gloriã sequeretur, non immemor esset: semper Lacedæmo niorum fidem suspectã habens, in bello gerendo eorum mãdatis obtẽperabat: vitã tamẽ aliaq; si bi chara neq; illorum fidei, neq; arbitrio cõmittebat. Cæterum cognitis iis quę sibi parabãtur insi

Alcibiadis bona publicata.

Alcibiades a Lacedæmoniis suscipitur. Gilippus.

Decelia vrbs.

Alcibiadis ingeniũ ad oia accommodatum. Cameleon ad oẽs colores suscipiẽdos aptus

excepta albedine.

Agis rex Lacedæmoniorum.

Timæa vxor Agidis.

Alcibiades cũ Timæa Agidis regis vxore consuetudinẽ habuit.

Alcibiades in Lacedæmoniorum odiũ & inuidiã deuenit

diis, exemplo ad Tissaphernē Satrapem, veluti ad salutis suæ patronū, confugiens barbarum cal liditate ingenii, cuius ille erat supra modum amator, sibi in primis conciliauit. Nulla enim erat na tura tam aspera: tam difficilis: tam ab humanitate aliena: quam Alcibiades non sibi beniuolā red deret. Itaq; Tissaphernes & si homo superbus esset atq; immanis: & supra omnes Persas Græcorū generi inimicus: comitate tamē Alcibiadis sagacitateq; Pellectus, sic eum diligebat: vt nō minus hominē colere: q̄ ab eodē coli videretur. Quinetiam hortum quēdam omniū suorū pulcherrimū in quo & fontes perennes erant, & prata salubria, & vmbracula regiis ornamētis instructa, appel lari Alcibiadem iussit. Hæc cū ita essent: Alcibiades postea q̄ vidit se gratia apud Tissaphernē au thoritateq; plurimū posse: & amicitiam Lacedæmoniorū cū ob priuatū odiū regis, tum ob cōmu nē ciuitatis inuidiā, in pperuam maliuolentiā esse cōuersam: suadere barbaro cæpit: ne Lacedæmo nios tantis viribus, quantis antea iuuerat, aduersus Athenienses foueret: sed paulatim pecuniam subministrando, discordiarū materiam aleret: bellū quoad posset nutriret. Fore enī vt ambæ resp. diuturnitate belli afflictæ supplices deinde ad regē suum humilesq; cōfugiant. Tissaphernes admi rans ingenium ac prudentiā Alcibiadis: sine vlla exceptione, in bello gerēdo eius cōsilia sequeba tur. Græci autē stupebant: q; quum esset Alcibiades tāta cum ignominia pulsus Athenis: industria ta men & calliditate ingenii, eā authoritatem apud exteras gētes assequutus foret: vt nō modo Athe niēsibus, sed etiā Lacedæmoniis nō mediocri formidini esset. Athenis vero passim per vrbē quere bant ciues: q; fortem virum, & egregiū ducē, alieno reipu. tēpore, de ciuitate expulissent: odio ma gis atq; inuidia, q̄ merito vllo, pernicie ei machinati: paulo post in ceruicē patriæ rediturā. Nam & si per id tēpus in Samo res Atheniēsium, nec prosperē satis, nec aduersē admodū essent: præfectis classis in id solum intētis: vt recuperarent nōnulla quę paulo ante defecerāt loca: & alia quę defe ctionē factura videbātur in fide retinerēt: tamē magna eos incesserat cura q; crebris nuntiis rumo ribusq; acceperant: Tissaphernem centum quinquaginta triremes in Phœnicia paratas habere: quæ si aduersus Athenas (vt fama erat) a barbaro mitterentē: iam actū iri de libertate credebant. Alcibiades Atheniēsium formidine cognita, celeriter ad præfectos misit in Samū: q̄ dicerēt priua tis simultatibus se potiorē semp habuisse rēp. Nunc quum seruare eā possit: paratū esse Tissapher nē, qui grauissimus hostis īmineat: ab eorū ceruicibus remouere: si exaltera parte optimates Athe nis, vt viros fortes decet remp. capessentes impitę multitudinis potentiā deprimāt. Assentiētibus cūctis nobilibus quires Atheniēsium in Samo regebāt, suasionibus cōsiliisq; Alcibiadis: vnus tan tum * Phrynichus suspicatus id qđ erat, Alcibiadē hæc oīa moliri: nō tā vt paucorū potētiā in vr be cōstituat: q̄ vt inter Senatū & plebē cōtētionē inducat: aduersari aliis cœpit: & huic cōsilio qua cunq; ratione obuiam ire. Itaq; Astyochū quē Tissaphernes suę classi pfecerat, occulte monuit: vt ab Alcibiadis dolis insidiisq; caueret: sed duplicata vtriq; fallacia deceptus est pditor: quum pro ditorem deciperet. Timens enī Astyochus potētiā Alcibiadis: quem sciebat gratia & authoritate apud Tissaphernem plurimū posse: oīa q̄ sibi a Phrynico fuerant delata, homini patefecit. Alcibia des his cognitis: extemplo misit in Samum monitū præfectos classis: vt a Phrynichi pfidia caueāt. Opera enim illius: oīa cōsilia q̄ pro salute Athenarū agitētur, pturbari atq; euerti. Hæc vbi relata sunt Atheniēsium ducibus: adeo grauiter i Phrynichū exarserunt: vt cōmuni cōsilio cōspirarēt ad hominem veluti hostē & pditorē patrię pśequēdū. Phrynichus sibi vehemēter metuēs, anteq; op primeret alios insidiis experiri cōstituit: an superiori fraudi noua fraude posset occurrere. Itaq; rur sus ad Astyochū misit: q̄ primū apud eū quererenē: q; ea oīa quę fidei suę cōmiserat, contra ius fasq; prodita Alcibiadi essent: deinde operā suā magis q̄ vnq; antea pollicerentur: se etiam paratū esse di centes in manibus suis si velit, classem atq; exercitū Atheniēsiū tradere. Verū hæc quoq; fraus quū ab Astyocho relata Alcibiadi esset: euentum quē Phrynichus aīo destinauerat, habere non potu it. Nam vbi Phrynichus iterum ab Astyocho suas insidias detectas sensit: metuens secundam Alci bidis accusationē, celeriter vt poccuparet Athenienſium animos, duces conuenit: monetq; vt militē in armis habeant: sibi enim cōpertū esse: hostes paulo post cū omnibus copiis affuturos: eo cōsilio vt Athenienſiū exercitū quēilli imparatū atq; inermē reperire confidūt, ingēti īpetu aggre diantur: atq; si fieri possit euertāt. Sub idem propē tēpus ad eosdē duces literæ ab Alcibiade afferun tur: quæ Phrynicū proditionis insimulabant: monebātq; vt ab fallacia hominis, qui tradere exer citum hostibus simul cum classe parauerat, diligēter caueret. His literis nō crediderunt præfecti clas sis existimātes ea cōmētitia esse crimina: & ab Alcibiade impetriciem Phrynichi fabricata. Dicunt tamen quum paulo postea seruus quidā Phrynichū peremisset: cōsuesse Athenienses eum ob prodi tionem iure necatum: & interfectori ac sociis eius veluti benemeritis de rep. viris prēmia detulisse Post hęc amici Alcibiadis qui in Samo classem habebant, superiores facti, exemplo Tysandrum Athenas mittunt: qui primores ciuitatis cōueniat: atq; eos doceat: Tissaphernē Alcibiadis opera amicum sibi ac socium fore: si illi populari statu deiecto reip. gubernationē susceperint. Verum Ti sandri aduentu quadringenti viri occupata rep. præter expectationē eorū qui versabantur in Samo segnius q̄ antea gerebant bellum: & Alcibiadis rebus parū fauebant: siue nō audientes maiorē mo

Alcibiadē ciues Athe nienses con queri cœpe rūt ob inui diam expul sum.

Classis. cl. Triremium Tissapher nis satrapę i phœnicia

Phrynich⁹

Astyochus pfectus clas sis Tissa phernis.

tum in vrbe concire: siue arbitrates se Lacedemonios, qui paucorum statum semper adiuuerat, magis pacatos habituros. Sic igitur se habentibus rebus: vrbana multitudo nonnullos supplicio coterrita, qui fuerant quadringentorum iussu necati, quietè actura videbatur. Ii vero q apud Samū in exercitu erant: grauiter ferètes hæc quæ gerebantur Athenis: nulla interiecta mora, repetere cum omni classe Pyreum statuunt: Alcibiade antea duce exercitus appellato: monitoq; vt omnibus rebus omissis, ad delèdam paucorum tyrānidè Athenas veniret. Cæterum Alcibiades: etsi eoq; beneficio dux fuisset tot nauiū, tantiq; exercitus declaratus: tamen non tam cupiditati illoq;, q̄ saluti patriæ consulèdum ratus: prudètia sua a pniciosо incœpto multitudinè reuocauit. Vnde aiunt cōsensu omniū fuisse postea iudicatū: consilio atq; opera Alcibiadis eo tēpore ciuitatè seruatā. Nam si vt cō stituerant: classem Athenas & omnè exercitum reduxissent: primū Hellespōtū, insulas, Ioniā deniq; omni præsidio nudatā arbitrio hostiū reliquissent: deinde in vrbē, quo nihil funestius euenire potest, ciuile introduxissent bellum. Hæc ne fierent Alcibiades prope solus prohibuisse videtur: nō modo simul totū exercitū leniendo: sed etiam vnūquēq; militē seorsum vocando, rogandoq; ne dum paucorum potētiā delere studēt: eodē conatu ciuitatē euertant. Thrasybulus quoq; quē aiunt inter omnes Athenienses magnitudine vocis plurimū valuisse, vna cum Alcibiade clamando increpādoq; multitudinem leniebat. Nec multo postea Alcibiades Phœnissas naues, quæ a Persa rege in Lacedæmoniorum auxiliū mittebantur, calliditate sua cohibuit: ne vlterius progrederētur: Tissapherni suadès, vt permitteret Græcos cū græcis dimicātes sibi mutuo internitionem parare. Nemini enim dubium esse: quin Lacedemonii illius potētia fulti Athenienſium vires euertant. Debellatis Athenienſibus Lacedæmonios nō solum reliquis græcis: sed ēt Persarum regi formidādos fore. Tissaphernes iis rationibus per suasus prope Aspēdum classem continuit. Q d vbi Athenis nūtiatum est: tantā repente gratiā apud multitudinē Alcibiadi comparauit: vt eum extēplo quadringētorum statu deleto in, vrbe recipiendū censerent. Verum Alcibiades: ne videretur misericordia quadam & beneficio plebis fuisse in patriam reuocatus: statuit reditum suum aliquāto differre: vt si fieri possit, maiori cum gloria reuertatur. Itaq; paucis nauibus ex Samo profectus: ingenti celeritate in Choam traiecit: Ibi audiens Mindarum Spartiatā Athenienses cū omni classe insectātē versus Hellespontū nauigare: extēplo decē & octo triremibus Lacedæmoniorū vestigia subsequutus, quū Abidū prope veniſſet, offendit vtrāq; classem vehementi certamine occupatā. Visus primū Alcibiades Lacedæmoniis spem, Athenienſibus formidinē attulit. Postea vero q̄ Athenienses notum conspexere signū in puppi ptoriæ nauis sublatum: continuo animū quē prope abiecerāt, receperunt. Redintegrato acrius prælio: Alcibiades ea parte, qua Lacedemonii superiores videbātur tanto impetu hostes inuadit: vt illi prius ferme, quā pugna consereretur, suis viribus diffidētes fugam arriperēt. Nam in proximū litus, vbi Pharnabazus cum pedestribus cōfederat copiis, raptim auerterunt classem. Instabat a tergo Alcibiades nouissimum quēq; aggrediens. Nec prius a persequendo hostè discessum est: quā Athenienses multis tum vadis, tum sicco litore intercepris multis etiam ferro necatis integrā victoriā reportarunt. Captę triginta hostium naues: & non nullę quas Athenienses pauloante amiserant, recuperatæ. Trophęum quoq; pro memoria huius victoriæ constitutum. His rebus prospere gestis Alcibiades nullā morā interponendam putauit: quin ad Tissaphernē rediret: secum ferens egregia munera ac pretiosam supellectilē ex hostium spoliis diligenter collectā. Verum cum Lacedemonii ante cōsertā pugnā de Tissapherne cū Persarū rege questi magnopere essent: q magis consilio Alcibiadis, q̄ mādatis suis obtēperans, hostium rebus faueret: Tissaphernes ad hanc suspitionē purgandā venientē opportune Alcibiadē capi extēplo iussit: & in carcerem condi: nihil minus eo tēpore q̄ talem iniuriā expectantē. Cæterum post paucos dies Alcibiades occasionem nactus: deceptis custodibus, qui excubādi diligentia remiserāt, fugā arripiens, ad Clazomenios se cōtulit. Ibi vt Tissapherne calūniis oneraret: passim vulgauit se eius beneficio esse dimissum. Profectus deinde in Athenienſiū exercitū: quū cognouisset Pharnabazū ac Mindarū cū omnibus copiis sub Cyzico cōsedisse: extēplo milites ad prælium accēdens, multis rationibus cōpulit: vt illi necessariū esse putarent: aut nauali, aut terrestri pugna cū hostibus decertare. Deficiente. n. pecunia, cōmeatu, & oī copia necessariarū rerū: aut dimicare cogebant: aut cū magno detrimēto abire. Alcibiades igit in locū quē * Proconesum appellāt, cū milite omni descēdens: iussit primū parua nauigia fortibus viris referta a magnis nauibus circūdari. Deinde prefectos diligēter curare: vt hoc pacto instructa classe, quāto maxime cū silentio possent, aduersus hostes pgrederentur. Et forte ingēs imber grādine mistus, quo nihil aptius ad fallēdū hostiū pspectū euenire poterat, opportune cecidit. Primū Athenienses, occupāte omnia tēpestate, bene gerendæ rei spem prope abiecerant: deinde hortāte iubēteq; Alcibiade: ne tātā occasionē pretermitterēt: recreati animo ire ad hostes pergunt. Nec multo postea mira serenitate coorta, classem hostium ante portum Cyzicenorū conspiciunt: quę videbatur soluentis ac abeuntis speciem prę se ferre. Veritus Alcibiades: ne hostes conspecta multitudine suaq; nauium, milites in terram exponerent: & cōtinenti applicarēt classem: extēplo pfectos iussit a tergo sua vestigia pedetētim sequi: ita vt a suis postremis nauibus me

Alcibiades dux exercitus Atheniensiū appellatus: Ciuitatem seruauit ab quadringētorū oppressiōe.

Thrasybulus vocis magnitudine inter Athenienses plurimū valens.

Aspendos. alcibiades in vrbē reciendus de cernitur.

Pharnabazus.

Athenienses de Lacedæmoniis victoriā: auxilio alcibiadis: reportarunt.

Naues triginta Lacedemoniorū captæ.

alcibiades capitur & in carcerem a Tissapherne coniicit

Cyzicus pmōtorium & vrbs.

Proconesus locus.

diocri interuallo abessent. Ipse quadraginta triremibus celeriter ante omnes progressus hostem ad pugnam elicit. Lacedæmonii paucitate cōtepta, fidēti animo prælium ineunt: nondū alia conspecta classe: aut strepitu nautico exaudito. Postea vero q̄ alias atq; alias supuenientes cōspexere naues: tantus repente terror pauor q; omnes occupauit: vt non modo primum impetum, sed ne conspectū quidē aduenientis classis sustinerent. Itaq; in proximū litus effusam arripuere fugā. Albiciades centū nauibus subsequutus, copiis in terrā expositis, magnā fugientiū partem excepit. Mindarum deinde ac Pharnabazū qui presto cū copiis terrestribus aderant, auxilium suis laturi: eodem impetu aggressus fudit fugauitq; nec prius victoriæ modus impositus: q̄ Mindarus fortiter pugnās cecidit: & Pharnabazus citato gradu fugam arripuit: Cyzico in potestate hostium derelicto. Ingens enim hominū copia & prælio cæsa: magna insuper capta. Nauiū vero ne vna quidem ex tanto numero euadere potuit. Athenienses hac tam ingēti victoria parta, non solū cōfirmasse in Hellesponto imperiū videbātur: sed ēt exaltero mari Lacedæmoniorū vim ac potentiā depulisse. Statim post hæc: capta est epistola quædā Iaconicis literis scripta: qua victi paucis verbis calamitatē susceptā Ephoris nuntiabant: Perdita sunt bona: Mindarus interiit: esuriunt qui supfuerunt viri. Vos qd valerius agendum sit, consulite. Post hæc milites Alcibiadis sibi assumentes huius victoriæ laudē: societatē aliorum militum, qui Thrasylli regebantur imperio, tolerare non poterant. Nam Athenienses non multo antea eodem Thrasyllo duce apud Ephesum tam ingentem susceperant cladē: vt ab Ephesis sit eo in loco vbi conflixere trophæum in eum constitutum. Hæc exprobrabātillis Alcibiadis milites: virtutē suam, ac sui ducis prudentiā extollentes: eorum ignauiā increpantes: asserē tesq; Alcibiadē nunq̄ fuisse prælio superatum: illos vero ductu auspicioq; Thrasylli sæpius fusos fugatosq;. Sic igitur insolēria horū militū eousq; processit: vt neq; in acie, neq; in castris cōmunem cū Thrasylli exercitu gerere militiā vellent. Cæterum quum Pharnabazus reparato exercitu Abidenorum fines esset ingressus: Alcibiades ad arcēdum populationibus hostē, cum Thrasyllo obuiā factus: conserta pugna, hominē in fugam vertit: & cum omni exercitu persequutus vsq; ad noctem fugientiū agmē, ingēti edita cæde, militē in castra reduxit. Ibi vtriusq; ducis milites, q; cōmuni opera rem feliciter gesserant, inuicē gratulātes summa lætitia victoria celebrarūt: breuiq; tanta concordia coaluerunt omnium animi: vt pristinę cōtentiones beniuolentiā peperisse viderētur. Postero die Alcibiades insigni erecto trophęo, in regionem Pharnabazi exercitum ducit: ac late depopulatus agros omnis: magna cū captiuorū copia, & omnis generis pręda in castra reuertitur: dimissis antea sine vllo pretio cunctis quos ceperat sacerdotibus. Quū vero Chalcidonii spem prodendæ vrbis Alcibiadi attulissent: extęplo ille ad eos pfectus: vt authoribus defectionis animū faceret: ad expellendum de ciuitate Lacedæmoniorū pręsidium: prope mœnia cū exercitu constitit. Certior deinde factus Chalcidonios quæcunq; pretio digna haberēt, sub aductū suum ad Bithynios detulisse: parte copiarū ad obsidendā vrbē relicta, ipse in fines Bithyniorū reliquum exercitū ducit: premisso antea caduceatore: vt nisi oia quæ a Chalcidoniis habuere, ad se detulerint: infestū agmen i suo agro expectent. Metu conterriti Bithynii extēpio parurunt mandatis: amicitia prius cum Alcibia de ac societate inita. Paulopost Alcibiades ad oppugnādā Chalcidonē reuersus, quum ex ea parte qua mari abluitur, aggrederetur vrbē: interim Pharnabazus vt obsidionē solueret, cum exercitu venit: statimq; cum Hippocrate vrbis præfecto suis copiis iunctis pugnādi potestatē fecit: nec Alcibiade detrectante certamen, ad pugnā deuenere. Certatū aliquā diu ancipiti prælio. Demū superato Hippocrate: quum Pharnabazus impetū hostium sustinere non posset: citato gradu fugā arripuit. Alcibiades post hanc victoriā præfectis Athenienſium ad obsidionē relictis, ipse in Hellespōtum rraiecit: pecuniā qua maxime indigebāt, vndiq; coacturus. Accidit autē vt per occasionē, cui nunq̄ deerat. * Selybriā caperet. Nā authores quidā dedēdæ vrbis cum Alcibiade cōuenere: vt quū * media nocte ignē cōspexisset: citatū agmen ad portas duceret. Veriti deinde ne vnus cōiuratorum qui mentē in contrarium verterat, oia patefaceret: ante constitutū tps ignem extollunt. Alcibiades conspecto signo .xxx. tantū viris assumptis: nondū enī exercitū armauerat: quāta maxima celeritate potest: ad vrbē. cōtēdit: iubens alios raptim sequi, Viginti alii accesserant viri: quum Alcibiades patefacta porta: vrbē ingreditur. Interim proditione detecta: Selybriani obuiā denso agmine veniebant: parati omni ratione confligere: vt hostem de ciuitate expellerent. Hos vbi appropiquare Alcibiades sensit: quum pugnam inire tam paucis militibus temerarium esse censeret: & pedem referre nimiū turpe videretur vsq; adillam diem duci inuicto: extemplo nouo consilio Selybrianos aggressus: caduceatorem misit: qui tuba silentio facto: suo nomine eos moneret: ne prius aduersus Athenienses arma hostilia ferant: q̄ animum consiliumq; Alcibiadis norint. Hoc mandato sic repressi sunt Selybrianorum conatus: ac si omnes ꝙlcibiadis copiæ adfuissent in vrbe. Protracti deinde Acibiadis opera: vtrinq; sermones: quousq; armatus exercitus ad vrbem peruenit: tum metu victis Selybrianis: quū fidē Alcibiadis implorarent: liberaliter data est pax: & Thracibus imperatum: qui frequētes in exercitu Alcibiadis erant: iam diu sua sponte huius imperatoris signa sequi: ne vrbē diriperent. Paucos dies ibi Alcibiades cōmoratus exacta pecunia prefidioq; impositō cū

Mindari in ceritus.
Epistola laconica ad Ephoros ab Athenienſibus capta.
Thrasyllo duce apud Ephesum Atheniēſes cladem ingentē susceperant.
Tropheum cōstitutum ab Ephesis
Pharnabazus reparato exercitu Abydenos tēdit, & ab Alcibiade funditur & fugatur.
Chalcidonios alcibiades adit & obsidet.
Bithynicū Alcibiades societatem inierunt.
Hippocrates Chalcidonis prefectus.
Pharnabazus iterum ad Chalcidonē ab Alcibiade fugatur.
Selybria vrbs capit ab Alcibiade.

omnibus copiis Chalcidonẽ reuertit. Hanc vrbẽ interim Athenienſium duces ad deditionẽ cõpu-
lerant: ac fœdere cũ Pharnabazo inito conditiões dixerãt pacis: vt Chalcidonii certa pecunia ſo-
luta, in poteſtate Athenienſium eſſent: & omnis Pharnabazi regio integra ab iniurijs ſeruaretur: ac
per eã Athenienſiũ legati quãdocũq; mitterẽtur ad regẽ, cõmeare libere poſſent. Alcibiadis aduẽtu
fide vltro citroq; data, iureiurando fœdus confirmãt. Sic igit cũ Pharnabazo cõpoſitis rebus, quũ
Athenienſes ex ea parte magno belli onere leuati viderẽtur: præter expectationẽ pcipiunt Byzanti
os nouãdaq; rerũ occaſionẽ nactos defeciſſe. Quod vbi ad Alcibiadẽ perlatum eſt: extẽplo ille non
ignarus, quãtũ momẽti ad res gerẽdas in celeritate collocatum foret, diu noctuq; non intermiſſo
curſu, ad recuperandũ Byſantiũ proficiſcitur. Primo aduẽtu oppidani celerius q̃ arbitrabãtur op-
preſſi, vt in re trepida fit, pauentes per vrbẽ diſcurrunt: deinde alii alios hortantes cõſtituunt inter
ſe quo quiſq; loco ciuitatẽ defenderet. Alcibiades ecõtra ſic terra mariq; Byzantiũ obſidet: vt nulli
aditus neq; exitus eſſent: qui non firmiter ſuis præſidiis tenerẽtur. Itaq; breui tẽpore factũ eſt: vt op
pidani debilitati cõmeatus inopia, famẽ tolerare non poſſent: nec ſatis ſcirẽt in tanta penuria re-
rum, quid ſibi agendum aut parandũ foret. Erãt ea tẽpaſtate Byzantii ciues duo Anaxilaus atq; Ly
curgus: qui magis cupiditate ſeruandæ patriæ, q̃ ſpe vlla priuatæ vtilitatis allecti, de prodenda vr
be cum Alcibiade conuenere: tali prius inito conſilio. ambo enim proficiſcentes in foꝝ, tum ad
ea ciuitatis loca vbi aliqua ciuium frequẽtia erat, paſſim vulgarunt ſe cõpertum habere Alcibiadẽ
ad comprimendas populorum ſeditiones, quæ magni ponderis eſſent, in loniam reuocari. Res a
multitudine facile credita: quia eodẽ die Alcibiades velis in altum datis ingenti celeritate verſus lo
niã nauigauit. Sequẽti nocte quãto maxime cũ ſilentio potuit, ad occupandã vrbẽ reuerſus: quum
iam cõpoſita oĩa ad ꝓditionẽ eſſent: ipſe cũ parte copiarũ in terrã deſcendit: ex altera parte præfecti
claſſis (ita enĩ cõuenerant) portũ ingreſſi magno clamore vrbẽ inuadunt. ſimul enĩ & oppidanis
metũ, & authoribus dedẽdæ vrbis ad recipiẽdum Alcibiadẽ animũ faciebãt. Primo tumultu Byzã
tii & externi milites, Peloponneſiaci, Bœotii, ac Megarẽſes facto agmine ad portũ occurrũt: & ho
ſtes iam deſcendentes in terrã ingẽti impetu in naues cõpellunt. Iamq; ſperabãt defendi Byzantiũ
poſſe: nõ ſatis gnarieorũ quę gerebanꝭ a tergo: quum nũtiatũ eſt Alcibiadẽ cum armato exercitu
vrbẽ ingreſſum. Extẽplo multitudo oĩs relicto portu in ciuitatẽ regredit: ad arcendũ hoſtẽ: & opẽ
ſi quam poſſet iam prope captę vrbi ferẽdam. Primo cõgreſſu atrox cõmittitur prælium: Alcibiade
dextrũ, Theramene ſiniſtrum regẽte cornu: ſteritq; aliquãdiu oppidanorum immota acies. Tan
dem vrgẽte vehementius Alcibiade, hoſtes in fugam vertũtur. Alcibiades vrbe victoriaq; poti-
tus curam adhibuit: vt omnes Byzantii a cæde, ac eorum bona a direptione militum ſeruarẽtur.
Sic enim antea cum Anaxilao Lycurgoq; conuenerat. Q d quidẽ ad diluendum proditionis cri-
men, ipſis deinde nõ parũ profuiſſe videtur. Nam quum ii poſt hanc deditionem, Lacedęmonem
profecti in iudicium vocarentur: Anaxilaum dixiſſe aiunt nullum turpe facinus a ſe perpetratum
Etenim quum Byzantius inquit, nõ Lacedęmonius eſſem: & patriã meam, nõ Spartam, terra ma-
riq; obſeſſam viderem: cerneremq; præterea oĩ frumento quod reperiebatur in vrbe a Bœotiis, Pe-
loponneſiaciſq; cõſumpto, reliquam multitudinem fame perire: ſuccurrẽdum Byzantiorum filiis
duxi. Itaq; nõ hoſtibus ciuitatem prodidi: ſed ab hoſtium cęde incendio: ac omnibus malis, quæ
victi a victoribus perpeti ſolent, patriam liberaui: optimatum Lacedæmoniorum ſequutus exem-
plum: quibus ſemper maximæ curæ fuit qua cunq; ratione ciuitatem ſeruare. His auditis Lacedæ-
monii Anaxilaum atq; Lycurgum omniſſupplicio abſolutos dimiſere. Cæterum Alcibiades tot re
bus terra mariq; feliciter geſtis: quum iam reuiſendæ patriæ incredibili cupiditate traheretur: ni-
hil vltra differendum ratus, claſſem cõſcendit: multi hoſtium ſpoliis ac omni armorũ genere exor-
natam. Nam præteringentem captiuorum copiam: ſupra ducẽta nauium roſtra, quæ partim a
ſe captæ, partim deletę præli o fuerant, ſecum habuiſſe Alcibiadẽ tradunt. Verum Duris Samius q̃
originẽ ſuã in Alcibiadẽ refert, Callipidẽ quoq; hiſtrionem fuiſſe in naui illius ſcribit: enſe haſta cæ
teriſq; armis, q̃bus vti in certaminibus ſolẽt, peregregie inſtructũ: & Chryſogonũ quẽdam modu
latorem, qui tanta arte remigũ manus dirigebat: vt quum illi remoꝝ pulſum cũ Chryſogoni cã
tu cõiũgerẽt: io cũdã audiẽtibus redderẽt harmoniã. Addit ẽt ptoriã nauĩ, qua Alcibiades vehebat,
veluti ex bacchanalibus redeuntem, cũ purpureis velis portum ingreſſam. Hæc ego affirmare non
auſim: quum neq; Theopompus, neq; Ephorus, neq; Xenophon qui grauiſſimi authores fuere,
harũ rerũ quicq̃ meminerint. Præterea nec tẽpus illud poſtulare videbatur: vt Alcibiades ab exilio ve
niẽs Pyræum cum tanta põpa ingrederetur, & Athenienſium inuidiam concitaret: quam ille ẽt in
tam ſecunda proſperaq; fortuna magnopere ſuſpectam habebat. Nam quũ portum intraſſet: non
prius in terram deſcendere voluit, q̃ ſedens in puppi Euryptolemũ nepotem & familiares permul
tos conſpexit hortantes: vt fidẽti animo in vrbẽ veniret. Inter hæc multitudo omnis obuiam effu
ſa ſtudio viſendi Alcibiadẽ poſt tot victorias portas, certatim extra ciuitatem exierat: tum ex tan
to interuallo primũ conſpectus ora omnium in ſe oculoſq; cõuertit. Itaq; ipſum venientẽ, cæteris
præfectis omiſſis: alii ſalutabant: alii oſculabantur: alii ei deferebant coronas. Senes qui appropin-

Chalcidon ad deditionẽ compulſa.

Byzãtii defectionẽ ſeuerant ab Athenienſibus.

Byzãtiũ ob fidẽ ab Alcibiade. Anaxilaus. Lycurgus.

Byzãtiũ capitur ab alcibiade. anaxilaus & Lycurgꝰ a Lacedęmoniis in iudiciũ vocantur.

anaxilaus & Lycurgꝰ abſoluunt.

Callippides hiſtrio. Chryſogonus modulator.

Euryptolemus nepos Alcibiadis

Alcibiades ab Athenienſibꝰ excipiuntur magna cũ lętitia & laude.

quare non poterant, procul aſpicientes virũ iunioribus oſtendebant. Erant etiam qui pſentẽ felicitatẽ cũ preteritis calamitatibus cõferẽtes, prenimio gaudio lachrymas tenere nõ poſſent. Multi quoq; reperiebantur: qui cũ ſermonibus ſuis res ante actas repeterent: palã faterentur, indigne iniuriam a populo factam: magnoq; id dãno fuiſſe dicerẽt: q; Syracuſano bello nec opera nec conſilio talis viri vſa reſp. eſſet. Quid enim Alcibiades ſua virtute potuiſſet efficere: manifeſte exillius geſtis poſſe deprehendi: qui quum Athenienſiũ rẽpu. ſpoliatam imperio maris, terra vero vix ſubur bana tenentem inuenerit: exemplo cũ magna hoſtiũ clade, nõ modo in priſtinã potentiã reuocauerit: ſed etiã gloria ac magnitudine rerũ geſtarum claram florentẽq; reddiderit. Sic igitur Alcibia des frequenti multitudine conſtipatus media vrbe in forum peruenit. Ibi aduocata concione, leniter primum de exilio queſtus, oĩum calamitarũ quas fuerat ante perpeſſus in ſuam malã fortunã malũq; fatũ contulit culpam. Deinde quum expoſuiſſet: quo ſtatures hoſtium eſſent: ita de bello q̃d gerẽdum erat, magno elatoq; animo diſſeruit: vt Athenienſes cũ ingenti aſſenſu vniuerſę concionis, pręſentem terra mariq; ducem exercitus declararent: de cernerentq;, vt oĩbus ſibi reſtitutis bonis, dirę execrationes in ſuum caput iuſſu populi factę ab * Eumolpidis & pręconibus re- * uocarentur. Sed in cõmuni lætitia ciuitatis, fuere nõnulli religioſi viri: quos nõ tam reditus Alcibiadis, q̃ tempus reuerſionis offendit: nam eo die quo ille portũ intrauit: feſta deæ, quæ coli Athenis magna cum religione ſolet, celebrabantur. templi enim ornamentum omne deponũt: pauimenta tegunt: & tali die ab omni opere vacandum cenſent. Cæterum Alcibiades cunctis exſentẽtia ſuccedentibus rebus, triremibus centum cõparatis ad bellum paulopoſt nauigare decreuerat: quum repente occaſio quædam honeſtę gloriæ conſequendæ illi oblata, aliquandiu retardauit pfectionis cõſilium. Nam ex eo tempore quo Decelia vrbs menibus fuerat a Lacedæmoniis circundata: ſic deinde tranſitus in Eleuſinã pręſidiis hoſtium tenebantur: vt Athenienſes ad celebranda myſteria ſine ornatu aut cerimonia vlla pompam mari deferendam curarint. Etenim ſacrificia, choreæ, aliaq; permulta, quæ fieri terreſtri itinere ſolita erant, omittebantur. Alcibiades rem quæ ad deorum cultum & gloriam hominum magnopere pertineret, aggrediendã ratus ſtatuit p me dios hoſtes pompam pducere. Cernebat enim aut otioſe tranſeundum eſſe: ſi Agis Lacedæmonium rex certamen detrectaret: aut ſacram pugnam & acceptã deæ in conſpectu patriæ cõſerẽdam: in qua eſſet omnis ciues virtutis ſuæ teſtes habiturus. Primum igitur quum Eumolpidas & pręconesconſilii ſui cõſcios feciſſet: quoſdã ſpeculatores in verticibus montium, qua proficiſcendum erat, collocauit: quoſdam etiã ſacrũ agmẽ ad omnes aditus exituſq; explorandos pręcedere iuſſit. Ipſe deinde ſacerdotes miniſtroſq; ſacrorum armatis copiis ſeptos ducere cũ ſilentio cœpit. Spectaculum egregium & deo dignum, pompa illa ac multitudo partim armis, partim ſolẽnibus ornamẽtis inſtructa præ ſe ferebat. Quum vero hoſtium nemo obuiã eſſet pgreſſus: Alcibiades ſacrificiis & iis omnibus q̃ ad celebranda myſteria pertinebãt, rite peractis, ſacrum agmen incolume reduxit in vrbem. Hęc res proſpere feliciterq; ſequuta Alcibiadẽ in tantã elationem ac ſuperbiã extulit: vt iam ille palam iactaret: hunc exercitum, qui tandiu ſuo auſpicio militauerat, ſe duce inſuperabilem eſſe. Erant autem ea tẽpeſtate Athenis multi egeni & calamitoſi homines: qui rerum nouarum cupidi Alcibiadem hortarẽtur: vt decretis legibuſq; ſublatis, remp. occuparet: ſuo arbitratu ciuitatẽ regeret: nec inimicorũ inuidiam, quam multo ante ſua gloria vicerat, formidaret. Ipſe vero, & ſi hanc multitudinem incredibili ſtudio ad ſe confluentẽ quacũq; ratione foueret: atq; iis omnibus quorũ opes in ciuitate inſignes erãt, occupandæ libertatis ſuſpitionem iniiceret: tamẽ quam mentẽ erga tyrãnidem habuerit, nõ ſatis cõpertum habemus. Illud autẽ nõ ignora re videmur: eo tpe principes ciuitatis ambitionem viri ac audaciam formidãtes, omni ſtudio cõtendiſſe: vt ille collegis in imperio quos vellet acceptis, q̃primũ vrbem excedens cum oĩbus copiis proficiſceretur ad bellum. Hæc quum eſſent: Alcibiades idoneam nauigãdi tempeſtatẽ nactus cum. C. naualium claſſe a Pyræo ſoluens continuato curſu Andrum petiit. Ibi fugato Lacedæmoniorum præſidio: quũ vrbem quæ expugnari poſſe videbatur: non cepiſſet: inimici Athenis criminandi materiam nacti, huic ſua ſponte Alcibiadem peperciſſe dicebant. Res ab Athenienſibus facile credita: quia tanta de calliditate illius habebatur opinio: vt oĩa ab eo minus proſpere geſta, non fortunę, ſed culpæ potius tribuenda putarent. Itaq; quum ante ipſius diſceſſum ſibi in animũ induxiſſent: Alcibiadem primo aduentu alteram ſaltẽ Ioniam occupaturũ: vbi audiebant ſegnius cuncta ſuę cedere: grauiter indignãtes aduerſus viꝝ, huius tarditatis culpam in perfidiã hominis conferebãt: non ſatis memores, in quantis difficultatibus Alcibiades verſaretur: præſertim ob pecuniarũ inopiam: qua interdum cogebatur relicta claſſe, cũ paucis triremibus pdatum exire: vt exercitum alere & ſuppeditare militibus ſtipendia poſſet. Hoſtes vero non ſolum domeſticis opibus fulti: ſed etiã a Perſarum rege cõmeatu pecuniaq; adiuti maiori facilitate gerebant bellũ. Harũ rerũ Atheniẽſes obliti, ſic abſenti Alcibiadi ſuccenſebãt vt priſtinam maliuolentiã renouare viderentur. Et forte per id tẽpus prope Epheſum ſuſcepta clades, inimicis illius animũ fecit ad impellendam multitudinem: vt Alcibiadi arrepto imperio, ducem exercitus commutaret. Nam quum Lyſander Lacedæmonię

Alcibiades dux declaratur exercitꝰ terra mariq; ab Atheꝛnienſibus. Decelia vrbs.

claſſis

classis prefectus ex pecunia, quam a Cyro susceperat, abunde suis militibus stipendia persoluisset: Alcibiades quoq; stipediariis suis quacũq; ratione succurrendum ratus: ad pecuniam colligendam cum paucis nauibus in Cariam proficiscitur. Relictus est autem ꝑfectus classis Antiochus quidam vir in re maritima ac in nauticis ministeriis vehemẽter peritus: sed disciplinæ militaris penitus expers. Hunc in discessu suo magnopere monuisse Alcibiades dicitur: ne absente se, manus cum hoste consereret. Is vero paulopost, præcepto illius cõsilioq; neglecto, cum duabus triremibus Ephesum nauigauit. Ibi Lysandrum qui in eo portu constiterat, nunc audaciam suam iactando, nunc Lacedæmoniorum ignauiam increpando, prælio lacessebat. Lysander primum cum paucis triremibus, deinde cum omni classe obuiam factus, quum abeuntem Antiochum sequeretur: reliquas Athenienſium naues offendit properantes fugienti Antiocho auxilium ferre. Primo congressu facta vtrinq; potestate pugnandi ad prælium deuenere. Certatum aliquandiu ancipiti marte: demũ Athenienses re male gesta, in fugam auerterũt classem. Lysander multis hostium nauibus, magna quoq; captiuorum copia potitus, vt magnificentius victoriam celebraret, trophæum constituit. Hæc vbi ad Alcibiadem perlata sunt, extemplo ille, omnibus rebus omissis citato cursu Samum repetit. Ibi collectis nauibus, quæ ex ephesina superfuerant clade, & suæ classi aduunctis, confestim ad lacessendum hostem ꝓgreditur: nullam pugnandi moram facturus, si ille quoq; dimicare iusta acie velit: cæterum Lysander recenti victoria parta non sæpius fortunam tentandam ratus, se classemq; suam in loca tuta receperat. Erat autem ea tempestate in exercitu Alcibiadis Thrasybulus quidam Thrasonis filius vir domi ac militiæ clarus: sed Alcibiadi vehementer infestus. Is Athenas profectus quum aduocata concione quo statu res Athenienſium essent exposuisset: multis calumniis Alcibiadem onerauit. Nam pauloante susceptam cladem, discessisse eum arguebat: cuidam ex comporatoribus suis ignobili ac inquilino homini classe relicta: profectum deinde in Cariam nõ tam vt pecuniã legeret pro alẽdo exercitu, & stipendiis militibus persoluẽdis: q̃ vt voluptati atq; libidini inseruiret: & reip. curam posthabita, pellicibus: quarũ sibi magna copia erat, operam daret. Itaq; discessu suo hostibus qui haud procul abessent, manifestã occasionẽ oblatam: vt Athenienſium classem inuaderent. Sic igitur sua culpa rem male gestã, classem dissipatã, exercitũ qui supererat licẽtia lasciuiaq; corruptum. Adiiciebat præterea eum habere in Throcide locũ quẽdam mœnibus aggeribusq; munitum: quẽ ille sibi ac si patriæ suæ diffideret, refugiũ comparasset. His Athenienses vehemẽter cõmoti, absenti Alcibiadi imperiũ abrogarũt: aliis ducibus qui exercitui classiq; præsent in eius locum suffectis. Alcibiades postea q̃ populi Athenienſis decretũ cognouit: multitudinis iram & inimicorum maliuolentiam metuẽs, suis nauibus ac militibus q̃ in omni fortuna rerum sua vestigia sequebantur collectis, in Thraciam nauigauit. Ibi cum populis, qui sine rege viuebant, bellum gerens quum in agros eorum nihil tale opinantium crebras excursiones fecisset: breui oĩs generis præda etiã suum militẽ locupletauit: multosq; grẽcos qui captiui barbaris seruiebant, ab eorũ manibus liberauit. Inter hæc Tideus, Adimantus, ac Menander Athenienſium duces: prope Lampascum profecti, contra portum: vt decernerent nauali certamine, vel si detrectaret hostis pugnam, timoris cõfessionem exprimerent: instructa nauium acie, stetere. Sed postq̃ Lysander a pugna suos continebat: Athenienses ad capræ flumina vnde profecti erant redierunt: ibi cum nullo imperio nulla militari disciplina militem coercerent: & mare importuosum esset: facile hostibus bene gerẽdæ rei occasionem præbebant. Hanc negligentiam obseruans Alcibiades: qui ab iis locis haud procul aberat: terrestri itinere ad præfectos Athenienſium venit, atq; eos docuit: quanto in periculo ipsi vna cum exercitu versarentur: quousq; eo in loco cõtinerent classem: vbi nec portus nec oppida essent: quæ hostibus impedimento, suis præsidio forent. Accedere etiam ad hæc: q; eorum milites commeatum longe petentes in terram descenderent: vagi per agros sine vllo ordine militari discurrerent: naues in nudis litoribus relinquentes hostium arbitrio manifeste expositas. Hæc dicentem mõnentemq; Alcibiadem, vt ex capræ fluuiis Sestum abirent: duces Athenienſium neglexere: affirmantes sibi nunc administrationem belli, non Alcibiadi esse cõmissam. Quinetiam Tideus contumeliis primum, deinde minis acceptum, abire celeriter iussit. Discedens Alcibiades paulopost nõnullis familiaribus ab exercitu venientibus: Nisi inquit consilium meum spreuissent duces, breui Lacedæmonios coegissem, aut prælio decertare: aut magna suarum nauium parte amissa turpiter fugam arripere. Verum hæc alii iactãtis hominis verba esse dicebãt: alii contra vehementer probabant: cernentes quanto adiumento Alcibiades Athenienſibus esse posset: si Thracum tumultuariam manum, quam in armis paratam habebat, terrestri itinere in Lacedæmonios conuertisset. Cæterum extemplo post hæc quale fuisset consilium Alcibiadis re ipsa & experientia patuit. Nam ex Athenienſium classe magna hominum copia frumentatum egressa, quum in agris passim vagaretur, Lysander intentus in omnes occasiones gerendę rei, ingenti celeritate hostes inuadit: nihil minus eo die quam Lacedæmoniorum aduentum expectantes: itaq; fuga magis quam pugna fuit. Naues paulo minus quam ducentæ: hominum tria milia capta: quos omnes Lysander necari iussit. Conon tantum cum octo triremibus exillo tumultu saluus euasit.

Lysander ꝓfect⁹ classis Lacedæmoniorum.

Antiochus ꝓfect⁹ classis Alcibiadis.

Athenienſiũ classis in fugam vertit. Trophęũ a Lysandro constitutũ.

Thrasybulus Thrasonis filius in Alcibiadẽ apud Athenienses inuectus.

Tideus Adimãt⁹ & Menander duces athenienſium.

Capræ flumina.

Athenienſium fuga a Lacedæmoniis facta.

Naues ferè ducẽte: hominũ tria milia capta

a Lysandro Lacedęmoniorũ duce Alcibiades a Thracib⁹ fugatur.

Nec multo interiecto tempore, post hanc victoriam partam, Lysander occupatis Athenis, longa mœnia dirui, & omnes Athenienſium naues cremari iuſſit. Alcibiades vero poſtquam Lacedæmonios longe terra marique dominantes conſpexit: eorum potentiam ſimul & maliuolentiam metuens, ſtatuit in Bithyniam proficiſci. Verum Thraces quum percepiſſent magnam auri vim ſecum Alcibiadem ferre: into conſilio virum aggrediuntur: omnique ei erepta pecunia, ipſum fugientem aſſequi non potuerunt. Pulſus vndique Alcibiades quum multa incommoda ac fortunæ permutationes illius animum tranſuerſum agerent: tandem omnibus conſiliis ratione ſubductis, ad Artaxerxem Perſarum regem confugiendum putauit: ratus non minus gratum aduentum ſuum ei futurum: q̃ olim Themiſtocles Xerxi fuerat regi: præſertim quum ad ineundam principum gratiam non deterior Themiſtocle videretur, & cauſam pro liberanda patria honeſtiorem haberet. Aditum vero ad regem facile per Pharnabazum, cum quo antea inierat fœdus, ſe habiturum ſperabat. Itaque quum in Phrygiam ad eum veniſſet: comiter hoſpitaliterque ſuſceptus, barbarum facunde alloquendo, ſibi in primis conciliauit. Athenienſes per id tẽpus libertate amiſſa, &.xxx. viris per Lyſandrum Lacedęmonioſque conceſſa, ſera tandem pœnitentia cepit: quę abrogato Alcibiadi imperio, aliis præfectis adminiſtrationem belli detuliſſent. Itaque ab Alcibiade minus erratum fuiſſe dicebant: quum miniſtri culpa nonnullas amiſerit naues: q̃ a ſeipſis: qui alieniſſimo reipu. tempore, egregium im militia ducem patriæ ſuæ abſtulerint: illam cuiuſdam calamitatis quæ breui inſtaurari potuiſſet, hanc vniuerſi interitus ciuitatis cauſam eſſe habendam. Sic igitur ſimul coeuntes in foro cum priuatam ſuæ cuiuſque domus, tum publicam fortunam ciuitatis deplorabant: cunctis tamen ſpes quędam relinquebatur inanis atque incerta: quę Alcibiade viuo nõ penitus actũ de libertate credebant. Antea enim Lacedęmoniorum potentiam ſua virtute depreſſiſſe dicebant: & nunc etiam æquo animo latutum non eſſe: vt ſe in columi tanta cum ignominia Lacedæmonii. xxx. qui tyranni Athenis dominentur. Nec mirandum erat eo tempore imperitam multitudinem vanis cogitationibus laborantem, omnem ſpem recuperandæ libertatis in Alcibiadem poſuiſſe: quum contra triginta viri neminem magis q̃ Alcibiadem metuentes, eum ſolũ eſſe arbitrarentur, qui præſentẽ ciuitatis ſtatũ perturbare ac delere poſſet. Itaque hoc metu curaque ſolliciti: vbi nã illę gẽtium eſſet, qd præcipue ageret aut moliretur ingẽti ſtudio pquirebãt Cæterũ Critias vnus.ex.xxx. tyrãnis, huic timori quacũque ratione ſuccurrendum ratus: Lyſandrũ docuit Lacedæmonios gręcię principatũ retinere non poſſe: nec præſentẽ Athenienſiũ ſtatũ firmare, donec turbulentiſſimus homo & acerimus populi concitator Alcibiades in vita ſuperſit. Hæc Critiæ verba parum Lyſandri animum mouebant: niſi ſuperueniſſent a Lacedęmoniis literæ iubentes, vt Alcibiadem de medio tolleret. Hoc autem quærebant Lacedemonii: ſiue quia hunc hominem. xxx. viri magnopere formidarent: iampridem ingenium illius in maximis rebus experti: ſiue quia tempus veniſſe arbitrarentur, in quo grauem pro illata Agidi iniuria ab alcibiade pœnam expeterent. Lyſander iis acceptis literis, extemplo ad Pharnabazum in Aſiam mittit: qui eum hortẽtur: vt hanc rem, quæ in ſua poteſtate collocata foret, quanta maxima celeritate poteſt, aggrediatur. Barbarus nullam moram interponendam ratus, Mageo fratri & Suſametri patruo negotium dat: vt Alcibiadem quem vna cum Timandra ſcorto in quodam oppido Phrygiæ eſſe perceperat, interficiendũ curent. Sunt autem nonnulli: qui anteq̃ is opprimeretur, quadam nocte viſam ei Timandram per ſomnium aiunt, vultum ſibi muliebribus lineamẽtis coloribuſque pingentem. Alii vero non Timandram, ſed Magęum fuiſſe dicunt: quem ille cernere videbatur capite ſibi abſciſſo reliquum corpus igne cremare. Verum ii quibus necandi Alcibiadis negotium cõmiſſum erat, mandata impigre exequentes: quum ad eum locum, vbi ille morabatur, multis cum ſatellitibus peruenissent: primo aduentu nõ ſunt auſi Alcibiadem aggredi: ſed totius circuitum domus ita cuſtodiis complexi ſunt: vt nemo indelabi poſſet. Deinde quum vndique parietibus applicuiſſent ignem: Alcibiades rei inopinata turbatus, cumulum raptim ex veſtibus & omni genere ſupellectilis factum ſuperignem proiecit: tum clamyde lęuo brachio obuoluta dextra enſem tenens, anteq̃ flamma vlterius conualeſceret, per medios hoſtes erupit. Ad barbari non audentes aut ei venienti obuiam progredi aut comminus manum conſerere: procul telis virum petebant. Itaque abundante miſſilium copia quum ille vlteriꝰ ſuſtinere nõ poſſet, tandem vulneribus multis confoſſus occubuit. Hic exitus Alcibiadis Athenienſis fuit, cui poſtea Timandra funus ſatis amplũ atque magnificum pro ſuis facultatibus faciendum curauit. Sunt autem nonnulli qui non a Pharnabazi militibus Lacedæmoniorum gratia interemptum: ſed a quibuſdam familiaribus cubantem cum eorum ſorore prius inuentum: deinde vna cum muliere eo pacto quo enarrauimus necatum Alcibiadem tradunt.

Alcibiades vndique pulſus ad Artaxerxẽ Perſarum regẽ confugit.

Athenięſes abrogati Alcibiadi imperii pœniter.

Critias vn⁹ ex.xxx. tyrãnis Atheniensium.

Alcibiadẽ Lacedęmonii interfici endum pro curant.

Timandra Scortum

Alcibiadis interitus.

C.M.CORIOLANI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

Martiorũ Familia Romæ complures ex patriciis illustres edidit viros: ex q̃ b⁹ét Martij⁹ Caius nomine Nepos extitit: q̃ post Tullum regnauit Hostiliũ. Martii quoq; fuere Publius, ac Quintius: q̃ maximũ pulcherrimũq; Romæ aquæductum fecere. Itemq; Censorius: quẽ Romanus populus Censorẽ secundo creauit. Inde suadente eo, legem decretumq; tulere: ne cui bis eũdẽ ãbire magistratũ liceret. Caius vero Martius de quo ista conscripsimus, orbatus patre, sub vidua educatus matre, declarauit vniuersis orphaniã, tametsi alia etiã habeat incõmoda, haud tamẽ impedimẽto fieri: quin excellẽtissimus quispiã virtute vir euadat: quum alioquin ipsa se ignobilibus criminãdã carpẽdãq; præbeat: q̃ eos cura & indulgẽtia destitutos, cortũpi sinat. Hic quoq; testimonio vir adest: si qua ingenua pstansq; doctrinæ indiga fuerit natura: quẽadmodum & malũ colẽdi studiũ generosa nacta tellus, vtilia simul & noxia parturit. In oĩbus nãq; cõsilio gerendis, eius fortitudinẽ, tollerãtiam, & ingẽtes ad virtutis opera motus indicauit. Intemperãtes item gerẽs animos, nec vsq̃ in cõtentione cedẽtes, neq; hominũ societati se facilẽ, neq; idoneum tribuebat. Quũq; illũ illecebris, laboribus, & pecuniis infractũ admirarẽtur hoĩem: modestũ qdem fortẽ aciustũ appellabant. Verũtamen ipsum ciuilibus in negotiis inuisum, minusq; gratiosum, & nobilitatis studiosum iniquo ferebãt aĩo Quẽ vero aliũ homini fructũ benigna musarum affert cõsuetudo: q̃ studio ac disciplina mãsuefactam natură, mediũ ratione certa suscipere: & quod nimis est abiicere! Ea igitur tẽpestate rebus maxime bellicis, & disciplina militari, romana plurimũ florebat gloria. Testimonio est ipsam virtutem vnico fortitudinis nomine appellatã: Idq; quo proprie fortitudinẽ vocant: cõmune generis esse vocabulũ. Cæterum Martius belli artibus, & decertandi studio vehemẽter affectus: ab ineunte statim puericia arma tractare manibus cœpit. Qua in re nisi cognatos armorum vsus præsto sibi ac promptos industria vẽdicasset: nullum eorum quæ comparasset opus fore existimans, ad omne pugnæ genus adeo corpus exercuit: vt cursu peragilis, in capiendo atq; pugnando ineluctabile pondus habuerit. Quisquis igitur secum deanimi præstantia aut virtute contendisset: superatus, ingens corporis robur indomitum quidem, ac nulli cessurũ labori, causam esse dicebat. Post exactum Roma Tarquinium regem adolescentulus adhuc prima meruit stipendia: quo tempore Tarquinio post varios prælioq; conflictus, tanq̃ extremã iactanti aleã, plurimi sese Latinoq; aliorũq; Italoq; socios asciuere: vt eũ nõ sua magis gratia Romã reducerent: q̃ vt crescẽte rẽ romanã metu ac inuidia deprimerent. In eo bello qd multos excepit euentus. Martius spectante dictatore, strenue dimicauit. Is enim quũ Romanũ ciuem cõminus succũbẽtẽ vidisset: haud aspernatus eo protecto irruentẽ confodit hostẽ: quãobrẽ post victoriam in primis illum imperator quercea donauit corona. Cuicũq; enim ciuẽ seruasse cõtigerat: hæc es lege corona dabatur: siue ppter Arcadas is precipue quercui reddatur honos: quos Clandiphagos: diuinũ appellare solet oraculum: siue q̃ facilẽ militi fructum, tũ ocyus, tũ passim quercus exhibebat: siue id cõueniens seruati ciuis existat præmiũ: quoniã Ioui, in cuius tutela sunt ciuitates, sacra quercus est. Est præterea quercus inter sylvestres quidẽ arbores fructu longe bellissima atq; fertilissima: inter mitigatas autẽ validissima. Ab ea quoq; cibus erant glandes: potus mulsum: oposonium pastæ ex ea feræ atq; alites. Inde quoq; magnũ venatoribus instrumentũ viscus extat. In ea pugna Castorẽ ac pollucem apparuisse traditur: statimq; post pugnã sudantibus equis victoriã in foro nuntiasse: vbi nunc ædificatum illis penes fontem templũ est. Quapropter ea victoriç dies idibus quintilibus Castori ac Polluci sacra solẽnisq; ducitur. Cæterũ immaturus honos ac dignitas annis collata iuuenilibus, si leuia parumq; splendida nacta sit ingenia: solet ipsam sitim ac fastidi-

Martij⁹ Caius Nepos. Publi⁹ Martius. Quintius Martius. Censorius Martius. Lex ne quis eũdem bis ambiat magistratum. Caius Martius. Orphania.

Musarũ cõsortii quis fructus.

Martius.

Martius quercea corona. obseruatũ ciuẽ: donatus est Corona quercea. Glandiphagi Arcades dicti. Castori ac Polluci sacra dies.

Dignitas graues & constantes aĩos auget & illustrat.

tam q̃ primũ cupiditatem explere: continuoq; restingueré. Graues & constantes animos auger, illustratq; dignitas: qui perinde ac aura inspirante ad honesta concitãtur opera. Eos enim non tãq̃ recepta mercede: sed quasi dato pignore, ne gloriam deserant, verecundia cõtinet: pudetq; in p priis se gestis extollant. Hoc pacto stimulatus Martius, ipse sibi fortitudinis æmulationem propo suebãq; nouis semper gerendis ardens egregiis addebat egregia: exuuiasq; cumulabat exuuiis: sem perq; nouissimos cum prioribus duces pro suæ virtutis testimonio & cumulandis honoribus, habebat. Quamobrem quum multa per id tempus decertarint bella Romani: e nullo fine corona aut præmio discessisse Martius visu est. Cæteris quidem finis virtutis erat gloria: huic vero gloriæ finis materna existebat lætitia. Id nãq; ingenti tũ honori, tũ felicitati ducebat: vt matri eius audire laudes, & se coronis spectare præditum contingeret: ac ipsius pręgaudio lachrymantis astringeretur amplexibus. Hunc quoq; * Epaminondas affectum declarasse traditur. Is enim suam maximi fecit felicitatẽ: q; res gestas in Leuctris, ac victoriam, superstites adhuc paterq; spectassent. Enimuero ille vtroq; lætę ac comiter vsus est parẽte. Martius tamẽsi paternam se theatri debere reuerẽtiam putaret: vsq; quaq; tamen Volũniæ honori ac lætitiæ haud satis esse potuit. Cuius voluntate atq; precibus vxorẽ duxit: ex qua procreatis liberis, cum matre simul habitauit. Inde quũ his in ciuitate magnã ex virtute gloriam & potestatem comparasset: diuitibus contra plebem fauerite senatu, quæ multa a fœneratoribus grauissima perpeti videbatur, coorta seditio est. Ii enim quibus nullum aderat peculium: aut pignoris aut vẽditionis nomine omnibus fortunis exuebantur: qui vero omnino inopes erant, carceri deducebantur: q̃q̃ plures vulnerum cicatrices, quas ipsi pro patria laborantes inter militandum acceperant, corporibus ostenderẽt. Postremo quum aduersam Sabinos bellum suscepissent: Marco Valerio imperatore pro illis ex senatusconsulto spõsore interueniente, diuites sese modestius habituros polliciti sunt. Postq̃ autẽ eo bello egregie ac prospere confecto victores hostium rediere: nihil in eos mite haud clemens a fœneratoribus perpetratum est: senatusq; haud meminisse cõuẽta dissimulans, rursus eos in vincula duci, & bonis spoliari contendebat. Quocirca sæuissimus in ciuitate tumultus, & intestinæ seditiones erant. Quę res quum minime latuisset hostes: incursionibus factis agrum igni vastabant. Quumq; consules eos qui per ætatem ferre arma poterant, nominatim citarent: neminem eis audisse constat. Subinde inter primores discordia fluctuabat. Existimabant nonnulli dirictum illum nimis rigorem aduersus inopes mollius oportere remiti. Cæteri quorum & Martius erat reluctabantur: non æris magnitudinem, verum tentamen & superbiæ popularis initium animo versans: q; adeo temere contra leges insurgatur: idcirco vt resipiscant sedandos, restinguendosq;. Cuius rei gratia quum inter paucos dies sępenumero senatus cogeretur: nec vllus propterea rebus afferretur exitus: congregati repente pauperes se mutuo irritarunt. Inde relicta vrbe, in sacrum montem trans amnẽ Anienem secessẽrunt: vbiq; quiete residendo, violentũ quidẽ nihil aut seditiosum agẽtes, se a diuitibus vrbe eiectos diu clamitabãt. Aerem, aquã, & sepulturę locum vbiq; sibi præbiturã Italiã: nihil amplius & Romã habitãtes se assequi: q̃ pro diuitibus militãdo vulnera & mortes excipiant. Ea res pauorẽ iniecit patribus. Grandeuos itaq; q placabiliores & plebi chariores erãt, oratores mittere placuit. Prior orsus * Memius Agrippa: multa cũ plebẽ orãdo, tũ p patribus incusando: deniq; sermone circuito vulgatã illã narrasse fabulam traditur. Omnia (inquit) hominis mẽbra olim aduersus ventrẽ cõspirasse: eũq; q solus nihil imperiens otiosus in corpore sederet in cusasse: quũ interea cætera ad eius explẽdos appetitus, & labores maximos & ministeria pferant. Eorum vero fatuitatẽ ventrẽ irrisisse. Ignorare autẽ q quũ in se vniuersum susciat nutrimentũ, cæteris tũ a se distributũ rursus emittat. Eadẽ inquit rursus p vobis ratio senatus est: quæ enim p debita rerum dispensatione apud eũ cõsilia sunt, nobis omnibus ac nostro vsui & emolumẽto refert atq; distribuit. Ea reconciliari a senatu impetrant: vt viros quinq; deligerent: qui si opus fuerit, suo possint vt patrocinio: quos nunc tribunos plebis vocant. Priores creauerunt Iunium Brutum, & Sicinium Bellutum quos secessionis duces habuerant. Coacta vnum in corpus, ciuitate, statim repetitis armis, populus sese ducibus ad belli vsus promptissimos tradiderunt. Ea res Martio minime collibuit: quoniam inualescente plebe, optimarum dignitas diminura videretur. Quũ id quoq; plurib⁹ expatriciis haud sane placere cerneret: eos tamen ne dimicando pro patria, se a plebeiis vincere sinerent exhortabatur: ne potentia magisq̃ virtute pręcellere illis viderẽtur. Aduersus Volsco rum gentem Romani tum belligerabant. Ibi Coriolorum erat oppidum longe dignitate præstantissimum: quod quum consul Cominius admoto exercitu, circunsedisset: reliqui Volsci terrore perculsi, simul vndiq; in Romanos subsidium contrahebant: vt pro muris commissa pugna, duobus ex locis in Romanum fieret impetus. Cominius vero consul diuisis bifariam copiis, ipse quidẽ in aduentantes extrinsecus Volscos ferrur obuius. Tirum autem Lartium Romanum ciuem & excellentissimum virum ad vrbis obsidionem reliqt. Oppidani paucifactis obsidentibus erũpunt: primũq; cõmissa pugna vincebant: & iã Romanos in castra fugabant: tũ Martius cũ paucoq; manuplis, pstratis q secũ cõserti ausi sunt, & repsso alioq; ípetu, ingẽti clamore Romanos reuocabat.

Pauperes sacrũ mõtẽ secesserunt.

Memius Agrippa. Liuio dicit Menenius

Tribuni plebis q primi creati fuerint.

Corioli oppidũ volscorum.

Tit⁹ Iarti⁹, Marti⁹ qualis esset miles.

Erat enim qualem Cato militem optabat: non manu tantum, aut ictu, verum & vocis sono, & vultus aspectu hosti terribilis, omninoq; insuperabilis. Conglobatis igitur circa se plurimis, pauidi retro cessere hostes: quibus haud cõtentus Martius, persequitur: & palantes ad portas vsq; fugat: vbi quum crebra emuro missilia coniicerentur, persequi destitere Romani. Vt vero refertã armatis hostibus vrbẽ vna cum profugientibus ingredi nullus auderet: aut animo aduerteret: is tamen tum hortando tum incitando instat fortunam exclamans fugantibus magisq; fugientibus vrbem reseratse. Paucis inde consectantibus: repulso hoste, superatas saltu portas irrumpit: quũ nemo primũ obstare: aut illũ irruentẽ excipere prsus auderet. Postea vbi modicos admodum interius repugnantes, aut opem ferentes, & immistos hostibus suos aspexit: gestis manuũ, pedum agilitate, & animi audacia intra mœnia traditur incredibile cõfeciſſe certamẽ. Quos inuadebat, victi iacebant: alios ad extrema vrbis cõpulerat: fessi ac desperati quidam arma proiecerunt. quare ingens Martio oblata est occasio: exteriores intro Romanos admittendi. ita redactum est in potestatem oppidum. Vbi ad diripiendum & exportandum intentos cerneret plurimos: molestse ferẽs vociferabatur: Indignũ se extimare: vt dum consul ac ciues vspiam fortasse collato cũ hostibus marte dimicẽt: hi diripiẽtes obambulẽt: & prædæ gratia discrimẽ effugiãt. Quos vbi sibi nequaq; obtẽperantes aĩaduertit: delectis qui cõsectari voluerãt, qua exercitum ire sensserat, proficiscitur. Interdum cõmilitonũ aios accendere: & ne cederẽt exhortari. Deos interdũ orare: ne posterior ad pugnam, verum in tempore aduentaret: vbi cõiunctum suis ciuibus discrimẽ discẽptare posset. Mos tunc Romanis erat: vt in acie cõstituri priusq; clypeo a reciperẽt, togaq; circũcingerẽt: tribus aut quatuor audientibus, vna sine scriptis testamenta cõficerẽt, hæredẽq; nuncuparent. Ea in hostiũ cõspectu actirantes Martius offendit milites. Qui vt primũ cum paucis cruore respersus ac sudore plenus visus est: turbari nõnulli cœpere. Postq; aũt gratulabũdus ad cõsulem procurrisset: iunctisq; dextris captum nuntiasset oppidum. Cominius eum saluratũ amplexatus est. Cæteris prospere gestantũ coniectãtibus, tum audiẽtibus, ingens adiecta fiducia: & iam signũ ad cõserendas manus dari magnis vociferationibus orabant. Rogante deinde Cominiũ Martio: quennam in modũ hostilia cõponerẽtur arma: & quonam modo bellacissima locaret acies: existimare se inqt medias. Antiatũ fortissimas esse cohortes: qui nullã ob rẽ, suã remittant audaciam. Pero igitur ac deprecor inquit Martius, cõtra istos nos in acie viros colloca, qd consul, eius prõpritudinem admiratus, fecit. Quũ primis pilorum iactibus cursu Martius erupisset: nusq; resistere in fronte Volsci. At cui se parti phalangis immiscuerat, illico discindebat. Multi in eum post hæc se cõuertunt armis vtrinq; virum circũuenientes. Cui metuens consul quos habebat circa se fortissimos subsidio immisit. Atrox itaq; circa Martium pugna cõmittitur: vbi cæsis breui cõpluribus, dum a Romanis violentius incũbitur, funduntur hostes. In quibus persequendis intẽti Martium orant: vt is laboreac vulneribus æger sese in castra recipiat. Ille haud est inquit laborare victoris: cõtinuoq; fugientes insectatus est reliquus de hinc victus exercitus: desideratis captisq; plurimis. Postera die pẽsente Martio cõgregatisq; cæteris tribunal cõsul ascendens: quum pro re bene gesta meritas superis laudes reddidisset: cõuersus ad Martium, mirum in modum eum collaudauit: quum rerum suarum partim ipse cõsul in plio spectator affuisset partim ipse Martius testimonium attulisset. Postmodum, quum ex oĩbus, tum rebus, tum equis: tum captiuis, decem sibi priusq; in alios prædã diuideretur, deligere iuberetur: prætetea ad eximiq; fortitudinis præmium insigni donaret equo id Romanis approbantibus vniuersis: pcedens in mediũ Martius, cõsulis inquit laudibus exultare se equumq; suscipere: alia vero non decus, sed mercedem ducere: pinde sua se quemadmodũ vnusquisq; sorte cõtentum fore. Præcipue vero vnicam peto ac obsecro gratiam. Hospes mihi & amicus in Volscis erat vir equitate ac modestia clarus. Is modo captus ex locuplete soluto q; seruus factus est: ei quum magna maloq; moles ingruat vnũ ne vẽnũdetur ammonuisse sat erit. Hæc vbi dicta sunt, ingens Martio clamor obiicitur. plures profecto inuictum magis pecuniis animũ, q̃ bellicam eius fortitudinem admirari. Qui enim ob eius honores inuidia aut æmulatione flagrabant: ii vel eo amplioribus dignũ iudicabãt: q; oblata contenneret: magisq; qua res huiusce modi paruipẽdebat, q̃ qua meruerat virtutẽ amabant. Modestior enim diuitiarũ, q̃ armorũ, præstantior visus est, maiusq; opibus nõ egere, q̃ ipsis vti, ornamẽtum affert. Vbi sedatus militum clamor est & tumultus: Cominius excipiens: Cõmilitones inquit, hisce rebus inuitum donare virum nõ licet: demus vero qd illi datum admi nõ possit: Coriolani huic cognomen decernamus: nisi prius id iam illi res gestæ vendicauerint. hinc Coriolanũ tertium nomen assequutus est. Quæ res maxime declarat, proprium ei nomen extitisse Caio: alterum vero Martium, familiæ aut commune generis fuisse: posteriori tempore vsus est tertio. Nam a rebus gestis, aut forma, aut virtute aut fortuna, quẽadmodũ & apud græcos, huiusmodi indi solebãt cognomẽta. Agestis quidem denominari liqueat, sicuti Sothera & Callimeon: a forma vt Phistonem Cirippũq; a virtute vt Euergetẽ & Philadelphon: a fortunæ felicitate vt Eudemona: sicuti Bassus secũdus vocatus est. Quibusdã etiam regibus appellationẽ præbuit mordacitas: quẽadmodum Antigono quidẽ Dosonẽ: Ptole

Martij portas Coriolorũ primo ingreditur.

Coriolos ĩ potestatem redegit.

Testamẽta pugnaturi in acie faciebant.

Cominius.

Martius aggreditur agmina volscorum.

Quomunere donatus fuerit Martius.

Modestior enĩ diuitiarũ q̃ armorum pstantior vsus est

Coriolano dict⁹ est Caius Martio ab oppido a se capto.

Caius proprium fuit Martii nomen:

Martius familiæ: aut

generis cognomen.

Cognomina quo ipsi soliti.

Vittatus cur Metellus dictus.

Celer quur Metellus alter dictus.

Proculus quur appellatus.

Post hum⁹ qui dicatur Vopisc⁹ qs appelletur.

Sylli. nigri. rufi. Cęci. clodii

Sicinius & Brutus. colonia ad Valiternos decreta.

Martius cõsulatũ petit

Mos magistratus petentium.

Auro & argẽto corrumpelas oẽs fieri cœptas.

Largitionẽ iudici aut populo qs primus Romæ dederit nescitur.

Anitus Anchemeonis prim⁹ athenis pecuniã iudicibus contulisse dicitur.

Consulat⁹ Martio denegatus.

mæo vero Lamyrum. Quo genere vsos plurimum Romanos constat: sicut quendam Metellos nominauere * Vittatum: quoniam quũ hulchus haberet: diutius frontẽ vitta ligatus obambulabat. Alterum, qui paucis post patris obitũ diebus, funebribus ludis, gladiatorũ munus exhibuerit: Celerẽ vocauerũt: celeritatem ac maturitatẽ apparatus admirati. Nõnullos adhuc nascendi sorte nũcupant: vt Proculum, qui foris absente patre natus est: Post humum qui patre mortuo: Vopiscum quum ex gemellis alteri superstiti esse contigerit. Ex corporis quoq; habitudine denominationes rite imponi solent: vt nõ modo sylli, nigri, rufi, verum etiam cæci, & clodii: neq; cæcitatem aut aliã quamuis corporis calamitatem per contumeliã arbitrabantur obiectam: quin eã perinde ac ppria audiebant nomina. Hæc tamẽ ad aliud magis scribendi genus attinerent. Finito bello, seditionem turbulenti rursus suscitauere ciues: nullam nouã tamẽ, aut iustam habẽtes criminationẽ. Verum ex prioribus discordiis ac dissensionibus, malorum occasionẽ cõtra nobiles nacti, inculta quidem ac inseminata maxima parte agri: quum nec aliũde cõmeatũ cõuectari belli tẽpestas siuisset: acris annonæ caritas ciuitatẽ inuasit: cuius & si magna viguisset affluentia: nulla tamẽ pecuniæ facultas plebi supperebat. Q d seditionis authores vident: verbis asperis criminari diuites: q; inueterate memores inimicitiæ eis famem inducãt. Interea ab Veliternis venere legati: qui vrbem tradentes: eo demitti Coloniam orabant. Quũ enim pestilens ciuitati morbus ingruisset: tantã hosium stragẽ ac pniciẽ ediderat: vt ex vniuersis, vix pars decima reliqua supereret. In tempore igitur Veliternorum necessitatem adesse prudẽtiores autumabãt: quoniã dubiis in rebus quũ factiosorũ tumultus increscerent, leuamine indigebãt: seditionẽ q; pariter dissipatũ iri, & ciuitatem pinde ac morbosa & turbulẽta quadã redũdantia expiandã esse sperabant. Eorũ igitur q ad eã mitterentur coloniã delectu habito, consules expeditionẽ reliquis in Volscos edixerũt: intestinis hoc pacto tumultibus quietem excogitantes: vt, quum diuites, ac tenuiores, plebiiq;, & patricii inter cõmunia simul arma: castra: & belli discrimina versarentur, mitiores inuicem componerent animis. At Sicinius & Brutus turbulenti sane homines magis insurrexere clamoribus: rem crudelissimam mansuetæ coloniæ nomine appellari: cum tamen mendici homines tanq; ad pernitiosam voraginem exitus in vrbem aere morbido & inhumatis refertam cadaueribus, dedurẽtur: alienos & letalis quidem ac pestiferos habituri lares. Et quasi abunde non sit quosdam inedia perisse: alios pestilentiæ obiectare in super. ne vllum calamitatis genus ciuitati desit: qua locupletum seruitio oppressa fatiscitur: susceptum vltro bellũ adiiciunt. Plebs huiuscemodi verbis instigata neq; consulum delectũ inibat, & coloniam detrectabat. Quare senatus anceps quum palam his plebis ducibus aduersantem Martium cerneret: qui tumore & elatis iã plenus animis magna patribus admiratione habebatur: Coloniam emittunt: grauem forte delectis muletam nisi excedant cõminantes. Aliis vero militiam detrectantibus, Martius assumptis tum clientibus tum cæteris quos inducere potuit, in Antiatem agrũ incursionibus factis annonæ plurimũ & magnã pecorum & captiuorum prædam cõparans, nulla sibi prorsus re desumpta, militibus cuncta secũ agẽtibus ac ferentibus, Romã redüt. Quibus inde locupletatis, reliqui pænitẽtes inuidere Martio: inimicari: eius gloriam ac potestatem perinde ac contra plebem augeretur, molestè pati. Paulo post petente consulatum Martio, multi in eum pronierant: veteri nãq; ne virũ genere ac virtute primariũ, post talia ac tãta beneficia, dignitatis expertem repudiarent. Mos erat magistratũ petentibus, prehẽsos dextra ciues benignis orare verbis, & absq; interiore tunica in foro opertos veste descendere: siue vt eo habitu ad supplicãdũ humiliores accederẽt: siue vt qui cicatrices haberẽt, manifeste signa fortitudinis aperirẽt. Nec vero ob plebis suspitionẽ ita recinctos & absq; intima tunica supplices ire cogebant. Non enĩ dignitates argẽto: aut vllo corruptelæ genere tũ impartiebãtur. Diu siquidẽ post emptio aut vẽnditio illa sera prorupit: & inter concionis suffragia sese argentum immiscuit. Hinc iudiciorum, hinc exercituũ corruptela vnius dominio subiecit vrbem. Auro capti ua seruiũt arma. Sapiẽter vero dixisse videt: q Romanũ populũ ex eo tũ primo periisse inquit: qui primus epulum ei largitionemq; dedit. Ea quidem pestis haud continuo patens, cæterum clandestina proserpens Romã paulatim inuasit. Nõ enim scimus quisnam prior Romę populo aut iudici largitionẽ dederit. Primus autẽ Athenis pecuniã iudicibus contulisse traditur Anitus Anchemeonis filius: quum circa Peloponnesiaci ferme belli exitum proditionis Pili causam diceret. Tũ in corruptũ adhuc genus aureũ Romano obseruabatur foro. Cæterum quũ Martius plures ostenderet cicatrices: quas assidue per annos tris ac decẽ egregius bellator acceperat: vniuersũ illius virtutem tacita veneratione prosequebantur: deq; eo consule designando mutuos inter se fecere sermones. In stante comitiorum die Martius magna senatorum frequentia stipatus honorifice forum ingressus est. Tum manifeste declaratum est: nulla in re tantum studii curæ atq; solicitudinis, quantũ in Martio gessisse patricios. Quæres multitudinis beniuolentiam, in odium inuidiamq; conuertit: quippe timuerant, si vir tãtæ inter nobiles dignitatis, maxime rei optimatum inclinatus, consulatum assequeretur, ne popularem omnino tolleret libertatem. Ea cogitatione, denegato Martio consulatu, alii designantur. Id ægre senatus tulit: q; ipse magisq; Martius ea lacessitus contumelia vide

batur. Martius neq; modeste, neq; æquanimiter illum perpessus casum, plurimum iracundiæ accõ tumelioseq; indignationis aperuit: vt qui magnos spiritus & excelsos foueret animos. Non erat ille vir qui grauitatem simul cũ mãsuetudine, quibus in rebus ciuilis maxime virtus constat, studiorũ ratione aut disciplina tẽperatã haberet, ignarus: ei qui administrator in repu. futurus est, fugiendã esse magnopere pertinaciã: quã Plato sociam solitudinis appellabat: & hominum societates comiter celebrãdas, acceptasq; placide sufferendas iniurias: quæ res multis solet esse ludibrio. At simplex vsq; adeo austerusq; perstãs, vniuersos superare, ac nemini cedere, omnino fortitudinis officiũ esse censebat. Quũ tamen id ex animi mollicie & imbecillitate proficisceretur: a quo dũ graui laborat ægritudine, furor ille perinde ac ex tunc facto quodã vlcecere æstuabat. Perturbatus igitur & acerbissime infensus plebi discessit. Qui vero in vrbe & ætate & generis splendore florebant, ei viro mirum in modum cũ semper affecti, tum vero eo tẽpore præsto aderant: simulq; & dolẽdo & indigne ferendo, ad nullum honestum facinus ipsius animum incendebant. Eis nãq; beniuolus in re militari dux erat atq; præceptor: & dũ aliquod strenue opus perficiebant: adiecto sine liuore stimulo, ipsos ad virtutem & gloriam concitabat. Magna interea vis empta frumenti Romam ex Italia cõuecta est: nõ minor ex Syracusis: quam tyrãnus Gelo dono miserat. Ea re plurimis spes iniecta est: & alimentoq; penuria simul, & dissensione ciuitatem liberatũ iri. Frequenti igit̃ curiæ confestim circunfusa extrinsecus multitudo exitum expectabat annonæ: cum liberalem eis futuram auctionẽ, tũ impertiẽdã sine pretio largitionẽ sperãtes. erant siquidem qui ea de re ad senatũ referebãt. At surgens Martius: eos qui ad vendicãdam plebis gratiã orauerant, vehemẽter carpsit: factiosos homines & reip. proditores appellans: qui pestifera temeritatis ac insolentiæ semina, & sibiipsis noxia foue rent in plebem. Quæ dum ex initio germinabant, haud neglexisse cõsilii prudẽtiæq; fuisset, ne face rẽt: hisce principiis dominationẽ plebis inualescere, terrori iam esse: quoniã quæcũq; iis collibuerint, facile imperant: & ad nullũ facinus obeundum inuiti cogi queũt: eos nusq; ob temperare con sulibus: tanq; in domita ferocia esse: vt eorum patronos suos vocare principes audeant. Nam qd est aliud, inqt, pro distribuẽdis populo largitionibus suffragia decretũq; sedentes ferre: qd in popularibus græci principatibus factitant: q̃ ad cõmunẽ pniciem eorũ cõtumaciã alere? Nõ enim de tractata sępenumero militia & destitura p̃ secessionẽ patria: & in cusato senatu, gratiam accepisse: verum se permetũ impune dimissos esse iactabãt: qn vos hæc p̃ adulationem tribuẽtes induliss̃e. ic circo confisi nullũ aut ipsoq; superbiæ aut seditionibus finẽ facturi sunt. Quum igit̃ hoc vehemẽs quidã furor existat: resipiscamus, inqt: & tribunitiã illius potestatem auferamus, cõsularis perniciẽ dignitatis, seditionisq; ciuitatis causam. Quę nõ vna iam, vt olim: vegq; scissa atq; disiũcta, concors nunq̃ vnanimisq; futura est: nosq; nõ nisi mutuis perturbatos odiis disceptationibusq; lãguẽtes esse sinet. Talia pmulta dictitãs Martius iuuẽtutẽ, & vniuersos ferme diuites, miro cõcitatos instinctu, in suam traxit sentẽtiã: solum hunc esse virũ clamãtes, q ciuitatẽ nullis vinci blãdimẽtis p mittat. Nõnulli grãdiores natu, quũ euẽtum p̃spicerẽt, obsistebant. hinc enĩ boni nihil exortum. Tribuni nãq; qui aderãt, vbi victricẽ Martii sentẽtiam intelligũt: ingẽti clamore p̃currũt: turbãq; vt at sibi opitulãdum insurgat, exortãtur. Inde dũ Martii verba in senatu habita repetũtur: turbulẽtissima facta cõcione, ne vulgus ira pręceps cõtra senatũ impetũ faceret, vix tẽperatũ est. Hoq; culpã malorũ in Martium tribuni referẽtes: eum causam dicturũ missis lictoribus citãt: quos ille p cõtumeliã habitos a se repulit. Inde tribuni cũ ædilibus, vt Martium traherent p̃fecti, virũ capiũt. Cõglobati vero patricii, fugatis tribunis, ædilibus incussere verbera. Nox rixã diremit. Illucescẽre die, consules. vt percitũ ira populũ in forũ vndiq; cõcurrẽtẽ vidẽt, ciuitati timere cœperũt. Qua re coacto senatu de placãda multitudine aut oratione benigna, aut vtilibus decretis agitatũ. Tũc enim cõtentioni dignitatis minime locũ esse: nec si sapiant eo tẽpore p gloria decertãdũ. Id sæuũ ancepsq; tẽpus clemẽtiã magis: & gubernandi humanitatẽ exposcere. Ea tenuit sentẽtia. Progressi igitur ad populũ cõsules benignissimã orationẽ habuerũt: nũc obiecta placide refellẽtes: nũc inter monẽdum modestissimis vtentes morsibus tũ de annonæ pretio nihil vtiq; secũ disceptaturos. Talibus verbis mitigatus est populus: quẽ vbi tribuni leniter ac moderate audiẽdo placari cernũt assurgẽtes senatui tẽperate qudẽ agenti ius esse inquiunt cedere populũ. At Martium causam dicere iubent: quẽ nõ nisi ad p̃turbãdam rempu. populũq; destruendũ, irritasse patres cõstat: q citatus parere cõtempserit ędilibusq; deniq; in foro per cõtumeliã verberatis, intestinũ: quãtum in eo est, bellum exusc̃itarit: ciuesq; ad arma compulerit. Ea vero iccirco dicebant: vt vel præter naturam, ferocem Martii animum humilem summissumq; redderẽt: aut si vti moribus pergeret, inexorabilẽ aduersus illum iram exercerẽt. Quodillum facturum esse sperabant. Probe siquidem hominis norãt ingenium. Stetit itaq; vt crimina ciũueret Martius, quietẽ ac silentiũ tenẽte populo. Quũq; supplex expectaretur oratio: odiosa non solum dicendi licentia, & maiori orsus est conuitio, verum & sono vocis & vultus dispositione intrepidus extitit: ita vt eos aspernari & paruifacere videretur. Quapropter exasperatus populus, se illius verba grauiter & molestẽ pati haud dissimulanter tulit. Audacissimus tribunoq; Sicinius parũper habito cum collegis colloquio, postmodum proclamãs

Pertinacia solitudinis socia.

Martius acerbissime in plebẽper turbatus.

Martiꝰ i plebem multa stomacha / tus dixit.

Martiꝰ eausam dictu// rus a tribunis citatur. Ædiles verberati.

Sicinius tribunoq; audacissimus dãnatum.

Martiũ p/nuntiat: & e saxo puoui iubet.

in medium, tribunos mortis dãnasse. Martium pronuntiat: deinde ædilibus, vt statim correptũ e saxo ad ima prouoluerent edixit: quem tum ædiles arripuissent. Id plurimis, & plebeiis etiam hominibus: tum horroris: tum superbiq; plenum visum est facinus. Patricios ingẽs dolor incessit: q siquid opis afferre possint, clamore ac strepitu eminus adorti sunt. Ii cõtra, qsquis manus admouerat: arcẽtes, promiscuum inter se tenebant Martium. nõnulli protẽsis ad populũ palmis orabãt. Postq; in tanto strepitu & tam deformi rerũ facie nihil verba: nihil clamor effecerant: amici ac necessarii tribunorũ: vbi nõ sine multoq; cæde nobilium exigi ad necẽ Martiũ posse intelligũt: eos inducũt: vt pœnæ nouitate & acerbitate sublata, nõ indẽnatum occidant: at de eo populi suffragia ferri sinãt. Tũ desistẽs ab incœpto Sicinius: patricios rogat: quãobrẽ volẽti populo Martiũ digna luere supplicia, ipsi tantopere illum conẽtur eripere? Contra illi Siciniũ rogãt, quid cogitatis excellentissimũ Romanũ ciuem, causa indicta, ad tam immanissimũ nefariũq; vexare crucia tum? Tum Sicinius: ne hanc dissensionis ac seditionis cũ populo causam allegetis, inqt, dabitur ei qd depcamini: fieri de hoĩe iudiciũ. Tibi autem prędicimus inqt Marti tertio vt adsis foro: quo te nihil aduersum leges ppetrasse, p suasos ciues facias: iudiciũ de te p suffragia laturos. Ita soluto ac

Nundinæ a nona die dictæ.

recepto Martio a patriciis summa cũ alacritate discessum est. Medio tertii fore tpe: nona autẽ die, quã nundinas vocãt, Romani fora cõstituũt: magnã ppulsandi spem iudicii præbebat susceptũ in Antiates bellum: quo iterim diuitius duraturo, tabescẽte & ob belli negotia relãguẽte prius ira, pacatior redderẽt populus postmodũ vbi finito mox bello rediere: patricii crebros cõuẽtus agere & cõsilia agitare: quo pacto nec Martio deessent: nec factiosi rursus hoĩes turbulẽtas populi discepta

Appiꝰ claudius.

tiones innouarẽt. Appius igit Claudius plebi vehemẽtes infestus, & labefactari remp. & senatoriã destrui dignitatẽ obtestabat: si cõtra nobilitatẽ in populi potestatẽ suffragia fieri patiant. Contra seniores populo chariores: sed mittẽ ac humanũ ex licẽtia futuꝝ vulgus asseuerabãt. Nec. n. illis se natũ esse cõremptui: sed quũ se flocipẽdi putẽt, authoritatẽ iudicãdi sibi honori ac solatio ducere: simulatq; suffragia cœperint, oẽm deposituros iracũdiã. Martius itaq; cũ magno in se studio, tũ metu plebis ancipitẽ cernẽs senatũ, tribunos rogat: cuius eũ criminis rcũ arguãt: aut qua de re causam dicturũ accersant ad populũ. Perduellionis actionẽ esse aiũt: seq; illũ regnũ affectasse demonstraturos inquiũt. Tũ surgẽs: iã eo inqt cãm dicturus ad populũ: nullũ se iudicii aut supplicii genꝰ

Perduellionis actio.

si cõuincaẽ, effugere: mõ id accusate inqt nihil patribus ementiti. Eis idẽ cõstanter asserentibus: ipsa de re cõstitutum est iudicium. Populi deinde facto cõuẽtu, nõ decuriæ, verum tribus in suffragia ire cogebantur. Primũq; mẽdicam ac inertem turbam, & cui nullũ honestatis inest studiũ: antẽq; locupleres assuetos bello clarioresq; ciues suffragia ferre iusserunt. Deinde quũ in eũ minime probarẽtur obiecta: affectati regni crimen omittitur. Is rursus memoria repetitus est fermo: quẽ.

Martiꝰ ppetuo multatus ẽ exilio.

Martius habuerat in senatu: dũ facili vẽnũdari pretio inhibebat annonam: & tribunitiã populo potestatẽ suadebat intercipi. Dehinc nouum agi crimẽ cæptũ: q; captã ex Antiati agro prędã in ærariũ non retulisset: verum suis diuisisset militibus. Quę res Martium vehementer perturbasse traditur: q; quum in eam ex insperato incidisset: nõ facilis ad psuadẽdam multitudinem extemporalis supperebat oratio. Eo collaudare iam milites incipiente, ingens tumultus exoritur: plures nãq; eam detractarant militiam. Demum euntibus in suffragia tribubus, tres illum perpetuo multarunt exilio. Qd vbi promulgatum est: populus magis profecto q̃ superatis vndiq; vnq̃ bello hostibus, alacer exultansq; abiit. Senatus vero dolore ac tristitia grauiter angit: iamq; pœnitere & ægre pati: q; nõ omnia perrentasset: & aspere potius cũcta subiisset: q̃ insolentẽ adeo plebẽ, tãtaq; aburẽtem licentia paruifecisset. Qua in re ad eos internoscendos: nõ opus erat veste aut aliis dignitatis insignibus: at cõsestim quisq; exultabat, plebeiũ: qsquis mœrebat, patricium esse constabat. Ipse aũt Martius nihilo aut veste, aut incessu, aut facie contristatus, aut humilis, solos in ter tot afflictos mœroris expers videbatur: nõ illum cõsilio aut virtute casum æquo ferens animo: verum & indignatione & grauissima perculsus molestia: quoda tristitia proficisci plures ignorant: quæ simulac in furorem versa vehementer excanduit: humiliratem secordiamque propulsat. Ea propter qui iracundi furentesue sunt, efficaces strenuiq; iudicantur: quemadmodum & calidus quem febris occupat. Animus quippe vtpote altius intendente pulsu attollitur. Quam dispositionem extemplo re Martius declarauit. Siquidem domum ingressus: vt matrem coniugem plangore ac vlulatu lamentantes salutauit: modeste præsentem ferre casum monuit. Mox frequenti cũ patriciorum comitatu sese ad portas propripuit. Inde nihil aut capiens aut indigens, tribus aut quatuor consectantibus famulis excessit. Paulopost quum in agro versaretur: multa secum, qualia furor ministrabat, agitans consilia: non honestum aut virile, alias ve vtile quicquam, sed quo pacto in Romanos grassetur cogitabat: vt in eos graue aut finitimum quodpiam bellum accenderet. Primum itaq; cum Volscis experiri collibuit: quos & corporibus & opibus pollere sciebat. Acceptas nuper belli clades non tantum eorum vires attriuisse: quantum discertandi cupiditatem irritasse putabat. Cæterum ex Antio erat oppido vir ob diuitias ac fortitudinem & generis splẽdorẽ regiam in Volscis nactus dignitatem Tullus Amphidius nomine. Huic se magisq; Romanorum

Tullus Amphidius.

quēpiam inuisum esse cōpertum habebat Martius. Multoties enim ęmulatione iactabundi, vt fortissimi iuuenes, belli gloria & inuidia stimulati, alternis se minis prouocauerant, quæ res ꝑter publicas, priuatas etiam inter eos auxerat inimicitias. Haud tñ abstitit: quinimmo excelsos in Tullo nō scitans animos: q Romanos ēt occasionē causamq; præbēres, aliqua clade cupiebat affligere: certissimum ei reliquit testimonium: quisquis aduersus iram reluctari difficile esse dixerit: quæ perſæpe id qđ vult emptum morte persequitur. Accepta veste qua ignotus (sicut & Vlisses) delitesceret, hostilem cōmigrat in vrbem: obuiā euntibus inde plurimis nulli cognitus, erant enim tenebræ, Tulli domū adit: feq; repente intra lares inferens operto capite tacitus quietusq; sedit. Admirantes domestici, haud depellere virum audebant. Erat enim quædā in eo vel tacente maiestas. Tullo aūt cognanti rei nouitatē denuntiant. Tullus ad eū cōrendit: quisq; sit aut cuius rei gratia venerit, peōratur. Ita retectus Martius parūper immoratus, Si me nōdū agnoscis Tulle inqt: aut cernēs vero ere dis: me mei accusatorē fortuna cōstituit: Caius sum Martius: q plurima Volscis mala intuli: nec ea me negare Coriolani cognomen sinit. Haud enim aliud mihi ex illis laboribus multisq; periculis prēmiū: q̄ hoc insigne vobiscū inimicitię nomē comparaui: qđ cū mihi adimi nequeat: cæteris spoliatus omnibus, cū liuore plebis ac insolentia, tum optimatū ac nobilium mollitie ac perfidia: exul extrudor. Tuorum penatum supplex adsum: non salutē aut liberationē experiturus. quid enī mortē reformidās horsum deferrer? at volēs ex iis qui me e patria extorrē deiecere: digna recipere supplicia: iāq; ab eis q te mihi dominū cōstituo magna ex parte recipiens. Siquis igitur de inuadendis hostibus tibi animus adest: ecia vir generose meis ad id calamitatibus vtere: & infelices casus meos communē Volscoq; felicitatē face. Eo enim ꝑ vobis fortius q̄ aduersum vos belligerabo: quo animosius q rē hostiū nouere: q̄ q ignorāt, bellare solent. Qđ si incœptare non audes: fessusq; substitis: nec mihi vlla viuendi cupiditas supereſt: nec tibi me seruare cōducit: diu qdem inuisum ac inimicū hoſem: nunc vero inutilē & oīs prorsus cōmoditatis expertē. Hęc quū Tullus audisset: mig; in modū lætatus, iuncta dextra: Surge inquit & cōfide Marti Nobis enī quū te exhibes: ingens bonū tuus pstat aduentus: sed maiora profecto ex Volscis sperare te licet. Tū Martiū in cœna hospitaliter habuit. Posteris inde diebus inter se de bello consilia conferunt. Ingentes interī ob Martii dā nationē inter primores plebeiosq; dissensiones Romā prturbabāt. Multa ꝑterea tū vates, tum sacerdotes, tum priuati hoīes procuranda ꝓdigia nuntiabant: ex quibus vnū huiusmodi cōmendatum est memoriæ. Titus Latinus erat vir haud longe clarus: modestus alioq; haud alieni curiosus negotii: nihil arrogans: minimeq; supstitiosus. Hic in somnis Iouem sibi ad stantē cernere existimauit: referre senatui iubentem: q malum tristissimūq; sibi pōpę pręsultatorē pmisisset. qđ primū quū vidisset: neglectui se dedisse dicebat. Quum iterum ac tertio idem visum cōtēpsisset: eius optimū filiū interire conspexit: tū subita mēbroꝝ debilitate correptus est. Postmodū quū lectica delatus ea senatui renūtiasset: illico corpus pristinū sensisse vigorē traditur: exurgensq; suis abiisse pedibus. Quare admirati senatores: magnam inuestigandæ rei curam ac diligentiā habuere. Ea vero erat huiusmodi. Quidā eius seruum cæteris seruis trucidandum in foro verberibus tradiderat: posteāq; necauerat. Dum homini plagas incutiunt: cumq; sæuis modis & variis pœnarum doloribus afficiunt pompa forte subsequitur. Qui aderant triste spectaculum ac indecoros motus grauiter tulere: ia ctaris solūmodo in amarissimum adeo tortorē maledictis atq; cōuitiis: id tamen facinus nemo cō pescuit. Erat quippe plurima i seruos humanitas: ob ꝑcipua illorum ministeria: leuiorq; cum eis vitæ cōicatio solebat haberi. Maxima vero hæc peccanti seruo inferebatur pœna: vt is plaustri lignū cui temo affigitur, spectante vicinia ferens, circūageretur: quod vbi factum erat: infidus a domesticeis & vicinis existimatus, furcifer appellabatur: quod enim græci * hypostacē ac sterigma hoc Romani furcam nominant. Quū igitur Latinus visa renuntiasset: senatus dubius inquirebat: quisnā tristis ille malusq; præsultor pompam anteceſſisset: donec nonnulli indignissimos eius serui crucia tus memoria repetiuerūt: quē in foro plagis affectum postea necauerāt. Cōprobātibus itaq; pontificibus, sumptum est de domino supplicium. Deoq; instauratum est solēni cum pōpa spectaculum. Numa quidē cum aliarum rerum, tum pontificii iuris prudentissimus expositor, hoc Romanis ad summū religionis ornamētum institusse videtur: vt quum principes aut sacerdotes rem diuinam faciunt: prēco ingenti voce prēcedens clamet: Hoc age: animos sacrificio scilicet adhiberi iubens: ne vllis interiectis operibus, quæ plurima humanis in rebus vi & necessitate quodāmodo fieri contigit: diuinus auerteretur cultus. Sacrificia ludos & spectacula non hac tantum modo, sed pusilla quoq; de causa instaurare Romanis mos est. Olim Tellaram ducentibus equis, quum vnus eoꝝ attonitus resilisset: auriga habenas manu sinistra corripuit: quocirca eam denuo pompam instaurari decretum. Inferioribus tēporibus vnicum trigesies actum accepimus sacrificium: q̄ aliquis semper aut error aut scrupulus interceſſisset. Talis diuinis in rebus Romana religio est. Martius aūt ac Tullus obnixe cum Volscorum primoribus clandestina ſerebant colloquia: instigabantq; vt Romanis: quoad mutua fluctuant seditione, bellum inferrent. At ii molestē eam orationem admittebant: quoniam annuæ sibi cum Romanis indictæ fuerant induciæ. Belli tū causam postmodum

Martio ico gnitus ad Tullū Amphidiū Volscū accedit.

Tit⁹ Latin⁹

*Hipostasin Furca.

Hoc age.

Volsci ex vrbe añ solis occasum abire iussi, belli inter se & Rõanos cãfuere Volsci repetũt a Rõanis vrbes & agrũ sibi adẽptũ.

præbuere Romani: qui ob cuiuspiam suspitionem calumniæ, in ipso spectaculo per præconem in dixere: vt vrbe Volsci ante solis occasum excederent. Id quidam Martii dolo ac fraude peractum asserunt: qui subornatum quendam senatui nuntiatum miserat: vt Volscis Romanos inter spectandum adoriri, vrbemq; incendere consilium erat. Id quippe senatusconsultum omnium in se Volscorum vehementissimum conflauit odium. Tullus atrocius rem verbis attollens, instigatos demum induxit: vt vrbes & quantum agri bello eis ademptum erat: a Romanis per legatos reperterent. Auditis Romani legatis, inique ferentes responderunt: Priores quidem Volscos arma sumpsisse: posteriores ea Romanos deposituros. Tullus aduocata publice concione, vbi decretum bellum est, accipi Martium consulit: eiq; depositis inimicitiis fidem haberi: vt quod prius bellando non vastarit: id nunc propugnando summopere iuuet. Accitus Martius habita ad populum concione, non minus orando grauis, quam armis potens, plurimumq; sapientia & animi magnitudine præstans habitus, vna cum Tullo dux belli & imperator dictus est. Timens igitur: ne dum Volsci necessaria bello tardius pararent: ei bene gerendæ rei surriperetur occasio: iussis principibus & in ciuitate potentioribus cætera comparare atq; instituere: ipse nullo militiæ ordine expeditissimos secum trahens, ex insperato Romanum repente inuasit agrum. Tanta inde vis prædæ: vt cum agendo, tum ferendo atq; vehendo Volscorum lassaretur exercitus. Is vero paucifaciebat: q; prædam abunde conuectaret: lateq; vastaret agros, cuius vero gratia ea gerebat, permagni existimabat: carpendos plebi obiectare patricios. Nam quum aliorum vniuersa diureret: solos nobilium agros summa ope seruabat intactos: ac eorum nihil sinebat intercipi. Quapropter turbulentissimæ inter eos incusationes & iurgia excandebant. Hi quidem plebeios iniquissime virum fortem eiecisse criminabantur: ii contra patricios recrudescentibus inimicitiis concitasse Martium quærebant: & afflictis bello cæteris, eos spectatores sedere: ac æris fortunarumq; suarum custodes natos, ab se quam longe bellum habentes. Tum Martius vehementissimam se rem confecisse ratus: q; ad contẽnendos hostes audacior iam Volscus esset: prædam rutus abduxit. Vt vero non minus mature quã animo se coactæ sunt ingentes Volscoꝝ copiæ: partim vrbibus præsidio relinqui, partim belligare Romanis cẽsent. Martio autẽ alterius optionẽ imperii ipsi tradẽte Tullo: ille Martiũ cũ se nusq; inferiorẽ virtute, tum vero meliore belli fortuna vsum affirmans, ducem foris versari statuit: se autẽ ciuitatum præsidio futurum: & exercitui commeatus & necessaria suppeditaturũ. Quibus rebus acrior factus Martius in primis Circeum Romanorum coloniam petit: cui vltro in eius potestate se dedenti violentum nihil intulit. Inde Latinorum depopulatur fines: ibi pro Latinis sociis propugnaturos Romanos opinatus. At ii quũ a Romanis multoties: subsidium implorarent: ad id ferendũ segnior erat populus: consules vero extremo iam consulatus tpe pugnæ periculũ derrectabãt: ea propter vacui Latini remissi: Martius ad eoꝝ vrbẽ castris admotis Toletinos, inde Vicanos, Pedanos, Bolanosq; cõtra ferentes arma vi cepit. Corpora in seruitutẽ redacta: bona eoꝝ direpta sunt. Qui ad eum inclinabãtur: eos magna cura protexit: & ne quicq; detrimenti eo vel inuito paterentur, ab illorum agro q̃ longissime castra dimouit. Postea Bola stadiis circiter. c. Roma distante potitus: oĩbus ferme vsq; ad innoxiam ætatem cæsis: ingentẽ nactus est prædam. Tum Volsci qui ad ciuitatum præsidia depositi erant, q̃primum cum armis deferuntur ad Martium: hunc vnum imperatorem solũ suumq; agnoscere dictitantes. Eius inclytum nomen & gloria admirabili virtute p vniuersam ferebatur Italiam: vnius traditionem corporis tam incredibile rebus effecisse momentũ. Romana res nullum seruabat ornamentum: nulla belli cura: quotidianæ discordiæ: seditiosq; contentiones: donec obsidione cingi Lauinii vrbem nuntiarum est. Ibi auita Deoꝝ tẽpla Romanis erant: inde primordia generis: quoniã id primum Æneas oppidũ condidisset. Tũ mirum in modum populi repentina mutatio: absurdũ vero ac incredibile patriciorum consilium. Solicitus enim de reducendo in patriam Martio quum summa vi damnationẽ eius rescinderet: patres habito super plebis voluntate consilio: id prorsus inhibuere: siue vt omnino infesti populi votis obsisterent: siue q; plebis gratia reuocari virum nolebat: siue iam iccirco illi graues infensiq; forent: q; tametsi ne ab cunctis iniuria lacessitus esset: vniuersos tamen offenderat: & hostem se patriæ declararat: in qua & potentissimos & ꝑstantissimos cõdoluisse ciues, secũq; pariter violatos sciebat. Lata de illius reditu rogatione absq; senatusconsulto in ferenda lege ac suffragiis inanis erat plebis authoritas. Id vbi Martius accepit: acrior ira subiit: omissaq; obsidione furore stimulatus ad vrbem ire pergit: & ad Celias fossas quadraginta ab vrbe stadiis castra locauit. Tum visus terribilior: & q̃q̃ ingentes antea tumultus attulisset: omnis tamen in præsentia se data dissensio. Nemo enim aut princeps, aut consularis audebat de Martii reditu refragrari. Cernere erat muliebres cõcursus in vrbe: in Deorum templis: seniorum lachrymas: suppliciaque precatus, cuncta per trepida: nusquã salutis aut consilii locus. Tum prudentissimum plebis de conciliando Martio consilium extitisse intelligebãt: incusando oĩno patres: qui dum placato opus erat, odium irãq; magis incitarant. Legatos igitur ad Martiũ mittere placuit: q reditum ei dantes in patriam instantis belli periculum solui exorarent. Missi autem a senatu æquales Martii. Ii quũ primũ

Bola.

Martiũ volsci imperatorẽ vnũ suũ appellant.

Lauiniũ obsidione cingitur.

Celiæ fossæ.

Legati Rõanorum ad Martium.

Martio occurrerent: sese ab eo tum familiari tum amico, ingenti a lacritate susceptum iri putabāt: quod secus est factum. per hostium castra deducti, eum inter confertissimam turbam intolerabili grauitate sedentem offendunt. Circunstantibus Volscorum primoribus, legatos causam aduentus iussit exponere. Mitis (vt decuit) & humana plurimum eorum extitit oratio. Martius, vbi desie reloqui, respondit: pro se quidem ex acceptis iniuriis, acerbe irateq; pro Volscis vt imperator: vt bes & quantum agri ademerunt, reddi iubens: Volscosq; sicut & Latinos ciuitate donari. Nulluni nisi qui æquis iustisq; conditionibus fit, firmum ac stabilem belli finem. Ipsis ea dete consultandi triginta dierum spatium dedit. Abeuntibus legatis; inde ex agro castra mouit. Hinc Volsci q eius potentiæ grauius inuidebant, primum crimē nacti sunt: ex quibus & Tullus erat: priuatim quidē nullis a Martio lacessitus iniuriis: verū q humanoq; morbus animoq; est, obscurata penitus fama sese Volscis esse cōtemptui mœstus videbat: q oia sibi Martiū esse putabāt: reliquosq;, nō nisi quan tū honoris & potētiæ Martius erogaret, vsurpare dignum iudicabāt. Hinc prima criminationū cā occultis in illū modis disseminati cœpta. Hinc conspirantes in eū Volsci succēsebant: ipsumq; ga castra mouisset, pditionis insimulabāt. Nec vero prodita hosti mœnia: vel arma: sed temporis op portunitatē: cuius ea vis eaq; natura est: vt superiora illa, tum coseruare, tū in pernicie dare queat. Haud minus q̄ triginta dieq; spatiū hosti dedisse: in qbus nihilo maius rebus gerēdis momētū accessisset. Quāq; id tpis interuallū Martius nō otiosus, nō segnis exigēs, socios Romanoq; inuadēs, ferro igniq; vastasset. Septē ingētes populisq; frequētes cepit vrbes: qbus nullū Romani ferre subsidiū prius audebant: adeo cunctorum animos terror affecerat: & resolutorum ac rigentium more mēbrorum: fractę vires ad bellū erant. Instāte die dicta Martius cū toto rursus affuit exercitu. Missi denuo legati orate: vt ira posita ex agro Volsco s educeret: quęq; vtriq; magis in re sint, dicat pagat q: nihil metu cessuros Romanos esse. q; siquid æquum Volscus aut humanū postulet: facturos se omnia: modo arma deponat. Ad hæc nihil Martius vt Volscoq; imperatorem se respondere inquit: verum vti adhuc Romanum ciuem: proinde monere se: orareq; vt æquiora sanioraq; consulerent: vtq; eius postulata comprobarent. Tertio demum die redire iussit: q; si secus deliberent: nullam amplius vacuis in castra mandatis migrandi veniam eis fore pernoscant. Senatus vbi re infecta redeuntes accepit legatos: perinde ac sæua ciuitatem tempestas ac procella vexaret: tanq; ad extremam ancoram ad numinis opem implorandam confugit. Vniuersos nāq; sacerdotes, aruspices, ædituos, vates, & ex vetusto Romanorum ritu augures, solitis pro cuiusq; sacerdotio ornatos insignibus, ad Martium ire decernūt: orareq; ac deprecari: vt cum suis demum rediens in gratiam ciuibus impium adeo bellum abducat. Hisce viris intra castra susceptis: nihilo mitius aut placabilius tribuit: aut perfecit: aut verbum reddidit: proinde: aut prius imperata faceret: aut bellum susciperent. Reuersis inde sacerdotibus, sedatis in vrbe motibus, disponendas esse censuerunt per muros vigilum stationes: qui subeuntes propulsarent hostes. Suam dehinc in tempore ac fortunæ inconstantia spem collocantes, nullum eorum saluti remedium adhibebant. Cunctam igitur ciuitatem turbatio, pauor, & dirus occupat rumor: quoad quod ab Homero perscpe dictum est, tale aliquid obuenit: quod nequaq̄ multitudinis animo sedet. Is enim magnis in rebus & minime vsitatis, hunc in modum inquit clamatq;: Olli pectoribus posuit de ea candida Pallas: At superū quisquam mentem conuertit. Item & alio in loco: Fama animis populi diuina illabitur: etsi Cogitat mentem diuorum iussa monebant. Quæ vt impossibilia & haud sane credenda fabulamenta, sunt qui paruifaciant: quum tamen ea conuenientia quidem: & pro humanæ consuetudinis ratione profecta Homerus cecinerit: quippe quum multoties: ita dicat: Ast ego consilium hocani mis ingentibus orsus. Sic fatus dolo eandem peruasit: & ille Ambiguas versat per fortia pectora curas. Et rursus. At nihil illa Suasit honesta animo versanti Bellerophonti. In magnis admirandisq; rebus quæ impetu & inflammato quodam indigere videantur instinctu, non adeo delectum nostrum eleuari: sed moueri excitariq; voluntatem facit. Nec vero vllos nobis appetitus: verum appetituum duces ingerit imagines: quibus cum ad inuitum minime opus cogat, fiducia certa spemsimul adiecta, recusanti præstant initium. Aut enim a nostrarum causis actionum atq; principiis, tollenda prorsus diuina sunt: aut quonam alio modo opem adiumentumq; ferunt hominibus? Nec enim Dii nobis corpus effingunt: nec ad res gerendas manus nobis & pedes componunt ac promouent: sed efficaces animi vires atq; delectum, quibusdam primum imaginibus & cogitationibus excitant: aut contra auertunt ac reprimunt sistuntq;. Romę autem matronę varia Deorum templa tenebant: plurimę & longe quidem clariores, Capitolini Iouis aram supplices adorabāt. In quibus & Valeria eius soror Publicolæ, qui Romanis ingentia persæpe tum foris tum intus attulerat adiumenta. Publicola iam mortem obierat: quem admodum in eius vita conscripsimus. Valeriæ vita non dedecus, sed sumam potius stirpi suæ gloriam adiecisse creditur. Ea igitur repente quo superius dixi modo concita, & diuina quadam meditante publicæ calamitatis cogitatione tacta exurgit: secūq; cæteras trahens, ad Volūniam Martii genitricem contendit: cuius domūi ingressa, eam cum nuru sedentem, paruosq; sinu nepotes fouentem inuenit. Circūfusis igit mu

Volscoq; p ma in Martium odii causa.

Martiꝰ pdi tiōis a Volscis insimulatur.

Legati secū di Rōanoq; ad Martiū.

Legati tertii Romanoq; ad Martiū.

Matrōę rōane deoq; tē pla tenebāt Valeria Publicolę sor ror.

Volumnia Martii mr. Vergilia martii vxor

lieribus: Volumina inquit tuq; Vergilia nullo senatusconsulto aut principum edicto nos matronæ matronas adimus. At deus nostras (vt arbitror) miseratus preces, vigorem iniecit animis: vt horsum tum pro nostra ciuiumq; salute, tum pro vestra gloria obsecraturæ veniremus: clanor⁹ p fecto, si animum induxeritis, futura: q̃ Sabinæ conciliatis ex bello ad amicitiam & pacem maritis ac parentibus vendicarunt. Eia suplices pergamus ad Martium: ad quem verum iustũq; de patria perferte testimonium: q; ipsa, licet multis oppressa miseriis, nihil tamen ob iram graue vobis autm festum intulit: quin illi vos restituit incolumes: tametsi nullam ab eo sit assequutura clementiam. Ea orante Valeria: reliquæ acclamauere: mulieres. Tum Volumnia ita respondens: Et publicarũ i quit matronæ calamitatum æqua nobis portio est: & priuatis affligimur malis: quæ quum Martii gloriam & virtutẽ amiserimus: hostilibus magis armis circumseptum, q̃ salutem aut liberum eius corpus aspicimus. Ingens vero vobis calamitas incumbit: si adeo patriæ vires relanguescunt: vt sua m in nobis spem collocarit. Enim vero nescia sum: quanti nos faciet: qui adeo patriam asperne tur, & nihili faciat: quam matri & vxori & liberis antepositi. Verum enimuero ad illum nos deducite: vt saltem pro patria supplices expiare liceat. Tum pueros ac Vergiliam vna cum reliquis secũ mulieribus ducens, castra Volscorum adiit. Earum miseranda facies hosti reuerẽtiam iniecit: atq; silentium. Hic Martius in suggesto inter Volscorum proceres sedens, vbi eas aduẽtare mulieres vidit, admiratione confectus est: in primis venientem vxorem noscitans. Immoto & obstinato persistere animo voluit: verum consternatus affectu, & ad ipsarum confusus intuitum haud tulit: vt se sedentem adirent: ac pernici deuolans gradu, obuiam prodiit. Et matre primo diutissimeq; salutata, inde vxore ac filiis, nullo iam pacto frẽnare lachrymas poterat. Vt vero dulces incœpti sunt amplexus: virum parentis amore perinde ac secundo fluminis cursu deferri cernere. Cæterum quũ inchoantem iam verba matrem intelligeret: acceptis Volscorum primoribus, Volũnia talia orantem audiuit. Etsi filii taceamus: ipse tum veste tum miseri corporis apparatu cernis qualem domesticæ rei conditionẽ tuum nobis confecerit exilium. Existima vero quam cæteris longe mulieribus infeliciores accessimus: quibus dulcissimum aspectum fecit fortuna terribilem: te mihi filium: huic vero maritum: patriæ muros obsidentem aspicimus. Et quod cæteris calamitatis & malorum solet esse solatium: Deos orare: quam procul nobis ablatum est. Non enim & patriæ victoriam: & tibi salutem implorare fas est: quæq; atrociora quispiam nobis imprecaretur hostis, ea nostris insunt precibus. Vxorem enim ac liberos aut patria, aut te orbari necesse est. Ego vero dum hoc viuẽti mihi bellũ fortuna diiudicet, haud morabor: teq; nisi positis inimicitiis ad pacẽ atq; cõcordiã cõciliauero: ita vt vtriq; potius beneficiũ, q̃ alteri pniciosum te reddas: hoc tibi persuade: sicq; cõfirmatus & paratus accede: vt nõ añ hostiles patriæ manus cõseras: q̃ cessam calcaueris parẽtẽ. Nec.n. ea mihi expectãda dies est: q̃ filium aut in triũpho tractũ a ciuibus: aut de patria triũphantẽ aspiciã. Q d si p cõseruãda patria pligari a te Volscos exorarẽ: graue filii iniquũq; tibi fateor immineret cõsiliũ nãq; neq; ciuis pdere bonũ est: neq; tuos cõmissos fidei pdere iustũ. Nũc malorum finem implora mus: simulq; populis vtrisq; salutẽ. Quæ res maximã Volscis gloriã cõparabit: q; cũ ingẽtia nobis bona & victores qdẽ tribuerint: nõ minus iocũdã ipsi pacẽ & amicitiã sint cõsequuturi. Quæ si effecta fuerint: tu tantorum profecto dũxeris & causa bonorum: sin ea infecta permanserint: vtriq; noxam in te solum crimen eq; reiicient. Quũq; incertus belli sit euentus: hoc certi secum affert: vt si quidem vincas, immanissimus patriæ vastator appellandus sis: sin victus succumbas: ob tuam videberis iracundiam, benefactoribus & amicis ingentium origo malorum extitisse. Hæc dũ oraret Volũnia: nullũ respondens verbum Martius intentis excipiebat auribus. Vt vero desierat: quum is diuturnum teneret silentium: rursus Volũnia: Quid siles inq; nate? nũ ire receptarũq; iniuriarum memoriæ omnia concedere satius arbitraris? an deprecanti talia matri largiri pulcherrimum munificentiæ genus non est? Magni ne interesse viri putas acceptorum meminisse malorum? Susceptra autem a parentibus beneficia eorum cultui ac venerationi reddere: num excelso potius ac bono dignissimum viro munus cẽses? Cæterum gratiã habere, tueriq; magisq̃ tu debuit nemo: quum tũ per acerbissimam adeo ingratitudinẽ eas: Et quum permagnas iam patriæ pœnas exegeris ac ceperisq; nullas adhuc matri grates retulisti. Erat vero çquissimum atq; sanctissimum: vt abs te vel nulla ingruenti necessitate, tã honesta tãq; iusta postulãs impetrarem: Quod cũ in meam te verbis sentẽtiã deflectere nequeam, extremæ iam parco spei. Hæc effata: cum vxore simul ac liberis pedibus aduoluta procumbit. Tum conclamans Martius: qualia mihi ait factitasti mater: & iacentem sustulit: & pressa dextra inquit: Vicisti: patriæ quidem prosperam nimis atq; nimis, perniciosam autem mihi victoriam. Abs te tantum superatus abscedam. Inde solus matri ac vxori pauca loquutus: eas remisit in vrbem. Deinde simulatq; nox abiit: Volscos abduxit: haud equidem omnes eodem quo prius studio, aut paribus dispositis sententiis. Hi nãq; virum & gestam rem improbare: illi vero quibus ad pacem inclinabatur animus incusare neutrum. Alii quãq̃ id ægre perferẽt factum: haud tũ Martium improbum malignum: ve opinari hominem: quoniã tantis fractus necessitatibus concessisset. Reluctante igit̃ nemine: vniuersi virtutem magisq̃ imperium & potestãtẽ

Volumniæ ad Martiũ filiũ oratio.

Volscorũ varius de Martio rumor.

eius admirantes, ipsum sunt consectati. Quantus belli terror ac periculum cunctos oppresserit: ex eo soluto facile cognosci licet. Romanus enim populus simulatq; mouere castra Volicos conspicatur: referatis Deorum templis, coronati perinde ac parta victoria, passim imolabant. Præcipue vero in compensandis honore mulieribus senatus populusq; lætitiam declarauit: quas salutis initium extitisse, egregie tum arbitrabantur: tum prædicabant. Decretum igitur est a senatu: vt quicquid illæ vel ad gratiam vel ad decus reposcerent: id consules effectum darent. Nec tamen aliquid nisi fortunæ muliebris templum ab se ædificari popoſcerunt: sumptum quidem ex semet collaturæ: modo & sacrificia & diuinos honores publice ciuitas dedicaret. Patres earum magnificētia collaudata, ædem publica posuerunt impensa. Illæ collata nihilominus Fortunæ simulacrum pecunia compararunt. Quod dum consecraretur: ita loquutum Romani memoriæ prodiderunt. Grata me diis lege ritecp me matronæ dicastis. Eam secundo vocem manasse rumor est. Ardua hæc & q̄ ægre facta credamus: siquidem e simulacris sudorem lachrymas & cruentas apparuisse stillas neq; quam impossibile: ligna enim & lapides plærunq; oriundam ex humore putredinem contrahunt: subinde multos ex se colores emittentia: variasq; ex aere tincturas suscipientia. Quę res quo minus Deorum immortalium prodigia sint: nihil impedimento esse arbitramur: parte etiam aliqua scissa violentius aut disiuncta penitus, gemitui aut suspirio persimilem queunt edere simulacra sonitum. Ex inanimis autem articulatam vocem manifesta verba absolutamq; aut integram formari orationem prorsus absurdum. Si non anima, non Deus, absq; corporis instrumentis, certa partiū ratione cōpactis, sonans loquensq; fuit. At cum verisimili nos testimonio multoties vrget historia: id profecto est: q; innatus affectus & ægritudo quædam, similem sensibus rerum apparentiam imaginante animo inducit: quemadmodum in somnis audire non audiendo: & aspicere non aspiciendo videmur. haud tamen mortalium tollenda religio est. At qui beniuolentia & pietate ita diuinis afficiuntur: vt ne quid ex his deponere aut diminuere queāt: id eorum fidei permagnum momentum adest: q; mira Dei vis existit. Nec vero pro nostra, diuina pensanda potentia est: quæ nullo pacto humanæ, non natura, non motu, non arte, non viribus æquiparanda est. Siquid nobis i possibile efficiat: aut nobis inexcogitatum excogitet: certe nequicquam absonū: Quūq; omnibus in rebus plurimū iterfit: tū vero in operibus maxime dispar & dissimilis existat. Verūenim uero (vt placet Heracleto) diuina plutiuū ob incredulitatē nescita delitescūt. Vt vero Antium Martius rediit. Tullus in ipsum grauissimo stimulatus odio, ei confestim necis orditur insidias: veritus ne si in præsentia effugerit: non altera sibi præstetur occasio. Conspirantes igitur & instructos in illum complures incitans, rationem Volscis reddere: & magistratu sese abdicare iussit. Ipse timēs ne adhuc imperio durante Tulli, qui maxima inter ciues suos pollebat potentia, se priuatum faceret: imperio se abdicaturum, si Volsci edicerent, aiebat, Illud enim sese iubentibus vniuersis iniisse: neq; nunc recusare: quin, modo velint Antiates, rationē administrati reddat imperii. Aduocata cōcione, impigri aderant factiosi homines plebem instigantes. Assurgente postmodū Martio ingēs tumultus ob præcipuam eius reuerentiam cōpressus, vt intrepide diceret fuit. Antiates quoq; primores & qui pace magis lętabantur, aperta dabant signa: se comiter audituros: & iustā pro laturos sententiam. At viri confutationē Tullus extimuit. Erat enim in dicendo grauissimus: maiorem posterius in causa dicenda gratiam priora sibi gesta cōparauerant. Quin eius hominis gratiæ magnitudinem certissimo testimonio ipsum declarat crimē. Nec enim iccirco tantas accepisse quereren-tur iniurias: q; in eorum potestatē redacta Roma non esset: nisi vt illā sibi prope subiicerent Martii virtus effecisset. Vlteri? itaq; immorari, aut tētādos esse multitudinis animos, audacissimi nequaq̄ consuere cōplices: & ne orans audiretur, ingentes sustulere clamores. Haud paruifaciendū: non negligendū: hunc proditorē Volscis dñantē principatu se abdicare nolle. Tū simul adorti: opē ferente nemine, vix trucidant. Id autē facinus nō omnibus collibuisse mox declaratū est. Ad eius enim corpus honorifice humandū e ciuitatibus concursum est. Illius sepulcrum tanq̄ præstantissimi & bellatoris & ducis armis & spoliis exornatū. Romani illius audita morte, nullum aliud vel honoris vel odii signū aperuere. Postulantibus matronis vt eum decem lugere menses liceret, cōcessum: qui mos lugendi patri filio ac fratri erat. Id longissimi spatium luctus ab Numa Pompilio institutum est: quemadmodum quum res illius scribebamus, expo suimus. Inde Volscorum rese vestigio Martium desiderauere. Primū nāq; inter eos atq; Sicanos, tum socios, tum amicos de imperio orta seditio, ad vulnera vsq; cædesq; prouecta est. Post hac prelio a Romanis superati: in quo & Tullus occubuit: & suarum flore copiaq; internecioni dedito, turpissimū percussere fœdus: vbi ex propria libertate delapsi parere & se imperata facturos adstipulati sunt.

Templum fortūę muliebris.

Vocē articulatā ex animis formari absurdum est.

Antiū Martius rediit. Martius rō nē Volscis reddere & magistratu se abdicare iubetur.

Martii Coriolani iter itus.

COMPARATIO ALCIBIADIS ET MARTII CORIOLANI.

ÆTERVM Expositis omnibus rebus, quę in se sunt nobis cognitione atq; memoria dignę: nūc operę p̄tiū esse existimo Martii & Alcibiadis mores, naturę atq; totius vitę cursum breuibus verbis conferre. At si primū res bellicas conspicere volumus: reperiemus pariter ab vtriq;, quū duces exercitus essent, multa p̄clara atq; egregia facinora edita: nisi qs Alcibiadē in eo anteferendū putet: q; plures q̄ Martius victorias consequutus, in cūctis certaminibus quibus terra mariq; hostes supauit, sic consilio disciplina atq; ordine militari oīa gessit: vt nihil ab eo prætermissum esse appareat. qđ a peritissimo duce expetēdū foret. Illud autem pariter ambobus tribuendum puto: q; eoꝝ p̄tia: res semp florere augeriq; videbantur: absentia vero aut debilitari: aut corruere. At popularem viuendi modum adulationibus blantiisq; refertum, q̄bus ille ad aucupandā gr̄am multitudinis sæpius fortasse q̄ decuit vtebatur, in Alcibiade plęriq; reprehendunt: in Martio econtra superbiam arrogantiāq; redarguunt: quam ad paucoꝝ sp potentiā conuersam, odiosam fuisse dicunt Po. Ro. Nos vero vt neutrū in his laudādum: sic hominem multitudini blandientem minus q̄ eandē aspernantē vituperandū censemus. Turpe ē enī adulationibus imperitā multitudinē capere: vt opes q̄ maximas cōsequaris. At populū deprimere: in eū insurgere: vim quoq; afferre: vt potētia vehemēter excellas: non solū turpe est: sed etiā iniustum. Habitus est aūt Martius moribus īteger ac in oī vita constās: Alcibiades ecōtra versutus: callidus: & ī fallēdis hoībus author egregius. Vñ illius dolū quo Lacedęmonioꝝ legatos decepit: amicitiā labefactauit: pacē dissoluit: oēs vituperant: q̄q excitato postea sua opera bello potētiorē rēpu. reddidit: Mantinēsiū ac Argiuoꝝ societate adiūcta. Martiū quoq; apud Dionysiū historicū in maxima illa celebritate ludoꝝ, qui Romę instaurabantur, quū falsis calūniis populoꝝ aīos concitasset: author fuisse cōperio: vt graue inter Roma. & Volscos oriret bellū. Causa vero qua Martius arma hostilia in p̄riam vertit, turpior lōge, q̄ Alcibiadis fuisse videtur: Non enī cōtentione discordiaq; ciuili: sed ira ac indignatione quadam, a qua nemo vnquam (vt inquit Dion) gratiam reportauit, prouocatus, tum patriam, tum multas Italiæ vrbes, quæ nullam in eum culpam contraxerant, fœde turpiterq; afflixit. At qui Alcibiades multis iniuriis lacessitus suis ciuibus inferens bellū, maximarum calamitatum causa fuit: pœnitentibus tamen postea non modo ignoscebat: sed etiam periclitantibus sæpe adiumento ac præsidio erat: & communicando & monendo & fauendo. Martius præterea ciuitatē in primis totā vexauit: quum non a tota iniuriā susceperisset: sed maxima atq; optima ciuium pars in eadē cā in qua ipse fuisse, & contentionis & periculi versaretur. Deinde multis legationibus missis, supplicationibusq; decretis, vt vnius hominis iram lenirēt: sic se implacabilem præbuit: vt bellum susceperisse videretur: non quo in vrbem rediret: sed vt funditus ciuitatem euerteret. Præter hæc Martius optime de se meritos Volscos, qui eum exulantem susceperant: dignitatem ei detulerant: imperium ac totius belli administrationem commiserant: in medio cursu secundarum rerum deseruit. Alcibiades vero ab Argis Lacedæmonem veniens, priuatus in vrbe priuatus etiam in exercitu mansit. Et quum egregiam operam in bello nauasset: prouocatus Lacedæmoniorum insidiis, animum simul cum causa permutauit. Itaq; ad Tissaphernem se contulit eo consilio tantum: vt Barbarum qui grauissimus hostis impendebat: ab Athenienśium cerui cibus remoueret: ac vrbem Athenasq; in quam redire magnopere cupiebat: integram incolumēq; seruaret. Sed plęriq; homines qui vtriusq; mores cōsiderāt: Alcibiadē aiunt nimium cedentem cupiditatibus suis: pecuniam ex corruptelis solitū esse accipere: eamq; deinde ad voluptatē libidinēq; cōferre: Martii contra integritatē, ac animi moderationē: sic suis laudibus efferunt: vt ipsum plęrunq; ab iis etiam pecuniis, quæ & honeste ei deferebant, & iuste accipi poterāt, abstinuisse dicant. Verum in controuersiis de ære alieno, & nexorū causis iudicandis: non tam lucri spe aut cupiditate alicuius cōmodi cōsequēdi: q̄ arrogantia & asperitate naturæ difficilis Martius habebatur. Itaq; ii etiam de quibus ille bene meruerat, morositatē hoīs vel domesticā solitudinē (vt inqt Plato) iniquo animo tolerabant. Alcibiades vero sibi oēs hoīes quibus cū versabatur, incredibili arte concīliabat: & in rebus gerendis id assequi videbatur: vt quod arduū apud mortales putant, gratiam simul cū gloria iungeret. Quinetiam quū magnis calamitatibus interdū remp. affecisset: sua tamē affabilitate: sic Athenienśium aīos capiebat: vt illi iniuriarum plerumq; obliti imperium ei magna cum authoritate deferrent. Martius vero honorem quærens ob multa fortitudinis opera suæ virtuti congruentem: assequi non modo non potuit: sed repulsam quoq; cū ingenti ignominia tulit. Si igitur illum gratia hoīem sequebatur: hunc admirabantur omnes: amare nō poterant. Illud autem vere dici potest: Martiū quū esset Romanoꝝ dux, semp Romanę reip. profuisse: obfuisse nūq. Alcibiadem vero ducētem Athenienśiū copias: maxima interdū detrimēra suę patrię atq; incom-

moda attuliſſe. Alcibiades præterea in ciuitate ſemp præſens aduerſarios ſuperabat: abſens inimi corũ calũniis criminibuſq; obrutus, ſine controuerſia vincebatur. Martiũ & pñtem dãnarunt Romani: pſentem quoq; Volſci iniuria necauerunt: q̃q̃ ipſe cauſam ſuccenſendi æquam illis præbuiſſe videtur: quum id bellum quod publice ſuſceperat, a mulieribus perſuaſus priuatim depoſuit. Illud præterea non recte a Martio factũ eẽ videt: q̃ potius pietate matris q̃ ciuitatis, cuius illa quoq; pars erat, miſericordia motus, patriæ ſuæ ignoſcendum putauit: nã oratoq; precibus, ſacerdotum ſupplicationibus ſpretis: qui ſuis inſignibus velati ſupplices in caſtra acceſſerãt: totius denicq; Po. Ro. luctu gemituq; neglecto: vnius mulieris lachrymis ceſſit: ac ſi patria illius cauſa, non per ſe ipſam ſeruari mereret: Patriæ igitur ſuæ pepcit: neq; a Romanis perſuaſus: contra quos arma ſuſceperat: neq; perſuadens Volſcis: pro quibus gerebat bellum. Horum oĩum natura hoĩs inſolens & ſupra modũ in rebus gerendis elata: cauſa fuiſſe videtur: quę quidem multitudini p ſe ipſa moleſta: quũ ei bonoq; libido cupiditaſq; accedit, intolerabilis fieri ſolet. Itaq; huiuſcemodi viri quũ in petẽdis magiſtratibus a populo repellunt: dolent indignantur: ferre nõ poſſunt: nec ſatis meminiſſe videntur: non tam illos præferri q virtute prudentiaq; excellũt: q̃ eos poſthaberi: qui neq; populum rogandum: neq; multitudinẽ colendam cenſent. Vt olim Metello, Ariſtidi, & Epaminundæ eueniſe aiunt: q̃q̃ ii a populo ſæpe reiecti, non admodũ ſuę reip. ſuccenſebant: ſed illatæ iniuriæ poſtea pœnitentẽ magiſq; vnã antea amplexabantur: nitebanturq; in omnibus rebus gerendis, vt viros optimos decet, bene de ciuitate mereri. Quid enĩ ſtultius: q̃ multitudinẽ aſpernantẽ grauiter ferre, ſi a multitudine negligat? Alcibiades igitur cernẽs populũ ſæpe gra flecti: pcibus cedere: affabilitate capi: quũ in obſeruãda multitudine ſtudiũ ac diligẽtiã adhiberet: mirãdũ non erat: ſi poſtea honoratus gaudebat: poſthabitus aũt iniquo aĩo iniuriã tolerabat. Martium vero ſiue nolẽtem: ſiue neſcientẽ colere eos: qui ſuæ ambitioni obſequi poterãt: minus grauiter ferre decuit repulſam ſua prope culpa contractam. Atq; hæc ſunt quæ in eo viro reprehendẽda eſſe putamus. Reliqua omnia ſplendida in Martio & ſumma laude digna comperio: ſed præſertim pecuniarum abſtinẽtiam, ac vitæ integritatem. Quibus non cum Alcibiade, qui in his nec continentiæ vnq; nec honeſtatis rationem habuit, ſed cum optimo quoq; græcorum conferri poſſe videtur.

Martius ſtegritate & pecuniaq; abſtinẽtia: cũ optĩo quoq; græcorũ conferẽdus

¶ THEMISTOCLIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Hemiſtocli initia generis parũ ſane glorioſa fuere. Patre enĩ ipſum Neocle haud claro qdẽ homine, ex populo Phreario, tribuq; Leontide, ex non iuſta matre natũ phibent: eamq; Threiciam genere, Abrotonũ nuncupatã. Sed magnum Græcis (vt mihi vere videor dicere) Themiſtoclem peperit. Phanias autẽ Themiſtoclis matrẽ tradit: nõ Threiciã, ſed Cariã: neq; Abrotono, ſed Euterpe ei nomẽ fuiſſe. Neãthes quoq; Halicarnaſſum Cariæ ciuitatẽ patriã illi aſcribit. Quare in Cynoſarges contribuentibus nothis (id eſt autẽ extra vrbẽ Herculis gymnaſiũ: q̃ ne is quidẽ legitimus extitiſſet: ob matrẽ quæ mortalis erat:) pſuaſit ingenius qbuſdã * adoleſcẽtibꝰ: vt in Cynoſarges deſcẽderẽt: atq; vna ſecũ * iũgerent. Quo facto videt nothoq; ac legitimoq; diſcrimẽ callide ſuſtuliſſe. Qd vero Lycomedas generis ppinquitate attigerit: ex eo maxime apparet: q̃ Phyliæ Teleſteriũ, id eſt initiãdi locus, quod erat Lycomedaq; cõmune, a barbaris ante incẽſum ipſe inſtaurauit: & picturis illuſtrauit: vt Simonides tradit. Adhucẽt puer vehemẽs admodũ, aĩ plenus. Atq; ſpũs fuiſſe dr. Quũq; foret natura ptudẽs: elato animo magna ſemp atq; eximia ſpectabat. Nã quũ ei in diſciplinis percipiẽdis qeſcere, ac animũ relaxare licebat: non vt reliqui ſolent pueri, ludis & inertiæ ſe dedebat: ſed excogitandis orationibus quibuſdam, componẽdiſq;

Neocles pater Themiſtoclis. Abrotonũ ſeu Euterpe Themiſtoclis mater. Cynoſarges.

inungerent Teleſteriũ.

Themiſtoclis qualis fuerit puertia.

assidue versabatur. Erant autem eæ vel accusationes cuiusdam: vel puerorum defensiones. Vnde & magistrũ dicere solitũ quãdoq; ferũt: nihil equidem te paruũ o puer, sed certe magnum aliquod bonum, aut malum futurũ auguror. Nam ad ingenuas disciplinas illas, quæ ad gratiam & liberalem educationẽ quæruntur, perdiscendas, tardo hebetiq; ingenio fuit. Quibus aũt ad prudentiam & rem gerendam informantur hominũ mentes: eas cõtempsit manifesto atq; desperit: vt qui supra ætatem naturæ bonitate cõfideret. Ex quo effectum est: vt quũ posteriori tpe: i iis disceptatiõibus, qua liberales & vrbanas vocitant, irriderentur ab eruditis: grauius atq; asperius se defendere cogeretur: quum diceret: se lyra canere, & psalterio vti nescire: verũtamen ciuitatẽ paruam & obscurã maximã ac clarissimã reddidisse. Et si enim Stesimbrotus affirmet Themistoclem Anaxagoræ audiendi studiosum fuisse, & Melisso quoq; physico operam dedisse: tpibus tamen errauit. Contra Pericle enim Themistocle natu multo iuniorẽ Samios obsidẽtem Melissus pro Samiis imperator pugnauit: cũ Anaxagora autẽ versatus est. Magis igitur Mnesiphilo credendũ videtur: qui Themistoclẽ Phrearii auditorẽ fuisse asseuerat: qui neq; orator fuit: neq; physicus: sed eam sapiẽtiam quã vocãt, re autẽ vera bellicam facultatẽ: & quandam reip gerendarum prudentiam & cognitionem professus est: Solonis sectam quadam quasi successione sequutus: quam posteriores quũ ad vim iudiciariam adiunxissent: & a negotiis ad vsum dicendi orationesq; traduxissent: Sophistæ habiti & nuncupati sunt. Sed ad hunc quum iam rempubli. gerere aggressus esset: ferunt se contulisse. In ipsius aũt iuuentutis primordiis, naturæ tantũ muneribus adiutus, eloquentiæ vero penitus & eruditionis expers, nec satis sibi constare: nec in iisdem semper consistere visus est: quum natura ipsa in agẽdo magnas in vtranq; partẽ mutationes induceret: & ad deterius sæpe ferretur: vt ipsum in posterum fateri non puduit: asperos inquiens & immites pullos in optimos equos euadere: quũ idonea illis disciplina & institutio adhibetur. In quibus autem aliqui fingendo dissentiunt: a patre illum repudiatum esse: & voluntariũ matris interitum ex filii ignominia conflatum: ea, & falsa videntur & cõtrariæ quoq; authoritates ad sunt. Quibus dicitur pater quum eum a capessanda repub. deterreret, vetustas illi triremes abiectas in litore & contẽptas ostendere consuesse: quasi eodẽ modo a multitudine populi studiosi homines, quũ inutiles sunt, tractarentur. Celeriter aũt & audacter visus est rẽpubli. incensus cupiditate gloriæ attigisse. Qua statim ab initio, quũ vendicare sibi studeret principatum, duras inimicitias sibi potentum & principũ ciuitatis conflauit. Maxime vero Aristidẽ Lysimachi filiũ contraria in rep. sententia aduersariũ habuit: etsi videtur Themistoclis cum eo simultas iuuenile initiũ habuisse. Amabat vterq; Stesileam Chiam genere: mulierẽ sane forma præstantem: vt Ariston philosophus tradit. Ex hac postea in repub. perpetua inter eos dissensio mãsit; q̃q̃ vitæ ac morũ dissimilitudo, non parũ eã auxisse videtur. Nam Aristides quum vir probus foret & natura mitis & mansuetus: nec ad gratiam aut gloriã inanem rempu. gereret: sed securitati ciuium habita honestatis & iustitiæ rõne, consuleret: cogebatur cum Themistocle qui studio nouarũ rerũ populum assidue concitabat, in certamen contentionẽq; descendere: eiusq; crescentem potentiam cohibere. Dicitur enim adeo inflãmatus ad gloriã, ad eo rerum maximarũ ambitiõe honoris cupidus extitisse: vt quo tpe superatis in Marathone Barbaris, Miltiadis ducis gloria celebrata est: iuuenis adhuc ad se rediens diutius, omnia volutaret animo & nocturnis vigiliis indulgeret: consuetis repudiatis conuiuiis: Rogantibus vero admirantibusq; eius vitæ mutationẽ, respondere t. Miltiadis Trophæum sibi somnes adimere. Quũ igitur cæteri existimarent a Barbaris in Marathone re male gesta, Bellum se in posterũ sustulisse: Themistoches eam rem maiorum certaminum initium ducebat esse: ad eaq; obeunda pro Græcia vniuersa se tanq̃ in palæstram vnxit assidueq; ciuitatem exercuit q̃ longissime futura prospiciens. Quũq; mos esset Athenien sibus: magnos ex argenti fodinis prouentus in plebẽ diuidere: solus in populum adiens suadere ausus est: vt ea diuisio tolleretur: & ea pecuniæ in triremes ad bellum æginense parandas atq; ædificandas conferrentur. Nam id in primis tota Græcia maximum maximeq; atrox fuit: Æginetæq; nauali potentia mare quondam tenuere. Quare Themistocles, quũ non Darium, aut Persas formidandos diceret (lõge enim hi aberant: nec magnum de se metum præsentes iniecerant) sed irę in æginetas, & contentionis ciuiũ oppotunitatem nactus, ad parandas triremes leuiter eos & facile impulit. Centum enim ex illis pecuniis triremes ędificatæ, post cum Xerxe nauali prælio dimicarunt. Ex hoc paulatim deducendo ad rem maritimam ciuitatem traduxit: vt quum pedestribus copiis haud pares barbaris forent maritimis viribus eorũ impetus coercerent. Itaq; ex fortibus strenuisq; militibus: & qui digni Græciæ imperio putarentur: nauticos homines vt inquit Plato, & maritimos fecit: & maliuolis occasionem ad reprehendendum reliquit: quum dicerent Themistoclem hasta & scuto ciuibus suis adempto Athenien sium populum ad naturarum opera & remigum traduxisse. Eaq; omnia, victa Miltiadis repugnantis authoritate, ex sententia gessit: vt Stesimbrotus affirmat. Quod si his gestis de vera ac syncera gerendę reipub. ratione deflexit: altius perscrutantium sit iudicium. Quod autem tũ Græcorum salus ex re maritima conseruata sit: q̃q̃ Athenien sium ciuitatem dirutam funditus & euersam triremes vindicarunt: cũ alia, tũ Xerxes ipse testimonio esse potest. Integro enim terrestri

exercitu,

Phrearii auditor fuit Themisto.

Sophistę q habiti sunt

Aristidẽ cõtrarium habuit Themistocles. Stesilea.

Argẽti fodinæ puẽr? Themistocles non in plebẽ: sed i triremes ædificãdas cõferri suasit.

exercitu, nulla prælii offensione, poſt illã nauale cladẽ in fugã cõuersus est: quippe cui minus ad decernendũ prælio suppeteret vires: ac Mardoniũ magis vt pſecutionẽ Græcoꝝ retardaret, q̃ vt eos subigeret, vt mihi quidẽ videtur, dimisit. Illi vero in parandis pecuniis studiũ & diligẽtiã: alii liberalitatis & bñficentiæ laudibus deprecantur. Nã munificũ qdẽ virũ & splẽdidũ ad ipſas peregrinorum & hoſpitũ inuitationes ſumptu pmaximo aiũt indigere. Alii in deteriorẽ partẽ parcitatis atq; exilitatis cõmemoratione traducunt: quippe quẽ ferũt ẽt cibaria ſibi, muneri miſſi vẽdere coſueſſe. Philides equoꝝ nutritor. Epicles citharista.
Quũ ãt a Philide nutritore equoꝝ dono poſtulaſſet equũ: ae ille ſe largituꝝ negaſſet: minatus est ille: ſe domũ eius continuo ligneũ equũ facturũ: obſcure videlicet per ænigma minatus, propinquo rũ crimina & accuſationes in honinẽ ſe cõiecturũ. At ſplẽdoris & gloriæ cupiditate mortales omnis exuperauit: qui quũ iuuenis adhuc eſſet & obſcurus, dr Epiclẽ citharistã, qui tũ colebaẽ ſummo ſtudio ab Athenienſibus, rogaſſe: vt apud ſe artẽ exerceret: cupiens domũ ſuã a multis quæri, & frequẽtari. Et Olympiã quũ veniſſet: cœnatũq; & tabernaculoꝝ apparatu ac cætero luxu magnificẽtiaq; cũ Cimone certaret: inuidiã in ſe Græcoꝝ & offenſionẽ concitauit: Illum enim natu iuniorẽ & ampliſſima familia natũ, eas res omnis decere arbitrabantur. Is vero vixdum ſatis notus, ſed q videretur minus ſuppetentibus facultatibus, præter dignitatẽ efferri: oſtentationis ac iactãtiæ fubiit nomẽ. Vicit aũt quũ tragœdiis impenderet: quũ magna iã ſtudia eius certaminis atq; ambitiones forẽt. Tabulã quoq; fixit: in qua erat ſcriptũ: Themiſtocles Phrearius eoꝝ præbuit: Phryni chus docuit: Adimãtus præfuit. Attũ gratus multitudini fuit: tũ q; in iure dicendo cõſeruandaq; reꝝ contractarũ fide, triſtẽ & ſeueꝝ iudicẽ ſe præberet: vt fuit illud in Simonidẽ ciuẽ: q ab eo quũ prætor eſſet, præter æquũ quiddã poſtulauit: Nã neq; tu inquit bonus pœta eſſes: ſi modos & numeros in canendo contẽneres: neq; ipſe bonus prætor: ſi gratiã cuiuſq; legibus anteferrẽ. Ac rurſus in eundẽ Simonidẽ cauillis inuectus, inſanire illum dixit quum Corinthios obiurgaret magnam incolentes vrbẽ: ipſe ſui ſtatus fingeret: q ita aſpectu eſſet fœdo ac deformi. Ad poſtremum auctus magnis opibus & gratia populari, exortis inter eum Ariſtidẽq; ſeditionibus, Teſtaq; illum exilio, ciuitate eiecit. Quum vero iã Medi deſcenſus imminere ciuitati putaretur: Athenienſeſq; de imperatore ad id bellum deligẽdo cõſilium iniiſſent: ferunt reliquos omnes periculi metu perculſos, munus imperii ſponte recuſaſſe. Epicidẽ tantũ Ephemidę filium populatẽ hominẽ, & dicendi facultate & copia præditum, ſed luxurioſum & nequã & quæſtui pecuniario deditum, imperii cupidinem inuaſiſſe. Quũq; idiã tũ obtẽturus ſuffragiis omniũ putaretur: Themiſtoclẽ veritũ, ne ille demandato ſibi imperio, Athenienſium res euerteret, pecuniis de ambitione Epicidẽ deiecisse. Laudatur aũt eius illud in primis: quod in interpretẽ dr feciſſe. miſſis enim a rege legatis, maris & terrę imperiũ flagitantibus, illũ publico decreto cõprehenſum iuſſit interimi: q; Græcoꝝ lingua ad barbaros rum nutum & imperiũ vteret. Eſt ẽt præclaꝝ illud in Archiniũ zeleitẽ: quẽ Athenienſes liberoſq; eius: & genus omne authoritate Themiſtoclis, infamia notauerunt: q; ex Medis auꝝ in Græciam intuliſſet. Sed omniũ maximũ atq; illuſtriſſimum: q; bello tota Græcia cõpoſito, ciuitates inter ſe pace amicitiaq; coniunxiſſet: perſuaſis omnibus bello impendente domeſticas ſimulates in aliud eſſe tẽpus differendas. quã adrẽ confidendã Chileũ Arcadẽ adiutorẽ dicitur habuiſſe. Inito aũt imperio ſtatim ciues aggreſſus eſt in naues cõpellere: ſuaſitq; relicta vrbe q̃ longiſſime a Græcia claſſibus hoſtẽ exciperẽt: cuius ſententiæ multis reclamãtibus: in Tẽpe vna cũ Lacedæmoniis expeditiones eduxit: vt pro Theſſalia dimicaret: q; nondũ ad Medos inclinare videretur. Poſtea vero q̃ inde reinfecta abierunt: ac Theſſalis regis ſocietatẽ ſequutis: vſq; Bœotiam Medicæ amicitiæ cõtagio occupauit: magis tamen apud Athenienſes Themiſtoclis ad rem maritimam adhortantis valuit authoritas Itaq; miſſus eſt in Arthemiſium nauibus: eius loci anguſtias præſidio habitur⁹: quo in loco Eurybiadi Græcis: maximeq; Lacedæmoniis imperiũ demandantibus: Athenienſibus vero q; reliquos ſimul omnis nauiũ numero anterirẽt, indignũ putantibus aliis concedere: Themiſtocles cognito periculo, ipſe imperiũ Eurybiadi tradidit: leniuitq; Athenienſiũ animos: affirmans ſi ad bellum ſtrenuos ſe viros oſtenderent: Græcorum in ſe ſtudia & voluntates in poſterum conuerſuros eſſe. Qua vna re apparet: eum vnum omnium maxime authorem ſalutis Græcis extitiſſe: effeciſſeq; vt Athenienſes fortitudine hoſtes: manſuetudine autem & facilitate ſocios viciſſe viderẽtur. Sed quum, iam Barbarorum claſſe ſe ad Aphetas inferente perterritus multitudine nauium quæ in fronte erant, ac aliis ducentis ſupra Sciathon circum annauigare nuntiatis, decreuiſſet in tra Græciæ fines reductis copiis in Peloponeſumq; appulſis, terreſtrẽ exercitũ nauibus vndiq; circũdare: q; inexpugnabiles regis maritimas vires duceret: eo metu ac formidine permoti Eubœi ne eos deſererent Græci atq; hoſti proderẽt: inito clam cum Themiſtocle colloquio, magnã ad eum pecuniaꝝ vim per Pelagunem mittunt: quibus acceptis (vt ſcribit Herodotus) eas Eurybiadi tradidit Ex ciuibus vero ſibi aduerſante Architele: qui in ſacra naui Trierarchus erat: deficientibuſq; ad nauarum ſumptum pecuniis, ad reditum properabat: in eum infenſo ſiam ante ciues magis Themiſtocles concitauit. Quare ad eum impetu facto, cœnam diripuit. Ea iniuria permoto homine, & indigne ferente: Themiſtocles illi panem & carnem inciſta, ſummiſſo argenti talento in cœnam mi-

Ariſtidem Themiſtocles ciuitate eiecit in exilium.
Teſtarum exilium.
Epicides Ephemidæ.
Archinius zeleites.
Chileus Arcas.
Tempe.
Eurybiades
Trierarch⁹

fit:iubens eum & in præsenti cænare:& prima luce triremiū curam suscipere:quod si recusasset face re:se ciuibus delaturum q argentum ab hostibus missum conditum apud se haberet.Hæc ex Pha niæ Lesbii monumentis accepimus.Quæ aūt tunc in ipsis angustiis aduersus barbaros naualibus prælijs gesta sunt:haud magnum ad vniuersa iudiciū fecerunt:sed ipsa experientia permultū Græ cis pfuere:qui in ipsis periculis edocti opera didicerunt,neq; multitudinē nauium,neq; luxus & ap paratus,neq; signoꝝ fulgorē,neq; clamores iactabundos,neq; barbaricos penes qcunq; formido losum habere viris fortibus & perite audacterq; prælijū ineuntibus.Verum iis oībus cōrēptis in ip sa corpora inuadendū esse:& cū ipsis cōfertis manibus decernēdum.Quā sentētiā Pindarus in Ar temisij prælio sequutus videtur:quum diceret Athenienſium liberos manifesta libertatis fundamē ta iecisse.Vincendi enim initium fiducia est.Est aūt Artemisium Euboeę supra Hestieā litus ad bo ream versum:cui Olizonum gens e regione opposita est:quæ sub Philoctete quondā fuit: tēplūq; in ea haud magnum Artemidis prosoce nuncupatæ:& locus circum arboribus consitus : colum næq; ibidē ex albo lapide erectæ:lapis autem ipse manu attritus contracto croceo colore odorem quoq; exhalat croci pſimilē.In eaꝝ vna elegum carmē huiusmodi erat incisum. Innumeros Asiæ populos ex finibus actos Cecropidum soboles fudit in hoc pelago.Ac vbi Medorum bello cecide re cohortes:Hæc Phœbe statuit virgo trophæa tibi.Exrat & in littore ingēs tumulus atrū ab imo puluerē veluti igni adustum emittēs:in quo classis reliquias & cadauera cremasse videnē. Igitur vt primum de Thermopylaꝝ pugna nuntiū in Artemisiū est allatum:Leonidā oppressum:& terrestri transitu Xerxem esse potitū:in Græciā se receperunt:Athenienſibus in extrema agminis parte cō stitutis:& ob virtutē & rerum gestarum gloriā ad præclara omnia obeunda animo sp paratis.The mistocles vero regionē nauibus ambiens,qua intuebatur descensum aut præfugium hostibus fu turū,grandibus literis in lapidē incidit:aliis forte ibi inuentis ab eo iuxta naualia,aut quo aquatū appulsuri forēt constituris:Ionibus per literas mandans:vt si fieri posset ad se relictis barbaris pro genitores suos concederent:q periculū pro eorum libertate susciperent : aut si minus id facerent: barbaris in prælio cladi ac detrimēto forent.His sperabat se aut impulsurum Iones ad defectionē: aut turbationē allaturum:Ionibus barbaro in suspitionem adductis. At Xerxe in Phocidē desup cū exercitu inuadente:Phocenſiūq; vrbē incendio deuastante: haud restiterunt Græci:nec Athe enſibus quidē rogantibus,in Bœotiā pro Attico agro hostibus obuiā iere : vt ipsi in Artemisium mari opem tulerant.Quū nemo eorū precibus & gratia moueretur:sed ad Pelopōnesum oēs intē derent animū:& intra isthmū copias omnes cogere properarent:ab alteroq; mari ad alterū murū perducere:proditos Athenienſes & destitutos ab omnibus ira simul ac mœstitia cepit. Sed quum minus decreuissent cum tanta vi hominū ac multitudine confligere:id tantū ad præsens necessa rium erat:relicta ciuitate, naues conscendere.A quare vehementer multitudinis animi abhorre bant:q; neq; contineretur cura victoriæ:neq; deorum immortaliū tēplis , patrumq; monumentis amissis, salutē vllam superesse ducerent.Hic igitur Themistocles quū populū humanis consiliis in sententiā suā traducere posse diffideret:vt in tragœdia attollens machinā,signis diuinis, pdigūsq; & oraculis sollicitare cœpit:signum ex dracone nactus:qui videtur illis diebus extemplo euanuisse Sacerdotesq; vbi inuenere intactas primitias,quas per diē ei appoſuerant,in populū nuntiarunt: rumore a Themistocle dissipato Deam vrbem excessisse:& ad mare se illis ducem præbuisse.Oracu lo aūt rursus populum mouere aggressus est.Lignea inquit mœnia nihil aliud significare,q̄ naues: atq; idcirco Salaminē diuinā non timidā neq; infelicē adeo nuncupari: vt quæ ex magno Græcoꝝ succesſu cognomen in posteꝝ esset habitura.Sed quū Themistocles sententia valuisset:decernit vt bē Palladi,q̄ tutelæ Athenienſiū præerat,cōmendari: iuuentutē omnē in triremes imponere:libe ros vero & coniuges, mācipiaq;,vt facultas esset,per se quēq; seruare. Cōprobato decreto : plurimi Athenienſiū parentes & vxores in Trœzenem exportarunt : perhumane excipientibus Trœzenis. Decreuerunt enim vt ii publice alerentur duobus obolis singulo elargitis:pueriſq; facta potestas: vt vndecunq; liberet poma acciperent:& pro iis magistris merces persolura est. huius autor decreti Necagoras fuisse traditur.Quum vero publicæ pecunię Athenienses deficerent:scribit Aristoteles Areopagi senatū cuiq; munus militiæ obeunti octo drachmis traditis,causam complēdi triremes vel potissimam fuisse. At Clidemus hoc quoq; a Themistocle gestum asseuerat. Descendentibus enim in Pyræum Athenienſibus: ait ex Palladio Gorgonis verticem amissum esse : Themistoclē vero perquirere ac perscrutari omnia simulantem,vim argenti permaximam inuenisse:in ipsis the sauris reconditam:quo in medium prolato:naues conscendentibus abūde viaticū suppetisse.Ena uigante autem ciuitate:aliis miserabile id spectaculum,aliis admirationi eorum animi magnitu do fuit:quum parentes quidem a se dimittentibus,inflexoq; se ad luctus:lachrymas:complexuſq; illorum præstantibus,in insulam discederent:multiq; ex ciuibus infirmis viribus affectaq; iam ætā te relicti,digni misericordia viderentur.Erat etiam quædam quæ spectantes flectere posset animi dulcedo ex cicuribus animantibus: cum clamore & desiderio ad litus vndiq; confluentibus , eorū nutritoribus naues conscendētibus.In quibus memoratur Xantippi Periclis patris canis: q; abe-

Artemisiū. Olizonum gens.

Themisto cles quo in genio vsus sit ad trahē dū in suam opinionē populum.

untis domini desiderium & solitudinem ferre non posset, in mare insiluisse: natando triremē assequutus in Salaminē esse delatus: ibiq; expirans cōtinuo interisse: quo in loco ēt his tpibus, canis tumulum vocant: vbi sepulcrū eius fuisse traditur. Iam vero ea magna & præclara Themistoclis videntur esse: q; quum sensissent ciues Aristidem desiderare: metu sollicitos, ne se ob irā in barbari amicitiam daret: resq; Grecorū euerteret (victus enim a Themistocle factione ante initium belli, cōpulsus in decēnale exiliū fuerat) decernit iis licere q ad tēpus exulassent, ab exilio redire: & cum aliis simul ciuibus libere dicere ac sentire: quæ Græciæ in primis cōducerēt. Postea vero q̄ Eurybiades ob Spartæ dignitatē classi prepositus imperator, ad periculū ignauus & timidus decreuit ad isthmū classem reducere: quo Pelopōnēsium exercitus terrestris coierat: contradixit Themistocles. quo tēpore celebrata illa dixisse proditū est. Quū enim dixisset Eurybiades: O Themistocles: in certaminibus qui intempestiue assurgunt, alapis cædi solēt: ita est inquit Themistocles: sed nec iiqui deserunt ordinē coronātur. Tū eo baculum vt cęderet attollente: cæde inquit Themistocles: verum audias. Hic eius māsuetudinē Eurybiades admiratus dicēdi quod vellet potestatē fecit: qui quū ad priorem orationē se reuocasset: assurgens aliquis, Hominem inquit ciuitate orbatum nō recte eos qui habe rent, ad deserendas patrias adhortari. Tum Themistocles ad eū cōuersa oratione: Nos o homo inquit nequissime, domos & mœnia reliquimus: indignū esse ducentes: inanimatorū causa seruitutē subire: ciuitatē vero nobis ducentæ triremes maxima Græcorū ciuitatū prestant: quæ nunc nobis præsidio adsunt: salutē per eas retinere nolentibus. Q d si nos ob ignauiā pdideritis: statim sentiet aliquis ex Græcis: tantū Athenienses libertā ciuitatē, & agrū haud deteriorē quam amiserant possidere. Hæc loquēte Themistocle: Eurybiadē ad se redeuntē vehemens formido incessit: ne eos desererent Athenienses atq; discederent. Ad Eretricū aūt ab eo sententia dissidentem: nunc etiam vobis inquit de bello est sermo: qui instar Thetidum gladiū quidem habetis: cor vero nullū geritis. Produnt quidam authores Themistocli de rebus ex superiori nauis tabulato dissereti, noctuam visam ad dexterā nauiū partē volatu delatam malo insidisse: quo omine in eius sententiā ierunt omnes: decertaturiq; nauali prælio parabantur. Sed vbi hostium classis ad Phalericū delata in Atticam cir cunstantia occupauit litora: & rexipse cum pedestribus copiis descendit ad mare: exercituſq; omnis coactis in vnum viribus apparuit: Themistoclis statim exciderunt monita: & rursus Pelopōnēses ad isthmū spectare cœperūt: & siquis aliter sentiret aut diceret, grauiter ferre. Decretum est igitur ab iis proxima nocte discedere: gubernatoribusq; imperata nauigatio. Hic Themistocles angi vehementer animo: si Græci ab angustiis abductis præsidiis, per ciuitates dissoluantur. Itaq; inito secum consilio: quo pacto impedimentū aliquod moliretur Græcis: per Siccinum negotium conficit. Fuit autē Siccinus captiuus quidā genere Persa Themistocli in primis charus: quē liberis pædagogū præfecerat. Hunc ad Persas cum mandatis mittit: vt Themistocles Athenienſiū dux regis amicitiam patriæ libertati præferens, primus omnium illi nuntiet: Græcos ad fugā inclinatos esse: proinde admonet: ne fugiendi illis præbeat facultatem: sed dum eos confusio & trepidatio habet, a terrestribus copiis longe seiunctos adoriatur: & maritimas vires opprimat. Hæc Xerxes vt ab amico homine dicta accipiens, lætitiaq; plenus, postremo id nauium ducibus significauit & alias quidē complere imperauit: ducentas aūt transitu passim circueuntes claudere: insulasq; præsidio asseruare: ne quis ex hostibus possit euadere. Hæc Aristides Lysimachi filius vt primum agi sensit: ad Themistoclis tabernaculum venit: etsi illi esset infensus: ab eo vt ante diximus exiliū pulsus. Obuiam pdeunti Themistocli cōsilium barbari de circuitione nauiū aperit. Ille & virtutē viri & pbitatē iam ante spectam & cognitā habēs, & eius tū præsentia maxime lætatus, quæ per Siccinū egerat cūcta ennarat: hortaturq; vt Græcos obiurgando absterreat: studeatq; vna secum efficere: vt in angustiis præliū cōseratur. Aristides igitur laudato Themistocle: alios duces & Trierarchos adiēs, ad præliū excitare atq; incēdere conabatur. Nōdum fidē adhibētibus illis: ecce vna Tenedia triremis transfuga, quam Panætius nauarchus habebat, circuitionis nuntia interuenit. Quare ira simul & necessitas Græcos ad periculū impulit. Prima aūt luce in locū editū Xerxes cōsēdēs despiciebat Græcorū classem: atq; oēm pliī apparatū: vt Phanodemus author est, supra Heracleū: quę isula ab Attica angusto frero disiūgit: vt vero Acestodorus, in finib⁹ Megarēsis agri: in loca quæ cornea vocāt, curru aureo cōstituto: scribisq; pmultis adhibitis & negotio illis dato, quæ in prælio gererētur, singula cōscriberēt. At Themistocli ad prætoriā nauē hostias mactanti tres eximia forma captiui adolescentes pducti sunt: veste aūt splēdida & auro insignes. Ii Sandanes regis sororis, & Autarati filii dicebantur esse. Quos Euphrantides vates intuitus, vbi magna & clara e sacris flāma refulsit: & simul starnutus ab dextera signū dedit: Themistoclē manu apprehendēs iussit eū adolescentes primitias & votis nūcupatis omestię Dionysio immolare: sic salutē cum victoria Græcis fore. Obstupescente aūt Themistocle responsum magnū atq; horrendū vt: in magnis certaminibus ac rebus pditis euenire solet, ex iprouisis ac repētinis magna q; cōsultis & cogitatis ad spem salutis erecta multitudo vna simul voce deū inuocauit: captiuisq; ad aram cōstitutis, vatis iussu sacrificium pegerūt. Hęc Phanias Lesbius vir in philosophia clarus

Canis tumulus.

Eurybiades classis dux. Themistoclis in Eurybiadem responsio.

Siccinus.

Aristides ad Themistoclis tabernaculū venit.

Heracleum

Sādane xerxis soror.

Classis Xerxis.

nec in historiarum monumentis rudis aut imperitus literis prodidit. De numero autē barbaricarū nauium Æschylus poeta, vt sciens atq; affirmās, in tragœdia Persis, scribit his versibus. Xerxi, etenim noui, mille fuere rates. At quæ fuga naues præstarent celeri aliis: Septem ducentæ: sic fama frequens tenet. Atricarum vero nauiū quæ centū & octuaginta erant numero, singula decem & octo ex tabularis pugnātes habuit: quorum sagittarii quatuor: reliqui grauis armaturæ milites. Videtur autem Themistocles haud deterius occasionem tpis nosse atq; obseruasse: q̄ locū: ne ante triremes aduersis proris opponeret barbaricis: q̄ tps adesset solitū per freta secundum ventū & fluctum impellere. Qui græcas, q̄ demissiores humiliores q̄ forēt, nihil lęsit: in barbaras vero insurgētes puppibus & tabulatis altis & onustis incidens, dū inferrentur, auertit: & Græcis nauibus latera præbuit: Themistoclis iussu vt prudentis ducis celeriter ingruentibus: & simul q̄ aduersus illū Aria

Ariamenes Xerxis Nauarchus.

menes Xerxis Nauarchus inuaserat: qui quū nauem magnā haberet: veluti e manibus sagittis telisq; infestabat: vir fortis & inter regis fratres probitate maxime iustitiaq; insignis. Huc igit Ameniās Decelensis & Sosicles Pediensis vna se inferentes: vt naues in se inciderunt: ac diuersis proris catenisq; iniectis hęserunt: illū suæ triremi imminentē subeuntes, ac lanceis instantes, in pontū deturbāt. Cuius corpus iactatum fluctibus dinoscens Artemisia ad Xerxem detulit. In eiusmodi fortuna pugnæ flammā magno lumine ab Eleusine illuxisse ferunt: sonitū quoq; & vocē toto Thriasio agro ad mare vsq; exauditā esse: vt ex hominibus multis mysticū lachū educētibus. Ex multitudine vero vocū referri a terra paulatim gemitū & in triremes decidere visum. Alii imagines & simulacra affirmāt ab Ægina apparuisse armatoq; hominū manus, p Græcis nauibus attollentiū: quos Æacidas esse coniecerant: a qbus ante pugnā p̄cibus & votis implorarāt opē. Primus igit Lycomedes Athenienſis Trierarchus nauē capit: cuius signum fictū ex ære postea laurigero Apollini consecrauit. Alii vero barbaris multitudine pares: eos q; parte nauiū in angustiā se inferrent: & in se inuicem incurſarēt: vesperi quū vsq; ad id tps restitissent: in fugā compulerunt: vt Simonides tradidit: pulcherrima ac celeberrima parta victoria: qua nullū maritimū clarius opus, neq; a Græcis neq; a Barbaris gestum memoratur: fortitudine quidem cōmuni ac prōptitudine pugnātiū: sed consilio prudētia q; Themistoclis. Post prælium Xerxes re male gesta, adhuc animo plurimum meditatus, ag

Xerxis classis fuga a Themistocle.

gressus est pedestres copias Salaminē contra Græcos traducere: præcluso aggeribus transitu: q me dii inter Atticā & insulā erār. Sed Themistocles, Aristidis tentandi gratia, cum eo communicauit: statuisse se deductis in Hellespontum nauibus pontē soluere: vt (inquiēs) in Europa Asiam capiamus. Quod quum improbaret Aristides: diceret q; nunc quidem cum barbaro luxuria defluenti cō seruimus p̄sentiū: q; si in Græcia occluserimus hostem tot viribus fretū & metu periculi in necessitatē cōpulsum: haud vltra sub tabernaculo aureo sedēs otiosum se pugnæ spectatorem præbebit: sed audebit omnia: & ob periculū omnibus præsto se offerens, quæ prolapsa contemptaq; sunt corriget atq; emendabit: & omnino de summa rerum sanius consiliū capiet. Nō igitur nobis hic pons o Themistocles euertendus est: sed alio si fieri posset constructo, homo ex Europa celeriter exigendus. Si ergo hæc tibi inquit Themistocles videntur cōducere: iam illud nobis omnibus cogitandū est ac prouidendū: vt ex Græcia q̄ celerrime discedat. Itaq; eo probato consilio: per Aracem ex regis Eunuchis inter captiuos inuentū, regi nuntiat: Græcos parta mari victoria in Hellespontum qua iunctus erat nauigare: pontemq; soluere decreuisse: proinde Themistocles de regis salute sollicitus: ad mare statim maturare admonet: ac transire quoad ipse sociorū persequutionem moraretur. His auditis barbarus, ac metu correptus, continuo ad discessum properauit. Ac Themistoclis Aristidisq; prudentia in Mardonio maxime manifesta fuit. Siquidem cum parua parte ex Xerxis copiis inito prælio, de rebus omnibus in discrimen venerunt. Quo prælio ex ciuitatibus Æginetas potitos pugnandi laude affirmat Herodotus. At Themistocli etsi ob merū inuidiæ recusanti, primas partes detulerunt oēs. Quū in isthmū se recepissent principes: lato ab ara suffragio, se quisq; virtute primum, secundum vero Themistoclem censuerunt. Lacedæmonii quoq; Spartā eum deducētes

Eurybiadi fortitudinis p̄miū datum.

Eurybiadi præmium fortitudinis dederunt lauream: sapientiæ autem Themistocli: cumq; eximio totius vrbis curru donarunt: & Sparta abeuntem trecentæ naues a Spartiatis missę vsq; ad montes consequutę sunt. Dicitur Olympię instante celebritate, quum eo profectus Themistocles in stadiū processisset: contēptis certaminibus, omnes oculis in illum esse conuersos: in eoq; spectando diem totum cōsumpsisse: & eum cum plausu & admiratione ostēdisse peregrinis & aduenis. Quare ipse lętus ad amicos dixisse: tū suorum laborum, quos pro Græcia suscepisset, fructum se amplissimum reportare. Permagna enim illi gloriæ cupido natura insita erat: si ex iis q̄ de illo monumentis literaq; produntur, coniectare licet. Classi enim præfectus neq; priuatim neq; publice vllū obiit munus: sed quæ instabant, in eam diem qua nauigaturus erat, omnia distulit. Vt multa simul conficiens: & varios ad colloquiū admittens homines: plurimum opibus & potentia præstare putaretur.

Themistoclis dicta q̄dā memoria digna.

Quū ad interfectoq; cadauera ad mare visenda accessissent: vt armillas passim & torques abiectos aspexit: pręteriens ipse, amico q̄ eū sequebatur, collige tibi inquit: tu enim nequaq̄ Themistocles es. Ad Antiphanē formosum olim adolescētem: qui cum ante superbe admodum & fastidiose acce

pisset:sed tunc ob eius gloria obseruaret:O adolescens dixit:o adolescens:sero tandem:vere ambo vna ad sanitatē reuertimus. Dicere etiā solitū ferunt:se neq; honorib⁹ ab Athenienſibus affici:neq; apud eos in admiratione esse:sed procella vexatos, imminente periculo, ad se veluti platanum sub terfugere:reddita autē serenitate euellere atq; deiicere. Seriphio cuidā in iurgio respōdit:quū ille diuisset:nō eū sua,sed patrię gloria splendorē assequutū: Vera(inquit)Hercule narras. Verumtn̄ nec si ego Seriphius,ignobilis:nec tu si Atheniēsis esses,clarus vnq̄ fuisses. Alio quodam ex ducibus,q̄ aliquod in rempu. beneficiū cōtulisse videretur,elato:& pro Themistocle se efferente:q̄ suas cū Themistoclis rebus gestis cōferendas esse diceret:rīdit:Operosum postridie diem cū festo aliqñ certasse:dicentē se negotiis ac laboribus permaximis refertum esse:in illo autē paratis rebus oēs per otiū fruerentur. Ad hæc festum respondisse:vera loqueris:sed nisi fuissem,tu nunq̄ extitisses. Ita si tum ipse a vobis abfuissem:vbi nunc vos oēs essetis? Filio aūt:q̄ matris delitię foret:& ob id in se ipē sal se vrbaneq; iocatus,inquit:plurimū illū potentia Græcis omnibus antecellere. Nam Græcis Athenienſes:Athenienſibus ipsum:ipsi vero illius matrē:matri vero filium imperare. Quū vero in omnibus præcipuū sibi quoddā vendicare cuperet:agrumq; vænalē proscriberet:per præconem nunciari iussit:probum illi esse vicinum. Ex iis qui filiam in vxorem petebant, frugi ac modestum anteposuit locupleti:inquiens se vixę pecuniis indigentē,magisq̄ sine viro pecunias quærere. Atq; in ipſis quæ apophthegmata illi vocant,salsis videlicet & dicacibus,eiusmodi fuisse memoratur. Fusis igitur fugatisq; barbaris, opportunitatē nactus instaurandæ vrbi ac muro circundandæ animum statim adiecit:quū antea ne impediretur pecuniis,vt Theopompus tradit,cū ephoris transegisset: vt aūt plurimi sentire videntur, dolo frętus,simulacra legatione Spartā profectus est. Quūq; quererentur Spartiatæ:oppidū ab illis muro circundari:accusante Poliarcho ab Æginetis eo de industria missō:inficias iuit iubens certos homines Athenas scisciatū mitti:vt & tēpus vna ex ea cunctatione adiiceret operi faciundo:& ii qui missi essent pro se obsides sub iure Athenienſium forent. nec eum fefellit opinio. Re enī cognita vt erat:Lacedæmonii nulla eū iniuria affecerūt:sed dissimulata ira incolumē dimiserunt. Ex eo tpe Pyręum,q̄ perspexisset eius loci ingeniū & opportunitatē, ædificare cœpit:atq; animos ad rem maritimā ciuitatis disposuit,atq; accōmodauit: contrariam quodāmodo veteribus Athenienſium regibus regendæ ciuitatis rōnem sequutus. Illi enī vt fertur: quū in eo vehementer claborassent:vt ciues a mari abducerēt: assuefacerentq;, omissa nauigatione,arboribus regionē conserere:fabulæ locū dederunt:Neptunū de agro cū Pallade disceptārem, quū illa oleam ostendisset iudicibus,ab ea esse superatū. Themistocles aūt nō,vt Aristophanes comicus ait,ad vrbē Pyræum adiunxit:sed ad Pyræum vrbē:& ad mare terrā aptauit:quæ res populi opes contra nobilitatē auxit:eūq; audacia & contumacia cōpleuit:ad nautas & remiges gubernatoresq; trāsiatis viribus. Idcirco & pulpitū quod in pace sitū est,ad mare spectabat:quod post trigīta tyranni ad terrā conuerterunt:rati ex maritimo imperio populare potentiā conflari:agro autē i tentos hoies paucoq; imperio minus se infensos habituros. At Themistocles ad nauticā maritimā q̄ potentiā maius quiddā excogitauit. Postea enī q̄ Xerxe abeunte in Pegasas hyemādi gratia,Greco; classis subducta est. Athenienſibus ad cōcionē vocatis,inquit:se habere cōsiliū reipu. salutare: sed id sciri non opus esse. Iubentibus aūt Athenienſibus cū Aristide tantū cōmunicari:ac si ille probaret,negotiū confici. Dato igitur illi in consiliū Aristide:huic Themistocles excogitasse se inquit Græcoꝝ classem incendere:quod ille quū audisset,in concionē magna expectatione venit: dixitq; ea re quā Themistocles diceret,nullā fibi neq; vtiliorē,neq; iniustiorē videri. Quare Atheniēses iusserunt Themistoclē ab incœpto desistere: Quūq; amphictyonicis conuentibus Lacedæmonii niterentē ciuitates quæ cū Medo societatē inierant,eo concilio phibere: veritus ne Thessalis & Argiuis ac Thebanis eiectis,ad Lacedæmonios delatis suffragiis,res eoꝝ arbitrio gereret:patrocinium ciuitatū suscepit:Pylagorarūq; mentes immutauit:quū docuisset:vnā & triginta fuisse ciuitates: earūq; plurimas tenues:quę Medico bello conspirassent. Proinde indignum esse reliqua Græcia a fœderis societate reiecta,ad duas vel tres maximas ciuitates consiliū deferri. Ex hoc igitur maxime Lacedęmonios offensos habuit:idcirco honoribus prætulerunt Cimonē:eūq; in repu. Themistocli aduersariū excitarunt. Premebat etiā per id tpis inuidia sociorū,q̄ is insulas obiens nauibus ab iis pecunias coegisset:vt cōstat ex iis quæ scribit Herodotus apud Andrum quū argentū peteret, dicta ab eo & audita. Duos enī inquit ad vos ago Deus:vim,ac suasionē. At ii cōtra duos apud se quoq; permagnos esse deos respōderūt:paupertatē ac impossibilitatē:a quibus phiberi se illi pecunias dare. Timocreon vero Rhodius poeta quodā carmine in Themistoclē grauiter & vehemēter inuectus,ait illū pecuniis adductū alios quidē exules reducere:se vero hospitē & amicū contemnere. Est autē carmen hmōi. Si tu Pausaniam Xantippum Leutychidamq; Laudes. Aristides merito quē sacra tulerūt Mœnia cecropidū, nobis laudetur vbiq; Latonæ quoniā factus Themistocles hostis: Improbus,ac mendax iniustus,proditor:idem Hospitii qui iura sacri contēpsit:& amens Lalysum vilis pretii dulcedine captus Timocreōta lares vetuit remeasse pīnos. At tribus acceptis argēti ipune talētis Aduocat hos:illos patria deturbat iniq;:Et cōducta Isthmi q̄stū feciſſe taberna, Ho

Vixę pecuniis indigē tē,potius q̄ sine viro pecunias q̄rē das esse.

Apophthegmata.

Pyræo vrbē Themisto/cles adiūxit

Aristides Themisto/clis cōsiliū de incēdēda Græcorum classe vtilisſimū,sed iniustissimum dixit esse.

Cimonem Themisto/cli Lacedæmōii honoribus prętulerunt.

Timocreō poeta i Themistoclem carmē scripſit.

spitibusq; suis gelidas apponere carnes Ausus: ridicule ii positis epulātur: & ipsum Inde horā vo-
tis nullam superesse precati. Multo etiā procacius ac petulantius post eius fugam ac damnatiōem
in Themistoclis vitā inuasit Timocreon: edito carmine: cuius est initium: Musa hoc graiugenum
carmē vulgato per ora: Vt decet & fas est. Dicit autē Medicæ Timocreon amicitiæ inuidia a The-
mistocle cōflata damnatiōe in exiliū esse compulsus. Vbi igitur eandē Themistocles infamiā subi-
it: hęc in illū coniecit. Iam vero ciuibus ob inuidiam atq; obtrectationē ad eius calūniam inclinā
tibus: coactus est paulo grauius agere: eiusq; rebus gestis sæpius cōmemoratis in concione, ipsis p
sentibus inuidis atq; obtrectatoribus dicere. Quid vos beneficia eiusdē in vos sæpe locata fastidi-
unt? Offendit autē vehementer multitudinis animos: quū Dianæ templū dedicauit: quam Aristo-
bulā, id est optime consulētem appellauit: vt qui optime ciuitatis Græcorūq; saluti consuluisset.
Secus autē domū in Melita templū ædificauit: quo nunc populi corpora morte damnatoq; proiici
unt: vestes quoq; & laqueos eoq; qui suspendio interierūt, codē efferunt. Fuit in Aristobulę templo
Themistoclis signū: idq; ad nr̄am vsq; permansit ætatē: ac videtur non aīo tantū, verū etiam ore
ipso ac vultu Heroicus extitisse. Testularum igit illū suffragiis e ciuitate eiecerunt: eiusq; dignitatē
ac nimias opes depresserunt: vt soliti erant facere in oēs: quoq; potentiam grauē & minime ferēdā
putarent: & populārē æquabilitatē mēsuramq; excedentē. Nec enī eiusmodi exilium animaduersio
erat: sed lenitio leuatioq; inuidiæ: quæ claros viros & depressos semper & sordidatos esse cupit: & in
huiusmodi ignominiam veluti flatu quodam odium omne & acerbitatem cōtēdit. Exacto igitur
vrbe Themistocle & Argis moram trahente, Pausaniæ consuetudo & cōmerciū aduersariis eī ac
cusandi occasionē præbuit: & a Leobote Alcmæonis filio tribu Agrauleta, proditionis est accusa-
tus: accusatiōi fauentibus Spartiatis. Pausanias igitur quū proditionē institueret: ab initio celauit
Themistoclē: etsi inter eos amicitia esset. Vt autē vidit hominē ciuitate eiectum: & exiliū suum ini-
que ferentem: in spem venit posse hominē ad eius consilii societatē cōpellere. Itaq; regis literas illi
aperuit: eumq; in Græcos vt improbos ac nequā hoēs cōcitare conatus est. Ille repudiatis Pausa-
nię pcibus, participē se sceleris eius fieri negauit. Verū a consilia occulta ppetuo habuit: nec pditio
nem indicauit: siue eum defituq; opinatus: siue aliter deprehēdi posse: qui nulla ratione ad res adeo
dubias & incertas raperetur. Sic igitur Pausania capitis damnato, epistolę quędam his de rebꝰ ad-
inuentæ in suspitionē Themistoclē adduxerūt: Lacedæmoniis infamiā dissipantibus: eiusq; nomē
inuidi detulerūt: quū is abesset: & priora crimina deprecari per literas niteretur. Quum enim aduer
sarii in eum calumnia coniecissent: scripsit ciuibus se quidem dominandi aliis fortasse gratia, ser-
uiendi vero nunq̄ se adduci potuisse: vt se ipsum Græciāq; vniuersam barbaris atq; hostibus pro-
deret. Attamen populus delatorum impulsu, homines certos ad eum cōprehendēdum misit: vt
in iudicium adductus Græcorū sententiis dānaret. Quibus præcognitis Themistocles transmisit
Cercyram: quæ ciuitas sibi beneficio deuincta erat. Arbiter enim Cercyreis & Corintheis contro
uersiaq; datus, sopiuit inimicitias, quū viginti talētis multasset Corinthios: iussissetq; Leucadē cō
munē vtriusq; coloniā in mediū ponere. Inde in cōtinentē fuga pfectus: Athenięnsibus, ac Lacede-
moniis psequentibus, cōiecit se in spes dubias & in certas: ad Admetū Molossoq; regem se confe-
rens: qui quū ab Athenięnsibus quiddā petisset: a Themistocle quū in rep. floreret, irrisus, vehemē
ter homini semp infensus fuit: putabatq; iniurias si assequi posset, haud dubie psequutū ire. In ea
autē fuga & psequutione ciuilē magis & recētem inuidiā, q̄ veterē regis iram metuēs, huic se credi
dit: supplicemq; Admeto præbuit: propriū quēdam regionis morē sequutus. Arrepto enim Ad-
meti paruulo filio cū eo in sacrarium, quod summa colebat religione, se cōiecit. quod supplicādi
genus maximū ac ferme solum nunq̄ repudiādū Molossi opinabātur. Sunt igitur quidā qui affir
ment Phthiam regis vxorem hoc Themistocli subiecisse: & cum eo in sacrariū pduxisse filiū. Alii
ab Admeto hoc ipsum edoctū Themistoclem ferunt: vt expostcētibus Athenięnsibus & Lacedęmo-
niis se excusare: & ne supplicē dederet religione diceret impediri. Illuc autē ad ipsum vxorem & li-
beros clam Athenis Epicrates Acarneus misit: quē huius gratia postea Cimon in iudiciū accersi-
tum capitis damnauit: vt Stesimbrotus affirmat. Sic nescio quo pacto horū oblitus, aut oblitū
Themistoclē faciens, in Siciliā ait delatum esse: & ab Hierone tyranno in matrimoniū filiam cō-
tendisse: pollicitū sibi in ditionē Græcos subacturū. recusante vero Hierone in Asiam nauigasse.
Hæc parum consentanea videntur esse. Tradit enim Theophrastus in libris quos de regno inscri
psit: quum equos ad certamen in olympidam Hieron misisset: tabernaculumq; magnificentissi-
me instructum statuisset Themistoclē aduocata concione Græcis suauisse: tabernaculum tyranni
diripiēdum esse: quoscq; certamine phibendos. At Thucydides addit ipsum ex * Pydna ad alterū *
mare omnibus ignotum nauticis descendisse: quoad oneraria naue qua vehebatur in Naxum
vento delata: quetū obsidione ab Athenięnsibus prēmebatur: quo loco metu perritum domino
nauis se ac gubernatori aperuit: ac partim precibus & obsecratione, partim minitando falso se il-
los Athenięnsibus delaturū: q̄nō imprudētes, sed corrupti pecuniis ipsum excepissent: coegit eos
prēteruectos insulam in Asiam nauigare. Ex eius autem bonis pmulta clam per amicos exportata

Tēplū Dia-
nę aristobu-
lę a Themi-
stocle ere-
ctum.

Testularū
suffragiis
Themistо-
cles e ciuita
te eiectus.

Themistо-
cles pditio-
nis accusa-
tus.

Pausanias
capite dam
natus.

Themistо-
cles a popu
lo quęsitus
ad iudiciū
Cercyram
petit

Epicrates
capite dam
tus.

in Asiam secum detulit. Quæ vero prolata in mediũ ac publicata sunt, Theopompus centum talenta, Theophrastus octoginta numero fuisse perhibet: quum minus tribus talentis habuisset in bonis: priusq; remp. attigisset. Quum vero in Cymam puectus a: multis se, capiẽdi gratia maximeq; ab Ergotele & Pithodoro obseruari sensit: erat enĩ venatio maxime quęstuosa iis: qui nullum quæstus a se genus alienũ putãt: propositis ducentis per pręconẽ a rege talentis, ei qui hominem ad se cõprehensum perduceret. Ægas igit, quod oppidum æolicum, clam oĩbus fugit: pręter Nicogenem hospitẽ suum fugæ consciũ: qui Æolides cũctos diuitiis & copiis anteibat & Asiæ potentibus & factiosis perq; familiariter vtebatur. Apud hunc latens paucos dies diuersatus est. Paulopost quũ semel esset cœnatus: pacto sacrificio quodã. Olbius filio Nicogenis pædagogus insanus ac numine afflatus huiusmodi cum clamore effudit versum: Nocti vocẽ: nocti consilia: nocti victoriã dato. Post hæc Themistocles per quietẽ videre visus est draconẽ sibi ventri obuolutum ac surreptãtem se collo attollere: qui quũ primũ faciẽ attigisset, in aquilã versum, ipsumq; circunfusis alis sublatum in aerem: deinde q̃longissime asportasse: deinde oblato aureo baculo p̃similiis quos caduceatores ferre solent, ei innixũ metu omniũ ac solicitudine liberatũ esse. Emittitur igitur a Nicogene: quum huiusmodi fraudem esset machinatus. Barbarorũ natio plurima maximeq; Persarum, vehemẽter mulierum pudicitiam suspectam habet: in eaq; re admodũ agrestis est hac difficilis. Non enĩ cõiuges modo verũ etiam auro emptas & pellices curiose asseruant: & ne ab aliquo extero videantur, soliciti sunt: sic domi assidue occlusas habent. In itineribus obundis sub tabernaculis clausis vndiq; in vehiculis feruntur. Sic igitur instructũ currum ingressus Themistocles latus est: iussis comitibus dicere oĩbus occurrentibus, rogantibusq; se græcam mulierem ex Ionia ad quẽdam ex regis principibus ducere. Thucidides igitur & Charon Lampsacenus tradunt post Xerxis obitum, ad eius filiũ, Themistoclẽ esse p̃fectum. Ephorus autẽ & Dimon ac Clitarchus & itẽ Heraclides aliiq; complures ad ipsum Xerxem venisse asseuerãt. Verũ annales magis Thucydides seq videtur: & si nõ exquisite admodũ & diligẽter editi sunt. Themistocles igitur ereptus periculo ad regemq; profectus in Artabãum tribunũ militũ incidit primũ. Quũq; diceret se græcum esse: & cum rege magnis de rebus cõmunicare velle: & quæ ille vehementer expereret. At ille o hospes inquit: hominũ inter se leges plurimum differunt: aliaq; apud alios honesta habẽtur: sed oĩbus pulchrũ domestica instituta seruare ac retinere. Vobis igitur p̃positũ est libertatẽ atq; æqualitatẽ maxime admirari: nobis vero quũ multę atq; pulcherrimæ sint leges, illa oĩm honestissima est obseruare regem: simulacrumq; Dei oĩa seruantis adorare, Si igitur nostris legibus parere volueris: regemq; adorabis: fas erit tibi intueri regem, atq; alloqui. sin autem tibi alia mens est: internũtiis tibi cũ rege vtendum erit. Non enĩ patriũ est regi: hominẽ minus adorãtem audire. Hæc vbi audiui Themistocles: Ego o Artabane inquit gloriã huc & potentiã regis aucturus accessi. Itaq; & ipse obtẽperabo vestris legibus: posteaq; amico p̃pitio Persis Deo ita videt: & mea opera plures etiã exiis qui nũc regnãt, vestrũ adorabunt regem. Quare nihil est cur hoc sermones nostros remoret: quos cũ eo colloquuturi sumus. Tum Artabanus: quem te ex Græcis adesse dicemus? Nã haud priuatũ quẽdã & obscurũ hæc mẽs te esse declarat. At hoc in qt Themistocles, nemo vnq; Artabane aĩ regẽ audiet. Hæc a Phania sic p̃dita sunt. Eratosthenes autem in libro de diuitiis tradidit: per mulierẽ Erettiacam, qua tribunus vtebatur, cõgressum hunc & collo quiũ inter eos esse cõstitutũ. Posteaq; igit ad regẽ Themistocles introductus est: atq; vero adorato rege silentiũ egit: p interpretẽ quisnã esset a rege rogatus Themistocles Atheniẽsis o rex inquit ad sum exiliũ a Græcis & p̃sequutione ppessus: cui cũ multa a Persis mala, tũ maiores etiã gratiæ debent: quũ Græcos a p̃sequutione auocarim, tum quũ liberata græcia & in tuto cõstituta, ineũdi aliquam a vobis gratiam facultatem p̃buit. Mihi oĩa præsentibus malis cõuenientia adsunt. Nã & paratus accessi tibi gratias debere: si ipse iniurias miseris: sin minus, irã exorare. Tu aũt quũ ad uersarios meos testes beneficiorũ habeas: quibus ego Persas affecerim: hac mea fortuna ad illustrãdam virtutẽ tuã magisq; ad explẽdam iracũdiã fruere. Hinc enĩ supplicẽ tibi hoiem & amicũ seruabis: inde hostẽ græcis infestissimũ occides. His dictis Themistocles orationi suæ diuinitatis fidem adiũxit: quũ Nicogenis somniũ & oraculũ Dodonæ Iouis in mediũ ptulisset: aquo iussus ad Dei gentilẽ accedere, augurari se diceret ad illũ potissimũ mitti. Magnũ .n. vtrũq; & esse & haberi regẽ. Persa audita Themistoclis oone, nihil tũ illi respondit: & si illius aĩ elationem ac magnitudinem vehementer esset admiratus: sed cõuersus ad amicos, vt maxima functus felicitate beatum se esse p̃fessus est: tum p̃catus Arimeniũ vt id hostibus suis in mẽtem poneret: vt a se eiusmodi viros expellerent: Diis sacrificia peregisse dicit: ac pocula ad potũ cõuersum statim popoposcisse. Ad hæc noctu ter inter dormiendum p̃ gaudio exclamasse: habeo Athenienses Themistoclem. Ac prima luce aduocatis amicis ipsum ad se introduci iussit oĩã spe clementiæ destituturũ: q̃ intueretur regios ianitores, sibi audiro præsentis nomine vehementer infensos esse: maledictis etiã lacessisse. Accedebat etiã Rhoxanes tribunus militũ: qui vbi ad cũ puenit Themistocles, assidente rege, aliisq; conticentibus, suspirãs summissa voce O græce, inquit, varie serpens huc te regis fortuna perdu

Themistocles minus tribus talẽtis habuit. priusq; rẽp. attigit.

Cyma.

Ægas fugit Themistocles.

Nicogenes Olbius.

Persarũ ritus in asseruatiõe mulierum pudicitiæ.

Artabanus tribunus Xerxis.

Regum obseruatiõis apud Persas quis ritus.

Rhoxanes tribunꝰ militũ Xerxis.

xit. Veruntamen quum in conſpectu veniſſet: ac regem rurſus adoraſſe: cõtra ſalutatus ac benignis & perhumanis ab eo verbis exceptus eſt: quũ diceret ſe iam ducenta illi talenta debere. Illum enim ſeipſum agentem fas eſt accipere præmium, quod ei qui duxiſſet deberet per pręconem edixerat ſed multo his plura pollicitus eſt: bonoq; illum aſo eſſe: & quæ vellet de græcis rebus audacter & libere eloqui iuſſit. Ad hæc Themiſtocles, ſermones reſpondit hominum periſtromatis verſicoloribus perſimiles eſſe. Etenim vt in illis quũ extenduntur: ita & in his formas figuraſq; apparere: contractis autem abſcondi eaſdem atq; corrumpi. quare ſibi tpe opus eſſe. Quum ea ſimilitudine admodum lætatus rex eſſet: tempuſq; eum ſibi quãtum vellet ſumere iuſſiſſet: annuum tempus flagitauit: In quo quantum erat, percepta Perſarum lingua, per ſeipſum cum rege nullo interprete in colloquium venit: exiſtimantibus iis qui aberant illum de rebus Græcorum cum rege cõmentatũ eſſe. Verum cũ & circa aulam & circa amicos regis permulta conſilio eius immutata eſſet: magnã ſibi a potentibus conflauit inuidiam: vt qui de illis apud regẽ liberius loqui auſus foret. Nã honores ei a rege habiti per multũ a cæteroq; hoſpitũ honoribus differebant. Venationes enĩ & domeſtica quoq; ſtudia cum regeſibi cõia erant: Quare & regis matrẽ adiit: & in eius ſe familiaritatẽ inſinuauit. Magnoq; quoq; ſermonibus iuſſu regis interfuit. Poſtea vero q̃ Demaratus Spartiata munus a rege petere iuſſus, petiit vt ſibi fas eſſet tiara ſublata in capite, regio more, per Sardos incedere: Mitropauſtes regis patruelis, apprehenſa Demarati manu, hæc inquit tiara haud cerebrum qđ velatura ſit habet: nec tu Iuppiter eris etiã ſi fulmen acceperis. Quum vero rex ex ea petitione ira ĩcenſus Demaratum repudiaſſet: nec cum illo vnq̃ rediturus in gr̃am putaretur. Themiſtoclis precibus placatus ac delinitus eſt. Ac ferunt poſteriores reges quoq; temporibus commercit inter Perſas Græcoſq; frequentiora fuerunt: quotieſcunq; petentes ex Græco homine impetrare quid vellent: nuntiis ac literis polliceri ſoliros, illum apud ſe magiſq̃ Themiſtoclem valituru. Ipſe aũt Themiſtocles dicitur: quũ iam per multum opibus & gratia valeret: a multiſq; ſummo ſtudio colereꝛ tur: ſplendidiſſime apparata menſa præſentibus filiis, Interieramus dixiſſe, o filii, niſi interiiſſem?. Tres etiam ciuitates plurimi trãdunt illi a rege dono eſſe datas: quæ ad panem vinumq; atq; opſonium ſumptus ſuppeterent: Magneſiam, & Lampſacum, ac * Myuntem. His alias præterea duas Cyzicenus Neanthes & Phanias addunt: Percoram & Paleſepſim ad veſtem & ſupellectilem ad cæterum cultũ & ornatũ. Poſt hæc quũ ad reges græcas conficiendas ad mare deſcẽderet: Epixyes vir genere Perſa, ſupioris Phrygiæ pfectus diu illi paratus tetendit inſidias: Piſanis quibuſdã dato negotio: vt illũ quũ in vrbe Leonis capite nũcupata diuerſaret: obtrũcarent. At illi fertur meridiano tẽpore dormienti deorum mater per ſomniũ ſe offerẽs, O Themiſtocles exclamaſſe: effuge Leonũ caput: ne ipſe in leonem incurras. Ego vero pro hoc abs te beneficio Inneſiptolemã miniſtrã mihi legi efflagito. Turbatus igitur Themiſtocles ac animi dubius, p̃catus eſt Deã: dimiſſaq; priore via, quæ Leophoron dr̃, ac alia profectus, quũ locũ illum declinaſſet, ac iam tenebrę eſſent, tabernaculo mutato caſtra poſuit. Exiumentis enĩ tentoriũ ferentibus vnũ in flumen decidit. Quare Themiſtoclis famuli aulea madida extenſa ſiccabant. At Piſani accĩcti gladiis oblatam ſibi occaſionem rati, eo ſe intulerunt: ac aulea q̃ ſiccabantur viſu decepti ad lunã, Themiſtoclis tentorium eſſe opinati ſunt: ſeq; illum intus quieſcentẽ inuenturos. Vt aũt ad locũ propius profecti aulea deiecerũt: qui aderant cuſtodes in eos impetum faciunt: ac comprehendunt. Sic eo periculo liberatus Themiſtocles, Deq; viſionem vehemẽter admiratus, in Magneſia templũ ædificauit Dindymenę matri: ac filiam Inneſiptolemam illi ſacerdotẽ legit. Quũ vero acceſſiſſet ſacerdos: ac per otium temploq; apparatum ac donorum multitudinẽ conremplatus eſſet: aſpexit in matris Deum templo puellæ ſimulacrum ex ære: quam Hydrophoram vocant: duorum cubitorum magnitudine: quã ipſe curandis aquis præfectus Athenis, depræhẽſis iis qui aquam alio traductam ſubduxerant, ex eorum ſupplicio confici & in templo collocari iuſſit. Siue igitur indolens ſigni captiuitatem, ſiue Athenienſibus oſtẽtare cupiens, quantum apud regem iam gratia & authoritate valeret, cum Lydiæ præfecto ſermonem contulit: ab eoq; contendit plutibus: vt ſignum illud ſibi Athenas exportandum permitteret. Tum inceſus barbarus remq; indigne ferens, inquit: ſe de iis regem per epiſtolam certiorem facturum. Themiſtocles vero metu perterritus ad mulieres cõfugiens pellicibus donis muneribuſq; affectis, illum ab ira ad manſuetudinem & clementiam reuocauit: iamq; barbarorum inuidiam reformidans cæteris in rebus in poſterum cautiorem ſe præbuit. Non enim Aſiã pererrans, vt Theopompus affirmat, ſed Magneſiam incolens, magnis auctus muneribus iiſdẽq; quibus Perſarum principes functus honoribus, permultum temporis liberam ab omni metu vitam ac ſolicitudine vixit: quum rex aſiaticis turbationibus impeditis vel nimia græcarum rerum cura contineretur. Sed poſtea q̃ Ægyptus fauentibus Athenienſibus defecit a rege: & Græcorum triremes Cimone duce, ſubacto mari, vſq; Cyprum Ciliciamque inuaſerunt: iuſſit illum Græcis occurrere: ad eorumq; vires quæ quotidie in regis perniciem magis inualeſcebant, reprimendas accedere. Iamque potentiæ commotæ erant, duceſque ad bellum cum exercitu miſſi: quum de illis Themiſtocli a rege nuntium eſt allatum, iubente ad bellum Græcis inferendum ſe confer-

Sermones hominum piſtromatiſ verſicoloribus ſimiles eſſe dixit. Themiſtocles.

Ciuitates tres Themiſtocli a rege Xerxe donatæ.

Inneſiptolema Themiſtoclis filia.

Templum Dindymenæ matri a Themiſtocle erectum Hydrophora.

re:ac illi promissa persoluere.Hic illũ necira concitauit in ciues suos:nec tanti honores atq; opes ad bello patriam lacessendam impulerunt:fortasse quidem ratus opus maius q̃ a se confici posset: magnis præsertim tum ducibus abũdãte Græcia:& Cimonis gloria inter Græcos præclarissimis rebus gestis maxime florescente.Plurimũ vero prioris laudis verecundia adductus ex illis moribus consiliũ cepit vitæ honestũ ac decoꝝ finẽ imponere.Itaq; quũ peractis sacrificiis in vnũ cõuocasset amicos:manuq; apprehẽdisset(vt vulgatior fama tenet)epoto taurino sanguine, quẽadmodum opinãtur quidã, veneno infuso,in Magnesia mortẽ oppetiit:quũ quintũ iam & sexagesimum ætatis suæ absoluisset annũ:eiusq; etatis plurimũ in administranda repub.& militaribus imperiis con triuisset.Regem vero quum & mortis causam simul & modum accepisset magis tum hominẽ ad miratum ferunt:eiusq; postea amicis ac familiaribus perpetuo benignissime & humanissime vsum esse.Reliquit autem Themistocles ex Archippa Lysandri extribu Alopecia Archeptolim & Polycutum & Cleophantum:cuius & Plato philosophus,vt optimi quidem equitis, sed cæteris in rebus ignari atq; hebetis, mentionem facit. Sed ex natu grandioribus Neocles equi morsu interiit. Dioclem vero Lysander auus sibi in filium adoptauit.Filiæ illi complures fuerunt:quarum Nnesiptolemã ex secunda vxore natam Archeptolis ex alia matre frater in matrimonio habuit.Italiam vero Pãthides Chius duxit vxorem.Sabarim Nicomedes Athenienſis:Nicomatẽ Phrasides Themistoclis ex sorore nepos:qui quũ post illius obitũ in Magnesiam nauigasset,eã cum fratribus affinitatem contraxit: minimã vero omniũ filioꝝ natu Asiã educauit.Sepulcrum viri in foro Magnetum illustrissimum extat.Sed de reliquis minime Androcidæ fidem habendã puto:qui ad amicum scribens ait illas deprehensas Athenienses proiecisse.Mendacio enim potentes & factiosos aduersus populum incitare conatur.Hylarchus quoq; veluti in tragœdia,machinam historia fere attollit: productis Neocle quodã & Demopoli Themistoclis liberis certamẽ & disceptationem & affectum suscitare cupit.qđ quidem ab eo fictum quiuis facile intueri potest. At Diodorus ,hystoricus in iis quæ de monumentis scripsit,opinione magis adductus,q̃ cognitione aliq̃ & scientia frætus,tradidit ab eo qđ iuxta Alcimũ est quum descenderis promontorio, extare atq; eminere veluti quendã cubitũ:atq; intus qua mare tranquillũ est,fundamentũ eximia magnitudine esse: nec procul inde quiddã in similitudinẽ aræ:quod sepulcrum Themistoclis fuisse.Opinantur autẽ & Platonem comicũ hoc idem sentire his versibus: Tua tũba opportune erecta mercatoribus vbiq; salutabitur: enauigãtesq; atq; annauigantes intuebitur:& interdum certamen nauium contẽplabitur. Iis vero qui a Themistocle originem traxerant, honores quidam in Magnesia vsq; ad nostram memoriã habebantur: quibus functus est Themistocles Athenienses: quo ego apud Ammonium philosophum familiarissime amicissimeq; sum vsus.

Themistoclis interit?

Themistocles quos filios reliq̃rit Neocles Themistoclis filius equi morsu interiit.

¶ CAMILLI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Furius Camillus quinquies dictatura, triumpho quater potitus est.



Vrius Camillus ḋ quo multa magnaq; extãt scripta, ea re vehementer admirãdus videtur:q̃ plurima & maxima ipsorã do clara facinora gesserit: & dictatura quinquies, triũpho quater potitus sit: ac secundus Romæ cõditor habitus fuerit.Consulatum vero nunq̃ attigit.Huius rei causa fuit ciuilis perturbatio: q̃ populo aduersus senatum de creandis consulibus discrepante, tribuni militares qui exercitui præessent designabantur: q̃ et si omnia authoritate consulari administrarent: tñ minus molestæ magistratus ppmultitudinẽ ferebatur.Nã & sex viros,& nõ duos rebus perficisse leuabat molestiam illorũ:qui principatũ pauco/

tum graui animo tulerant. Per ea tempora quum magnopere rerum gestarum gloria Camillus flo reret: iniquum ducebat inuito populo, consulē designari: etsi interea respubli. comitia consularia egissēt. In aliis autē multis variisq; magistratibus talē sese præbuit: q̄uis vnus imperaret: vt autho ritas publica, gloria vero priuata esset: q̄q̄ collegas in magistratu haberet. quoq; alterius modestia, q; sine inuidia imperabat: alterius prudentia, propter quā primas partes obtinuit, causa erat. Nō dum enim tunc magno militū apparatu circa domum existente, ipse per seipsum ad gloriam pri mo emersit. Nam in magno prælio qd gerebatur aduersus Secanos & Volscos sub dictatore Po sthumio * Tuberto merens, quū exercitum perequitaret: & vulnus in coxa accepisset: haud dolo re victus est: sed euulso e corpore telo, fortiter cum fortissimis hostium pugnando, erumpentiū im petū retrusit: & terga vertere coegit. Deinde alia munera obiuit: & cēsuram magistratum magna eo tempore fortitus est authoritate. Memoriæ traditur: quum ipse hoc munere fungeretur, pulchro facinori operam impendisse. Ferunt enim cum rationibus persuasisse: tum pœna homines minā do deterruisse: vt minus viduarum mulierum nuptiæ deuitarentur: quarum profecto propter bel la, magnus erat numerus. Magno plane emolumēto illud fuit: q; eius opera orphani qui prius im munes erant ad vectigalia pendenda, coercerentur. Hoc acciderat quia ob assiduam rem militarē respub. magnis impensis vexabatur: & maxime Veiorum eos sollicitabat obsessio. Hos quidā Oe netanos vocant. Nam hæc vrbs Tusciæ propugnando erat & armis militibusq; æque ac Roma opulentior. Opū enim ac delitiarū splēdore clarissima sæpenumero egregie cū Romanis pro glo ria & imperio dimicauerat. Verum ea tempestate ingenti vexatione bello; fessa atq; attrita, nō am plius de imperii excellentia certabat: sed altis muris longisq; ac duris oppidani vrbem cingētes, & multa armorum & frumenti telorumq; vi ac vniuersi denicq; apparatus complentes, intrepido ani mo longam ferebant obsidionē: quæ non minus & laboriosa & molesta obsidentibus, q̄ obsessis fuit Consueti enim Romani hyemare domi, nec multum tpis æstiuo tēpore militare, tunc primū a tribus coacti sunt propugnacula struere: & castra in hostili agro sub ipsa æstate atq; hyeme vallo fossaq; concludere. Iā fere septimo belli anno finiente tanq̄ duces accusandi essent, q; molliter ob sidionē agere viderētur, remotis primis ducibus noui tribuni militares ad bellum designati sunt: quoq; tunc secundo vnus Camillus erat: cui quū obtigisset in Phalerios & Capenates expeditio nē ducere, nihil eo tempore in ea obsidione peregit: qui tunc q; Romanis aliæ incesserant curæ, multis iniuriis regionem lacessentes, & præsertim Tyrrhenum bellum molestantes, a Camillo op pressi sunt: & multi in murum contracti in precipitium dati. Deinde circa paludem albanam quū vehementer bellum instaret: similis monstro res veniens: quia nihil minus credendū erat inter ea quæ admiranda & fide indigna videntur: quoniam communi causa ac ratione naturali careret: ter rorem iniecit. Erat enim tps autūnale: & iam æstas desierat: q̄ neq; imbribus, neq; australibus ven tis molesta ac aduersa fuerat: sed multæ paludes italiæ, ac fluuii, fonteſq; partim omnimodo, par tim valde aruerunt. Omnes aūt fluuii æque ac semper humiles ac depressi per æstatem fluxerant. Palus vero albana quæ ex semet principium ac finē cōparauerat, septa mōtibus altis nulla de cau sa nisi aucto sulphure tumebat: atq; cacumina montiū sine agitatione ac fluctu elata leniter attin gebant. Quod primum in admirationē pastores adducebat. Postq̄ palus sese non amplius capere poterat: & magnus aquarum fluxus per agros aratos, plantasq; ad mare factus est: non solum ani mos Romanorum stupore percussit: verūetiā oēs qui Italiam incolebant, magna illud portēdere censebant. Plurimus de hac re in castris Romanorum q contra Veios obsidionem habebant: ru mor exortus est. Itaq; manifeste illis id qd de palude acciderat: cognitum est. Verum vt euenire so let in longa obsidione: q; multę inter hostes conuersationes oriuntur: factum est vt Romanus qui dā familiaritatē cum quodā ciue coniunxerit: qui veterum sermonum peritia pollebat: & plus ali quid q̄ alii: ex vaticinio scire videbatur. Postq̄ Romanus accepit elationem paludis: viditq; hunc obsidionē despicientē deridentēq;: nō hoc tantū admirandū inquit hæc tempora præbitura: sed his multo absordiora signa imminere: & hæc sibi cōmunicaturū se polliceret fore: si quid remedii in cōmunibus malis adhibere posset: Quū attētas aures homo præbuisset: & mutuo sermone vte retur: tanq̄ latentia quædam auditurus esset: paulatim Romanus sic fabulans: & illum subducēs: vt longius ab vrbe abierat: cum magnis valeret viribus: sublimē illum rapit, & multis ex castris cō currentibus militibus præbuit. Ille coactus docens qd futurum erat: tanq̄ ineuitabile esset, eius oc culta vaticinia de patria protulit. Inquit enim nō prius illā capi posse, q̄ perfusam paludis albanæ aquam hostes retro reflecterent: & ne mari promiscueretur obstarent. Hæc cum senatus acciperet: & de re dubitaret: visum est in rem fore Apollinis consulendi gratia quosdam in Delphū legare. Fue re legati Cossus Licinius, Valerius Pōtitius, & Fabius Ambustus, viri magni. Vbi consuluere: nau bus delati domum redierē: alia vaticinia ferentes: quæ de quibusdā rebus patriis apud festa Latina nuncupata nugas prædixerant: & aquā albanam arcere a mari quantū possent, ad pristinūq; mea tum reducere iusserant. Si autem hoc minus transigere possent: in planitiē per fossas deducere: & in vnū congerere. His relatis ab oratoribus, ea quæ ad rem diuinam pertinebant, sacerdotes absolue

Tuberto. Camillus aduersus Se canos & volscos for titer se ges sit.

Camillus censorem gessit. Veii.

Palus Alba na.

Camillus dictator creatus.

runt:populus autē ad opera facienda feceſſit, & aquā diuertit. Senatus vero decimo belli anno de/poſitis primis ducibus dictatorē Camillum creauit. Ille autē magiſtrū equitū dicens Cornelium Scipionem,primo vouit ſi felicem exitum bellū haberet, magna ſpectacula ſe facturum & templū Deæ quā Matutā matrē Romani vocāt,cōſecraturum. Hanc certe ex ſacrificiis in quibus curritur Leucotheam nominari volunt. Etenim ancillam in templū adducentes alapa pulſant: deindeim pellunt:& fratrum filios ante ſingulos fratres ſub brachio ferunt:& circa ſacrificia currunt. Hæc ſi mulacra ſunt earū rerū q̄ infantia & q̄ Nioe pellex paſſi ſunt. Poſt vota Camillus aduerſus Faliſcos copias duxit:& hos atq; Capenates, q auxilio illis erant, magno in plio vicit. Deinde ad Veiorum obſidionē flectit iter. Vbi quū durū aſperumq; promontorium intueretur: cuniculos circa vrbem in locis, qui aditum intra muros præberent, fodiendo parauit: per quos occulte atq; profunde ſub terra ad hoſtes ducerētur. Quapropter quum ſpes viæ ineſſet: ipſe extra pugnā laceſſit, & ad muros hoſtes prouocat. Alii aūt clam per cuniculos irrūpentes latenter in arcem penetrant: quæ erat iux ta templum Iunonis: qd in vrbe & magnitudine & religione pollebat. Ferunt contigiſſe eo tempo re ducem Tyrrhenum hic ſacrificiis operam impendere: & augurem inteſtina contēplantē alteq; exclamantē dixiſſe Deū dare victoriā ei: qui ſacrificia illa ſubſequeretur. Hoc audiēres Romani qui in cuniculis erant, ſtatim pauimentum fregerunt:& cū clamore atq; armoꝝ ſtrepitu egrediēres, ex territis hoſtibus ac fugientibus inteſtina rapuerunt:& ad Camillū detulerunt. Sed hæc forſan fa/buloſa eſſe videbuntur. Capra aūt vrbe: quū Romani incredibiles diuitias pdādo agerent ferrētq; Camillus quū ſpiceret ab arce ea q gerebātur, primū quidē collachrymauit: deinde felicē ſe ratus ex præſenti fortuna manus ad cœlum ac Deos ſupinas tendens inquit: Summe Iuppiter, cæteriq; omnes Dii humanoꝝ opeꝝ iudices, nō p meritis, ſed pro rerū neceſſitate Romanā fortunā aſpici te: iniquoꝝ ac nefariorum hoſtium vrbē accepimus. Si autē & nobis æqua præſentis felicitatis vl/tio debetur: obſecro omnia quæ in vrbē & exercitum Romanoꝝ mala conferenda eſſent, in me ip ſum paruo malo terminari. Quū hæc dixiſſet: vt mos eſt Romanis pces agētibus, ſe ad dextrā vo/luere, circūuertēs cecidit. Turbatis illis q aderant, quū reſurgeret, ingr: q̄ bene p meis votis ac pci/bus accidit hoc paruum malū in maxima bona fortunæ. Direpta vrbe, ſtatuit Iunonis ſtatuā Ro mā, vt vouerat, tranſferre. Conuenientibus in hoc artificibus: Camillus Deæ hoſtias mactās quū precatus eſſet eā, vt Romanoꝝ curā ſuſciperet:& vna cū aliis Diis Romæ habitantibus firma ſta biliſq; maneret: ferunt ſimulacrū locutum dixiſſe: hoc velle atq; aſſerere. Liuius autē inquit quum ipſe Camillus Deę ſtatuam ſuſpenderet:& precibus eā prouocaret: quoſdam ex aſtantibus reſpon diſſe,& velle approbare, & Romam prompte profectam eſſe. Qui autem vehementer aſſerendo rei huic admirandæ fauent: arbitrantur patronā magnā atq; adiutricē fuiſſe Fortunam vrbis: quā ex paruis minimiſq; principiis ad multū gloriæ atq; potentiæ emerſiſſe ſine dea, q̄ multis vbiq; ſignis apparuerit, admirantur. Iraq; aſſerēdo ferunt multoties ſudorem ſtatuam ac ſuſpiria emiſiſſe: qñq; ſeſe auertiſſe, quando q; expurgaſſe: de quibus multi ex maioribus in hiſtoria ſcripſere. Multa etiam quæ nos accepimus admiratiōe digna, cōmemorare poſſemus: quæ nō immerito cōtēni poſſent. Sed huiuſmodi rebus permultū credere: vel nullam fidē adhibere: propter humanā imbecillitatē: quæ nec terminos, nec imperiū ſui habet:& fertur quandoq; ad ſuperſtitionē & ſuperbiā: quādoq; ad cōtemptū ſacroꝝ,& inſolentiam rerū diuinarū: periculoſum eſt. Pium autē atq; optimū eſt: vt nihil nimis. Camillus q nec magno cum labore decimo obſidionis anno vrbem hoſtilem occupa/uerat: ſane ex iis qui eū beatum faciebant, in tumorem atq; animi elationē adductus, & quadrigā albis equis tractam aſcendens, aliiſq; ſuperbe vtens, pro legitimo ciuiliq; magiſtratu moleſtius triū phauit. Quo triūphandi genere nullus ex ducibus neq; antea, neq; exinde vſus eſt. Nam putāt ſa/crum huiuſmodi currum regi patriq; deorum eſſe celebratū. In hac re quia nōdū laute luxurioſeq; vſurpatum viuere erat: necnon q; legi de diſſociandis habitatoribus vrbis ſe oppoſuerat: apud ci/ues Camillum quidam calumniis proſequebantur. Rogationē enim tribuni plebis tulerant, po/pulū atq; ſenatum diuiſum habitare:& alterum Romæ ductis ſortibus, alterum in capriuam vrbē coloniam agere: tanq̄ opulētiores futuri eſſent:& ex duabus magnis pulchriſq; vrbibus altera dira ta, vna regionem cuſtoditent. Populus quū iam numero creuiſſet: munera obibat: & ſuffragiū pe tens in concione frequens tumultus agitabat. Senatus atq; optimates cenſentes non diuiſionem Romæ, ſed perniciem futuram: ſi populus ſolus adminiſtraret: quum hoc indigno animo ferrent: ad Camillum refugium habuere. Ille certamen deprimens, occaſiones iniiciebat populo atq; occu pationes: quibus ſemper legem deſtrueret. His igitur de cauſis mœſtitia afficiebatur Camillus. Sed apertiſſimæ ingenteſq; inimicitiæ ſibi contra populum fuerunt, ex ſpoliorum decimis: quæ non abſurde fuiſſent, niſi multitudo iuſtiſſimum principium ſuſcepiſſet. Nam vt videretur: Camil lus ad Veios expeditionē agēs, ſi vrbē caperet: huic Deæ decimas vouit. Capta aūt direptaq; vrbe ſiue q; tæderet ciues fatigare impenſis: ſiue q; obliuio quædam ex incumbentibus rebus eum cepiſ/ſet: votum per negligentiam habuit: poſtq̄ magiſtratum illum depoſuerat, de hac re ad ſenatum retulit. Augures monebant in ſacrificiis Deorum iram apparuiſſe: quæ propitiatione & gratiarū

Cor. ſcipio magiſter eq tū Camilli. Tēplū ma/tutæ a Ca/millo ere/ctum.

Faliſcos & Capenates.

Capenates. Camillus vicit.

Veios Ca/millus obſi/det.

Cuniculos in Veiorū vrbē Camil lus parauit.

Veiorum vrbs capta. Camilli vo tum.

Iunonis ſtatuā.

Imbecilli/tas huma/na nec ter/minos, nec imperium ſui habet. Camillus i ſolito triū/phi genere triūphauit.

Camilli ini micitiæ cū populo.

actione placanda esset. Decernēte senatu: nam difficile erat factū votum infectum esse: illos q̄ in partē prædę venerāt iureiurando astrictos decimas in medium afferre: multa molestia violentiaq; affecti sunt: quū pauperes essent & multū laboribus exhausti fuissent: & ad tātam collationē earū quas cōparārint possiderintq; cogerentē. His rebus Camillo tumultuāte, deficiēteq; pbabiliori excusatione, ad absurdissimā rationē sese applicuit. Nam pfitebatur se vori obliuionē cepisse. Illi illud molestū sibi dicebāt: si ea quæ essent hostium tūc vouissent: nunc ea quę cies haberēt soluerent. Itaq; vt quisq; quātum erat æquum in mediū cōtulerūt: visum est aureā craterā in Delphum mittere. sed parua auri copia erat in vrbe. Quū illi quibus hæc præcipua cura demandata fuerat: de auro inueniēdo cōsilia agitarent: mulieres inter sese sua sponte cōsultāres, oīa ornamēta aurea, quibus circa corpus vtebātur, in oblationē contribuerūt. Aurum fuit pondere octo talētoꝝ. His mulieribus referēs senatus honorē, pro eaꝝ dignitate decreuit: post mortem quemadmodū pro viris, ita pro fœminis in funere laudatiuam orationem haberi. Non enim antea mos erat apud romanos, mulierem mortuam laudare. Parata longa ornataq; naui cum fortibus viris, tres ex optimatibus in Delphum missi. Hyens profecto inerat, & in mari tranquillitas. At operæpretiū audire quemadmodum illi maximū discrimē incidētes, ex inspērato statim periculū euasere. Nam Liparēorum triremes circa Æoli insulas deficiente vento, eos manus tendentes oranteſq;, tanq; prædones aggrediuntur: & captos eductoſq; e mari pro piratis habuerunt: reſq; & corpora vēnū danda sub corona expostuerunt. Sed tandem quū creditū esset virtuti ac potētiæ vnius viri Timisit hei ducis dimissi sunt Hicpara tis suis nauibus in Delphum misit, & vt donaria suspenderētur, operā nauauit. quapropter Romæ condigni honores relati. Tribunis plebis rursus de diuidenda habitatione & mit tenda colonia legem excitantibus: bello cōtra Phalisēos exorto, quod opportune cecidit, visum est primoribus comitia secundum legem agere. Itaq; Camillum cum aliis quinq; tribunis militum elegerunt: tanq̄ resipsa duce qui dignitate & gloria ac rerum experientia polleret, indigeret. Populo sanciente, Camillus sumptis copiis aduersus Phalisēos imperum fecit: & Phalerios vrbem ad bellū munitam omnibus rebus bellicis habentes castris circuiuit. Quā non facile captu, neq; eo tēpore capiēdam putauit. Verum quærebat ciues in castris retinere, atq; ad bellum exercere: ne domi in otio vitam agentes factionibus seditionibusq; vrbem fœdarent. Recte enim semper. Romani hac vsi medicina: quemadmodū medici: vt ciuiles discordias ac seditiones vitarent: vel extra vrbem ea mala ad hostes conuertebant. Sic certe obsidionem Phaleriis despicientibus ratis vndiq; munitos esse: præter eos qui murorum stationes tenebant, cæteri omnes per vrbem in vestibus versabantur: filii autem eorum ad ludum proficiscebantur: & circa muros deambulare atq; sese exercere cogebantur. Nam publico doctore Græcorum more vtebantur Phalerii. Volebāt enī ab ipsa adolescentia filios vna erudiri, Atq; cōgregari. Hoc modo magister ludi insidias Phaleriis tendēs p pueros, singulis diebus illos primo sub muris p pomeriū sedu cebat. Deinde ipsos postq̄ deambulādo exercuerat, in vrbem reducebat. Post paulatim illos subducens audere tanq̄ tuto pficisci liceret assuefecit. Tandem quū oēs secum haberet, ad præcustodias Romanorum pfectus, iubet illos ad Camillum deducere. Ipse tristis grauisq; quū in medium sterisset: se puerorū magistrum esse declarauit: & vt illi gratificaretur, curasse per pueros ingt vrbē sibi tradere. Camillo visum est rem indignā audire: vnde prę sentibus ingt: iniquum esse iniuria ac violentia hostes vincere. Nam & leges quædā belli inter bonos viros esse: & nō sic incendium, vt vitandæ sunt prauæ impieq; gratiæ. Sancitū enim est: nō aliena iniquitate sed propria virtute magnum fortēq; ducem oportere militare. Itaq; iussit hominis vestimenta scindi: & manus post terga vincere: pueris autē virgas verberaq; dari: vt pditorem verberibus afficiētes in vrbem agerent Subito Phalerii postq̄ pditionē magistri ludi senserunt:, vrbe vt cōsentaneū est in tali quęstu acclamitate occupata, clari hoīes ac mulieres ad muros portaſq; pleno gradu ferebātur: vt magistrū ludi, quē pueri nudū vinctūq; in vrbem ignominioſe agebāt intuerētur. Camillū seruatorē atq; deum, patrēq; appellabant. Quare nō solū parentes ipsi puerorū, verumetiā cetæri ciues q hæc in tuebantur, Camilli æquitatē ingenti beniuolentia admirabantur. Itaq; statim cōgregato senatu oratores ad Camillum legauerūt. Camillus Romā illos ad senatum mittit. Illi quum in senatu sterissent inquiunt: Quoniam Romani pluris iustitiam q̄ victoriā fecere: doctos illos dedere vellē: vt potius vinci q̄ liberos esse optarēt: cōfitētes nō tantum vi Romanorū, q̄ virtute, superatos esse. Senatus ad Camillū illos remittit: vt de hæc re pro animi sui sentētia decerneret. Redactis in ditionē Romanorū Phaleriis, factaq; pace cū oībus Phalisēis, Camillus vasa colligere iussit: atq; discessit. Milites qui pdatum iri Phalerios expectabant: Postq̄ Romā vacuis manibus redierunt: Camillum tāq̄ populus ei odio esset, ac pauperū vtilitati inuideret, apud alios ciues accusauerunt. Postq̄ de diuidēda habitatione tribuni plebis legē tulerunt, ac decretū: rursus populū accersunt. Camillus nullius inimicitiis, nullius audaciæ parcens, primus oīum multitudinem coercuit: vt legem ab rogaret. Multitudo cōtra Camillū ira inflāmabatur. Sed quū laboraret ex filiali calamitate: nā alterū ex filiis morbo cōfectū amiserat: nihil tū iræ in eum dimissum est. Quā calamitatē

Mulieres Romanæ aurea ornamēta ī oblationē cōtribuerunt.

Funebris oratio ī mulierū laudes quādo primū cœpta.

Timisit hei dux.

Bellū cōtra Phalisēos. Camillus.

Phaleriorū pueri.

Ducis militię q̄ sit summa gloria.

Magister ludi Phalerio rum qua sit pœna affectus a Camillo.

Phalerii in Romanoꝝ ditionē redacti.

ipse vir mansuetus atq; optimus haud æquo animo tulit. Sed quū indicta sibi accusatio esset: iclusus cū mulieribus propter luctū domi se continebat. Accusator erat. L. Apuleius. Criminatio autē de spoliorū Tyrrhenorū expilatiōe. Nam fama erat portas quasdā æneas ex Hetruscis spoliis apud eum esse inuentas. Populus ira affectus statuerat, quacūq; esset via, cōtra Camillū decernere. Iraq; quū amicos & cōmilitones Camillus cōgregasset & collegas, qui non pauci erant summis precibus illos orabat: ne ipsum falso accusatū, ac ab inimicis deriſum desererent. Amici bene prudenter q; re inter eos agitata responderūt: aduersus accusationē eius nullū prestare auxiliū posse. Quū iudiciū sniamq; de eo ferendam haud expectare voluisset: ductus ira, statuit ex vrbe decedere. Fami liariter igitur blandeq; appellata vxore ac filio, tacitus domum vsq; ad portam egreditur. Ibi quū stetisset: conuersus retro & ad Capitolium manus supinas tendens, deos precatur: si innoxius ex iuidia a populo pœnas sumpserit: q̄ primum Romanos pœnitentia capi: & ipsius opera in omnium mortaliū aspectu indigere: atq; Camilli desiderio teneri. Ille igitur quēadmodum Achilles imprecationes fouens aduersus ciues, absens dānatus est quidecim millibus assium: qui numerus ad argenti rōnem constituit mille & quingentas drachmas. Nam argenteus as erat: & hic ex decem æreis denarius vocabatur. Nemo fuit ex Romanis qui non putaret Camilli preces statim exaudiras fuisse: & vltionem de iniuria non quidē iocundam, sed tristem ac celebrē & passim diuulgatam suscepisse. Tanta deoq; Romā aggressa est vltio: & tam ignominiosa opportunitas belli inuidieq; ac periculi aduersus vrbem apparuit: siue q̄ talis fortuna immineret: siue q̄ deorum quidam sit: q̄ de ingratitudine contra virtutem vltionem nō remoretur. Primū quidem visum est ingrediente Iulii mense, magni indicium mali apparuisse, mortē videlicet censoris. Nam Romani putātes censorium magistratum sanctum esse, plurimū illi tribuebant. Secundo ante Camilli exiliū Marcus Ceditius vir nec clarus nec senatorius, sed mansuetus atq; optimus apparēs, rem solicitudinis plenam ad tribunos militum retulit. Nam, inquit, quum in præterita nocte viam iret: quam nouam vocant: quendā alte eum appellantem accepisse: sesēq; auertentē neminē vidisse: audisseq; vocē humano sonitu maiorem dicentē: Age Marce Cediti ad principes diluculo veniens inquies, breui tē pore in vrbe Gallos habituros eē. Hæc quū tribuni militum audissent: tanq̄ ridicula ac iocosa habuerunt. Paulopost ea quæ in Camillum acta sunt euenere. Galli Celtico genere orti, quia domi propter multitudinem haud nutriri possunt, foris sedem ac victum quærunt. Qui quū multæ sint myriades iuuenū, bellicosorūq; hominū: plures ex filiis atq; mulieribus secū ducūt. Quorum quidam ad Boreū oceanum transeuntes, superatis Riphęis mōtibus, extrema Europæ occupāt. Qui dam inter Pyrenœos montes & alpes sedem ponentes: prope Senones ac Celticos diu incolunt. Tunc (vt fama est) primū gustātes vinū ex Italia delatum: sic illius admiratione ac nouitare suauitatis amētes facti sunt omnes: vt collectis armis sumptisq; filiis, ad alpes cōcesserint: q̄sieritq; eā terram: in qua huiusmodi fructus oriretur. aliam aūt in fructuosam atq; immitem arbitrabantur. Primum qui ad illos vinum detulit, ac in Italiam eos accersiuit: Arūtem Tyrrhenum fuisse ferūt, vitum & splēdore & natura præstantē. Verū hac laborauit calamitate. Curam gerebat cuiusdam pueri orphani: qui & opibus & præstantia forme oēs ciues anteiebat. nomē erat huic Lucumoni. hic ab ipsa puertitia sub ipso Arunte vixit. Et quum primū adoleuit ætas: minus domum illius dimittens, q̄ amore vxoris Aruntis deperibat, fingebat cum eo vitam lætе agere velle. Permultum temporis horum mutuus amor & cōsuetudo latuit. Sed quum demū ita ambo amore inflammarentur, vt illū haud amplius celare possent: iuuenis contra illū manifeste irruit: atq; e domo expulit. Ille quū in ius Lucumonē vocaret: victus: cū multitudine amicorū Lucumonis, tū pecuniis, domum suā deferuit. Qui rumore accepto de Gallis, ad illos feceſſit: atq; in Italiā exercitū duxit. Illi irruentes q̄ primū vniuersam antiquāq; regionē Tyrrhenorum sub eorū imperio ab alpibus vsq; ad vtraq; maria redegere: vt ipsius nominis appellatio testaē. Nam mare boreū Adriaticū appellant, a Tyrrhena vrbe Adria: quę ad notū inclinata est, in cōspectu Tyrrheni pelagi. Per hanc regionem arboribus plenam multa flumina fluunt: & lætus est ager pabulo. Hæc octo & decē pulchras magnasq; vrbes habet: & ad quęstū & ad victū amplissimas. Has Galli Tyrrhenis eiectis occupauere. Sed hæc quodā cōiurationis tēpore prius gesta sunt. Ea tēpestate Galli ad Clusium Tyrrenā vrbem castra locauerunt Clusini instituto refugio ad Romanos, legatos literasq; ad Barbaros exararunt. Legauerunt Romani ex Fabioꝝ familia tres viros: qui honore & claritate in vrbe insignes habebantur. Hos Galli ob Romanorum nomē nō in humaniter susceperе. Qui postq̄ prælium qđ ad muros erat cessatū est, in colloquiū cum Romanis venerūt. Scisciātibus Romanorum legatis: qua iniuria a Clusinis lacessiti essent: q̄ illorum vrbē obsidione premerēt: Brennus Gallorum rex ridens, iniuria nos afficiunt Clusini inquit: quum parum terræ & regionis incolere possint: & q̄plurima occupare animus sit: & nobis aduenis multisq; ac egenis nihil impartiri velint. In hoc plane o Romani vobis iniuriam intulerunt primum Albani, & Fidenates, atq; Ardeatæ. Nunc autem Veiorum ciuitas, atq; Capenates, multiq; Phalisciorū Volscorumq;. Aduersus quos castra mouete: & si vobis ex rebus suis nō impartiuntur, in seruitutem agite: destruite

Camillꝰ accusatus expilationis spoliorum hetruscorū

Camilli oratio ad deos. As argēteꝰ

Deorum in Romanos vltio ob dānatum Camillum.

Galli.

Aruns Tyrrhenus primus ad gallos vinū ita lum detulit Lucumon.

Adriaticū mare vnde dictum.

clusiū vrbs Tyrrhena.

Brennus Gallorum rex.

eorum vrbes euertite. Hanc rem nulla in parte grauiter ferendam ducemus. Et antiquam legem iu
bentē res minoꝝ tribui maiori, ab vsqꝫ Deo incipientem & ad bestias vsqꝫ finientem, imitamini.
Nam hoc naturæ quodam instinctu insitum est: viuendi gratia, plura habere potentiores inferio
ribus. Definite igit obsidioni Clusinoꝝ misereri: nec doceatis Gallos optimos ac misericordes ami
cos fieri illis, q a Romanis iniuria affecti sunt. His rebus cognitū est: Brēno stare sentētiam bellan
di. Legati ex colloquio digressi quū in Clusium venissent: siue vt vires illoꝝ experirentur: siue vt bel
lando sese ostentare egregiū ducerēt: Clusinis ad conserēdas contra Barbaros manus aīos fecere.
Quin. Fabius Ambustus. Impetu facto a Clusinis quū plium iuxta muros misceretur: vnus ex Fabius. Q. Ambustus equo i
sidēs subditis calcaribus contra egregiū forma viꝝ Gallū multo ante alios prærequitantem, irruit:
Primo cum ex velocitate impetus, tum fulgentius armis facie tegētibus incognitus fuit. Postq̄ ve
ro victor euaserat: & Gallo spolia trāsfixo pectore gladio detrahebat: Brennus illū cognoscens, te
statur deos: Quintū Ambustū oratorē prælio se admiscuisse: & contra ius gentium egisse. Quare
quū receptui canere iussisset: prælioqꝫ subito diremisset: collectis vasis, Romā versus iter intendit.
Sed postq̄ Romam exercitum ductauit: ne videretur Romanos iniuria lacessere: ac illis nolētibus
sine causa bellū mouere: nullis factis incursionibus, bella indixit. Romę conuocato senatu, multis
qꝫ aliis, gesta a Fabio accusabantur. Sacerdotes facta re diuina iubebant senatum contra vnū cri
Feciales. men expiare. Hos feciales Numa Pompilius mansuetudine iustitiaqꝫ rex præstantissimus constitu
it: qui pacis custodes, cognitores, atqꝫ iudices forent causaꝝ: quę iusta dicerent bellum. Rem ad
populum senatu referēte, & sacerdotibus acta Fabii accusantibus, sic multi ex ipsis rem diuinā ne
Fabius Ambust⁹ tribunus militū designatus. glexerunt: ac ludibrio habuerūt: vt Fabiū cum fratribus eius tribunū militarē designarent. Celtæ
quū hæc audirent, ferrentqꝫ grauiter: nihil contra egerunt: sed q̄propere ad ipsoꝝ multitudinem,
& ad primarios ipsius exercitus concesserūt. Et q̄q̄ vim & aīum eoꝝ qui in medio erant, perterrefa
cerent: viderentur regionem vniuersam atqꝫ vrbes celeriter destructuros esse: nulla in re illos læse
runt: neqꝫ ex agris quicq̄ vastatum est: sed propinquis neglectis vrbibus Romam proficisci: & tan
tum Romanis bella inferri conclamant: alios aūt populos minime hostes censendos. Quum Bar
bari Romam bello infestarēt: tribuni militares Romanos ad pugnam eduxere: qui numero haud
tenues, non pauciores quadraginta milibus erant. Sed insueta armis multitudo tunc primum ar
ma capesserat. Quo tempore nec litato, nec auspicato, rem gerere in memoria fuit: tantum turba
tionis ad res disponendas ea obsidione susceptum est. Nam ante pugnam incūdam ac pericula ag
Dictatores qui & Monarchi. gredienda, deos consulere mos fuerat: & in minoribus periculis sæpius monarchos, quos dictato
re appellabāt, eligere consueuerant: non ignorantes quantū in se vtilitatis periculosa tēpora ha
berēt: si vnus in principatu, vna sententia ac libera, & impuni magistratu fungeretur: & in mani
bus ad res pulchre ordinandas iudicia retineret. At non pax profecto rebus obfuit Romanis Ca
milli ingrata seueritas: qui quū vir grauis esset: neqꝫ ad gratiā, neqꝫ blande magistratum gerebat.
Quū igitur prope vrbē stadiis nonaginta venissent Barbari: haud procul fluuio qui Allia nūcupa
tur, qui nō lōge ab exercitu in Tyberim prorūpebat, consederunt. Hic apparentibus Barbaris, quū
male pugnatū eēt: qꝫ haud structa acie dimicabāt: fusa extēplo acies est. Ad ripā fluminis quo fini
strū cornu defugit, a Celtis magna strages facta. Dextrū aūt latus inclinās superiorē partē expla
nitie ad colles minus cædis patitur. Hinc multi fuga p agros saltusqꝫ dissipati ad vrbē rediere. Alii
oēs qui Barbaroꝝ manus euaserāt: ad Veios hostiū vrbē fugā arripuere: tanq̄ Roma capta eēt: &
Romani oēs ibi trucidati. Fuga vero nocturna fuit. Eo tpe quo pugna cōmissa est: instabat æsti
ua cōuersio circa pleniluniū: & supiori die, magna calamitate Fabiana domus pculsa fuerat. Nā
trecēti ex eoꝝ familia in tyrrheno bello ceciderāt. Decretū est a secundo cōflictu diem Alliacū vsq
Dies nefasti nunc a flumine nūcupari, de nefastis diebus: siue opus sit siue nō aliquos bonos ponere. Heraclī
tus Hesiodū quasdam pbas, quasdā malas facēitē redarguit: tanq̄ nō teneret naturā totius diei eē
vnam: qđ alibi dubitauit. In hac re aliqua cōmemorare exempla forsan haud incongruum erit.
Tunc qdem Bœotiis instāte mēse hippodromionis, at vero secundū Atheniēsium appellationē,
hecathombeonis quarto die, duas cōtigit clarissimas vincere victorias: quæ græcos liberos reddi
dere: vnā scilicet apud Leuctras: alterā vero apud Gereston. Ac prius pluribus ducentis annis qñ
Lettamiā ac Thessalos vicerunt. Persæ mēse Vordormionis sexto die in Marathonis tertio apud
Plateas & apud Mycalen a Græcis superati sunt. Et quinto die in fine eiusdē mēsis circa pleniluni
um arbellis Atheniēses pugnam Chiam in qua Chabrias dux erat vicerūt. In Salamina aūt cir
ca vigesimum diem (vt nos in annalibus legimus) attulit & mēsis Thargelion Barbaris manife
stum infortunium. Nam Alexāder in Granico duces regis Thargalionis vicit. Et Carthaginēses
in Sicilia a Timoleone victi sunt septimo die huius mensis: quo tempore videtur Carthaleonem
cepisse iliū: vt Ephorus & Gallistenes & Damastes atqꝫ Philarchus in historia scribunt. Econuerso
Metagitnion quem Bœotii Panemon vocant, non felix Græcis fuit. Nam huius mēsis septimo
die in prælio quod gestum est in Cranone Abanti superāti, tandem fugati cæsiqꝫ sunt: & prius in
Cherronea aduersus Philippum pugnantes victi. Eodem die mensis Metagitnionis per eundem

cessionē vero confessionē imbecillitatis esse duceret. Alii vero magis superbia quadā & cōtumacia ostentandæ potentiæ gra Lacedæmonios despexisse. Veꝝ turpissima causa oium & quæ plurimos habeat testes, hmōi fuisse dicitur. Phidias pictor simulacrum, vt diximus, faciendum conduxerat: amicus Pericli & summa apud illum gratia & authoritate: ob eum inuidia flagrans nonnullas i se inimicitias cōcitauit. Quidā multitudinis animos in eo tētare aggressi: quale de Pericle factura eēt iudicium: Mēnonem quendā ex Phidię operariis subornatū supplicē in foꝝ adducunt: petentē impunitatem iudicii & accusationis in Phidiā. Susceptaque autē populo hominem, constitutaq; in cōcione accusatione, furti quidem facta mētio non est. Aurum enim ita statim ab initio ad simulacrum accōmodarat Phidias Pericli sententia vt facile quum veller, demoliri atq; expendere posset quod & Pericles tū fieri iussit. Cuius gloria operis Phidiam onerauit inuidia: atq; ob id potissimū: q; quum in scuto deæ Amazonū pugnam effingeret, sui quoddam simulacrum expressit: calui senis saxum ambabus manibus attollentis. Periclis quoq; formā pulcherrimā imitatus est: cū Amazone conserentis manus. Habitus autem & figura eiusmodi: vt hastam ante oculos Periclis prætenderet: idq; industria & summo artificio factum: quasi similitudinē occultare vellet quæ vndiq; apparebit. Phidias igitur coniectus in carcerem, morbo vitā finiuit. Vt vero alii opinantur, veneno: inuidiæ Pericli concitandæ gratia, ab inimicis parato. Index vero Gliconis decreto immunitate a populo donatus est: mādataq; prætori cura est: ne quid homo detrimēti caperet. Per idtpis Aspasia lenocinii accusata est ab Hermippo comico. Obiiciebatur enim illi; q; mulieres liberas cum Pericle coeuntes lecto exciperet. Et Diopites decretum fecit: vt oium qui de diis non recte sentirēt: aut de rebus cælestibus nouos sermones inducerēt: nomen deferretur: volens hanc propter Anaxagoram in periclem suspitionē conferre. Iubente autem populo, delationesq; admittente, sic decretum fit ratum Dracontido decernēte: vt rōnes pecuniarum a Pericle ad prætores referrentur: iudices autem ab ara ferentes suffragium in ciuitate iudicarent. Agon vero hoc ex decreto sustulit: sed a mille & quadringentis iudicibus iudicium fieri decreuit: quum quis furti aut ambitus aut iniuriarum litē existimari veller. De Aspasia igitur: quū multa deplorasset præter religionē iudicii: lachrymisq; suis & obsecratiōe, iudices ad misericordiam cōmouisset: impetrauit. Sed quum de Anaxagora eēt sollicitus: eum integra re vrbe emisit. Vbi vero Olphidiā in inuidiam & offensionem populi incidit: iudicium reformidans, impēdens, bellum & ardens magis incēdit: in spem adductus posse hoc pacto crimina edocere: & inuidiam lenitum iri: quum in maximis laboribus periculisq; ciuitatis, ei se vniuersa ob illius authoritatem atq; opes commissura esset. Causæ igitur quibus Pericles nō permisit populum Lacedæmoniis obtemperare: hæ fuisse dicuntur: veritas autem incerta & obscura est. At Lacedæmonii quum intelligerent: eo sublato, æquiores se Athenienses ad omnia esse habituros: iusserunt eos vrbem expiare: q; piaculo iam pridem, vt Thucydides inquit, Periclis genus esset obnoxium. Verum ea pertentatio longe contrarium q̄ illi opinati fuerant exitum habuit. Non enim modo suspitionem Pericles & calumniam fugit: verum etiā maiorē authoritatē & honorē a ciuibus cōsequutus est, q̄ppe quē hostib⁹ odio maxime atq; formidini esse opinarenē. Quare anteq̄ Archidamus cū Peloponnesiis in Attică inuasisset: significauit Athenien sibus: vt si Archidamus vastatis cæteris veruſto iure hospitii ius belli suis agris abstineret: siue vt in vrbe occasionē calūnię inimicis & aduersariis daret: se agrū oēm atq; villas ciuitati dare ac donare. Igitur Lacedæmonii Archidamo duce in Attică cū sociis magno exercitu impetum faciunt. Deuastatoq; agro in Acharnitas profecti, ibi castra posuerūt: sperātes fore: vt Athenienses ea calamitate pmoti haud iniuriā ferrēt: sed continuo in pugnā descēderent. Sed Pericli magnum ac periculosum visum est: cum sexaginta Peloponesioꝝ militibus (tot enim fuerāt qui primum inuaserant) pro libertate ciuitatis manus conserere: erectos autem pugnandi cupiditate, labemq; illam & ignominiam indigne ferentes leniuit oone: quum diceret cæsas arbores celeriter renasci: interemptos autē homines recuperare difficillimum esse. Populum tamen haud vocauit in concionem: veritus ne quid præter sententiam facere cogeretur. Sed quēadmodum nouus gubernator spirante vento in pelago omnibus rite dispositis rebus intēdēs arma artificio suo vtitur: despectis lachrymis precibusq; timentium nautarum & nauseam non ferentium: Sic ille clausa vrbe, præsidiisq; firmata, suo iudicio arbitrioq; rem gerebat: clamores & offensionem hominum paruifaciens: etsi multi ex amicis precibus, ex inimicis minis & increpatione frequentes instarent: plærique obscœnis cantibus atque cauillis inueherentur in illius præturam: vt ignauam effœminataq; & quæ res Athenienſium hostibus proderet. Excitabatur etiam Cleon frætus ira ciuium in Periclem concitata ad demulcendū se multitudine conferens. Hermippo quoq; anapæsticos quosdā versus in eum efferente, nihil horum Periclem imutare potuit: sed miti animo ac silentio ignominiam inuidiāq; subiēs perferebat. Quū. C. nauium classem in Peloponesum mitteret: haud rē ipse vna rem maritimā, sed in vrbe assidue manēs ciuitatē in manibus habuit: quoad Peloponnēses motis ex Attica castris, abierūt. Et quū pspicere multitudini statuisset: agroꝝ eam (vt in bello fieri solet) diuisiōibus repertuit: agriq; sortitiones edixit. Ejectis enim Æginetis omnibus, diuisit eoꝝ agrum Athenienſium iis, qbus sors

Phidias pictor.

Nēnō Phidiæ operarius.

Phidiæ interitus.

Diopitis decretum.

Archidamus Lacedæmoniorum dux.

Cleon. Hermippꝰ Anapæsticos in Periclem cōpositi.

euenit. Quædam etiam ex hostium detrimentis consolatio afflictis rebus afferebatur. Nam classis Peloponesum circuens, magnã agri partẽ vastarat: villasq;, & paruas quasdam vrbes diripuerat: & ipse Pericles pedestribus copiis facto impetu in agrũ Megarensium omni ex parte populatus ẽ. Sic multis vtrinq; terra mariq; illatis, multisq; acceptis cladibus, nunq̃ tamlõge Peloponnẽses traxissent bellũ: sed celeriter fatigati essent: vt ab initio Pericles p̃dixerat: nisi diuina aliqua vis humanis cõsiliis obstitisset. Nam contagiosa lues quæ inuasit vrbẽ, sublato iuuẽtutis flore Athẽiensiũ vires vehementer attriuit. Quibus rebus vexatis pestẽ corporibus, animis oẽs in periclẽ exasperati incẽsiq; erãt. Ac veluti aduersus medicũ, aut patrẽ, mentis errore ex morbo contracto, insurgebant: scilicet suasi ab hostibus: pestẽ ex confluxione in vrbẽ aggrestis vulgi, esse conflatã: multis simul, veris tpe, confuse in paruis domibus feruentibusq; habitaculis sub tecto & otiose viuere coactis: qui ante puro aeri & aperto assueti erant. Huiusq; rei authorem fuisse: qui suscepto bello multitudinem ex agro in vrbẽ compulisset: nec vllo opere tantũ numeꝝ hominũ exerceret: sed instar pecudũ adinui cẽ corrũpi fineret: nec cõmutare se vnq̃ aut respirare pateret. His igitur sanãdis hostibusq; reprimẽdis quũ adiecisset animũ. C. &. L. naues cõpleuit: multisq; & fortibus ciuibus in eas impositis nauigare iã properabat. Ea res quũ optima spe cõfirmaret ciuium animos: nõ mediocrẽ hostibus formidinẽ tãta potẽtiæ mole allatura erat. Iãq; paratis instructisq; nauibus, suã triremẽ Pericles conscendera: secce solis defectio incidit: inductisq; tenebris attoniti oẽs veluti magno quodã tecto prodigio animis cõsiderunt. Quũ igitur gubernatorẽ perterritũ atq; animi dubiũ intuereꝛ Pericles: sublatã ad eius faciẽ opposuit chlamydẽ: velatisq; luminibus rogauit: nũquid horrendum aut horridę alicuius rei signum putaret. Abnuẽte illo: quid igitur interest inquit aut quid distat hoc ab illo: nisi q̃ maius quiddã est chlamyde: id quod nũc tenebras agit. Vcꝝ hæc in philosophoꝝ scholis disputantur. Itaq; aduectus classe Pericles, aliud nihil videꝛ gessisse tãto apparatu dignũ: sed quũ sacrã Epidauꝝ obsedisset: ac iã breui deditionẽ factura videꝛet: de spe magna peste inualescente deiectus est: qua repẽte exorta nõ ipsos modo Athenienses, verũetiã siqui modo aliquo ad exercitũ propius accessissent, cõtagione necabanť. Ex hoc infensos sibi Athenienses lenire, spesq; addita animis excitare atq; erigere nitebatur. Haud tñ sustulit irã: neq; ab incœpto furore reuocauit: priusq̃ sumptis in manũ suffragiis, ab dicãdi eũ imperio, & pecuniis mulctãdi pmissa potestas est. quã mulctã quinq; & decẽ talenta qui minimã scribũt: quinquaginta qui maximã, fuisse tradũt. Et causę scripť est accusator, vt Idomeneus testatur, Cleon: vt autẽ Theophrastus: Simmias. Ponticus autẽ Heraclides Lacratidã fuisse asseuerat. Publica igitur inuidia ipsa ira veluti aculeo in illum vna ei: plaga dimissa multitudine, celeriter desitura videbatur. Verũ premebaẽ domesticis incõmodis: q̃ necessariis diuturna dissensione laborantibus, ex iis nõ paucos peste amisisset. Nam maximus natu filius eius Xantippus, & ipse natura improbus & vxorem iuuenem & profusam nactus Isandri Epilici filii filiã, patris diligentiam & parsimoniam ęgre ferebat: q̃ sibi parce nimis & exiliter sumptus suppeditaret. Mittẽs igiť ad quẽdam ex paternis amicis, Periclis noꝛe argẽtum accepit. Quo in posterum repetente, Pericles litẽ reiecit ad filium. Quare adolescens Xantippus difficulrare maxima circumuentus, in patrem maledicta coniicere: & primum domestica eius studia ad irrisionem efferre: sermonesq; quos cũ sophistis conferebat. Vt quũ Epithymius Thessalus equũ in acie iaculo intermisset: cũ Pythagora diem totũ cõsumeret: in perquirendo: vtrum iaculum, aut qui iaceret, aut ii q̃ præmia ponũt, rectius mortis causa iudicandi sint. Ad hæc & vxoris calũniam a Xantippo Stesimbrotus ait in multitudinẽ diuulgatam esse: atq; omnino insanabilẽ vsq; ad extremũ vitæ hanc adolescenti cũ patre simultatem mansisse. In ea enim peste quum incidisset in morbũ Xantippus: interiit. Defuncta est etiam Periclis soror: ex affinibus quoq; complurimi: & ii quidẽ quorum opera in repu. plurimũ iuuabatur. Nunq̃ tamen fatigatus est: sed illam animi magnitudinem inuictã semper a calamitatibus infractamq; conseruauit: nec eum flere: aut funus ducere: aut adsepultura alicuius necessarii accedere quisq̃ aspexit vnq̃: priusq̃ Paralo esset orbatus: q ei ex legitimis filiis reliquus esset. In hoc autem inflexus animo parũper, tolerare tamẽ suo more nitebatur: & solitã grauitatem & constantiã retinere. Coronatus etiam quum mortuo filio interesset: aspectu ipso doloris magnitudine superatus est. Nam & flebilem edidit vocẽ: & vim lachrymarũ emisit: quũ nihil tale vnq̃ in reliqua vita feciſſet. At ciuitas multos ad bellum duces experta: multosq; oratores: quum nullus nec grauitate, nec authoritate idoneus esset visus: cuius fidei tm̃ imperium cõmittẽdum foret: Periclẽq; ipsum summo desiderio ad tribunal p̃toriũ reuocaret: mœstus atq; exanimatus domi iacens, Alcibiade aliisq; amicis suadentibus, eo se cõtulit. Sedatis plebis concitatis in se temere motibus: conuersus iterum ad rẽpu. capessendã, prętor designatus author legis de nothis abrogãdę fuit: quam ipse antea tulerat: ne omnino succesꝛoris inopia, familiæ nomen & genus deficeret. Quæ vero ad legem spectant: ita se habuerunt Pericles quũ in rep. maxime floreret multis ante tẽporibus filiosq; legitimos haberet: vt diximus: legem tulit: solos Athenienses haberi: q ex duobus Athenienſibus nati essent. Postea vero q̃ rex Ægyptiorum quadraginta milia medimnorum frumenti dono Athenienſibus misit: oportuit per eum ciuibus diuidi. Permultę sunt igitur nothis ex

Pestis cõtagiosa Athenienses attriuit.

Classis. cl. nauium. Solis defectio.

Cleon. Simmias. Lacratida.

Epithymi⁹ Thessalus.

xantippi interitus.

Paralus Periclis filius.

Lex de nothis per Periclẽ lata.

ea lege

ea lege exortæ accusationes: qui tunc quidem latuerunt contempti q̃ sunt. Sed multi horum delatores in posterum destiterunt. Qui igitur damnati iudicio reddere coacti sunt: haud multo pauciores quinq̃ milibus fuerunt. Reliqui qui Athenienses iudicati in republi. manserunt, quatuordecim milia & quadraginta inuenti sunt. Quare per indignum videbatur: legem quæ in tot homines valuisset: nunc ab eo ipso rescindi: qui tulerat. Sed præsens fortuna domus Periclis afflictæ, qui veluti contumaciæ elationisq̃ suæ pœnas luisset, flexit Athenienſium animos: existimãtium ipsum numinis iram perpessum, humana ope subleuandum esse. Itaq̃ concesserunt sibi: vt filius nothus in genus ascriberetur: eiusdemq̃ illi nomen esset. Atqui hunc quidem posteriori tempore in Argiuis, quum nauali prælio deuicissent Peloponnenses, populus vna cum cæteris ducibus interemit. Ac videtur tunc quidem pestis non vi repentina illa ac vehementi Periclem cepisse: qua cæteros: sed quæ remisso quodam & tenui morbo per varias mutationes prouecta longius sensim: paulatimq̃ conficeret corpus: & elatiõem animi superaret. Itaq̃ Theophrastus in suis libris quos de morali philosophia edidit, dubitans: nunquid circa animos vertantur mores & acti corporis doloribus a virtute desciscant: tradit Periclem, quum langueret ex morbo, amico cuidam, qui eũ visendi gratia adierat, incantationes quasdam pendentes collo a mulieribus alligatas ostendisse: vt appareat hominem pessime animo affectum fuisse: quum eiusmodi infanias perferebat. Quũq̃ iam esset ad moriendum vicinus: circunstantes principes ciuitatis atq̃ ex amicis ii qui superarant in mentionem illius virtutis venerunt: quanta extitisset: meriebãtur res gestas: trophæorum numerum recensebant. Nouies enim victor pro patria trophæum statuerat. Atq̃ hæc quasi illo nihil audiente, sed priuato omni sensu inter se loquebantur. At ille sui adhuc compos omnibus adhibuerat mentem: & in medium loquutus inquit se admirari: si hæc in eo maxime laudedigna & memoria ducerent: quorum fortuna sibi partem vel maximam vendicaret: & quæ multis iam ducibus contigissent: quod autem maximum & pulcherrimum esset omnium silentio præterirent. Nemo enim inquit Athenienſis propter me nigram induit vestem. Vir igitur admiratione dignus: non solum manſuetudine & clementia: qua se turbulentissimis temporibus magnisq̃ offensionibus præstitit: verum etiam ob eam animi sententiam qua erat: siquidem ex suis rebus pulcherrimum putabat esse in tantis opibus imperii nihil neq̃ inuidiæ vnquam, neq̃ iracundiæ concessisse: neq̃ in aliquem præcipue inimicum crudelem se prestitisse. Ac mihi quidem videtur cognomentum illud præclarum ab adolescentia sibi inditum hanc vnam rempotissimum, mite eius ingenium ac vitam in licentia castissime integerrimeq̃ versatam verum atq̃ vacuum ab inuidia reddidisse. Quemadmodum deorum genus, q̃ bonorum causa sit malorumq̃ innoxium, dignum duci mus rem omnium potestatem atq̃ imperium obtinere: non vt poetę nos imperitis opinionibus perturbantes suis poematis capiunt: quum locum quem a diis habitari dicũt, turã & tranquillam sedem appellant: ad quam neq̃ venti neq̃ tenebræ aspirare queant: sed iocũda serenitate & pura luce, per omne tempus perpetuo illustretur: q̃ eiusmodi vitæ status immortales & beatos maxime decere videatur. In ipsos autem deos autumant desidiam odia inimicitias iram aliasq̃ perturbationes frequenter cadere: quæ nein homines quidem, vt qui modo aliquid sapiant, possunt conuenire. Sed hæc fortassis videri possunt alterius disputationis esse. Igitur Periclem aduersa tempora ciuitatis cognitum atq̃ optatum Athenienſibus tradiderunt. Nam homines offensi potẽtia eius: vt sibi obscura atq̃ incognita: eo statim sublato e medio, quum in aliis oratoribus ac ducibus facilem periculum: confessi sunt in elatione animi modestiã: in manſuetudine vero grauitatẽ naturæ esse nõ posse. At illas in inuidiosas eius opes dominũq̃ & tyrannũ ab initio nuncupatas, salutare præsidium ciuitati fuisse apparuit: tanta post cõtagio torq̃ scelera in republica inuaserunt: quæ ille cohibendo deprimendoq̃ incurabilia fieri licentia prohibebat.

Trophæa nouẽ p Periclẽ statuta.

I

¶ FABII MAXIMI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.



Fabii quur sint appellati.

Verrucosus quur Fabius dictus. Ouicula Fabius cognominatus.

Fabii rude ingenium. Fabius filiũ funebri oratione laudauit. Fabius qui quies triũphauit. Prodigia diuersa.

Escripti Autem Peridis moribus: quos accepim⁹: quicq; me moratu digni videbantur: ad Fabiũ oratio tradu cenda est. Ferũt vna Nymphaq; hunc genitũ esse. Quidã vero: Herculem apud fluuiũ Tyberim cũ muliere eius loci incola congressum habuisse asserũt: & Fabium virum optimum, a quo Fabiorum familia Romæ initium habuit, genuisse. Quidam autem priscos huius generis viros: q; primũ venandi per fossas morem induxerint, a fodiendo Fabios olim appellatos memoriæ tradiderunt. Deinde mutatis literis: lapsa loquendi cõsuetudo Fabii is cognomen fecit. Quumq; ea familia viros magnos complurimos produxisset: ab Rilao quodam, qui maximus, ob eius splendorem & magnitudinem appellatus, quartus in ordine fuit Fabius Maximus: de quo hæc scripturi sumus. Erat ei cognomentum ex habitu corporis tractum. Verrucosus: q; paruam carnis elationem innatam in superioris labii extremitate habebat. Sed & Ouicula, quod paruam pecudem significat: quum puer esset, a magnitudine & gratuitate morũ cognominatus est. Verum ex eo q; quietẽ atq; taciturnitatẽ adamabat: & multo cum pudore pueriles voluptates attingebat: & serius ac difficilius disciplinas percipiebat: sesecq; familiaribus facilem obsequentẽq; præbebat: in corporis atq; insipientiæ suspitionẽ minus domestici illius hostes ducebant. Pauci.n. erant: q; interiorẽ eius latentẽq; cõstantiã, & insitã illi a natura magnanimitatẽ cognoscerent. Veꝝ lapsu tpis, repẽte a negotiis gerẽdis excitatus: id qđ facilitatem iudicabã, animi immobilitatẽ, timorẽ vero, consilium: ignauiã autẽ omnibus in rebus, & q; nihil egregie ꝓter cætera studebat, constantiã atq; grauitatẽ esse multis significauit. Nam quum animaduertisset reipub. magnitudinem: bellorũq; multitudinẽ: corpus ad rem militarẽ, tanq; sibi hoc innatũ esset, exercuit: & eloquẽtiæ ad populum persuadẽdũ, qđ maximũ est vitæ ornamẽtũ atq; decus, se contulit. Non.n. prõptus ad dicendũ, neq; omnino ineptus natus erat. sed rude ingeniũ, atq; nõ satis mediocre acumẽtis natura cum induerat. Cuius sententias Thucydidis perq̃ similes fuisse asserunt. Nã eã habemus orationẽ laudatiuã: quã post cõsulatum in funere filii ad populũ habuit. Triumphos quinq; egit: sed primo deiectis Libycis triũphauit. Nã Libyci ab eo in acie superati, multos ex suis amittentes ad alpes sese receperunt: & miseri ac rebus suis spoliati ab Italiæ finibus cessere. Postq̃ vero Annibal in Italiam irrupit: & primũ apud Trebiã fluuiũ dimicãs victor cuasit: per Tyrrhenũq; agrum prædãdo iter fecit: terrorẽ ingẽtem atq; trepidationẽ Romanis iniecit. Prodigia partim Romę cõsueta exfulminibus, partim omnino extranea atq; horrẽda, cecidere. Nã ex scutis sanguinẽ emanasse: & metẽres apud Antium cruentas spicas cecidisse: & lapidibus igneis atq; ardẽtibus aere pluisse relatũ est. Cœlũ supra Phalerios scindi visum. & multas hinc sortes excidisse. In quarũ vna hæc erat scriptura. Mars sua tela quatit. Caius vero Flaminius consul: vir magni animi: & gloriæ cupidus: magnis successibus elatus: quibus fortunę temeritate, non consilio, poritus erat: nihil ad hæc trepidare, quippe qui quum a senatu reuocaretur: prꝛter collegę sententiã, vi facto ſpetu, Gallos vicerat. Fabium autẽ ꝓdigia, q̃q̃ multa instarent, q; nulla inerat ratio, minus turbabant: & quum paucitatẽ hostium, ac reꝝ penuriã audiuisset: Romanos forti animo esse adhortabaſ: suadebatq;: ex eo q; Annibal exercitatum militem ad plurima bella haberet: minime cum illo manus conserẽdas esse. Verum sociis prꝛsidia mittenda: & sic vires Annibalis, stantibus ciuitatibus in fide populi Romani, per se ipsas tanq; splendẽrem flammam, quæ modicis lenibusq; fomentis alitur, infirmandas. Sed Flaminium in sententiam suam trahere Fabius non potuit: dicentẽ nõ permissurũ hostes. Romæ appropinquare: neq; quẽadmodum Camillus olim, in vrbe pro patria dimicaturum. Itaq; iussit tribunos militum copias educere. Ipse quum in equo insideret: equo fremente, nulla

manifeste cognita cā (mirabile dictu) itercurrendum corruit in caput. Nec tñ snia sua destitit: sed vt prius cōsilium ceperat, Annibali obuiā exercitum ducere: apud lacum Trasimenum in Hetruria copias struxit. Quum milites prælia cōsererēt: terræ motus factus est: q multas vrbiū magnas ptes pstrauit: auertit cursu rapido amnes: mōtiumq; ardua loca lapsu ingēti prupit. Quę prodigia etsi tātopere fauirēt: nemo tñ pugnātium illa p tumultum acceperat. Ipse qdem Flaminius postq multa facinora fecisset: & Roma, & forti viro digna cū multis ex optimatibus oppetiit. Alios vero q fugæ terga dederāt: ingens est edita cædes. Quindecim milia hoīum eo die cæsa toti dem capta. Flaminii cadauer, qđ pp virtutē illius tumulo mādare, atq; hōestare cupiebat Annibal, iter mortuoꝝ funera haud inuentū est: & vbi occultum iaceret, oīno Annibalem latuit. Calamitas apud Trebiā suscepta, neq; p literas ĩperatoris, neq; p nūtium Romæ recte cognita fuit. Sed dubia atq; ĩcerta opinio mētita ē. Hāc āt vt primū Pōponius ptor audiuit: cōuocato populo: neq; amba ges: neq; captiones memorans: ingt: O viri Romani magno plio victi sumus: exercitus proditus: castra direpta: Flaminius consul in acie cecidit. Consulire igitur de nra salute. Hæc oratio apud tā tū populū: quēadmodum mari vis immanis vētoꝝ incumbens: ita torpore quodā mentes oīum occupauit: ita vrbē perturbauit: vt in tanto terrore cōsilia hominum rōneq; non sufficerent. Sed ab oībus tñ: tandē in vnā sniam itum est: dictatorē designari oportere: q fortitudine animi & sapientia cunctis pręstaret. Hunc vero esse Fabium Maximum: viꝝ huic magistratui parem: animi magnitudinem: & morum grauitatē cum ætate habentē. Qui aīum ad cōsilia: corpus vero ad robur in adolescentia instituit: & audaciam cum prudentia rēperauit. Postq in vnā sententiæ oīum conuenerunt. Fabius dictator designatus: magistrū equitum * Lucium Minutium dicens: primum a senatu petiit: vt equo vti sibi dictatori liceret. Nō. n. antea eqtare dictatori fas erat: sed p quādā veterē legē ꝓhibitū fuerat: siue q maiores vires inesse pedestrib⁹ copiis arbitrarentē: & ppter hoc ipe ratorē in phalange permanere oportere: nec locum deserere: siue quoniā: quum ad alia oīa: tyrannica magnaq; sit eius principatus potentia: in hoc voluerint dictatorē populo inferiorē videri. Verum Fabius quū vellet in primis principatus magnitudinē ac molē ostendere: vt magis obsequentes sibi ciues redderet: in vnū collectis quatuor & viginti lictoribus: progressus est. Altero ex consulibus occurrenti per præmissum apparitorem iussit: vt dimissis lictoribus: insignibusq; magistratus depositis: sibi priuate obuiam incederet. Post hæc a diis orsus: quum populum edocuisset: ne diligentia cerimoniaꝝ & auspiciorū: temeritate & insolentia consulis: non ignauia militū: cladē ē acceptā: suadēdo oñdit: hostem minime metuēdū esse: sed deis honoris ppiationisq; gratia hostias esse mactādas: nō vt mēribus eoꝝ supstitionē iniiceret: sed vt religione virtutē cōfirmaret: vtq; spe diuinæ opis hostilē metū adimeret. Tūc inspectis multis ex libris Sibyllinis vbi reꝝ Romanaꝝ secreta recōdita erāt: ferūt quædā ibi oracula inuēta esse: q ad fortunas & ad res illas gestas conferēbāt: & id qđ ibi cognitū erat: non licebat ad alteꝝ log. Progressus dictator ad plebē: vouit diis oēm eius anni capraꝝ: suū: ouiū: atq; boū fœturā: quā Italiæ mōtes: planitiesq; ac flumina: & prata: ea in regione educarent: se mactaturū: & trecenta triginta tria sestertia: totidēq; denarios: pro musicis spectaculis faciendis: in ipsa impensa se collaturū: tertiāq; partē additurum. Hoc caput est: octo Myriades drachmaꝝ: & drachmæ ter mille quingentę octoginta tres: & oboli duo. Huius aūt numeri rationē & obseruātiā haud in prōptu est dicere: nisi qs ternarii numeri vim in mediū pferre velit: q pfectus numerus natura sit: ac primus impariū numeꝝ: principiūq; in se numeri habeat: primasq; differērias, & cuiusq; numeri elemēta cōmista, & inuicē coniuncta cōcipiat. Fabius igitur quū erexisset ad rem diuinā ciuiū animos: ad eā proniores in posteꝝ reddidit: Ipse vero: quum in se vno spem oēm victoriæ locasset: vt q existimaret, deum p virtutē & prudentiā hominibus res secundas concedere: ad Annibalem reprimendum se conuertit. Non eo animo: vt dimicare veller: sed vt tempore illius vires attritas redderet: & rerum copiam ad inopiam, & exercitus magnitudinem ad tenuitatem reduceret. Vnde hostes persequens, per loca edita exercitum ductabat: & positis castris, tacitus considebat. Dumq; illa moueret: per montana cum exercitu iter faciebat: & tñ se Annibali ostendebat: quantum ex loci inter capedine ad pugnandum inuitus cogi non posset. Itaq; hostibus, tāq; pugnaturus esset, ea cunctatione terrorem incutiebat. Sic itaq; tempora producētem Fabium omnes aspernabantur: & sordida de eo in castris fama vagante, hostes eum magnopere formidantē, nulliusq; pretii esse arbitrabantur. Annibal vero multa audacia virum esse Fabium censebat: Nam solus ille Fabii grauitatem, atq; sententiam bellandi cognoscebat. Animaduertebatq; multa arte, multa vi, illum ad conserenda prælia alliciendum esse. Res Carthaginensium aliter iniquo loco sitas: quum iis rebus, quas ad bellum portauerant, non dimicando, vti non possent: & homines, ac res quibus indigerent, minuerentur: frustraq; consumerentur. Itaq; Annibal omnia tentans, versansq; animū huc atq; illuc: tanq; fortis athleta ad omne genus doli ac fraudis, impellendi grati a Fabii ad conserendas manus: vt eū ad illud dimicatiōis traheret: quod præter securitatē, rationēq; cōsilio q eius esset: variis modis illū lacessebat. At Fabium prudentē fortēq; virum nullo modo dolis fallere potuit. Sed Minutius magister equitum, homo ferox & importunus, atq; temerarius, &

Flaminius equo in caput cecidit.

Cęsa hoīm xv. milia: & totidem capta.

Flaminii cadauer nō inuentum.

Pomponi⁹ prætor

*Marcum Lucius Minutius magister eqtūs Fabio dict⁹

Dictatori prius eqtare non licebat.

Apparitor.

Votum publicū a Fabio factum

Ternarius numerus pfectus.

Minutius magē eqtū temerarius.

lingua immodicus, qui studiũ atq; aurã exercitus quærens, illũ in sa[illegible] petu & inani spe imple uerat, de Fabio turbulentos rumores efferebat. Qui in fabiũ per cũcta [illegible] maledicta torque bant: Annibalis Pædagogũ appellabãt: Minutiũ vero magnũ virũ, & [illegible]ma dignum imperato rem prædicabant. Minutius magis in elationem animi atq; perulantiam ductus, illum per mõtes copias ducentã, tanq; pulchra & æterna sibi spectacula feciſſet, reſpicere hoſtes, Italiã ferro igniq; vaſtãres, ludibrio habebat. Quin amicos Fabii inrerrogabat Num Fabius diffiſus terris: in cœlũ attollere exercitũ vellet: aut caligine & nebulis interiectis, hoſtes effugere. Hæc amicis Fabio nũtiã tibus, ſuadẽtibuſq;, vt porius picula aditret: q; infamiam toleraret: reſpondit. Formidoloſior quidẽ nũc viderer: ſi dum ſcõmata conuitiaq; timerẽ, a meorũ ratione conſilio; diſcederẽ. Nec vero tur pis eſt metus: qui pro patrię ſalute ſuſcipit. Veq; terror qui ad gloriam hominũ & calumnias, fal ſoſq; rumores attinet: minime qdem dignus eſt homine huiuſmodi magiſtratũ gerẽre: ſe deo q ſer uit illis: qui ipſum male imperare, ac dominari ſentiunt. Poſt hæc Annibal in errorẽ incidit. Nã quum vellet longius a Fabio exercitum ducere: & in planitiẽ pabulo exuberantem venire: iuſſit re pente poſt cœnam a ducibus in Caſinatem agrum duci. Illi ab latinoq; nominibus, ꝑter Barba ricum idoma, ab horrẽtes: ad Campaniæ fines, ad vrbẽ Caſilinum exercitum Annibalis ducunt. Hanc vrbem Alocronus fluuius, quẽ Vulturq; Romani vocant, per medium fluens diripit. Hæc regio montibus circunſepta eſt: & ad mare vallis exitum aperit. hic circumfuſus fluuius: & ſtagnis oriens, pfundiſſimaſq; arenas habẽs, ad mare rapido impetu pfluit. Huc quũ Annibal contẽdiſ ſet: Fabius cognitis viaq; greſſibus, ad fauces quatuor milia militum collocauit: alio exercitu ſu per alios colles pulchre diſpoſito. Ipſe cum leui expeditaq; armatura: in vltimos hoſtium irruens vniuerſum exercitum diſturbat: & adoctingẽtos trucidat. Qua ex re Annibal quum vellet ex hac valle copias eripere: cognito loci errore ac periculo: duces i crucem ſuſtulit. Sed per hoſtes loco mu nitiſſimos ferro viam facere diffidebat. Nam quum trepida oia vndiq; ad ſuperandos ſaltus exiſte rent: & oino erumpendum eſſet: ſtatuit artificioſa calliditate hoſtes circunuenire. Itaq; ad duo mi lia bouum, quos inter cæterã prædam agebant, capi iuſſit: oĩmq; ambobus cornibus faces arden tes ex aridis minutiſq; virgis colligari. Deinde ortis tenebris, editoq; ſigno, boues p loca arcta ad cuſtodias hoſtium, & ad acumina montium ab illis quibus res demandata eſſet concitari. Ipſe qđ reliquum erat exercitus: perſilentium ducebat. Boues vero acti, quouſq; ignis paulatim materia exarſit: nullo ſpetu ferebanť. Quo factũ eſt: vtin admiratione pastores ex mõtibus ꝑſpicientes ea flãma, quæ ſummis in cornibus fulgebat: traheret: tanq; exercitus ſub vno multaq; lampadũ ordi ne ꝓgrederet. Poſtq; vero exuſtis cornibus ignis carnem tetigerat: & inuſto ne vexati capita quaſ ſabãt: adinuicẽq; ſeſe igne repleuerãt: ſine ordine gradiebanť. Veq; anxii atq; exterriti curſu, ꝑmon tes diſſipati ferebanť: & frõtes ſummaſq; caudas incenſas habẽtes, multũ ſyluæ in qua fuga ierat incẽdiis miſcebãt. Quare Romanis q ad ſaltus inſidendos mõtiũ diſpoſiti erãt: horrẽda ſpectacu la prębuerũt: Nã faces illi ꝑſpicere videbãtur: quę a diſcurrẽtibus paſſim hoĩbus cõportarenť Ita q; Romani multo terrore affecti ne ab hoſtibus hĩc atq; hĩc circũuenirẽtur, ad maiora caſtra veni entes, tumultuãdo ꝓſidia reliquere. Inter ea fũmis montiũ iugis a leui Annibalis armatura oc cuparis reliquũ exercitũ multãq; prædã agens, intrepide mõtes cõſcendit. At Fabius ipſis in tene bris dolos ꝑſenſit. Nã quędã ex bobus palantes in cõſpectũ eius ꝑdiere. Quare timens ipſa in no cte inſidias, exercitum in acies redactũ, ſilẽtem tenuit. Poſtq; lux orta eſt: Fabius in vltimos hoſtiũ irruit: per aſpera iniquaq; loca, magno cum tumultu, pręlia miſcuit. Donec ab Annibalę miſſi Hiſpani, homines leuiſſimo corpore, celeribuſq; plantis, & ad mõtes ſuperãdos aptiſſimi, clamo re in grauẽ armis ſtararitũq; Romanoq; militẽ irruũt: & magna edita cæde, Fabiũ ad caſtra cõcede re cogunt. Ex ea igit̃ re increpationes Fabio, ac deſpectio cõparata eſt. Nã quum antea pugna ab ſtinuiſſet: vt cõſilio & prudentia Annibalem oppreſſurus: his ipſis victus ab eo oppreſſuſq; videba tur. Quũ aũt vellet Annibal in eum magis Romanoq; iram incendere: vt ad eius agrũ ventũ eſt cæteris omnibus clade atq; incendio vaſtatis, iis tantum abſtineri iuſſit: ac etiam cuſtodes adhi buit: qui inde capere quicq; prohiberent. Hæc Romam perlata maiorem Fabio inuidiam cõcita runt. In eumq; ſunt tribuni plebis in cõcione vehemẽter inuecti: maxime adiuuante Merello: qui nõ Fabii inimicitiis, ſed q neceſſarius Minutii magiſtri equitum foret, exiſtimabat Fabii calumni as, honorem illi & gloriam eſſe allaturas. Nec populum modo Fabius infenſum habuit: verũ etiã in iram ſenatus incurrit: q captiuorũ cum Annibale pactionem nõ minime improbaret. Conue nerat enim cum eo vt vir p viro ex captiuis redderet. Siqui vero ſupereſſent: ducentæ & quinqua ginta in ſingulos, ab iis qui reciperent, ſoluerẽtur drachmæ. Facta igitur viritim captiuoq; permu tatione: ducenti & quadraginta ex Romanis apud Annibalem ſupereſſe inuenti ſunt. Horũ pre tium decreuit ſenatus mittendum nõ eſſe. Sed Fabium maxime accuſabat: q neq; honeſte, neq; e reip. vtilitate, homines, qui obignauiam prædę hoſtibus fuerant: redemiſſet. His Fabio cognitis ciuium iram cedato aĩo tulit. Sed quum pecunias nõ haberet: & fallere Annibalem, ac ciuiũ ſalu tem hoſti ꝑdere, nullo modo adducti poſſet: filium Romam dimiſit: eumq; agros vẽndere iuſſit:

Scõmata.

Caſilinum vrbs.
Vulturnus fluuius.
Fabii aſtutia.
ceſi a fabio ad octingẽtos ex anni balis militibus.
Duces viæ Annibal in crucem ſuſtulit.
Annibalis calliditas.
Faces boũ cornibus adhibitæ.

Fabius ſtra redire cogitur.
annibal ab agris Fabii incendium prohibuit.

Fabii fides erga Anni balem.

& ex illis redactū argentū ad se in castra deferre. Veruntis autem agris quum celeriter rediisset ado/lescens: missō ad Annibalem pretio, captiuos recepit: quibus in poster̄ permultis restituere pre tium volentibus, repudiauit Fabius. Post hæc ad sacrificia Romā a sacerdotibus reuocatus, exer/citum Minutio tradidit: ea conditione: vt neq; hostem eriperet inuadentem: neq; cuneo manus cōsereret: nec id modo vt imperator mādauit: sed p̄ces insuper & admonitiones adhibuit. Quę il le oīa paruifaciens, inuadendis hostibus aīum statim adiecit. Et magnā copiarū partem ab Anni/bale frumentatū missam, obseruata occasione adortus: nō paucis ex iis qui vltimi militabant inte remptis, reliquos intra vallum fugere compulit: metūq; oībus futurę obsidionis iniecit: collectoq; in vnū Annibal rursus exercitu, discessu securitati consuluit. Quare Minutius immoderateq; elatio nis & audaciæ repleuit militem: Ac celeriter Romā maior rebus fama peruasit. Quod quum acce pisset Fabius: Minutii successum ingt se magis formidare: q̄ hostē. At plebs gaudio maximo & leti/tia concurrit in forum. Et Metellus tribunus suggestum cōscendens, concionē habuit: qua Minu tim summis laudibus efferrens, nō iam desidiæ & ignauię, sed p̄ditionis Fabiū accusauit. Permul/tos quoq; ex aliis ciuibus qui opibus in primis & dignitate præstabant, eius facinoris Fabio adiū/xit socios: bellum ab initio traxisse: quo populo potestatē suam eriperet: dictatoria tyrannide ciui/tatē occuparet: quę res morā & cunctationē cōficiens manēdi Annibali facultatē præstaret. Ad/debat ad hæc: illi alias ex Libya copias affuturas: vtrin ditionē Italiā redacturo. Postea vero q̄ Fa/bius p̄cessisset in concionē: nec apud tribunū se causam suam defensurum ostēdit: sed inquit: q̄ ce leriter sacrificia & supplicationes transigi oportere: vt ipse in exercitū rediēs a Minutio pœnas exi geret: q; cōtra eius imperiū prælium iniisset: strepitus & reclamatio populi p maxima cōsequuta est: q; in mortis piculum Minutius vocaret. Nā & in vincula coniicere: & in dēnatū morte mulctare dictatori fas erat: & Fabii iram ex multa mansuetudine & clemētia collectam & cōcitatam, grauē & implacabilem opinabātur futuram. Itaq; cæteris metu silentibus: Metellus tribunitia licētia frę tus (Is enī magistratus tantūmodo, constituto dictatore, suam retinet potestatē: reliquis amittē tibus:) frequens apud populum instabat: & ne Minutii salutē proiiceret: p̄cibus orabat: neue cō/mitteret, vt q̄ Manlius Torquat⁹ fecisset in filiū: eadē is tūc a Fabio patereť. vt qui ex hoste lauream & gloriā victoriæ reportasset, securi percuteret. se tyrannidē Fabio auferre curaturum: permissa si bi potestate. Huiusmodi oratione vehemēter p̄moti oēs haud q̄dem Fabium, & si p̄remeret inui/dia ciuiū, ad deponendā dictatoriā dignitatem cogere ausi sunt. Minutiū vero illi socium imperii esse decreuerūt: & in bello administrādo parem dictatori licentiā potestatēq; habere: rē ante id tp̄s Romæ inauditā: sed paulo post accepta Cānensi clade, futura erat. Eo enim tpe Marchus Iunius dictator erat in castris: & ad supplendū senatus numerū, q̄ multis senatoribus in pugna perēptis admodū imminutus erat, aliū dictatorem Fabium Buteonem dixerūt. Verum hic simulatq; dicta turā iniit: delectisq; viris cōpleuit senatum: eodem die dimissis lictoribus, & reliqua comitū pom/pa, admistus vulgo & in negotiis domesticis tractandis occupatus, vt priuatus in foro versabat. Minutio ad'parem imperii portionem designato, opinio erat. Fabiū tumultuatuq; esse: ac vehemē ter miserum futurū: q; in eum haud recte iudicatū fuisse. sed nō suam calamitatem illorum insciti/am existimans, sapientis Diogenis animū induit: qui quodam ad eum dicente: hi te irridēt: At ego ingt minime irrideor: quippe qui eos solū irridendos duceret: qui victi cederent: atq; eiusmo/di rebus animo turbarentur. Ita Fabius eius fortunam temporis, quantum in se fuit, sedato pla cidoq; animo tulit: veram ratus eam philosophoq; sententiā: qui arbitrarent, nec cōtumelia, nec ignominia bonum & probum virum affici posse. Angebat vero eum reip. causa vehementer mul titudinis temeritas: quæ se Minutio cōmisisset: homini ambitione elato: & nō sanis cōsiliis ad bel lum incumbenti. Itaq; veritus ne ille insanus & opinione inflatus, præueniens aliquid mali reip. importaret: clā omnibus vrbe excedens, in castra se contulit: Vbi Minutiū offendit adeo elatū & tumidum: vt ne vlterius quidem vllo mō contineri posset. Cæteq; quum plus æqua sibi parte im/perii arrogaret: hoc minime Fabius concedendum putauit: exercitumq; cū eo partitus est: melius esse ratus illum parti imperare: q̄ præter æquum oīa obtinere. Ac primā & quartā ipse rexq; portio/nem habuit. Secundā vero & tertiam illi tradidit: eodem mō diuisis socioq; copiis. Quū vero glo/riaretur: exultaretq; Minutius: q; summi & maximi imperii columen, eius cā multum de suo splen/dore & dignitate amisisset: admonuit illum Fabius: Non sibi, si saperet cū Fabio: sed cū Annibale esse certamen arbitraretur. Q d si cum collega certare statuisset: cogitandum tū esse: q; victū, & apd ciues contumelioſe tractatū, auctus ipse honoribus ac victor nulla re superasse videret: quū eorū salutem & securitatem contempsisset. Ille vero hæc omnia ironiam: ac dissimulantiā senilē putauit acceptisq; iis copiis quæ sibi sorte obuenerant, priuatim secedēs castra posuit. Annibal haud igna rus harum rerum: insidias tēdebat. Erat tumulus quidam medius inter vtraq; castra: haud sane ad occupandū difficilis: Castris vero in eo positis, munitus sufficienſq; ad omnia. hinc subiecta plani ties propter nuditatē plana & æqua'a longe intuentibus apparebat. Quædam tamen haud ma/gnæ fossæ, & concauitates inerant. Idcirco Annibal quum esset sibi occupandi tumuli oblata fa/

Minutii ſtra ges i Pœ/nos edita.

Metellus tribu. ple. Fabius p̄di tionis accu ſatur.

Minuti⁹ Fa bio æquati ſpio, & bel lo admini ſtrando.

Fabius Bu teo.

diogenis fa cetū & ſapi/dū dictum.

Vir bon⁹ & pbus nulla iniuria affi/ci poteſt.

Minutius parte copia rū accepta: admonitio nes Fabii p uifecit.

cultas, illum occupare neglexerat: sed vt dimicandi opportunitas in eo esset: in medio illum requerat. Vbi aũt aspexit Minutium a Fabio seiunctũ: noctu milites quosdã p ipsas fossas & cauernas dispersit. Deinde quũ primũ illuxit: haud multos palã misit ad capiendũ tumulũ: vt Minutium de loco in certamen detraherent. Nec eũ fefellit spes. Nã ab initio Minutius leuẽ armaturã, nec ita multo post milites eo ire iussit. Ad postremũ quũ intueret Annibalẽ subsidiũ ferre iis: qui tumulũ insidebant: cum omni exercitu, instructis ordinibus procedit: congressusq; e tumulo tela iacientes acri prælio oppugnare cœpit: paria ab illis referens: quousq; Annibal perspicue illũ deceptũ agnouit. & nuda terga eius qui in insidiis locati erãt ostendere, signum dat. Quo cognito: insurgentibus vndiq; suis, & cũ clamore se inferentibus, atq; vltimos, quoscunq; cæ dentibus, turbatio magna ac metus Romanos inuasit. Minutius quũ lustraret oculis: oẽs duces locũ in acie reliquisse: & desperata salute in fugam sese vertisse: oĩ animi sui ferocia cõcidit. Numidæ iã pugna supiores, p planitiem vndiq; discurrentes, dissipatos Romanos trucidant. Quum tãta calamitate Romani laborarent: haud equidem id periculũ Fabiũ latuit. Sed ab initio, vt consentaneũ est, futura prospiciens, instructũ exercitũ in armis habebat: & studiose curabat: ea quæ gerebantur cognoscere: non quidẽ per exploratores: sed ipse e specula, quã pro vallo habebat, omnia contẽplans. Vtq; animaduertit circũuentum vndiq;, ac turbatum exercitum: clamorq; fugiẽtium ad eius aures peruasit: percusso femore, suspiriisq; ac gemitu: omnibus præsentibus: Pro hercules, inquit, citius quidẽ q̃ sperabã, fedrat dius q̃ ipse maturabat, Minutius se ipsum perdidit. Signis deinde repente efferri, & copiis se conse qui iussis: Nũc nunc o milites exclamauit quicunq;. M. Minutiũ memoria tenet, cursum properet Clarus est enim vir: & patriæ studiosus. Q d si nunc dũ properaret hostẽ propellere: ea res minus ex sentẽtia cecidit: alias erit accusandi locus. Itaq; primũ discurrentes Numidas per cãpũ ferociter fundit: fugatq;. Deinde cõtra eos qui a tergo Romanos insectabantur irruens, obuios trucidat. Reliqui priusq̃ clauderentur a Romanis superuenientibus: pauerenturq; ea: quibus illos affecerant: declinantes propere se in fugam dederunt. Annibal intuitus suos fugã, Fabiũq; prospiciens strenue egregieq; inter Pœnos pugnantẽ: desuper aduersus Minutium in tumulo pugnã cohibuit &: recepto tibus. Ferũt Annibalẽ e pugna discedentem, loquentemq; de Fabio: ad suos iocando dixisse. Nõne ego vobis sæpius prædixi: hanc nubẽ, quæ his in montibus sedebat, tẽpestatẽ & pcellã nobis obla turã? Confecto prælio: Fabius omnia hostium cadauera spoliauit, atq; discessit. nec superbius quic q̃ est, aut grauius de collega loquutus. Minutius collecto in vnum exercitu: Cõmilitones inquit, nihil magnis in rebus aberrare maius est: q̃ ab homine effici possit. Vbi vero erratum sit: recte admonentibus obtẽperare boni viri & sapientis est. Ego igitur etsi non nihil fortunæ succẽseam: fateor tñ magnã me illi gratiã debere. Quæ enim tã longo tpe didiceram: ea me, vel parua diei parte edocuit: quum norim me ipsum imperandi aliis peritiam non tenere: sed mihi imperio alterius opus esse: nec cum eis de victoria decertare: a quibus vinci pulcherrimum est. Vobis vero, aliis quidem rebus, princeps dictator est. sed referendæ illi gratiæ principem me futurę profiteor: primumq; omnium ad parẽdum illi, eiusq; imperia obeundum me offero. His habitis, imperat: aquilas attollãt: & se omnes consequantur. Sic cunctos ad Fabium castra perduxit. Ingressusq; prætorium ad tabernaculum contendit: vt oẽs in admirationẽ sui & dubitationẽ cõuerteret. Hic positis in cõspectu signis, Fabium egredientẽ patrẽ suũ magna voce cõpellat. Milites quoq;, patronos milites salutarũt hæc aũt libertos ad manumissores salutatio erat. Facto post silentio: sic Minutius Fabiũ alloquutus est. Duas eodẽ die victorias cõsequutus es. Nam & hostẽ fortitudine: & collegã cõsilio & humanitate vicisti. ac per cãdẽ seruasti nos: per hanc vero nos ab hoste turpiter, a te vero honeste & salutariter victos docuisti. Patrẽ te igitur optimũ appello. Quo enim digniore te noĩe appellẽ non habeo. Maiores nãq; a me tibi, q̃ genitori gratiæ debẽtur: quippe qui ab eo solũ pcreatus sim: abs te vero vna cũ tot hominibus seruatus. Post hæc amplexus Fabium osculatus est. Erat hoc idem facientes milites intueri. Itaq; amplexi inuicẽ iungebant oscula: vt lętitia simul, & lachrymis iocundissimis castra vniuersa complerentur. Exinde Fabius magistratum deposuit: rursusq; consules designati. Quoq; primi eum bellandi morẽ seruauerunt: quem Fabium sequutũ videbãt: vt nunq̃ collatis signis: manus cum Annibale consererent: sociisq; auxilia ferentes: in fide eos, & amicitia retinerent. Cæterum Terentius Varro prouectus ad consulatum, homo genere sane obscuro, sed vita ex oppugnatione populi, & loquẽdi licẽtia, insigni, ostendit statim se imperitia & temeritate de summa rei; aleã esse iacturum. Clamitabat enim in concionibus: bellum protrahi: quoad Fabiis ducibus ciuitas se cõmittat. Cæterum se eodem die & hostes visurum: & ex illis victoriam reportaturum. His atq; hmõi vocibus coegit, conscripsitq; copias: quantas nunq̃ antea in quenq̃ hostẽ Romani conscripserant. Octo enim & octoginta hominum milia ad prælium coacta sunt. Per magnum id Fabio, Romanisq;, qui altius prospiciebant, videbatur. Quippe quos haud latebat: tanta iuuentute amissa, ciuitatem nullum salutis remedium in posterum habiturã. Quapropter Fabius collegam Terentiũ, Paulũ Æmylium, virum bellicis rebus strenuum: sed multitudini inui-

Pugna inter Minutium & Pœnos.

Fabius Minutio superias tulit

Pœni in fugã vertunt: & a Fabio superantur

Annibalis de Fabio dictum.

Minutii a fabio ex hostib⁹ liberati oratio ad milites suos

Minutii ad Fabiũ gratiarũ actio.

Terentius Varro consul.

Octo & octoginta hoĩm milia Terentius

ſum:& a negotiis publicis adhortentē:ex mulcta quadā ad ærarium ei indicta: attollere iacentem atq; excitare aggreſſus eſt. vt inſaniæ collegę occurreret:edocens:illi non cum Annibale magis: q̄ cū Terētio, p patria certamē ineundū fore. Maturare.n. plūs hunc potētiæ hoſtilis signaq; illū ſuæ ibecillitatis cōſciū. Mihi vero Paule inquiens æquius eſt credere:q̄ Terētio, de rebus Annibalis, affirmanti: niſi quis cū eo hoc anno acie decernat: aut illi intereundū eſſe: aut hinc cū exercitu deſcēdendū: quū nunc ēt quū vincere atq; dominari videatur, nemo ex hoſtibus ad eius fidem cōfugerit: ex copiis vero quas ſecum domo eduxerat, ne tertia quidem pars ſuperſit. Ad hæc Paulū reſpōdiſſe ferunt. Mihi vero Fabii, quū meaq; fortunaq; ſtatū cōſidero, ſatius eſſe videt: hoſtium me telis obiicere:q̄ in ciuiū ſuffragia rurſus incidere. Q d ſi reipublicę ea conditio eſt: conabor efficere: vt abs te potius, q̄ a cæteris oībus aduerſantibus bonus conſul fuiſſe iudicet. Hac ſententia cōfirmatus Paulus exiuit ad bellū. At Terētius quū rē ad alternū dicei imperiū reuocaſſet: prima luce, apud Aufidū fluuiū, Cānaſq; e regione hoſtiū poſitis caſtris, ſignū prelii extulit. Eſt āt id ſignū purpurea quędā veſtis militaris: ſupra iperatoris tētoriū extenſa: vt inſperato audacia & multitudine hoīm, ab initio Carthaginenſes ingens formido inuaderet: quū ipſi ne dimidiā eoq; partē numero explerent. Annibal exercitu armari iuſſo ipſe cum paucis in equo, humilē quēdā tumulū conſcendit: ſpeculatuſq; eſt hoſtes iam ad pugnā inſtructis ordinibus pperantes. Quū aūt qdā Giſcon noīe ex iis q aderāt, dixiſſet: admirabilē ſibi hoſtiū numeq; videri contrahēs frontē Annibal: Hoc aliud certe te admirabilius fugit. Rogitante vero Giſcone: qdnā id eēt: q; ex hac inq; tāta vi hoīm nemini Giſconi nomē ſit. Idq; cauillū p̄ter expectationē incidēs, omnibus riſum mouit: ac deſcendētes e tumulo oībus exponebāt: vt inter multos plurimus cōcitaret riſus: nec ii q Annibali aderāt vllo modo ſe recipere riſu poſſent. Quare Carthaginēſes, quū pſpicerent iperatorē in periculo iocari, & rē paruifacere, audaciores facti ſunt. In prælio cōſerendo Annibal aſtutia militari vſus eſt: primo ex loci ſitu: vt terga ad Notū cōuerteret. inſtar.n. fulminis ardentis cū fragore incidens e locis arenoſis & apertis infeſtū attollens puluerē, ſupra Carthaginenſiū agmen in, Romanos agebat: vt turbati frontes auertere cogerentur. Secundo ex ordine exercitus. Nā quū lectos ex oībus copiis robuſtiſſimos & bellaciſſimos ex vtraq; agminis parte locaſſet: ex imbecillioribus cōpleuit mediū: hiſq; veluti roſtro ante aciē proiecto, eſt vſus. Optimis iperatū eſt: vt quū illos Romani repulliſſent: in cedentes q; delati, recedēte medio, ac ſinū cōtrahēte, intra aciē veniſſent: ipſi repente cōuerſi ex lateribus illos adorirentur: ac circunfuſi a tergo includerent. Qua vna re videt magna pars cædis eſſe cōfecta. Nā ſimul ac primū mediū ceſſit: Romanoſq; inſequētes excepit: & acies in lunatū agmen cōmutata eſt: ac lectoq; Cēturiones hos qdē in ſcutū, illos in haſtā conuerti iubētes, in nuda atq; inermia hoſtiū inuaſerunt: oēs q nō præueniendo circuitionē ante euaſerunt, in medio cæſi ſunt. Fertur & equitibus Romanoq; caſus inopinatus huiuſmodi incidiſſe. Saucius.n. vt videtur, Pauli equus illū deturbauit. Tū ex iis q circū aſtabant vnus & alter relicto equo Conſuli opē tulit. Hoc intuentes reliq equites: ratiq oībus cōi iuſſu imperatū eſſe: omnes deſilierunt ex equis: pedeſtriq; certamine cū hoſte ſe implicuerūt. Ea re animaduerſa, Annibal hoc inqt mihi optabilius cecidit: q̄ ſi legatos offendiſſem. Verq; hæc pegrinæ hiſtoriæ ſcriptores literis pdiderunt. Ex cōſulibus Varro cū pauciſſimis aduectus equo, Venuſiū venit. Paulus autē in ſtrage atq; fuga illa, confoſſo plurimis telis corpore vulneri inhærentibus, & animo tāto mœrore æger, ad lapidē quendā cōſedit: parato ad necē iugulo: ex hoſtibus pcuſſorē operiēs. Sed ob vim magnā ſanguinis, quo caput ſimul atq; facies fœdata erat, haud a multis dignoſci poterat: vt amici eū & ſerui multi incognitū prætererirent. Solus āt Cornelius Lentulus adoleſcens nobilis, quū illū eſſet intuitus, cognouiſſetq; deſiluit ex equo: ad eūq; pducens vt vteretur orabat: & ſe ſuis ciuibus duce optimo tū maxime indigētibus reſeruaret. Ille his precibus obſequi recuſauit: adoleſcētēq; coegit: rurſus in equū aſcēdere. Tū iungens dexterā, ac ſimul cōſurgēs: Nuntia inquit o Lentule Fabio Maximo: ac vna teſtis eſto: Paulū Æmylium vſq; ad extremum in eius conſiliis perſtitiſſe: nec ex iis quæ cū eo ſe factuq; cōuenerat, quicq̄ prætergreſſum eſſe: verq; a Varrone primū: poſt ab Annibale ſuperatus eſt. His mandatis Lentulū remiſit. Ipſe quū ſe inter mortuos abiecifſet: deceſſit vita. Ferūt eo prælio Romanoq; quinquaginta milia cecidiſſe: viuoq; quatuor milia capta. Relicti vero ex vtroq; exercitu poſt conflictū haud pauciores decē milibus. Cęterum Annibalē tāta re feliciter geſta: adhortantibus amicis fortunā ducē ſequi: vnaq; cū hoſtibus fugientibus vrbē irrūpere: quinto enim a plio die: in capitolio eſſe cœnaturū: admirando pfecto res eſt: qua ratione ab hac ſententia ſe auerterit. Verq; fortunæ: aut dei cuiuſpiā opera ac impedimento: mora & timor in hac re accidiſſe videatur. Quare Barchā Carthaginēſem ira incenſum: in Annibalē dixiſſe ferunt. Vincere ſcis Annibal. Victoria vti neſcis. Atqui tanta illius victoriam mutatio cōſequuta eſt: vt quū ante plium: nō vrbē: nō foꝝ: nō portum vllū Italiæ habere: difficultateq; atq; inopia rei frumentariæ eius exercitus laboraret, nec ab vllius rei certa ſpe orſus: ſed veluti magnis pdatoriis caſtris: paſſim vagus & errans bellum inferret: Tum vero parum abfuit: quin vniuerſam armis Italiam in deditionē ſui imperii cogeret. Plurimę enim ac maximę nationes ad eūm ſponte confugerunt. Et Capua: quę aliaq; ciuitatum ſplendore & dignitate ma-

Varro in exercitu habuit.

Paulꝰ emylius Varronis collega.

Aufidꝰ fluuius.

Purpurea veſtis militaris ſignū prelii.

Giſcon.

Annibalis aſtutia in p̄lio conſerēdo.

Pugna ad Cannas.

Varro conſul Venuſium fugit.

Paulꝰ emylius pluribus telis cōfoſſus.

Pauli emylii mors.

Cęſa ad Cānas Romanoq; quinquaginta milia.

Barcha qd Annibali dixerit.

Capua deditionē Annibali fecit.

xima post Romam habebatur, ea se dedente, potitus est. Nec erat modo ea tẽpestate experiri amicos non paruũ malũ: vt Euripides inqt: verũ sapientiũ quoq; ducũ piculũ facere. Quæ. n. Fabii: an pugnã: ignauia atq; fecordia appellata est: post plium statũ, nõ humana ratio, sed diuina q̃dã mens ac felicitas fuisse videbatur: tanto interuallo futura pspexisse: q̃ vix ea ppessis forẽt credibilia. Qua re extẽplo Roma in eũ oẽs spes reliquas cõtulit: & ad eius viri cõsilium nõ aliter, q̃ ad tẽplũ, & ara sanctissimã se recepit. Idq; sibi prima ac potissima manẽdi cã fuit: nec ab eius prudẽtia discedẽdi: vt in Celticis cladib⁹. Qui. n. illis tpibus in qbus nullũ videbaẽ piculũ ipẽdere ciuitati, timidus diffidensq; est habitus: tũ quũ oẽs in luctus imẽsos & inutiles mœrores se coniecissent, solus oium gradiebaẽ p vrbẽ: miti incessu, serena frõte, hũane salutãdo. Muliebribusq; sublatis fletibus, phibitisq; cõuẽtibus ad publicũ luctũ exeuntium: suasit senatum cogi: & magistratus spe optima cõfirmauit Ipse robur, & potẽtia ciuitatis erat. In eũ oẽs opes iperii spectabãt. Portis ppositis q vulgum erũpẽ tẽ vrbẽq; deserẽrẽ phiberet. Fleruit locum & tps definiuit: p domos ad triginta dies flere volẽti fas esse statuẽs. post hĩ fletus ois soluẽdus erat: atq; iis oibus ciuitas expurgãda. Instantibus vero eo tpe Cerealibus: visum est satius esse: sacrificia & põpã oẽm omittere: q̃ magnitudinẽ cladis, paucitate hoim, mœstitiaq; oĩdere. Deos. n. fortunato⁹ honoribus lætari. Quæ vero ad placationes deo⁹ & ad tetra pdigia auertẽda vates fieri mãdauit, cõsecta sunt. Nã Pictor Fabii necessarius ad captãda oracula in Delphos est missus. Ex vestalibus virginibus duę in stupro deprhensę sunt: quaꝝ alterã, vtmos erat, viuã humi defoderunt Altera, nemine cogẽte, diẽ obiit. Maxime vero tum mansuetudo & clemẽtia ciuitatis apparuit: quũ Varroni ex fuga redeunti, humili habitu & lugubri: vt consentaneũ ẽ hoiem re turpissime & infelicissime gesta redire: Senat⁹ & plebs ois salutabunda ad portas obuiã prodiit: Optimatesq;, ac senatus principes, inter quos erat Fabius, indicto silẽtio Varronẽ collaudarunt: q; post tã acerbã cladẽ haud ad desperationẽ retinendæ libertatis conuersus esset: sed adesset adhuc: aĩo in republica vt princeps eã regeret: vt legibus, vt ciuibus vteretur: aquo salutẽ recepturi essent. Postea vero q̃ Romani acceperũt Annibalẽ parta victoria ad reliquã subiugandã Italiã esse conuersum: in spẽ bonã erectis aĩs, duces & exercitus emiserunt. Hoꝝ clarissimi Fabius Maximus, & Claudius Marcellus fuere: cõtraria in repu. sentientes: sed pari gloria & nomine. Hic enim, vt in eius vita demonstratũ est, vir robore & magnitudine animi inuictus: ac terribilis: quippe qui & manu strenuus foret: ac natura eiusmodi præditus: quales Homerus bellicosos, atq; magno animo hoes appellat: impetu & audacia. Qui aduersus Annibalẽ vix intrepidum, pari cõtra vultus audacia frætus, prima belli certamina excitauit. Fabius aũt prioribus consiliis perstabat: ratus: nemine cum Annibale plium ineunte, neq; irritante, ipsummet tibi detrimento fore suasq; vires bellando attritum ac debilitatũ iri: vt athletici corporis roboreꝫ laboriosi nimis celeriter amisso vigore. Idcirco Possidonius hunc ait scutum, illum vero ensem a Romanis nuncupatũ esse. Tolerantiã. n. Fabii, ac tute pugnãdi morẽ, audacię & pröptitudini Marcelli admistũ, ferunt Romanis salutarẽ fuisse. Verũ Annibal huic qdẽ torrẽti rapido & impetuoso sepe occurrẽs, repressit eius vires: & disiecit. Ab hoc aũt sensim fluente & sine strepitu se assidue inferente pter spem latenter oppressus cõsumptusq;: & in eiusmodi difficultatẽ cõiectus est: vt Marcellũ pugnantẽ fatigaret: Fabiũ prelio abstinentẽ ptimesceret. Plurimũ. n. pis cũ his bello decertauit: aut pfectis bello imperatoribus, aut pconsulibus, Cõsulibus ve creatis. Nã quinqes vterq; cõsulatũ gessit. Marcellũ vero quin tũ cõsulẽ insidiis circunuentũ oppressit. In Fabiũ quũ ois dolos, atq; insidias sæpius esset expertus: frustra oĩa egit: pter q̃ semel: quũ paululum abfuit, quin eum punica arte itercepisset. Cõpositis. n. epistolis, q̃ ex Metapõti principibus & primoribus allatę apparebãt, eas trãsmisit ad Fabium. In iis erat scriptũ: ciuitatẽ si ille adesset, deditionẽ facturã: eius cõsilii cõscius & cõiuratis illum tñ aduentare atq; prope adesse expectantibus. His literis Fabius permotus: accepta copiaꝝ parte: eo profecturus erat: sed deterritus sinistris auibus: cõsilium imutauit. Nec ita multo post cõpertum ẽ cas literas ab Annibale dolo ad Fabium pscriptas: ab eodẽq; illi insidias secus vrbẽ esse locatas. Verũ ab hac fraude Fabium fuisse seruatum deoꝝ beniuolẽtia qdã arbitrant. Defectiões ãt ciuitatum: ac socioꝝ mor⁹ existimabat Fabius gere clemẽterq; cõgressibus & colloqis sedãdo sac sopiẽdos: nec oẽm suspitionẽ psequẽdã: suspectis penitus exhulceratis. Quum aĩaduertisset militẽ quẽdã Marsum fortitudine & gñe iter socios primarium: defectiõis accusari a qbusdã q erãt i castris: nullã in eum fecit aĩaduersionẽ. Sed cõfessus ẽ illum illiberaliter: & pter dignitatẽ eẽ tractatum. ac primum se ingt duces vehemẽter accusare: q ad gratiã nõ p meritis: honores ipertiant. Secundo illum: q nec verba fecerit: nec se adierit: siq; re indigeret. His habitis bellico eum equo donauit: aliisq; militaribus pmiis ornauit. Itaq; ex eo tpe hoiem sp fidelissimum: pröptissimumq; habuit. Absurdum ei ducebat: si eq & canes venatici pp hoim curã atq; familiaritatẽ victumq; portiuq; verberib⁹ aut catenis: difficultatẽ & acerbitatẽ feritatẽq; deponerẽt: Imperãtes vero hoib⁹: nõ gra & mãsuetudine: rebelles eoꝝ aĩos sibi cõciliarent: sed aspiores se i eos violentioresq; pstarent: q̃ i caprificos: malosq; syluestres & oleastros appias agricolę soleãt: q hos in oleas illas in malos: alias in fic⁹ colendo molliẽdoq; paulatim trãsferunt. Alter Lucanus genere per manipularios delatus est: q̃ a castris noctu discederet

Fabius Pictor. Varroni ex fuga redeunti: obuiã roma. exiuerẽt: ac eum laudauerunt.

Marcelli laudes.

Fabius Romanorum scutum. Marcellus Romanoꝝ ensis.

Fabii clemẽtia.

& ordinē sæpius deseruisset. Tum Fabius rogauit: Quē virum illū aliis rebus esse pspiceret. Affirmantibus cunctis: haud facile parēi illi militē inueniri posse: ac simul præclara quędā eius facinora in mediū referētibus: eius errati causam scrutatus diligētius, inuenit puellę amore captū hoiem lōgum ac piculosum iter a castris digressum vbiq; suscipere. Missis igit quibusdā illo iprudēte, cōprehensam mulierculā in tabernaculo occultauit. Tum Lucanū ad se vocatū, priuati ac benigne est alloquutus. Neq; latuisti ingens: quū præter patrios mores ac leges extra castra sæpius pnoctares. Neq; ante quū strenuus eras latere potuisti. Delicta igit tibi ob ea que fortiter gesseras, remittātur. Post hac aūt alteri cōmitā custodiā. Admirāte vero milite, pductā i mediū mulierē illi tradidit: hęc inter cedit ingens: te nobiscū in castris esse māsuę. Tuq; hoc ipse opa ostēdes: nisi iam alia turpior exeundi causa suberat: quā simulato puellæ amore, tegere atq; occultare velles. Hęc igit de hoc gerere memorātur. Tarētinoq; aūt ciuitatē pproditionē antea ab Annibale captā, hoc modo recuperauit. Erat in eius castris Tarētinus qdā adolescens: Tarēti sororē habebat summa erga se fide & obseruātia. Hanc diligebat vir Brutius vnus ex iis q relicti ab Annibale ciuitati pesidebāt. Hoc Tarentino cōficiendę rei spem attulit. Cōmunicataq; re cū Fabio, simulataq; ad sororē fuga, ciuitatē ingressus eæ. Primis diebus mulierē Brutius nō adiit existimāte illa, hæc oia fratrē latere. Paulo post si eā adolescēs frater alloquit: Vehemēs rumor p uasit in castra: te cū vno ex pricipibus cōgredi. Qui snā is est? Si. n. vir est insigni virtute & pbitate: vt aiūt: bellū oia pmiscēs paruifacit genus. Turpe aūt nihil: qd vi ac necessitate fiat: vex felicitas quædā iudicāda est: quo tpe parū vis valeat, vi inferēte q̄ humānissimo vti. Ex hoc Brutiū mulier accersiit: eiq; fratrē cognitū fecit. Qui quū approbator videret eius amoris esse: beniuolētioręq; & obsequētioręq; barbaro sororē pberet: eū sibi magis infidē cōfirmauit. Quare iniecta illi spe maxima pmioq; quā Fabius ostenderat: militis amātis aīum leuiter imutauit. Hęc a plurimis scriptoribus tradūtur. Quidā vero Mulierē a Brutio amatā ferūt: nō Tarētinā, sed Brutiā genere: Fabiiq; amicā fuisse: quæ vt accepit, suū ciuē & notū Brutiorū ducē esse: rē ad Fabiū detulerit. Inde habito cū eo colloqo, suasiōibus eduxerit hoiem atq; oppsserit. Dum hæc aguntur: Fabius ad fraudē versus: qua amouere longius Annibalē posset: militibus q Rhegii erāt per literas mādat: Brutiū agrū excursionibus vastēt: Cauloniūq; euertāt. Octo milia militū ii erant: tranfugæ plurimi ex iis q in Sicilia ignominiose a Marcello habiti erāt: neqssimi hoies: quos ciuitas sine detrimēto & facile amitteret. Sperabat em, id qđ accidit, iis p dolū Annibali pditis, a Tarento, illū se auersurū. Statim enī Annibal persequuturus eo cū exercitu discurrit. Septimo aūt die: ex quo Fabius Tarentinos obsederat: habito cū Brutio ante colloqo: cum sorore adolescēs ad eum in castra se cōtulit: edoctus diligēter locū: qua psidens Brutius inuadēres immissurus erat. Haud tū Fabii in re cōficienda simplex cōsilium fuit. Sed ipse ad eā partem vrbis, pfectus, silentio subsedit: reliquus autē exercit? adortus terra mariq; magno clamore tumultu oppugnare vrbē cœpit: quoad illuc concursu Tarentinorū facto: ad repugnādū iis qui mœnibus imminebāt: Brutius signū Fabio dedit: inuadende vrbis opportunitatē adesse. Ille admotis scalis, murum cōscendens: vrbe potitur. Hic videtur Fabius ambitioni nimiū cōcessisse. Nā primos oium iugulari Brutios iussit: ne appareret: eū pditione vrbē cepisse. Quē tū falsum habuit opinio, pidię. n. & crudelitatis infamiā subiit. Interierūt & plurimi Tarētinoq;. Triginta milia venūdati sunt. Direptaq; ab exercitu vrbe, tria milia talētoq; relata in ęrariū. Vexatis igit, direptisq; aliis, dicit scriba a Fabio cōtēdisse. Quidnā de diis fieri iuberet: imaginib? & statuis videlicet ita nūcupatis. Ad ea Fabius respōdisse. Relinq̄mus Tarētinis infestos deos. Attamen Herculis simulacrū Tarēto asportatū i capitolio statuit: ac iuxta ęreā sui eq̄strē statuā. Permultūq; i hoc visus est a Marcello eē supatus: & magis illū vię māsuetudine & humanitate admirabilē reddidit: vt in eius vita scripsimus. Annibal vero fert in ea psequutiōe, qdraginta tm ab vrbe stadiis aberrasse: dixisseq; palā oibus. Erat certe alter Romanis Annibal, Tarētinoq; vrbē, vt eepamus, amisimus. Ad amicos aūt priuati. Tū primū dicere sibi in mentē venisse: vt iam pridē pspexisset: difficile ipsis essenūc autē impossibile pśentibus copiis Italia potiri. Hic secūdus Fabii triūphus: fuit multo clarior priore, atq; illustrior. Qui vt bonus athleta, cū Annibale reperito certamine facile eius oia & cōsilia: & facta puertit. Nā pars exercitus luxuria ac delitiis resoluta erat: pars assiduis pliis veluti defessa & fatigata fuit. Marcus qdā Lucius Tarētū obtinebat: quo tpe ad Annibalē defecit. Qui amissa vrbe arcē retinuit: quoad Romāi eā recepertūt. Hic Fabii gl'ia vehemēter angebat. Et semel ipulsus inuidia, atq; ambitione in senatu dixisse dicit: Nō Fabiū, sed se, recipiēdi Tarēti cām extitisse. Tū ridēs Fabius: Vera inqt mehercle narras. Nā nisi tu amisisses, ego nūq̄ recepissem: Romāi vero quū aliis honorib? Fabiū affecerūt: tū Fabii filiū cōsulē designarūt. Quūq; is magistratū iniisset: & quędā ad bellū disponeret: pr̄ siue ęratis vitio, siue alia quadā vi morbi, siue ꝙ filiū rētare vellet, iussit? equo, pmedia circūstātiū turbā incedebat. Quē quū vidisset iuuenis: nō tulit: missoq; ad eū lictore, patrē descēdere ex equo iussit: ac pedibus accedere: sigra magistratu petiturus esset. Quod iperiū cęteri indigne tulerūt: & i Fabiū oēs oculos aīumq; cōuerterāt: quē putabāt priori gloria indigna pati. Ipse autem repente ex equo desiliēs, equo citius ad filium pperat. Eumq; complexus,

Tarentum vrbs quō a Fabio fuerit recuperata.

turpe nihil qđ vi & necessitate fiat.

Tarenti ea ptiuitas. Fabius ambitioni nimiū cōcessisse videt. Trigīta milia Tarentinorum vænundata.

Marcus Lucius.

Fabii filius consul. Fabiū filius cōsul ad se incedērem equo descēdere iussit.

& gratulans: Recte inq̃t filii & sentis, & agis Nec latuit te q̃bus imperares: & quãtã imperii molẽ
Fabii proauus vir iclytus. fusc. pisse. Sic & nos, & maiores nostri Romanã ciuitatẽ exauximus: patriæ gloriã semp parẽtibus ac liberis pferentes. Et re: quidẽ vera ferẽ Fabii proauus maxima apud Romanos gloria atq; potẽtia fuisse. Quinges enim cõsulẽ esse creatũ: triũphosq; clarissimos ex infestissimis hostibus reportasse: ac filio cõsulatum gerẽti legatũ fuisse ad bellum administrãdum. Et in Triũpho, quũ filius triumpho curru esset inuectus, Hũc equo insidẽtem gratulabũdũ cum alia turba cõsequutũ esse: q̃ eũ filiũ paterno iure haberet ſubditum. Alioq; vero ciuiũ maximus & esset: & diceret: legibus se & consule demissiorem gereret. Veq; ille vir: nõ his solũ admirabilis fuit. Nã quũ filiũ amisisset: vt vir sapiẽs, & humanus parẽs, casum suũ æquissime tulit. Laudationẽ vero, quod munus in funeribus ꝓpinq̃ obeũt, ipse in foro cõstitutus, ꝓ filio dixit: quã postea scriptã dedit. Sed posteaq̃ Cornelius Scipio
Cornelius Scipio. liberia missus Cartaginẽses multis prælijs ſuperatos e ꝓpuncia eiecit: gẽtibus aũt permultis ac maximis ciuitatibus ad imperiũ Romanoq; adiũctis, præclarissimis rebus gestis ciuitatẽ ornauit: beniuolentia & gloriã, quãtã nemo vnq̃ alter, assequutus est. Consul deinde factus: quũ ꝓspiceret: populũ sese ad Annibalẽ oppugnãdũ expetere: atq; efflagitare: ibi cum Annibale manus cõserere
Fabiꝰ Scipiõnẽ carthaginẽ mitti nõ cẽsebat. priscum nimiũ & vetustũ ducẽs: excogitauit nauibus Carthaginẽ petere: & libycã regionẽ armis & exercitibus populari. Ad idq; populũ ꝓ virili ſua excitare atq; impellere nitebaꝫ. Hic Fabius oĩ ratione metũ incutiẽs ciuitati: vt quæ ab impito adolescẽte & ĩprouido, in maximũ piculũ, & vltimum discriminẽ vocaret: Senatui ne fieret ꝓsuasir. Populo aũt visus est: ob inuidiã, Scipionis gloriæ obtrectare: veritus ne ſi ille magna aliq̃ re & ꝑclara gesta, bellũ id ſustulisset oĩno: aut ex Italia eiecisset: ires ipe & ignauus videret: q̃ ram diu bellũ traxisset. Ab initio tñ extimatus est: q̃ maxime
Craſſꝰ Scipiõis collega Fabiꝰ variis mediis ne Scipio Carthaginem mitteretur obſiſtit. securitati ꝓspiceret, magnũq; periculũ formidaret, ad repugnãdũ accedere. Intendere vero magis ac longius ꝓuehi: ambitiõe quadã & ꝓnatia adductus: vt Scipionis cursum ad gloriã impediret. Siq̃dem Craſſo Scipionis collegæ ꝓsuasit: vt obuiam iret: nec ꝓmitteret: vt Scipioni imperiũ mãdaret: neq; de dignitate illi cederet. Sed ipse, ſi videret, cũ exercitu Carthaginẽ nauigaret. Vt vero nõ ꝓmiſſit ei pecunias ad bellũ dari: Scipio coactus ipse belli impẽſam ſuſcipere, ex Hetruriæ ciuitatibus, q̃buſcũ ſibi priuatĩ amicitia erat, coegit pecunias. Creſſum aũt hoĩem minime cõtẽtioſũ, sed mitem & mãſuetum: & q; pontifex maximus foret, tum natura ipſa, tum quædã diuina lex facile domi cõtinuit. Quare rurſus obſiſtere Scipioni alia ratione aggreſſus Fabius, iuuentutem cũ eo ad bellum exeũtem ꝓhibuit: ac remoratus est: in ſenatu, & in cõcionibus clamitans: Scipionẽ nõ modo Annibalẽ fugere: ſed quæ ſupererant ex bello copias ex Italia quoq; abducere: blandiẽdoq; iuuentutẽ inani ſpe ducere: eiq; ſuadere: parẽtes, cõiuges, ciuitatẽ relĩquere: hoſte inuicto ipſis portis aſſidue imminẽti. Quibus perterriti Romani: eas ſolum legiones, quę in Sicilia erãt, Scipioni ad bellum decreuerũt. Quadringẽtos præterea ex iis: qui ſub eo in Hiſpania meruerãt: quibus fidis vtebatur. Hæc igitur Fabius ex ſua natura & cõſuetudine in repu. ſentire videbatur. Sed posteaq̃ Scipio traiecit in Lybiã: & facta ĩtatim eius admiranda, & res gestę maximę atq; pulcherrimæ Romã nuntiatę ſunt: & quæ famæ teſtimonio forent, ſpolia multa conſequuta ſunt: Rex vero Numidarũ captiuus: & duorũ caſtrorũ eodem tẽpore incẽdia: interemptioq; multorũ: quum hominũ & equorũ, tum etiã armorũ: quę in illis apparata erant: tũ Annibal plegatos a Carthaginẽſibus reuocatus est: iubẽtibus ſpes illas impfectas dimittere: & patriç auxiliũ ferre. Ad hęc Scipio quũ ob eos ſucceſſus oĩbus verſaretur in ore: cẽſuit Fabius: Scipioni ſucceſſorem esse mittendum. In quo quum cauſam aliam probabilem nõ haberet: vulgatum illud vſurpabat. Periculoſum esse: ſpem tanti imperii vnius hominis fortunę cõmittere: difficile aũt esse: cũdem ſemper ſecunda vti fortuna. Sic ad poſtremũ, in offenſionẽ multitudinis incurrit: vt homo præpoſterus, ac peruerſus: aut affecta iam ætate timidus: & ſpe bona deſtitutus: ac prẽter modũ Annibalẽ perhorreſcens. Neq; enim eo cum copiis ex Italia diſcedente, etſi cõfirmatis ciuium animis, tempus quietum atq; indubitatũ reliquit. Sed tum maxime inquit ciuitatis ſtatum laborare: & in vltimũ diſcrimen esse adductum. Grauiorem nanq; in Libya pro ipſa Carthagine Annibalem ipſis futurum: exercitumq; Scipioni occurſurum: multorum: adhuc ſanguine imperatorum, dictatorũ: ac Conſulum madentẽ. Quare ciuitas his rurſus vocibus maxime perturbata est: vt bello in Lybyam ſecedente: belli metus Romæ propior factus putaretur. Verum Scipio haud multo poſt tempore: quum prælio fuſo Annibale Carthaginis occidẽtis animos & audaciam fregiſſet: deiciſſetq; maius ſpe omniũ ciuibus gaudium attullit ac vere imperiũ Romanorum magno ſalo & fluctibus agitatum: in priſtinum ſtatũ & dignitatẽ vindicauit. Sed Fabius haud quidem vſq; ad
Fabius ĩ offẽſionẽ mĩ titudinis ĩ currit. belli exitum vita ſupfuit: neq; audiuit ſuperatũ Annibalẽ: neq; patriã magnis & certis ſucceſſibus illuſtratam aſpexit. Quo enim tẽpore Annibal ex Italia ſoluit: morbo correptus diſceſſit e vita. Epaminondã igitur Thebani: ob inopiã: publico honore funeris ꝓsequuti ſunt. Nihil enim eius mortui domi: prẽterq; verũ ferrum: inuentum ferũt. Fabio vero haud est publicum funus a Romanis exhibitum. Sed priuatim ſingulis ad ſepulturã cõferẽtibus: nõ vt inopię subuenirent: ſed veluti populi parentẽ ſepultura ornarẽt: cõgruentẽ vitę honorẽ in mortẽ: & gloriã cõſecutus est.
Fabii mors Epaminondas publico funeris honore ſepultus.
Fabius priuato Rõano; honoꝝ funeris elatus.

¶ PERICLIS FABIIQVE COMPARATIO.



ALIA Igitur de horum viroꝝ vitis & moribus ex historiarum monumentis accepimus. Sed quũ multa vterq; & p̃clara, & ciuilis, & belli cæ disciplinę exempla reliquerit: Age ex bellicis rebus, illud primum sumamus: q; Pericles populum fortunatissimum, ac sua ætate maximũ, ac maxime potẽtia opibusq; florentem nactus: cõi fortuna, & viribus ciuitatis: iure securus & felix, per omnem vitam fuisse videtur. At Fabius perditissimis tpibus & alienissimis ciuitatẽ capessens, non in bonis seruauit incolumen: sed ex malis eripiens, in optimũ statum restituit. Pericli Cimonis victorię & Myronidis, Leocratisq; trophæa, ad hæc Tolmidis successus plurimi ac maximi, dum reipublicæ p̃fuit imperator, ciuitatẽ celebritatibus & conuentibus publicis ornãdam magis q̃ recipiendam bello & seruandã tradiderunt. Fabius autẽ: quum fugæ p multę, & clades: multoq; etiam interitus, iugulationesq; Ducũ atq; Imperatorũ: ad hęc paludes cãpiq; & salrus exercituũ cadaueribus refertı: flumina p̃terea vsq; ad mare, cæde & sanguine exundantia: sibi ante oculos versarentur atq; his suo tpe illatis a viuo adhuc hoste & incolumi: cõtemptus oĩbus: ad subleuandam ciuitatem se conferens, haud funditus euerti siuit. Atqui videbitur fortasse haud ita difficile esse: ciuitatẽ multis afflictam cladibus attollere iacentem: & quæ ob necessitatẽ p̃sertim consilio prudentis ducis obtemperet: vt populi secundis rebus elati, si bi q; p̃sidentis, quasi frenis quibusdam petulantiam & audaciam cohibere. Quod videtur Pericli de Athenięnsibus cõtigisse. Sed quæ Romanis inciderunt plurima & maxima mala: magno & inuicto aĩo hominẽ ostẽderunt: qui neq; turbaretur his omnibus: neq; a priori mente consilioq; desciscret. At Samo q̃dẽ a Pericle captæ: Tarenti receptionem licet opponere. Eubœæ vero Cãpaniæ ciuitates. Ipsum postea Tarentum Furius & Appius consules obtinuerunt. Ex apparatu vero pugna non videtur Fabius conflixisse: p̃terq; ea: ex qua primum triũphauit. Pericles vero ex terrestribus maritimisq; pliis, nouies ex hostibus Trophęum statuit. Nulla tamen Periclis res gesta memoratur tanta: quanta ẽ a Fabio gesta: quum ex Annibalis insidiis seruato Minutio Romanorum exercitum seruauit incolumen. Opus enim magnum: & quum fortitudinis, tum prudentiæ humanitatisq; fuit. Rursus Pericli non veluti Fabio, aliqua belli offensio contigit: quum per boues ab Annibale asturia supe ratus est: qui casu & fortuitu in angustiis clausum deph̃endit hostem: noctu latentem neglexit: & luce vim inferentem, & p̃uenientem futurum concertatoremq; superantem. Quod si non præsentia solum inspicere decet: sed etiam ex futuris optimum Ducem coniicere: bellum profecto: quem Pericles p̃uiderat: prædixeratq; Athenienſibus, exitum habuisset, Illi enim plurimis intenti: cupiditate suas opes amiserunt. At Romani contra Fabii sententiam, Scipione Carthaginem misso, omnium rerum potiti sunt: non fortuna quidem: sed sapientia & fortitudine imperatoris: qui hostem fudit. Vt huic quidem sapientis consilii patriæ clades testimonio sint: illum male omnino sensisse successus ipsi arguere videantur: eodemq; errore: p̃ter spem, detrimẽtum cepisse: desperatione rerum abiecta opportunitate vincendi. Sola enim vt videtur inexperientia gignit audaciã: eademq; fidutiam aufert. Atq; hæc de bellicis rebus satis dixisse sit. Quod autem ad rempub. spectat. Pericli bellum vitio maxime datur. Dicitur enim ab eo conflatum: & profectum esse: contentione quadam: ne lacedæmoniis cedere videretur. Existimo enim neq; Fabium ipsum vlla cõcessisse Carthaginensibus: sed magno & generoso animo, pro imperatoris munere, periculum susc̃episse. Verum Fabii in Minutium mansuetudo & clemẽtia, Periclis cũ Cimone & Thucydide dissensionem arguit. Qui viri optimi quum essent: & optimatum apprime studiosi: pulsi ab eo & in exilium coniecti sunt. Sed Pericli potentia maior: maiusq; imperium fuit: quibus alios prohibuit duces detrimenti aliquid re male consulta ciuitati inuehere. Tolmides tantum eum effugiens, ac violenter vrgens, Bœrico bello offendit. Cæteri autem illi se dederunt: opumq; illius magnitudine, se ad eius sententiam accommodarunt. At Fabius quum ipse per se esset ab omni errato & offensione remotus. potentia in prohibendis cæteris inferior fuisse videtur. Non enim tot cladibus perfuncti eẽnt Romani: si quantum Athenis Pericles, tantum Romæ valuisset Fabius. Iam vero in pecuniis magnificentiam, hic nihil diuitibus, Ille multa inopibus largiendo, permaximam ostẽdit: quum priuatis copiis captiuos redemisset. Nec Fabio quidem ampla res erat: sed sex tantum talenta. Pericles autem haud facile fortasse qui diceret: quantis opibus quum ex sociis & regibus iuuari locuplet atq; liceret, a largitionibus se inuictum & incorruptum seruauit. Iam vero cum Periclis operum magnitudine, ac templorum ædificiorumq; apparatib⁹ quibus Athenas Pericles ornauit, ne omnia quidem, quæ ante Imperatores Romæ erant decora & ornamenta conferenda sunt: sed p̃stantem aliquã excellentiam aceximiam, horum munificentia ac magnificentia habere visa est.

Inexpiẽtia gignit audaciam.

Fabio res erat sex tantum. Talentoꝝ

¶ PELOPIDÆ VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER ANTONIVM BECARIAM VERSA.



Ato senior quibusdam strenuum hominē audacēq; laudātibus: plurimū differre inquit in rebus bellicis: virtutem dignam existimare: & non multifaciendam vitam putare. Et recte quidem. Nā quum apud Antigonū egregie quidā militaret: habitudine tamen corporis haud prospera: interrogatus a rege: quænam esset pallorisin eo causa: quandam ægritudinem incognitam respōdit. Post q̄ autem virtuti affectus rex, ac magnificentia quadam motus, imperauit medicis: vt siqua essent ad salutem remedia, illum curarent: ac bonæ valitudini restitutus est: non eo amplius ardore atq; impetu periculis sese certando obiiciebat. Quapropter admiratus Antigonus eam animi mutationem: non poterat non accusare. Cui ille: Tu meo Rex inquit, sic profecto inaudacem reddidisti: quum me ex eis malis liberaueris: quibus viuere paruifaciebam. Ideo & vir quidam Sybaritanus eadem Spartanis videtur obiecisse: inquiens. Non multum laudi esse Lacedæmoniis: si inter hostes eo pacto interficerentur: ob duros eorum labores: ac viuendi disciplinam & asperitatem. Sed Sybaritani quum pro virtute ac gloria, omnibus delitiis ac mollitiei dediti essent: haud iniuria videbantur vitam despicere, & mortem minime timere. Lacedæmonii.n.& viuendū libent: & moriendum: sed vtrunq; cum virtute: censebant: vt in hoc epigrāmate constat. Ipsi.s.mortē obiere: non ꝓpterea ꝙ viuere aut mori bonū existimarent: sed hoc vtrūq; ꝓspiciendū putantes. Non enim mortis fuga dānanda ē: si sit futura vita virtutis ac honestatis studiosa. Neq; vlla mortis cōstātia laudāda: si ex contēptu vitæ ꝓficiscat. Vñ Homerus semp audacissimos ac pugnacissimos viros, optimeq; armatos educit ad pugnā. Grecorum vero leges, non qui ensem, aut lanceam, sed qui clypeum amittebant, mulcta damnabāt: docentes oportere militem non prius malo affici: q̄ afficere hostes curare. Et hoc potissimum principiis ciuitatis aut exercitus officium est. Si enī vt Epicrates inquit, pedites quidem manibus similes sunt: eqtes vero pedibus: ipsaq; acies pectori & thoraci: capiti autem imperator: non existimandū est: siquis se temere periculis obiecerit: seipsum solum negligere sed etiā ea oīa: in quibus omniū salus constituta est. Vnde Callicratidas vir, etsi cætera egregius, non tñ sapienter Auguri respōdisse visus est. Nam quum iuberet: vt a se a morte tueretur: quam sacra oīa ei portenderent: Non in vnius inqt morte Spartę salutē positam esse. Nam qua pugnaret. Callicratidas: vnus erat: nec nō cū nauigaret militaretq;. Sed profecto Dux oīum quū eēt oēmq; totius exercitus potētiā suscepisset neq; vnus, neq; solus erat. Sed melius Antigon⁹ senex: quū apud Andrū nauali ꝑlio dimicatur⁹ eēt cuidā dicēti: lōge plures esse hostiū naues: At me ipsum rñdit ad quot eoꝝ obiicies? Magnifaciēs ꝓfecto, vt dicebat, imperii dignitatem: si cum experientia & virtute locata sit. Cuius præcipuum illud est: seruare eum: quo seruato: cætera conseruantur. Itaq; pulchre Timotheus. Chares enim quum nonnullas in corpore cicatrices. Atheniensibus ostentaret: ac clypeum ipsum lancea cōfossum. Ego vero inquit, vehementi pudore affectus sum: ꝙ quum obsiderem Samū: prope me conciderit telum: quasi me ipso iuueniliter magis vterer: q̄ deceret imperatorem aut Ducem tanti exercitus. Vbi enim periculum Imperatoris communem omnibus afferret calamitatem: ibi & manu & corpore, ꝓ viribus certandum est. Illi quoq; recte valeant: qui dicunt: oportere optimum Imperatorem maxime quidem senectute: aut certe senescentem mori. Nam quum aliqua adepta sit rerum gestarum gloria: & ipse semel errarit: quicquid in anteacta vita laudis consequutum sit: eo facile errore cōprimit. Nullus accusabit militis facinus: si imperatoris errore fuerit patratum. Quū igitur Pelopidæ ac Marcelli vitam scribere instituissem: haud alienū eē, vt ea ꝑdicerē existimaui. Hi enī maximi qdem ac pugnacissimi viri: pro se quisq; eorum patriam impatoria laude extol-

Callicratidas.

lentes, ambo temere conciderunt. Aduersumq; grauissimos hostes vterq; bellum gerens: alter qui dem annibalem antea inuictum primus, vt aiunt, in fugam vertit. Hic vero Lacedæmonios mari & terra superantes vniuersa, acie deuicit. Ambo seipsos temere periculis obiicientes vitam amiserunt: & potissimum eo in tempore: quo maxime eorum vita optatissima fuit. Propterea nos q eam mo; similitudinem seqmur: eo; vitas memoriæ cõmendabimus. Pelopidas igit Hippocli filius: spectatissimo gñe natus: vt in Epaminonda scripsimus: tũ sanguinis dignitate, tũ ẽt maxima; re; tũ copia, inter Thebanos maxime pollebat. Quũq; adhuc adolescens esset: empta splendidissima domo: petentibus quibusq;, & potissimum q mereri videbantur, opitulari cœpit: vt vere suarum rerum dominus videretur. Alioqui tñ minime seruilis. Nã qdã sunt vt inquit Aristoteles, q ob eo; cupiditatem, ac animi illiberalitatem, minime diuitiis vtuntur. Quũ habeant: sp sibi student: ac seruiunt. Quo; hi quidem voluptatibus dediti, illi vero otio & desidiæ, vitã degunt. Itaq; quũ plurimi essent: qui Pelopidæ gña & benignitate cõmoti, eius liberalitate ac munificentia facile vterent: solo examicis Epaminondæ nunq̃ vt acciperet qcq̃ potuit persuadere. Cuius cõtinentiæ in eo ipse par erat: q & vestium tenuitate, & cibi moderatione æque gñabatur. Haud quaq̃ tñ ad labores pi/ges: neq; ad militiã segnis: quemadmodũ Euripidis Capaneus: cuius qdem res amplissimæ erãt: nõ tñ ob eã rem copiã insolens aut mollis: quinimmo fœdus ac turpis: si videretur pluribus vti ad cor poris cultum q̃ iis inter Thebanos minora possiderent. Epaminõdas igit etsi ex cõsuetudine & ex patria hæreditate, haud locuples esset: lõge tñ modestiorem illum reddebat philosophia. Quod q/dem viuendi genus vsq; ad ineunte ætate sibi delegerat. Sed Pelopidæ qdem clarissima vxor et ge niti ẽt liberi. Ex quo nihil minus, etsi ad vsum reipu. se cõtulisset, ei⁹ facultates cõminuit. Et quum q dã ex eius amicis dicerent: rem sane necessariã esse: se deinceps ab eo accumulandaq; rei; studio absti nere: Rem sane necessariã in gr huic Nicodemo: ostendens quendam claudum & cæcũ. Erant etiam ambo æque ad quãuis virtutem nati: nisi q colluctari magis Pelopidas delectabatur: Discere autem Epaminondas: ac inter otium versari. Hic palæstra & venatione: ille audienda magis philosophia clarus euasit. Quum vero plurima ambo consequuti essent: quæ illos ad gloriã dignitatemq; dire xerant: nihil tñ digni⁹ laude ac admiratione fuit: q̃ q inter tot cõmunia certamina, communesq; magistratus ac pfecturas, eã seruauerit inter se beniuolentiã & fidem: eamq; ab initio vsq; inuiolatã & incorruptã obtinuerint. Si quis enim Aristidis administrationem & Themistoclis, & Cimonis: & Periclis, & Niciæ: & Alcibiadis principatum inspexerit: q̃ plena discordiæ, inuidiæ, ac seditionis ea dignitatis accessio extiterit: vertaq; iterum oculos ad Pelopidæ in Epaminondã beniuolẽtiam & studium: hos certe rectius collegas principatus & imperii appellabit: q̃ illos: qui continua inter se contentione dissidebant: non magis vt hostes, q̃ vt seipsos superarent. Causa enim erat non dissimulata virtus: qua non gloriam, non diuitias ex rebus gestis quærebant: in quibus insita est omnis inuidia ac seditio discordiaq; ciuilis: tum etiam mutua quædam & singularis charitas: qua mouebantur: vt eorum patriã maximam ac clarissimam efficerent. Ex quo euenit: vt vnusquisq; alteri us dignitate quasi priuata lætaretur. Quam quidem amicitiam existimant ab ea in Mantinea pugna cœpisse: quam vna cum Lacedæmoniis gesserunt: vbi tum primum amicitia & societate astricti fuerant: quum sibi auxilia Thebani misissent. Instructi enim inter acies, & vna pugnãtes aduersum Arcadas: Lacedæmoniorum cornu, quod post eos erat, iãcedente, ambo obuiam hostibus se cũ clypeis obiecerunt. Pelopidas vero ipse septem a fronte acceptis vulneribus: quum inter hostiũ ac suorum cadauera concidisset: Epaminondas etsi haud viuentem redimere posse existimaret: irruens tamen solus aduersum multos se cõiecit: statuens mori malle: q̃ Pelopidam prolapsum nõ vindicare. Quo etiam acriter vulnerato: quum in pectore quidem lanceam, & in brachio ensem accepisset: ex altero cornu Agesipolis Spartanorum rex exiliens eos præter spem ex hostium manibus liberauit. Postquam vero Spartani se ad Thebanos contulissent: ac inter se amicitiæ & societatis fœdera iecissent: verbo quidem amici erant: re autem ciuitatis audaciã pertimescebant: & po/
* tissimum * Ismenii & Androclidæ societatem & consuetudinem: in qua erat & Pelopidas: quum ii quidem vrbanitate quadam & populari mansuetudine præstare viderentur. Archias igitur: & Leontidas & Philippus & principatu & diuitiis clari: sed nihil modestum sentientes: Phœbidæ laconico persuaserunt: vt cum exercitu de improuiso Thebanam arcem quæ Cadmia nuncupabat occuparet: aduersantemq; vnũquẽq; eiiceret de ciuitate: eamq; Lacedæmoniis subiiceret: ob occupatum a paucis principatum. Quo persuaso: nihil aduertentibus Thebanis, statim ciuitatẽ inuasit. Arcem quoq; quum tũ forte sacra quædam celebrarentur, facile cœpit. Ismenius & ipse captus est: missusq; Lacedæmonẽ: paulopost cõfectus cẽde interiit. Pelopidas vero, & Pherenicus, & Androclides cum plurimis aliis clam exeuntes effugerunt. Epaminondas ipse ea in regione permansit: tanq̃ vir despectus: minime ad rem aptus: ob philosophiæ studium: ac iniunctã rei; inopiam. Lacedæmonii vbi ea senserunt: Phœbidam a principatu deiectum drachmis decem milibus mulctarunt. Nihil minus tamen Thebani pſidio liberati sunt. Cęteri⁹ propterea græci eam iniquitatẽ admirabantur: q̃ authorem rei dãnassent: rem tamen ipsam comprobare viderent. Sed Thebanis

Pelopidas Hippocli filius.

Epaminondæus.

Pelopidę & Epaminondæ amicitiæ principium.

Ismeniæ. Archias & Leõtidas & Philippus. Cadmia arx

amissa patriæ libertate, quum Archię & Leontidæ seruirent, nulla spes relicta erat cõditionis mutandæ: ac eiiciendæ tyrannidis: quã videbãt ob Spartanorum pfidium, diu duraturam: neq; vllo modo finem habituram: nisi quispiã alius eorũ potentiam confringeret: quum vniuersæ græciæ terra mariq; principes essent. Leontidas quoq; sentiens eos qui effugerant, Athenis versari: ac omnibus charos esse: maximeq; primatũ consuetudine uti: insidias illis parare nitebat: missisq; ab eo clam nõnullis, Androclides dolo interfectus est: cæteri vero euaserũt. Literæ etiã a Lacedęmoniis missę: iubẽtes ne Athenienses eorum rebelles acciperẽt: neq; fauerent: sed eiicerẽt: tanq̃ cõmunes hostes a sociis sibi crimini datos. Atheniẽses vero p patriæ cõsuetudine, & ingenita humanitate Thebanos mulctãtes: & potissimũ qui in culpa erant: decreuerũt: Si quis eorũ p Bœotiã in tyran-
Pelopidas recuperãde libertatis author. nos arma tulerit: neminem audire: neq; aspicere. Nullã tamen aliam iniuriã intulerunt. Pelopidas vero etsi adolescens esset: singulos tamen ex suis adibat: habebatq; orationem cõtinue ad eos: q̃ neq; bonum, neq; pium esset: seruiẽtem patriã nõ respicere: & se solum seruare: ac lætos viuere: pẽdereq; ex Atheniẽsium decretis: ac vereri eos: qui semp se subiecerunt q cunq; loquendi & psuadẽdi gratia flotuerunt: sed periclitãdum esse de rebus maximis: pponendo sibi ante oculos exẽplum Thrasybuli: eiusq; audaciam ac virtutẽ: quẽadmodum ipse ex Thebis primũ motus Athenas tyrannis liberauit. Tum etiam ipsi Athenienses postea Thebas in pristinã redegerint libertatẽ. Hæc quum quottidie diceret: psuasi oẽs ad reliquos amicos Thebas clam mittunt: q illis eorũ animum ac cõsilium apirent. Qui etiã facile assensserunt. Charon vero qui inter alios clarus erat: nõ solum sibi a sciuit: sed etiã domum spõte obtulit. Hoc idem & Philidas: q scriba effectus erat eoꝝ, qui cum Archia & philippo pfectis belli militabãt. Epaminõdas interim iuuenes Thebanos aío & audacia inflamabat: iubebat enĩ eos in gymnasiis ac palęstra cum Lacedęmoniis contendere: ac experiri. Deinde vbi vidit eos nemini inferiores esse: q nimmo facile sępenumero alios superare: incusabat eorum ignauiã: qui eis seruire paterentẽ: quos tantũ fortitudine & viribus antecellerẽt. Deinde vero dicta ad facinus die visum est exulibus Pherenicum alios deducẽtem in Thrasio expectare: & cũ paucis postea ingredi ciuitatem. Nam si quid mali sibi euenerit: ipsi alios oẽs tueãtur: ne eoꝝ liberi, aut parẽtes in aliã inciderẽt calamitatem. Susceptit igit eam rem primus Pelopidas. Deinde Melon, Damoclides: & Theopompus viri sane primarii: summaq; inter se beniuolẽtia cõiuncti: sem perq; de laude & gloria cõcertantes. Hi autẽ quũ essent oĩno duodecim: amplexi quos relinquebãt, pmisso Charoni nuntio, p tempore accincti sequebantur: venabula ac canes ad venãdum secũ trahentes: ne qs obuiam factus posset male suspicari: sed vt viderẽtur soliti eã regionẽ peruagari Vbi vero nuntius ad Charonem puenit: & cæteros in via esse nuntiauit: non tamen Charon, tãetsi periculum præ oculis esset, ex sententia cessit. Sed vt erat vir optimus: ac sicut fuerat pollici-
Hippostheni das. tus: ita suæ patuerũt fores. Hippostheni das autẽ vir quidã haud abiciendus: q nimmo & amator patriæ: & exulibus beniuolus: sed ea animi magnitudine carẽs: quã & tẽpus, & res ipsa postulabat: quasi correptus Cardiaco, ad tantã belli iam emergentis molem timide incedebat: vixq; rationis compos quum videret ob eam rem totum Lacedęmoniorũ imperium conquassari, paucorũ exulum ac priuatorum viribus, domum abiens quendã ex amicis ad Melonem & Pelopidã tacite mit-
Chil don. tit: iubens eos reuerti: & expectare, maiorem opportunitatem. Nuntius vero, cui Childoni nomẽ erat, domum petens, ac educens equum: ĩ querẽdo frẽno prę celeritate aío concitabatur. Dumq; mulier diceret: Nunquid ex tuis familiaribus quispiã est: qui tibi prõ hoc tpe subueniret: ob iurgia quædam primum inter se oborta, deinde etiã cõuitia & sibi & mittentibus increpante mulierem portunitatem viç, adeo plurimam diei illius partem obiurgando cõtriuerũt: vt nacta retardandi occasione, quasi id diuinitus euenisset, eousq; res peruenerit: vt statim pterierit cõmoditas abeundi. Sed Pelopidas interim, & q cum eo erãt agrestib' paludamẽtis iduti, quũ iam ad vrbẽ appli-
Pelopidas Thebas ingressus. cuissent: adhuc lucente die, diuisim alii p aliã ciuitatis partẽ ingressi sunt. Erãt tũ forte oborte nebulæ quædam cũ ingenti grãdine ac nymbis: qbus plęriq; domum cõfugerãt. Quo faciliorlaten di fuit facultas. Nullus fuit prætereaex eius rei consciis: q eis nõ patefacerer fores: ac ipsos ad Cha-
Philidas scriba. ronis domum comitaret: vbi vnũquemq; cõueniendi locus cõstitutus erat. Additi præterea iam nõnulli eo in numero erãt: vsq; ad octo & quadraginta. Quæ vero ad tyrannos attinebant: sic se habent. Philidas scriba, vt diximus, Pelopidæ quidem & sociis fautor & cõscius erat. Eadem die quum Thebani festa quædam ac solemnis ludos celebrare consueuissent: ea ex industria Philidas Archiæ & sociis denuntiat: fecitq; vt maxime dediti voluptatibus & temulantiæ: faciliorem præberent ad rem incœptãdam cõmoditatem. Nec iam longe ab ebrietate distabãt: quum noua quædam nec obscura quidem de Pelopida ac sociis afferuntur: q ciuitatem clam introissent. Philidas vero quum occupasset sermonẽ: Archias interim quendã ex eius ministris ad Charonem mittit:
charõ a polemarchis accersitur. iubens eũ ad se venire, Interim ea abibat dies: Pelopidasq;, & qui cum eo erant, se intus continebant: armati thorace & telo: expectantes opportunitatẽ. Quum vero nuntius ianuam pulsasset: ac minister domus ad vocem accurrisset: Charonemq; a Polemarchis accersiri diceret: Pelopidas & socii perterriti, ne ea res patefacta esset, de interficiendis se ipsis consilium inierunt: om-

ni prorsus spe sublata vindicandæ libertatis. Sed satius visum fuit primo Charonem ad Archiam proficisci: secq; illis q̃ maiori aio posset inuiolatũ ac in suspectum pbere. Charõ vero etsi vir grauis esset: atq; oia pericula audax: vehemẽter tñ ea in expectata aduocatione primuit: ne aliqua pditionis suspitione inuecta, tot ac tanti viri eius capite pderentur. Atq; accersito exthalamo filio: qui etsi adolescens esset, forma tñ, ac corporis fortitudine cæteris eius ætatis pstabat: Pelopidæ cõmisit: vt si quẽ dolum aut pditionẽ se innectere sentiret: in illum primo tanq̃ in hostẽ verteret gladium. Plurimis tum ob eam Charonis fidem: lachrymæ obortæ: oẽsq; eam pfectionẽ molestissime tulerũt: quasi certissima res esset: si iret, apertam incursurũ necem: adeo manifestatę rei suspitione tenebanẽ. Eumq; rogabant: ne filiũ sibi adiũgeret, atq; e medio ipendentis mali vellet amouere, vt ille & patriç, & patri, & amicis oĩbus vltrices gereret ĩ posterũ manus: seruatas modo ac surreptas a Tyrannorũ faucibus. At ille filium minime seruandum censebat. putabat enĩ: nullã honestiorẽ salutẽ esse, ea inuiolata morte: qua vna cũ patre: atq; amicis huiusmodi moreret. Deosq; pcatus, & amplexus oẽs, fidenti aio abiit ad Archiã: dissimulans fronte & oratione aliũ se Spartanis: q̃ esset. Eo quũ venisset: Archias & Philidas obuiam facti, Agedum fare inquiunt Charon: Audistin tu aliquos mõ introiisse ciuitatẽ: & nõnullos iã illis cõspirasse: & latitare inter hæc domicilia? Cui ille admirãs primũ: quasi nihil adhuc certi fama attulisset: Quæris inqt a me Archia: quæ mihi parunt admirationẽ: tanq̃ eoq; vel ipse cõscius sim aut tu quid interroges nõ plane ĩtelligas. Sed aspice ne qua vos inanis fama seducat. Eã tñ rem pspiciam accuratius: forte enĩ opus est huiusmodi suspitionẽ nõ negligere. Hæc quoq; Philidas ipse q̃ aderat quũ laudasset: Archiã iterum reducens ad pocula plurimo mero exhilarabat: donec eius aĩum libidine cõcitatũ in mulieres acriter inflammauit. Vbi vero Charon domũ rediit: oẽs inuenit paratissimos: nõ vt q̃ victoriam, aut salutẽ aliquã sperarẽt: sed vt q̃ clarissime, si pcundũ fuisset, multa cũ hostiũ strage pituri essent. Assalutatisq; oĩbus, Pelopidã a cæteris semotũ edocuit de oĩbus. Reliqs vero mẽtius est: simulãs alia se causa ab Archia accersitũ: quę nihil ad eam rẽ ptineret. Itaq; elapso primo piculo: fortuna statim aliud ingenium exuit. Nũtius enĩ qdã ex Athenis pfectus ab Archia Hierophãtæ filio, ad aliũ Archiã illius cognominem atq; hospitẽ literas attulit: haud simulatã, neq; inanẽ suspitionẽ afferẽtes: sed significatrices plane oĩm rei: vt postea cognitũ est. Tum vero ebrianti Archiæ literis redditis: Nuntius inqt: Qui has ad te mittit: vt q̃ primũ legas iubet: nã de rebus gbusdã haud cõtẽdis, serioq; scriptę sunt. Archias vero ridẽs: In crastinũ igit inqt diẽ hęc q̃ serio scripta sunt differamus. Et epistolã accipiens sub lectuli capite locauit: atq; iterũ Philidã cõueniẽs ad colloquẽdũ, vt cœperat, prexit. Illud vero dictũ hucusq; apud græcos obseruatũ est. Vbi autẽ affuit tẽpus incœptãdæ rei: oẽs bipartiti inter se Pelopidas qdem & Democlides cum suis aduersus Leõtidam & Hyparem cõuicinos ipetum fecerũt. Charon vero, & Melon in Archiam & Philippum: muliebribus paludamẽtis arma celantes: & coronis frondẽtibus capite operti: quæ totam faciẽ inũbrabant. Ideo qui p foribus vestibuli astabant primũ eis applausum fecerũt: rati mulieres eas aduẽtasse: quas diu expectauerãt. Itaq; intromissi facile: q̃ in Archiã & Philippũ ierant, pnotatis prim ũ quibusq; oculis: ac deinde exutis paludamẽtis, cũ strictis ensibus in eos crapulãtes adhuc impetũ fecerũt: secq; quales essent facile indicauerũt. Paucos quidẽ Philidas exiis q̃ discumbebãt: agere silentiũ iussit. Qui vero ad defensionẽ se accinxerũt: facile ob temulẽtiã, inter pocula illa ac crateras interfecerũt. Sed haud ita facilis fuit Pelopidæ reliquos inuadendi facultas: quũ aduersus sobriũ & grauissimũ virũ Leontidã se cõiecisset Qui tum fore quũ clausis foribus se quieti dedisset: tardandæ rei materiam haud quaq̃ expectatam pbebat. Itaq; quũ diu pulsassent: seruo tandẽ vix audiẽte, ægre patefactæ sunt fores. Quibus intromissis: ac distracto seruulo: oẽs ad thalamũ vsq; impetũ fecerunt. Leontidas vero ratus aio quod erat, repente e lecto exurgens ensem arripuit: oblitusq; lychnos restinguere: qui intus ardebant: quo facile oẽs pcipitasset: Pelopidæ ac sociis occurrit. Cephisodorũq; primo irruẽtẽ feriens obtruncat. Quo mortuo, Pelopidam subito inuasit. Sed Cephisodorus in medio pstratus Pelopidæ impedimẽto erat. Victor demum Pelopidas Leontida perempto, in Hipatẽ statim cũ cæteris se contulit. Nec mora: capta eius domo: fugientem per viciniam illum: vsq; ad interitum consequuti sunt. His peractis quũ ad Melonẽ, cæterosq; se recepissent: nũtios Athenas ad exules, qui ibi remãserant, mittunt Inde ciuibus ad libertatẽ concitatis: hostium exuuiis, quæ publicis porticibus appensæ erant, illos armabant. Tela etiam domestica in lanceas, aut mucrones coaptabãt. Quibus multi confestim ex ciuitate ingenui adolescentes cum armis, & ex senioribus primates oẽs: qui cũ Epaminonda & Gorgia erant, auxilio venere. Iamq; ciuitas tota in armis erat. Tumultus vbiq; exoriri. Incẽdia passim p domos dispositæ cõcursiones ciuium certatim concitabant. Nec tamen pstabat vno in loco multitudo: sed pterriti quum nihil adhuc certi audirẽt, diẽ expectabãt. Vnde quũ subito Lacedęmoniorũq; principes neq; cõcurrere: neq; cõgredi pspicerẽtur: mortem obiisse apparuit. Præsidium arcis: quod ferre ex mille & quingẽtis militibus cõstabat, multis ex vrbe ad arcem concurrentibus, clamorẽ, igneſq;, ac turbam vndiq; fecedentem extimescens, silentium egit: & ipsam arcem tetinuit. Orta iam luce: exules q̃ ex Athenis accersiti erãt, iam & ipsi

Charon dimissis domũ rediit.

In crastinũ serio scripta differãt Pelopidas cũ sociis tyrannos aggressus est. Archias & Philippus necantur.

Cephisodorus a Leõtida obtrũcatur. Leõtidas a Pelopida pmitur.

cum armis applicauerant: populusq; facta concione in vnum conuenerat. Epaminondas deinde & Gorgias Pelopidam sacerdotibus circunseptum, ac coronatum iutroducebant: prouocantes continue populum ad tutandam libertatem, & patriæ deos. Quibus aduentantibus omnes cũ applausu assurgebant: eos parentes, ac liberatores patriæ appellantes, Postea Pelopidas a Thebanis princeps designatus: vna cum Melone, & Charone confestim arcem obsedit: tormentaq; vndiq; constituens, quo eos expelleret, ac Bœotiam liberaret, priusq; ex sparte subsidium acciperent eousq; contendit: donec dimissis cum conditione omnibus: Cleombrotus: qui aduersum Thebanos iam agebat exercitum, illis prope Megaram obuiam venit. Sed Spartani ex tribus, qui Thebis præerant, Hermippidam & Harmissum ex sententia interfecerunt. Tertius vero Chrysaoridas ingenti ære mulctatus ex Peloponneso exulauit. Hoc igitur tam excellens facinus: ob eorum virtutem, ac periculosam certaminibusq; refertam victoriam, haud equidem illius Thrasybuli dissimile: eodemq; casu, pariq; fortuna administratum: germanum illius græci appellauere: nec possent recte aliter inter se, ob eam rei similitudinem appellari. Quum ambo quidem longe aliis inferiores essent primatumq; auxilio priuati: solum consilio ac animi audacia vincẽtes, optimarum rerum initium patriæ præstiterint. Itaq; glorioſiorem ea rerum nouitas Thebanorum ciuitatem effecit: & Lacedęmoniorum dignitatem multum comminuit: ac confregit: qui antea principes terræ ac maris erant. Cuius quidem glorie iactura ex ea potissimum nocte cœpit: inqua Pelopidas nõ præsidium: nõ menia: non arcem deiiciens: sed domum cum cæteris ingrediens: vincula principatus Spartanorum: silicet veritatem dicere: dissoluit ac confregit. Quæ certe antea indissolubilia ac inuicta videbantur. Sed ea fama commoti Lacedęmonii, quum Bœotiam ingenti cum exercitu inuasissent Athenienses qui antea cum Thebanis fœdus inierant, præteriti a societate desciuerunt. Et quicunq; eas partes sequi videbantur, aut ære, aut carcere, aut exilio, aut morte damnabant. Vnde Thebanorum res amissa Athenienſium societate, male succedere visæ sunt Erat tum forte Pelopidas vna cum Gorgia Bœotiæ pręfectus. Qui sentientes se nudatos Athenienſium societate: volenteſq; iterum eos Lacedęmoniis obiicere: nouam quandam huiusmodi viam inuenerunt. Sphodrias em̃ qui præerat Spartanorum exercitui, vir sane ad rem ciuilem clarus, alioqui tamen minime grauis, vana spe, ac inani gloria facile capiebatur. Is relictus fuerat apud Thespias cum exercitu: vt deficientes a Thebanis acciperet: ac præstaret auxilium. Pelopidas vero priuatum quendam mercatorem examicis ad illum ex cõposito mittit: & res & verba sentem: quæ potissimum efficaciora erant ad commouendum insolentis animum: vt scilicet ad maiora mallet animum intendere: & Pyręum capere ex insperato: quem Athenienses minime custodirent. Neq; Lacedęmoniis capiendarum Athenarum gratia, charius quicq̃ futurum. Thebanos aũt pro hostibus ac proditoribus habitos ab Athenienſibus, nullum illis auxilium laturos. Hac persuasione captus Sphodrias: noctu clam in Atticam impetũ facit: & ad Eleusinam vsq; cũ exercitu profectus. Ibi quum milites cognita iam re, timere cœpissent: iterum in Thespias reduxit exercitum. Tum vero Athenienses in Lacedæmonios cõmoti, ad Thebanos iterum se contulerunt. Mariq; vndiq; occupato: omnes ad se cõtrahere conati sunt: quos cognoscebant haud bono cum Lacedęmoniis aio esse. At Thebani interim p se ipsos hostem intra Bœotiam adorti: nõ tam ingenti pugna, q̃ studio & exercitatione quottidie magis ad bellum incendebant: corpusq; labori assuefaciebãt: experientia simul & vsum: & audaciam ex eis certa minibus aucupãtes. Qua propter ferunt Antalcidam Spartanum: quũ Agesilaus ex Bœotia saucius rediisset. Optima dixisse præcepta accepisti: docens Thebanos quum nolint pugnare. Nec profecto Agesilaus Thebanorum magister fuit: sed ipsi in tempore & cum ratione aduersum hostes, quasi leporari canes, se conferebant. Ac deinde degustata victoria, paulatim animus creuit. Ex quibus nõ mediocrem laudẽ & gloriam sibi cõparauit Pelopidas. Ex quo enim primũ cum ducem belli delegerunt: nunq̃ destiterunt: quin etiam illum quolibet anno principem designarent. Itaq; omnia quę ad Thebanos pertinebant, ipse vel sacri prędidii prędectus, vel princeps ciuitatis effecit. Apud Plateas igitur & Thespias Lacedæmonii accepta clade victi, fugatiq; sunt. Qua in acie & Phœbidas qui Bœotiã ante ceperat, concidit. Plurimos quoq; apud Tanagram in fugam vertens, ipsum etiam Panthoidem prędidii prędectum ireremit: Sed hæc certamina, tanq̃ si vicissent, animo sillis & audaciã extollebant: nec si victi, omnino tamen spiritus illos ammittebant. Non enim vniuersa acie, aut stabili manifestaq; pugna se conferebant: sed in cursione & fuga & persequutionem, vbi opportunitas eueniebat, vtebantur. Et quum manus cõserebant: non mediocrẽ gloriam reportabant. Qui vero apud Tegyras ex Lacedęmoniis pfectus designatus erat: maxime Pelopidã gloria erexit: nullam penitus relinquentem fociis partem laudis: neq; de se ambiguitatem, neq; etiam hostibus vllam sanguinis sui gloriã Orchomeniorum ciuitati Spartanorum arma sequutę quum duas eorũ partes, ob diffidentiam excepissent: semper insidias parauit: expectans opportunitatem. Sed vbi sensit Lacedęmonios in Locrida ad prędidia cõcessisse: sperans desertum Orchomenium inuenire eo cum sacro pfidio acnõnullis equitibus cõtendit. Quo quũ appropinquaret: comperit iam aduentasse ex

Pelopidas Thebãorũ princeps designatur

Athenięses a thebanis deficiunt.

Sphodrias

Thespiæ.

Eleusina.

Athenięses iterum ad Thebanos redierunt.

Antalcidas spartanus.

Phœbidę interitus.

Orchomeniorũ vrbs Melon fluuius.

uentasse ex Sparta ꝓsidium: alterius successionem. Statimq; p Tegytas reduxit exercitum: qua p colles aditus erat ad planitiē. Nam medius per vniuersam vallem Melon fluuius prope ex fontibus in lacus stagnaq; nauigabilis fluens transeundi efficit difficultatē. Paulo hinc longius templum est Apollinis Tegyræi, quod vsq; ad bellum Medorū: ꝓsidente Enchecrato, vaticiniis floruit: hic q dem ferunt deum extitisse. Nam & propinquus mons Delos appellatur: ad cuius radices vndę fluuii franguntur. Post templum vero duo mirabiles suauitate fontes, copiaq; ac frigiditate scatent: quoꝝ alterum Palmā, Oliuam alteꝝ vsq; ad hæc tpa appellamus: non q̄ sint inter illas arbores: sed q̄ dea Pallas eo fluxu insederit. Nam prope esse dicunt p̄cipitē locum: vnde illa viso apro: deciderit. Et ea q̄ ad Pythonē, & Tityum ptinent: & q̄ in ipsius Dei generatione facta sunt: huic loco attribuunt. Sed plurimas in hac re cōiecturas relinquo: q̄ de Diis ex mutatione factis patrio sermone celebrantur: quēadmodum etiā de Hercule, & Dionysio inquiunt: qui ob eoꝝ virtutem: corruptibilitatem illam, ac mortalitatem exuisse ferunt: ac in deos imortales versi. Sed sempiternus increatusq; reꝝ vnus est deus: si modo iis credere voluerimus: q̄ de deo sapientissimis viris tradita sunt. Pelopidæ igitur ac Thebanis eo tpe ex Orchomenio in Tegyras per montana illa concedentibus, Lacedæmonii obuiā facti ex Locride occurrunt. Atq; vbi primum per eas angustias exercitū trudi centes visi sunt: quidam accurrens Pelopidæ significauit, inquiēs incidimus in hostes o Pelopida. Cui respondens qd si potius in nos illi? Equitatum oēm qui posterior erat ad se venire iubet: vt occupent impetū. Cæterosq; milites, q̄ non vltra q̄ trecenti erant, in angusto reduxit: sperans quacūq; irruat, magnopere hostes, qui numero præualebant, comprimere at superare. Erant Lacedæmonii is duæ cohortes. Cohortem Ephorus quingentos esse viros affirmat. Callisthenes vero septingentos. Quidam autem alii: quorum & Polybius est nongentos. Polemarchi, Duceśq; Spartanorum Gorgoleon, & Theopompus magna animi audacia contra Thebanos irruerunt: magno conflictu inter ipsos Duces: multaq; vtrinq; vi, & furore. Lacedæmoniorum principes ad primum cōtra Pelopidam congressum cecidere. Deinde vulneratis, cæsisq; qui circa illos erant, omnes statim i timorem versi Thebanis concesserunt. Pelopidas vero vbi sensit perterritos esse hostes: quo magicis cogebant se, eo magis irruebat: quousq; oēs terga vertere compulit. Nec tamen illos longius insequutus est: quippe qui instaurata Spartanorum præsidia, & Orchomenioꝝ exercitus nō procul admodum castrametatos timeret. Attamen eo vsq; fugientes compresserunt: dum & vincendi facultas fuit: & victos hostes passim dissiparent. Firmatoq; ibi trophæo, spoliatisq; cadaueribus, cū exuuiis elati domum redierunt. In tot igitur bellis, ac tantis rebus a Lacedæmoniis gestis, vt constat, aduersum græcos & barbaros, nunquā antea si superiores multitudine fuerunt, a paucioribus deuictos fuisse traditur: neq; si pares aduersum pares acie instructa dimicarunt. Quare quū terribiles insuperabilesq; essent opinione: hostes deterrebant: quum dedignarentur pari acie pugnare: aut pari conditione vti. Sed prælium illud tum primo edocuit: q̄ neq; Eurotas, neq; is locus, qui inter Babicā & Gnationē est, solus pugnaces ac bellicosos viros pariat sed illa potius regio: in qua quæq; turpia dedecori sunt: & quæ ad quæq; honesta iuuenes efficit voluntarios: q̄ grauius ferāt ignominiam, q̄ pericula. Ii enim sunt qui fortes, & hostibus terribiles videtur. Sacrum vero præsidium, vt inquiunt, Gorgias constituit ex electis quidem viris quadringentis: quibus ciuitas exercitationem victūq; in Cadmia arce thebana militantibus præbuit. Et propterea e ciuitate præsidium vocabantur. Nā præsidia proprie, quæ tunc erant, ciuitates appellabant. Quidam etiam aiunt: eum ordinem ex amatoribus inter se constare. Et Ptāmenes quoddam attulit ioco dictum. Non enim inquit Homeri Nestorem illud ab are iussisse per tribus a societates græcorum acies cogendas esse: vt tribus. tribubus, & societas societatibus succurreret. Oportet enim Amatores iuxta se instruere. Nam qui ex eadem sunt tribu, aut societate: non modicam habent in periculis rationem. Hic autem ordo ex amore & beniuolentia constitutus, nimirum firmior ac stabilior efficitur: quū & qui amantur, facile pro se quisq; ꝓsenti animo ad pericula perfistunt. Nec mirandum profecto: si magis illis præsentibus ignominiæ esse timeant quam cęteris: vt ille, qui quum hostis insideret, vt iugularet, se verti prius rogauit: nec in terga sibi, sed in pectus ensem infigine amator meus inquiens quum me in terga confossum inspexerit pudore afficiatur. Dicitur quoq; Iolaum Herculis filium amatum, cum amantibus communicasse certamen: atq; vna cum illis aduersum alios contēdisse. Aristoteles etiam inquit: ea tempestate in Iolei sepulchro amatores ipsius, & quos ipse amabat, fidem eius rei fecisse. Conueniens est igitur eum ordinem, Sacrum ꝓsidium appellari: quum & Plato optimum amicum Amatorem vocet. Ferunt hunc ordinem inuictum ac insuperatum extitisse vsq; ad eam pugnam: quam in Cheronia gesserunt: vbi quū Philippus omnes trucidatos aspexisset, traditur eo in loco diu constitisse: vbi trecenti illi conciderant oppositi quisq; iniectis hastis: ac inter se inter angustissima spatia conferti. Atq; vbi audiuit: illud fuisse ex eis constitutum præsidium qui ita inter se amore tenerentur: admiratus lachrymasse, ac dixisse traditur: Pereant male q hos quicq; facere, aut pati turpe existimarent. Et deniq; ex eorum consuetudine non vt poete inquiunt Thebanis Laii malum præbuit initium: sed legūlatores eorum a natura audaciam & magna-

Tegyrei Apollinis tēplum.

Delos mōs

Palma fōs.

Oliua fons

Deus vn⁹ ē sempitern⁹ & increat⁹.

Cohors.

Pelopidę victoria cōtra Lacedæmonios.

Lacedæmoniorū laus.

Sacrū præsidium.

Iolaus Herculis filius.

nimita tem ſtatim ab ineunte adoleſcentia excitare ac expergiſci volentes, multas in eorum hono rem & præſidentiam laudes & ſerio & ioco decantabant. Generoſamq; quandam æmulationem laudis inter ſe intra paleſtram iniiciebant: excitantes eorum mores. Et ideo ex Martis filia Venere natam Minueram, vt aiunt, intra ciuitatem vno recte templo coniunxerunt. Nam vbi ea ineſt bel li, pugnæq; cupiditas: ibi etiã opus eſt gratia & perſuaſione ad accuratiſſimam ac ornatiſſimam rẽ pu. conſtituendam: quum vniuerſa ex harmonia quadam & conuenientia conſtare manifeſtũ ſit. Hoc igitur ſactum præſidium Gorgias ab initio bifariam diuidens & intra vniuerſam aciem mili tum iniiciens, haud manifeſtam effecit virorum virtutem: neq; ad communem rem quãlibet eoꝝ opera vſus eſt. quæ diuiſa, ac variis locis diſpartita, impotentior erat. Pelopidas vero vbi eorũ vir tus apud Tegyras emicuit: quum eo in loco optime dimicaſſent: haud quaq; eos diuiſit: neq; diſtra xit. Sed eis quaſi vno corpore vtens, magna ac periculoſa certamina aggrediebatur. Quemadmo dum enim equi, dum ruunt effuſi carcere currus, celerius per ſeipſos impulſi currunt: non tam q̃ p cuſſum aera violentia ac impetu ſcindunt: q̃ q̃ ea mutua concertatio, ac de victoria contentio ma iores eis animos incendit: ſic fortes viros amore quodam atq; ardore pulchrarum rerum gerenda

Cleombro tus rex.

rum certantes, vtiliſſimos in repu. atq; prõptiſſimos eſſe putabat. Lacedæmonii interim facta pace cum omnibus græcis populis, ſoliſq; Thebanis infenſi: Cleombrotum regem cum militibus decem peditum, atq; equitibus mille aduerſum eos miſerunt: periculũq; non de iis (quæ antea) Thebanis imminebat: quippe res deſolatam ſe vrbem põbiturum, minabatur: timorq; qualis nunquã antea Bœotiam inuaſerat. Tum Pelopidas domo exiens lachrymante vxore, atq; orante, vt ſeipſum vel let ſaluum facere: Hæc inquit o Mulier oportet ſemper priua tis viris perſuadere: ſed qui magiſtra tus gerunt, vt alios ſaluos faciant. Abieniſq; in caſtra, & præfectos omnes conueniens: qui antea in ter ſe diſſidebant: primum omnium Epaminondæ qui decernebat cum hoſtibus bellum miſcere, ſententiam ſuam dixit. Bœotiæ imperator Epaminondas non erat: ſed quum ei plurimũ fidei ad hiberetur: vt equum erat homini: qui talia vrbi ſigna pro libertate dederat: Sacri præſidii præfect⁹ erat. Quum igitur conſtitutum fuiſſet: cum hoſt ibus periclitandum eſſe: atq; apud Leuctra contra Lacedæmonios caſtramerati eſſent: Pelopidas terrore cuiuſdã viſionis magnoper: peculſus eſt. Erat enim in Leuctrico agro filiarum Scedaſi monumenta: q̃ a loco Leuctrides appellatæ ſunt: Ibi nãq; euenit: vt violatæ ac interfectæ a Spartanis quibuſdam hoſpitibus ſepelirentur. Quod quum tam nefarium ſcelus patratum fuiſſet: nec pater iuſtitiam a Lacedæmoniis conſequi potuiſſet: execratio

Leuctrides.

nes aduerſum illos conſtituens ſeipſum poſtea in virginum funere telo confecit. Oracula vero & deorum voces Spartanis ſemp prędixerunt vereri ac obſeruare Leuctricam iram, Leuctricaq; mo numenta: ne qua inde magna multitudo conflueret, multa cura ac diligentia cuſtodire. Sed nemo erat qui recte cognoſceret locum: quum & in Laconica iuxta mare oppidum eſſet, quod Leuctrum appellabant. Et apud * Megalẽ Arcadię ciuitatẽ locus ẽt eiuſdem nominis. Verum hoc ſcelus lon * ge Leuctricis erat antiquius. Pelopidas igitur in caſtris ſopitus exiſtimauit eas ſe virgines conſpice re: circa earum ſepulcra gemiſcentes, atq; execrantes Lacedæmonios: & Scedaſum patrem iubentẽ eis mactare virginem flauam: ſi voluerit ex hoſtibus capere victoriam. Quę res quũ videretur gra uis atq; difficilis: ſomno exurgens vatibus ac ſociis omnia indicauit. Quorum quidam erant qui dicerent eam rem minime negligendam eſſe. Quidam ex ſenioribus Menœceum illum Creõtis fili um & Macariam Herculis adducebant. Ex poſterioribus vero Pherecydẽ ſapientem a Lacedæmo

Leuctrũ op pidum. Scedaſus Leuctridũ pater. Menœceus Creontis fi lius. Macaria Herculis fi lia.

niis interfectum: ac eius pellem ob quoddam oraculum a regibus obſeruatam. Et Leonidem etiam deorum iuſſu ſeipſum pro vniuerſa græcia morti deuouentem. tũ ẽt qui ſub Themiſtocle immani Dionyſio mactari ſunt ante Salaminæ pugnã naualẽ: idq; teſtari adeptas poſtea laudes & victori as. Ac ẽt vt Ageſilaus in eiſdẽ locis vbi antea * Agamemnõ fuerat: quum aduerſus eoſdem hoſtes * duceret exercitum: cui dea viſa ab ſe filiam iugulari contenderat: quod quidem in Aulide fuit: quũ eſſet detentus ſomno: ſed quum noluerit parere delinitus mollitie, ſine gloria & laude caſtra diſſol uit. Alii vero cõtra: quaſi ea ſacra adeo eſſent barbara ac fera: vt nemini ex ſuperis grata eſſe poſſent. Non enim Typhones illos, aut Gigantes regnare dicebant: ſed omnium deorum atq; hominum patrem. Inferos eſſe qui lętantur hominum ſanguine ac cędę: propterea iniquiſſimum fore ea cre dere: quinimmo omnino negligenda eſſe: quum ſint eiuſmodi: vt horrorẽ, ac quandam quaſi im poſſibilitatem prę ſe ferant. Imbecillitatem enim animi cuiuſdam ad affectionem indicari: iubere ac pati tam abſurdas ac difficiles cupiditates. Dum hęc inter primates agerentur: inſcio quid fa ceret Pelopida, equa quędam repente de grege exiliens per medium diſcurrit exercitum: atq; demũ quaſi iuſſa aſtans prę omnium oculis, palpandam ad videndam ſe omnibus prębuit, comis fla uis per lucens, audaxq; ac confidens, tum etiã hinnitu ferox. Theocritus autẽ augur, quum primũ equã vidit, verſus ad Pelopidam: ad te inquit o felix hoc ſacrum: ne aliam virginẽ expectemus: ſed vtere hac æquo animo, quam tibi obtulit deus. Atq; illam ad ſepulcrum virginũ deducẽtes: factis ſupplicationibus, coronaq; redimiti lęti omnes equã virginem litauere: diſſeminãtes p caſtra Pelo pidę viſionẽ. Inito deinde prælio: quũ Epaminondas ex obliquo aciem ſuã aduerſus ſiniſtrũ cornu

Cleombrotus rex.

Leuctrides.

Leuctrũ oppidum. Scedaſus Leuctridũ pater. Menœceus Creontis filius. Macaria Herculis filia.

Somnii Pelopidę varię interpŕtationes.

Theocrit⁹ augur.

Lacedæmonioꝝ induceret: vt cęteri dextrum inuaderent: & Cleõbrotum vi reꝛpellerent: Sparta ni eam rem iã aduertentes, ſe ad dextrum cornu in aciem tranſferre cœperunt: vt Epaminõdã mul titudine ſubactũ circũuenirent. Sed Pelopidas exiliens, ac ſuos concitans, Cleõbrotum curſu pręuenit: affuitq; prius q̃ ſuũ ille intẽderet cornu: aut cogeret milites in vnũ: & vallaret aciẽ. Quũ nõ iã perſtarent Lacedæmonii: qnimmo tumultuarẽt inter ſe: ſuperueniẽs Pelopidas, eos contudit. Et demũ Spartani, qui antea omniũ reꝝ bellicaꝝ magiſtri extiterãt, haud tanta rei militaris diſcipli/ na & experiẽtia fuere: vt nõ errarẽt & ſolutis ordinibus nõ pturbarẽturquũ ſemp viſi fuiſſent oĩ ſtu dio ac cura vbi piculũ aliq̃ adeſſet, ſtabilitatẽ firmare: tũ ẽt vna cõuenire, ad pugnare comminus. Itaq; Epaminõdas tũ inuectus & Pelopidas incredibili celeritate ac animo vſus, eoꝝ magnanimi tatẽ, & rei militaris ſcientiã cõfuderunt. qd̃ qdẽ nunq̃ accidit Lacedæmoniis. Ideo Epaminõdas etſi nõ eſſet Thebanoꝝ pfectus: vt Pelopidas: tũ ẽt oĩbus copiis ille imperaret: hic vero modicæ tm̃ par ti peſſet æqualẽ tñ de victoria laudẽ & gloriã reportauit. Ambo deinde creati principes, facto in Pe lopõneſum impetu plurimos ex eis, qui a Lacedæmoniis defecerant, ad ſe cõtraxerunt: Elim: & Ar gos: ac totã Arcadiã: tũ ẽt ipſius Laconici partẽ plurimã. Erant tũ acutiſſima frigora: quũ iã decli/ naret hyẽs: ſuperãtq; haud multi dies mẽſiq magiſtratui terminus aſtabat: munuſq; primo menſe futuro, deſignati Imperatores inituri erãt. Quare illis q exercitui pęrant, vel iperiũ deponẽdum: vel capitis pœna ſubeunda erat. Cæteris ducibus hanc legẽ timẽtibus, hyemẽq; fugientibus, cura ſtu diũq; fuit: cũ exercitu tecta domoſq; repetere. Pelopidas vero vna cũ Epaminonda, primus oĩm ſen tentiã ferens, ciuibus perſuadebat: vt poſt poſita p tpe lege, in Spartam vnanimes impetũ facerẽt Traductoq; per Eurotã exercitu, plurimiſq; ciuitatibus captis, totã eã regionẽ, ad mare vſq; depo/ pulatus eſt: ſeptuaginta tum millibus militũ pręfectus deſignatus: quoꝝ minuſq̃ duodecima por tio ex Thebanis erat. Sed eoꝝ fama & opinio fecerat: vt cæteri ſine inſtituto ac publico decreto, ſpõ te ac clam in ſocietate ſequerentur. Prima enĩ, vt videtur, ac ſanctior lex fuit quã ipſi pro naturæ cõ ditione tradiderãt: vt quẽ poſſet princeps liberare, ſi peteretur, vellet liberare. Sed quemadmodum nautæ quũ ſit trãquillitas aut litori appropinquant, temere tum ſolent gubernatoribus inſurge/ re: & cũ exoritur hyems & periculũ: oẽs in eos reſpiciunt, ſuam ſpem vitæq; ſalutẽ in illis cõſtituen/ tes: ſic Argiui, & Elii & Arcades, modo parta tran quillitate, in ſubſelliis cõtendentes de principatu aduerſum Thebanos diſceptabant. In ipſis vero belli fluctibus, ac vbi extabat periculũ ſponte pa rentes: eos duces æquo animo ſequebantur: totãq; Arcadiam eis Ducibus in vnam contraxerant vim. Quumq; Meſſeniam regionẽ Spartani antea diuiſiſſent: Pelopidas & Epaminondas veteres Meſſenios ad ſe contraxerunt: vt Ithomen incolerent. Domũq; deinde abeuntes: per Cenchreorũ regionem: Athenienſes eos a commeatu prohibere conãtes: intra illa loca anguſta auſos ſecum cõferre deuicerunt. Quibus quidem rebus geſtis: cæteri omnes eorum virtutem laudabant: atq; ad mirabantur felicitatem. Sed illeinteſtinus ac ciuilis liuor ſimul cum eorum gloria coaleſcẽs: haud conuenientes: neq; ſecundos præbuit ſucceſſus. Ambo enim quum rediiſſent: capitis periculum in ciderunt: qm̃ non depoſito magiſtratu eo primo futuro menſe quo lex iubebat: quem Bucoliõ ap/ pellant: quatuor item totos menſes pter legem: eo funcți eſſent: quibus & in Meſſenia: & Arcadia: & Laconica commorati ſunt. Pelopidas quia primus in iudicium accitus: maiora pericula ſubiit. Ambo tamen euaſerunt. Epaminondas: quum in animum ſibi induxiſſet: magnam partem forti tudinis & magnanimitatis in rebus vrbanis tolerantiã eſſe: eã calumniã manſuete ac humaniter tulit. Pelopidas vero quũ & natura ferocior eſſet: & ab amicis impelleretur: vt aduerſariorum refelle ret iniurias: nõ ea manſuetudine vſus eſt: hanc refellẽdæ iniurię cauſam nactus. Meneclides, rhetor vnus ex iis qui cum Pelopida & Melone in Charonis ædes conuenerant: vbi a Thebanis æquam cum cæteris partem minime conſequutus eſſet: quum & procaci lingua: & malis moribus pluri/ mum valeret: ſuopte ingenio ad calumniandos ciues vtebatur. qui nec etiam poſt criminationem illam Pelopidæ: & Epaminondę quieuit. Itaq; legem perſcripſit: ne Epaminondas iperio: cæteriſq; vrbis muneribus fungeretur: ac per multum temporis in exilium truderetur. Pelopidæ vero apud populum per calumnias inurere maculas non valuit: ſed omni conatu: eum Charoni obiicere ten tauit: & communem quandam liuoris flammam inter eos de laude ſuſcitare. Laudabat ſummope re populo Charonis facta: & eius imperatoriam laudem: & adeptas victorias vehementer extolle/ bat. Illius vero equeſtris pugnæ, quam apud Plateas: ante Leuctricã victoriam Duce Charone ob/ tinuerunt Thabani: ipſe huiuſmodi figmentum cœpit ordiri. Nam Androcydes Cyzicenus: quũ aliam quandam pugnam depingere cum populo antea conueniſſet: & opus illud imperfectũ The bis reliquiſſet: orta diſſenſione: ac tumeſcente iam bello: Thebani eam Tabulam: qu ęnon mul/ tum aberat a fine: penes ſe continuerunt. Hunc Meneclides inuitauit: vt Charonis res geſtas depi geret: quo Pelopidæ & Epaminondæ facta denigraret. Erat autem temeraria ac ſtulta quidem ea cupiditas honoris: vnius ſcilicet facinoris ac victoriæ, ad tot & tanta certamina. In qua quidem il lius victoria Gerendam quendam ex Spartanis ignobilem ac quadraginta alios cum eo cecidiſ/ ſe: nihilq; aliud actum fuiſſe egregium memoriæ traditur. Sed Pelopidam ferunt decretum vnum

Thebani la cedæmoni/ os deuicere Lacedæmo nii reꝝ belli carum ma/ giſtri.

Pelopidas ſpartã oẽm depopulat? eſt. Exercitus. lxx. milium militum.

Pelopidas &Epaminõ das Athe nienſes de uicerunt.

Pelopidas &Epaminõ das capitis rei fẽti ſunt Meneclides rhetor pro cax.

Androcy des Cyzice nus pictor

Gerendas Spartanus.

præter leges sanxisse: quod patriũ minime Thebanis esset: Priuatum aliquem priuatim honorare. Nam patriũ id esse in cõmuni victoriæ laudem conseruare. Et Charonem cum omni æquanimitate extollens, sine inuidia, in amicitia pmansit. Meneclidã vero, vt calũniatorem ac sceleſtum virũ accusans, a Thebanis quærebat: Num boui quicq̃ eis vllo vnq̃ tempore contigisset: ppter qđ meneclidan pecuniis mulctare opus nõ fuerit? Quas quidẽ quum exoluere propter magnitudinẽ nõ posset: postremo tentauit conquassare ac concitare rẽpu. Hæc siquidem quandam etiam habẽt vim & moꝝ rationem. At postq̃ Alexander Pheræoꝝ Tyrannus multis Thessaliæ populis bellum intulit: & clam: omnibus insidias parabat: ciuitates ipsæ Tyrannum formidantes, legatos Thebas miserunt Ducem belli, & auxilia petentes. Pelopidas intuens Epaminondam in Peloponneſo tũ gerentem bellum: seipsum sponte tradidit Thessalis: inquiens haud facile pati animum suum inertem abire: neq; existimare alio duce opus esse: vbi Pelopidas foret. Cæteris igitur neglectis ad Thessalos contendit. Quo posteaq̃ cum exercitu pfectus est: Lariſſam illico per deditionẽ accepit: & Alexandrum ad se venientem, quærentéq; conditionem, tentauit ex Tyrãno manſuetum, ac æquum principem Thessalis reddere. Sed erat impacabilis ac ferus: cupiditateq; & immani atrocitate vexabatur: quod Pelopidas moleſte ferens aduersus illum vehementer incendebatur. Alexander perterritus, cum suis stipatoribus fugam cepit. Pelopidas vero plurimam Thessalis a Tyranno subliberatem, ac inter se concordiam reliquens, in Lacedæmoniã se cõuertit. Ptolemæo interim aduersus Alexandrũ Macedonum regem bellum gerente: & vtroq; Pelopidã ad se allicere conante: vt eẽt cõciliator, ac iudex, sociusq; belli: tũ etiã ferret auxiliũ aduersum eum: qui iniuriã alteri faceret videreť: eam curam minime refellit: sed profectus, sedatis contẽtionibus, fugitiuos oẽs in patriam reuocauit. Philippũ regis fratrem vna cum triginta aliis ex primatum filiis in obsidem accepit. eosq; quũ Thebas adduxisset: ostendit cæteris græcis Thebanos apud peregrinas gentes rerum gestarũ gloria, & æquitate pollere. Hic est ille Philippus, qui postea pro græcoꝝ libertate pugnas obibat. Tũ vero quum esset adhuc puer, in Thebis multum tpis in diæta, ac disciplina rei militaris contriuit: ex quo visus fuit Epaminondæ æmulator extitisse: sed in iis fortasse: quæ ad belli imperiiq; rationẽ pertinerent: quæ erat sane minima portio viri illius virtutum. Continẽtia autem & æquitate, tũ etiam magnitudine animi, ac nobilitate, quibus ille præstabat in primis, haudquaquam illi neq; natura, neq; imitatione conferendus. Post hæc accusantibus Pheræum Alexandrum Thessalis: q; turbatione ciuitates fatigaret: missus ad eos legatus eum Ismenia Pelopidas. haud futurum bellum ratus, sine exercitu profectus est: sed a Thessalis pro iis quæ imminebant, vti exercitu est coactus. Interea rursus rebus in Macedonia turbatis, Ptolemæus regem interfecit. Regnumq; occupauit. Amici vero interfecti Regis Pelopidam accerſiuerant. Qui quum in rebus bellicis gloriam quæreret: nec priuatim milites haberet: conductis quibusdam, cum iis statim aduersus Ptolemæũ profectus est. Vbi prope ventum est: Ptolemæũs omnes illius milites pecunia corrumpens, illis persuasit, vt ad se cõfugerent. Sed quum eius viri gloriam pertimeſceret: ei tanq̃ superiori obuiam venit: atq; amplectens eum ac rogans, pollicitus est principatum interempti fratribus conseruare: Thebanis vero ex hoſte amicum futuꝝ: atq; Philoxenum filium suum obsidẽ dedit: & ex sociis quaginta. Quos oẽs Thebas Pelopidas dimisit. Sed ægre ferens illorum euocatoꝝ proditionẽ, audiensq; & filios, & vxores illorum, cum plurima supellectile in campis esse pharsalicis: ratus si ea obtinuerit, satis supplicii cepisse: quosdam ex Thessalia sibi contrahens, Pharsalum cũ iis petiit. Quo quum peruenit: Alexander tyrannus seſe illi cum exercitu obuiam tulit. Pelopidas vero ratus eum aduentare: vt secum conueniret: Alexandro pariter occurrit: tametsi eum immanem & sanguinolentum satis cognosceret. Sed tamen propter Thebanorum nomen & ipsius gloriam, parciturũ crudelitati arbitrabatur. Is vero & inermes oẽs, ac per paucos esse intuitus, facto impetu facile Pelopidam cum cæteris cepit: & Pharsalum obtinens, timorem oĩbus qui sub eo erant, incussit: tanquam neminem pace frui dimissurus: post tantam patratã iniquitatem: atq; vsurus sic oĩbus. Thebani igitur quũ hæc audiſſent: moleſtiſſime ferentes, exercitu ab Epaminonda indignanter repetito, alios declarant principes. Pelopidam vero in Pheras tyrannus abducens, primum adire volentes permittebat: ratus illum vinclis & carcere fatigatũ, miserum mœstumq; esse factum. Sed Pelopidas quicũq; ex Pheræis ad se veniebant, conquerẽtes de Alexandri moribus, eos continue excitare, atq; adhortari: quasi rex paulopost daturus esset pœnas. Atq; ad tyrannũ nuntios mittebat: q dicerẽt, absurdiſſimum esse: miseros eius ciues, quum nihil errarint, ita in dies cruciari ac cẽdi: sibi autẽ parcere: quẽ maxime cognoſcat vlturuꝝ, si seruetur. Admiratus Alexander eius animi magnitudinẽ, ac loquẽdi licentiã, Quidnã inquit accelerat mortem Pelopidas? cui ipse audiens respondit, vt tu diis & hoĩbus inuisus celerius oppetas. Tyrannus deinde quẽpiam ad illum vetuit accedere. At Thebe Iasonis filia, Alexandri vxor, audiens Pelopidę confidentiam, & magnanimitatẽ, maxima cupiditate & videndi illum: & alloquendi capta est. Quę quum ad illum ingreſſa: quasi mulier nondũ eam animi excellentiam: atq; incredibilem in tanta calamitate constantiam senſisset: eius solum iuuentutẽ intuita: & mores: & formę habitum: quippe qui veſte: capillo: barbaq; demiſſa:

Alexander Pheręus.

Pelopidas Theſſalos Alexandroeoꝝ tyranno pacauit.

Alexander Macedonũ rex.

Ptolemęus Alexandrũ regem Macedonũ interfecit.

Philoxeus Ptolemæi filius.

Pelopidas ab Alexandro fraude captus.

Thebe alexãdri vxor.

animi ægritudinem significabat, lachrymare cœpit. Et Pelopidas insciis primum quænam esset obstupuit. Vbi vero eam nouit: more patrio eam compellat. Nam familiaris & amicus erat lasoni. Et dicente illa. Miseret me vxoris tuæ: & me respondit Pelopidas, tui: quæ quum sis libera æquo animo Alexandrum feras. His verbis concitata mulier: tyranni crudelitatem, superbiamq;, & maxime ob iuniorem fratrem, quo turpiter vtebatur, grauiter ferebat. Ideo sæpenumero ad Pelopidã accedens, atq; ei aperiens, quibus potissimum afficiebatur, implebatur animo atq; audacia tyrannum vlciscendi. Postq̃ Thebanorum Duces facto in Thessaliam impetu, re male gesta, & imperitia quadam, ac mala fortuna, turpiter pedem retulerunt: illorum singuli decem mille drachmarum pœnas dederunt: Epaminondasq; cum exercitu missus est. Cuius aduentu, Thessali statim cõquassari cœperunt: ac in ipsius deditionem venire: parumq; abfuit: quin omnes illius tyranni res funditus euerterentur. Tantusq; terror omnibus & amicis, & eius ductoribus incessit: vt de desciscendo a rege omnibus consilium fuerit: spe potius futuræ felicitatis: quum viderent regẽ ipsum q̃pro pere pœnas daturum: q̃ timore Epaminondæ victoriæ. Sed Epaminondas amici Pelopidæ salutẽ suæ ipsius priuatæ dignitati præponens: veritusq;, ne perturbaris rebus Alexãder quasi fera quædam, amissa spe in Pelopidam irrueret: bellum sustinebat: & circunducens illum apparatu & tarda tione paulatim tyrannum protrahebat: ne eius furorem in amicum lacesseret: & crudelitatem cõ citaret: quum audiret eius immanitatem iniustitię, atq; desperationem: q; homines viuos sepeliret: & quosdam aprorum atq; vrsorum coriis circundatos, telis & canibus venaticis lacerandos laniandosq; præbuerat. Meliboea vero & Scotusa ciuitates quum in fœdus ac amicitiam cum eo rediissent: accersitis stipatoribus, adolescentulos mactauit. Lanceam quoq; qua Polyphronum aunculum morti dedit consecrauit: ac coronis exornans, tanq̃ deam vnã deificauit: Tychonẽq; eam appellauit. Tragœdum quum aspexisset Euripidis Troadas fingentem, ex theatro prosiliit: & per inter nuntium tragœdo iussit: ne propterea deterius tragœdiam ageret: nihilq; mali suspicaretur. Se enim haud inde decessisse: quia illum cõtẽplasset: sed veritum ciues: necui lachrymans ob aliquẽ eorum quos leto præbuisset, in malis Hecubę atq; Andromachę videretur. Hic igitur & gloriam & nomẽ, tum etiam speciẽ Epaminondę exercitus obstupescens: vt gallus victus inclinatis pẽnis, animos remisit. Accersitisq; ad se nuntiis, eos ad Thebanos destinauit: veniam petituros. Epaminondas autem pacem amicitiamq; cum tali viro Thebanos componere non tulit: sed percusso fœdere, datisq; triginta dierum inducis, cum Pelopida & Ismenia redẽptis exercitum reduxit. Dein de vero Thebani quum sensissent: ab Athenien sibus ac Lacedæmoniis ad magnum regem legatos proficisci: pro impetranda cum illo belli societate: confestim & ipsi Pelopidam ad illum miserunt: & id quidem sapientissime: ob eius viri gloriam ac dignitatem. Quum primum Pelopidas regis prouincias attigisset: quocũq; incedebat, clarus ac spectatus omnibus erat. Nam ea rerum gestarũ gloria aduersum Lacedæmonios, haudquaq̃ mediocris, aut obscura, per asię loca se coniecerat. Quinimo iam per omnium ora: & maxime illius Leuctricę pugnę fama volitabat: semperq; aliquid addens dignitatis mirifice emicuerat. Posteaq̃ aũt ad fores cum Satrapis, principibus, ac Ducibus conspectus est: admirationem de se ac sermonem prębuit: q; ipse is esset, qui terra mariq; Lacedæmonios fugauerat. Quiq; eos intra Getam & Eurotam ac ipsam Sparten compulisset: qui pauloante per Agesilaum aduersum magnum regem & Persas, de Susis atq; Ecbatanis dimicabãt. His rebus Artaxerxes ipse congratulabatur: & Pelopidam longe amplius, quam opinio erat, admirabatur: eumq; magnum videri effecit regis in illum honoris amplitudo: quum vellet Pelopidam coli & obseruari a primatibus. Vbi vero illius aspexit indolem: atq; orationem audiuit: Athenien sium quidem firmiorem: & Lacedæmoniorum ditiorem: longe maiori illum beniuolentia comple xus est: miraq; in eum regia cupiditate affectus: haud se continere potuit: quin illud palam faceret Pelopidam apud alios quoq; legatos palam magnificans. Visus est tñ Antalcidę Lacedæmonio pcæteris honorem pręstitisse: quum eam coronam qua ipse in potatione vtebatur myrto intictã ad illud miserit. Sed quum Pelopida non vsq; adeo molliter & delitioseegit: tametsi dona dederit clarissima quidem ac præstantissima: vltra quam quisquã existimare posset. Id quoq; constituit: vt græci liberi essent: & Messenam incoleret: Thebanos vero patrios amicos apud se existimari. Hęc quum accepisset: repudiatis omnibus muneribus: prętereillud quod erat eius gratię ac beniuolentię signum: rediit in patriam. Quod maxime cęteros legatos ignominia affecit. Timagoram igitur Athenienses morte damnarunt. quod quidem recte factum iudicandum est: si id euenit ob acceptam munerum amplitudinem. Non enim aurum solum atq; argentum dono acceperat a rege: sed etiam pretiosissimam quandam lecticam & * seruulas stragulatas: nead græcorum aures posset peruenire: tum etiam boues octoginta cum bubulcis ipsis: quasi opus esset ad curandũ eius morbum lacte bouino. Et deniq; vsq; ad mare feretro inuectus: quatuor talenta pro victoribus a rege accepit. Sed videtur non semper munera irritasse Athenienses. Epicrates enim qui curam de donis gerebat: quum olim a rege donaretur: haud repudiauit. Quumq; diceret Decerni debere: vt pro nouem primatibus: eligerent quolibet anno nouem legatos ad regem ex plebeiis ac tenuiori-

Epaminondas contra Thessalos missus.

Alexandri crudelitates.

Pelopidas ab Epaminõda redẽptus.

Pelopidas ad Artaxerxẽ magnũ regẽ missus

Pelopidæ laudes.

Altalcides Lacedæmonius.

Timagoras Atheniẽsis

Alii interp̃tes transtulerunt seruulia stragulata.

Epicrates.

bus ciuitatis: vt quum caperent dona, ditiores fierent: arrisit populus. Sed illud grauiori animo ferebant: quòd rex omnia attribuisset Thebanis, cõsiderãtes Pelopidæ gloriã: quãtis oratoribus & sermonibus superior extitisset: & potissimũ apudeũ virũ: qui semper superiores in armis colebat. Ea igitur legatio haud mediocrem beniuolentiã Pelopidæ adiunxit redeũti per Messenam: ob ipetratam ei: & cæteris græcis libertatem. Quũ vero Alexander Pheræus iterum ad pristinam illam feritatem rediisset: deuastasset: quòd haud modicas Thessaliæ ciuitates: subactis iam Phthiotis: & Achiuis tum etiam vniuersa * Magnetũ gente: ipsæ ciuitates Thebas legatos miserunt: vt adducerent Pelopidã: postulantes eũ Ducem cum exercitu sibi auxilio proficisci. Thebani vero quum eam rẽ prõptissime decreuissent: paratissimi quo ẽs ad id essent: ac occupasset iam iter Pelopidas: deficere ac obscurari sol cœpit: totaq; ciuitas obtegi caligine. Pelopidas autẽ intuens omnes ea visione perterritos: haud censuit compellendos esse: neq; obiicere periculo septem Thebanorũ milia: quos perter refaciebant tam repentinæ cœli mutationes. Itaq; seipsum solum tradens Thessalis: cum trecẽtis equitibus euocatis, qui illum sponte sequebantur, inuitis vatibus, ac sui ipsius amicis, in Thessaliam profectus est. Maximum enim & manifestum signium ab Diis aduersum tanti viri virtutem apparuerat: Sed ipse eo erat in Alexandrum ardentior: q; ipsum antea affecerat iniuria. Sperabat enĩ domum illius iam prius infectã, penitus oppressam offendere: ex iis quæ Thebe prædixerat. Maxime q; eum concitabat rei pulchritudo, captum cupiditate laudis & gloriæ. Et potissimum: quum Lacedæmonii quoq; ad Dyonisium Siciliæ tyrannum Duces & auxilia misissent: qui ex integro leges, munera q; ciuitatum renouarent. Athenienses vero Alexandrum ipsum mercede conductum detinebant. Et ideo æneam illi imaginem constituerunt: vt eum græcis benefactorem suum ostentarent. Tunc græcis Thebani soli ostenderunt: se pro libertate græciæ, vt iniquos violentosq; potentatus delerent, bella suscipere. Vbi igitur Pharsalum venit: paratis cõfestim copiis aciem instruxit: ac prope Alexandrum ipsum castrametatus est. Is vero intuens per paucos admodum ibi Thebanos esse: seq; duplo plures Thessalos habere: obuiam se ad Thetidium obiecit. Et quum quidam diceret Pelopidæ: plures esse qui cum tyranno erant: eo melius inquit nobis: nam plures vincemus Quum autem in planum procederent: atq; vterq; ea promontoria, quæ Canis capita vocant, capere peditibus niteretur: altissimis collibus obsessa. Pelopidas qui superior erat equitatu, suos in hostium equites dimisit. Qui quum magna vi hostes repulissent: fugientes illos vsq; ad planitiem insequuti sunt. Alexander deinde, iussis Thessalis peditibus capere eos colles, quum ii multa vi ad loca illa munita & altissima cuadere tentarent: ipse in Thebanos irruens, primos interfecit: alii acceptis vulneribus nihil egerunt. Quod videns Pelopidas, reuocatos equites in hostium aciem, q̃ magis conferti erant, irruere iussit: ipse se illis cursu cõmiscuit: qui per colles dimicabant. Statimq; erepto clypeo, & impellensa tergo priores, tantam iniecit omnibus fortitudinem ac animum: vt hostibus visum sit & corpore & animo alios esse. Quo factum est: vt duę vel tres phalanges turbatæ fugatęq; ex primis partibus exiterint. Sed intuentes hos quidem constantissime colles ascẽdentes, & equitatum iam ab insequutione redeuntem, versi ad eorum latera irruerunt. Pelopidas vero quum sensit hostium acies necdum in fugam versas: sed adhuc respirantes aduersum suos: perturbatus constitit: quæritans oculis Alexandrum. Quem vbi aspexit confidentem animo, atq; ex hornantem euocatorum aciem in dextro cornu: ira percitus haud potuit se continere. Sed accensus eius aspectu, seipsum ac principatum suum præcipitans, e medio suorum solus exiliit, aduersusq; illum vociferans. Tyrannũq; vocans impetum fecit. Ille vero minime irruentem illum expectans, per aciem fugiendo inter stipatores se coniecit: tandemq; delituit. Qui Pelopidæ obuiam iter cursitandum fiebant, eius impetu cęsi consternebantur Quidam etiam vulnerati postea occubuerunt. Interim acceptis a longe nonnullis vulneribus, Thessali tandem laborãtem illum intuiti, repente ex collibus proruperunt. Sed quum iam occidisset Pelopidas: eius equites irruentes vniuersam hostium aciem euerterunt. Et quantum potuerunt insequuti: omnia ea loca sanguine conspersérunt. plus tribus milibus cæsis. Mortuo igitur Pelopida: Thebani qui aderant: principis suis casum grauiter ferentes cum parentem ac liberatorem patrię appellabat. Nec mirum si id Thebani: quum Thessali ipsi, ac omnes socii: præter honores illos: quos ei vltra omnem humanitatem decreuerant: amplissimam quoq; de se beniuolentiam & amorem ostenderint. Traditur enim qui cunq; ei rei affuerunt: neq; depositisse arma: neq; equis extraxisse frẽna: neq; vulnus vllum ligauisse: quousq; sensérint eius finem. Tum vero in armis super cadauer astitisse: quasi adhuc sensibile esset: circũq; hostium exuuias accumulasse: atq; sepisse armis corpus. Equos ac seipsos: præter consuetudinem comis concidisse. Quicq; in castra redierãt: neq; ignem accendisse: neq; accepisse cibum: atq; in toto exercitu tantam taciturnitatem cum tristitia seruatam: ac si non victores extitissent: sed victi a Tyranno in captiuitatem ducerentur. Vbi autem inter ciuitates hęc annuntiata sunt: confestim primates vna cum adolescentibus: & pueris: tum etiam & sacerdotibus: ad decorãdum funus affuerunt: coronas, signaq; victoriæ: ac aurea penitus armamenta gestantes. Quũq; rempus accessisset educendi funeris: Seniores Thessalorum se ad Thebanos contulerunt: rogantes: sepelicdi ea-

Solis defectus.

Pharsalum

Canis capita.

Pelopidæ interitus.

Mœstitię signa ob Pelopidę mortẽ ostensa.

daueris negotium sibi mandari. Quibus ex eis vnus, O viri inquit amici ac belli socii, gratiã hanc a vobis petimus: q̃ nobis in tanta calamitate dignitatem afferet & solamen. Non enim viuũ Thessali Pelopidam comitabũtur: neq; sentienti reddent dignos honores. Sed si & tãgere illius corpus consequuti fuerimus: & per manus nostras honorare, ac sepelire: non videbitur nobis diffidisse: q̃ maior fuerit calamitas Thebanis q̃ Thessalis. Vobis enim solum optimo Duce contigit priuari: Nobis autem & Duce, & cum eo patria libertate. Quomodo igitur confideremus alium a vobis Ducem deposcere: quum Pelopidam minime viuum reddiderimus? Thebani his in rebus Thessalis morem gessere. Quid igitur hoc funere splendidius fieri potuisse existimandum est? Et potissimũ ab iis: qui honorem & dignitatem in ebore, aut auro, aut purpuris minime constitutam esse opinantur. Quemadmodum Philistus: qui Dionysii sepulturam, quasi quendam theatralem sumptũ tyrannicę Tragœdiæ, laudat: atq; admiratur. Alexander vero ille magnus: quum obiisset Hephæstiõ non solum equos totondit & mulos: verum etiam pinnas & propugnacula a mœnibus eripuit: vt & ciuitates viderentur lachrymare: q̃ pristina pulchritudine, prioribusq; ornamentis spoliata nudata essent. Hæc profecto herili quodam iussu violentoq;: & multa cum inuidia odioq; facta, nulla beniuolentia, nulloq; honore, sed quadam ostentatione diuitiarum, barbaricæq; superbiæ, & inani ambitione atq; iactantia feruntur. At Pelopidas vir vnus popularis in aliena regione pereptus, cognatorum p̃sentia, & vxoris, ac filioꝝ destitutus, nemine aut rogato, aut coacto, a tot populis: totq; ciuitatibus certatim agentibus coronatus, præmissus, delatusq; veram felicitatem ac beatitudinem consequutus visus est. Non enim pro sententia Æsopi: Mors grauior est eorum: qui in felicitate moriuntur: sed potius beatissima: quum in tutissimum locum egregia sua facinora locarint: neq; permiserint se a fortuna ipsa superari. Quapropter optime Laconius ille: qui quum salutasset victorem in olympo Diagoram habentẽ filios coronatos, & nepotes ex filio filiaq;: inquit: Moriendum est o Diagora: ne alias in olympum ascendas. Si quis autem olympicas: pythicasq; victorias in vnum colligeret, non puto vnicæ victoriæ Pelopidę equandas dignum putaret. Quę quum omnia fidentissime gessisset: inq; laudem & dignitatem cepisset: per vniuersam fere eius vitã clarissimus fuit. Et deniq; in tertiodecimo Thebanorum principatu vt Tyrannos confringeret, egregie faciẽs pro Thessalorum libertate ac salute interiit. Cuius mors maxime sociorum animos offendit. Nec tamen propterea Thebanis animus cecidit. Nam posteaq̃ Thebani Pelopidę mortem acceperunt: nec minimum quidem vltionem differentes, q̃ primum aduersum illos exercitum miserunt peditum quidem septem milia, ac equitum septingentos Duce Malcito, & Diogitone. Qui quidem quum amissa magna parte exercitus Alexandrum cepissent: coegerunt illum ciuitates Thessalis reddere: quas antea ab eis acceperat: Magnetas vero: & Phthiotas & Achæos liberos esse: ac ea loca suo p̃sidio eximere: eũq; iurare sequuturum Thebanos aduersum eos: quos iusserint. Sicq; fatisfactum his Ducibus Thebanis. Quam vero pœnam de Pelopida postea dederit Alexander: deinceps disseramus. Thebe eius vxor ac Pelopidę propinqua primum quidem vt dictum est: ab eo edocta haud quaq̃ vereri externã nobilitatẽ: neq; apparatũ tyrannidis: tametsi esset inter arma & gladios: timensq; propterea eius perfidiam: ac molestę ferens tantam immanitatem: conuenit demum cum tribus fratribus: Tisiphonio scilicet: Pitholao: & Lycophrone: huiusmodiq; vlciscendi Tyranni viam sequura est. Totam etenim eius domum ii occupabant: qui cum illo ad eius custodiam pernoctabant. Sed thalamus ille in quo dormire maxime consueuerat: in fastigio erat. Atq; ante illum custodes erant. Canis in primis ligatus vestibulo terribilis ac pniciosus omnibus: nisi q̃ consueuerant ibi versari. Eo ita q; tempore: quo debuit Thebe rem incœptare: eos fratres cõtinuo habuit prope se: in domo quadam proxima latitantes. Ingrediens vero sola: vt cõsueuerat: ad Alexandrum adhuc dormientem: & paulatim procedens familiari cuidã abducere canem iubet dicens se velle eum tranquille quiescere. Ipsa autem scalas timens: ne dum adolescentes ascenderẽt cõcreparẽt: lana illas strauit: ac molles reddidit. Ac deinde subducens fratres cum ensibus: eosq; cõstituens pro foribus: sola introiuit. Eripiensq; ensem qui supra eius caput pastiterat: indicauit illis: Alexandrum somno oppressum detineri. Quum vero perterriti essent adolescentes: ac dubitarẽt accedere: ipsa eos increpans: atq; iracunde inquiens: se excitaturam Alexandrum: ac omnia illi indicaturam: nisi confestim accederent: pauidos simul ac erubescentes eos introduxit: ad lectulumq; cum incensa lampade ipsamet illis viam præstitit. Ex quibus vnus pedes arripiens telo pcussit. Alter vero captis crinibus caput illisit. Tertius item. feriens totum confixit: mortisq; celeritate prius fortasse quam decens erat: vitam finiuit. Tum etiam primus cui a propria vxore contigit confodi: & qui quum ei? corpus turpiter a Pheræis eiectum esset: digna pati ab omnibus: ob eius crudelitatem: iudicatus sit.

Honores Pelopidę defuncto redditi.

Alexander magnus in morte Hephæstionis equos totõ dit.

Pelopidę laudes.

Thebe Alexandri Pheręi vxor.

Alexandri Pheręi interitus.

Vxor quæ prima virũ interfecerit

Plutarchus in Vitam

¶ MARCELLI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCHO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA. SIVE VT ALII CODICES HABENT PER ANTONIVM TVDERTINVM.

Marcellorũ cognomẽ.

Marcellus disciplinarum studiis affectus.

Arcum claudiũ Quiquies Romanorũ consulem Marci filium extitisse tradunt: eiq; (sicuti Possidoni⁹ refert) cognomen quod Martium ẽ, primũ ex familia fuisse Marcello. Exercitatiõe nãq; bellicosus erat: robustus corpore: mãu potẽs: natura vir ad dimicãdũ ardẽs: & qđ illius certamina declarãt, acer ac strenu⁹: ad ceteras vitę partes humãus atq; modestus. Græcę vero disciplinæ ac dicẽdi studiis eousq; affectus: vt eaꝝ rerũ peritos honore & admiratione haberet: eas per occupati õ es minime assequutus q̃q̃ ad ipsas pdiscendas exercẽdasq; propensius ferretur. Nã si vllis vnq̃ (quẽadmodũ Homerus ait) ab deo tributum est: vt ab in eunte ætate ad senectutẽ vsq; tristia bella tractarẽt: id vel in primis ea tempestate Romanis attigisse arbitror. Qui quũ iuuenilibus qdem annis pro Sicilia cũ Carthaginensibus bello implicati fuissent adulti vero Italiæ causa cum Gallis: ætate maturiori cum Annibale atq; Carthaginensibus iterũ bellum gessere: adeo nullam ab senectute, quẽadmodum cõplures, bellorũ reqem nacti: quin ad imperia resq; militares ab virtute & animi nobilitate ducti. Quibus in rebus egregie Marcellus ex celluit: ad nullũ pugnæ genus aut segnis aut parũ exercitatus tum vero ad certamẽ singulare fortissimus. quo quidẽ in genere quũ puocatorẽ neminẽ fugerit cæsis vniuersis victor euasit. Fratrẽ Oraciliũ ab se in Sicilia ꝓtectũ ab iminenti piculo liberauit: trucidatis q in eum acri ferebãtur ipetu. Qua ꝓpter iuuenis adhuc coronas, cæteraq; ab imperatoribus cõsequutus est præmia. Quũq; gloriæ plurimũ comparasset: ædilis curulis a populo, augur a sacerdotibus designatur. Id sacerdotii genus est: cui ex auibus vaticinia contemplari ac obseruare mos est. Ædilitate vero inita, accusatorem se & inuitus qdem egit. Nã quum eiusdẽ nominis filiũ indole ac forma decorum, pluri mumq; ob modestiã ac morũ elegantiam ciuibus conspicuũ haberet: eum Capitolinus Marcelli collega vir audax ac intemperans, illius amore correptus appellauit. Cuius conatus quũ p se puer ab initio propulsasset: iterũ tentante Capitolino, rem patri detulit. Id grauiter ferens Marcellus hominis facinus senatui renuntiat. Capitolinus multas causas multaq; cõmentatus effugia, tribunitiã potestatẽ implorat Tribunis autẽ eius appellationẽ abnuentibus, inficiari crimen pergit Cuius rei quia testis aderat nemo: ad se acciri iuuenem visum est patribus. Eius ꝓducti cũ ruborẽ, lachrymas, & perpetuæ simul iracundiæ pudorẽ imistũ animaduerterẽt: nullo alio egẽres iudicio, aduersus Capitolinũ ꝓnũtiauere sentẽtiam: eũq; in exoluendis mulctauere pecuniis: quibus argẽteum vas cõparatum Marcellus deorũ ministerio dedicauit. Post primi belli punici vixdum sedati vigesimũ secũdum annũ, gallici belli primordia Romanos continuo inuasere. Iberi nãq; (ea vero gallica gens est) qui vicinã alpibus pascũtur Italiã: q̃q̃ magni ac potentes per se, gallorum tamen auxiliũ viresq; cõuocabãt. quos mercede militiæ agẽtes Gessatas appellabant. Qđ vero Gallicũ simul cũ punico nõ eadẽ tempestate bellum irruperat: mirũ videbatur: & quoddã fortunę beneficiũ. Cæterum ii iure consultoq; durante bello, cessauerãt: vt ascitis sibi gallis postmodum, trãq̃ ex insidiis victores adorirentur: quietosq; lacesserẽt. Quod quidem ad bellum finitimum atq; domesticum plurimũ conducere putabatur: & loci propinquitas: & gallorum dignitas: qui maxime Romanis terrori esse videntur: vt qui olim ab eis vrbe deiecti spoliatiq; sint. Quamobrem decretum est: vt sacerdotibus militiæ munere vacare liceat: nisi denuo gallicum bellum ingrueret. Eorum formidinem vel ipse declarat apparatus. Nunq̃ enim tot Romanorum milia simul in armis extitisse: ac tam nouos sacrorum ritus factos' memoriæ pro ditum est. Qua in re nihil imma ne aut in humanum ab eis sponte peractum est. Quippe quũ maxime græcanico more pii ac mi-

Oraciliũ, fratrẽ Marcellus liberauit a periculo.

Auguris officium.

Capitolin⁹ Marcelli filium turpiter appellauit.

Capitolin⁹ dãnatus pecuniis.

Gallicibelli primordia.

Gessatæ.

tes rem diuinam faciant. Verum enim tũc eo ingruente bello quibusdã monitis sibyllinis cedere coacti sunt. Quapropter duos Græcos virum ac vxorẽ, totidẽq; Gallos in foro Boario viuos defodere: quibus hodieq; nouembri mense clam quidẽ Græcis & Gallis dãtur inferiæ. Principio a Romanis nunc parta victoria, nunc acceptis cladibus decertatum est: quæ res nullum certum attulit
* rebus exitum. Quum Flaminius ac Fuluius consules in * Isombres copias haberent: fluuius qui per Picœnum agrum labitur, cruore fluxisse visus est. Tres quoq; Græcos penes Ariminum appariuisse traditum est. Comitiis consularibus quum augures malis ac infelicibus creatos auspiciis cõsules affirmassent: senatus e vestigio illos ab exercitu literis missis reuocandos curauit: vt redeuntes deposito statim consulatu nihil aduersus hostes vti consules gererent. Receptas Flaminius literas non prius aperuit: q̃ collata pugna, versisq; in fugam Barbaris, in agrum eorum excursionem fecerit. Redeunti igitur ac multa referenti spolia, non processit obuiam populus: quia reuocatus non continuo mandatis obediuerat: verum ea per superbiam contempserat. Quapropter vt ei triumphus denegaretur: parum abfuit: quẽ tñ priuatũ egisse constat. Is tñ antea simul atq; collega consulatu sese abdicare coacti sunt. Adeo vniuersa Romanorum gesta referebantur ad deum: vt nec augurioꝝ, nec patrii moris desperientiam vel in maximis bene gestarum rerum successibus fieri paterentur: maius profecto momentum in religionis obseruantia, q̃ in vincendis hostibus ad ciuitatis salutem pertinere arbitrantes. Tyberius itaq; Sempronius mira fortitudine & æquitate præditus, plurimaq; inter Romanos dignitatis, quum consul sibi subrogandos Scipionem Nasicã & C. Martium designasset: iisq; iã prouincias obtinerent: animaduertit se, quum libros militarii præceptoꝝ legeret, solẽne aliquid insciũ præteriisse. Id erat huiusce modi. Quũ quis ex optimatibus in pomœrio domũ aut tabernaculum mercede conduxerit: & in eo pro captãdis sedeat auspiciis: postmodum firmis nondum signis, si qua illum in vrbẽ causa retraxerit, primum omitti oportere tabernaculũ: alteꝝ vero suscipiendum: ex quo nouus auspicioꝝ instauretur aspectus. Hoc latuisse. Tyberium videtur: qui bis eodẽ vsus tabernaculo dictos designarat consules. Animaduerso postmodum vitio, reqꝝ senatui relata, senatus tã paruulum minime contẽnendum errorẽ ratus, significare illis statuit: quapropter ii continuo e prouinciis Romã rediere: fecq; magistratu abdicauere. Hæc tñ posterius gesta sunt. Eisdẽ ferme tpibus duo illustrissimi flamines sacerdotium amisere: Cornelius Cethegus: q̃ exta victimæ non rite admouisset: & Qu. Sulpitius: q̃ ei inter sacrificãdũ apex, quem flamines ferunt, e capite prolapsus esset. Quum Minutius dictator. C. Flaminium magistrũ equitum designasset: stridore soricis cõsequuto, vterq; dignitate iussus abire. alii creati denuo sunt. Hoc pacto tam accuratam vel in paruis diligentiam obseruantes: nullum aut nouum, aut nõ patrium religionis ritũ admiscere voluerunt. Quum igitur consulatum Flaminius deposuisset: Marcellus per interreges consul creatur. Inito consulatu. Gn. Cornelium collegam sibi designat. Postmodum quũ multa a Gallis de concordia agitarentur: ad pacẽ inclinante senatu, ad bellum Marcellus multitudinem concitabat. Qua in re: haud tñ, quo minus pax crearetur, efficere valuit. Paulo post Gessatæ, superatis alpibus, bellum innouare: qui primum castra mouẽtes in Isombres, eos sibi socios asciuere: qui triginta milia numero erant: quum ii longe plures essent. Dehincalacres &
* elati in Acerras imperti faciunt. Id autem oppidum est super animi Pado locatum. Hinc rex eoꝝ * Briomatus decem milibus Gessatarum secum assumptis, circumpadanam populatur oram. Quæ quum Marcellus accepisset: relicto ad Acerras collega, simulq; pediratu ac cæteris grauioris armaturæ, & tertia parte equitum, ipse cum reliquis equitibus & expeditissimis militibus ferme sexcentis, ad hostes contendit: non noctu non interdiu iter omittens: donec ea decem milia Gessatarum circa Capidium Galliæ vicum nuper imperio Romanorum adiunctum offendit. Vbi nec suorum corpora curare: nec vllum quieti tempus dare licuit. Confestim enim Barbari vbi eum aduẽtasse sentiunt, paucifaciunt: q̃ pedestres quidem copias paucas haberet: equites vero præse nihil ipsi penderent Galli: qui quum equestri præsertim pugna fortissimi bellatores excellant: ipsa quoq; multitudine Marcellum superabant. Quamobrem statim in eum grauissima minitantes, perinde ac vi omnia direpturi, duce rege, concitis feruntur equis. At Marcellus ne pauciissimus suo tum numerus diffusis circumueniretur hostibus: procul ab equitatu deducto agmine, donec paululum ab hoste aberat, tenuissimo cornu progressus est: quũq; ad conserendas manus suos conuerteret: hostium clamore ac strepitu perterritus equus Marcellum retro violenter aufert. Ea propter veritus, ne ea res vllam Romanis perturbationem religionis obiiceret: retractis statim habenis, equum in ipsos conuertit hostes: & ne casu magisq; consilio eo vsus circuitu videretur: solem supplex adorauit. Is enim in initio pugnæ superos adorare Romanorum mos est. Quũq; hostibus iam immisceretur: Ioui feretrio opima ex hostibus se consecraturum arma vouit. Inter hæc quum illum Gallorum rex conspexisset: ob insignia ducẽ opinatus, ante oẽs ei concitato occurrit equo: & quassans hastã vim clamore prouocat. Is erat inter Gallos eximia corporis magnitudine armatura auro argentoq; ac variis distincta coloribus: fulguris instar per lucida. Quæ vbi Marcellus pulcherrima ex toto conspicatur agmine: ea futura meditatus, quę concepta deo vota per

Forũ Boarium.

Insubres. Isombres.

Flaminius.

Religiosissimi Rõani. Tybetius Sẽpronius.

Cornelius Cethegus Qu. Sulpitius.

Marcellus cõsul creat⁹ Gn. Cornelius cõsul. Gessatæ. Acerrę oppidum. Briomatus rex, Gessatarum.

Galli eq̃stri pugna fortissimi bellatores. Marcellum equ⁹ retro abstulit.

Mos romanoꝝ solis i fitio pugnę adorandi.

Marcellus arma regis victi Ioui dedicat.

Marcellus Gallos mirãda victoria superat.

Mediolanũ a Marcello captum.

Marcelli triumphus.

Ioui Feretrio tres tũ opima spolia suspẽderunt.

Feretri⁹ vnde dicatur.

Manubiæ.

Spolia opima.

Crater librarum.c. Apollini dicatus.

Hiero Syracusanorũ rex.

Canusium.

Fabius Maximus.

Marcellus Fabio adiũctus contra Annibalẽ.

Marcell⁹ vires Annibalis fregit.

L.Bandius

soluere:virum adoritur: quem hasta thorace perfosso, simul equi viribus innixus vig; resupinat: iterũq; ac tertio vulnere repetitũ statim exanimat. Tũ equo desiliẽs Marcellus,& exãguis arma manibus tangens ad cœlũ cõuersus, Omagna ingr ducũ opera & imperator; gesta bellaq; ac pugnas cõtuẽs Feretri Iuppiter, obtestor Tertius ego Romanor; dux acimperator vig; hũc ducẽ simul ac regẽ ppria manu cõfossum occidi. Hæc tibi prima opimaq; spolia dedico. Tu nobis dũ ad belli reliquias vertimur, similẽ psta successum. Tũ Romani equites peditibus equitibusq; simul ímisti, pugna cõmissa ingẽtem ac mirãdã quodãmodo vincũt victoriã. Cõstat.n. tantũ egr atũ ac peditatũ nõ antea,nõ postea vsq; tã paucis superatũ. Tũ eẽis plurimis,prædã & arma secũ tenẽs ad collegã regredit:pid tẽpus aduersum Gallos infeliciter dimicãtẽ:ad Mediolanũ amplissimã qdẽ & populosissimã Galliæ vrbẽ. Quã Galli Metropolim appellãtes,p ea strenue pliantes, obsidione Cornelių circũuenerãt. Vt vero redeũtẽ Marcellũ regẽq; pfligatũ ac necatũ sensere Gessatæ: pfugiũt. Qua propter Mediolanũ a Marcello captũ. Cætera oppida dedẽtes Galli Romanis vltro cũcta permittũt. Hocpacto tranglla satis vtriq; pax cõrigit. Post hæc decretus a senatu soli Marcello triũphus. Qui quũ ditissimus spoliis,ac ingẽribus captiuor; corporibus splendidissimus duceret: rarissimę admiratiõis habitus est,Maximę vero voluptatis & nouitatis spectaculũ ostẽdit: quũ Ioui Barbarica deferebat arma. Trũco siquidẽ montanę quærcus abscisso,& in trophæi modũ fabricato, affixa quaqua versum spolia impendebãt: ornate plurimũ ac decore disposita. Mox accedẽte populi frequẽtia, Marcellus in currum tollitur. Cuius rerum triũphale simulacrũ pulcherrima per vrbẽ pompa magnificẽtissime trãsmissum est. Ornatissimis ꝑditus armis assequebat exercitus deo ac imperatori cõdita carmina & victoriæ pæana canẽtes. Inde ꝑcedẽs & ad Feretrii Iouis templum ascendens,ea illi solẽni dedicatione suspẽdit: Tertius & ad nostri vsq; temporis bella postremus. Primis.n. Romulus spolia ab Acrone Ceninensiũ rege detracta retulit. Secundus Cornelius Cossus a Tolumnio Hetrusco. Post hos Marcellus a Gallor; rege Briomato. post quem nullus. Eum vero deum cui hæc transmittunt iccirco Iouem Feretrium (vt quidã asserunt) appellant:q; secũdum græcor; linguã quam olim latinis plurimũ immistã fuisse cõstat, trophæa phereretuetæ, id est e feretro trophea ferantur. Alii deo sic appellatũ Iouẽ dictitant:q; fulmine feriat. Cęteri q; in bello feriri soleat,id exortũ nomẽ inquiũt. Nã & nũc quoq; in psequendis hostibus, dũ se inuicem milites exhortãtur,frequẽter feriri iubẽt. Manubias autẽ cõmunes qdẽ spolia: priuatas vero opimas vocitãt. Numã tamẽ Pompilium in cõmẽtariis prima secũda & tertia memorasse opima traditũ est. Prmaq; capta Ioui Feretrio, secũda Marti, tertia Quirino cõsecrari iussit:primo asses trecentos:secũdo octoginta, tertio cẽrum præmiũ esse cõstituit. Hęc vt plurimũ fama tenuit: perinde ac ea tãtummodo illustria sint: quæ prima in agmine duci dux detraxit. De his hactenus. Ea victoria & belli exitus lætitiæ tantum Romanis attulit: vt libras cẽtum aureũ cratera Pythio Apollini Delphos vsq; pro earum rerũ gratulatione transmisserint. Sociis quoq; ciuitatibus amplissimam exuuiarum partẽ distribuere:nec minus regi Syracusanorũ Hieroni Romanor; amico & socio. Quum Annibal in Italiam irrupisset: Marcellus in Siciliam cum classe missus est. Post Canẽsem vero cladem, in qua nõ pauca Romanor; milia pugnando cæsa sunt: paucis qui saluẽ fuga comparauerãt, sese Canusium recipientibus,ingens erat expectatio, Annibalem confestim Romam castra motur;: quod ei attritis Romanorum viribus oprime conduxisset. Marcellus statim mille & quingẽtos ex nauibus milites vrbis præsidio misit. Postea accepris a senatu literis, Canusium contendit: adiunctisq; quos ibi collegerat, ne liberum hostibus agrũ pmitteret, deducit ex arcibus. Cæterum post excellẽtissimos ac fortissimos bello viros interemptos, Romani. F. Maximũ plurimæ dignitatis fidei ac sapientię vig; veluti cunctatorẽ, & parum in rebus gerendis audẽtem improbabant: q; accuratus nimium & diligẽs nequidpatereť aduersi consultabat. Eiusmodi autẽ imperatorẽ nõ ad vlciscendum,sed ad tutãdum satis esse arbitrãtes, ei Marcellum addidere: vt ad res rute ac caute gerẽdas suã cum illo audaciã efficaciãq; temperarent. Vtrumq; igiť interdum cõsulem, nõnunq; cõsulẽ alterum,altero ꝑconsule,creatum emittebãt. Vt.n. Possidonius refert,Fabium clypeum,Marcellum ensem appellabant. Solebat etiam dicere Annibal:se Fabium quidem vt præceptorẽ, Marcellum autẽ vt pugilem reformidare. Ab illo.n..ne mali quicq; perperraret, cohiberi: ab hoc autẽ nõnunq; grauiora perpessum. Itaq; post illam victoriam quum tãtum alacritatis & audaciæ suis⁹ iniectum esset militibus: vt longe a castris dispersi ac palantes regionem occuparent: ipsos adortus Marcellus, vires eor; fregit profligauitq;. Post hæc Neapolim Nolamq; eis laturus auxilium se conuertit. Quũq; Neapolitanos in fide permanentes comperisset: eis stabilitis, Nolam contẽdit: vbi dissidentem a plebe senatum inuenit: nec plebis animos ad Annibalem inclinatos tractare aut componere senatus poterat. Erat in ea ciuitate vir & nobilitate primarius, & fortitudine conspicuus. L.Bandius: qui ad Canensem pugnã obtruncatis Pœnorum pluribus, egregie dimicauerat. Eum postmodum in multis confixum spiculis inter cæsorum corpora repertũ Annibal admiratus, non solum absq; pretio domũ remiserat: verum & donarum insuper amicum sibi hospitalitatis iure coniunxerat. Ob cuius gratiã meriti, quũ Bandius ad Annibalem

promptissime inclinaretur: ad eum quoq; plebē confirmabat: ad defectionem q; sollicitabat. Marcellus virum illustrem & in maximis bellorū casibus Romanoꝝ; socium necare, ducebat impiū. Erat ꝓterea ingens in Marcello naturę humanitas, suauitas, lepor, & affabilitas, ita vt quemuis ad se sua comitate pelliceret. Quum igitur illū Bandius aliqñ salutasset: quisnā sit homo Marcellus rogat q̄uis illū probe norat antea. Ad sermonis initiū occasionē quoq; pquirebat. Eo aūt respondēte. L. Bandius: quasi lætatus magno pere admiratusq; Marcellus: Tu ille Bādius es inqt: cuius maxima inter Cannarum bellatores fama Romæ est: q; Paulū Æmyliū consulē solus nō deseueris in quē quū densissima coniicerentur missilia, ea corpore subiens excepisti. Assentiente Bandio, & vulnera quædā ostentāte: Talia inqt quū in nos amicitiæ signa perferres: ad nos cur nō cōfestim ibas? An vero nos ad retribuēda amicorū virtuti præmia, quibus & penes hostes tantus habetur honos: iniquos censuisti? Hæc benigne loquutus: cōprehēsum dextra iuuenem eximio ad pugnā equo & quingentis argēti drachmis donat. Quas ob res effectum est: vt Bandius cōstantissimus Marcello socius ꝓpugnatorq; fuerit: & eoꝝ; qui diuersæ factionis erāt grauissimus accusator & index. Erant cōplures: qui quū Romani in hostes egrederētur, sarcinas & impedimēta diripere stabant. Q̄d vbi Marcellus accepit: intra mœnia instruxit exercitum: & intra portas impedimenta ture disposuit: Nolanis per præconē ne muros adirent inhibitis. Erat in muris armorum solitudo. Ea propter tumultuantes in ciuitate ratus Annibal, infusum muris admouit exercitū. Tū Marcellus patefieri portā iubens, cū strenuissimis irrupit equitibus: rectaq; cōcitus via cōsequitur hostibus. Paulo post per alterā portā ingenti cursu & clamore peditatus emittitur. Post hæc cum acies Annibal partiretur: tertia porta reeluditur: qua reliqui ꝓcursantes vndiq; Pœnis insperata stupētibus incumbūt: quos quū postremo irrumpētes Pœni cōspexissent: ignari cum cōsertis pugnare Romanis incipiunt. hic primū Annibal terga Romanis ostendit. Pœni itaq; terrore ac vulneribus confecti, in castra compulsi sunt. In ea pugna plura quinq; milibus hostium desyderata traduntur. Ex Romani vero nō plures quingentis. q̄q̄ Liuius tantā hostiū strագem fuisse nequaq̄ affirmet. Ea pugna ingētem Marcello gloriam peperit adaucti Romanis animi. Non. n. sibi cum in expugnabili & inuicto prorsus hoste, sed qui vinci & cladibus affici posset, certamē esse didicerant. Post hæc mortuo altero consule, Marcellus in demortui locum subrogandus absens, accitus est a populo: qui donec ab exercitu rediret, inuitis optimatibus dilata comitia sunt. Marcellus cunctorum suffragio designatus consul est. Ob crebra deinde tonitrua eum augures minime læta ꝓnuntiassent signa: palāq; illum ob plebis metū cohibere torpescerent: is se magistratu abdicauit. A re tamē haud se trahens militari, procōsul creatus Nolam ad exercitū ꝓfectus eos q̄ puniceæ factionis exiterāt, supplicio affecit. Post hæc Annibal magnas secū vires trahēs aduentat. Cui ex acie lacessenti minime certādum Marcellus censuit. Quū vero maximā copiaꝝ; partem prædatū dimisisset: cū perinde pugnā detractātem Marcellus adoritur. Distribuerat aūt naualis belli lōgora pila militibus: eminusq; illis ferite Carthaginenses docuerat: qui quum iaculari nesciant, breui bus vtuntur manu spiculis. Iccirco qui tūc manus cōtulere: terga Romanis dederūt: & irreuocabilem fugere fugā. In eo ꝑlio Pœnoꝝ; quinq; milia cæsa ceciderūt: elephantes quatuor: viui duo capti sunt. q̄d aūt maximū extitit. Hispani equites mistiq; Numidæ supra trecētos tertio post pugnā die ad Marcellū trāsfugerunt. Is tunc primū Annibali casus obtigerat: q ex tam variis multifariisq; moribus in vnū q̄dem & barbaricum cōgregatas gētes exercitū vnanimes tādiu cōseruasset. Ii igit Marcello cæterisq; ducibus fideles ad omne post modū facinus pmansere. Marcellus tertio cōsul creatus in Siciliam traiecit. Annibalis. n. res bene gestę Carthaginenses ad vēdicādā iterum insulæ dominationē vehemēter extollebāt: prę sertim: quū Hieronis tyrāni morte. Syracusis tumultuatū sit. Quāobrēeo præmissus exercitus ꝓtore Appio. Eam quū Marcellus recepisset: ei ad genua Romanoꝝ; multitudo pcūbit. Hi fuerāt huiuscemodi calamitate perculsi. Romanorum, qui aduersus Annibalē ad Cānas in acie pugnauerāt, quū nōnulli fugissent: tot capti viui sunt: vt q̄ ꝓ muroꝝ; custodia locarentur, vix relicti sint. Quos quū Annibal vel modicis pretiis redimi pateretur: tanta Romanis animi magnitudo tantūq; elati spiritus erat: vt ne reciperētur publice decretū sit: eos q; tū necari, tū extra Italiam vendūdari paruifecerint. Qui vero pfugerant: in Sicilia relegati sunt: & ne donec aduersus Annibalem belligeraretur: in Italiam reportarētur edictū est. Marcello igitur aduentanti hi simul pcubuere: seq; humi cōsternentes insignis officium militiæ deposcebant. Clamore maximo lachrymisq; polliceri: se sua declaraturos opera magis ex infelicitate quadā, q̄ eoꝝ; inauia eam cladē esse factā. Hos miseratus Marcellus, ad senatū literas dedit: vt eis ad militiæ supplemētum vti liceret deprecās. Post multa in senatu agitata, decretum est: Romanis ad rēpublicā ignauis minime hominibus opus esse. Marcello tamen si eorum vti opera voluerit, liceat: modo nullam virtutis gratia corona aut premium assequerentur. Hoc decretum dolore. Marcellum affecit: q; aduersis ciuium casibus mederi, & in melius constituere pro eorum multis ac magnis in rempublicam meritis, haud permitteretur a senatu: idq; post cōfectū in Sicilia bellum in curia questus est. Hæ autem in Sicilia res gestæ sunt. Marcellus vbi primū ab Hippo

Marcelli natura laus.

Marcellus Bandiū sibi donatum equo & argēto conciliat.

Annibal primū terga Romāis ostendit.

Cęsa ex pœnis quinq; milia.

Marcelli? cōsul creatus ob auguria læua magistratu se abdicauit.

Marcellus proconsul creatus.

Marcellum Annibalie cōgreditur.

cęsa Pœnorū quinq; milia & elephātes quatuor.

Defectio militum ab Annibale prima.

Marcellus tertio cōsul creatus:

Appius ꝓ/

Hippocratis ad Annibalē defectio: & de eius ī Romanos crudelitate.

crate Syracusanorum duce violata fœdera cōperit: qui occupato dominatu, vt Carthaginēsium gratiam iniret, cōplures in Leontinis Romanos interemerat: vi Leontinoꝝ vrbē expugnat. oppidanorum nemo violatus: transfugas: qcunq; in potestatē redacti sunt, virgis cęsos pœna affecit. Nuntius ab Hippocrate Syracusas: mittit; qui referat Leontinos oēs, aduſq; tenerā ætatē a Marcello trucidatos. Qua re accepta tumultuantibus Syracusanis, aduentat Hippocrates: & vrbem occupat: Marcellus motis castris Syracusas ꝓfectus, haud procul ab vrbe metatus, legatos q̄ res in Leontinis gestas denuntiarēt mittit. qd̄ aduersantibus Syracusanis, cōduxit parū. Iam. n. Hippocrates reꝝ dominiū obtinebat. Inde terra mariq; Syracusas adoritur. Appius quidē terrestres copias admouit: Marcellus sup octo iunctis mutuo nauibus, ingētem atrollēs machinā, inde Pētiremibus sexaginta, omnifariā telorum armorūq; genere refertis, muris annauigauit: qbus facile potiri, quū apparatus magnitudine atq; splendore, tum ꝓpria fretus gloria, animū induxerat. Ea vero p̄ suis machinamētis nihil pendebat Archimedes: quæ olim nō vti studio digna opera, sed vti quædā geometriæ ludicra extra ordinē vir ille cōdiderat: ꝑsertim quū regem Hieronē hisce delectatū cerneret: qui Archimedē vt ab cogitationibus ad corporea quicq̄ artis verteret, induxerat. Sicq; ratione præceptorū ad vsum ac necessitatē sensibus aperuit. Hanc enī vulgatam & passim cōplacitā machinamentoꝝ artem primū Eudoxus & Archytas inchoauere: geometriā variis eçlaturis exornantes. Ipsius quoq; rationes ac difficiles demonstrationes occultasq; scientiæ ꝓpositiones p sensuū ac instrumētorum exempla edidere. Sicut eam rationabilē ꝓpositionem: quæ circa duas medias dicitur: quæq; ad multa pscripta necessariū quoddā est elemētum: hi ambo in cōparandis ꝓduxerūt instrumētis: semiscriptis quibusdā lineis figurisq; geometricis machinamēta formantes. Quapropter in eos molestē concitus est Plato: q̄ geometriæ præstantiam sustulissent: quæ ab cogitatione & rebus incorporeis, ad sensibilia decurrisset: quasi ad sui vsum corpore & mercenaria indigeret inertia. Hoc pacto fabricandorū industria machinamentorum a geometria dilapsa secernitur: ac diutius a philosophia neglecta vna militaribus annumerat artibus. Cæterū Archimedes ad regē Hieronem, cui & necessitudine & amicitia iūctus erat, scripsit: quoduis onus additis moueri posse viribus: cūq; suæ roborē demonstrationis gloriantē iactare solitum aiunt: si quem alterū nactus terræ globum esset, hanc ad illam ꝑfecto se translaturum. Id admiratus Hieron, orat: vt qd̄ ꝓponit, deducat in actū: & magnum q̄ppiam pusillis moueri viribus indicet. Nauem igitur onerariam ex regiis mercatus est vnam: quā simul ac solitum adiecit onus, labore maximo ingēs hominū manus traxit. Is inde procul assidens nullo corporis nixu, gera ducens manu, rapturum autē multa diceres, eā tranquille planeq; quasi mari plaberetur, adduxit. Eo stupore perculsus Hieron artis intellecta potentia, Archimedem exorauit: vt quū ad ꝓpugnandū, tum ad lacessendum omne tormētorū genus bellicorum instrueret. Quibus quū pacificam tranquillamq; omnē ferme vixisset ætatem, nec quicq̄ vsus Hieron. At tum Syracusanis in tempore & machinę simul & machinator obtigerāt. Romanis itaq; terra mariq; vrbē adortis, Syracusanos terror affecerat. Pauida vbiq; silentia. haud. n. robori tantisq; obsistere posse viribus existimabāt. Vt vero machinas instruxit Archimedes: varia missilium genera & immensę magnitudinis saxa incredibili fragore ac celeritate iaculata aduersum terrestres emittebat copias. Qua in requū nullus omnino sese ab hisce tueret molibus, cōglobatos ꝓuoluebat: totaq; dissipabat agmina: inde trabes e muris repēte libratæ firmissimoq; desuper iactatę pondere, nōnullas in ꝓfundum naues ꝑcipitabāt: quasdam ferreis manibus & in rostri grauis modum forcipibusq; p proram in sublime rapras quū statuisset: in puppim immergebat. Aliæ interioribus rotatæ machinis cū ingenti nautaꝝ strage præcipitibus illidebātur scopulis. Celsius interdū a mari suspensa nauis nūc huc nūc illuc agitata horrendū præbebat spectaculum: quoad eiectis ꝓuolutisq; vacuata viris, dū quæ suspenderat catena remitteret, muris illisa recideret. Deinde quū suam Marcellus machinā iunctis simul nauibus muro admoueret: eam autem ob musicisimilitudinē instrumenti Sambucam appellabant: in hanc dum adhuc procul abesset, primū dehinc alterū mox tertium decē talētorū ponderis, saxa prosiliunt: quæ magno fragore & quodā tēpestatis impetu irrūpētia dissectis clauis ipsius basim dissipauere machinæ. Ea coactus necessitate Marcellus, nauibus ac terrestribus copiis vt abscederent cuestigio imperauit. Cōsilio habito noctu muros inuadere statuunt. Archimedē enī tormenta vt longe telū emittāt instruxisse. At quum interuallū ictus nō habeat, eorū omnis erit conatus inefficax. Verumenimuero haud minorem ad hæc dudum antea fecerat apparatū: omnis instrumentoꝝ impetus pro spatii magnitudine per tela ꝓbreuia crebroq; repetita, parui scorpiones erant dispositi: qui plurimis frequētissimisq; vulneribus ex occulto peterent hostes. Quapter quū clanculum muro succedere arbitrātur: missilibus occurrūt modicis: ingestis lapidibus capite saucii, & vndiq; e muro perinde ac ad perpendiculū collabentibus telis obruti. Qd̄ si retro cederent: ꝑ spatio locata iacula in vasta cadētia ꝑcutiebant abcūtes. Maxima igitur & virorum strages, & nauiū facta vexatio: quum interim pmansissent hostes integri. Cuncta. n. ferme instrumenta post murum locarat Archimedes. Ea propter grauissima ex occulto perpessi Romani

Archimedes nauem manu adduxit.

Sambuca genus machinæ.

Leontinoꝝ vrbs a Marcello expugnata.

Marcellus Syracusas oppugnat.

Pētiremes.

Archimedes.

Eudoxus & Archytas machinamētorū inuentores.

aduersum deos pugnare videbantur. Marcellus igitur suos fabros & machinatores conuitiis carpens, simulq; fugiens: Num desistemus inquit cõtra hunc geometrã pugnare Briareum: q sedens in litore ludensq; nostras naues cũ ingenti dispecit ignominia? Ipsos vero fabularũ cẽtimanos superat: tot nos telis vno petẽs ictu? Et pfecto vniuersi qdem Syracusani ad machinas p Archimedis corpore erãt. Qui vero cuncta mouebat versabatq; vnicus existimabatur animus. Cæteroq; quidẽ arma immota quiescebãt: solis Archimedis armis pculsi hostes, & ptecti ciues. Deniq; Marcellus si super e muris funem & malũ quẽdã conspicaretur: quã piam in se machinã ab Archimede motam arbitratus, implicitos terrore milites clamãtesq; retro fugiẽs abducebat. Ab ea igit op pugnatione omni conatu absistere, & in posterũ hostem obsidione cingere statuit. Hoc tã pfundę mẽtis acumẽ & tã imensum speculandi thesaurũ assequutus Archimedes, in quibus nõ humanæ, sed diuinæ potius sapiẽtię gloriã copiarat, nec vnum eoꝝ posteris scripto cõmẽdare voluit veꝝ ipsam machinamẽtoꝝ negotiationẽ totãq; necessitati cõiunctã artẽ minus ingenuã ac mercenariam ducens, ea tantũmodo reliqt quæ ad sui nominis ppagationẽ prinere cẽsuit: quibus cũ pulchritudo ac excellentia, nulla certe ineſt necessitatis admistio. Quũq; ipsorũ difficilis in demõstrationibus sit materia: nullã cũ cæteris cõparationẽ habet. Hæc quippe magnitudinẽ ac pulchritudinem, illa solertiã & mirabilem quãdã prę se fert potestatẽ. Difficiliores. n. grauioresq; in geometria materias simplicioribus aut purioribus descriptas elementis cõcipere minime licet. qd nõnulli homines ingenio, nõnulli industriq; ac laboris assiduitate, ab eo fine labore factũ autumãt. Nec vtrũq; factu difficile. Quisquis. n. perscrutatur: nullã p se demonstrationẽ inuenit. Vt vero eaꝝ rerum disciplinã acceperit: planam cõpendiosamq; eius scientiæ viam ab se quoq; reperiri potuisse iudicat. Qua ppter iis quę de ipso cõmemorari solent, habenda fides est: Propriq; cuiusdã, ac familiaris amœnitate Sirenis allectum, cibũ & corporis curã obliterasse. Sæpenumero inuitus ductus ad balnea, dum pungẽdus in cratere constitueretur, per corporis vnguẽta geometriæ figuras ac liniamẽta digito inscribebat. Tanta eius rei dulcedine capiebat: vt vere illũ musaꝝ instinctu correptum dixerim. Is cũ multa pulcherrima excogitasset: amicos ac necessarios orasse fertur: vt post eius mortẽ, ambitam cylindro sphærã eius sepulcro imponerent, inscriberẽtq; ex cõtinenti firma mento ad cõtentũ quænam excessus sit ꝓportio. Talis igit Archimedes, quãrum in eo fuerat, se si mul ac vrbem inuictũ cõseruauit durãte obsidione. Marcellus Megarensium lõge ficularum vetustissimã vrbẽ cepit. Hippocratis quoq; exercitũ dum castra penes * Accillas poneret, cepit: occiditq; hominũ supra octo milia: totamq; ferme Siciliam excursionibus vexauit: ciuitates vt a Carthaginensibus deficerẽt, effecit. Vniuersos aũt rem acie discernere ausos victor pfligauit. Post hęc quũ Spartanus Damippus a Syracusis nauigaret, in eius ditionem relatus est: quẽ cũ Syracusani redimere vehemẽter optarent: & illius rei gratia, frequẽtiora traherẽtur colloquia: turrim quandã cõtemplatus est, accurate parum obseruatã: quæ, quoniã cõmodus ascensu murus existebat, clanculum admittere viros poterat. Eo igitur. quũ mulrories collo quuturus accessisset: illius altitudinem cõiectura permẽsus: scalas cõparat. Per id tempus Syracusani ad humũ largius metati, festũ Dianæ diẽ inter iocos actitabant. Qua re Marcellus obseruata, nõ solũ turrim cepit: verũ etiã murum furtim vndiq; armato compleuit milite: qd: nõ ante factum oppidãi intellexere: q̃ dies illuxisset: & fractũ esset hexapylũ. Id vbi sentiũt: moueri ac tumultuari cœpẽrũ. Tum Marcellus iussis canere tubis, terrorem ingẽtẽ ac fugam ingessit vniuersis: nullã nõ ab hoste partẽ occuparam ratis. Fortissima vero ac pulchertrima amplissimaq; erat Acradina: quæ ꝙ in exterioribus vrbis partibus murata extabat, nõdum capta restabat. Enisneã & Tycham nominant: Mox per Hexapylũ ingredientẽ vniuersi eius primores beatũ vocabãt. Is in supioribus locis cõstitutus, subiectã oculis magnificẽtiã ac splẽdorẽ vrbis cõspicatus, diutius illachrymasse traditur. Quũq; status eius iam futurã pmutationẽ animo versaret: casum incũbentem miseratus est: ꝙ diripiẽda a militibus esset. Nam quũ prædã milites efflagitarent: in eos reluctari prsus audebat nemo. Nõnulli delendã incẽdio, funditusq; euertẽdã horrabãtur. Quẽ sermonem nullo pacto Marcellus admisit. Inuitus tamẽ ac coactus, bona tantum ac seruos prędam esse cõcessit. Ingenua vero corpora cõstuprari, aut occidi, aut deniq; attingi vetuit: nec Syracusanoꝝ quẽpiã in seruitutẽ redigi passus est. Qua re tametsi modestius egisse videret: nõ miseranda tamẽ nõ pati ciuitatẽ existimabat: e tantoq; alacritatis cumulo, cõpatientis ac condolentis animi emergebant indicia: quũ ingẽtẽ felicitatis splẽdorem paruo momento cernebat extingui. Nam nõ minus hanc opulentã, q̃ quæ postmodum Carthagine suscepta est, prædã fuisse tradũt. Reliquã vero vrbẽ quũ paulo post proditione cepissent: vi torã diripuere: præter gazam regiam: quæ in ærarium translata est. Præcipue autẽ Marcellum casus Archimedis dolore confecit. Is. n. in contẽplãdis liniamẽtis oculis studio ac cogitatione simul intẽtus, nõ discurrentes Romanos, nõ captã vrbẽ senserat: quũq; repente miles quidam astitisset: seq; vt ad Marcellum sequeretur imperasset: nõ ante voluit Archimedes: q̃ rem proposita applicata demonstratione perfecisset. Quamobrẽ ira percitus miles, eum nudato mucrone confodit. Alii tradunt Archimedẽ quũ Romanum suspenso in suam necẽ gladio cõspiceret: ne

Archimedis geometræ laus egregia.

Accillæ. Cęsa supra octo milia hominũ a Marcello. Damippus Spartanus.

Festũ Dianę apud Syracusanos.

Acradina. Hexapylũ. Syracusæ. vrbs a Marcello capta.

Archimedes interficitur.

rem inuestigatā: imperfectā: indiscussamq; relinqueret, more paululū orasse: eius vero rei securū mi litem illum obtruncasse. Terrius de illo iactatur rumor. Ei ad Marcellū saorera, sphæras, angulos & quædā alia mathematica ferenti instrumēta, qbus solis magnitudinem ad aspectū accōmodare solebat, fiūt obuii milites: eūq; aurq; vase portare rati negauere. Id vero Marcellū egre tulisse: homi cidāq; perinde ac cęde pollutū abominatū esse certū est. Illius quoq; necessarios honoribus cumu lasse cōstat. Cæterum quū Romani bello quidē fortes, & in conferendis manibus strenui ac terri biles habērētur: nullum autē comitatis, clemētiæ, vrbanitatis prius exēplum de se exteris natio nib⁹ prębuisse nt: tūc primo Græcis ostēdisse Marcellus vīdet iustitia quoq; & ęqtate pditos extitis se Romanos. Talis n. i hoste fuit totq; ciuitates & priuatos hoies tātis pfequut⁹ ē beneficiis: vt qđ aduersum Ætnenses, Megarēses, ac Syracusanos simite perpetratū est: eorū magis qui ppessi sunt:

Eugion. Materæ deæ.

q̄ qui intulerunt culpa: gestū esse cēseatur. E multis vnū memorabo. Vrbs est Sicilie Eugiō haud magna: verū antiqssima & dearū religione celeberrima: quas Mareras appellāt. In ea tēplū est: qđ a Cretensibus ædificatū traditur. Hastæ quædā, ex æreq; cassides ostēdunt tum Merionis, tū Vlys sis, qui eas dearum simulacris affixerāt, inscripta habētes nomina. Hæc quū ad res Carthaginen sium inclinaretur: Nicias in ciuitate vir primarius, vt ad Romanos animū applicarēt, palā ac in trepide pro contione cōsultabat, nōnūq̄ aduersarioq; sentētiam argues: q hominis authoritatem ac potentiā veriti illum captū Pœnis tradere deliberabāt. Quod quum Nicias intelligeret: clande stinam circa se disponens custodiam, manifeste in Materas deas cœpit intempestiuus ac ineptus obloqui: multaq; aduersus earū diuinitatē ac gloriam, vt incredulus, & cōtempror ppetrare: exul

Nicias.

tantibus mirum in modū inimicis: q; suorum causas malorū præbuisse videretur. Inde quū ad eū corripiēdum se pararent aduersarii: tantisper Nicias in cōcione ciuiū quū orare, ac publica cōsul tare cœpisset: corpus repente demisit ad terrā. Vbi paululū immorāte: magno cū stupore silentiū (vt par erat) exortū est. hinc caput attollens, & voce subtremula grauiq; circūagitans, acutū pau latim ptendit sonitū. Quare quum theatrū silētio & horrore simul implicitū vidisset: abiecto ami ctu & intima abscissa tunica seminudus emicās ad theatri fores cursu festinat: se ab materarū nu mine agitatum clamitās. Quē quū religionis causa attingere vel refragari nullus auderet: & pinde vniuersi cederēt: extra portas cursu defert: nullo iterim lymphātis clamore aut insaniētis vsus im petu. Huius n. actus cōscia cōiunx, prius susceptis filiis in dearū tēplo supplex aduoluitur: inde vi rum errantē se quæsitū ire simulās, phibēte nemine tuta ex vrbe decessit. Eo pacto liberati Syracu sas ad Marcellū cōtendūt. Postea quū Eugiates ob eorū petulantiā & cōmissa facinora, Marcellus vniuersos ligari, vt eos supplicio afficeret, iussisset: Nicias astabat illachrymans: eius manus ac ge nua cōplectēs suos ciues & in primis aduersarios deposcebat. Qua re placatus Marcellus: missos fecit vniuersos: ciuitatē nulla affecit iniuria. Niciæ quoq; magnis honorato muneribus, agri plu timū vendicauit. Hæc quippe Possidonius philosophus in historia tradidit. Marcellus ad vicinū ac domesticū Romę bellum accitus, priusq̄ rediret, pulcherrima ac plurima Syracusis signa detra xit: vt quū ad sui triūphi spectaculū, tū ad vrbis ornamētū cēnt: quæ nihil antea lasciuū aut luxu riosum habebat aut nouerat. Nōdū in ea gratiosa hæc & amabilis sculptura penetrauerat. Verū armis referta Barbaricis, cruētis spoliis, trophęis, ac triūphalibus coronata monumētis, nullū lę

Bœotius agēr martis Orchestra. Ephesus belli officina.

tum aut intrepidū, vtpote delitiosis nōdū spectatoribus, spectaculū exhibuerat. At sicut Epami nōdas Bœotiū agrū Martis Orchestrā, & Xenophon Ephesum belli officinā appellat: sic Romā tūc belligeri tēplū Martis (vt Pindarus ait) vocari potuisse arbitros. Itaq; quū Marcellus in vrbē Græcanicæ iocunditatis suppellectilē, & varias aspectu intulisset illecebras: plurimū plebis fauorē cōparauit. Fabius autē Maximus senatus gratiā cōsequut⁹: q; vrbe Tarētinoꝝ capta, nullū ex ea si gnū mouisset, aut Romā trāstulisset: verū inde pecuniis opibusq; trāsmissis deorū imagines dimi serat. Id qđ sæpe cōmemorari solet, adiiciens. Hos ingt deos relinquamus Tarentinis iratos. Mar

Marcellus i Albano tri umphauit.

cellū incusabāt: primū: q; magnā in ciuitatē cōflasset inuidiā: quū nō hoies tantū: verū & deos eti am pinde ac captiuos intret triūphādum egisset: deinde q; assuetū bello ac rebus rusticis populum necdū delitias expertum aut desidiā: & vt ab Euripide de Hercule dictum est: rudem ac minime lau

Triūphādi mores dissi ctos fuisse.

tū: sed frugi maxime otio nugisq; reserserat: q dū circa artis artificumq; oblectamenta versantur: diei plurimū mirando terebant. Attamen gloriari Marcellus docereq; Romanos q; pulcherrima & mirabilia Græcoꝝ ornamēta venerari admiratioq; nescirent. Cæteꝝ quum aduersantibus inimi cis: ei triumphus negaret: quia nōnulla adhuc in Sicilia nauāda restābat: erat vero plenus tertius inuidia triūphus: factum est vt ingentem quidā ac integrū in Albano monte triumphum duce ret: ouans autē vrbē ingreditur. Euan quidem græci: ouationem autē latini vocāt. Eā nō in curru laureatus: nec circumplangētibus tubis: at pedes patriciis in calceis: modulātibus tibiis myrteā gestās coronā ducit: nulla belli facies: quæ iocundum magisq̄ terribilē parit aspectū. Quæ res ingē ti mihi exrat indicio ratione magisq̄ magnitudine gerēdi distinctos olim fuisse triumphos. Nā q prælio & cædibus hostē superassent: Martium illum ac terrificū agentes triūphū: quemadmodū & in lustrandis exercitibus fit: arma viroscp lauro de more coronabant. At qui sine pugna beni

uolentia & comitate orādo rem bene gesserāt: iis imbellē hanc pacificāq; Pæanis cantu pompam lex sinebat agēdam. Tibia.n. paciseſt: Veneris quoq; arbuſcula myrtus: quæ vim maxime bellūq; peroſa eſt. Cæterū hoc triūphi genus nō ab ouatione hoc eſt clamore bacchico, ſicuti multi puta uere, appellatur ouatio: tametſi illā ouātes canentesq; tranſmittāt. Credunt hoc a græcis nomē in cōſuetudinem deriuatū: ſimulq; huius honoris quicq; ad Lyberum patrem pertinere: quē Euan & Tyriambū nomināt. hoc nequaq; uerū eſt. Ac quū milites in magno triūpho bouem: in hoc imolare ouem conſueuerunt. Vnde huic triūphi generi nomē extat. Dignum eſſe arbitror eum Spartanorū legiſlatorem contēplari: q cōtrario Romanorū more ſacrificādum inſtituit. Nam ſiqs Lacedæmoniorū dux, qđ uellit dolo aut pſuaſione cōfecerit: bouē mactat: ſi ſine bello res geſta fuerit, gallū. Iu.n. tametſi bellaciſſimū genus ſit, ampliora tamē magiſq; hoie digna: quæ ratione ac prudētia, q̄ q̄ vi aut fortitudine cōfecta ſint, iudicābāt. Hęc quoquo ſe habeāt pacto conſideran poſſunt. Cęterū poſtea q̄ Marcellus cōſul q̄rto creatus eſt: eius inimici Syracuſanos in duxerūt: vt de eo Romā quæſtum vociferarūq; veniret: q̄ grauiſſimas ab eo res cōtra fœdera & iura ſocietatis paſſi forent. Tū Marcellus rē diuinā in capitolio faciebat. Sedentibus itaq; patribus, Syracuſani ſupplices aſternūtur: dicēdi locum & pro violata ciuitate iuſtitiā implorātes. qđ quū abſentis gratia Marcelli, ægre collega pateret: Syracuſanos arcebat. Id ſimulatq; Marcellus accepit, ſtatim aſſuit: & ſella poſita quū ſediſſet, vt cōſul ius dixit. Perfectis cæteris: deſcēdens e ſella, in eū locum vti priuatus migrauit: quo in ius vocati ſolēt. Syracuſanis de ſe q̄ tendi facultatē p̄buit. Qui vbi viri dignitatē, authoritatē, maieſtatē, & inuictū armis ducē, ſecū verſarit, cōſuli pturbatiq; ſunt Terrorem magis augebat ſplēdor purpurq; qua nec eū cernere patiebāt. Verūtā aduerſarios exhortationibus excitati, flebilibus lamētis incuſationē exorſi ſunt: cuius ſumma hęc fuit. Se quum ſocii amiciq; populi Romani eēnt, q̄nec ēt ſub reliqs impatoribus ptulerit hoſtes, ppeſſos. Ad ea Marcellus: eos nihil niſi qđ vi & bello capti qđq; arceri neq̄at ptuliſſe: q quū ab eo multa ſuaderent, & cōmonefierēt, audire ſibi noluiſſent, Nec.n. a tyrānis. pugnare coactos: veꝝ & eos ſub belli noie dñarum vſurpaſſe. His poratis: quū partes Syracuſanos de more dimiſiſſent: Marcellus i ſenatu relicto collega, ſimul exceſſit: āte fores curię expectās. Nil aut pœnę metu, aut in Syracuſanos ira ſolitā imutauit habitudinē: gn ſumma benignitate & modeſtia ſenautcōſulti ſinē oppiebaſ. Deide partū decreto Marcellus victor declarat. Quapropter Syracuſani ſeſe ad eius genua piecerūt: lachrymis obſecrātes: vt abiecta aduerſum p̄ſentis iracūdia reliquā miſeraret ciuitatē: imortales ſibi gratias pinde habiturā. Quibus placatus Marcellus quū iis p̄ſentibus tū vniuerſis cōciliatus eſt. Syracuſanis. Quos in poſterū ppetuis pſequutus eſt beneficiis. Senatus quoq; reſtituta libertatē illis leges ſpoſitas, cōpluraq; adiudicata pdia rata cēſuit habēda. Quoꝝ gratia meritoꝝ quū imēſos alios honores a Syracuſāis aſſequut⁹ eēt: tū decreuēt vt quoties Marcellus aut eius q̄ſpiā poſterorū in Sicilia traiecerēt, obuiā Syracuſani coronati pdirēt: & diis ſacrificia iſtituerent. Hinc Marcellus ad Annibalē vertit: aduerſus quē poſt Cānēſem cladē cęteri cōſules ac vniuerſi ferme ducēs inſtructas cōſerere acies nuſq; auderēt: & tumultuariis tantūmodo p̄liis vterent. Ipſe diuerſam aggreſſus viā verſabat aio: quēadmodū Annibal poſtq; attrita vaſtaſſet Italiā, nūc poſſet ab Italia p̄fligari. Fabiū q̄ſoq; haud recte cōſulere: q dū ſemp tutis initiſ: vr lāgueti patrię mederet: differēdū eē bellū cēſebat: quū interī labefactatę vires cōrabeſcerēt. Quēadmodū trepidi ac minus audētes medici factitāt: q quū bona valitudo ac vigor abſumit: opē ægrotis ſeriusafferūt. In primis igitur quaſdā Samnitū ampliſſimas vrbes cepit: in qbus ingētē tritici vim repoſitā, & grandē pecuniā, & tria Pœnoꝝ milia, quę in eis p̄ſidii cauſa relicta fuerāt. Poſt hæc quū Annibal. Gn. Fuluio pcōſule in Apulia cū vndecī tribunis militū cæſo, maximā exercitus partē erucidaſſet: Marcellus Romā literas qbus ciues cōſolaret, dedit. mox.n. ſe vt ea ex regiōe Annibalē expelleret, trāſgreſſuꝝ. Quæ vbi lectæ ſunt: haud demptū Romanis mœrorē, veꝝ etiā adiectū terrorē Liuius tradit: eo magis accepta clade ipendere diſcrimē ratis: quo Fuluio lōge Marcellus p̄ſtabat Cæterū is quēadmodū ſcripſerat: cōtinuo Annibalē petēs, Lucaniā ingredit. Vbi quū ad Numiſtronem oppidū, Pœnū munitos tenere colles offendiſſet ipſe plano in loco caſtra poſuit. Poſtridie dū prior ad pugnā copias eduxiſſet in aciē Annibal deſcēdit. Itaq; cōfixere: ingens atroxq; vtrinq; p̄lium geſtū, neutri victoriam adiudicauit. Ab tertia.n. hora collatis manibus, in multā vix noctē direpti ſunt. Poſtera die quū primū illuxit, Marcellus p̄ductis copiis pro acie per cadauera ſteterit: & vt p victoria decertaret, Annibalē puocabat: qui quum caſtra mouiſſet, ſpolia hoſtium legit: humatiſq; ſuis, hoſtem iterum inſequtur: pluribus ſummiſſis inſidiis: in nullas Marcellus incidit: in oībus tumultuariis pugnis vſq; ſuperior. quibus in rebus magna Marcelli laus erat & admiratio. Inſtantibus iccirco comitiis, ſenatus decreuit: alterum potius e Sicilia cōſulem, q̄ implicitū Annibali Marcellū ſubducere: q reuerſus dictatorē dicere iuſſus eſt. Qu. Fabiū. Non.n. dictator a populo, aut a ſenatu deligi poteſt. Verum alter conſulum aut imperator progreſſus ad populū quē cenſeat dictatorem dicit. Vnde quia dictus ſit, dictatorem appellant. Nonnulli ab eo nuncupatum dictatorē aiūt: q̄ non populi ſuffragio aut aſſenſu: verum quod is cenſeat, imperet. ſiquidē iuſſa magiſtratum, quę

Ouatio vnde dicta ſit.

Triūphus cur appellatur.

Bos quādo in triūpho mactetur.

Gall⁹ i triū pho macta ri ſolitus.

Marcellum Syracuſani accuſarūt.

Marcell⁹ abſolutus patrum decreto.

Marcell⁹ cōtra Annibalē vertitur.

ſamnitū vrbes, & Pœnorum tria milia a Marcello capta.

Fului⁹ pcōſul cum vndecī tribunis ab Annibale cęſ⁹ in Apulia.

Numiſtro oppidū.

Dictatorē cōſul, nō ſenatus, neq; populus facit.

Dictator vnde.

Edicta græcę diatagmata.

Fabi⁹ dictator a Marcello dictus Marcell⁹ p consul designatus.

græci diatagmata: Romani vocant edicta. Is itaq; Marcelli collega e Sicilia reuersus quum aliùm dicere dictatorem mallet: ne inuitus cogeretur, noctu in Siciliâ traiecit. Quam obrem. Q. Fabiũ dictatorem nominãte populo, senatus ad Marcellum literas dedit: vt hũc diceret. Sic Marcellus dixit & scito plebis authoritatẽ adiecit. Ipse dehinc procõsul designatus cũ Fabio Maximo statuit: vt is Tarentinos adoriretur: ipse consertus Annibali eum distrahat: vt quo minus illis auxilium ferret, impedimẽto esset. Tum Cănusium contendit: Pænoq; sæpenumero castra permutanti, pugnãq; detrectanti vndiq; imminebat. Tũ vallũ iaciẽti acrius instare: leuibus ꝑliis eũ vt migraret cogere. Deniq; quum ipsum pelliceret: nec pugnã Annibal detrectaret: nox ꝑlium diremit. Quũ primũ dies illuxit: Marcellus in armis structa inspectabat acie. Quare irritatus Annibal coactos ad concionem Carthaginenses obsecrare: vt pro vniuersis olim gestis eam decertarent pugnam. Cernitis inqt: vt post tot partas victorias: bello nulla nobis aut respirãdi aut qetis facultas adsit: nisi hunc ꝓpulsemus hominẽ. At hisce adhortãtibus prœliũ incunt. Quam quidẽ ad rem Marcellus, q̃ intempestiua vsus est militia, succubuisse videt. Dextero em laborante cornu: quum Marcellus ordines in primã succedere aciem iussisset: turbatis ea mutatione ordinibus, collata est hostibus victoria. In ea pugna Romani ad duo milia & septingentos cecidere. Marcellus vbi in vallũ rediit: cõuocato ad contionẽ exercitu: multa se ait Romanorum arma & corpora: at Romanum videre neminem, Eis autem veniã implorãtibus, nõ victis inqt, sed si vicerint daturũ: cras denuo cõflicturum: vt antea victoriam q̃ fugam ciues audiãt. Hæc loquutus victas cohortes, pro tritico hordeo dauit. Quas ob res quum plures ex ea pugna summo cũ discrimine ægre se haberent: neminem tamẽ accepta magis vulnera: q̃ Marcelli cõfecerat oratio. Prima de hinc luce signum ꝑlit rubicunda de promitur tunica. Tũ cohortes q̃ per ignominiam habitę fuerant, in primam educi aciem impetrant: reliquas tribuni militũ copias productas proxime collocãt. Id postq̃ Annibal accepit: Dii boni inqt: quisnã hunc tractarit hominẽ! qui nec secundam, nec aduersam ferre fortunam sciat. Solus hic otium nec vincendo prẽstat: nec succubendo susc ipit. In hunc ꝑcuo videmur pugnaturi: cui retum aduersę tum prospere gesta, audaciq; ac fidutie maiorem pudor causam iniicit. Tunc collatæ copiq. par vtrinq; virorum fortitudo. Annibal cõtra Romanos in primam aciem elephantos locari iubet: ingenti mox tumultu primi turbati ordines sunt. Tum Flauius tribunus militũ correpto signo obuius fertur: & primum elephantem aduersa ꝑcussum hasta vertit in fugam: quare dum ille refugit: proximum primo, dehinc irruentes cęteros cõturbat. Id cõspicatus Marcellus: tumultuantibus concitos pro viribus inferri iubet equites: vt ipsos longe hostibus irritatiores redderet. Sic strenue inuadentes Pœnos vsq; in castra trucidant. Plurimam eorum necẽ dum necantur cadunt q;, fecere belluę. Ibi supra octo milia desiderari tradũtur Romanorum cæsa tria milia: omnes ferme saucii. Quæres Annibali requiem ac spatiũ cõparauit: q̃ pro cul nocte insequenti castra mouẽdi. Marcellus enim quũ ob saucios multitudinẽ, persequi nequiret: in Campaniã paulatim ꝺuxit exercitũ: & dum curarẽtur milites, ad Suessam egit ęstiua. Annibal vt primum sese a Marcello abrupit: liberum recipiens exercitum, ĩtrepidus circũuagabat: vniuersam incendens Italiã. Quapropter aduersus Romæ de Marcello rumor dispgebatur. Eius inimici Publium Bibulum tribunũ plebis, qui illum accusaret incitabant: virum vtiq; ferocẽ & indicendo grauissimum. Is vocato persæpe ad cõcionem populo, de abrogando Marcelli imperio, & altero subrogãdo imperatore egerat. Aiebat enim Marcellum paulo bellis exercitum, perinde ac palæstra fatigatũ, sese curandi gratia corporis ad calida eõuertisse balnea. Hæc vbi Marcellus ac cepit: relicto legatis exercitu, Romam ad deprecandas venit calumnias: quarum paratam in se sententiam cõperit. Die ad Circum Flaminium ꝓstituto, ingens eo populi multitudo cõfluxit. Tum ascendens Bibulus accusator extitit. Marcellus pauca simpliciaq; de se cõmemorans refellit. Illustrissimi vero ciuitatis principes plurima de eo dilucide ac liberius proloquuti, orare ne iniquiores hoste iudices viderentur: neq; formidinis damnare Marcellum: quẽ is solum ex Romanis ducibus fugiat: semper cũ eo imperatore pugnam detrectat: quum cæteros lacessat ad prœlium. His peroratis adeo iudicii spes fefellit accusatorem: vt non modo ab hisce criminibus insons Marcellus mitteretur: verum etiã ipse quinto cõsul designaretur. Inito cõsulatu: intẽtas ad defectionem Hetrurię ciuitates eius aduentu sedauit placauiq;. Post hæc quum ex Siculorum manubiis glorię ac virtutis ędificatum rẽplũ dedicare vellet: a pontificibus inhibitus est: q; negarẽt vnicã duobus Deis ædem haberi posse. Qua propter aliam exędificare cœpit: haud facile se impeditum ferens: quasi id ei dirum esset augurium. Multa quoq; illum signa perturbabant. Nonnullæ ictæ fulminibus ędes. mures in cella Iouis aurum obroscere. Nuntiatum quoq; est: bouem humanam emisisse vocem. infantem elephantis capite natum. Quę cum postea libationibus & sacrificiis expiarẽtur, male liratum est: quare illum Romę augures detinebant belli cupiditate flagrantẽ. Neminẽ enim cuiuspiam rei desiderio adeo effectum cõstat: quãtum ille vir: vt rem cum Annibale ferro decerneret. Hoc illi nocturnum erat insomnium: hoc vnum cum amicis collegisq; consilium: hæc vna vox ad Deos: vt cum Annibale structa cõiugeretur acie: cumq; auidissimum dixerim: vt intra

Pugna iter Marcellũ & Annibalẽ. cęsa Romanorũ duo milia & septingenti.

Belli signũ rubicunda tunica.

Pugna altera iter Marcellũ & Annibalem.

Cęsa Penorũ octo milia Romanorum tria milia. Suessa. P. Bibulus Marcellum calumniat.

Circus flaminius. Marcellus accusatur a bibulo, atq; absoluitur. Marcellus quito cõsul designatus.

murum aut

murum aut vallum quopiam incluſo vtrinq; decertaretur exercitu, & niſi vir parta inſignis gloria: & quod teſtatur experientia, omnium imperatorum grauiſſimus idemq; ſapientiſſimus extitiſſet: ei iuuenile quoddam obtigiſſe vitium, & præter ingraueſcentem ipſius ætatem glorioſum fuiſſe fortaſſe quis diceret. Supra ſexaginta enim natus annos quintum agebat conſulatum. Non tamen prius ab vrbe diſceſſit: quam vatum monitu, ſacrificia procurationeſq; peregiſſet: quibus rite peractis, cum collega profectus ad bellum eſt. Tum inter Bantiam ac Venuſium conſidentem offendens Annibalem: eum ad prælium prouocabat. At ille pugnam detrectabat. Cęterum quum ad zephyrios, Locros, ac Petiliam conſules partem copiarum mitterent: idq; ſenſiſſet Annibal: loca ris ſub tumulum inſidiis bis mille &. D. Romanos cecidit. Ea res Marcellum iratum exciuit ad pugnam. Proinde propius admouit exercitum. Inter amborum caſtra munitus admodum ſurgebat tumulus varia denſus ſylua. Accliues vtrinq; ſpeculę: inde fontani labuntur riuuli. Mirari profecto Romani: q; hunc tam commodum genio locum haud prior occupans Annibal, eũ reliquerat hoſtibus. Verum Annibal illum quum caſtris aptum, tum vero longe inſidiis aptiorem iudicauerat. Ipſum itaq; ad huiuſcemodi tantummodo rei vſum affectans, ſyluam & cauernas iaculatoribus haſtatiſq; compleuerat: ratus huc ob loci commoditatem Romanos ituros. Nec illum ſpes fefellit. Mox enim inter Romanorum caſtra fremebant: eum occupari locum oportere. Ea res conſules mouit munitiore quam hoſtes loco habituros caſtra: vel caſtello tumulum firmaturos. Marcellus igitur locum cum paucis ſpeculaturus equitibus: ſumpto vare immolauit. Primæ iccur hoſtiæ ſine capite fuiſſe aruſpex oſtendit: ſecundæ quam immenſum caput emicuit. Cætera quoq; mirum in modum læta apparuere. Quibus quum prioris ſolutus eſſe timor videretur: reſponderunt aruſpices: ſe proinde veritos turbatoſq; q; lætiſſimę poſt fœdiſſimas atq; mœſtiſſimas hiſtoriæ ſuſpitionem abſurdę mutationis ingerunt. Sed enim fatum non ignis non ferrea arcebunt mœnia: vt eſt apud Pindarum. Marcellus ſumpto collega Criſpino, & filio tribuno militum, egreditur cum equitibus ducentis &. xx. ex quibus nullus Romanus aderat: Herruſci complures: Fregellani quadraginta fidiſſimi vſquequaq; Marcello. Cæterum inter ſylueſtria obtecti verticis loca nulli viſus inſederat ſpeculator: qui omnia in Romanorum caſtris facta proſpectabat. Hic inſidentibus aduẽtare Marcellum ſignificat: qui vbi propius illum acceſſiſſe ſciuerunt: repente ex inſidiis prodeunt: ſimulq; vndiq; circunfuſi iaculantur: feriunt: fugientes inſectantur: in reluctãtes manus conſerũt. Hi vero ſoli quadraginta fuerant Fregellani: qui terrore confectos videntes herruſcos: protegendo rum cauſa conſulum pugnam committunt: quoad Criſpinus duobus ictus iaculis verſo profugit equo. Marcellum lata tranſfixit lacea: quam λογχην græci vocant. Tunc per pauci qui ſupererant Fregellani, eum prolabentem deſerunt. Filium vero faucium in caſtra fugientes arripiunt. Cę ſi haud plures quadraginta: capti lictores quinq; equites duodeuigiti. Criſpinus haud multis poſt diebus es eis vulneribus diem obiit. Superiori tempore tanta necdum Romanis clades obtigerat: vno prælio vtrũq; mori conſulem. Annibal vbi Marcellum cecidiſſe nuntiatum eſt: cæteris pauci factis, ad locum cædis aduolat: vbi cadauer nactus, diuq; formam roburq; membrorum contemplatus, nihil aut voce ſuperbum, aut vultu lætus emiſit: quemadmodum nonnulli tam indomito tãq; difficili cæſo feciſſent hoſte: verũ necis indignitatem admiratus ei dempſit annulum. Inde corpus ſplendide ac magnifice ornatum cremauit. Poſtmodum reliquiis argẽtea in vrna conditis coronam imponens auream: filio mittere curauit. Quæ dum ferrentur, interuenere Numidę: qui vt vas corriperent, portãtes adorti ſunt. parte alia dum obſiſtitur: vicꝑ pugna cõmittitur: oſſa diſperguntur. Id quum audiſſet Annibal: adſtantibus dixiſſe fertur. Profecto nil fieri Deo licet inuito. & affectis Pœna Nũidis, amplius legendas tranſmittendaſq; neglexit reliquias: quaſi numẽ aliquod Marcellum ſic vita defunctũ indigne quoq; ſepultura carere iuſſiſſet. Hæc a Cornelio nepote atq; Valerio Maximo ſcripta traduntur. Liuius autem & Cæſar auguſtus id vaſculum ad filium deportatum, & ſplendide humatum prodidere. A Marcello complura ꝑter ea quæ Romæ extant: Diis dedicata cernuntur. Nam Catanę Sicilię oppidi eius exiſtit gymnaſium. ſtatuę ac tabulę ex iis quas Syracuſis detraxit, in Samothracia poſitæ ſunt ad Deos quos Cabiros appellant. Inde Lindi in æde Palladis ibi in Marcelli ſtatua inſcriptum hoc Poſſidonius refert: Claudius hic Romæ quondam memorabile fidus Marcellus patrum ſtirpe ſatus veterum Septenas moderans per martia geſta ſecures. Cædibus hoſtiles ſæpe manus domuit. Nam huius epigrammatis author proconſulatum dignitatem ab eo bis adminiſtratam quinq; conſularibus annumerauit. Eius clariſſima progenies ad Marcellum vſq; Cæſaris nepotem propagatur: quem Octauia ſoror ex. C. Marcello ſuſcepit. Hic dum ędilitatem ageret: paulopoſt q̃ Cęſaris filiam duxiſſet vxorem, mortẽ ſponſus obiit. Ad eius autem decus ac memoriam, Octauia mater bibliothecam conſtruxit. Cęſar vero theatrum Marcelli nomine inſcripſit.

Marcellus ſexagefimũ annũ acceſſerat.

Cæſi Romanorum duomilia & quingẽti p inſidias ab Annibale.

Prodigia altera Marcelli necem p̃cedentia.

Marcelli pugna: in qua & ipſe cõcidit & Criſpin⁹ poſt ea collega.

Marcelli corpus crematũ atq; i argẽtea vrna poſitũ ab Anniballe filio mittitur: corona vrnę imposita. Cor. nepos Valerius. Catana vrbs ſicilię. Cabiri dei. Epitaphiũ i Marcelli ſtatua Lidi in ęde Palladis ſciſum.

ANNIBALIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER DONATVM ACCIAIOLVM VERSA.



I primi punici belli, quod Cartaginēses cum Populo romano gessere, memoria repetat̄: multi ipatores nobis occurrēt: q ex rebus gestis gloriā cōsequuti, celebrē famā suis posteris reliquerūt. Sed ex Pœnoꝝ ducibus nemo est: quē oēs græci latiniq; scriptores magis extollāt q̄ Hamilcarē Annibalis patrē cognomēto Barcā: viꝝ sine dubio pręstantē: & rei militaris, vt in illa quisq; ætate poterat, pitissimū. Is primū in Sicilia Romanoꝝ impetum, qui multas inflixerāt suę reipu. clades, diutius q̄ par erat sustinuit. Deinde aphrico bello: quū mercenarii milites seditione facta: rē Carthaginēsiū in extremū periculū cōiecissent, sic strenue incēdium illud restinxit: vt sit omnium sentētia iudicatū: ea tēpestate vnius Hamilcaris opera patriā fuisse seruatā. In Hispaniā post hæc cum imperio missus, quo tēpore Annibalē puerū secum duxisse traditur, quū multa gessisset memoratu digna: tādē. ix. anno q̄ in eam prouinciā venerat, aduersus Vetheones fortiter pugnās īteriit. Post Hamilcaris mortē, Hasdrubali eius gener, quē Carthaginēses fauente factione Barchina, exercitui præfecerāt, octo ferme annos imperiū obtinuit. Is Annibalem non multo tpe post interitū patris repugnātibus ēt alterius factionis principibus, in Hispaniā vocauit: vt sicut antea puer viuente Hamilcare cœperat bellicis artibus erudiri: sic ēt tunc robustiore ętate periculis, laboribus, ac omnibus officiis militaribus assuesceret. At vero etsi ab initio memoria patris non parum sibi in exercitu profuisset ad fauorē conciliādum: paulo tñ postea sua opera atq; ingenio factū est: vt veteres milites alioꝝ ducū desiderio deposito, hūc sibi animo proponerēt: quē præcipue imperatorē deligendū putarēt. Omnia enim quæ magno futuro duci expetēda esse videbātur: abunde Annibali aderāt. Quippe erat ei consiliū ad egregia facinora prōptū. Cōsilio autem neq; industria neq; audacia deerat. Nulla pericula, nulla incōmoda corporis, quæ cęteros remorari solent & a rebus gerēdis abducere, inuictum animi virū terrebāt. Vigilare: festinare: cuncta obire quæ aut strenuo milite, aut egregio imperatore digna videbantur. His artibus Annibal sub Hasdrubale per triennium meruit. Quo quidē tpe adeo totius exercitus fauorē sibi cōciliauit: vt statim post Hasdrubalis mortē, ingēti militum consensu, imperator sit appellatus: quā pręrogatiuā militarē fauente factione Barchina, populus Carthaginensis sine controuersia cōprobauit. Sex & viginti annos quum est imperator ab exercitu declaratus, Annibalē natum cōperio. Nouē enim annorum fuisse constat: quum eum pater in Hispaniam duxit: atq; ab eo tpe vsq; ad interitū Hasdrubalis, authore Polybio, septem & decem numerantur anni Verum ex quo die Annibal exercitum ac totius reipu. administrationē suscepit: non longā morā interponendā putauit: quin populo Romano, quod multo ante animo agitauerat, bellū inferret. Nā erat ei indignatio primū aduersus Romanos, ob Siciliā Sardiniāq; amissam, cum omnibus Carthaginensibus pene communis. Accedebat deinde priuatum odium & quasi hęreditarium ab Hamilcare patre acceptum: quo nemo alter ex Carthaginensiū ducibus nomini Romano fuerat infestior. Traditum quoq; memorię est: Hamilcarē sacrificantem eo tempore quo in haspaniā profectionē parabat. Annibalem admodum puerum iureiurando obstrinxisse: quum primum ꝑ etatē liceret, populi Romani fore inimicū. Cuius quidem rei memoria & acerba sane recordatio veluti quędā paterni odii imago ante oculos iuuenis versabatur: animumq; vrgebat: vt ea semper moliretur: quę ad euertendum Romanum imperium pertinerent. Pręterea factio Barchina frequentibus stimulis eum incitare non desistebat: vt armis & imperio opes q̄ maximas cōpararet. Hę igitur tum publicæ tum priuatę causę quum Annibalem hortarentur ad suscipiendum cum Romanis bellū: ferox iuuenis occasionem nouandarum rerum ex tali materia cepit. Erāt in Hispania per id tēpus

Hamilcar pater Annibalis cognomento Barcha.

Hamilcaris interitus.

Annibalis ingenium prōptum.

Annibal a militibus īperator appellatus annos natus vigīti sex. Pręrogatiua.

Annibal iureiurando a patre obstrict⁹ odiū īRomanos suscepit.

Saguntini quasi medi inter Romanorum & Carthaginensium fines iure fœderis in libertate relicti. Hi postea se totos Romanis addixerant: initaq; societate Romani imperii fidissimi cultores habebantur. Quare Annibal constituit animo: nihil opportunius fieri posse ad eliciendam Romanorum iram: ac incēdium, quod sibi optatissimum erat, concitandū: q̄ Saguntinos armis bellocq; lacessere. Sed priusq̄ socios populi Romani aperte adoriretur: statuit in Olcadas alioscq; trans Iberum populos exercitum ducere: ac iis ad deditionem compulsis, aliquā Sagunto nocendi causam reperire: qua non tam meditato consilio a se illatum, quam a Saguntinis contractum bellum, videri posset. Primum igitur Olcadum gente ad deditionē compulsa, Vacceos deinde aggreditur: agros depopulatur oppida Permulta expugnat: Hermandicā & Arbocolam vrbes opulentissimas capit. Ac iam prope omnem regionem in potestatem redegerat: quum pleriq; ab Hermandica profugi se inuicem confirmantes aduersus Pœnum coniurant: multitudinem cogunt: exules Olcadū socios sibi adsciscunt: deinde persuadent Carpentanis: qui sibi finitimi erant: vt communi cōsilio Pœnum in reditu suo nihil tale expectantem inuadant. Facile in hanc sententiam discedentes populi bellādi cupidi, recētibusq; iniuriis lacessiti, arma capiunt: ac ingenti multitudine coacta (Erāt enim supra centum milia) Annibalem redeuntem ex Vacceis prope flumen Tagum adoriuntur At quorum conspectum subito constitere Carthaginēsium signa: totoq; agmine pauor & trepidatio fuit. Nec ambigitur: quin Pœni eo die in signem cladem accepturi essent: si repentino hostiū aduētu cōmoti, p̄daq; onusti, cū ferocissimis gētibus cōseruissent manū. Sed quidus ipator Annibal hæc animaduertēs prælio supersedere statuit: atq; ibi castra posuit. Proxima deinde nocte quanto maxime silentio potuit copiis amnem traductis, locum ea parte qua transitus hosti facillimus dabatur, ab omni p̄sidio vacuū reliquit: vt partim simulato metu, partim occasione oblata, barbaros ad transeundum flumen alliceret. Nec virum qui astutia oēs duces ætatis suæ sine controuersia superauit, opinio in decipiendo hoste consiliūq; fefellit. Barbari enim natura feroces, multitudine quoq; sua plus nimio fidentes, dum Carthaginenses perterritos esse arbitrantur, magno impetu se in aquā proiiciunt. Hos incompositos implicatosq;, prius q̄ omnino flumen traiiciant equitibus primum, mox omnibus copiis aggrediuntur Pœni: magnoq; eorū numero interfecto, reliquos in fugā vertunt. Post hanc victoriā cuncti trans Iberum populi deditionem faciunt: p̄ter Saguntinos: qui etsi Annibalem suis ceruicibus imminentem conspiciunt: tū Populi Romani societate confisi, defensionē susc̄ipiendā putant: Romam q̄ celerrime legatos mittunt: qui senatum doceant: quāto in periculo res eorum sint: & aduersus acerrimum hostem iam sibi vim haud dubie inferentem auxilium petāt. Vix Saguntinorum legati ex Hispania discesserāt Romā p̄fecturi: quū Pœnus iā in apertum bellum prorumpens, oibus copiis ad obsidendū oppugnādūq; Saguntum accessit. Q̄d vbi Romā nuntiatū est: agitatūq; in senatu de sociorū iniuria: miti sententia decreuerunt patres: vt P. Valerius Flaccus: & Q. Fabius Pāphilus ab Annibalem mitterentur: vt a Sagūto recederet: qui si non pareret: Carthaginem ire iussi sunt: ad ducem ipsum, pro violato fœdere, deposcendum. Hos oratores auditos esse ab Annibale: vanaq; ab eo tulisse respōsa Polybius refert. Liuius contra nec auditos: nec in castra admissos scribit. Ambo tū in eo conueniunt: q̄ primum in Hispaniam deinde in Aphricā profectos, Carthaginem venisse: expositisq; patrum mandatis, sic aduersam habuisse dicunt factionem Barchinā: vt neglecti despectiq; reinfecta Romam redirent. Erant omnino in senatu Carthaginensium factiones duæ: quarū altera iam inde ab Hamilcare eo gnomento Barcha initium trahēs: Annibali filio quasi ex hæreditate obuenerat: auctaq; deinceps in tantas creuerat opes: vt domi foriscq; in omni re decernēda superior haberetur. Altera vero principem habebat Hannonem virum grauem summæq; in ea reipub. dignitatis: toga tamen magis quam armis egregium. Is ea tempestate qua legati Romanorum Carthaginem venerunt questū de sociorum iniuriis: solus fuisse traditur: qui omni prope repugnante senatu: fœdus cum Populo Romano seruandum censuit: monuitq; vt ab eo cauerent bello: quod extremam erat suæ patriæ perniciem allaturum. In quo si Carthaginenses non tam animum Hannonis quam eius consiliū respicere voluissent: & pacis potius quam belli authorem audiendū censuissent: sanctius sibi fuæq; reipub. foret consultum. At illi vnius iuuenis seu furorem seu cupiditatem sequuti: tantorum malorum: quæ postea in sua capita redundarunt: ex eo tempore occasionem dedere. Quocirca sapientes viros & optimos rerūpub. gubernatores finem magis in rebus humanis quam initium spectare: & priusq̄ ad arma bellaq; prorumpant: experiri omnia consilio decet. Cæterum Saguntini per id tempus quo ab Annibale obsessi sunt: quum præter ius fasq; sibi bellum inferri viderent: plures menses obstinatis animis obsidionem tulerunt. Ad extremum multitudine hominum superante Pœno (ad centum enim & quinquaginta milia habuisse in armis creditur) quum iam magna ex parte diruta mœnia essent: excidium vrbis expectare maluerunt: quam in acerbissimi hostis potestatem venire. Octauo mense quam cœptum oppugnari: captum Saguntum quidam authores sunt quibus nec Liuius assentiri videtur: nec aliud certum tps obsidionis illius in medium affert. At vero expugnatio huius opulentissimæ vrbis cœptis Annibalis multis in rebus adumento

Saguntini.

Olcades.

Vaccei.
Hermādica
Arbocola.
Carpētani.

Exercitus cētū hominū milia cō plexus.
Tagus fluuius.

Pœnoꝝ victoria prima duce Annibale.

Sagūtū ab Annibale obsessum.

Hanno cōtraria Barchinę factioni sentiebat.
Finē i oīb⁹ magis q̄ initiū spectari oportere.
Exercitus Annibalis c. & l. hoīm milia habuisse dicitur.
Sagūtū ab Annibale captū octauo q̄ oppugnari cœptum esset mense.

fuit. Nam ciuitates nõnullas, quæ Punici imperii pertęsæ metum defectionis præbebant: exemplo Saguntinæ cladis in fide retinuit: militum animos cõfirmauit: ditato exercitu ingẽti præda. Pretiosa munera ex spoliis Sagũtinorum Carthaginem misit: quibus sibi primarios obligauit ciues: paratioresq; reddidit ad futurum bellum: qđ cum Populo Romano, non in Hispania, vt multi arbitrabantur, sed in Italia sibi erat in animo gerere. Inter hæc legati Romanorum quum in vrbẽ a Carthagine rediissent: vana quæ ibi acceperant referentes responsa: & sub idem prope tempus excidium Saguntinum nuntiatum esset: sera tandem Populum Romanum pœnitentia cepit: q̃ libenti reipub. sociorum opemq; in extremo periculo postulanti, non subuenisset. Ita plebs patresq; incredibili misericordia moti, simul indignatiõe accensi cõsules, prouincias sortiri iubent. P. Cornelio Hispania. T. Sempronio Aphrica (Ii enim tum consules erant) cũ Sicilia euenit. Legatos deinde Carthaginem mittunt principes ciuitatis: qui coram senatu post longam disceptationem de fœderum iure cũ semina futurę contentionis quasi in conspectum omnium effudissent: magnaq; ferocitate obtulissent bellum: Carthaginẽses contra non minore audacia oblatum susceperẽ: malo tñ consilio: vt postea res ipsa & belli exitus declarauit. Verum annibal cognitis iis quę in senatu Carthaginensium acta erant: quum iã tps esse arbitraretur: vt sicut ab initio instituerat, Italiam peteret: res necessarias ingẽti studio parat: classem ĩstruit: ex fidissimis ciuitatibus auxilia accersit: oẽs copias Carthaginem nouã conuenire iubet. Post hæc Gades pfectus, ante omnia cõmodissimũ esse statuit opportunis custodiis Aphricã Hispaniãq; munire: ne dum ipse in Italiã contendit, vacuæ ab omni p̃sidio Romanis relinquantur. Itaq; in Aphricã primũ mittit eqtes mille & ducẽtos peditum ex Hispanis tredecim milia. Deinde ex diuersis ciuitatibus Aphricæ quatuor milia peditũ euocat: quos Carthaginem tueri iubet: obsides simul habiturus & milites. Hispaniæ autem pręficit Hasdrubalem fratrẽ: eiq; reliquit. L. nauium classem: & ad duo milia equitum: peditum vero ad duodecim milia: Atq; iis præsidiis vtrunq; prouinciam firmat: non quia ea sufficere arbitretur ad uersus Romanas opes: si moles belli aut in Hispania, aut in Aphrica sustinẽda foret: sed q̃ hec satis esse existimet: ad hostem suis finibus arcendum: dum ipse terrestri itinere exercitum ducens bellum in Italiam transferat. Sciebat præterea Populum Carthaginẽsem pro magnitudine imperii facile posse quum vellet nouas copias parare: nec solum reficere exercitum domi: si opus esset: sed etiam supplementum sibi in Italiam mittere. Ex quo enim graue ac periculosum bellum mercenariorũ indignatione contractum a suis ceruicibus depulerant: Hamilcare primum: deinde Hasdrubale, postremo Annibale duce continenter victores: ita Punicum imperium auxerant: vt ea tempestate qua Annibal in Italiam venit, longe lateq; eorum paterẽt opes. Nam oẽm Aphricæ oram, quæ nostro mari abluitur, tenebant: ab aris Philenoꝝ haud multũ distãtibus a magna syrte vsq; ad colũnas Herculis. Continet ea longitudo duo milia passuum. Transgressiq; paruũ fretũ, qđ Aphricã Europãq; iteriacet, omni prope Hispania potiti erãt: vsq; ad Pyrenæum montem: qui eam prouinciam Gallis diuidit. His rebus in Hispania atq; Aphrica constitutis, Annibal Carthaginem nouã reuertitur: vbi iã copiæ instructæ paratæq; in armis erant. Qua propter nihil vltra expectãdum ratus: aduocata cõcione, militum animos verbis cõfirmat: spem magnaꝝ rerꝝ pponit: fertilitatẽ Italię p̃dicat: amicitiã Gallorꝝ cõmemorat. Demum hortatur vt lętis animis profectionem suscipiãt. Sequenti die a Carthagine mouens per maritimam orã ad Iberum ducit. Sunt qui proxima nocte quiescenti Annibali iuuenem admirabili specie visum in somnis tradunt: hortantem primo vt se ducem in Italiam sequeretur: deinde cum magno strepitu serpentem apparuisse rarę magnitudinis: cupientiq; scire quidnam id portenderet: visum sibi audire vastitatem Italię esse. Nec mirandum fuisset: si intentæ Annibalis curę cogitationesq; vehementes, quibus ille vigilans bellum Italicum agitabat, quasdam nocturnas peperissent species: nunc victoriæ, nunc cædis & incendi, aliarumq; belli calamitatum similitudinem præ se ferentes. Fit enim interdum sicut orator inquit: vt cogitationes sermonesq; nostri pariant aliquid in somno tale: quale de Homero scribit Ennius: de quo videlicet sępissime vigilans solebat cogitare & loqui. Annibal superatis Pyrenęis iugis cõciliatisq; sibi multis donis Gallorum animis, paucis diebus ad Rhodanum venit. Rhodanus amnis non longe ab Istri: Rhenięq; fontibus surgens, octingentis prope emensis stadiis in lacum Lemanum se condit: indeq; egressus in occidentem se vertens Gallias aliquandiu dirimit: Araris q; & aliorum fluminum accessione non mediocriter auctus, tandem inter Volcas & Cauares pluribus capitibus in mare influit. Volcarum gens ea tempestate circa vtrunq; ripam colebat Rhodani: hominum abundantissima erat: & inter gallicas gentes opulentissima. Hi primo Annibalis aduentu amnem trãsgressi constiterant in ripa fluminis: vt Pœnos trãsitu prohiberent. Nam cæteris pacatis gallis, hos neq; donis capere Annibal, neq; metu compellere potuit: vt amicitiam experiri quam vim Carthaginensium mallent. Igitur dolis cum tali hoste agẽdum ratus, Hãnoni Bomilcaris filio præcipit: vt occulte Rhodanum trãsmittat: & cum parte copiarum gallos nil tale opinantes adoriatur. Is vt imperatum erat, longiore itinere progressus, vbi commodissimum visum est flumen, traiicit: & circũductis copiis prius ad hostium castra peruenit: quã plane ab his

Carthago noua.

Hasdrubal frater ab Annibale Hispaniæ p̃fectus relictus est. Classis nauium quinquaginta.

Aræ Philetum.

Rhodanus flu. Lemãnus lacus. Araris flu. Volcarum gens. Hãno Bomilcaris filius.

videri, aut quid rei gereretur cognosci posset. Galli clamore a tergo audito, quum neq; consilii habendi neq; arma capiendi spatium daretur: & iã a frõte instaret Annibal: pluribus nauigiis ad trãsiciendum paratis: subito castris excesserẽ: & quantum cursu ac viribus efficere potuerunt, se in prẽcipitem dederunt fugã. Sic igitur ex aduersa ripa hostibus pulsis, reliquẽ Carthaginensium copiæ incolumes traducuntur. Interim crebri rumores de aduẽtu Annibalis ad P. Cornelium Scipionẽ, qui pauloante Massiliam venerat, deferebantur. Quæ vt certius cognosceret consul: alã lectissimorum equitum ad exploranda consilia hostium mittit. Quibus vt mandatum erat celeriter proficiscentibus, quingenti Numidæ equites obuii fiunt: missi & ipsi a Pœno speculatũ Romana castra. Nulla mora intericta est: quin prælio contẽderent. Pugnatum est acriter ab vtrisq; Tandem superiores Romani multis ex suis amissis, pluribus ex hostibus cæsis, reliquos in fugã coniecerunt. Post hæc Annibal certior factus, quo in loco Romanorum copiæ essent, agitare secum cœpit: præstaret ne cœptum iter in Italiã prosequi: an aduersus præsentẽ consulẽ exercitũ ducere: & euentũ totius rei experiri. Quũ multæ vtrinq; rationes occurrerẽt: tandẽ fluctuantẽ animo, Boiorũ legati in eã partẽ traxerunt: vt omnibus rebus postpositis in Italiã contẽderet. Nã Boii iã añ Pyrenæi mõtis trãsitum, legatis Romanorum per fraudẽ captis, Mãlio prætore magna cladeaffecto, sollicitatis Insubribus ad Pœnum defecerãt, ea præcipue causa indignati: q Romani pauloante Placentiam Cremonãq; colonias miserãt. Itaq; horũ cõsiliis persuasus Annibal castra mouit: & per ripã Rhodani aduerso flumine profectus, paucis diebus peruenit ad locum: quẽ insulã Galli appellant. Hanc Arar & Rhodanus amnis ex diuersis montibus confluentes efficiunt: ibi nunc Lugdunum est celeberrima Galliæ vrbs: quã longis postea tpibus a Plãco Numatio conditã fuisse accepimus. Hinc profectus Annibal regionem Allobrogum ingreditur: discordiisq; duorum fratrum de regno iter sẽ certãtium sublatis: per Castinorũ & Vocontiorũ fines ad flumen Druentiã venit. Druentia orit ex alpibus: & citato descẽdens cursu in Rhodanũ sese effundit: & quia vada frequẽter mutat, ægre pedibus trãsiri potest. Eo tñ trãsmisso amne, per aperta loca quãtũ facultas dari potuit exercitũ ducens, alpes petit. Vergẽs in superãdis alpibus tot tãtarũ incõmoda perpessum Annibalem tradunt: vt quidã authores æquales tpibus eius belli, ex ipso Pœno audisse dicãt: se supra. xxx. hoĩm milia, maximũq; iumẽtorũ numerũ in trãsitu Alpium amisisse. Nõ solũ. n. cũ montanis incolis multoties sibi pugnãdum: sed ẽt aduersus angustias asperitatesq; viarũ sic ei laborandũ fuit: vt quibusdã locis per ingẽtia saxa igni acetoq; putrefacta sibi aperuerit iter. Quintodecimo die supatis alpibus in agrũ Taurinum descendit. Quo mihi veri similius videtur p montẽ Genuæ (sic. n. vulgo appellãt) q ex altero latere flumen Druentiam, ex altero exitũ in taurinos habet: Pœnum trãsisse. Post q̃ in Italiã vẽrum est: quæ aut quãtæ copiæ Annibali fuerint, quia diuersa authores retulere, difficile ad fidem est exacto affirmare numero. Alii cẽrum milia peditũ. xx. eqtum: alii. xx. peditũ. vi. eqtum ex Aphris Hispanisq;. Quidã vero Gallis Liguribusq; additis. lxxx. milia peditũ. x. eqtum fuisse scribunt. Sed credere libet: neq; ita magnũ illi fuisse numerũ copiarũ: vt asserunt primi: post tot emẽsa terrarũ spatia, tãtaq; detrimẽta accepta: neq; ita exiguum: vt secundi volunt: quũ maximẽ res quas postea gesserit, mẽti occurrũt. Qui vero mediã sequuntur viam, probabiliora dicere vidẽtur: quũ ex. lxxx. milibus peditum. x. milibus equitũ, quẽ ex Hispania mouit, magnã partẽ in Italiã duxerit: satisq; cõstet confluxisse ad eum ingentem multitudinem Ligurum Gallorumq;, qui ea tempestate non minore odio in Romanos. quã Pœni ardebant. Quum ex Taurinis in agrum Insubrium venisset Annibal: aduersum habuit. P. Cor. Scipionem: qui a Massilia ingẽti celeritate in Italiam reuersus, Pado Ticinoq; traiectis, haud procul ab hoste consedit: breuiq; interiecto spatio, ambo ii duces alter alterius castra speculatum profecti, equestre prẽlium commiserunt. In quo aliquãdiu pari prope certamine dimicatum est. Ad extremum Romani quum vulneratus esset cõsul, & Numidæ egres paulatim circumeundo a tergo imminerẽt: pedem referre coacti sunt. Itaq; sensim cedẽdo, & consulem protegendo, sese in castra receperunt. Sunt quiab Aphricano filio iam tum pubescente seruatum patrem Cornelium scribunt. Quæ quidem laus etsi maxima sit in tam recenti teneraq; ætate: non tamen a vero nec a præclaris rebus quas postea gessit, aliena videtur. Hoc prælio expertus Scipio quantum equitatu præualeret hostis: statuit sibi ea loca petenda esse: in quibus pedestres copiæ & consistere tutius, & dimicare commodius possent. Itaq; sequenti nocte quanto maxime silẽtio potuit: omni exercitu Padum traducto: in agrum Placentinum contendit. Eodem paulopost. T. Sẽpronius Longus, literis senatus ex Sicilia accersitus: vt ambo cõsules communi imperio communiq; consilio rempu. administrarent. Annibal etiam post equestrem pugnam: cum omnibus copiis Scipionem sequutus ad flumen Trebiam consedera: sperans propinquitate castrorum fore ali quã dimicãdi facultatẽ. quãsibi datũ iri vehementissime cupiebat: nõ solum quia longam moram sustinere non poterat: ob commeatus inopiam: sed ẽt quia verebatur infirmitatẽ Gallorum: q & spem nouarum rerũ: & equestris victoriæ famã sequuti: vt facile in suam fidẽ atq; amicitiã concesserãt: sic ẽt leui momẽto fieri posse credebat: vt durante in suis sedibus bello: odium a Romanis in se vnum auctorem belli transferrent. Igitur omnibus modis materiem quærebat: vnde occasio com

P. Corneli⁹ Scipio. Pugna iter Annibalẽ & P. Cornelii Scipionem.

Boii.

Insula loc⁹ Lugdunũ vrbs galliẽ. Allobroge⁹ Druentia. flu.

Annibal in superãdis alpib⁹ supra triginta hominũ milia amisit. Exercitus Annibalis quãtus fuerit nõ liqꝛ.

P. Cor. Scipio cũ Annibale pugnauit.

Scipio. Aphrican⁹ patrem seruasse dicit. T. Sẽpronius lõgus. Trebia flu.

mittēdi plii oriret. Accidit āt opportune p eos dies: vt Sēpronius cōsul nactus hostium agmē pda graue, palatūq; p agros inuaderet: in fugāq; coniiceret: atq; ex ea re pspere gesta de euētu totius rei cōiecturā faciens, in maximā spē veniret victorię cōsequēdæ si iusta acie cōsererētur manus. Quare priusq̄ Scipio cōsul alesceret: & noui consules crearētur: alicuius pclari facinoris edendi cupidus: in certamen pdire decreuit: rem imprōbāte collega: clamāteq; nihil intēpestiuius agi posse: q̄ omnib⁹ ppe aduersantibus Gallis, summā reipu. in discrimē offerre. Hoc diſſensiones p occultos explora/tores deferebantur ad Pœnū. Quibus cognitis, callidus imperator extēplo locū inter vtraq; castra septum vndiq; & vestitū vepribus & dumetis inuenit: ibiq; Magonē fratrē cum delecta manu con sistere iussit. Deinde equitibus Numidis negotium dedit: vt adirēt Romana castra: hostēq; lacessēn tes ad plium excirēt. Ipse interim reliquū exercitū cibo potuq; refectū in aciē deduxit: vt in omnem occasionē gerēdæ rei itētus paratusq; in armis esset. Sēpronius cōsul ad primū tumulū Numidaꝝ, subito equitatū: deinde sex milia peditū, postremo oēs copias ex castris educit. Erat āt brumæ rps & summa vigebat asperitas hyemis: in iis pserti locis: quæ alpibus Apenninoq; claudūtur. Numidū vt pceptū erat, citra flumē Trebiā Rom anū sensim trahētes, vbi ad cū locū venerunt, vnde suoꝝ signa cōspici poterāt, subito verterunt in effusum hostē equos. Est. n. Numidaꝝ cōsuetudo: vt spō/te plęrūq; cedāt: mox vbi visum fuerit, sistant: rursusq; maiore impetu quam prius, hostem inuadāt. Sempronius extemplo equitibus ad subsidia reuocatis, p necessitate tpis aciē instruit: pugnā cum hoste, q̄ oīa ad futuꝝ certamen præparauerat, cōmissurus. Iā. n. cū instructis copiis aderat Annibal: vt pūti occasione certādi vteretur. Pugna primū a leui armatura: deinde ab equitatu inita est: i qua Romani eqtes quum impetū hostiū sustinere non possent, facile cesserunt loco. Prelium deinde le/giones excepere: tanta contentione: tāq; paratis ad dimicādū amnis: vt resistere posse viderētur: si eis fuisset cum solo pedite decertendum. Sed hinc equites elephātiq; terrebant: hinc pedites insta/bant acriter pugnātes aduersus corpora fame frigoreq; confecta. Itaq; magis animis quā viribus hanc molem circūstātium incommodorum sustinentes Romani, pugnam extraxere: quousq; Ma go ex insidiis exortus, cum clamore ac tumultu incautos inuasit: & media Pœnorum acies iussu Annibalis impetum in Cēnomanos fecit. Tunc fuga ab auxiliaribus cœpta Romanorum fregit animos. Nam ad decem milia peditum ex Romano exercitu fuisse dicuntur: qui per medios eorum pētes hostes se Placentiam contulere. Ex reliquis copiis fugientes persequuti maiorem partē cōci/derunt Pœni. Euasit tamen Sēpronius cōsul summo periculo manibus hostium cuitatis. Nec Pœ nis incruenta victoria fuit: multis ex suis militibus, ac omnibus ppe elephantis amissis. Post hanc pugnam Annibal per oēm regionem vagatus, cuncta ferro igniq; vastauit: oppida quædā cepit: ac ingentem multitudinem incolaꝝ nullo ordine militari in certamen euntē, parua manu fudit fugauitq;. Vere primo maturius quam tempus postulabat ex hybernis mouens, quum in Hetruriā cōtēderet: & prope Apennini iuga sęua tempestate repulsus exercitum in agrum. Placētinum redu xit: breuiq; interiecto spatio, quum multę necessarię vrgerēt causę, rursus eādē pfectionē ficut insti tuerat, susciendā putauit. Nam Gallos insidiis prope circūuētus, calliditate ingenii periculum ca pitis euitauerat. Ægre enim ferētes Galli bellū in suis agris diutius consistere: vnū Annibalē caput belli petebāt. Quo periculo compulsus Pœnus, maturādum sibi atq; in aliam prouinciam omnē exercitum traducendum putabat. Accedebat præterea q̄ ad opinionem gentium, & suorum mili/tum alacritatem magni interesse arbitrabatur: tātas videri Carthaginenſium vires: tm̄ ducis ani/mum: vt in propinquas Romanę vrbi regiones arma transferre auderet. Quare postpositis om/nibus rebus, castra mouit: superatisq; Apennini iugis: per Ligures ea via qua ad paludes ac plani/tiem fluminis Arni est iter, in Hetruriā descēdit. Arnus vehemētius excreuerat per eos dies atq; om nes circūadiacentes campos aquis inundauerat. Igitur Annibal tantum exercitum secum trahēs priusq̄ e palustribus locis egrederetur: vitare non potuit: quin ingentem hominū ac iumētoꝝ ia/cturā faceret. Ipse quoq; dux etsi elephāto, qui vnus superfuerat ex multis, eminens veheretur: plu/res tamen dies ac noctes aeris intēperie vigiliisq; confectus alteꝝ amisit oculum. Inter hæc. C. Fla/minius consul exercitu a Sēpronio accepto Arretium venerat: inconsulto senatu æqreq; ferente: q̄ relicto Romæ. Gn. Seruilio collega sine insignibus, sine lictoribus: furtim in prouinciam contēdis set. Hunc virum natura ferocem plebis fauor supra modum extulerat: atq; ita audacem reddiderat: vt appareret omnia incaute inconsulteq; acturum. Quod vbi Annibal cōperit: cōmodissimū esse statuit: ingenium consulis irritare: conariq; omnibus modis: vt anteq̄ collegę iungeretur: ad pu/gnā alliceret. Itaq; castra mouens: per agrum Fesulanū Arretinūq; magno impetu vagatur: omnē regionē terroribus implet: cuncta ferro igniq; peruastat: nec prius populationibus aut incendiis finē facit: q̄ passim vastatis agris ad montes Crotonenses: atq; ide ad Thrasimenum lacum petue nit. Ibi locum cōtēplatus quum capere insidiis hostem quęreret: prope angustam viā quę ad Thra simenū ducit: sub quibusdā tumulis equitatum locat. post montes leuem armaturā cōsidere iubet. Ipse cū reliquis copiis in planitiem descendit: suspicatus id q̄ accidit: Romanum consulē nō qe/turum. Homines enim furētes ingenio facile ad omnes machinas atq; insidias hostiū parēt: sępeq;

T. Sempro ni⁹ iprobā/te collega eū Anniba le pugnare decreuit.

Nu midarū cōsuetudo.

Pugna iter Sēproniū & Anibalē ad Trebiā flu.

Romani vi ctiad Tre, biam flu.

Annibal ca pitis pericu lum euasit.

Arnus flu.

Annibal'al terū amisit oculum. C. Flamini us.

Thrasime nus lacus. Furētes ingenio facile ad hostiū i sidias patēt

salutaribus consiliis spretis: summam rei in discrimen obiiciunt. Flaminius vbi passim agros sociorū diripi, frumēta succidi, ædificia incēdi sensit: subito cōtra omniū sententiā, qui collegā expectā dum cēsebat, castra mouit: citatūq; agmen ad hostē duxit. Quū occidēte iā sole ad angustias Thrasimeni lacus peruenisset: eo in loco constitit continēti itinere defessus miles. Sequenti die: sub pri. mam lucē, nulla re antea explorata, saltū trāscendit. Annibal vero qui omnibus antea præparatis occasionē expectabat gerēdæ rei: vbi in patētiorem cāpum Romanū deductū cernit dat omnibus inuadēdi signū. Tunc vndiq; surgētes Pœni, hostem lacu & montibus clausum adoriuntur: nec solum a fronte: sed etiā a tergo & lateribus instant. Contra Romani nullo ordine militari præliū ineuntes: constipati conglobatiq; in nebula, quę oīum oculos occupauerat: veluti in vmbra pugnāt vt mirandū fuerit: quum ab omni parte circūsepti tenerētur, quibus rebus frēti tādiu pugnā distulerint. Nam supra tres horas ita acriter certatum constat: vt neq; maximus terræmotus eo tpe a pugnātibus auditus sit: nec prius Romana inclinata acies q̄ manu equitis, cui Ducario nomen erat, consulē tota acie volitantē interfectum fama vulgauit. Tunc Romani spoliati p̄sidio ducis, ac oī spe destituti, terga verterūt: alii montes, alii lacū petentes. quorum multi in fuga sunt comprehensi atq; interfecti. Cecidere in ea pugna ex copiis Romanorū ad. xv. milia hominū: & ad. x. milia variis itineribus euasere. Fuisse etiam dicūtur sex milia peditum: qui ab initio pugnæ impetu facto saltum superarunt: & in eminenti quodam tumulo constiterunt: postea vero finito prælio accepta a Pœnis fide, proditi fraudatiq; in victoris potestatē venerunt. Annibal hac ingenti victoria parta, multos ex captiuis Italici generis liberaliter prosequutus, sine pretio dimitti iussit: vt humanitatis & indulgētiæ fama per populos vulgaretur. a quibus tamen virtutibus ingenium eius longissime aberat. Fuit enim Annibal ferus īmaniq; natura: & adiunxit etiā a prima pueritia disciplinā: qua non iura, nō leges, nō ciuiles consuetudines: sed bella cædesq;, & hostiles proditiones tractare didicerat. Itaq; crudelissimus euasit dux: & in fallendis hominibus callidissimus. Nam ad decipiendum hostē sp intentus, quos aperto marte superare non poterat, dolis aggrediebatur: vt facile ex præsenti pugna & prælio, qđ antea cum Sēpronio ad Trebiā cōmisit, possumus iudicare. Sed hæc in aliū locum differātur. Romam vero vbi Flaminiū consulē victū cæsumq; cum magna parte copiarum nuntiatum est: ingens repente luctus ciuitatem inuasit. Alii publicam, alii priuatam quidā vtranq; calamitatem deplorabant. Miserabile spectaculum erat multitudinis mulierum: virorumq; confluentis ad portas: vt priuatim quisq; de suis necessariis certior redderetur. Proditū quoq; memoriæ ē: mulieres duas stantes sollicitis ac pēdentibus animis pro salute filiorum quū prēter spem filii occurrissent, subita lætitia expiraſſe. Sub idem tps quatuor milia equitū ad Flaminium consulē mittebātur a Seruilio collega nondū sciente prælio ad Trasimenum factum. Hi in itinere audita suorum clade cū in Vmbriā se receperēt: ab equitatu hostiū excepti ad Annibalē deducuntur. Cæteræq; cum tot tāq; multiplicibus acceptis cladibus in summo periculo res romana esset: placuit extraordinarīum imperiū quæri: dictatorēq; creari: qđ vnum remedium alienissimis temporibus reip. adhiberi solitum erat. Sed quū obsessis oībus viis Seruilius consul Romā venire non posset: nouo exemplo populus Romanus dictatorem dixit. Q. Fabiū, cui postea Maximo fuit cognomen: qui. M. Minutium magistrū equitum dixit. Erat autem Fabius vir magni consilii atq; prudētiæ: & summæ in repu. dignitatis. Itaq; eo tpe omnes ciues hunc vnum intuebantur: iamq; sibi persuaderant eo duce, aut nullo alio, defendi statum ciuitatis posse. Hæc ille non ignorans, ingenti cura rebus necessariis cōparatis, ab vrbe p̄ficiscitur: & exercitu a Seruilio consule accepto, duabusq; legionibus additis, ad hostē pergit. Iam Annibal a Thrasimeno lacu recto itinere Spoletum profectus, tentauerat primo impetu si id oppidum capi posset. Cōcursu oppidanorū ad tuenda mœnia facto, quū egregie defenderentur: vastatis omnibus eorū agris, vicis, ædificiisq; incēsis, in Picentes, atq; inde per Marsos & Pelignos in Apuliā cōtenderat. Dictator hostem sequutus prope Arpos haud procul a punicis castris consedit: eo consilio vt morando cunctandoq; bellum traheret. Nimia enim supiorum ducum ferocia in eū locū rē romanā deduxerat: vt a toties victore hoste non vinci eo tpe p victoria habereť. Itaq; oīa repente mutauit imperator mutatus. Nā quum Annibal primo in aciē deduceret: deinde quieſcēte hoste oēm regionem popularetur: vt vastādo in oculis agros sociorū, dictatorē excitet ad prælium capeſſendū: nihilo magis motus Fabius, suos in castris cōtinebat. Hāc cūctationem Romani ducis iniquo animo ferens Annibal, frequēter castra mutare constituit: vt pluribus adeundis locis aliqua vel fallēdi hostē, vel cōmittendi prælii occasio oriretur. Quapropter superato Apennino, ex agro Arpinati in Sānium venit: paulōq; post quibusdam Campanis quos ad Thrasimenum captos liberaliter dimiserat, afferentibus spem Capuæ portiundæ, castra mouit perito quodā regionis admonito: vt in agrū Casinatem exercitū duceret. Similitudine nominis Casilinū dux itineris pro Casino accipiens: longe diuersa via per Calentinum & Calenum agrū in campū Stellatē Annibalem traxit. Vbi quū septa vndiq; mōtibus & fluminibus regio teneretur: cognito errore, Pœnus hoiem crudeliter excruciatū necari iussit. Fabius per id tempus incredibili patientia vsus: vagari pœnum permisit, donec occupato gallicano & casilino monte oppor-

Pugna ad Thrasimenum lacū.

Flaminii interitus.

Ducarius eques Annibalis.

Cæsa Romanorū ad xv. milia.

apud Thrasimenum.

Annibalis ingeniū ferox: & crudele.

Mulieres duæ subita lætitia filiorū occurrētium expirarunt.

Fabi⁹ dictator electus.

M. Minuti⁹ magister equitum.

Spoletu m.

Arpi.

Samnium.

Casilinum.

Casinum.

tuna loca præsidiis firmauit. Quo factũ est: vt punicus exercitus prope circũuentus, vel opprimi cõmeatus inopia, vel turpi fuga sibi cõsulere cogeret: nisi Annibal arguta fallacia ftustrato hoste, periculũ euitasset. Nam hac re animaduersa: quũ sibi opportunũ visum est, imperat militibus suis: vt ex agresti pda quã abunde in castris habebat, ad duo milia boũ ad se deducãt. Hoc cornua facibus vinciri iubet. Deinde, quos dã idoneos deligit viros: q sub primã vigiliã, facibus incẽsis, ad summos mõtes belluas cõcitẽt. Nihil ex iis q̃perata erãt, ptermissum fuit. Agitati boues ardẽtibus facibus summa mõtiũ petũt. Copiæ paulatim sequũtur. Romani q multo añ firmis psidiis saltus occupauerãt, re noua pterriti, & insidias esse rati, subito ex opportunis locis discessere. Fabius quoq; punicã fraudẽ suspectã habẽs: quũ nõ satis cõstaret qdnã rei esset, suos in castris cõtinuit. Interi Pœnus haud pcul ab aquis Suessanis: quẽ locũ hac tẽpestate incolẽ regionis turrim balneoq; appellãt: sal tum transgredit: atq; in agrũ albanũ cũ oibus copiis in columibus sese recipit: breuiq; iterecto spatio castra mouet: q̃si recta via Romã peritur us. Sed postea cõuerso itinere, in Apuliã redit. Ibi potitus oppido Glereno opulento sane & abundanti oi copia req;, hyberna in iis locis habere cõstituit. Nec multo post dictator subsequutus haud pcul a Punicis castris in agro Larinati cõsedit. Inde repu. causa Romã accersitus, quũ celeriter sibi pficiscẽdũ esset: magistro eqtũ denũtiat: vt se se loco teneret: neue absente se cum hoste manũ cõsereret. Nã sicut ab initio, ppositum erat aio: ita ẽt postea in eo pseuerãdum putabat: vt neq; hostẽ in plio lacesseret: neq; lacessitus in aciẽ descẽderet. Sed accidit post discessum eius: vt. M. Minutius præceptoq; immemor, hostiũ manũ adoriret frumentatũ ab Annibale missam: palãtẽq; p agros, cũ multa cæde in castra conijceret. Extẽplo huius rei fama Romã plata, auctaq; rumoribus, veluti adeptæ victoriæ nomẽ obtinuit: acita multitudinis impleuit aures: vt repente sit magistro eqtum, qd ante id tps cõtigit nunq̃, cũ Fabio dictatore æquatum imperiũ. Hãc iniuriã sibi indigne illatã magno aio ferens Fabius in castra reuertitur. Iã duo dictatores vno tpe erãt: res ante eã diẽ inaudita: diuisiq; inter se copiis, sicuti cõsulibus mos fuit, pari imperio exercitibus præerant. At. M. Minutius ex rebus tantã sibi arrogantiã sumpserat: vt quod vix Annibal toties victor auderet, ausus sit quadã die inconsulto collega, certamẽ inire: ac in cum locum copias suas perducere: vbi punicis insidiis circumuẽtæ ad arbitrium hostium cædebãtur: nec vllã euadendi viã habebãt: nisi Fabius publicæ salutis magis q̃ acceptæ iniuriæ memor, in tpe subueniisset. Nã recẽtibus copiis certamini superueniens, haud dubie terruit Pœnum: & facultatem legionibus romanis dedit: vt se se in locum tutum reciperent. Maximam hinc virtutis & prudentiæ famã quum apud suos, tum apud hostes est Fabius cõsequutus. Nã & Annibalẽ in cautelã redeuntẽ dixisse tradũt: eo prælio a se. M. Minutiũ, se autẽ a Fabio esse superatũ. Et ipse Minuti? cognita prudẽtia viri, iuxta Hesiodi sentẽtiã, meliori parẽdum ratus, cum oibus copiis in castra Fabii venit: magistratuq; deposito, honorificentissimis verbis patrem Fabium salutauit: longeq; is fuit cũctis militibus lætissimus dies. Cæterum vtriusq; exercitibus in hyberna discedentibus, post longã cõtentionẽ creati sunt consules noui. L. Paulus Æmylius & C. Terentius Varro: homo ex infima plebe: populari aura ad cõsulatum euectus. His cõcessum est: vt maioribus copiis, q̃ cõsueuerant priores duces, rem romanã gererent. Auctæ legiones: & nouæ quoq; veteribus additæ. Profecti ad exercitum consules diuersi ingenii, diuersam in administrando imperio rationem seruant. I. Paulus vir prudẽs, & Fabianę artis: & consilii memor, bellum trahere: hostem morari: plio abstinere. Varro contra, furere: audere: certamen exposcere. At breui spatio interposito: patefactum est magna cum calamitate ac pernicie ciuitatis: quãtum inter modestiã Æmylii: & Varronis arrogãtiã interesset. Nã Annibal inopia frumẽti timens ne aliquis motus in castris oriretur: ex Glereno pfectus quum calidiora petiisset Apuliæ loca: cum omnibus copiis ad Cannas consedit: quẽ insequuti Romani consules: bina prope posuerunt castra: ita inter se iuncta: vt rãtum Aufido dirimeretur amne: Is solus fluuiorum: vt tradunt quidam: Apenninum diuidit: atq; ex ea parte: qua mõtes ad mare inferum spectant: oriens: in adriaticum influit sinum. Verum. L. Paulus quum videret Pœnum in aliena morantẽ terra: nõ posse tot tãq; diuersarum gentium copias diutius sustinere: in cadẽ sentẽtia perseuerabat: vt bellum duceret. Hanc vnam tutam vincendi viã: hãc hosti pernicio sam: suæq; reip. salutarẽ esse cẽsebat. Quod si hoc. C. Terentio persuasum esset: satis apparebat a sedẽtibus Romanis frãgi posse Annibalis opes. Sed vir inquieti animi nõ solum non mouebatur authoritate Æmylii prudẽtissime cõsulẽtis: sed ipsum ẽt increpabat: fremebatq; per vulgus: q̃ in aciẽ prodeunte hoste, militẽ otiosum in castris cõtineret. Quãobrem quũ venisset dies: in qua summa imperii sibi obtigerat: vicissim enim exercitibus præerant: prima luce transmisso Aufido signum dimicandi ꝓponit incõsulto collega: inuitoq; magis: quia repugnare non poterat: q̃ sponte cũ sequente. Annibal lætus occasione pugnandi: q̃ oẽm dilationem sibi aduersam esse ecnsebat: copias amnẽ traducit: paratissimas: qdẽ atq; omni armorũ genere ornatissimas. Multa enim spolia ex hostibus parta materiem præbuerãt ad ornatum. Erat autẽ Romanorum acies in meridiem versa. Horũ oculos occupabat puluis meridiano excitatus vento: quẽ incolæ vulturnũ appellãt. Hostes cõtra septẽtrionem spectabãt: atq; ita in acie dispositi erant: vt vtriq; cornu tenerent Aphri: in medio consi-

Annibalis arguta fallacia.

Faces boũ cornibus accensæ.

Aquę Suessanæ.

Imperium magistro eqtũ cũ dictatore æq̃tum.

L. Paulus Æmylius Terentius

Varro.

Aufid? flu.

Vulturn? Ventus.

sterent Galli atq; Hispani. Primū a ledi armatura: deinde ab eqtibus cōcursum est: & quia exiguū ad puagandū spatiū inter amnē peditatūq; relictū erat: atrox magis q̄ longū fuit certamē. Pulso tñ equitatu Romāo: pedestris acies prælio excepit: tāto ardore aiorū vt nullū aliud tps ad dimicādū habitura videret. Sed nimia vincēdi cupiditas: vt primo cōgressu initiū lætum: sic etiā postea exitū tristē Romanis dedit. Nam Galli atq; Hispani, quos in medio locatos supra ostendimus: nō sustinentes impetū Romanoꝝ: sese ad Aphrorū subsidia recepere. Romani vero effuso cursu i hostē delati dū vrgendo cedētes in mediū coeunt: occasionē dederūt Pœnis: vt ex vtraq; parte cornua circunducerent: Quingēti quoq; Numidę eqtes qui paulo ante simulata fuga a cōsulibus fuerant comiter accepti: ac in postremo agmine cōsistere iussi: vbi tēpus visum est gerendę rei a tergo sese ostendunt subitoq; imprudentes atq; inopinantes hostes aggrediuntur. Tum vndiq; perturbata Romana acies haud dubiam Pœno victoriā dedit. Ad.xl. milia peditum: ad duo milia supra septingentos equites author Liuio eo prælio cæsa dicuntur. Polybius longe maiorē numerū cæsorum affert. Sed his in medio relictis illud affirmare libet: haccanensi clade nullam maiorem vnq̄ nec primo: nec secundo punico bello a Pœno hoste illatā esse Romanis. Nam in ea pugna cæsus est Paulus consul vir memoria dignus: & vsq; ad supremum diem omni officio in patriam functus. Seruilius quoq; prioris anni consul: & alii consulares, tū prætores: pretoriiq; viri tribuni militum: ac ædilitii quidam: aliiq; permulti honestissimi senatores: tum optimorum ciuium exercitus: qui ad satietatem crudelissimi hostis interempti ceciderūt. Terentius cōsul qui author fuerat prælii cōmittendi, vbi in omni parte Pœnum superiorem vidit, salutem sibi cōparauit fuga. Et Tuditanus tribunus militū cū magna manu p medios hostes erumpēs, Canusiū venit. Ibi ad.x. milia hominū ex manibus hostium tanq̄ ex tempestate emersa cōuenerūt: summaq; imperii, omniū consensu, ad Appium Pulchrum &. P. Cornelium Scipionem, qui postea hoc bellū confecit, dela ta est. Hūc tandē exitū Canensis habuit pugna. Quę celeriter Romā perlata, etsi omnem ciuitatē (vt par erat) mœstitia luctuq; repleuit: senatus tamen populusq; Romanus in tam aduersis rebus dignitate retenta, nō modo de seruanda vrbe, sed etiam de reparādo exercitu cogitauit: iuniores ad arma cōciuit: nec Siciliam Hispaniāq; neglexerit: vt hæc cōsiderans mirari debeat: tātum ea tē pestate vel animi vel consilii in illo ordine populoq; fuisse. Nam vt cæteras omittā clades, ad Ticinum, ad Trebiā, ad Thrasimenū accepras: hoc postremū vulnus quo pene Romāi ipetii opes conciderunt, quæ alia gens sustinere potuisset? Tulit tamen populus Romanus: atq; ita tulit: vt neq; industria cōsilio, neq; cōsilium magnitudini animorū defuisse videret. Annibal quoq; victor in reficiēdo exercitu tēpus terens spatium victis dedit ad respirāduni. Nā si exemplo finita pugna victorē exercitū Romā duxisset: procul dubio aut succumbendū omnino aut extremū subeundū discrimen Romanis erat. Huius postea tarditatis sępe perteęsum Annibalem tradunt: palāq; cōquestum: q̄ consulentibus quieti militū magis eo tępore credidisset: q̄ Maharbali præfecto equitum: qui subito Romam caput belli petendū censuit: cuntantiq; Pœno illud vulgatū ptuliſſe dicitur: Vincere scis Annibal: sed victoria vti nescis Verū nō omnia (vt Nestor ille apud Homerū inquit) data sunt hominibus simul. Aliis enī ars vincendi, aliis celeritas cōficiendi, quibusdam etiam cōseruandi studiū defuit. Pyrrhum Epirotarum regem, qui bellū intulit populo Romano, prætantissimum belli ducē fuisse accepimus: hunc tamē memorie proditum est egregiū in acquirendo imperio, in cōseruādo vero minime aptū fuisse virū. Sic etiā alia aliis adfuisse: quædā etiam defuisse bellicis laudibus digna per veteres historias cognoscere licet. Cæterū post hoc prelium ad Cannas cōmissum, Attellani, Calatini, Sānites, Brutii præterea, atq; Lucani aliiq; permulti Italiæ populi fama ingentis victoriæ moti ad Annibalē defecerunt. Capua quoq; quod multo ante cōcupiuerat Annibal, veteribus relictis sociis noua sę ei societate coniunxit: idq; ad opinionē gētis magnum momētum rebus Carthaginēsium attulit. Erat enī ea tēpestate validissima vrbs multitudine ciuiū incolarūq; : & post Romā florētissima omniū Italiæ ciuitatū. Hanc Hetruscorum coloniam (vt multa quæ de ea referuntur, paucis verbis cōplectar) Vulturnum primo, Capuam deinde a duce eorū Capio: vel quod ꝓprius vero est, a cāpestri agro appellatam constat. Circum enī adiacēt cāpi omni fertilitate terræ pulchritudineq; agroꝝ insignes: quos appellant grāci Hāc quoq; regionē ex omni parte illustres populi cingūt. Nam maritimā orā incolūt Suessani: Cumani Neapolitani. Mediterraneam a septentrione Calentini: & Caleni: ab oriente & meridie Dauni & nolani. Prēterea locus ipse natura munitissimus est: hinc mari, illinc maximis perpetuisq; montibus cingitur. Ea vero tēpestate florentes mira felicitate Campani quū viderēt prope ad internicionē Romani imperii pugnatū esse ad cānas: facile (vt plerūq; fit) ad victoriam inclinarunt. Annibalēq; victorem nō solum sibi societate iunxerunt: sed etiam incredibili honore acceperunt in vrbem: sperantibus ciuibus, confecto bello: se inter Italos potentia atq; opibus longe primos fore. adeo plærūq; mortales in rebus humanis spes ac opinio fallit. Venienti Capuā Annibali ingens multitudo obuiam effundit: studio visendi celeberrimi nominis ducem cuius tot victoriæ & secunda cōmissa prælia in ore atq; oculis omniū versabantur. Ingressus vrbem deduci

Pugna ad Cannas.

Cęsa. xl. milia peditū: equitū ad duo milia supra septi gentos ex romāis ad Cannas.

Paulus Æmyliꝰ cęsus

Appiꝰ Pulcher.

P. Cor Scipio.

Maharbal pfectꝰ eqtū Annibalis.

Pyrrhꝰ Epirotarū rex.

Populi q̄ ac Annibalē post cānen sem pugnā defecerūt.

Capua pꝰ romā florētissima Italię ciuitatū.

Capua vn de dicta.

Spes & opinio mortalesi humanis plærūq; fallit:

tur ad domũ Pacuuii familiaris viri & potentia atq; existimatione facile principis Campanorũ. Cœna conquisitissimis epulis comparatur. Ex cãpanis ciuibus nemo ad conuiuiũ adhiberur: prę ter Vibellium Taurean virum fortissimũ: & filiũ Pacuuii hospitis: cui pater iratũ Annibalem eo q; Decium Magiũ pro romana societate pugnantẽ sequurus erat, magno negotio placauit. Sed operæpretiũ est videre: quãta & q̃ varia pericula præter opinionẽ hominũ maximis interdum accidant viris. Nam is iuuenis licet simulatione reconciliatus. Annibali: nocẽdi tamẽ occasionem expectans: dum celebratur omnium sermone lętitiaq; conuiuiũ, patrẽ in interiorẽ partẽ ædiũ ad ducit: eumq; hortatur: vt simul secũ gratiã populi Romani grauis peccato amissam summo beneficio redimere velit. Consiliũ deinde aperit: quo animũ induxerat: Annibalẽ patrię suæ, totiusq; Italię hostem de medio tollere. Homo q̃ id authoritatis & parẽs esse filii dicto vehemẽter obstupuit: iuuenemq; complexus, magno labore, multis cum lachrymis vix tandem exorauit: vt abiecto gladio domi suæ hospitem tuto esse sineret. Ita Annibal qui ab oceano Hispaniæq; vltimis oris per ingẽtia terrarũ spatia militem trahens nũc hostium telis nũc gallorũ insidiis petitus euaserat: partũ abfuit: q̃n vnius iuuenis manu inter epulas mẽsasq; necaretur. Postero die frequens senatus Annibali datus est a Campanis: in quo ille gratissimis verbis audientium impleuit aures: multa promittẽs: multa suadẽsq; quæ facile credebant Cãpani: propterea q; sibi opinionis errore de Italiæ principatu sperabant. Quare ita turpiter se submiserunt Pœno: vt quasi libertatis obliti, non socium in vrbẽ, sed dominũ accepisse viderẽtur. Quinetiã præter alia, peręti Annibali sibi tradi Decium Magium principẽ factionis aduersæ, nõmodo seruili decreto est senatus assensus: sed etiã passus est: vt spectante populo carenis vinctus in castra duceretur: vir antiquę societatis memor, reiq; publicæ magis, q̃ barbaris gentibus affectus ciuis. Dum hæc Capuæ geruntur: interim Mago Annibalis frater Carthaginẽ profectus, felicissimæ victorię nuntium suis ciuibus detulit: resq; ab Annibale gestas magnificentissimis verbis in senatu expoſuit: & ad faciẽdã fidem orationi suæ effundi iussit in vestibulo curię aureos annulos Romanis equitibus adẽptos: quoq; cumulũ alii modii vnius: alii trium modiorũ dimidiiq; mensurã excessisse tradunt. Petitũ deinde supplemẽtum: cõcessumq; a senatu est maiore studio, q̃ postea missum. Nam præsentibus rebus cõmoti Carthaginẽses: vt initium lætũ, sic pſperũ belli finem sibi animis proponẽtes, fauendũ Annibali, delectũ habendũ, perseuerãdumq; in armis cẽsuerũt: vno tantũ repugnãte Hannone pperuo hoste factionis barchinæ. cuius salutare cõsilium pacem suadens quũ alias sæpe tum eo tẽpore maxime posthabitũ reiectũq; a Pœnis est. Annibal post societatẽ cum Cãpanis initã, ad vrbem Nolam exercitũ admouit: oblata sibi spe per volũtariã deditionem illius oppidi potiũdi. Nec eum fefellisset opinio: nisi prætor Marcellus cõciratam multitudinem subito aduẽtu repressisset: succedẽtemq; mœnibus hostem tribus portis eruptiõe facta, cum magna cæde incastra adegisset. Hic est Marcellus vir bello insignis & militari gloria clarus: qui primus magnitudine quadã animi atq; ingenii Annibalem docuit posse vinci. Post hæc Annibal rem Nolanam in aliud tẽpus differendã ratus, Acerras petit: nullo negotio vrbem capit: diripitq;. Maiore deinde conatu Casilinum aggressus locũ ad nocẽdũ Capuæ poportunum, quũ oppidanos Pręnestinosq; qui ibi præsidio erant neq; pollicitationibusq; neq; denuntiatione periculi pmouere posset: exiguã partẽ copiarũ ad obsidendum oppidũ reliquit: ipse reliquũ exercitũ in hyberna deducit. Capuam autẽ locum statiuis deligit: vrbẽ amœnã & omni delitiarum genere abundantem. ibi miles assuetus sub diuo vitã agere: frigus famẽ, sitim patienti aio tolerare: quum variæ species voluptatum sibi quotidie offerentur: breui exstrenuo ignauus, ex forti timidus, ex solerti iners mollisq; euasit. Corrũpunt enim blande voluptates omne robur animi, indolemq; virtutis: ingenium labefactãt: cõsilium eripiũt. quo quid pernicioſius humão generi afferri potest? Merito igitur Plato escam malorum appellat voluptatem. Et in præsentibus rebus campanæ delitiæ magis q̃ alpiũ iuga, q̃ armati Romanorũ exercitus Pœnis obfuerũt. Nam vna hyems segniter molliterq; acta, tãtũ valuit ad extinguendum vigorẽ animorum: vt milites principio veris in campum progressi, omnis virtutis bellicæ obliti viderẽtur. Annibal exacta hyeme ad Casilinum reuertitur: sperans oppidanos post tam longam obsidionẽ etiam inuitos in suam potestatem venturos. At ii etsi omnium rerũ inopiam laborarent: tamen constituerant animis extrema etiam experiri, priusq; se crudelissimi hostis fidei arbitrio q̃ permitterẽt. Quamobrem farre primum, nucibus deinde per Vulturnũ a Romanis acceptis rem eousq; extraxere: vt confectus tędio Annibal, pactione, quod antea recusauerat, oppidum reciperet. Cæterum hoc bellum in quo mira felicitate omnia prope lęta secundaq; euenerant Pœnis, nulla tot victoriis intercedente clade memoriæ digna, cœpit per id tẽpus varios euentus variamq; fortunã conditionẽ sortiri. Nam societas inita cũ Philippo Macedonum rege, & supplementũ a Carthagine missum, & Petilia, Consentia, aliæq; in Brutiis expugnate vrbes, spes Carthaginẽsium cõfirmabant. Ex altera parte Romani maximis prœliis in Hispania Sardiniaq; hostibus fusis, animos vehementer erexerant ad spem bene gerendæ rei. Præstantissimos eo tempore quæsiuerant duces: Fabium Maximũ, Sempronium Gracchum, &. M. Marcellũ virum omni bellica laude di

Pacuuius. Taurea.

Annibali periculo vitæ fuit.

Decius Magius.

Annulorũ romanis equitis detractorũ cumul⁹. Hãno Annibali adiuersus. Nola.

Marcellus primus mnibalẽ docuit posse vinci. Acerrę vrbs. Casilinũ. Exercitus. Annibalis Capuę elãguit. Voluptas malorũ esca

Casilinum ab Annibale receptũ.

Sẽpronius Gracchus.

gnum qui ita impigre rem romanā adminiſtrabant: vt ſentiret Pœnus ſibi cum acerrimo ſimul prudentiſſimoq; hoſte bellū eſſe gerendū. Primū enī apud Cumas a Sempronio Graccho magna ſuorum cæde repulſus, coactus eſt obſidionē relinquere: pauloq; poſt apud Nolā iuſta acie, cum Marcello magnā plagā accepit. Nam ex Romanis citra mille: ex Pœnis ſex milia partim prælio cęſa partim ī fuga capta dicunt. Hæc āt pugna quāti momēti fuerit, facile ex eo intelligi licet: q; ex tēplo Annibal Nolæ oppugnatione omiſſa, Apuliā petens, militē in hyberna deduxit. His factū eſt: vt veluti ex graui morbo reſpirantes Romani ſummis viribus aduerſus hoſtē cōtenderēt: iāq; nō ſolū tueri ſua, ſed etiā aliena aggredi auderent. Maxime vero cōuerſi erant ad Capuā oppugnādam: refricante animos frequēti Cāpanoꝝ iniuria: q; exemplo poſt canenſem pugnam alieniſſimo reipu. tēpore defecerant ad victorē Pœnum: multorū beneficiorum obliti: quæ olim Romani in eam ciuitatem cōtulerant Campani contra ſui delicti conſcii nouoq; apparatu Romanorū perterriti, ad Annibalem in Apuliam mittūt oratum: vt maxime neceſſario tēpore ſociæ vrbi ſub ueniat. Is nulla interpoſita mora, ex Apulia pfectus, magnis itineribus in Cāpaniā venit: caſtriſq; ad Tifata, ſup Capuā poſitis, magiſdiſtulit in aliud tps, q̄ phibuit iminētē peſtē Cāpanis. Sed quū crebris excurſiōibus per agrū Nea politanū vagaretur: oblata eſt illi denuo ſpes Nolæ per pditionem occupandæ. Erat enim in ea vrbe, ſicut in plęriſq; Italiæ ciuitatibus, plebs a ſenatu diuiſa. Multitudo auida nouarū rerum, Annibali: optimates meliores conſilio, populo Romano faſuebant. Pœno igitur ad occupandam Nolam proficiſcenti, vt alias ſæpe, ſic etiam tunc, cum inſtructis copiis Marcellus occurrit: primoq; congreſſu prælio cōmittere, non dubitauit. In quo ſuperior Romanus tanta alacritate hoſtem reiecit: vt ſatis appareret: eo die calamito ſam fuiſſe Carthaginenſibus futuram pugnam: ſi equites diuerſo itinere profecti, vt a Marcello inſtitutum erat: in tēpore adfuiſſent. Annibal nō ſine magno detrimēto copiis in caſtra reductis, paulopoſt ex eo loco pficiſcitur: atq; in agrum Salentinū exercitū ducit. Nam qdā iuuenes Tarentini in aduerſis prælijs Romanoꝝ iam pridē capti, liberaliterq; dimiſſi, quū in referenda gratia memores eſſe vellent, ſpem Tarenti recipiendi Annibali fecerant: ſi propius vrbē exercitū admouiſſet. Quoꝝ pollicitationibus cōpulſus Pœnus, omnibus modis huic rei ſtudendum cenſuit: vt qd multoāte animo cōcupiuerat, aliquo maritimio oppido potiretur. Erat autē ex maritimis vrbibus nulla alia Tarento cōmodior, ad auxilia ex Græcia accerſenda: & multa in exercitū tranſportanda: quæ indies ad neceſſariū vſum expetebātur. Verū etſi aduerſāte Romanoꝝ præſidio res in longū protracta ſit: tamē nō prius ab incœpto deſtitit Annibal: q̄ Nico & Philomenus authores defectionis pdiderūt vrbē. Arx ſolū'a Romanis retēta: quę tribus fere patribus mari abluit: reliqua quarta eſt: quæ aditū habet a terra: quā murus & foſſa muniebat. Ab hac parte Annibal fruſtra expugnationem expertus, quū ſtrenue defenderet, fauces tarentini portus impedire inſtituit: ratus hanc vnā ſupereſſe viā: qua Romani cōmeatu excluſi ad deditionē cōpellantur. Sed difficile opus apparebat futurum: quū clauſtra portus poſſiderēt hoſtes: & naues qbus exitus obſidendi erant, exiguo ſpatio incluſæ tenerentur. Has ex portu cui arx ſupererat, ſubducere oportebat: & in proximū mare deferre. Nemo ex Tarentinis reperiebatur q̄ rationē huius rei explicandæ in mediū afferret. Annibal tantū, quum optarent reliqui, vnus vidit: naues machinis ex portu ſubduci, plauſtriſq; impoſitas per mediā vrbē ad mare deferri poſſe. Itaq; adhibita ſolertia hominū, paucis poſt diebus ſubducte naues: in altū delatæ cōtra fauces portus ſteterē. Annibal recuperata poſt centeſimū prope annuum, q̄ in Romanoꝝ poteſtatē venerat, Tarentina vrbe, & arce terra mariq; obſeſſa, in Sānium rediit. Nam cōſules Romani frumētatoribus Cāpanis oppreſſis direptiſq;, ad Capuā duxerant legiones: ac oīa ſtudia belli in expugnationē eius vrbis intēderant. Quamobrem Pœnus cogitationē Cāpanæ rei ſtudio ingenti ſuſcipiens, cū omnibus copiis aduerſus hoſtem contendit: breuiq; interiecto ſpatio, nō detrectātibus pugnā Romanis vtriq; in certamen pgrediuntur: præliumq; inſigne apparebat futurū: niſi eodē tēpore Sēpronianus exercitus, qui Sēpronio Graccho in Lucanis amiſſo a Cn. Cornelio in Cāpaniam ducebatur, certantes diremiſſet. His enim copiis procul viſis priuſq; diſcerneret quis eſſet, territi Romani pariter Pœniq;, copias in caſtra reducūt. Poſt hæc conſules vt Capua auerterent Pœnum, quum diuerſas regiones, alter Lucaniam: alter Cumas petiiſſent: Annibal in Lucanos profectus occaſionem cepit cum. M. Centenio conſligendi: qui temeritate atq; audacia inſignis: exercitum ſibi a ſenatu parum prudenter creditum callidiſſimo hoſti obiecit. Commiſſo prælio Centenius audaciſſime pugnans occiditur: ex reliquis pauci euadunt: Acceſſit tunc ad hoc incōmodū: vt Annibal paulopoſt in Apuliā pficiſcēs alium exercitum Romanorum: cui præerat Fuluius prætor: inſidiis circunuentū profligaret: deleretq;. Nam ex. xx. milibus hominū: quū ad libidinem crudeliſſimi ducis trucidarentur: vix duo milia ſuperfuere. Conſules inter hæc ex diſceſſu Annibalis occaſionē nacti: cum omnibus copiis ad Capuam redeuntes: vndiq; cinxerunt vrbem. Q̄d vbi Annibal cognouit: cum expedito exercitu in Cāpaniam profectus: primo aduētu caſtra Romanorum inuadit: monitis ante Campanis: vt eodem tēpore eruptionem faciant. Imperatores Romani ad primum tumultum hoſtium par-

Cæſa & capta ſex Pœnorū milia

Tifata.

Pugna Marcelli cū Annibale

Tarētū per proditionē ab Annibale acceptū. Nico & philomenus.

Samnium.

M. Cēteni⁹ moritur. Cæſa duce Fuluio pto re romanorum. xviii. mil.

titis inter se copiis obuiam progrediuntur. Campanis nullo negotio in vrbem cõpulsis: durior aduersus Pœnum dimicacio: fuit: qui quũ alias sæpe, tum eo die, acerrimũ imperatorẽ se præstitit in prælio conserendo. Tentauit etiã siqua fallacia capere hostem posset. Nam quũ sui castra Romanorum irrumpere conarẽtur: missit quendã latinæ peritum linguæ: qui iussu consulũ alta voce denuntiaret Romanis: vt castris iam prope amissis, in proximos montes cõfugerent. Vox inopinata facile audientes mouisset: nisi Romani punicis dolis assueti cognouissent fraudẽ. Itaq; celeriter se inuicem cõfirmantes. Hostẽ pedẽ referre, seq; in castra recipere coegerũt. Annibal tentatis omnibus modis, quũ videret nullam sibi facultatẽ relinqui: qua duces Romanos a Capua remoueret: pro sociorũ periculo anxius, confugit ad iam molto ante agitatum: & veluti ad extremũ reseruatum cõsilium. Cunctis enim necessariis cõparatis, castra mouet, & quanto maxime silẽtio potest, transmisso Vulturno amne, per agrũ Sidicinũ, Allifanum, Cassinatem, infestis signis Romam petit: ratus aut hac via aut nulla alia, solui tã pertinacem obsidiõem posse. Q̃d vbi Romã ceteris authoribus nuntiatũ est: tantus repente terror inuasit: vt raro sit vnq̃ intra mœnia vehementius trepidatum. Cernebant enim acerrimũ hostem quẽ toties in magnis reip. malis experti erant, infesta iam patriæ signa inferre: & quem absentem sustinere nõ poterãt: præsentẽ senatui populoq; Romano seruitutẽ minari. Igitur in tam trepida re placuit: Fuluius Flaccus alter ex ducibus Romanis a Capua accersitus, & consules noui Sulpitius Galba, & Cornelius Centimalus extra vrbẽ haberẽt castra: &. C. Calphurnius prætor valido præsidio capitoliũ tueret: & ii ciues qui summos magistratus gessissent, repẽtinos tumultus authoritate imperioq; sedarent. Annibal cõtinuato itinere, nõ prius constitit: q̃ ad Anienem, tria milia passuũ ab vrbe, posuit castra: paulo; post cum duobus milibus equitũ ex eo loco profectus, ita vrbi appropinquauit: vt a porta colli na vsq; ad tẽplũ Herculis obsequitans: situm mœniaq; tam amplæ ciuitatis nõ solũ spectaret: sed etiã otiose cõtemplaret. Quem cõspicatus Fuluius Flaccus, ferre indignitatẽ non potuit. Itaq; celeriter Romanos egres aduersus hostẽ immisit: qui vt imperatum erat, magno impetu prœliũ ineũtes, facile ex eolo summouerunt Pœnũ. Sequẽti die Annibal exercitũ ex castris educit: aciem instruit: nullam dimicandi morã facturus: si allicere hostem ad certamẽ posset. Idem Romani faciendũ & prælium cõmittendum putãt. Quare pgrediuntur in cãpum armatæ vtrinq; copiæ: tãta alacrita te animorũ: vt nullũ periculũ recusaturæ viderẽtur: pro eius diei victoria cõsequẽda. Et enĩ Carthaginẽses die imperio orbis terrę: qd in eo veluti supremo certa mine collocatũ putabãt: Romani de patria, de libertate, de bonis omnibus, vtrũ sua vel in hostiũ potestate futura essent, paulo post dimicaturi erant. Sed accidit res memoratu digna. Nam dũ parati in armis signũ dimicandi expectant: repẽte superuenit imber frequẽtibus procellis effusus: cuius tãta vis & asperitas fuit: vt cogeretur quisq; militẽ in castra reducere. Proximo quoq; die in quẽ pugna dilata videbatur, rursus in aciem vtrisq; exeuntibus, similis tempestas exoritur: quę non minus q̃ superior Romanos pariter ac Pœnos afflixit: compulitq;, vt instantis dimicationis obliti de salute tantũ & fuga cogitarent. Hæc animaduertens Annibal: conuersus ad suos exclamasse dicitur: modo sibi mẽtem potiundæ vrbis Romæ, modo facultatẽ nõ dari. id quoq; turbauit Pœnum: q̃ se tantis equitum peditũq; copiis ex propinquo Romã vrgẽte, supplementũ in Hispaniã missum: & agrũ in quo ip se cõstiterat longe maiore pretio q̃ parerat emptum fuisse cognouit. Quare indignatione accensus: argentarias officinas ciuũ Romanorũ per præconẽ vẽnire iussit. Verũ post hæc, siue animo reputans quantę molis esset expugnare Romanã vrbẽ, siue inopiã frumenti metuens (decẽ enim dierũ secum cibaria tulerat) castra mouere cõstituit. Itaq; ex eo loco decedens, ad lucum Feroniæ se recipit: ac templũ q̃d ibi opulentissimũ fuisse tradũt: diripit: paulo; post in Brutios Lucanosq; contendit. Q̃d vbi Capuani cognouere: desperantes de summa rerũ, dederũt vrbem Romanis. Sic igitur Capua recepta: & in Romanorum potestatem redacta, magnum momentũ apud omnis Italiæ populos, magnũq; nouarum rerum desiderium fecit. Mouit. etiam animos gẽtium ip se Annibal hostis: qui multa oppida quæ tueri non poterat, malo consilio diripi vastariq; iussit. Nam vt antea sæpe victor plerisq; captiuis sine pretio dimissis multorum voluntates liberali officio deuinxerat: sic etiam per id tempus in humana quædam illius crudeliras causa fuit: vt multæ vrbes punici imperii pertęsæ in Romanorum fidem redirent. Quarũ in numero Salapiam fuisse tradunt: quæ authore Blacio principe factionis romanæ, prodita consuli Marcello est: & lectissimorum equitum ala quæ vrbi præsidio erat, prope ad internicionem delata. Hæc est vrbs in qua scriptores nonnulli Pœnum amore cuiusdam puellæ captum fuisse tradunt: & immodicam cupiditatem viri calumniis prosequuntur. Alii sunt qui huius ducis modestiam efferentes: nec primum quum bellum in Italia gessit: nec postea quum in Aphricam rediit: aut cubantem cœnasse, aut plusq̃ sextario vini indulsisse dicunt. Quidam etiam reperiuntur: qui Annibali crudelitatẽ, perfidiam, aliaq; eiusdem generis vitia tribuentes, nullam de pudicitia aut impudicitia hominis mentionem faciunt. Vxorẽ rantũ ei fuisse scribũt Hispani generis ex Castulone nõ ignobili oppido: cui ob egregiam eorum hominum fidem, Carthaginenses indulgebant præcipue: & confide-

Annibalis. astuta fallacia.

Annibal romã petit.

Fului⁹ flaccus Anni balẽ Romę sitũ cõtẽplãtem sum mouit.

Imber ꝓcel losus roma nos & Pœnos in pugnã instructos dire mit.

Lucus Feronię & tẽplũ ab Anniba le direptũ. Capua a Romanis recepta.

Salapia. Blacius.

Castulo oppidum.

bant maxime. Verum vt supra ostendimus, Annibal amissa Salapia paulopost occasionem habuit longe maiorē q̄ acceperat: reddendi Romanis cladem. Nam per id tēpus Fuluius proconsul apud Herdoneā sedebat: sperās se vrbe sine vllo certamine potiturum. Sed quia nullus in propinquo esset hostiū metus (cōcesserat enim in agrum brutium Annibal) negligenter obibat munera vigiliaq; atq; in oī administratione belli indignam Romano duci segnitiē præstabat. Hanc negligentiam quū per occultos exploratores cognouisset Pœnus: nō putauit occasionē negotii bene gerendi sibi omittendā esse. Itaq; in Apuliam cum expeditis copiis pfectus, tanta celeritate ad Herdoneam venit: vt partū abfuerit, quin Fuluiū nil tale opinantē in ipsis castris opprimeret. Romani tñ ingenti animoq; fiduria primū impetū excipiētes, pugnā diutius q̄ par erat extraxere. Demum sicut biennio præterito circa ea loca duce alio Fuluio, sic etiam auspicio huius Fuluii pconsulis victæ superataq; romanę legiones pfligantur: & dux ipse cum magna parte copiaꝝ occidit. Erat per id tēpus in Samnio Marcellus consul: quo quū esset nuntiata clades imprudentia ducis accepta: q̄q̄ rerum auxiliū perditis rebus allaturus videbatur: tamen cupiēs qđ proximum auxilio erat, detrimentū sarcire: in agrum Lucanū (eo enim post victoriam se receperat Annibal) exercitum ducit: castrisq; in cōspectu hostium positis, paulopost in aciem descēdit. nec Pœni dimicationem sibi fugiendū putant. Prælium extēplo cōmittit: tanta obstinatione animorū: vt æquis prope viribus vsq; ad occasum solis, certatū sit. Nox dubiæ pugnæ finem fecit. Postero die Romani ite rum in aciem exēūtes timoris cōfessionem expresserunt hosti. Annibal enī suos intra vallū tenuit: & sequenti nocte, silenti profectus agmine, in Apuliam venit Marcellus quoq; per vestigia sequutus pœnū, occasionē quærebat: vt aliqua memorabili pugna de summa belli decerneret. Iam enim sibi persuaserat: maxime ex Romanis ducibus, se cōsilio, solertia, disciplina, ac omni munere militiæ conferendū Annibali esse. Sed tēpus iam instantis hyemis impedimento fuit: ne iusta acie cum hoste contenderet. Nam leuibus quibusdam cōmissis prælijs, quum non fatigandi milites fruſtra viderētur, in hyberna cōcessit. Principio veris partim literis Fabii, qui alter ex nouis cōsulibus eius anni erat, partim natura sua excitatus, celerius opinione omniū ex hybernis egredit: & aduersus sedentem eo tēpore ad Canusium Pœnum exercitum ducit. Factum est autē ppinquitate castrorū & certandi studio: vt paucis diebus ter collatis signis acie dimicarent. Primo die quū pari prope spe vsq; ad noctem perduceretur pugna: & ad neutrā partē victoria inclinaret: vtriq; veluti ex compositō, se in castra recipiūt. Secundo die superior Pœnus duobus prope milibus & septingēris ex hostibus cæsis, reliquas copias in fugam vertit. Tertio die Romani diluendæ ignominiæ cupidi, quā ex proximo detrimento acceperant, primi pugnā exposcūt: & a Marcello in aciem deducuntur. Cuius ferociam admiratus Annibal, dixisse traditur: Rem cum eo hoste sibi essegerendam: qui nec victor, nec victus quiescere posset. Prelium deinde atrocius q̄ vllum ex superioribus fuit: nitentibus Romanis recens incōmodum resarcire: Pœnis vero indignantibus, q̄ nup victi victores vltro ad pugnā prouocarēt. Tandem Romani a Marcello increpiti monitiq; vt darent operam: vt non ante cladis, q̄ victorię nuntius Romam veniret: gradū acrius intulere: nec prius dimicationi finem fecere: q̄ triplicata prope illata clade, hostem in fugam conīcerent. Sub idem tempus simili properatione qua amissum fuerat, Fabius Maximus Tarentum recepit. Qđ vbi Pœno nūciatum est: dixisse eum tradunt. Et Romani suum Annibalem habent. Sequenti anno Marcellus & Crispinus creati consules omnibus viribus incūbentes ad bellum duos consulares exercitus aduersus hostem ducunt. Quos Annibal æquo campo sustinere posse diffidens: quū alias sæpe: tum eo tēpore, omne ingeniū adhibendū putauit: vt hostem quem aperto marte superare nō poterat, dolis caperet. Hæc cogitanti longe maior q̄ ausus esset optare, occasio gerendæ rei obiicitur. Sylueſtris erat tumultus medius pene inter punica & Romana castra: sub quo rumę quędam Numidarū latebant iussu Annibalis opportunis locis constitutæ: vt aliquos ex hostibus vagos palantesq; exciperent. Ex altera parte cōsules cōmuni omniū voce & sententia moti visendū hunc tumulū, deinde: si opus foret, occupandum cēsent: ne eo neglecto potiantur hostes: & suis deinde ceruicibus immineant. Sed priusq; exercitū moueāt: vt speculentur naturam loci, ambo ex castris exeunt: & eo cum paucis equitibus proficiscentes, incautius q̄ tantos viros decebat, in præparatas insidias incidunt. Momento temporis circumuenti, quum neq; perrumpere a fronte possent: & a tergo cæderentur: necessitate magis q̄ consilio prælium incunt: in quo Marcellus egregie pugnans occiditur: & Grispinus vulneratus vix tantum spatii adeptus est: vt se ex manibus hostium eriperet. Annibal postq̄ M. Marcellum, qui maxime ex Romanis ducibus represserat cursum victoriatum suarum, interfectum audiuit: subito in collem vbi pugnatum fuerat, transtulit castra. Ibi inuentū Marcelli corpus honorificentissime sepeliri iussit. Ex quo percipi licet: quantum valeat apud omnis generis homines animi magnitudo, excellentiaq; virtutis: cum in reritum præstantissimi ducis ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ passus sit carere. Romani interim altero consule amisso, altero saucio extemplo se in proximos montes receperant: & in loco tuto posuerant castra. Ipse autē Crispinus ad vicinas ciuitates montiū mi-

Herdonea vrbs.

Fuluiꝰ pcōsul ab Annibale cū magna copiarū parte occiditur.

Marcellꝰ cū Annibale vsq; ad solis occasū pugnauit.

Pugnę tres alię cū ānibale a Marcello factæ.

Tarentū a Fabio receptum.

Crispinꝰ cōsul Marcelli collega.

Marcellus dolis interceptus iterficitur.

Marcellum Annibal honorificē rissime sepeliri iussit.

ferat: quia collega interisset: & annulo eius potitus esset hostis: a literis nomine Marcelli compositis vt cauerent. Salapiam iam Grispini nuntius venerat: quum literę ab Annibale afferūtur: signi ficantes Marcelli nomine: se eo proxima nocte venturū. Salapitani cognita fallacia viri, nuntioq; remisso, intentissima cura hostium aduentum expectant. Quarta vigilia Annibal ad vrbem venit. In primo agmine locati ex industria erant perfuge Romanorum: vt latine loquentes fidem facerent Marcellum adesse. Horum quum ad sexcentos oppidani introduxissent: clausa porta reliquas copias telis repellunt: introductos ad internicionem cædūt. Ita Annibal irriti incœpti pertęsus, castra mouet: & in Brutios proficiscitur: vt Locrensibus terra matrię a Romanis obsessis auxiliū ferat. Post hæc ingenti cura partū plebisq; noui consules facti duo pitissimi belli duces. M. Liuius, & Claudius Nero: q partitis inter se copiis in puincias pficiscunt. Claudius in Salentinos: Liuius in Galliam cōtendit aduersus Asdrubalem Barchinū: qui superatis alpibus, ingentibus peditum equitūq; copiis iungere se fratri properabat. Accidit autē per id tēpus: vt Annibal magnis afficeretur incōmodis a Claudio cōsule: qui primū in Lucanis, adhibitis etiā punica arte insidiis, hostē fudit: Deinde in Apulia prope Venusiam Pœno cōgressus tumultuariam pugnā tanto impetu cōseruit: vt magnū numerū hostium interficeret. Quo detrimento affectus Annibal: extēplo ad reparandum exercitū Metapontū se contulit. Ibi paucos moratus dies, copias ab Hānone accipit: & suis adiungit: ac rursus Venusiam repetit. Claudius nō longe a Venusia habebat castra: & interceptis hostiū literis, quū Asdrubalem appropinquare cognouisset dies nocteq; agitabat animo: quibus modis efficere posset: ne tantorum ducum copiæ simul iungerent. Itaq; omni ratione subducta, cōsilium cepit periculosum, vt apparebat, futurū: sed forsitan eo tempore necessarium. Nam sub legati custodia castris relictis, ipse cū parte exercitus magnis itineribus in Picœnum profectus, sexto die Senam peruenit. Ibi consules ambo iunctis copiis ꝓpter metuaq; flumē Asdrubalem adorti, secundissimo prælio conflixerūt. Ad. lvi. hostiū milia eo die cęsa dicuntur: paremq; prope aiunt acceptę ad Cannas redditam hosti cladem. At Claudius Nero post hanc memorabilem victoriam, nōminus celeriter, q̄ profectus erat, Venusiam repetens, caput Asdrubalis prope stationes hostium poni: captiuosq; dimitti iussit: qui tātæ calamitatis nūtium ad Pœnū deferrent. Nam eum ignorare cōpertum est: quæ parata primū occultis cōsiliis: quę deinde acta ꝓximis diebus fuerāt. In quo mirari libet: callidissimi ducis sollertiam sic deceptā fuisse a Claudio in tam modico castrorum interuallo, vt prius cæsum cum omnibus copiis fratrem, q̄ profectum reuersumq; in castra consulem romanum sciret. Verū Annibal hoc tam ingenti nō solum publico, sed etiā priuato perculsus vulnere, vicissitudinem Carthaginensium rerū se agnoscere inquit: paulo q; post ex iis locis profectus, in agrum Brutium se recepit. Non enim latebat peritissimum ducem: quantum accessionis romanæ rei ea plaga ad Metaurum accepta quantūq; momenti ad summā vniuersi belli factura esset. Ipse tamen oibus viribus, quę sibi in Italia post tot cōserta prælia, tot expugnatas vrbes relinquebātur, simul collectis, inuicto animo per id tempus bellum sustinuit. Et quod mirum cuiq; videri debet: exercitum ex Hispanis, Aphris, Gallis, atq; ex aliis gentibus mistum, sic cōcordē siue authoritate, siue prudentia tenuit: vt ne minima qdē seditio dissensio ve militaris sit in castris audita. Neciam Romani Sicilia: Sardinia: Hispaniisq; receptis hunc hostem aut in Italia delere, aut ex Italia deducere prius potuerūt: q̄ in Aphricam mitterēt. P. Cornelium Scipionē: qui ex ꝓpinquo inferens Pœnis arma, in tantū discrimen rē Carthaginēsem impulit: vt extēplo necessitate coacti annibalem ex Italia reuocarēt. Erat per id tēpus sicut ante dictū est, i agro Brutio Pœnus: excursionibus magis q̄ iustis præliis, grebat bellū: nisi q̄ aliq̄n cū Sempronio cōsule tumultuariā pugnam cōseruit: nec multo interiecto spatio, cum eodem iusta acie dimicauit. Primo certamine Pœnus: secūdo Romanus superior fuit. Nec iam vltra in Italia q̄q̄ memoria dignum apud græcos latinosq; authores ab Annibale gestū cōperio. Iussu enī Carthaginensiū in Aphricam accersitus: post sextum & decimū huius punici belli annum, Italiam reliquit: multū prius de senatu Carthaginensi, multū etiam de seipso questus. De senatu quidē: q̄ se tam diuturno tēpore in hostili cōmorantem terra parū supplemēto pecunia: & cęteris rebus quæ ad vsum belli expetebantur, adiuuisset. De se vero: q̄ toties Romanis legionibus fusis cæsisq;, moram semper post victoriam trahens, spatium dedisset hosti ad respirandum. Memoriæ quoq; proditum est: eum priusq; classem conscenderet: prope Iunonis Lacinię templum arcum condidisse punicis græcisq; literis insculptum: in quo res a se magnifice gestę summatim continebantur. De cedeus autem ex Italia Annibal, satis prospera nauigatione vsus, paucis diebus Leptim rēnuit: ac omnibus copiis in terram expositis Asdrumentum primo, atq; inde zamam profectus, quum cognouisset quo in statu res Carthaginensium essent, commodissimū esse statuit: de finiēdo bello consilium inire. Itaq; placuit ei: vt ad Scipionem mitteret: qui ab eo postularent: vt aliquē locū medium vtriusq; colloquio deligeret: velle sese de summis rebus cum eo agere. Nec satis constat vtrum iussu senatus, an priuato consilio id factum a Pœno sit. Colloquii renuendi Scipioni causa non est visa. Quamobrem constituto die conuenere in patenti campo cum singulis interpreti-

M. Liuius. Claudius Nero. Asdrubal.

Metapōtū.

Metaurus flu. Cęsa. lvi. milia pœnorū a Romanis ad Metaurū flu.

Asdrubalis interitus.

P. Cor. Scipio i Aphricam missus

Annibal i Aphricā reuocatus. post. xvi. huius belli punici annū italiā reliqt.

Arcus ab Annibale ꝓpe lacinię Iunonis tēplū cōditus

Annibal & Scipio i colloquium venere.

bus, duo celleberrimi duces & potentissimarum gentium imperatores: diuersis sententiis de pace & bello sermonē habituri. Nam Annibal maxime ad pacem inclinauerat animum: q̄ cernebat rē Carthaginensium deteriorē indies fieri: Siciliam, Sardiniā, Hispanias iam esse amissas: bellū ex Italia in Aphricam translatū: Syphacem potentissimū regē a Romanis captū: omnē spem saluris in iis copiis esse repositam: quas ipse velut diuturni belli reliquas ex Italia traiecisset: quibus siquid duri us contigeret: vix tantum Carthaginensibus vel externi vel ciuilis roboris superesse: vt ad tuenda Carthaginis mœnia sufficere posset. Igitur lōga oratione vsus: vehementissime contēdit Scipionem in eam sententiā trahere: vt pacem q̄ bellum mallet. Sed Scipio quū in magna spe esset cōficiendi belli: a pacis cōsiliis abhorrere videbatur. Itaq̄ post longum sermonē vltro citroq̄ habitū re infecta ex colloquio discesserūt. Nec multo interiecto spatio, prælium illud memorabile apud Zamam conseruerūt. quod secūdissimū Romanis accidit. Primo cōcursu, elephanti Carthaginensium in suos conuersi equitatum Annibalis perturbarūt: & Lelius ac Masinissa ex vtroq̄ cornu pugnā uorem augentes: nullum equibus spatiū dederunt: vt se ex fuga reciperēt. Pugnatum est tamē a pe distri acie diu atq̄ acriter: quum Pœni superioribus victoriis freti, in suis dextris totius Aphricæ salutem collocatam putarent: Romani autem animo pares: spe etiam superiores essent. Sed Romanis nō mediocre momētum ad victoriam fuit: q̄ Lelius ac Masinissa profligatis equitibus, opportune in prœliū redeuntes maximū terrorē iniecerunt hosti. Eoq̄ enim aduentu celeriter factum est: vt Pœni remittētes ardorem pugnæ, nullum saluti suæ, præter q̄ in fuga remediū quærerēt. Supra. xx. milia hostiū eo die a Romanis cæsa: totidem prope capta dicunt. Ipse Annibal dux ad vltimum euētum pugnæ moratus, e media cæde cū paucis effugit. Accersitus deinde Carthaginē: vt labenti reipu. subueniret: ostendit senatui nullam spem in armis vlterius esse ponendā: suasitq̄: vt post positis cæteris rebus, mitteret ad imperatorē Romanum: qui quacūq̄ ratione possent, de pace agerent. Missi. x. legati: quum pacis conditiones Carthaginem rettulissent: ferunt Gisonem quendam paci aduersantem sententiā dixisse, de renouādo aduersus Romanos bello: quę quum a multis audiretur: indignatus Annibal, eo tempore ab imperitis viris talia iactari: dicentē adhuc hominem ex superiore loco deturbauit. Et quum hocaudax negotiū ac libera ciuitate indignū visum multitudini esset: suggestū ascēdens, Neminē inq̄t indignari oportere: si is q̄ a prima pueritia a Carthagine p̄fectus, in bello & armis ætatem egisset: vrbanas consuetudines ignoraret. Post hæc de conditionibus pacis ita prudēter dixerūt: vt exemplo Carthaginenses tanti viri authoritate commoti: accipiendas eas leges quas victor & necessitas daret, censerent Fuerunt autem cōditiones admodū duræ: quales victores victis in extremis rebus imponere consueuere. Sed præter cætera Carthaginenses annuū stipēdium populo Romano vsq̄ ad certū tēpus soluere tenebant. Quum venisset dies in quo prima pensio conferenda Romanis erat: & ingemiscerent omnes ad vocem tributi: ferunt: Annibalem cōmotum inutili lamentatione Pœnorum risum effudisse: & increpitum ab Asdrubale Heduo, q̄ in cōmuni totius ciuitatis mœstitiatam effuse lętaretur: respondisse: nō lętantis hoīs illū esse risum: sed eorum inanes lachrymas deridentis: quę eo tpe in leuiore malo, q̄d cuiusq̄ priuati ciuis pecuniā tāgeret, potius manarēt, q̄ antea quū Romani classes arma & amplissimarū victoriarū spolia Carthaginēsibus detrahebāt: victisq̄ imponebāt leges. Non me p̄terit authores esse: q̄ dicāt Annibalē veritū ne petēti Scipioni dederetur: statim re male gesta in Asiam p̄fugisse. Sed vtrū subito hoc factū fuerit: an aliquāto post p̄liū illud ad zamā commissum: pro referre arbitramur: quū satis cōstet: eū desperatis rebus in Asiā p̄fectum: exilioq̄ multatum ad Antiochū pueniſſe. Fama quoq̄ haud dubia est tā hospitaliter tāq̄ honorifice acceptū esse a rege: vt statim publicis pariter ac priuatis cōsiliis adhiberet. Erat enim Annibalis nomē magna apud oēs gloria. cōmunis insuper accedebat ira: cōmuneq̄ in Romanos odiū: vehemens stimulus ad excitandū bellū. Quare opportune accessisse videbat: nō solum ad inflāmandum animū regis: sed etiam ad aperiēdam viam gerendi aduersus Romanos belli: quam vnicam tantum esse dicebat: si arma in Italiam transferrentur: & italici generis compararentur milites: quibus solis victrix aliarum gentium quincia superari posset. Centum nauiū classem, decem & sex milia peditum, mille equites petebat a rege. His copiis se Italiam intraturum pollicebatur: ac turbaturū italicas gētes: quas sciret ob recentem memoriam punici gesti belli vehementer horrere Annibalis nomen. Spem insup afferebat de punico renouando bello: si per regem sibi liceret Carthaginē mittere: qui factionem Barchinam cōcitarent: atq̄ eorum animos permouerēt: quibus imperiū populi Romani erat inuisum. Assentiente rege Aristonem quendā Tyrium delegit hominē calli dū & idoneum ad hoc negotium conficiendum. Huic magnis præmiis pollicitationibusq̄ psuasit: vt Carthaginē peteret: amicos conueniret: & mandata quædam verbis suis ad eos deferret. Ita Annibal patria exul per totum orbem terrarum aduersus Romanos cōcitabat bellum. Nec iam inanes eæ cogitationes videbātur futuræ: si Antiochus vt ab initio cœpit, sic etiam postea ei magis q̄ adulatoribus & purpuratis suis fidem præstitisset. Sed iniudia quāplęrūq̄ regiæ domus alūt multos Annibal aduersarios peperit: qui quum vererentur: ne callidus imperatoriis consiliis au-

pugna apd zamā Rōanis contra Pœnos secūdissima.

Cęsa a rōanis supra xx. milia Pœnorū: totidem capta.

Gisgo Pœnus paci cū Rōanis faciēdę aduersans ab Annibale de loco supiore deturbat⁹.

Pacis conditiōes Pœnis a Rōanis ipositę.

Annibal in Asiā ad Antiochū regē pfugit.

Annibal studebat vt bellū iterū in Italiam trāsferret.

Aristo.

Inuidiam plęrūq̄ regiæ domus aiunt.

cupando gratiam regis in maximum authoritatis & potentiæ gradū ascenderet: eum suspectum redderenittebātur. Accidit etiam per id tēpus vt P. Villius legatus Ephesum veniens frequentē cum Pœno sermonem haberet: ex quo facile data est obtrectatoribus criminādi facultas: & tanta

Annibalis respōsio de maximis imperatorib⁹ Scipioni in terrogāti facta.

suspitio de side Annibalis Antiocho orta: vt omnino a consilio regio excluderetur. Sunt q̄ dicūt eodem tempore. P. Aphricanū vnū ex legatis ad Antiochum missum cū Pœno esse locutum: & inter alia multa, ab Annibale petiisse: vt ex animi sententia diceret: quē maximū imperatorū fuisse censeret. Annibalem autem respondisse: primo loco sibi Alexandrum Macedonum regem: secundo Pyrrhum Epirotam, tertio seipsum collocādum videri. Ad hoc leniter arridentem Aphricanū dixisse: Quid cēseres Annibal si me vicisses? Me proculdubio inqt cunctis aliis imperatoribus anteferrē. Hoc respōsum placuisse Scipiōi ferūt: q̄ se nec post habitū, nec adhibitū incōparationē, sed veluti in comparabilem occulta quadam assentatione a punico ingenio relictū videret. Post hæc Annibal occasionem nactus Antiochum alloquendi: iam inde a prima pueritia repetens, sic seipsum purgauit: sic de odio suo in Romanos disseruit: vt in pristinam gratiam regis: quam prope amiserat: amicitiam q̄ rediret. Itaq; rex constituerat animo hunc ducem cum regia classe in Italiā mittere: vt præstantissimi viri & perpetui hostis populi Romani, sicuti iam sibi psuaserat, animū ingeniūq; experiret. Sed vnus Thoas prīceps Ætolorū huic sentētiæ aduersat⁹, seu iuidia, seu q̄ re vera ita agendum censeret, mutauit animum regis: & hanc deliberationem quæ magnum momētum ad bellum habitura videbatur, omnino euertit.

Thoas ętolorū princeps.

Hortatus est enim Antiochum vt i Græciā traiiciens ipsemet rem suam ageret: nec pateretur huius belli gloriam ad alium peruenire. Rex igitur persuasus paulo post in Græciam proficiscitur ad excitandum aduersus Romanos bellū. Vbi nō longo interiecto spatio: quum de concilianda Thessalorum gente communi cōsilio agitaret: Annibal nominatim sentētiam rogatus, non tam de Thessalis q̄ de summa rerū, ita elato animo disseruit: vt approbationem omniū qui ibi aderant, Assensumq; moueret. Nō enim de Thessalis magnopere laborandum: sed curandum omnibus modis cēsuit: vt Philippus Macedonū rex aut in belli societatē veniret: aut neutri parti adherens dimicationem otiosus spectaret. Adiecit ętrea cōsilium de inferendo ex ppinquo Romanis bello: suam quoq; operam ad id cōficiendū ampliſſimis verbis pollicitus est: & detulit. Auditus est Pœnus summa attentione: sententiaq; illius laudata magis, q̄ postea re aut effectu cōprobata. Ex quo plęriq; mirantur: hunc ducem q tot annos cū populo Romano oim pene gentium victore certauerat, eo tpe post habitū esse a rege: quo erat eius opera & cōsilium maxime experendū. Quis enim in toto orbe terraq; callidior imperator reperiri poterat? quis ad gerendū cum Romanis bellū accōmodatior? Hunc tñ post habuit rex initio gerendarū rerum: nec multum tēpus prætēriit: quū cæterorū consilia deridens, fassus est vnū Annibalem prævidisse ea quæ in rem essent. Nam quū bellū in Græcia prospere euenisset Romanis: cessit ex Europa Antiochus: & Ephesum se recepit: ibiq; solutus curis, pacem animo destinabat: minime credēs timenda esse in Asia Romana arma. Nec deerat talia concupiscenti adulatorum assentatio: perpetuū malum regum: qui dum ea quæ volunt, libēter audiūt: se adulari sinūt: & falli æquo animo patiūtur. Sed Annibal cui nota erat potentia Romanorū, & dominandi cupiditas: regem monuit: vt de omnibus aliis prēter q̄ de pace cogitaret: Romanos crederet nunq̄ quieturos: nisi quum experti essent: an sicut in Aphrica Europaq;, ita etiā in tertia parte orbis terrarum extendere fines imperii possint. Motus authoritate viri Antiochus, extemplo Polyxenidā hominem sagacem & maritimis certaminibus assuetum, aduentanti Romanorū classi ire obuiā iussit: & Pœnū in Syriam misit: vt magnam vim nauium compararet. Huic deinde classi Annibalem ipsum & Appolloniū quēdam ex purpuratis suis præfecit: qui quum audissent Polyxenidam cum Romanis cōgressum haud prospere rem gessisse: prēliū ipsi eum Rhodiis, q̄ socii erant populi Romani, cōmittendum putarunt. Annibal in ea pugna Eudamū pfectum Rhodiorū a sinistro cornu inuandens, iam prætoriā nauim circūuenerat: & fine dubio superior erat: quum ex alio cornu hostes fugato Apollonio aduolarunt: & victoriam prope iam certam ex eius manibus extorserunt. Post hāc naualem pugnam parum feliciter tentatam, nihil fere memoria dignum ab Annibale gestum accepimus. Nam debellato Antiocho: Romani prēter alias conditiones quas im posuerunt regi, Annibalem perpetuum suæ reip. hostē sibi tradi postulabant. Hæc Annibal multo ante prospiciēs: subito post illam memorabilem pugnam ad Magnesiam cōmissam, qua regię opes conciderunt, ab Antiocho discessit: & longius erroribus euagatus: tandē ad Prusiam Bithyniæ regem confugit: non q̄ in amicitia eius spem multā reponeret: sed quia per orbē terrarum lōge terra mariq; dominantibus Romanis armis: locum magis necessarium quem posset: q̄ tutum quem vellet: sibi petendum censebat: Sunt qui vincto Antiocho in Cretam profectum ad Gortynios Annibalem dicunt: ibiq; extemplo vulgatum esse: eum magnam vim auri argētiq; secum ferre. Ex quo veritum ne Cretenses sibi manus inicerēt, tale remedium inuenisse ad periculum euitandum. Amphoras plumbo auratо refertas in templo Dianę collocari iussit simulās se earum veluti thesauri sui maximā curam sollicitudinemq; habere. Ex altera pte statuas æneas quas pecunia impleuerat,

Adulatio q̄ tū apud reges versęt.

Polyxenidas.

Annibal nauali pugna Rhodios infestat.

Annibal ad Prusiā Bithyniæ regē cōfugit.

impleuerat,domi adiecit Dum illi templum custodiunt:ne amphoræ se insciis auferantur:interim Annibal velis in altum datis in Bithyniam pfugit. Est autem in Bithynia vicus iuxta litus maris: quem incolæ regionis Libyssam appellant:de quo vulgatum carmen circūferri solitum aiunt. Corpus Annibalis lybissa tumuiabit terra.Eo in loco diuersabatur Pœnus:non inerti quidem otio vitam agens:sed in nautis,equis,ac militibus exercēdis studium adhibens. Dicunt autem scriptores quidam:hoc tpe Prusiam gerētem bellum cum Eumene Pergami rege: q̄ socius & amicus erat populi romani : classi Annibalē pfecisse.Hunc vero nouo cōmēto Eumenē aggressum ex nauali plio victoriam reportasse.Nā priusq̄ pugnam inirent:Annibalem tradunt magnam serpentum copiam in vasa fictilia coniecisse deinde inito prælio,dum omnium animos oculosq̄ occuparet certamen,vasa in hostium naues immisisse:atq̄ eo pacto implicatos hostes & re nouā perterritos,in fugam vertisse.Eius autem sic gesti rei non vetustiores annales,sed Æmilius,& Trogus meminerūt. Itaq̄ fides penes authores sit.Cæterum horum regum contentionibus Romam perlatis: senatus Qu.Flaminium cuius obres in Græcia gestas celebre nomen est,legatum in Asiam misit: vt(quātum cōiectura assequi possum)cum vtroq̄ rege de pace ageret. Is quum ad Prusiā venisset: iniquo animo ferens hominem inimicissimum nomini Romano ex tot domitis gentibus populisq̄ cæsis superesse: magna contentione a rege impetrauit:vt sibi Annibal dederetur. Iam inde ab initio Pœnus leuitatem Prusiæ suspectam habens,in diuersorio plures cuniculos fecerat : septēq̄ exitus præparauerat ad capessam fugam:siqua repentina necessitas compulisset.Auxerat etiā non medio criter hanc suspitionem suam Flaminii aduentus quem sibi tum publice ob commune odium vrbis,tum priuatim ob memoriam Flaminii patris ad Thrasimenum lacum interēpti , omniū Romanorum infestissimum esse credebat. Ita anxiuscuris remedia(vt supra diximus)ad euadendum inuenerat:parum sibi aduersus tantas opes profutura. Quum milites regii frequentes ad eum capiendum missi vndiq̄ cinxerunt domum: ad primum eorum aduentum , tentauit Annibal per q̄ occultissimum exitum fugam capessere. Vbi eum locum custodiis teneri sensit:omni spe euadendi abiecta,statuit morte voluntaria Romanorum manus effugere. Alii seruum ab eo iussum cōpressa gula spiritum intercluisse tradunt. Quidam sanguinem tauri, sicut Clitarchus Stratoclesq̄ de Themistocle finxit, bibisse eū dicunt:atq̄ eo potu mortuū cōcidisse. Liuius autem locupletissimus historiæ author: Annibalē scribit venenum ad similes casus præparatum popposcisse: & pene mortiferam illam potionem tenentem manu dixisse: Soluamus ingēti cura populum Roma.vbi mortis iam consumpti senis tantum tamq̄ pręsens desiderium tenet.Romani patres Pyrrhum Epirotarum regem infestis signis appropinquantem mœnibus Romanæ vrbis a veneno monuerunt, vt caueret.Hi authores fuere: vt regiæ dignitatis iactæq̄ oblitus hac spes , hospitem scelere proderet.His dictis regem Prusiam multis execrationibus detestatum veneno sibi consciuisse mortem.lxx.ætatis anno:vt quidam memoriæ prodiderunt.Defuncti corpus apud Libyssam collocatum dicunt:in lapideo sepulcro:in quo scriptum fuit:Annibal hic situs est. Sed eius mortis nunti um accipientes Romani,varie id prout cuiusq̄ ingenium erat, interptabantur. Plæriq̄ Flaminiū crudelitatis arguebant:q̄ veluti præclari cuiusdam facinoris gloriam adepturus,author extitisset opprimendi exacta ætate virum:a quo nullum vlterius periculum reipublicæ iam prope victrici omnium gentium timeri poterat. Quidam vero factum excusantes: Flaminio etiam tribuebant laudi:q̄ perpetuum hostem populi Roma. de medio sustulisset : cui etsi vires corporis , ac robusta ætas,non tamen ingenium,consilium,rei militaris peritia deesset:quibus Prusiam ad arma concitare,Asiāq̄ nouis bellis commouere,ac perturbare potuisset.Erant enim per id tempus ita amplæ Bithyniæ regni opes:vt nō facile contēnendæ viderentur . Nam posteris tēporibus Mithridates Bithyniæ rex,diu nauali bus terreltribusq̄ copiis populum Ro.fatigauit:aduersusq̄.L.Luculum ac Cn.Pompeium præstantissimos imperatores cum magnis exercitibus in acie stetit.Idē a rege Prusia duce pręsertim Annibale timeri poterat.Quare nonnulli ea præcipue causa.Q.Flaminiū opinantur ad Prusiam missum esse legatum:vt Annibalis necem secretis cōsiliis agitaret.Verum credere libet hoc quæsitum esse a Qu.nō tā vt pręsenti morte Annibalem de medio tolleret: q̄ vt homo qui tot inflixerat suæ reip.clades,Romam viuus perduceretur:idq̄ populo Ro.vtile , sibi vero honorificum esse censeret. Tali genere mortis interiit Annibal Pœnus:vir,vt alia omittam , bellicis sine dubio laudibus vehementer excellens:cuius siue animus,siue ingenium,siue egregia rei militaris disciplina quāti momenti fuerit in rebus,facile ex eo intelligi licet: q̄ Carthaginenses bello tanta contentione suscepto,non prius se victos confessi sunt:q̄ quum fuit Annibal apud zamam magno illo prælio superatus,vt bellicæ eorū vires stetisse simul cum. Annibale duce, atq̄ vna cum eo concidisse viderentur.

Bithynia. Libyssa.

Annibal nauali pugna Eumenē supauit serpētū auxilio fretus Q.Flaminius legatus.

Annibalis interitus.

Annibal. lxx.ætatis suę anno mortuus est.

Annibalis laus.

M

SCIPIONIS APHRICANI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCHO PER DONATVM ACCIAIOLVM IN LATINVM VERSA.

Cor. ſcipio Aphrican⁹ cur dictus fuerit.

P. Scipio.

P. Scipionis mors.

Cornelio Scipioni qui primꝰ nobile victæ ſegentis Aphricanus eſt dictus, patre fuiſſe cõſtat P. Scipionẽ virũ patriciũ: ex nobiliſſima Cornelioꝝ gente: cũ quo primũ Romano imperatore Annibal Pœnus ſigna in Italia cõtulit. Is quũ multas eſſet in Hiſpania victorias cõſequutus: reſqꝫ geſſiſſet memoratu dignas: demũ: quodã prelio aduerſus hoſtes initio, dũ ſeſe offert, vbi plurimus labor, plurimũ periculi erat, ſubito pculſus ictu occidit. Simili pene. Cn. Scipio eius frater paucis poſt diebus fortiter pugnãs interiit. Amboꝝ ii imperatores: pter rerũ geſtarꝫ nomẽ, magnũ quoqꝫ fidei, tẽperãtiæ, virtutis deſideriũ nõ modo militibus ſuis q ſuper fuere, ſed etiam Hiſpanis gẽtibus reliquerũt. At vero.

P. Corneli⁹ Naſica. Scipio aſiaticus.

Cn. Scipionis. P. Cornelius Naſica filius fuit: vir conſularis, triumphaliſqꝫ: qui adoleſcens quũ eſſet, p accipienda matre Idea in tota ciuitate eſt vir optimus iudicatus. Publii autẽ filii fuere Scipiones duo: egregia ſine dubio ples: quoꝝ alter ob Aſiã deuictã Aſiaticũ: alterꝫ vero domitorem Aphricæ, ob memorabilẽ victoriã de Annibale & de Pœnis, vt ſupra diximus, Aphricanũ appellant. De quo hæc ſcribenda ſuſcepimus: nõ tam vt eius nomẽ a græcis latiniſqꝫ ſcriptoribus celebratũ, his literis fieret illuſtrius: q̃ vt reꝝ geſtarũ ſeries & domeſtica diſciplina eſſet noſtra opa in oculis hoĩm collocata: quã veluti imaginẽ pclare virtutis impatores & duces quũ intuerent: imitatione digniſſimã iudicarẽt. P. Corne. Scipio iam inde a pueritia, quũ eximiæ indolis & ſummæ virtutis ſpecimẽ prẽ ſe ferret: ſub auſpicio patris cœpit diſciplinis militaribus eruditi. Ductus eſt enĩ in caſtra initio ſecundi punici belli. vii. &. x. agẽs annũ: ac breui tpis ſpatio factũ eſt: vt magnã laudem a ſummo viro & ab exercitu cõſequereꝫ: eqtando: vigilando: oĩa militari labore tolerãdo. Ea inſup documẽta animi atqꝫ ingenii dedit: vt gratiã ſimul adipiſcereꝫ: & admirationẽ gentiũ commoueret. Nã equeſtri plio quod ad Ticinũ amnem. P. Cornelius cõſul cũ Annibale cõmiſit, inter

Scipio Aphricanus patrẽ ſuaſſe dicitur.

fuiſſe Scipionẽ cõſtat: proditũqꝫ memoriæ a qbuſdam authoribus eſt: Cornelii patrem ſauciũ, ac ppe ab hoſtibus circũuentũ, a Scipiõe filio iam tum pubeſcente fuiſſe ſeruatũ. Eo deinde tpe: quo apud Cãnas cũ magna calamitate ac ppe pnicie Romãi iperii certatũ eſt, quũ ad decẽ milia hoĩm Canuſium pfugiſſent: & omnes vno ore Appio Pulchro, q̃ pxime ædilis fuerat, & Cornelio admodũ iuueni, imperiũ detuliſſent: declarauit Scipio quanta ſibi virtus: quãtaqꝫ animi magnitudo ineſſet. Nam quibuſdam iuuenibus derelinquẽda Italia agitantibus: in cõſultãtium cetum p rupit: ac ſtricto gladio iurare oẽs coegit ſe rẽpu. nõ deſerturos. Hæc aliaqꝫ eiuſdẽ generis: magnitudine quadã animi atqꝫ ingenii: ab eo iuuene edita, populũ Romanũ cõpulerũt: vt ei ſupra ætatẽ, ſupra etiã conſuetudinẽ, magiſtratus curãqꝫ maximaꝝ rerũ deferret. Quippe ante legitimũ tẽpus ædilitatẽ petẽs: etſi tribuni plebis aduerſarenẽ: quia nõdum ſatis annorũ eſſet: peruicit tñ vt p tribus ducereꝫ: atqꝫ extẽplo frequẽtibus ſuffragiis quiritũ ædilis curulis eſt declaratus. Quũ vero pater patruuſqꝫ duo egregii imparores, breui interuallo, in Hiſpania cecidiſſent: curandumqꝫ a Populo Romano eſſet: vt aliquis dux ſingulari virtute in eorũ locũ ſuccederet: nemo repetiebaꝫ: q ad hoc graue & periculoſum bellũ, poſt tantorũ impatorũ interitũ, pficiſci auderet. Itaqꝫ habitis comitiis vt pconſul creareẽ: quũ cæteri reipublicẽ principes in tanta facultate ſilerẽt: vnus Scipio. iiii. & viginti annos natus in mediũ pſiliens ingẽti fiducia pfeſſus eſt: ſe hoc munus libenti aĩo ſuſcepturũ. Hac fortiſſimi iuuenis audita voce, nulla mora interpoſita eſt: quin in credibili ſtudio ſuffragiorũ imperiũ in Hiſpaniam Scipioni decernerẽt. Sed paulo poſt ſecum reputãtes grites aduerſus quos Pœnoꝝ duces & in quibus regionibus bellũ gerendum eſſet: vix cenſebãt fieri poſſe: vt im becillitas ætatis tantã grauitatẽ rerum ſuſtineret. Quare momento rẽporis quaſi iam decretæ rei

Scipio quatuor &. xx. ãnos natus ſe pcõſulẽ i hiſpaniam iturum obtulit.

centurias pœniteret, magna animorum cõmutatio facta est. Quod vbi animaduertit Scipio: sta tim aduocata concione, sic de ætate sua, ac de bello quod gerendum erat, disseruit: vt ad se vnũ in tuẽdũ oẽs audiẽtes cõuerteret: & ad pristinã spẽ bñ gerẽdæ rei populũ Ro. Aío, aliisq; virtutibus ve hemẽter excellens: sed pstãs etiã pulchritudine oris, & totius corporis forma cõspicuus, lęta atq; hi lari fronte: q̃ plurimũ valent ad gratiã hoĩm conciliandã. Habebat & in gestu & in motu summã dignitatẽ. Ad hæc aĩ bona muneraq; naturæ, quũ militaris accederet gloria, dubiũ erat: gratior ne gẽtibus domesticis virtutibus: an mirabilior bellicis virtutibus fuerit. Imbuerat ẽt aíos multitudinis supstitione quadã: q; singulis diebus ex quo virilẽ togã sumpserat, in capitoliũ ascẽdere, ac sine ar bitris ædẽ igredi cõsueuit: vt crederẽt hoies: sicut iã multo aũ Numã Põpiliũ ab Ægeria nympha, sic ẽt arcana q̃dã ĩ tẽplo doceri: q̃ cæteris nõ eẽnt cõia. Præterea vt olim de Alexãdro Macedonũ re ge: sic ea tẽpestate de Scipiõe q̃dã finxisse vidẽt: anguẽ ĩ cubiculo matris freq̃nter visam. Cęteq; iis omissis. P. Scipio ex Italia decedẽs cũ decẽ milibus peditũ. xxx. nauiũ classe (oẽsãt qqueremes erãt) in Hispaniã pficiscit: ac paucis diebus ad emporia delatus, copias exponit: terr estriq; itinere, Tar raconẽ cõcedit. Ibi cõcilio ĩdicto, legari ex sociis vrbibus freq̃ntes cõuenere: q; comiter benigneq; accepti grata resp̃sa domũ retulerunt. Post hæc Scipio ingẽti cura ad futuŗ bellũ ĩtẽtus, cõmodis simũ eẽ statuit: reliqas veteris exercit⁹ q̃ virtute. L. Martii seruatæ erãt, suis copiis adiungere. Nam post duoŗ Scipionũ iteritũ, quũ Hispaniæ ppe amisse, Rõanæ legiones fusę fugatęq; eẽnt: vnus. L. Martius Roman⁹ eques, collectis duoŗ exercituũ reliqis, pter oĩm spẽ exultantes victoria hostes cõtrituit: bellũq; ĩ Hispania aduersus tres Pœnoŗ duces incredibili virtute ĩdustriaq; sustinuit. Ad has igitur copias q̃ ĩ hybernis cõstitutæ erãt, quũ vẽisset Scipio: excitati sunt oĩm aĩ ad spẽ bene ge rẽdę rei: & veteŗ ipatoŗ memoria renouata: vt nemo miles esset q̃ iuuenẽ intuẽdo explere desideri um posset. Ipse vero collaudatis militibus: q; de rep. nõ desperassent: ante oẽs. L. Martiũ in pcipuo honore habuit: vt ostẽderet virũ q̃ suis virtutibus cõsideret, alteri⁹ gloriæ nõ inuidere. Exacta hye me cũ nouũ veterẽq; exercitũ ex hybernis deduxisset: oĩm primũ Carthaginẽ nouã oppugnare cõ stituit. nulla enim ex Hispanis ciuitatibus opulentior habebat: nulla cõmodior erat ad bellum ter ra mariq; gerẽdũ. Quinẽt Carthaginẽsiũ duces oẽm apparatũ belli, & q̃q̃ptio dignũ habebãt, in hãc vrbẽ cõgesserãt. Eã quoq; ac eius arcẽ validis præsidiis munierant. Ipsi vero ne tribus vna re gio pmereẽ diuersa petierãt loca: nihil minus eo tpe q̃ Carthaginis oppugnationẽ timẽtes. Scipio iã oĩbus necessariis cõparatis, ad eã obsidendã cũ oĩ exercitu pfectus, terra mariq; vrbẽ aggreditur. Negotiũ arduum & diuturnũ apparebat futurũ: q; vrbs munita erat: & defensores ira animati: vt non modo tueri Carthaginis mœnia: sed ẽt erumpere in hostẽ, & castra Romanorũ aggredi au derẽt. Verũ multa interdũ q̃ viribus supari nõ possunt, ingenio conficiuntur. Cõpertum habebat Scipio stagnũ, q̃d haud pcul abest a Carthaginis mœnibus, æstu maritimo decrescere: & vado ea parte transiri posse: vnde ad murum facilius esset accessus. Tali occasione qua nulla maior ad capi endam Carthaginẽ dari poterat, vtendum ratus: quum tps cõmodum visum est: expediri acies & distributis copiis vrbẽ vehemẽtius q̃ vnq̃ antea oppugnari iubet. Ipse interim fortissimorum vi rorum manum deligit: qbus imperat: vt superato stagno, in murum ab ea parte, quæ minime su specta erat, euadãt. At hi qbus negotium datum est: p̃spere traiecto stagno: quũ ex alia parte vrbis acerrime pugnaretẽ: locum quem petebãt: neglectum inueniunt: celeriterq; scandentes murum ho stes a tergo adoriunt. Oppidani & externi præsidii milites: qbus tm̃ repentini periculi præter opi nionem accidera: extemplo mœnia deserunt: ancipitiq; pauentes malo se in fugam coniiciunt. Instant tergis Romani: subitoq; vrbem capiunt: diripiuntq; vbi ingens præda, & oĩm rerum quę ad bellum vsui erant, summa est facultas inuenta. Scipio ob bene nauatam operã collaudatis do natisq; militibus quum ei qui primus murũ ascenderat, muralis corona danda esset: & contentio inter duos milites orta oẽm ppe exercitum in certamen traxisset: extẽplo concione aduocata, cõ pertũ se habere dixit ambos pariter murũ ascẽdisse: atq; ambos coronis muralibus donandos esse. Quo factũ est: vt oís contẽtio quæ iã ad summũ puenerat, tolleretur. Post hæc obsides, quorum in ea vrbe ingẽs copia erat, ciuitatibus Hispaniæ restitui iussit: ex quo maxime humanitatis & clemẽ tiæ nomen sibi cõparauit: multosq; populos hac indulgentia mouit: vt ad Romanum redirent a Punico imperio. Sed oĩum primum eius famam & beniuolentiã auxit id: quod a cunctis scriptori bus vt summæ virtutis exemplum celebratur. Adducta est enim in cõspectum imperatoris vna ex captiuis virgo longe ante alias specie ac pulchritudine insignis. Hanc & Scipio custoditi diligẽtis sime, & seruari integerrime iussit: paulo q; post quum desponsatam cõperisset Luceio principi Celti berorum: sponso ad se accito (is adolescens erat) integram inuiolatamq; restituit. Res est profecto celebranda literis: & ipse Scipio dignus vt tantæ mansuetudinis & continentiæ ab omnibus scri ptoribus ferat fructum. Huius beneficii memor Luceius, quum liberalitatẽ, modestiã, & singularẽ in omni genere virtutis præstantiam Romani ducis per suos populos diuulgasset: paulo post cum magna equitum manu in Romanorum castra rediit. Carthaginensium duces Mago: Asdrubal Barchinus, & alter Asdrubal Gisgonis filius, Carthagine noua amissa, etsi non ignorabant quãtũ

Scipionis laus.

Classis trigita q̃nque remium.

L. Martius.

Carthagi nẽ nouã Scipio obsidet Ingẽio mi ta cõficiũt: q̃ virib⁹ superari non possunt.

Scipio Carthaginẽ nouam cepit: ac diripuit.

Scipiõis ad mirãda cõtinentia. Lucei⁹ Celtiberorum princeps.

ad opinionē gentium & ſummam vniuerſi belli eſſet detrimenti acceptū: tamen rem primo tege re: deinde vulgatam extenuare verbis quoad poterāt nitebātur. Scipio vero multis populis prin cipibuſq; Hiſpanis, inter quos duo reguli Mandonius & Indibilis fuere, ſibi adiunctis, conſtituit animo in ea loca iter facere: quibus in locis Aſdrubalem Barchinum eſſe audiebat: vt prius cū eo: q̄ Mago & alter Aſdrubal ſe ei cōiungerent decertaret. Aſdrubal Barchinus ꝑpe flumen Beſulam habebat caſtra: auidus & ipſe certaminis & ſuis copiis ſatis fidēs. Verū vbi appropiquare Scipio nē cognouit: ex planicie in tumulū quēdam ſatis natura munitū ſeſe recepit. Quē inſequutæ Ro manæ legiones nullā morā interponēdā putarūt: quin cedenti inſtarent hoſti: & primo aduentu caſtra adorirentur. Non ſecus q̄ ſi vna expugnaretur vrbs, circa caſtra pugnatum eſt. Carthaginē ſes natura loci & neceſſitate, quæ etiam ignauos excitare ſolet, fidētes impetū hoſtium ſuſtinere nitebantur. Romani cōtra ſpe & audacia pleni acriter dimicabant: atq; eo magis: q̄ in cōſpectu Scipionis atq; omnis exercitus: res gerebatur: vt nullū paulo fortius factum latere poſſet. Itaq; nō prius remiſſa oppugnatio eſt: q̄ omni conatu annixi Romani vallum ſuparunt: pluribuſq; locis caſtra irrumpentes in fugā cōpulerunt Pœnum. Aſdrubal vero dux priuſq̄ caſtra in poteſtatē Ro manorū veniſſent: cum paucis militibus fugit. Hoc prælio facto, Scipio cōſuetudine ſua, omnis captiuos Hiſpani generis ad ſe vocari, & ſine pretio dimitti iuſſit. Adoleſcentē ex his regii generis Maſiniſſæ nepotē, comiter benigneq; acceptū ad Maſiniſſam remiſit: magnificētiſſima quoq; ad iect dona: vt oſtenderet imperatorem exercitus nō minus liberalitate & domeſticis virtutibus, q̄ bellicis artibus ornatū eſſe oportere. Eſt enim belli finis victoria: cuius fructus maxime in liberali tate clemētiaq; cōſiſtit. Hinc ducum gloria: hinc imperatorię laudes emanant: vt in præſentibus accidit rebus. Nam Hiſpanorū multitudo quæ ibi frequens aderat, hanc indulgētiā Romani du ces accepto nūtio male geſtæ ad Beſulā rei, iungere copias ꝑperārūt: pauloq; poſt Aſdrubali Bar chinio ſe coniunxerūt: vt cōmuni cōſilio de ſumma belli decernerēt. Itaq; inter ſe colloquuti poſt longam diſceptationē in ea ſententia conuenere: vt Aſdrubal Barchinus in Italiam vbi Annibal frater & caput belli erat, tranſiret: Mago vero & alter Aſdrubal in Hiſpania remanerēt: ſupplemē tum a Carthagine peterēt: nec prius cū imperatore Romano ſigna cōferrēt: q̄ vndi conuocatis auxiliis ingentes copias cōtraxiſſent. Poſt hæc petēte Italiā Aſdrubale, miſſus eſt ex Aphrica i eius locū impator. Hāno: quē primo aduētu Celtiberiā cōcitantem. M. Syllanus iuſſu Scipionis aggre ditur: prælioq; cōmiſſo ſupat capitq;. Erat vna vrbs: quā incolę regionis Oringen appellāt: opu lentiſſima ſane & accōmodatiſſima ad renouādum bellū. Ad hāc oppugnādā cum parte copiarū miſſus. L. Scipio locū munitiorē inuenit: q̄ vt primo impetu capi poſſet. Itaq; corona circūdedit vrbē: pauciſq; diebus es pugnatā direptāq; in poteſtatem redegit. Inſtabat iam ꝑpinqua hyems: & tēpus admonere videbatur vt hyberna vtriq; peterēt. Quare his rebus ꝑſperegeſtis, Scipio Tarra conem, Mago & Aſdrubal Giſgonis filius ſe ad oceanū receperūt Sequenti æſtate magna cōten tione renouato in vlteriore Hiſpania bello, Romani Carthaginenſeſq; ꝑpe Beſulā cōgrediunt: iu ſtaq; acie ꝑlium cōmittūt. In quo poſt longū certamē ſuperior Scipio in fugam vertit hoſtes: ma gnoq; numero eorū interfecto, neq; ſui colligēdi, neq; conſiſtendi facultatē dedit: neq; prius victo riæ modum impoſuit: q̄ Aſdrubal & Mago ex continenti pulſi gades ſe recipere coacti ſunt: omni bus prope copiis amiſſis. Erat in exercitu Carthaginenſium Maſiniſſa iuuenis magni animi, ma gniq; conſilii: qui opportunitate capta clam cū Syllano congrediendi, primos aperuit ei amici tiæ aditus: ſiue Scipionis liberalitate allectus: ſiue tempus veniſſe ratus: in quo victoribus Roma nis adhærendū cenſeret. Hic eſt Maſiniſſa: qui poſt ea beneficio Romanorum potentiſſimus eua ſit Numidiæ rex: acmultis in rebus populo Romano vſui & adiumēto fuit. Cæterū eo anno, qui erat. xiiii. ſecundi punici belli, felici auſpitio proconſulis Scipionis Hiſpania prima ex continen tis regionibus victa: poſtrema tamen in prouinciæ formā redacta ab Auguſto Cæſare longo in teruallo fuit. Scipio non contenttus maximis rebus, quas breui tēpore in Hiſpania geſſerat, quū iam ſibi Aphricam animo deſtinaret: commodiſſimū eſſe ſtatuit Syphacem * Maſſeſſulorum re * gem omni arte in Romanorum amicitiam trahere. Itaq; explorata voluntate regis: quum non alienam a ſocietate populi Romani comperiſſet: extēplo omnibus rebus poſtpoſitis, duabus qn queremibus in Aphricam contendit. Veniebat a Gadibus eodem tempore Aſdrubal Giſgonis filius: ac veluti ex compoſito, hi duo clariſſimi imperatores regem adierunt: certatim quiſq; ꝑ ſua repu. amicitia perituri. Syphax hoſpitio ambos comitet benigneq; accepit: operāq; dedit: vt pari ter eadem menſa, eodem cubiculo vterentur: ne alter alteri prelatus in honore videri poſſet. Tra dunt Aſdrubalem præſentis. Scipionis animam ingeniūq; admiratum, ſecum agitaſſe: quantum

Aſdrubal Barchinus. Beſula flu uius.

Neceſſitas ēt ignauos excitare ſo let.

Scipionis victoria cō tra. Aſdrubalē.

Victoria quid ſit.

M. Syllanꝰ Hānonē ſu pat capitq; Orīge vrbs capta.

Scipio iteꝝ Pœnos ꝑ ꝑpe Beſulam flu. ſnperat Maſiniſſa

Syphax.

Scipio & Aſdrubala Syphace hoſpitio ſumpti.

periculi ex eo viro suæ ciuitati atq; omni Aphricæ immineret. Iuuenē enim acrem, & summis vir tutibus præditū, tum multis præliis victorem esse cernebat: nec in tam florenti ętate adduci pos se credebat: vt pacem q̄ bellum mallet. Suspicabat etiā: ne Syphax eius authoritate & presentia motus ad Romanos animū inclinaret. Nec iam eum fefellit opinio. Nam Siphax etsi primo ad uentu parēse vtrisq; præbēs sermonē iduxisset de finiendo inter Romanos Carthaginensesq; bel lo: tamē postea negāte Scipione, incōsulto senatu, qcq̄ agi de pace posse: post habendū Asdruba lē censuit: ac desiderio Scipionis obsequutus, cū populo Romano fœdus iniit. Scipio in Hyspani am reuersus Iliturgium & Castulonē & quasdā alias ciuitates, quæ populi Romani detrectabant impium, prim ipse vi expugnauit: partim auspitio. L. Martii inditionē redegit. Etne tot tantisq; re bus prospere gestis aliquod deesset lætitiæ genus: Carthaginē nouam pfectus ludos gladiatorū magnifico apparatu fecit: quibus nō solū spectādo, sed etiā pugnādo multi clari viri interfuerūt. Sed ex Hispanis duo prçter alios insignes nobilitate principes Corbis & Orsua de regno inter se dissidentes eo die cōtrouersiā finiere: altero eoꝝ alterius manu interēpto. Grauis spectātibus eoꝝ dimicatio: Grauior etiā (quia patrueles erāt) mors interēpti fuit. Post hæc Scipionē longe ma iora q̄ ea quæ gesserat meditātē aduersa valitudo corripuit: cuius fama per Hispaniā vulgata, & vtplerūq; sit sermonibus aucta, ad spem nouarū rerū non solū Hispanas gētes: sed etiā Romano rum exercitū, quē ille ad Sucronē reliquerat, cōcitauit. Soluta primum militū disciplina impato ris absentia fuerat: mox rumores de ægritudine eius & de periculo vitæ in exercitum delati, tantā seditionē motūq; fecerūt: vt quidā cōempto tribunorū imperio, iisq; demū fugatis, duos gregari os milites sibi crearēt imperatores: qui nō solū nomē imperii a vanis authoribus delatū, sed etiā fasces & secures præ se ferre ausi sunt. adeo furor plerūq; & mala ambitio mortalium mētes exagi tat. Nec quieuere Hispanæ gentes. Mandonius prçsertim atq; Indibilis: qui affectātes Hispaniæ regnū post expugnationem Carthaginis nouæ ad victorē Scipionē defecerāt. Deinde Romano rum potentiā longe lateq; diffusam: iniquo animo tolerantes: aliquā nouandarū rerum occasio nē quçrebāt. Acceptis autē rumoribus nō solū de morbo, sed prope etiā de morte. P. Scipionis: fi deq; adhibita, extemplo exercitū cōparārūt: & Suesitanis qui socii & amici erant populi Romani intulerunt bellū. Verum. cōualescente Scipione: vt ex fama eius mortis falso credita multiplex tu multus fuerat exortus: sic cōperta veritate rei, territi sunt omniū animi: nec quisq̄ ausus est in no uandis rebus vlterius progredi. Scipio magis extemis bellis q̄ domesticis seditionibus assuetus: etsi militibus qui deliquerāt grauiter succensendū putabat: tñ ne dū ire indulget excessisse in puni endo modum existimari posset: de hac re cōsiliū refert. Maior pars in eos a quibus initiū tumul tus ortū erat, aiaduertēdum: & reliquis ignoscendū cēsuit. Sic enim fieri posse ostēdit: vt pœna ad paucos, exemplum ad multos pueniret. Hanc sentētiā sequutus Scipio extēplo exercitum seditio nis authorem ad accipendū stipendiū Carthaginē nouā acciri iubet. Edicto paruerūt milites: alii suam culpā, vt plerūq; sibi indulgent hoīes, leuiorē rati: alii Scipionis freti ingenio: quod mite, in puniendo esse cōpererāt. Dicere enī solitus fuit malle se unū ciuem cōseruare: q̄ mille hostes pdere. Vulgatū quoq; erat alium Scipionis exercitū paratum esse in armis: & aduētū eorum opperiri: ut oēs copiæ simul iūctæ aduersus regulos in Suesitanos ducanē. Quāobrē ex Sucrone discedētes: ma gna spe veniæ cōsequendæ Carthaginē veniūt. Sed postridie eius diei: quo vrbē ingressi sunt: in fo rū vocati ac inermes cōsistere iussi armatis legionibus circūdantur. Tum impator Romanus tri bunal ascendens vniuersæ multitudini sese ostendit ea valitudine: eo vigore: qualis in pubescente ætate vnā fuerat. Concionē deinde habuit longe acerrimam: & grauissimis q̄timoniis plenam: vt nemo miles ex inermi exercitu esset: q̄ aut a terra oculos erigere, aut dicentis vultū sustinere per pu dorem posset. Cōscientia enim perpetratę rei ac suppliciorū metus terrebat animos: & optimi du cis præsentia noxiis pariter atq; innoxiis ruborem incutiebat. Itaq; tristi silentio torpebant om nia. Posteaq̄ finem dicendi fecit: principes seditionis in cōspectū multitudinis producūtur. Ibi vir gis cęsi mori maiorū securiq; percussi, horribile spectaculū visentibus sbuere. His rebus ita cōposi tis: Scipio reliquis militibus nouo sacramento adactis, expeditionem in Mandoniū atq; Indibi lem pronuntiari iubet. Nam hi secum reputantes a militibus Romanis q̄ castrensis seditionis au thores fuerant, pœnā esse repetitā: omnē spem abiecerāt veniæ impetrandæ: atq; ex eo. xx. milia pe ditū, duo milia equitū cōparauerant: vt his copiis aduersus Romanos pgrederētur. Q̄d vbi co gnouit Scipio: priusq̄ augerentur regulorū vires: & plures populi conspirarēt: maturat a Car thagine proficisci: & quanta maxime celeritate potest, ad hostem pgit. Reguli loco satis munito habebant castra: sicq; suis copiis fidebant vt nec alios prouocare, nec prouocati pugnam de trectare parati essent. Factū est aūt propinqtate castrorū: vt paucis post diebus a Romanis lacessi ti in prælium descenderent. in quo quidem aliquandiu summa contentione dimicatum est. Tan dem Hispani a tergo circūuenti, ac in orbem pugnare coacti superātur. Vix tertia pars ex eorum numero ausugit. Mandonius atq; Indibilis nullū remediū perditis rebus esse cernentes, legatos ad Scipionem misērūt; qui suppliciter pacem peterent: & veniā deprecarentur. At Scipio etsi quā-

Syphax cū Populo ro. fœdus iniit

Iliturgiū. Castulo.

Corbis. Orsua.

Furor & mala ambi tio. plęrumq; mortalium mētes exa girat.

Mandoniꝰ. Indibilis. Suesitani.

Scipionis puniendo ī mite ingeniū

Seditionis principes a Scipiōe vi rgis cęsi, ac securi per cussi.

Exercitꝰ mā donii & In dibilis ha buit. xx. mi lia peditū & duo mi lia equitū.

Scipio Mā doniū & In dibilēsupar

tum in se atq; in populũ Romanũ facinus admisissent, intelligebat: tamen non minus decorum putans hostẽ clemẽtia & mansuetudine superari: q̃ armis: regulis ignouit: pecunia tantũ, vt militi ad stipendium soluerent, imperata. Per id tempus Masinissa a Gadibus profectus in continentem venit: vt amicitiæ fidẽ, quã per. M. Syllanũ absenti Scipioni obtulerat, præsenti cõfirmaret. Simul vt ipsum Scipionẽ alloqueretur: quẽ obres egregie gestas præstantissimũ esse virũ constituerat animo. Verũ nec iam opinioni Numidæ virtus. P. Scipionis: nec expectationi (vt plerũq; accidere consueuit) præsentia defuit. Nam præter ingentia animi bona, q̃bus Scipio cæteros alios anteibat, præ se eriã ferebat eximiam formã: & oĩ amplo dignã impio. Erat præterea vir benignus in audiẽdo: facundus in respõdendo: & in cõciliandis hoĩbus egregius artifex: habitu corporis virili: cæsarie ꝓmissa vtebat. Hunc igit̃ Masinissa salutatũ veniẽs, vt primũ cõspexit: sic virũ admiratus esse dicit̃: vt nec ab eo dimouere oculos: nec intuẽdo explere desideriũ posset. Amplissimis verbis ei gratia egit pro nepote ad se remisso: & fidẽ se præstaturũ initiæ amicitiæ dixit. Quam postea erga populi Romanũ vsq; ad exitũ vitæ cõstantissime coluit. Iam vero oẽs Hispaniæ populi aut imperiũ aut societatem Romanor̃ acceperãt: quũ Gaditani idẽ sibi licere arbitrãtes, sponte Romanis se dedidere: gẽs vetusta origine: & si famæ credere libet: vt Carthago in Aphrica: in Bœotia Thebæ: ita Gadis ad oceanũ colonia Tyrior̃ fuit Scipio receptis Hispaniis, pulsis Carthaginensibus, quũ nihil relinqueret quod sibi cõstituẽdum putaret. L. Lentulo & Manlio Accidio ꝓuincia tradita, Romã rediit. Venienti senatus extra vrbem datus est in ædẽ Bellonæ: vbi quũ res a se ꝓmultos sãnos fortiterq; feliciterq; gestas exposuisset: ostẽdisset̃q; q̃tuor hostiũ duces: q̃tuor exercitus multis prœliis a se victos: Carthaginẽses ex hispaniis eiectos: nullas gẽtes in his terris relictas: quæ nõ venissent in populi Romani potestatẽ: res amplissimo triumpho dignas esse cẽsebat senatus. Sed quia nemini adhuc cõtingerat: vt cũ ꝓcõsul & sine magistratu esset, ꝓ reb⁹ gestis triũphãti ĩ uehi liceret ĩ vrbẽ: nec pr̃ib⁹ visũ ẽ: nec ipse Scipio magnope cõtẽdit: vt nouo exẽplo morẽ maiorũ sui causa cõmutarẽt. Ingressus vrbẽ paulo post igẽti studio populi Romãi cõsul declarat̃. Tradũt raro vnq̃ frequẽtiorẽ multitudinẽ, nõ tam ad celebrãda comitia q̃ ad cõspiciẽdum. P. Cornelium Scipionẽ Romã venisse. Itaq; nõ solũ Quirites, sed externi etiã hoĩes hunc vnum intuebantur publice: priuatimq; dicebãt mittẽdum in Aphricã esse ad inferẽdum ex ꝓpinquo Carthaginẽsibus bellũ. Idẽ quũ sentiret Scipio: de hac re ad populũ se relaturũ significabat: si tam salutari cõsilio aduersaret̃ senatus. Quidã enim ex patribus, atq; in eos præcipue authoritatis Fabius Maximus huic sentẽtiæ acriter reclamabat. Scipio in cõrariũ nitebat̃: rationibus multis ostẽdẽs hac vna via superari Pœnos, & Annibalẽ deduci ex Italia posse: cætera vana esse cõsilia. Post longã altercationem Scipioni Sicilia decreta: ꝓmissumq; a senatu est: vt si arbitraret vtile exq; rep. esse cũ omni exercitu in Aphricã traiiceret. Hoc senatus cõsulto in populũ edito: sic erecti sunt eorum animi ad spem magnarũ rer̃: vt iam de Aphrica cogitarẽt: & bellũ posse cõfici nõ diffiderẽt. Sed Scipioni in rebus necessariis cõparãdis maxima difficultas ꝓponebat̃: quũ ob ærarii inopiã: tum ob iuuẽtutis penuriã: cuius florẽ præteritæ clades a Pœno illatæ absumpserãt. Ipse tñ ne tantæ expectationi deesset: ingẽti studio in apparatũ belli intẽdit. Et adfuerunt ei multi Hetruriæ atq; Vmbriæ populi: quorum alii materiã ad fabricãdas naues: alii arma: quidam frumẽtum: ac oĩs generis cõmeatum ad iuuãdum exercitũ detulerũt. Quadragesimo quinto die, quod vix cuiq̃ credibile videretur, fabricata instructaq; classe ex Italia decedens Scipio in Siciliã cõtendit. At quum exercitũ in ordines redigeret: eos præcipue seligẽdos putauit: q̃ sub. M. Marcello multos annos meruerãt: summãq; scientiam rei militaris habere existimabantur. Siculos autẽ partim authoritate, partim gratia impulit ad subministrandũ auxilium futuro bello: quod in Aphricã transferre quũ primũ per anni tempus posset, omni studio parabat. Tradũt præter alia Scipionẽ ex variis ciuitatibus. ccc. iuuenes legisse totius prouinciæ nobilissimos: ac eis præcipisse: vt certa die cum armis equisq; adessent. Hi vt impatum erat: quum præsto fuissent ad constitutam diem: optionem detulit consul: qua vel ipsi secũ in Aphrica militarent: vel totidem aliis substitutis equos armaq; largirentur: vtrum vellent acciperẽt. Singulis remissionem militiæ petentibus, dati sunt vicarii. ccc. Romani iuuenes: quos Scipio inermes ex Italia adduxerat: eo cõsilio vt Siculorũ impensa, sicut euenit, armis equisq; instruerẽtur. Horũ opera multis postea certaminibus fideli atq; vtili in Aphrica vsus est. Iam tempus hybernorum erat: quũ Scipio nõ solum in apparatibus belli: sed etiam in componendis Siciliæ rebus curã adhibendam ratus, Siracusas petit. Vbi quũ ex multor̃ querimoniis cognouisset: satis magnã copiã Italicor̃ militũ in eadẽ vrbe versari: quires bello partas, deinde Syracusanis per senatũ restitutas retinerent: statim eos partim edictis, partim iudiciis cõpulit ad ea implenda: quæ senatus censuisset. Qua ex re magnã gratiã & iusti cõsulis famam apud Siculas gentes est adeptus. Interim per. C. Lęlium multa cũ præda ex Aphrica redeũtẽ certior fit: Masinissam regẽ cupidissime aduẽtum suũ operiri: monere atq; rogare: vt si reipub. cõmodo facere possit. q̃primũ in Aphricã traiiciat. Idem cupere multos Aphricæ populos: q odio habentes Carthaginensiũ imperiũ, aliquã nouãdarum rerũ occasionem expectẽt. Nec iam vlla Scipionis secordia cã

Carthago Thebæ & Gadis: Tyriorũ Coloniæ.

Scipiõis gesta q̃breuissime.

Scipio consul declarat̃

Scipio in Aphricã cõtendens Siciliã petit.

pfectionem distulerat: quum raro quisq; alter imperator aut efficacior, aut sollertior in rebus agē dis fuerit. Verū siculę res & occasio recipiendi Locros impedimento fuere: quo minus negotium pro suo arbitratu conficeret. Accessit etiam causa quædā Pleminii legati, q Locris a Scipione reli/ctus, quum omne genus improbitatis, libidinis, auaritiæ in oppidanos exercuisset: facile multitu dinē ppulit: vt omnia mallet: q impurissimi hominis imperiū ferre. Missi igit a Locrēsibus Romā legati quū in senatū venissent: & grauissimas iniurias a pleminio acceptas questi essent: sic patres mouerūt: vt nō solum in Pleminiū, Sed etiā in Publium Scipionē atroces sententiæ dicerent. Hīc obtrectatores Scipionis amplam materiā calūniæ nacti, asserere non dubitabant: eū cognouisse Locrensium iniurias: Pleminii: scelera: suorū militū dissentiones: atq; omnia lentius tulisse: q̄ op/timū cōsulem deceret. Addebant præterea exercitū in Sicilia habere vecordē: & omni disciplina so lutū militari: ipsum ducē oscitantē totum se ad voluptates & otium cōtulisse. Et p̄ter cæteros Fa/bius maximus in Scipionem inuectus sic modū excessit: vt extemplo reuocandum ex Sicilia, abro gandumq; ei imperiū censeret. Hæc nimis aspera visa omnibus sententia est. Quamobrē. Qu. Me/telli consilii sequuti patres decreuerūt: vt decem legati in Siciliam transmittentes, cuncta quæ de Scipione ad senatū delata erāt, diligenti studio perquirerent: si nocētem inuenissent: statim iussu senatus in Italiam reuocarēt: sin vero falsa essent crimina: & vanę inuidiæ calūnię: dimitterēt ad exercitum: hortarentq; vt fidenti animo bellū susciperet. Profecti in Siciliam legati, in discutiēdis singulis rebus nullā Scipionis culpā inuenire potuerūt: nisi q̄ iniurias a Pleminio Locrensibus il/latas nimis leni animo p̄tulisset. Erat enim Scipio in remunerando largus: in puniēdo mitis & cle mens. Exercitū vero, classem, & oēm apparatū belli quū intuerentur: sic admirati esse dicuntur co/piam & ordinē singulaq; rerū: vt postea in vrbē redeuntes amplissimis laudibus. P. Scipionē effer/rent: & reiectis inuidorū calumniis, ad certissimā victoriæ spem senatū populūq; Romanū reuoca rent. Cæterū domesticis impedimētis sublatis, aliæ foris superuenerūt curæ: quæ nō mediocriter aium Scipionis mentēq; turbarūt. Nā oratores a Syphace missi denūtiarūt ei: nouū sibi fœdus cū Carthaginēsibus ictū: affinitatē cū Asdrubale cōtractā: filiā eius sibi matrimonio iūctā. Propterea monere: vt si suæ reipu. cōsulere velit, Aphrica abstineat: eosdē enim quos Pœni haberent, se ami/cos inimicosq; habiturū. Hos legatos Scipio, ne mandata regis offerrētur, extēplo ad Syphacem remisit cum literis: quibus postulabat: vt initæ societatis iūctæq; dextræ memor caueret: negd no/mine Romano & regia fide indignū moliret. Post hæc cōcione aduocata: legatos Syphacis venis se in Siciliam dixit: vt sicut antea Masinissa, sic etiā hi nimiā dilationē aduētus sui quererētur. Itaq; maturādum in Aphricā esse: atq; ideo cunctis militibus edicere: vt arma expediāt: & ad p̄fectionē necessaria cōparent. Hoc edictū Romani ducis, vbi per Siciliā vulgatū est: statim multitudo in/gens Lilybæū cōplexit: nō hoium solum q in Aphricā traiecturi erāt: sed eoꝝ etiam q spectatū vene/rant Romanā classem: qua raro vnq; instructior aut omni armatoꝝ genere ornatior visa fuerat. Ipse vero Scipio satis iam omnibus cōstitutis, e Lilybæo soluit tanta cupiditate transmittēdi: vt nulli ei neq; remineq; venti satisfacerent. Deuectus est tamē paucis diebus ad p̄montoriū Pulchri: atq; ibi oēs copias in terrā exposuit. Sed celeriter eius aduentus Carthaginē nuntiatus sic ciuitatē turbauit: vt cōclamatū esse ad arma, stationesq; in portis murisq; dispositas qdam authores sint. Nam a. M. Regulo vsq; ad eū diem. L. p̄pe annoꝝ interfuerat spatiū: ex quo nullus impator Ro manus cum valido exercitu terrā Aphricā intrauerat. Merito igit pauoris actumultus oīa erāt ple na. Augebat etiā terrorē Scipionis nomē: cui Carthaginenses, quē ducē aut opponerent, aut pa/rem arbitrarent nō reperiebāt. Asdrubal Gisgonis filius egregius ea tēpestate imperator habebat. quē victum a Scipione fugatūq; ex Hispania meminerāt. In eo tamē atq; in Syphace potētissimo rege magnā spē seruādæ patriæ reponētes Pœni, hunc rogare, illū monere nō desistunt, vt quāta maxima celeritate possint, Aphricæ rebus subueniant. Sed dum hi copias iūgunt: interim Hāno Almilchari filius p̄xima regionē tueri iussus, obuiā Romanis p̄greditur. Scipio popularis agris, diratoq; exercitu ingēti p̄da, p̄pe Vticā cum oībus copiis cōfederat: vt celebrē vrbē & opportu nā ad bellū terra mariq; gerēdum: siqua via fieri posset, in potestatē redigeret. Et sub idem tempus Masinissa in castra Romanoꝝ venerat: ardēs incredibili cupiditate belli gerēdi aduersus Syphacē regē: a quo nō multo antea paterno regno fuerat expulsus. Hunc Scipio quia iuuenē acrē & ma/nu p̄mptū in Hispania cognouerat: priusq; maiores copiæ a Carthaginēsibus cogerentur, specu/latū mittit hostiū castra: atq; ei præcipit: vt omni ingenio adhibito Hannonē ad pugnā eliciat. Masinissa vt impatum erat, hostē irritādo, sensimq; trahendo p̄ducit ad ea loca: qbus in locis Sci pio cū armatis legionibus cōstiterat: expectās occasionē gerēdæ rei. Defessa iam erat hostiū acies: quū Romani recētibus copiis obuiā facti, p̄liū ineunt. Primo cōgressu superat Hāno: & ipse cū parte copiaꝝ occiditur. Reliqui terga dantes, qua potest quisq; fugā per diuersa petūt. Post hanc victoriā: Scipionem ad oppugnādam Vticā redeuntem, absistere incœpto coegit subitus Asdru balis & Syphacis aduētus: q ingētes peditū equitūq; copias secū ducētes, haud p̄cul a Romanis posuerūt castra. Quod vbi animaduertit Scipio; statim soluta obsidione, castra in quodā p̄mō/

Locrenses.

Scipionem obtrectato res calūniāt Pleminius.

Legati i Si/cilia missi/ de Scipiōis erroribus i/uestigaturi.

Scipio a le/gatis lauda tus est.

Syphax a Romanis ad Cartha/ginenses de fecit.

Lilybæum.

Pulchri p montoriū.

Hāno amil charis fili⁹. Vtica vrbs celebris. Masinissa.

Hāno a Sci pione vict⁹ occiditur.

torio cõmuniuit. Vnde ꝓcedere obuiã hosti,& vexare Vticenses, & classem subductã tueri posset. Cęterũ quũ tẽpus postulare videret: vt hyberna vtrinq; peterẽt: placuit ei ad Syphacẽ mittere: qtẽ tarẽt aium regis: & quãtũ in eis esset a Carthaginẽsiũ amicitia abducerẽt. Hũc enĩ sciebat Sophonisbæ nuptiis agitatũ, & quasi muliebribus instructũ furiis, eo insanię deuenisse vt nõ modo Romanos nõ iuuãdos, sed etiã cõtra ius fœderis oppugnãdos cẽseret. Q d̃ siqua vxoris satietas hominẽ cepisset: iam ad sanitatẽ eũ reuerti posse arbitrabat. Syphax auditis his quę noĩe Scipionis ad eũ deferebãtur: tps iam esse respõdit: vt nõ de relinquẽda Pœnoꝝ societate, sed de abiiciẽdis belli cõ filiis agatur: se optimũ pacis authorẽ fore pollicet. Huic sermõi Scipio aures adhibẽdas putat solerti aĩo rem nouã meditatus. Nam ex oĩ exercitu strenuos milites deligit: quos seruiles vestes ĩduitos comitari oratores iubet: & qd fieri velit ostẽdit. Hi vt præceptũ erat: dum legati & Syphax de cõditionibus pacis inter se agunt: & lõgior cõsulto ꝓducit sermo: speculatũ ꝓficiscunt hostiũ castra: oẽs aditus exitusq; explorãt. Hoc sæpi⁹ facto, ad Scipionẽ reuertũt. Certũ erat ĩduciarũ cõsti tutũ tps: quo elapso Scipio simulat se oĩ spe pacis abiecta, arma, classẽ, machinasq; paraĩ: vt quẽ admodũ aña orsus fuerat. Vticã oppugnatũ redeat. Hoc q̃ late p regionẽ vulgari: hoc ab hostib⁹ credi volebat. Ipse vero tribũis militũ cõuocatis, cõsiliũ suũ apit. Docet bina cẽ hostiũ castra paruo ĩter se diuisa spatio: quoꝝ altera ex lignis hybernacula, altera ex arũdinib⁹ cõ texta habeãt: vtra q; deleri ĩcẽdio posse. Q uãobrẽ Masinissã &. C. Læliũ ad se vocat: atq; eis ꝑcipit: vt ĩ tẽpesta nocte Syphacẽ aggrediant: ignẽ castris iniiciãt: se ex altera parte Carthaginẽses ĩuasurũ polliceẽ. Hi mãdata impigre exequentes: cõstituta hora, Numidaꝝ castra adoriuntur: & ignẽ arundinibus applicãt: quæ subito incendiũ effuderũt: & pene in oẽm locũ castroꝝ distulerũt. Numidę fortuitũ primo incẽdiũ arbitrati, ad opẽ ferẽdã celeriter cõcurrerũt: mox vbi in legiones hostũ incidẽtes, trucidari cœpti sunt: ancipiti pauẽtes metu, sese fugę mãdarũt. Simili pene ratiõe ab alt̃a parte exercitus, cui Scipio præerat, incẽsa sunt Carthaginẽsiũ castra: & ꝑfligati hostes tãra fugiẽtiũ strage: vt ad .xl. milia hoĩm ex Pœnis Numidisq; ea nocte absumpta qdã authores sint. Hæc clades Carthaginẽ delata, sic terruit ciuiũ animos: vt alii ex Italia Annibalẽ reuocãdũ: alii pacẽ petẽdã a Scipiõe censerẽt. Sed factio Barchina potẽs polleẽsq; quũ abhorreret a cõsiliis pacis: puicit vt noui delectus haberentur ad restituẽdum bellũ. Igitur Syphax & Asdrubal magna multitudine pedi̇tatus eq̃ta tusq; coacta: celerius opinione oĩum exercitũ reparatũt: atq; rursus incõspectu Romanorũ posuerunt castra. Qua re cognita Scipio nõ cunctãdum existimauit: dũ milites sui alacres essent: & fiducię pleni: ĝn pugna decertaret. Accidit aũt ab initio ex ꝓpinquitate castroꝝ: vt leuia quędã cõmitterent prælia: ad extremũ vero oĩbus copiis cõcursum est: tãtusq; ardor Romanoꝝ militũ fuit: vt primo impetu Numidas Pœnosq; ĩ fugã cõuerterẽt: magnãq; partẽ fugiẽtiũ ĩterficerẽt. Asdrubal & Syphax citato cursu ex media cæde ꝓfugerũt. Ad quos cõsectãdos Scipio Masinissam &. G. Læliũ cũ expedito equitatu misit. Syphax in Numidã, atq; inde in antiquũ regnũ ꝓfectus, ex oĩ genere hoĩm exercitũ coegit: obuiãq; Masinissæ & Lælio factus prælii cõmittere nõ dubitauit: malo tñ cõsilio: quũ esset hostibus lõge inferior: nõ tam dimicatiũ numero: q̃ q; nec miles cũ milite, nec duces cũ ducib⁹ erã cõferẽdi. Itaq; a bellacissimis viris facile supat: & qd Masinissa vix ausus esset optare, in ꝓlio capit: & cum multis nobilibus viris ad Scipionẽ ꝓducit. Ceperat primũ lætitia oĩum aĩos: quũ Syphacẽ ĩ castra adduci nũtiatũ est: deĩde vbi vinctus ĩ cõspectũ multitudinis est ꝓduct⁹, tãti viri prędentia, & pristinæ maiestatis recordatio, misericordiã intuẽribus mouit. Meminerãt. n. q̃ celebre eius regis nomẽ, q̃ florẽtes opes & ampliss̃imi regni vires pauloañ extiterãt: postea vero ex tãto fastigio ꝓlapsũ cernẽtes miserebanť. Ipse ãt imperator Romanus benigne eũ affatus, quæsiuit quænã tãta causa aium eius mutasset: ipulsset q; ad inferẽdũ Romãis bellũ. Tum rex veteris hospitalitatis, iunctęq; dextrę memor, fidenti aĩo Scipioni respondit: se coniugis Sophonisbæ amore captũ, tm̃ facinus quãtum oẽs scirẽt, in populũ Romanũ admisisse: atq; extẽplo eas dedisse pœnas quas cæteri ꝑ documẽto habere possent: vt ĩ fide atq; officio pmanerẽt. Sed in extremis malis hoc sibi solatii cõtigisse: q; inimicissimũ hoĩem Masinissã, eadẽ insania: qua ipse laborasset, correptũ videret. Nã post victũ captũq; Syphacẽ. Masinissa Cyrthã caput regni petẽs, quũ vrbẽ ĩ potestatẽ redegisset. Sophonisbã multis ꝓcibus sibi blãdientẽ ardere cœperat: muli eriq; fidẽ dederat: secã a Romanoꝝ manib⁹ vindicaturq;. & vt id cõmodius præstare posset: nouis nuptiis sibi deuinctã vxorẽ duxerat. Hæc celeriter ad Scipionẽ delata, magnopere hoĩem ꝑturbarũt. Cõstabat enĩ ausꝑiciis Romanoꝝ victũ Syphacẽ esse: & quæcũq; suæ ditionis fuerãt ad eoꝝ iudiciũ ꝑtinere. Q d̃si Masinissa incõsulto Scipione patrociniũ Sophanisbæ suscipiẽdum putarat: simul & ĩperium ducis & maiestatem populi Romani visus fuerat contempsisse. Accedebat huic culpæ turpissima libidinis causa: quæ tantũ grauior videri debuit: quãto erat Romani imperatoris continẽtia maior: quam Masinissa ante oculos habebat ad imitandũ. Nam Scipio præter cætera virtutis decumenta, in omnibus locis quibus hostem superauerat, a captiuis mulieribus victrices semp abstinuerat manus. Indignatus igitur aduersus Masinissam, etsi primum in castra redeũtem præsente multitudine benigne accepit: postea tamen seiunctum a cæteris ita obiurgauit: vt sentiret Numida

Sophonisba Syphacis vxor.

Scipionis astuta meditatio.

Cęsa Pœnorum .xl. milia.

Syphax & Asdrubal exercitum reparant

Syphacẽ & Asdrubalẽ Romani iteꝝ supant & fugant. Syphax tertio vicit: & capit: atq; ad Scipionẽ ducitur.

Cyrtha vrbs.

Scipionis cõtinentia.

tur. Hostes aut ẽ conſpicatus quantum inſectando abetrauerant, a phalange diſiunctos vacuum præſtitiſſe locũ, haud illis incubuit: cæteꝝ longius abire ſiuit: quibus magno diuulſis interuallo, ſuos mox in grauem armaturã infert. Cernebat enim Lacedæmonioꝝ phalangẽ nudatã ac deſtitutam: rectoꝙ incurſans curſu intẽdit: vt neꝙ princeps præſto adeſſet: neꝙ pugnã expectarẽt. Nam quũ Machanidã hostes fugãtem ſpexiſſent: penes ſe victoriã eſſe nõ dubitabant. Philopœmẽ aũt quũ hos multa cæde fudiſſet (ſupra enĩ quatuor milia cecidiſſe dicunt) reuertentẽ ab inſecutione cum pegrino milite Machanidã cõcitatus aggredit. Ingẽti ac pfunda in mediũ arcẽte foſſa vtriuꝙ mutuos conatus edebãt: ille quidẽ vt traiiciẽs fugã capeſſeret: Philopœmẽ vt impedimẽto eſſet. Erat autẽ ſpectaculũ: nõ vti dimicãtiũ imperatorũ: ſed vti belluarũ totas in ſe vires neceſſitate verterũ: quũ fortiſſimus venator Philopœmen incũberet. Vbi robuſtus tyrãni equus, animoſus, & calcaribus cruentis vtriuꝙ ſtimulatus ſaltu tranſuadere auſus eſt: & admoto iã foſſæ pectore prioꝛes figere vlteriori margini tibias enitebat: iterim Simias & Pholienus q aſſidue Philopœmeni in terpræliandũ adeſſe, & latus ptegere conſueuerãt, infeſtis ambo incurſant haſtis: quos Philopœmen anteuertẽs, obuium ſeſe Machanidæ offert: cuius equus cũ ante corpus caput attolleret: Philopœmẽ ſuo pauliſper ſeorſum iclinato, manu telũ adigit: & obnixe ſimul incutiẽs effuſum ſternit hominẽ. Hoc geſtu Philopœmen Achæi Delphis ex ære locauere: & iſigne ipſius facinus, & expeditionẽ illã ſingulari admiratione pſequuti ſunt. Quũ Philopœmẽ ſecũdum imperator inſtante Nemeorũ celebritate, nõ lõge poſt Mantineæ victoriã, otioſus perdies feſtos eſſet: tunc primũ greꝛcis phalangẽ ornatiſſimã oſtẽtaſſe pditũ eſt, Quonã pacto motus illos cõtinua quadã aptitudine cõpoſitos nõ minori agilitate q̃ robore militariter ederet. Certãtibus inde citharœdis ſpectaculũ ingreſſos ſecũ adoleſcẽtes militaribus chlamydibus & purpureis ĩdumẽtis ornatos habebat. Cernere erat vniuerſos & corpoꝛ & ætatis vigore florentes, magnã erga impatorẽ veneratione & iuuenilibus animis elationẽ præ ſe ferentes: quã multis clariſue certaminibus contraxerãt. Quibus nup iutrãtibus forte Pylades citharœdus illuſtris Timothei verſus incœptarat. Hoc duce libertas græcas ornauerat vrbes. Quũ vocis magnitudo, & poetici ſtili pariter altiloquẽtia decorẽ mutuũ afferrent: oĩm ſpectatorũ oculi in Philopœmenẽ cõuerſi: & lætiſſimus vndiqꝙ greꝛcoꝛ ſublatus ap plauſus: quũ priſtinæ dignitatis recuperandæ ſpes eſſet iniecta: & ad eam aĩorũ magnitudinẽ fiducia etiã pxime accederet. Achæoꝝ copiis ad dimicãdũ & ſubeunda picula id cõtingebat: qđ & eqs nouellis vſu euenit: qui cõſuetos affectãt eqtes: ſin aliũ geſtare obtingat ſtare loco neſciũt: emicãt & nouo quodã modo afficiũtur. Sic & milites ipſi, ſi qđe alter ductaret exercitũ, triſtes erãt: illũ ſpectabãt: illũ oculis, illũ mẽte quæritabant. ſin eius modo cõſpectus eſſet oblatus: cõfeſtim oblatã fiducia, erectos & ad aliquid agẽdum ſtrenuos aĩoſoꝙ cerneres. Quæ & ipſi hoſtes intelligẽtes huius dũtaxat imperatoris aſpectũ ferre nõ quibãt: ob nominis eius gloriã pauore pculſi: velut ex rebus eoꝝ geſtis manifeſtũ eſt. Rex Macedonũ Philippus eo puenerat opinionis: vt modo Philopœmen abeſſet: Achæos denuo noĩs ſui terrore ſibi ſubderet, qui Philopœmenẽ obtruncarent, clam deſtinos mittit: Cognitis autẽ inſidiis, tantum odii apud vniuerſos contraxit græcos: vt paſſim hominẽ pbro & cõuitio inſectarẽtur. Bœotii Megarã obſidione cinxerãt: quũꝙ mox potiũdæ vrbis ſpe tenerẽtur: ecce repentinus rumor ingruit: qui cõfictus erat: importãtem obſeſſis auxilium Philopœmenẽ propius adeſſe: quo circa hærentes iam mœnibus ſcalas omittẽtes, fuga capta ab * ſceſſere. * Onabis poſt Machanidam Lacedæmoniorũ tyrannus de repẽte Megaram occuparat: Philopœmen p id tẽpus haud vllarum copiarum dominus, priuatus erat. Oratitaq; Lyſippum Achæorũ imperatorẽ: vt Meſſaniis ſuccurrat: quod quũ ab eo impetrare nõ poſſet: poritis enim vrbe hoſtibus, res omnino pditas eſſe aiebat: ipſe nulla lege, nullo decreto, aſſumptis ſecum ciuibus, opem præſtare conſtituit. Eum pinde ac præſtantiorẽ principem ſibi a natura conciliatũ vniuerſi ſectabãtur. Ergo iam propinquũ Onabis audiẽs, tametſi caſtra intra muros haberet, haud expectãdum eſſe duxit. Verũ per alias elapſus portas celerato gradu ſuo ſeduxit: haud partia ſe vſurum felicitate exiſtimans, ſi profugere contigiſſet. Effugit itaq; & Meſſaniorũ ciuitas priſtinæ libertati reſtituta eſt: Hæc qdem ad Philopœmenis decus & dignitatẽ. Ipſum vero Cretam repetiiſſe: vt petentibus Gortyniis, belli vſibus ſe ducem exhiberet: crimini datũ eſt: qꝙ videlicet eo potiſſimũ tempore, quo eius patria ab Onabide bello vexaretur, ab eſſet, aut bellũ fugirando, aut honorẽ apud exteras nationes intẽpeſtiue quæritãdo. Adeo autẽ mature tũc Megalopolitæ bellati ſunt: vt & ſe mœnibus tenerẽtur: & intercepto ab hoſtibus agro, & ſub ipſas pene portas locatis caſtris angiportus ſeminare cogerent: quum longinq; interim Cretẽſibus Imperator belligerãs, ac domeſticum euitãs bellũ, inimicisin ſe anſas criminationis ſuppediteret. Erant nõnulli qui dicerent Philopœmenem idcirco otium ſuũ Gortinyorũ poſtulantiũ vſibus ad bellũ cõceſſiſſe: quia Achæis alios deligẽtibus prætores, priuatã vitam degeret. Ab otio vehementer abhorrebat: præſertim quũ imperatorias artes, & militarẽ virtutẽ, ſupra rationem omnẽ vſu & exercitatione tenendam ſibi eſſe cenſeret. ſicut & ſcitum illud Ptolemæi declarauit. Nam quibuſdam p eximias laudes illũ extollentibus qui exercitũ qnotidianis exercitiis agitaret: & corpus laborũ & armoꝝ ſtudio haud

Philopœmẽ Machanidã Lacedæmoniorũ tyrannũ ſtrauit.

Pylades citharœdus.

Nabis liuio Onabis tyrãnus Lacedæmoniorum.

Lyſippus Achçorũ imperator.

Onabis philopœmenis aduerſũ fugit.

Philopœmẽ meſſanã priſtinã libertatem reduxit.

torpere fineret: Quisnā inquit regem admiretur: qui hoc ætatis non re ipsa se cōprobet ac ostētet: verum meditatione & cogitatione educatur? Hoc igitur Megalopolitani grauiter ferentes: seq; p diros arbitrātes, extorrem eum facere conati sunt. Quod Achæi inhibuere: misso Megalopolim Aristeo prætore: qui licet Philopœmeni aduersaretur: cum eo de republica contentionem habere solitus: illum dannari minime permisit. Hanc ob causam Philopœmen extra suos ciues habitus, multos ex adiacentibus vicis ad defectionem concitauit: eos allegare docens, q; ex initio neq; illis tributa penderent: neq; Megalopolitanorū legibus tenerentur: neq; eorū iuris esset. Ea dicentibus illis aperte se patronū adiutoremq; præbebat: simulq; in Achæos seditiosam ciuitatē perturbabat. hæc autem posterius acta. In Creta bellum pro Gortyniorum causa gerebat: non vti Peloponnensis, aut ex archadia natus homo: nō simplice quodā & ingenuo bellādi ritu: sed Cretensium mores indues: & illoq; versurias, fraudes, furta, & insidiosas in eos vsurpās artes: ipsos contra verā peritiā insipienti ac inani calliditate contēdentes puellos demōstrauit. Rebus igitur ibi magnifice gestis, singulari admiratione & nominis claritate celebratus in Peloponnēsum relatus, Philippum a Tito debellatum offendit. Onabim quoq; Achærorū atq; Romanorū armis implicitū. Aduersus hūc dux creatus naualem aggressus pugnam, Epaminōdæ casum incurrisse visus est: suæ longe deterius virtutis opinione ac gloria maritimo congressus prælio. At tñ sunt nōnulli qui Epaminonda segniorem idcirco extitisse tradunt: vt suos degustare maris emolumenta ciues paterentur: ne pro stratariis militibus, nautas (vt inquit Plato) corruptos sensim habcret. Et ita ex Asia & insulis vltro re infecta reuertisse. Philopœmen pedestris pugnę scientiam ad cōserendum mari quoq; certamen sat fore sibi ipsi persuadēs, exercitationē intellexit, & qualis virtutis portio: & quantam oēs ad res assuetis facultatē adhibeat. nō modo enim in ipso nauali prælio p pter imperitiam minus habuit: verum etiā quādam nauē famosam quidem, cæterū ab annis qua draginta puerustam deducens expleuit: qua fathiscente magnū nauigātibus discrimē importasse. Ad hæc cognito qui hostes per ipsius cōtemptum pinde ac ex mari prsus fugati supbe * Gythiū * obsedissent: confestim in eos victoria sparsos dissolutosue haud quaq; expectātes annauigat: dein de noctu milites adducens, immissis intra tentoria ignibus & castra incendio vastauit: & multos obtruncauit. Paucis post diebus quū pcr aspera quædā loca iter ageret, de repente Onabis intervenit: quæ restīm Achæis intulit trepidationis: vt ex locis difficilimis, & in hostium potestate cōstitutis, salutem desperarent. Paululū inde subsistēs, ac loci ingeniū oculis amplexus, struendarū aciem; sollertiā summū in re bellica fastigium obtinere demonstrauit. Paulisper nāq; mota phalange, & ad præsentis loci naturam accōmodata, facilli me nullo tumultu ancipitē statum ac periculum ppulsauit. Tum hostes aggressus late fusos terga vertere coegit. Postea vero q; profugientes non directo quidē ad oppidū cursu, sed alium alia palātes & dispersos cernit (cunctus autē ager propter saltus & collis frequctis inuium sese per fluuenta vallesq; præcipites præbet) suos abinse quendo reuocauit: & nondum aduesperascente castrametatus est. Promiserant enī hostes, sese ex fuga in vrbem singulos binosue per tenebras recepturos. Cōplures igitur ex Achæis per ripas & tumulos circa mœnia cū pugionibus ex insidiis locat. hic plures ex Onabidis cōmilitonibus ce cidere: vt qui minime cōferti pariter regrederentur: sed velut vnicuiq; fuga obtigerat: instar auiū sub ipsa vrbe captabantur: in ipsas hostiū manus incidētes. Quibus in rebus quum græci & summa eum charitate cōplecterentur: & magnificis intra spectacula honoribus afficerent: Titū honoris auiditate fagrantē racitus dolor inurebat: qm romanū consulem maiori q; ex Arcadia natum hominem penes Acheos admiratione dignum iudicabat: quū & beneficiorū magnitudine nō mediocriter antecelleret: qui vna præconis voce Græciam pristinæ libertari reddiderit: q; philippo & Macedonibus subiecta seruiret. Deinde Titus depsito cum Onabide bello pacem pepigit. Nec multo post Onabis Ætolorum fraude interceptus occiditur. Qua ex re Spartæ perturbatione orta, Philopœmen occasionē nactus cum exercitu eo facit impetum: & alios vi, alios suasione ad ducēs cum Achæis ciuitatē cōpositam adiunxit. Quo facto Philopœmenis nomē apud Achæos mirifice illustratū est: qbus ex tam præclara ciuitate tm dignitatis: tantum potestatis vindicasset. haud enī parum erat Spartanā ciuitatē Achaiæ partem effecisse. Optimates Lacedæmoniorū sibi desumpsit: qui eum libertatis custodem & defensatorem sese habituros esse in spem verterāt. Qua propter venundatis Onabidis ædibus & supellectile, in. xx. ac centum talenta argentea redactis, eius illi muneris erogandi decretum fecere. Missi ad eum ciuitatis nomine legati. Vbi Philopœmenis integritas, & ab omni labe purus animus enituit: quippe qui nō modo videri: sed esse vir optimus studeret. Itaq; primum Spartanorū legati tali viro ne verbum quidem facere de largitate voluerūt: veriti autē inter se & reluctantes hospitem eius Timolaum interceſſorem posuere. Deinde Timolaus ipse Megalopolim pfectus, & cū Philopœmene consilium agitās, cœpit austerita tem eius sermonis, & honestam simul & tenuissimam vitæ frugalitatem intueri. Quibus quū ad inuictos ipsius mores pecuniam nullo pacto penetrare posse intelligeret: de munere quidem egit silentium: ficta vero alia ad se veniendi causa, ex vrbe concessit. Rursus ac secundo missus, idem

Philopœmē in Creta p Gortynis bellum gerebat.

Gythium.

Philopœmē Onabis milites ī fugā vertit: & deinde occidit.

Titus ſuit Philopœmenis honores ſpectabat. Onabis occiditur.

Timolaus.

passus est. Tertio regressus: vix affari ausus, q̃ promptus esset in eum ciuitatis animus explicauit. Philopœmen verba comiter aciucunde accipiens Lacedæmona peruenit. Quibus cõsiliũ prebet: ne & amicos & bonos viros largitionibus cõtaminare quærãt: quia illorũ virtute, vel gratis frui liceat: sed improbos & eos q ciuitatẽ in senatu & cõcione quottidianis seditionibus & discordiis p turbant, emẽdos & corrumpendos esse: vt acceptis pretiis, ore cõpresso minus turbarũ atq; tumultuatum eant. Lõge enĩ præstantius esse hostibus dicẽdi licentiã adimere, q̃ amicis. Hunc in modum Philopœmenis ad pecuniã splendor apparauit. Diophanes deinde Achęorũ imperator Lacedæmonios nouis studere rebus audiens: eos suppliciis efficere volebat. At illi cõtra ad bellũ intẽti cũctã Peloponẽsum pturbabãt. Conabatur vero Philopœmẽ mitiorẽ hominem reddere: iracundiã q; sedare: tpis genus docens: quo rex Antiochus & romani tã in structis in terra græcia exercitibus sublimes animis incũbãt. Oportere præfectũ huc mentẽ, huc cogitationẽ vertere: domestica minime cõmouere: Quædã videtem dissimulare: & nõnulla etiã obaudire. Dicta hæc aspernatus Diophanes, vnaq; cũ Tito laconicos fines ingressus, cõfestim ad vrbem cõmeabat. qđ Philopœmen iniquo ferens aĩo opus nõ sane legitimũ, aut ex æquitatis diligẽtia, sed ingẽs ingẽti spiritu cõfectũ ausus, Lacedæmonẽ aduẽrat: & Achærorũ imperatorẽ, & Romanoꝝ consulẽ, homo priuati iuris excludit: ciuiles tumultus sopit: cõmunẽ vt antea Lacedæmoniis statum iteꝝ inducit. Posteriore deinde tẽpore, quũ præturã Philopœmen administrauit: quadã Lacedæmoniorꝝ culpa Spartanos reduxit exules: & Lacedæmonios, vt quidẽ Polybius scribit octoginta: vt autẽ Aristocrates, trecẽtos & quinquaginta interfecit: & mœnia diruit: & magnã agri partem interceptã Megalopolitanorũ iuri adiudicauit: quicũq; ab tyrãnis Spartana ciuitate donati fuerãt: oẽs in Achaiam migrare iussit: tribus milibus dũtaxat exceptis. Hos, quũ ex Sparta dicsedere neglecto iperio noluissent vẽnũdedit. Postmodum, veluti insultãs, hisce pecuniis, Megalopoli porticũ ędificauit. Satiatus demũ & explerus Lacedæmoniis, & indigna oppressos calamitate ealcãs, immanissimũ & iniquissimũ in rẽpub. pfecit opus. Lycurgi enĩ institutione deleta & oĩno sublata pueros ac puberes imutata patriæ disciplina, Achaiæ moribus & ritu informare coegit. Hos enĩ inter Lycurgi legẽ & instituta haud vnq̃ mediocre gppiam sapere posset. Tunc igit ex miseriaꝝ magnitudine Philopœmene quasi ciuitatis neruo illos excidẽre, mãsueri humiles & demissii facti sunt. Posterius tamẽ petita ex Romanis venia, ciuilẽ Achaiæ institutionẽ fugiẽtes, ritus patrios atq; pcepta, sicut ex tot malis & tã corruptis moribus fas erat, recuperarũt: & restituta sunt. Romanis deide aduersus Antiochũ bellũ in Thracia gerẽtibus: Philopœmẽ angebaf animi: q eo potissimũ tẽpore priuatus: Achęorũ dux nõ esset: quo Antiochus ipse Chalcide residens in tẽpestiuis nuptiis & virginis amoribus otia tereret: Syrosq; nullo sparsos ordine sine præfectis intra oppida segnes & delitiis immersos sedere spectaret: ad Romanos dictare solebat: Vestrę qdem inuideo victoriæ. Nam si mihi vt ducatum gererẽ impsentiaꝝ obueniret: hostes omnis intra vinarias tabernas obtrũcassem. Antiocho deinde superato: Romani magis atq; magis Græcię rebus incũbentes: Achæos potestate quaq; versum ambibãt. Iam enĩ primores vrbiũ summissiores erãt: iam oĩum virescum fortuna late ferebãtur: iam ꝑpe finis aderat: quo felicitatis ambitus aduẽtabat. Tum Philopœmẽ boni ac periti more gubernatoris ad vndarũ incursum firmiter obsistens: tum cedẽdo: tum subinclinando moderabatur. Hi autẽ plurimis disceptationibus q̃bus & dicẽdi & agendi ius inerat, eos ad tuendum libertatẽ allicere conciliare ve omni studio cõtendebant: quum Aristeus Megalopolida inter Achæos prõptissimus & Romanorũ semp studens partiũ: nulla in re Romanis aduersandũ: aut in senatu quippiã ingratum agẽdum esse censeret: Philopœmen taciturnus audiebat: & dicẽtem grauiter ferebat. Tandem stimulante ira: indignabundus ad Aristeum conuersus: quidnam homo inquit Græcię fatum inspectare properas? Post hæc romanorũ consule Manlio, quũ Antiochum profligasset: & Lacedæmoniorum exules reduci sineret: perente ac idem etiam postulante Tito: Philopœmen inhibuit: haud exulibus sane obstaturus: sed sibi & Achæis: non autẽ Titi vel Romanorũ gratia factum illud adscribi volens. Postmodũ ipse creatus imperator ciectos in exilium reuocauit. Sic enim magistratibus ex animorũ elatione litigator aliqua ex parte atq; contentiosus erat Philopœmen. Septuagesimũ iam natus annum': & octauum iam creatus imperator: in spem deuenerat non solum bellorum expertem eam se deducturũ præfecturam: sed vitæ reliquũ a rebus gerendis otiosum quierũ ve sibi datũ iri. Nam sicut tabescẽtibus corporum viribus: vna & morbi ipsi contabescunt: sic & in græcanicis ciuitatibus diminuta potentia, contentionũ studia ipsa definebant. Verumenimuero fors inuida: eum perinde ac pugilem egregia currendi agilitate volantem sub ipsam iam vitæ metam aduentantem præcipitauit: ad terramq; deiecit. Quidam in frequenti conuentu virum quempiam idoneum sane ac imperatorẽ præstãtem laudibus efferebãt: quibus Philopœmen: Quonam: ait, modo eius viri digne habenda mentio est: q in hostiũ potestatem viuus peruenit? Paucorũ interiectione dierũ Dinocrates Messenius homo quum priuatis contentionibus Philopœmeni semper aduersatus: tum vero improbitate ac flagitiis aliorum odio infectatus: & Messaniam vt ab Acheis distiterit: induxerat: & vicum quem Co

Philopœmenis ad pecuniam splendor.

Diophães Achærorũ imperator.

Philopœmen Lacedæmonẽ in pristinũ statũ reducit.

Aristeus.

Manlius romanoꝝ cõsul.

Philopœmẽ imperator creatus annũ natũ lxx.

Dinocrates.

lonidem appellant: mox occupaturus & in poteſtatem redacturus nuntiabatur. Forte Philopœmen Argis id tẽporis febricitabat. Ea vt ad eius aures peruenerunt, Megalopolim plus quadraginta ſtadia die vna contendit: eo loco vt ſuccurreret e veſtigio equites accepit. Ii ciues illuſtriſſimi & q̃ iuuenibus vigentibuſq; annis eximia quadam Philopœmenis beniuolentia & pietate ſecum militiã ſponte ferebant. Meſſaniam itaq; verſus adequitãtes ad Euandri tumulũ obuium habuere Dinocratem. Marte collato eum fundunt: in fugamq; vertũt. Inde quingenti milites, quibus Meſſeniorũ fines tueri datũ erat, auxilium laturi ſero aduentant: quos vt aſpectãt ii quimodo ſuperati fugerant, ſtatim per colles cõgregantur. Veritus Philopœmen, ne hoſte circũducto clauderetur: ſuorũ ſaluti conſulens, reuocatis equitibus per duriſſima loca ſeſe recipit. Ipſe in extremo agmine ſæpenumero in aduerſum ſeſe inferebat hoſtem: cunctos in ſe perliciens: quũ tamen congredi nullus auderet: & vociferationibus circumagitatis curſibus eminus vterentur. Multoties igitur aſſiſtens, dum ſingulos in tutum iuuenes præmittit: inter frequẽtes ab incauto ſolus hoſtes deſtituitur. Nec ſi cõferre quem q̃ manũ cœpit audacia. proc ul tm̃ ictibus pulſatus, quũ ad lapidoſos præcipite ſue locos vrgeretur, nunc huc nũc illuc crebris pfoſſum calcaribus equum agitabat. Nec vero ſeniles annii aut ingraueſcens ætas, quo minus ſaluẽ cõpararet, vllo ſibi impedimento erat. Quippe quã permultũ exercitã laboribus, alacrẽ ſtrenuãq; reddiderat. Verũ quũ debilitatum valetudine corpus & iã graue, peregrini itineris & viarũ lõgitudo fatigaſſet: equus offenſo pede eũ deiecit ad terrã. quo caſu duro quidẽ atq; aſpero quũ vehemẽs atroxq; capiti dolor infligeretur: aliquandiu intercepta voce iacuit. Illũ igitur hoſtes expiraſſe rati, verſato corpore ſpolia rapere cœperunt. Poſtq̃ autẽ caput attollens oculos aperuit: cæteruatim irruentes manus interga inflexas colligant: & ingenti dedecore & contumelioſiſſimis vocibus hoſtem ducunt: quẽ a dinocrate hiſce probis affectum iri: ne in ſomniis quidem vnq̃ ab vllo ſperatum eſt Oppidani hoc accepto nuntio: mirum in modũ elati ad portas cõfertiſſimi cõgregãtur: vt vero Philopœmenem præter gloriæ ſuperioris rerum geſtarq; triumphorũq; dignitatem raptatum cõſpexere, maxima ex parte obortis lachrymis, miſerãtes condoluere. Subinde exiſtimantes q̃ caduce q̃ infide ſermo emanauit: reuocandum eſſe prioꝝ beneficiorũ memoriã: & libertatis quã eiecto * Onabyde tyrãno ſibi reddidit. Pauci Dinocratis gratiæ aſſentantes torqueri hoſtem: & vt infeſtum inimicũ & implacabilem necari iubebant. Terribiliorem ipſi Dinocrati ſi euaſerit fore: a quo tam ignominioſe habitus & in captiuitatem redactus extiterit. Ipſum igitur in ſubterraneum ferunt domicilium: cui Theſauro nomen indiderunt: neq; auras neq; lucem extrinſecus excipiens. Quũq; fores nullas haberet: ſaxum immane obtrudẽtes includunt: ibiq; circũlocatis militibus depõnũt. Interea equites vt ſeſe ex fuga receperũt: cõparentem nuſq̃ Philopœmenem extinctũ eſſe credentes, dudum ſubſtitere iactatis late vocibus hoſtem reuocare: inq; vicem ſermones edere: iniuſtã profecto turpemq; ſibi ſalutem vindicatam: eo q; imperatore hoſtibus omiſſo: qui ipſorum gratia ne proprie quidem vitæ pepercit. Deinde pgreſſi accurata in dagine cuncta perluſtrant: donec illius captiuitate accepta nũtios ad Achæorum oppida dimiſere. qui per magni eam infelicitatem facientes, virum ex Meſſeniis miſſa legatione repoſcere decreuerunt: exercitũ interim apparantes. Hæc quidem apud Achæos agebantur. At vero Dinocrates Philopœmeni tempus q̃maxime ſalutare metuens: vt Achæorũ apparatibus anteuerteret: vbi primũ intendentibus tenebris Meſſeniorũ vulgus abſceſſit, carcerẽ aperit: ſeruum publicũ intromittit: venenũ afferre iubet donec illud eporarit præſentem aſtare mãdat. Philopœmen chlamyde obuolutus decubabat: non ſopore quidem: verum triſtitia & mẽtis æſtu tenebatur. Lumen itaq; & hoſtem propius cum veneni calice adſtantem conſpicatus: ſiquid de equitibus præſertimq; de Lycorta audiſſet, cum percõtarat. Reſpondẽte homine euaſiſſe q̃plures, capite anteiuit: & comiter intuens hominẽ recte ingt dicis: ſi omni exparte nobiſcum infeliciter actum non eſt. nec alia emiſſa voce, venenum hauſit: & iterato recubuit: nec vlla potioni perturbatione exhibita, ſtatim adiuuante mormo ex.inctus. Quum primũ ad Achæos de Philopœmenis interitu perlatum eſt: publicus mœror & luctus ciuitates habuit. Qui per ætatem ferre atma poterãt, ſimul & vrbiũ primates Megalopolim cõuenientes, nullam vindictæ moram facere: ſed delecto imperatore Lycorta fines Meſſeniorum ingreſſi, cuncta ferro igniq; peruaſtant: donec concordi conſilio ciuitas Achæos acciperet. Dinocrates hoſtilem occupans ſequitiam, necẽ ipſe ſibi, cõſciuit. Quicunq; occidẽdo Philopœmenẽ aſſenſum tribuere, vltro vitã finiere. Quiſquis eũ torquendũ eſſe cenſuit: eum Lycortas in vincula cõiecit. Poſtq̃ vero eius cadauer combuſtum eſt: compoſitis in vrna reliquis, caſtra mouerunt: nõ quidẽ confuſo aut temerario incedendi ordine: ſed triumphali quadã & victrici pompa ſacris parentalibus immiſta. Cernere erat eoſdem & coronis ornatos & lachrymis afflictos. Colligari ſubinde ducebãtur inimici. Vrna præ coronarum & * ceniarum quaq; verſum pendentium multitudine, vix apparebat. Hanc ferebat imperatoris filius Polybius circũſtantibus Achæorum viris primariis & excellentiſſimis. Milites armis inſignes ornati ſequebantur equis, neq; vt intanti viri luctu mœrẽtes: neq; vt in victoria exultantes. Ex me diis vrbibus & vicis multi mortales obuiam perinde ac ab expeditione reuertẽti prodibant: & be-

Euãdiri tumulus.

Nabyde.

Theſaurus locus.

Philopœmenis mors. Lycortas. Dinocrateſ necẽ ſibi cõſciuit.

niuole salutato; vrnã attingẽtes Megalopolim frequẽti comitatu deducebãt. Vt vero grandiores natu: mulieres. ac pueri sese aduentantibus immiscuerũt: luctus vniuersi exercitus, suspiria, querimonia, vociferationes ad vrbem vsq; perueniebãt: præ desiderio casus hominis acerbissime ferentes: simulq; cum Philopœmenis iactura, & maiestatem & fastigium dignitatis inter Achæos tenuisse reputantes. Sic pro meritis, summa cũ gloria humatus est: circa monumentũ Messeniorũ. Captiui lapidibus obtriti sunt. Quũq; statuæ illius permultę & ingentes pro ciuitatum decretis honores extarent: Romanus homo in euersione Corinthi cunctas diruere conatus est: illum nõ secus ac superstitem Romanoꝝ hostem atq; maliuolum insectari gloriabundus. Verum eius rei disseminator rumore, ac multa incalũniatorẽ referẽte Polybio, neq; Manius neq; legati honores clarissimi viri deleri passi sunt: tametsi maxima Tito & Manio ĩpedimẽta infestus obiecisset. Etem̃ illi a cõmoditate virtutẽ, & honestũ (vt parerat) ab vtilitate recte ꝓq; officio distinxerũt: quũ his qui de nobis benemeriti sunt, mercedẽ & gratiã ab ipsis in quos beneficia collata fuere: bonis aũt decus & honorem a bonis referri debere existimarent. Et de Philopœmene quidem hactenus.

¶ TITI QVINTII FLAMINII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

Philopœmeni. T Quintium Flaminium cõparamus Is quali statura fuerit, ab ærea licet imagine cerni: quæ Romæ apd̃ Apolinẽ magnum e Carthagine aduectũ cõtra Circũ posita est græcis inscripta literis. Natura vero ad iram & gratiã celer fuisse traditur: haud tñ ad vtrãq; rem similis. Nam in punĩẽdo mitis ac minime pertinax: ad gratificãdum efficax & assiduus: qbusq; beneficia cõtulerat, perinde ac recepisset, ꝓmtus & perpetua beniuolentia affectus: ꝙ ii rem pulcherrimã colẽdi cõseruandiq; causa essent. Honoris & gloriæ cupidissimus: præstantissima quæq;, atq; eadẽ maxima ipse agere volebat: longe magis beneficium affectantibus, q̃ erogãtibus gratulari solitus: ꝙ illos virtutis materiã, hos autẽ gloriæ competitores duceret. Cæterum quũ multa & ingentia Romanos implicarẽt bella: statimq; ab ineunte ætate iuuentus ad res bellicas instrueretur: Titus mores ac disciplinã assequutus militarẽ: tribunus militum sub Marcello consule, in eo quod aduersus Annibalẽ gerebatur bello, primam egit militiam. Postq̃ vero Marcellus per insidias mortẽ oppetiisset: capto iterum Tarento, Titus eius prouĩciæ præfectus creatus, plurimũ gloriæ: splendorem vero, minus in administranda iustitia q̃ bello comparauit. Quamobrem ad duas colonias alteram Narniam, alteram Consam deducẽdas, princeps delectus est: quæ res ad medias quasdã & iunioribus tribui consuetas dignitatates omittendas, tribunatum videlicet, præturam, & ædilitatem, illum extollebat: statimq; in petitione consulatus prona in se habuit suffragia. Fuluius tamen & Manlius tribuni plebis ei magnopere resistebant: iniquum esse asserentes iuuenem virum ad vsurpandam summam dignitatẽ præter leges irrumpere: q ad sacra reipublicę mysteria necdũ initiatus accesserat. Ea propter senatus sententiam reiecit ad populum. At populus Titum euestigio triginta nõdum annos natum cõsulem cum Sexto Elio designat. Aduersus Philippum ac Macedones bellum sortitus est. In quo deligendo, Romanis idcirco rebus fortunæ fauor aspirauit: ꝙ græci homines nõ tam bello ac viribus, q̃ facundia & comitate, vincendi captandiq; erant. Quippe Philippo quum ad propulsandam pugnam sat esset Macedonicus principatus: ad inferendum etiam ipsa græcorum potentia suæ omnino phalangis instrumentum, durante bello, vires: sumptus, impensam refugiumq; suppeditabat. Nec ꝓfecto: nisi disiunctis a Philippo græcorum auxiliis, in eo bello vnius prælii opus extitisset. Græcia quoq; necdum Romanis inclinata, rebus tum primũ gerẽdis implicita: nisi fru-

Titi Quitii qualis fuerit natura.

Titus cõsul creat⁹ cum Sexto Elio.

gi natura ducē eloquētia magis q̄ viribus fretum, quiq; oratione ac lepore tum monēdo tum audiendo homines alliceret, & iustitiæ rigorē seruaret, nacta esset: nō facile pro suis alienigenā optasset principatum. quæ oīa in eo extitisse viro sua gesta declarant. Cęterum quū superiores audisset imperatores tum P. Sulpitium, tum P. Villium tarde in Macedoniā profectos, lente quoq; bellū administrasse: eosq; modo p locis, leuibus prāliis, modo pro viis inter frumentandum a Philippo fusos: non eos duxit imitandos. Ii enim quū oēm ferme annum dignitatibus & officiis reip. domi consumpsissent, ad belligerandū postmodum sese contulerant. Titus sui cōsulatus annum partim domi, partim militiæ nequaq̄ ducēdum ratus, vrbanos magistratus ac dignitates omisit: fratrem Lucium classis præfectum a senatu sibi in ea expeditione dari impetrauit: deinde ex iis qui in Hispania cū Hasdrubale cōflixerāt: Annibalemq; in Aphrica, Scipionis auspiciis: pfligauerāt: lectis tribus milibus adhuc ætate robustis & ad dimicandum impigris: tutus in Epirum traiecit: vbi Publium cū copiis aduersus Philippū meratū offendit. Cōtra Philippus vbi Apsus irrumpit fluuius pro statione dudūm tenuerat angustias: & ne Publius egregium quicq̄ efficeret: impedimē to erat locorum asperitas. Titus autē simulatoq; exercitum accepit: dimisso Publio: loca exploratu rus adit. Ea sunt vero minus q̄ tempe munita. Cæterū arbustoq; pulchritudo: quēadmodum illis: & spatiosa syluarū viredo: eaq; pratorum amœnitas nequaq̄ adest. inter magnos & celsos vtrinq; montes vasta pfundaq; vallis deducit: per quā cursu atq; celeritate par Peneo Apsus elabitur: qui oēm ferme radicem montis occupans præcipitē angustiamq; relinqt in ripa semitam. haud exercitui transitu facilis si pro statione teneatur oino insuperabilis. Erant qui circunducto per * Dassaritida penes Lyncum tramite habilem Tito aditum patefacerēt. Ille veritus: ne longius a mari sterilia & inculta ingressus tesqua, detrectante pugnā Philippo, rebus infectis quod & superiori duci cōtigerat, mare iterū ob cōmeatus inopiam coactus repeteret, summa ope contēdit per montis fastigia occupare transitū. At ea res nullum belli finem afferre: nihilq; conducere visa est. Siquidē Philippus quum cacumina phalāge teneret, obliquis vndiq; missilium atq; sagittarū ictibus Romanos petebat. Acri pugnā cōmissa saucii & exangues cadūt plurimi. Accedunt interea pastores quidam indigenæ qui per quosdā neglectos ab hostibus anfractus exercitum sese ducturos, & tertio demum die in summis constituere montibus polliceantur. Fidei vero cognitorem confirmato remq; prestitere Charopen Machatam. Is erat inter Epirotas homo primarius: plurima Romanis affectus beniuolentia: clam eis ob Philippi metum, fauens. Cui fide habita, Titus quendam ex tribunis militū cum peditum. iiii. milibus & equitibus trecentis mittit. Pastores illi reuincti præcedebant. Inter diu quidem per cauernas & loca syluestria taciti sedebant: noctu vero per lunā quę semipleno lucebat orbe, iter agebāt. Titus diebus quibus eos emisit, cessantem tenuit exercitum: adeo vt leuibus prāliis exciret hostem. Qua vero die prāmissi sese collibus desuper ostentare milites debebant: quum primū illuceret, vniuersos & grauis & leuis armaturæ mouet. Et tripartito agmine, ipse per angustū fluminis marginem rectas agēs cohortes, Macedonibus qui sese per rupes opposuerant, conseritur: cęteros qui duabus illati partibus per locorum asperitates impigre adoriantur, imittit. Exorto iam sole: fumus montanæ more calignis incretus pcul ascendens emergebat. Is hostes (eis enim a tergo erat) latuit: iāq; occupati montes erant. Romanis inter certandū laborandūq;, fides ambigua versabatur: spemq; pro cupiditate sumebāt. Postq̄ vero crescens magis atq; magis aerē denigraret: iāq; plurimis scandens socioq; ignis esse cernebat: sublato clamore acriter incumbunt: vt hostem ad superiora iuga pellerent: alii quoq; summis de collibus contra inclamitant. Quas ob res in fugā cuncti mox versi sunt. Et quia montis iniquitas vltra insecutuit: haud amplius duo milia cecidere. Romani rebus, seruis, castrisq; direptis, angustiisq; potiti, inde per Epirū ea modestia eaq; abstinētia trāscurrūt: vt quum pcul a mari ac nauibus essent: nec vnius fruges mensis haberent: nec emendi facultas adesset: ob eius causam regionis præda multifariam sibi tēperauerint. Philippus autem fugacis more Thessaliam percurrens, abductis quidē in montibus incolis vrbes incendebat: supellectilia vero quæ aut multitudine aut honore relinquebantur, militibus diripienda proponebat: ita vt quodāmodo Romanis regione cedere videretur. Hæc vbi Titus accepit: egregia quadam liberalitate milites obsecrabat: vt derelicta ab hostibus loca perinde ac propria peragrantes obseruarent: curarentq;. Cuius quidem prudētis consilii & optimæ dispositionis fructum mature sensere. Nam quum primum Thessaliam attigere: eis sese ciuitates sponte dedidere. Græci autem qui intra Themopylas sunt, spe ac desiderio afficiebantur ad Titum. Achæi Philippi societate repudiata, cum Romanis bellum aduersus Philippum gerere statuunt. Opuntii vero: quum eorum vrbem Ætoli recipere ac custodia tenere concupiscerent: q̄q̄ Romanorum arma iuuarent: eos aspernati sunt. Accito autem Tito statim se illius fidei cōmiserunt. Pyrrhus quum primum e specula ornatissimum Romanorum conspexisset exercitum: dixisse traditur: haud barbaricā sibi videri illam barbarorq; aciem. Eos quoq; qui obuiū primo habuere Titum, easdē emisisse voces oportuit. Ex Macedonibus enim audiuerāt barbarici ducem exercitus aduētare: qui armis cuncta posternēs, oēs in seruitutē detraheret. At postea virum

Philippus Macedoīq; rex.
Apsus flu.
Dassaritida Lyncus.
Charopes Machatas.
Titus Philippi exercitū in fugā vertit.
Cæsa duo milia Macedonum.
Opuntii.

ætatis flore virẽtem, aſpectu benignum, græca voce ac eloquentia ſuauem, & gloriæ haud inanis cupidũ cõſpicati: ob eius beniuolentiam mirum in modũ demulcebant. Cæteri ciuitates obeuntes, eius hominis ſtudio & amore vniuerſa cõplebãt: ꝙ eas iam libertatis ducẽ aſſequutas eſſe prædicarent. Poſtq̃ Philippum ad pacem inclinatũ audiſſet: habito cũ eo colloqo, pacem illi amiciamq; Populi Romani ꝓpoſuit: modo græcos ab eius ꝓſidiis liberatos ſuo iure legibuſq; viuere ſineret. Qđ oĩno Philippus factuꝝ ſe eſſe negauit. Apud eos q̃rum Philippi ſtudioſi erãt, vulgatũ eſt: Romanos nõ aduerſum græcos, ſed ꝑ græcis aduerſum Macedones bella geſturos aduentaſſe. Dehinc quũ cætera Tito trãquilla ſuccederent: in Bœotiã ſine vlla belli facie ꝓficiſcenti, primo res Thebanorũ obuiã ꝓdierant. Ii tametſi Macedonicæ partis per Bracchillelim eſſent: tñ pinde ac vtriuſq; fouẽtes amicitiã, Titũ honorifice ſalutatũ exierũt: quos dextra ꝓnſos benigne admodũ alloquut⁹ tit⁹, iter eũdã nũc ſũma cõitate percõtabat: nũc de induſtria nõnulla narrabat: quoad ex itinere ſeſe milites recipẽt. Hoc pacto vna cũ Thebãis vrbẽ ingreſſus eſt: quẽ, quũ id haud ſatis collibuiſſet, arcere tñ veriti ſunt: ꝙ nõ parua iã militũ man⁹ fuerat cõſequuta. Titus artũ pinde ac ciuitatẽ in poteſtate nõ haberet: ꝓſuadere Thebanis cœpit: vt eos ad ſuſcipiẽdam Romanoꝝ ſocietatem induceret. Ad idẽ quoq; faciũdum quũ rex Attalus orãdo Thebanos pelliceret: ſupra ſenectutis vires ſuã indicẽdo potẽtiam, ꝑ quãdã laudis & gloriæ cupiditatẽ, oſtẽtare conatus, ſubita inter orandũ capitis vertigine aut humoris deſcenſu correptus amiſſis ſenſibus cõcidit: paulo poſt nauibus relatus in Aſiã ſupremũ vitę diẽ obiit. Thebani Romanis cõceſſere. Poſtea Romã exeuntibus a Philippo legatis, ſuos quoq; Titus mittit: q durante bello tps ſibi ꝓgari ab ſenatu impetrarẽt: aut ſaltẽ ab eo pacẽ fieri decernãt. Is cm̃ honoris ꝓcupidus, ne alter ſuffectus ad bellũ ĩperator, ſuã illi gloriã interciꝑet, magis atq; magis verebaꝫ. Cæteꝝ quũ eius amicorũ opa Philippus ex his quę poſtularet nihil impetraſſet: eius adminiſtratio belli ac imperiũ Tito demandatur. Qua de re, vbi ſenatus decretũ accepit: ſpe elatus ſtatim in Theſſaliam ad debellãdũ Philippũ cõcitatus eſt: ſupra viginti ſex milia hoĩum habẽs: ex qbus peditũ qdem ſex milia, egtes vero quadrigentos tradiderant ætoli. tantus ferme Philippi exercitus: Poſtq̃ vero ad Scotuſſam caſtris caſtra collata ſunt: vbi futurũ erat vtriq; periculũ, nõ vt fit trepidare ducẽs inuicẽ: ſed impetu magis & glorię cupiditate cõpleri. Romani Macedones quoq; in fortitudine ac virtute plurimũ ꝑ Alexandrum nomen erat, vincere cõtendebãt. Macedones ſi Romanos quos certe Perſaꝝ fortiſſimos artitrabant, ſupaſſent: clariorẽ Alexãdro Philippũ ſe demõſtraturos eſſe ſperabãt. Titus igit̃ milites ꝑ cõcione hortari: vt fortes ac ſtrenui forẽt: eos in Græcia pulcherrimo qdem orbis terraꝝ ſpectaculo, aduerſus præſtãtiſſimos iãiam decertaturos hoſtes. Philippus ſeu forte, ſeu opera dedita, buſtũ quoddã excelſum, qđ extra vallũ ꝓminet intrẽpeſtiuus aſcendit: ex eo priuſq; pugnã iniret de more ad cõcitãdos ſuorũ aĩos cõcionem orſus. Quæ res vbi ditũ aĩs ac triſte obiecit auguriũ: turbatus ea die prælio abſtinuit. Poſtridie ante ſolis ortum ob mollem ac humidũ eius noctis auſtrũ verſis in caliginẽ nubibus, ꝓfundę cãpos compleuerãt tenebræ, ſummis quoq; de mõtibus inter ambos castra craſſus delabebatur aer: qui mox inchoante die, locorũ faciem obduxerat. Quaꝑ pter qui ſpeculãdi & inſidiãdi gratia vtriq; ꝓdierant: mox inuicẽ illabentes, prẽlium acre cõmittunt: vbi nunc Canis capita appellãt. denſi enim tumuli & parui mutuo colles prominẽt: quibus ex formæ ſimilitudine id nomẽ extat. Quum interlocoꝝ inigrates varię nunc fugãdo nunc fugiẽdo fierent mutationes: laborantibus cedentibuſq; e caſtris amborũ immitebãtur auxilia. Quũq; in clareſcente iam aere, quæ geſta ſunt cernerẽt: tota ſignis ſigna cõferunt. Philippus qui dextro præerat cornu, ad teſtudinem ſtructa phalange, e ſuperioribus locis enixe cõtra Romanos inferẽt: cuius grauiſſimum impetũ nec ipſi Romanoꝝ ſtrenuiſſimi ſufferre poterant. Interea quum ob locorum aſperitatem & montis iniqui iuga, cõſtare phalanx, & denſa prodire acie (qua in re totius agminis vis roburq; cõſiſtit) nequiret: turbari ac diſpergi ſiniſtrum cornũ cœpit. Qđ vbi Titus animaduertit: deſperata aliorũ victoria, huc ſuos acerrime cõcitat. Quippe Macedonibus vt virum viro conſererent, impedimẽto erat armoꝝ onus. Phalanx enim quoad mẽbra cõiuncta perſtant: & teſtudinẽ vno conſeruat ordine: ſicut inuictũ quoddã animal ſuas gerit vires. Cęterum ea diſſoluta cõpage, vniuſcuiuſq; robur ac fortitudo, propter armaturæ genus, amittũtur: quæ prius connexis mutuo partibus vehemẽter pollebãt. His igitur verſis, Romani alios fugientes inſectari: alios inter pugnãdum diſcurrẽtes ex obliquo truncare. Quæ res ita victores Macedones profligauit: vt repente pectis armis fugam capeſſerent. In eo prẽlio octo milia hoſtium cecidere: circiter quinq; capta. Ætoloꝝ vero culpa Philippum euaſiſſe contigit: qui Romanis adhuc hoſtem inſequentibus, prædę ſeſe ac diripiendis caſtris accinxerant: ita vt redeuntes illi nihil offenderint. Quamobrẽ grauiſſimis inter ſe contumeliis tum primũ diſcepꝛarunt: ita vt mœrore deinceps Titum angere nõ deſiſterent. Sibi totã eius victorię laudẽ adſcribere: græcoſq; ita rumoribus occupare: vt quũ poęræ id facinus celebrarent: primos ætolos ſuis carminibus ſcriberent. Ex quibus hoc per cunctoꝝ ora volitabat epigrãma. Fletibus & buſto indecores terdena viator Theſſali oppetimus milia in hoc tumulo: Marte ſub ætolum domiti & virtute Latinum: Quos Titus immẽſa

Attali interitus.

Exercitus habẽs. xxvi hominum milia. Scotuſſa.

Prælium iter Philippũ & Titum.

Cæſa octo milia hoſtium & qnq; capta a Tito.

duxit ab Italia. Emathiæ cladem trux ſpiritus ille Philippi Ceruorum curſu præpete lapſus abit. Hæc Alcæus in Philippi vituperium edidit: in quibus & cæſorum numerum mentitus eſt. Ea cũ paſſim canerentur: Titum q̃ Philippum acrius irritabant: qui Alcæum carpens, hoc carmen ſuis adiecit elegis: Frondibus & veteri libro nudata viator, Celſa ſit Alcæo crux ſita in hoc tumulo. Hæ res Titum qui comparandæ ex græcis gloriæ ſummo ſtudio tenebatur, non mediocriter afficiebant. quapropter neglecti ætoli in poſterum, quum ipſe per ſe bellum gerere ſtatuiſſet, graiter tulere. Poſtea quum per legatos ſecum de pace Philippus ageret: cæteras ætoli ciuitates obibant: pacem Philippo venundari clamitantes: quum funditus bellum excindere, & ipſius delere imperium liceret: qui vniuerſam ſeruitute græciam oppreſſerat. Hiſce rumoribus quum ætoli ſocios perturbaſſent: ad firmãdas pacis conditiones accedente Philippo: omnis exempta ſuſpitio eſt. Poſtq̃ enim ſe ac Regnum Titi & populi Romani poteſtati cõmiſiſſet: ictum fœdus eſt: vt Titus ei regno Macedoniæ reſtituto: ab Græcia iuſſit abſtinere: mille talẽtis tributi nomine: & præter decem naues: vniuerſa claſſe mulctatũ. alterũ ex liberis eius Demetrium noſe obſidẽ ſuſceptũ Romã miſit. Quo quidẽ facto: ipſum cõmodiſſime vſum tẽpore & impẽdẽtibus occurriſſe piculis liquet. Rex enim Antiochus quũ poſt res ab ſe magnifice geſtas, ingẽti parta gloria: & viribus auctis: ad cunctoꝝ principatũ oculos adieciſſet: tum vero vehementius aduerſus Romanum inſurgeret imperium: Annibal Carthagine pfugus: Romanoꝝ inimiciſſimus: ad eum pfectus eſt: quẽ per ſe alioqui abunde pſuaſum ad pſequendũ fortunæ fauorem & affluentis potẽtiæ cõmodũ: aſſiduis incitabat ſtimulis. Qubus acuteac ſapienter præuiſis: niſi Titus ad cõponẽdam pacẽ animum inclinaſſet: verum intra Græciam: cõtra Romanos: Philippus antea ſibi pro cõmuni cauſa belli ſociũ aſciſſet Antiochũ: qui ea tẽpeſtate duo maximi ac potẽtiſſimi reges erãt: pfecto nõ minora q̃ ſecũdi belli punici tpe certamina piculaq; Romanis ipẽdiſſent: reſtabãt. Nũc vero quũ vtriuſq; belli mediam: & per opportune quidem: pacem Titus interieciſſet: ita vt priuſq̃ qd aduentabat: in choaretur: prælens abſcinderetur: factum eſt: vt extrema quidem ſpe Philippum: prima autẽ pritaret Antiochum. Inde decẽ ab ſenatu miſſi legati Tito cõſulebant: vt cæteris libertati priſtinæ reſtitutis: Corinthus: Chalcis: ac Demetrias præſidio impoſito ſeruarentur: quo turiores aduerſus Antiochum eſſent. Tunc ætoli per ciuitates apertis calumniis prorumpebant: Soluit Titus inquint Græciæ cõpedes. Predictas nãq; vrbes eo nomine Philippus appellare ſolebat. Græcos quoq; percõtabãtur: ſi nunc grauiora quidem aut leuiora q̃ olim vincula collo geſtantes gaudeant: & Titum perinde ac beneficũ admirari pergãt: qui ſolutis Græciæ pedibus, ceruicem nodo perſtrinxit. Quas ob res Titus grauiſſimo dolore cõpunctus, legatos crebris induxit ſcibus: vt ab his etiã ciuitatibus, quo pleniſſima gratia & accumulatũ foret beneficiũ, deducere ꝓſidia liceret. Itaq; dũ agerentur Iſthmia: & frequẽs hoium cõuentus ad ludorũ ſpectaculũ conſediſſet: vt pote diuturnis laſſata bellis Græcia in ſpem libertatis pacẽ feſtis celebrante diebus: iuſſo per tubæ ſonum ſilẽtio, proceſſit in mediũ præco: itaq; proclamauit: Senatus Populuſq; Romanus, ac Titus Quintius imperator & cõſul rege Philippo & Macedonibus debellatis, ſine cuſtodiis, liberos, immunes ſuo iure viuentes fore permittunt Corinthios, Locros, Phocenſes, Euboicos, Achæos, Phthiotas, Magneſios, Theſſallos, * Perębos. Principio quidẽ quum nõ ad oẽsea vox aperte pueniſſet: * ingẽs motus eſt in theatro fremitus mirãtiũ inter ſe hoium: dictaq; ſciſcitantiũ, & pnũtiari rurſus orantiũ. Iterum ſedato tumultu: præco ita clara pronũtiauit voce: vt per vniuerſos eius prẽconii clamor ierit: ob cuius rei claritatẽ im mẽſus quidã & incredibilis ſtrepitus ad mare vſq; delatus eſt. Nulla inde certatorũ habita mẽtione, cuncti aſſurgunt: ſtudioq; proſiliunt: & Titi dextram amplexãtes, ipſum Græciæ ſotera ac defenſorẽ ſalutabãt. Tunc id qd ſæpenumero de immẽſa vocis magnitudine cõmemorari ſolet, cernere erat. Corui enim q̃ forte ſuperuolabãt: in ipſum decidere theatrũ. Cuius rei cauſa cõſciſſus aer extitit. Nã quũ vox pmagna editur: ipſius vi diſſũctus aer nullã volantibus firmitatẽ exhibet. Verum quũ ideirco lubricus factus ſit: aues perinde ac ad inane puenerint, delabũtur: aut mediuſſidius e clamoris ictu, tanq̃ ſagitta quadã ſauciẽ, exanimes cõcidunt. Poteſt & quidã aeris, ſicut & pelagi, vortex eſſe: qui violento circumagat impetu. Titus tãtę multitudinis frequentiam concurſũq; proſpiciens, niſi mature ſe ſubduxiſſet: tot vndiq; ſimul inundantibus, profecto ſuperęſſe nequiſſet. Qui vbi ingruente iam nocte circa Titi tabernaculũ clamore deſtiterũt: amicos aut ciues prę gaudio obuios ſalutabant: amplexabantur: ad cœnas vnã potuſq; vertebãt: tũ lætiores, vt fit, longos de Græcia ſermones edebãt: quæ libertatis gratia tot confectis bellis, nondũ illã iucundius aut ſtabilius eſſet conſequuta. Nunc autem ali os nacta propugnatores, nullo ferme cruore aut luctu, præſtãtiſſimũ bellorũ præmium vendicauerit. Nam quum inter homines fortitudo atq; prudẽtia perrarũ quiddã exiterit: tum ex cæteris honeſtatis partibus longe rarior iuſtitia fuit & æquitas. Siquidem Ageſilai, Lyſandri, Niciæ: Alcibiadę bellum quidem adminiſtrare: & terra mariq; dimicantes vincere norãt: ſuas autem victorias ad generoſum gratificandi & honeſtatis vſum accomodare neſciebant. Nam præter res Marathone geſtas: bellum nauale Salaminæ: Plateenſe pręlium: Thermopylarũ: Eurymedontis: & Cyprica Ci-

Alcęus poeta.

Fœdus a Tito cum Philippo Macedone ictum. Annibal.

Corithus. Chalcis. Demetrias.

Iſthmia feſta. Libertas græcis ciuitatibus a Tito data.

Corui ſupuolantes in medio decidũt theatro: vocib⁹ magnis cõſciſſo aere.

Rariſſimũ inter homines fortitudo & prudẽtia.

monis opera, vniuersas Græciā pugnas ad ipsius seruitutē pfecisse constat: & vnūquodq; trophæum in sui pernicie ad dedecus extitisse: ipsamq; suoq; improbitate ducū, & mutua eoꝝ contētione sępissime fuisse subuersam. At homines exteri paruā secum necessitudinē & perexilē prisci generis cōmunicationē habentes: ex quoꝝ verbo aut consilio vllā ad græcos cōmoditatē peruenisse mirādum est: ipsos maximis adeo laboribus ac periculis & grauissima tyrannoꝝ ditione liberarunt. Talia per græcos colloquia manabant: mox rebus consentanea fuere præconia. Simul enim Titus Lētulum ad liberandos * Bargyliatas misit in Asiam: Tilium in Thraciam: vt ex oppidis ac insulis Philippi præsidia submouerent: Publius Villius vt cū Antiocho pro liberandis græcis quos oppressérat ageret, traiecit. Titus Chalcidē profectus, inde in Magnesiam nauigans, explosis custodiis rerum gubernacula publicaꝝ suis restituit populis. Ad celebranda penes Argos Nemea: ludorum pfectus designatus, & magnificētissimum edidit apparatum: & ibi rursus græcis libertatē præconis voce pronuntiauit. Ciuitates obiens legū sanctitatē iustitiaq; cōstituere: illas mutua simul beniuolentia & charitate conciliate: discordias ac seditiones sedare: exules reducere. Quibus rebus nō minus q̄ victis Macedonibus lętabatur: ita vt iam pro cæteris beneficiis, perq̄ minimū accepta libertas censeretur. Xenocratē philosophū quum olim ad carcerē publicū pertraherēt: ex ipsorum manibus. Lycurgus orator eripuit: dehinc in eos ex ipsa petulantia grauiter animaduertit: postmodum quum in eius filios aliquādo Xenocrates incidisset, dixisse fertur: filii optimas genitori nostro gratias reddo: eius enim opera laudibus vnusquisq; prosequitur. Tito autē & Romanis: nō modo laudibus, verū ēt fide ac porētia dignæ grates agebantur. Nō solū enī accedētes eoꝝ ptores lętę excipiebāt: sed excitæ vltro ciuitates & ppli, suę seditiōi debebāt. Reges quoq; quū alioꝝ regū iniurijs violarentur: ad Romanoꝝ confugiebant manus. Quāobrem factum est: vt diis iuuātibus, mature cuncta Romano subderentur imperio. Cęteꝝ Titus Græcię libertate gloriari admodum solitus: quū argenteos clypeos, suāq; Delphis parmā affigeret, ita iussit inscribi: Clara Iouis soboles studium quā mulcet equoꝝ: Spartani reges tyndareumq; genus. Hoc Titus æneades summo vos munere donat. Quo duce libertas oppida græca tenet. Apollini quoq; aureā iponens coronā in hunc modū inscripsit. Hæc tibi Latonæ stirps o præclara corona Aurea cæsariem contegit ambrosiā: Quā Titus æneadū dux ingēs attulit: ipsi Da pharetrate vito fortia gesta cani. Iā p Isthmiorum celebritatē terrā Græciā pristina libertate donatā suisq; restitutā legibus, Corinthioꝝ ciuitati bis saltem aspexisse cōtigit. Primū quidē voce præconis a Tito: quēadmodum superius enarratum est: & æta te nostra iterum a Nerone: dum is in foro Corinthi e suggesto concionem habuisset ad populum. Verū hæc posterius. Titus quum aduersus Onabin pniciosissimū flagitiosissimūq; Lacedæmoniorum tyrannum, longe pulcherrimum atq; iustissimū bellum inchoasset: græcos ad extremum sua spe fefellit: q; quum eum capturus existimaret, haud voluit. Verum icto secum fœdere, Spartē indignissima seruitute cōpressam omiserat: seu veritus ne diutius durāte bello alter ex Roma succedēs imperator suā illi gloriā interciperet: seu Philopœmenis honoribus æmulus & cōtentiosus. Dum enim Philopœmen vir quum cæteris in rebus græcoꝝ strenuissimus, tum in eo bello per quædā audaciæ & fortitudinis opa clarissimus, æqualē Tiro gloriā & pares in theatris honores apud Achęos consequeretur: nimirum Titum dolor angebat: indignissimum existimantē: vt Archas homo finitimorum ac exiguorum dux bellorum, similes Romano consuli & Grecię ppugnatori laudes decusq; vendicaret. Verūenimuero Titus aliā pro hisce rebus excusationem afferebat: cernere se nō sine magno Spartanoꝝ exitio perditum iri tyrannum. Achęi postq̄ honores illi cōplures decreuissent: nullus profecto suis adęquari posse beneficiis videbatur: vnico dūtaxat excepto munere: qđ ei prę vniuersis chaꝝ acceptūq; fuit. Id autem est huiusmodi. Romani acceptis ab Annibale cladibus, quum vęnundati & per varia dispersi loca seruirent: mille & ducenti in Grecia versabantur. Ii ex eo casu quum semper miserabiles, tum vero eo tempore magis: quum isti quidem filiis, alii fratribus, alii familiaribus, & quod acerbius est, serui liberis, & captiui victoribus occurrerent. Titus q̄q̄ molestissime ferret: haud tamen illis quēq̄ priuandum esse dominum iudicabat. Achęi quum eos minis quinq; collatis in capita redemissent: coactos vnum in locum vniuersos cōscendenti naue Tito reddidere. Quapropter summa Titus alacritate discessit. Pulchra nimirum hęc clarissimorum operum prędia amplissimum virum, ciuem ornatissimum, & amantem patrię decent. Ea res illius triumpho maximum artulisse splendorem videtur. Ii enim, qui mos seruorum est quum libertate donantur, rasis capitibus, pileari in triumpho Titum sunt cōsectati. Speciosius vero spectaculum longo transmissæ ordine prębebant eximię Greęæ Cassides, Macedonicæ Peltę, & Sariss̄ę. Grandē quoq; pecuniæ vim in eo triumpho translatam Hycanus perhibet: defecati auri pondo tria milia septingenta tredecī: argenti quadragintatria ducenta septuaginta: aureos philippeos. xiiii. milia. d. xiiii. Prętera mille talenta: quę Philippus tributi nomine debebat. Ea in posterum Romani Tito præsertim opitulante ac persuadēte remisere Philippo: & cum eo decreto senatus sociętatem iunxere: filium quoq; obsidem absoluerunt. Inde quum Antiochus in Græciam ingenti classe & magnis copiis traiecisset: ciuitates ad defectionem sollicitatas seditionibus perturbabat

Nemea.

Xenocrates philosophus.

Tito quātę a græci sagerent gratię.

Onabis tyrannꝰ Lacędemonioꝝ flagitiosissimus.

Ariſtidis Oratio ad Tegeatas & milites ſuos.

ſtides aſſurgens tali oratione vſus eſt. De nobilitate atq; fortitudine Tegeatis reſpondere mihi per hoc tempus non licet: vobis autem Lacedæmonii & reliqui Græci, qui nunc adeſtis: dicimus quoniã locus nec virtutẽ prẽſtat, nec adimit, quã vos nobis in acie partẽ dederitis, eã inſtruere ac tueri conabimur: ne rebus antea fortiſſime geſtis dedecori ſimus. Venimus enim huc nõ vt ſeditio

nibus cū sociis conflictemur: verū vt sociorū cā cū hoste signis collatis decertemus: nec vt parētes vestros solū, sed vt nosipsos laudibus celebremus: & Græciæ hodierna die strenue nauemus operā, in hoc certamē descēdimus: in quo talē ciuitatē, imperatorē, militē pstituri sumus: qualē græco nomine dignū putare debemus. Secūdū Aristidis oronē iperatores & qui in cōcione aduocati erant, ad Athenienses inclinauere: & eis alterē cornu contulerūt. Per id tps quū res Græciæ fluctuaret: & Athenienſiū ſtatus multis obnoxius periculis eſſet: homines locupletiſſimi & clariſſimo loco nati, quū belli cā in egestatē incidiſſent, nouaq; reip cupidi facti ſunt. indignabanē enim: quū gloriam & potentiā qbus in ciuitate aliqñ floruiſſent, abſumptis ac ex hauſtis opibus ſuis, periſſe: & ad nouos hoſtes, ſpectatiſſimos deferri magiſtratus cernerēt. Quāobrē Plateis quodā i domicilio frequētes occulte conueniētes in populi perniciē cōiurauerūt: qđ niſi ad ſuū ſenſum ſuccederet, res diſturbare & Barbaris pdere cōſtituerāt. Dū hæc in exercitu agūtur: & huius mali cōtagio latius ſerperet: ad Ariſtidē eoq; oium quæ acta erant indiciū delatū eſt. Qui vbi hunc nūtium accepit: tpis conditione ſollicitus, nec rē tā fœdā negligere, nec prorſus detegere cenſuit: vt ad multitudinē quoq; ite, ſtina hæc diſcordia diferretur, iuſtā magis q̄ vtilē rōnem veſtigauit. Ex multis octo tantū compārē ſis, ſolū in Æſchnē Lampreū, & Agiſiam Acarnaniū duos cōiurationis principes iudiciū latū eſt: qui raptim ex caſtris diffugiebāt. Cæteros q̄n ea noxa erant dimiſſos bono aio eſſe voluit: eis quoq; vt qui erratū ſuū obſcuraē crederēt, pœnitendi locū religit adiecitq; hoc præliū iudicē futurū: quo ipſi bene de patria meriti ab eis ſic accuſationibus recte ac iuſte liberarētur. Poſt hæc Mardonius, qui plurimū Græcis pſtare videbatur, collectū equitatum in hoſtes immittēs eoq; aios tentabat: qui oēs radicē Cithęronis munitū ac petroſum locum, præter Megarenſes inſederant. Iitribus milibus militū frēti campeſtri loco caſtra poſuerant, quo factū eſt: vt temeritatis ſuæ pœnas darent. Nā frequētē in eos ingruentem equitē, & impetum vndiq; facientē quū ſuſtinere non poſſent: Pauſaniam per nuntiū orāt: vt integris ſubſidiariis copiis in præliū ſubmiſſis: pulſos accedētes & Barbaroq; multitudine turbatos tueretur. Pauſanias ea re audita anceps fuit: cernebat ſiquidē Megarenſiū caſtra ob miſſilium ac ſagittaq; denſitatē, quaſi e proſpectu adēpta: eoſq; confertos paruū in orbē coactos: qbus phalanx Spartiataq;, quæ grauis armaturæ eſſet, eqtibus hoſtiū incūbentibus, opē ferre non poſſet. Quocirca cohortū pfectos & duces (multis enim ſtipatus erat) virtutis & honoris cupiditate incēdit: vt tunc ſponte cum hoſte certarēt: & redintegrata pugna recēti milite ad auxiliū Megarenſibus ferēdū, pcurreret. Cæteris ob diſcriminis magnitudinē certamen detrectātibus, Ariſtides Athenienſes id facturos in ſe recipit. Olympiodoq; igitur vltra oēs cohortum pfectos manu prōptiſſimū ſtatim mittit: qui trecētis lectiſſimis militibus & permiſtis ſecum ſagittariis ꝓpoſitus erat. Iis mature paratis ad ſeruādos ſocios curſu pperātibus, Maſiſtius iterbaros pfectus equitum vir fortitudine admirabili & magnitudine ac pulchritudine corporis ſingulari, vt aiaduertit: in eos verſus ſubditis calcaribus, q̄ cōcitatiſſimum equum imittit. cuius impetum excipiētibus, collato Marte primaciter pugnatum eſt: Acrius etiā nitebātur: qa hoc pñi certamine de ſumma rei experimētum erat. Ruens autē equus ſagitta ſaucius, Maſiſtium præcipitē ad tertā dedit: qui onere armoq; iacens amoueri nequibat: & incūbētibus Atheniēſibus, ac manu cædentibus, vix contrectari poterat: adeo pectus: caput: pedes: auro: ære: ac ferro munierat. Hunc tamen quū quis eam galeæ partē quæ ſupereminet oculo aduerſa lancea peuteret, occidit: cæteri Perſæ dimiſſo cadauere, fugam cepere. Tum deprehēſum eſt rem egregie geſtā eſſe: nō multa hoſtium occidione (pauci enim ceciderāt) ſed luctu ac clamore Barbaroq; audito. nam Maſiſtii obtruncati dolore: ſeipſos & equos ac multos tondere: & ciulatu ac planctibus cāpos implere. Quibus tēpore nō poterāt: quū poſt Mardoniū, virū virtute ac potentia præſtantiſſimū, tumultuario illo prælio perdidiſſent. Poſt equeſtrē pugnā multos dies vtrinq; nihil actū eſt. Vates. n. ex ſacris: & Perſis & Græcis victoriā quidem pollicebātur: ſi ſe defendendo rem tranſigerent: laudem aūt, ſi primi certamen inirent. Sub idem pene tps Mardonius quū paucoq; diex cōmeatus ſupereſſent: quibus aleret tantū exercitum ac ſuſtineret: contra Græcis frequens quotidie multitudo coniungeretur. Mardonius inquā hæc ſecū agitans animo: nō amplius cunctādæ ſed maturandæ rei conſilium capit. Itaq; prima luce Aſopū tranſgrediens: Græcos tale nihil expectantes adoriri ſtatuit. Ducibus qđ facto opus erat prima veſpera imperatū. Media vero ferme nocte: magno ſilentio eques ad exercitum Græcoq; venit: militibus qui pro ſtatione caſtroq; cuſtodias habebant obuiā factus iubet: vt colloquēdi ſibi cum Ariſtide poteſtas fiat. Cui vocato & q̄ primū prodeunti dixit: Alexander Macedo ſum: qui pro mea erga vos beniuolentia maximū diſcrimen ſubiturus timui: ne ſubito hoſtiū inſultu vos perturbati minus integris viribus dimicetis. Mardonius cras de ſumma rei vobiſcum ſignis collatis dimicabit: nec vt rem maturet vlla bona ſpes aut audacia facit: ſed vlterius prorogādi tps rex; inopia non ſinit. Vates etiā diris oraculis ne prælium ineat cohibēt: & exercitus oīs mœrore ac ſtupore confectus eſt: ſed eo neceſſitatis ventū eſt: vt vel audendo fortuna tentāda: vel diutius ſtando extrema fames expectanda ſit. Hæc quum dixiſſet Alexander, Ariſtidem orabat: vt ipſe conſcius memoria teneret: & neminem particip̄ faceret. Cui tūc Ariſtides: iniquū eſſe Pauſaniam

Ariſtides q̄ prudētia ſe ditionē ica ſtris ortam ſedauerit.

Pugna eq̄ ſtris inter Græcos & Barbaros.

Olympiodor⁹ cohortis pfectus. Maſiſtius Barbarorū præfectus. Maſiſtius equo pceps labit & occiditur. Perſæ infugā verſi.

Aſopus fluuius. Alexander Macedo nocturnus eq̄s Græcosmonuit vt ſe in craſtinū cōtra Mardonium accingerent.

cui ſumma rerũ cõmiſſa erat: hæc ignorare: cum cæteris autem nullũ ſe ante pliũ verbum factum: at ſi vicerint (qđ dii faxint) oibus Alexandri virtutẽ ac prõpritudinẽ notã fore. Iis vltro citro q dictis, Rex Macedonũ equo vectus eſt. Tum Ariſtides ad Pauſaniæ tabernaculum ꝓfectus, quo inſtatu res eſſet expoſuit: cæteris poſt aduocatis ducibus imperatũ: vt quiſq; ſuos in ordinem inſtruerẽt: & parator quaſi iam pede collato cõfligẽdũ eſſet, cõtinerẽt. Per id ferme tẽpus Pauſanias (vt ſcribit Herodotus) Ariſtide cõuento, dignum putabat mutato loco Athenienſes dextro loco conſtitui: & aduerſus Perſas obiici. melius enĩ cum ipſis decertaturos: quũ & eoꝝ belligerãdi artẽ experti, & recenti victoria audaciores eſſent. Se aũt ſiniſtro in cornu futurũ: quo ex loco Græcos: qui Medoꝝ partes cõſectarenẽ, exciperet. Reliqui Athenienſium principes valde ſupfluis in rebus occupatũ, & difficilẽ Pauſaniã dictitabãt: ſi cunctis ſuis in locis dimiſſis, ſolos Athenienſes velut hilotes ſupra & infra collocaret: & arbitratu ſuo nũc pugnaciſſimę gẽti obiectaret, Ariſtides aũt eos magno in errore verſari docuit. Nam ſi paulo ante cõtendere cũ Tegeatis inquit vt ſiniſtꝝ cornu haberetis, ad veſtrã amplitudinẽ pertinere credidiſtis: & eis iudicio prælati vos honeſtatos cẽſuiſtis: in præſentia Lacedæmoniis ſpõte nobis ex dextro concedentibus, & quodãmodo ſummũ nobis principatũ conferentibus, cur gloriã vobis ꝓpoſitã nõ amatis? præſertim quũ in lucro ponere debeatis: ſi nõ aduerſus tribules & neceſſarios veſtros, ſed Barbaros hoſtes vobis a natura datos dimicandũ ſit. Hæc cum diſſeruiſſet: Athenienſes ſiniſtram Lacedæmoniis aciẽ ſummo ſtudio dare: in dextram ipſi concedere. Plurimæ ſe inuicẽ exhortãtium voces diſperſæ: hoſtes aduentare: q nec armis nec animis ſuperiores illis eſſent: quos apud Marathona ꝓfligaſſent. Aſt eoſdem artus, eandẽ veſtis varietatem, eundem aureũ circa mollia corpora & viles aios apparatum: nobis eadẽ arma, & corpora, & plęriſq; ſecundis præliis maiorẽ audaciã. Certamen vero nõ agroꝝ aut vrbis cauſa vt maiores noſtri: ſed ꝓ trophæis quæ Marathone ac Salamine cõſtituimus: vt non Milciadis: aut fortunæ, ſed Athenienſiũ potius eſſe videanẽ. Interea mutato loco aciẽ inſtruere: & ſe inuicem cõponere ſolliciti. Hæc Thebani per tranſfugas explorata Mardonio renuntiant. Qui extemplo ſiue Athenienſes timeret: ſiue cũ Lacedæmoniis maiori cum laude cõgredi vellet: dextro cornu Perſas aduerſus Lacedęmonios inſtruxit: cæteros vero Græcos qui ſecum erant, aduerſus Athenienſes ſtare iuſſit. Palam aũt mutatione aciei facta, Pauſanias iterũ in dextrũ cornu ſe recepit: & Mardonius ſicut initio habuerat: vt manũ cũ Lacedæmoniis conſereret in ſiniſtrũ reuertit. Eo die nihil actum. Græcis in cõciliũ vocatis longius caſtra mouere viſum: atq; locũ indagare: vnde oportunę aquationes eſſent. ꝓpinqua enĩ oia fluẽta Barbari fœdauerãt: & maximo eqtatu occupauerãt. Sequẽti nocte cũ ducesad deſtinatũ caſtris locũ ſuos agerẽt: multitudo vix cõſtare ac difficile ſubſeq. Vt enim ex prioribus exceſſerũt munimẽtis: magno numero verſus Plateenſiũ vtbem paſſim diſcurrere. Vndeq; quũ ſine impio palati diſpgerẽtur: & tabernacula nullo ordine cõponerẽt: nõ mediocrẽ tumultũ fecere. Lacedęmoniis aũt ſolis inuitis obtigit: vt poſtremi cæteris ꝓcurrẽtibus relinꝝrenẽ. Amõpharetus vir aioſus, ac in adeũdis piculis temerarius, iãdiu pugnãdi cupiditate ardere: & diſcrutiari aio: qñ huiuſcemodi tarditate ꝓgari pugne tps intelligeret: caſtrorũq; mutatione latentẽ fugã vociferans exprobrare: & aperte dicere: nõ tergiuerſabor, aciẽ deſerens: ſed meis cõmilitonibus hic ꝓſtans Mardoniũ effuſo ĩpetu ꝓperãtem excipiã. Cui quũ Pauſanias occurriſſet: iuſſiſſetq; vt impigre faceret: qđ cõuocata cõcione Græci faciẽdũ eſſe decreuiſſent: Amõpharetus añ pedes eius ingẽs manibus faxũ attollens iecit. Et hoc ingt qui timida cõſilia ac decreta repudio, vt pugnãdi copia fiat, meũ ſuffragiũ eſt. Præſens hic ſtatus Pauſaniæ dubitationem incuſſit. Itaq; Athenienſes abſcedẽtes miſſo nuntio rogat: vt manerẽt & vna ſecũ iter agerẽt alias ipſe copias Plateas ducẽtabat: vt Amõpharetũ inde ſummoueret. Dũ hæc gerũtur: diluſcẽre iam die, Mardonius aduẽtãs (nõ enĩ eũ fugerat Græcos vacuis relictis caſtris exiſſe) cauto agmine ingẽti clamore Barbaroꝝ, ac ſtrepitu in Lacedæmonios repẽte ferebaf: q in Græcos fuga p agros palãtes nõ dimicaturus, verũ ſpoliaturus irrueret. qđ vt cõtingeret paruo momẽto opus erat. Id vt pauſanias aſaduerrit: iter cõrinuit: & ſuos in ordinẽ redire, quaſi prcliũ inituros, imperauit. Cæterũ vel iracũdia in Amõpharetũ cõcitus, vel repẽtino hoſtis aduẽtu perturbatus, Græcis ſignum dare oblitus eſt. Quo facto, nec ſtatim: nec cõferti: ſed rari & ſparſi in ipſo ferme certamine auxilio veniebant. Vt vero primis hoſtiis litare: nõ poterat: ſpartiatas: ſcutis añ pedes poſitis: geros cõſidere iuſſit: nec iniuſſu eius, certaminis ſtudio in hoſtẽ exire: verũ aĩum adhibere ſi quid ſperaſſe. Eo rurſus immolante: quum equites iactis comminus telis irruiſſent: vnus Lacedæmonius ictus eſt. Inter hæc Callicrates qui auguſta forma & corporis magnitudine, cæteros Græcos qui in eo exercitu fuerunt: ſuperaſſe traditur: ſagitta percuſſus: ac propemodum exanimatus: Ego quidẽ inquit mortem nõ lugeo: quando domo proficiſcens: vt pro Grẽcia moreret huc: venerim: ſed angor animo: q nec ſtrenue, nec fortiter dimicans oppeto. Hic caſus etiã atq; etiam grauis erat: vbi tanta illorum hominũ cõtinentia fuit: vt admiratiõe digniſſima ſit: adeo vt irrũpentes hoſtes minime propulſarint: ſed eoꝝ impetum, ab deo atq; eorũ duce dimicãdi tẽpus expectantes, ſuſtinuerint: quum tñ interim hoſtis obnoxius aggrederetur: ac pertinacius aciẽ ſuam cõfundere ac diſſi-

Ariſtides iterũ exercitus diſſenſionem ſedauit.

Amõpharetus.

Callicrates

pare niteretur. Monumẽtis proditũ est: dũ Pausanias paulisper extra militũ stationes rẽ diuinã faceret, ac adoraret: nõnullos repente Lydos irrumpẽtes sacrificioꝝ apparatũ diripuisse: ac dissecisse: quos ipse & qui latus eius cingebant quũ inermes essent, virgis ac loris percusserunt. Ideoq; nunc Lacedæmone in huius excursionis memoriã, in ephebos plagis circa aram sæuiunt: & deinceps Lydoꝝ celebritatẽ seruant. Quæ quũ ita essent: mœror ac grauior cura Pausaniã incessit. Cæteꝝ vbi vates sacrificia instaurauit: collachrymans conuersus ad templũ, oculis, & manibus ad cœlũ sublatis, Iunonem Citheroniã, & reliquos deos in quoꝝ tutela Plateensis ager positus esset, obsecrauit: si Græcos victores forefatatum non erat: saltẽ factis ipsis, re strenue gesta, hostibus ostendant: aduersus fortes viros bellicis instructos bellũ gessisse. Post Pausaniæ oronẽ qua auxiliares sibi deos inuocarat: quum sacrificia & augures in manu victoriam esse portenderent: oĩbus deinde iussis vt aduersus hostem starent, phalanx vnanimitati similis visa: quæ ferox & horrens tota in audaciam ac vigorem conuertitur. Tum Barbarus cũ viris certamen fore sensit: qui non minus acriter q̃ pertinaciter vel immote pugnaturi essent. Quamobrẽ multis factis sacris, sagittas in Lacedæmonios coniiciunt: qui simul ad testudinẽ instructi hostẽ aggressi, Persicis repulsis missilibus, gradũ acrius intulere. Persaꝝ vultus ac pectora pilis ferientes, cõplutis non impigre nec in cassum cædentes, prostrauerunt. Nam comphensis nuda manu lanceis, plurimas confregere: & itrepide nudato ferro ꝓcedentes: gladiis & acynacibus diutius ex aduerso rem gessere, Athenienses vero Lacedæmonios expectãtes: quietẽ agere: donec magno pugnantiũ clamore & Pausaniæ nuntio cognita re: mature ad subsidiũ ferendũ impetũ fecerunt. Eis ꝓperantibus Græci qui Medis fauebant sese obuios intulerũt. Id vt Aristides cernit: cæteris relictis: primus ꝓcedit: & Græciẽses deos testatus: ipsos magna voce rogabat: ne secũ pliũ cõferrẽt: neq; sibi impedimẽto forẽt: neq; phiberẽt laborãtibus auxiliũ ferre: qui p̃ salute Græciæ dimicarẽt. Post q̃ aũt eos ab huiusce modi cõsiliis alienos, & structis in se aciebus infestius iter intẽdere sensit: hũc in modũ ab inferẽdo pliũ deuocatus: cũ istis cõgressus est: qui ferme qnquagita milia fuerũt. Hoꝝ pars maxima, quũ magis tẽtassent pliũ, q̃ inissent', inclinauerũt: & pinde ac Barbaris effusim iam in fugã versis absceserũt. Pugna vero in primis anceps fuit: vbi Thebani prõptissime pugnabant: quoꝝ multitudo nõ ex sua sẽtia, sed potẽtissimos, ac primarios viros sequuta, Medoꝝ partes tuebatur. Sic itaq; diuisis copiis, collato marte, Lacedæmonii primũ cõnixi Persas cedere coactos auertũt. Mardõius ab Arimnesto Spartiata saxo caput saucius, vt ab Amphiarai oraculo sibi ꝓdictũ erat, occiditur. Illuc. n. Lydũ hoiem; Carem aũt alterum ad Trophoniũ emisit. Cui carica lingua vates rñdit: Lydo vero in Amphiarai tẽplo dormiẽti quidã dei minister per quietẽ astitit: a quo illinc Lydus abscedere iussus quũ dicto nõ audisset: magno lapide caput ictus, vulnerari, deinde mori visus est. Hæc ita prorsus euenisse tradũtur. Lacedæmonii lignea intra mœnia fugientes Persas incluserẽ. Paulo post Athenienses dare terga Thebanos coegerũt: vbi trecentos q̃ primi aduersus se irruerant: inter ꝓliandũ obtrũcarũt. His fusis iam & fugatis: Barbaros intra vallũ inclusos circũsederi nũtiatur. Sic salutis occasione Græcis relicta: pleno gradu ad hostiũ castra succedere: & Lacedæmoniis opem ferre pergũt: qui circa munimentorum expugnationem per imperitiã tps terebant. Aduenientes itaq; Athenienses magna cum strage hostiũ vallũ ceperunt. Ex trecẽtis enim milibus quadragena dũtaxat milia cum Artabazo fugiẽs se traditũ est. Eo ꝓlio ex iis qui pro Græcia pugnauerũt, mille trecenti & sexaginta ad summũ cæsi: quoꝝ Athenienses duo & quinquaginta ex Eantide tribu fuerunt: quẽ (vt Clidemus author est) acerrimam pugnã ediderat. Quocirca tenuit consuetudo: vt sacra victoriæ cã Pythio rñso Sphagiticis Nymphis: stata Eantidis tribules facerẽt: quibus ipẽsam respublica daret. Lacedæmonii vn⁹ & nonaginta: Tegeatæ vero sex & decẽ periere. Mirandũ igitur est illud Herodoti: quo pacto solos istos omissis cæteris Græcis: manus cũ hoste cõseruisse scripserit: quum esset desyderatoꝝ multitudo: & monumenta rẽ cõiter magnifice gestã eẽ: testimonio sint. Nec enĩ aram sic inscripsissent: si cæteris intra castra quietis: tres tãtum ciuitates decertassent. Victores Danai per Martia gesta fugatis Persaꝝ ducibus generi cõia Græco Ista Ioui statuũt altaria libera patri. Hoc ꝓlium secũdũ Athenienses quartadecima * Boedromionis: secũdum Bœotios aũt sexta & vigesima Panemi mensis factum est. Quo die nostra etiam ætate Plateis frequens Græcoꝝ concilium habetur: vbi victorię huius causa Ioui liberatori sacrificatur. Hanc dieꝝ varietatẽ nemo miretur: quum eos qui diligentissime astroꝝ rõnem tenere hoc tpe pfitentur: aliud & aliud mensis principiũ & exitũ agant. Sub inde momẽto ferme tẽporis fortuna Græcoꝝ versa. Nam quũ Athenienses Lacedæmõiis, nec fortissime rei gestæ ꝑmiũ darent: nec trophæũ erigere permitterent: sed vtrinq; armati disceptarẽt: magno in periculo res fuissent: nisi Aristides exercitus duces collegas suos mitigans ac cõmonefaciẽs, præcipue Leocratem & Mironidem cõtinuisset: eisq; suasisset: vt eã rẽ diiudicandã Græcoꝝ arbitrio dimitterẽt. Hoc loco Græcis ad deliberandũ intentis Theogiton Megarensis alteri dixit ciuitati ꝑmiũ dãdum: nisi hoc iudicio intestinũ bellum cõcitare velit. Post quẽ Cleocritus Corinthius assurgens, quasi Corinthiis ꝑmiũ postulaturus suspitionẽ iniecit: quoꝝ ciuitas post Lacedæmonẽ atq; Athenas, summa dignitate nitebatur. Hic aũtẽ grauissimam pro Plateensibus orationem dixit: q̃

Lydoꝝ celebritas: qua in ephebos plagis circa arã sæuiũt.

Pugna iter Græcos & Barbaros.

Mardonius saxo ictꝰ caput occidit

Cęsi trecẽti Thebãi ab Atheniensibus.

Cęsa barbaroꝝ ducentа & sexagita milia.

vniuersis placuit. Confuluit enim: vt ei optime gestæ rei ꝑmium decernẽtes, quorũ honores vtrinq; bonã in partẽ acciperẽt, graues lites, ac cõtrouersias e medio tollerent. His expositis primus Athenienſiũ nomine Aristides, deinde Lacedæmoniorũ Pausanias in hanc sententiã iuuere. Hunc igitur in modũ cõciliati ex manubiis exempta octoginta talenta Plateẽſibus dono dederũt. Quibus æde Mineruæ locata, & simulacro cõstituto, picturis delubrum exornarunt: quæ in hoc vsq; tps integre visuntur. Trophæa seorsum Lacedæmonii, seorsum Athenienſes posuerunt. Postea quũ de faciũdo sacrificio percõtarent: Pythius respõdit: Ioui, in cuius tutela libertas est, aram dicãto: ne prius rem diuinã faciũto: q̃ vniuersæ regionis huius ignẽ quasi a barbaris violatũ extinxeritis: tum purũ ex Delphis velut a cõmunibus laribus accẽſum capiunto. Ea de causa Græcoꝝ principes e vestigio circũeuntes oẽs ignes restingui coegere. Euchidas Plateenſis pollicitus ignẽ ab deo quãta fieri celeritate posset delaturũ, velociſſime Delphos perrexit: vbi expiato ac resperso corpore, laurea corona redimitus, ex ara igne sumpto, citato gradu ante ſolis occaſum, vno die mille ſtadium iter emẽſus Plateas reuertit. Hic vbi ciues comiter cõplexus ſalutauit: reddito igne ſtatim in terrã plapſus haud multo post expirauit. cuius cadauer ſublatũ hoc epigrãmate in Eucliæ Dianæ tẽplo a Plateenſibus ſepultũ est. Id Pythium Euchidas & luce reuertit vna. Euclia multi sunt q Dianã putẽt appellẽtq;. Nonnulli aũt Herculis & Myrtæ filiã: quæ Patrocli soror Menetio patre nata est. Hæc quũ virgo e vita migraſſet, magno in honore penes Bœotios & Locros fuit: eiq; ara & ſtatua in omni foro dicata: ſponſæ ſpõſiq; priuſq; nuptiæ cõficiãtur ex more sacra faciunt. Sub inde quũ frequentes Græci cõmuniterq; conueniſſent: Aristides decretũ ſcripſit: ex cuius authoritate edictũ est: vt Græciæ principes & legati ad sacras celebritates publice miſſi quotãnis apud Plateenſes cõciliũ haberẽt. quo in loco liberalia quinquẽnali certamine celebrarentur. Expenſam quæ ad hãc rem neceſſaria foret: cõmuni collatione Græcia ſupeditaret: ſcutoꝝ decem milia: mille equos: naues centũ: eius quod aduersus Barbaros gestũ est belli memoria. ad hæc Plateẽſes qui ꝑ Græcia deo sacrificarẽt sacroſanctos esse. Iis præcone referente: authoritate publica confirmatis: Plateẽſes ꝑmiſerũt ſe Græcis: qui hic ceciderũt & humati essent: in perpetuũ parẽturos: qđ etiã nunc mæmacterione mẽſe: quẽ Alaleſmeniũ Bœotii nominãt: ſeruari videmus. Celebrẽ enĩ cœtum ſexto & decimo die: vt primũ illuxit: emittunt: cui tibicina bellicum canens itineris dux est: vehicula Myrto: & coronis paſſim cõpleta: Laurus deinceps colore ſuſco: ſubſequũturlactis & vini libationes in amphoris: olei quoq; ac vnguẽti crosſos (id enĩ vaſis nomen est) liberi adoleſcẽtes deferũt. Nã quũ viri ꝙbus parentationes fiũt, defendẽdæ libertatis causa vita exceſſerũt: nulli ſeruo fas est qcq̃ contrectare: qđ ad hoc ſacroꝝ miniſteriũ pertineat. Summus deinde Plateẽſiũ princeps, cui nec alio tẽpore ferrũ tangere, nec niſi cãdidam veſtẽ induere ius est: puniceã nũc veſtitus tunicã e cella literaria vas aquariũ attollens, nudato pugione ꝑ mediã vrbẽ ꝓcedit: aqua dehinc ex fonte ſumpta columnas abluens vnguẽto aſpergit: poſtea mactato ante pyrã tauro, vbi Iouẽ & Mercuriũ infernũ adorauit, fortes viros q pro Græcia mortẽ obierũt, ad cœnã & cruẽtum hoc myſteriũ inuitat. Suppoſitũ merũ cratere tẽperans libanſq;, Viris inqt ꝓpino: qui vt fortiter Greꝯ coꝯ libertatẽ tuerentur fato functi ſunt. Plateẽſes hanc cõſuetudinẽ a maioribus acceptã adhuc retinẽt. Aristides poſtq̃ Atheniẽſes in vrbem regreſſos, vt ciuitatis ſtatum ad populi ditionẽ trãſferrẽt, ſtudioſos aiaduertit: plebis, ob res bene geſtas, mẽte curã ſuſcipere nõ iniquũ ratus est. Quũ igitur haud facile populum armatũ & victoria exultãtem coercere poſſe videret: illius ſentẽtiæ author fuit: quę rẽpublicã cõmunẽ fore, & ex oi Atheniẽſiũ ordine magiſtratꝰ delectũ iri decernebat. Quũ Themiſtocles aliq̃ cum populo agens aſſeueraſſet: ſibi conſiliũ in mẽte veniſſe: qđ ſi secreto tranſigeretur ad ciuitatis vtilitatẽ & ſalutẽ plurimũ conferret: Aristidi ſoli populus negotiũ dedit: vt & ad hanc rem diligenter aium intenderet: & ſi e republica videretur, ꝑbaret. Cui vbi Themiſtocles verſare animo dixit: nauale Græcorũ ſuccẽdere: quo pacto Atheniẽſes vniuerſę Græciæ principes futuros ſperabat: Aristides concionẽ habens expoſuit: Themiſtoclis cõſilio nihil commodius eſſe: ſed nihil iniuſtius. Hæc quũ audiſſent Athenienſes: tantũ apud eos æquitatis causa & integerrimi viri conſtantia pondus habuit: vt Themiſtoclem hac de re nullũ deinceps verbum facere iuſſerint. Poſtq̃ Aristides belli gerendi causa cum Cimone imperator miſſus est: Pauſaniam ac cæteros Lacedæmoniorum principes ob difficiles mores ac ferociã in ſocii nominis militem, plurimũ in ſe maliuolẽtiæ ac ſimultatis cõflaſſe conſpicatus, benigne: clementer: humaniter: mã ſuete: cum ſociis verſatus est: & Cimonẽ multa dexteritate ad hominum cõſuetudines cõcionũ & in expeditiõibus æquabilẽ præſtitit. Quibus ex rebus letauit Lacedæmonios: quũ eos nõ armis, nõ claſſibus, nõ equeſtribus copiis, ſed comitate: placabilitate: atq; clementia principatu Græciæ ſpoliabat. Nam quũ Aristidis æquitas & Cimonis facilitas, quæ apud omnes cõmẽdabilia erãt, Athenienſes Græcis charos feciſſent: Pauſaniæ auaritia, ac difficultas adhuc chariores reddidit. haud iniuria: qñ ſociũ primores ſemp iracũde, ſemp aſpere, ſemp cõtumelioſe alloqueret: ac multitudinẽ plagis caſtigaret: & ferreã ancoram ceruicibus ſubnectẽtes vniuerſum diem ludibrio ſtare cogeret: nemini ꝓterea fas eſſe vellet, vt ante Spartiatas legẽdi ſtramẽta, pabulandi, aut aquãdi

Plateẽſibus octoginta talenta dono data ex manubiis.

Euchidas. Euclia Diana.

Croſſus vaſis genus.

Plateenſes qua conſuetudine libẽt viris fortibus defunctis.

Aristides Themiſtoclis cõſilio nihil cõmodius, atq; iuſtius eſſe dixit.

Aristidis æquitas. Cimonis facilitas. Pauſaniæ auaritia & difficultas.

potestas esset. Q̄d ne cuiq̄ obscurū foret p̄ suos lictores loris venitēes arcebat. Quapropt Aristidi quid facto opus esset docere, ac increpare volenti, Pausanias cōtracto vultu otium sibi non esse respondens, aurē minime p̄buit. Quocirca nauiū p̄fecti & Græcoꝝ duces: in primis autē Chii: Samii: Lesbii cum Aristide egerunt vt sociorꝝ causam susciperet: eosq; sibi deuinciret: quia iādiu a Lacedæmoniorū imperio liberari: & ad Athenienses transferri cuperent. Quibus quū Aristides in eorum q̄dem orationibus necessitatē ac æquitatē se facile intueri respondisset: cæteꝝ ad id cōficiendum fide opus esse: qua deuincti de integro incœptum irritū relinquere non possent: Vliades Samius: & Antagoras Chius coniuratione inter se facta primo incursu Pausaniæ triremē a se circa Byzantium rostris incussam (reliquā enī classem præcedebat) inter suas interceperūt. Perculsus ea re Pausanias etiam atq; etiam iracunde se breui demonstraturū interminatus est: eos nōin prætoriam nauem: verū in patriā suam impetū fecisse. Hunc fortuna: qua fretus feliciter apud Plateas rem gessisset: cōtentum abire iusserunt: quia tm̄ sibi venerationis Græci tribunat: vt ne æquam ac parem meritis pœnā ab eo exigere velint. Hoc deniq; pacto ad Athenienses defecerūt. qua in re admirabilem Lacedæmonioꝝ animi magnitudinem intelligere licet. Nam vt principes suos per summā peccandi licentiā magis atq; magis corrumpi, ac deprauari sensere: sponte principatu cedētes, imperatores ad bellū gerēdum mittere destiterūt: suis rationibus cōducibilius esse rati, ciues moderatos, qui sanctissimis maioꝝ suorū legibus audirent: q̄ totius Græciæ principatū habere. Sub idem tēpus Græci principe quoq; Lacedæmone belli administrādi causa pecunias cōferebāt. Ab Atheniēsibus Aristidē petūt: vt eo authore, singulis ciuitatibus iustus cēsus describeretur, eiq; ne muneris cura rei familiaris detrimento esset: fundum ac fructus quos ipse redimeret cōstituere: vt quasi quadā in specula positus, quantū vniuscuiusq; dignitas & facultas pateret æstimaret. Hic tante licentiæ creatus dominus (quodāmodo enī Græcia oīum suarū rerum ei liberum ius p̄miserat) quū ad hoc munus obeundum tenuis existeret: tenuior ea quoq; æstimatione reuersus est: vt nō modo iustissime ac integerrime officio suo satisfaceret: sed apud oēs quorum cēsum describit charitatis facilitatisq; perpetuū monumentum reliquerit. Quippe vt veteres ætatem Saturni, sic Athenienſium censum ab Aristide statutum diuinis laudibus celebrantes, quandam Græciæ felicitatem appellabāt: præsertim quum paulo post duplex, deinde triplex factus sit. Quē enim Aristides quater centies & sexagies talentum expleuit: huic Pericles tertiā ferme partem adiecit principio belli. Thucydides author est: a sociis sexcenta talenta ad Athenienses peruenisse. Pericle vero vita functo, duces populi censum vrgentes, ad mille & trecētum summā talentū retulerunt: non quia vel belli diuturnitas, vel aduersa prælia tm̄ sumptū, tantum dispēdium postularēt: sed vt inplebem publicū æs diuiderent: & statuas & sacras ædes magnificentissime apparārent: ciuitates exhauriebant. Quocirca quum Aristides p̄pter census coaptionē ingētem & admirabilē esset gloriam cōsequutus: magnopere Themistocles irritissē ferrut: quasi id in quo existimationis suæ fundamentum iecisset, nō viri sed scrinii tuto aurum seruantis laus esset. Quo in loco Aristidē parū Appositē vlcisci visus est: qui sua loquēdi libertate frætus, sic paulo ante Themistoclem increpuerat. Hic enim quū hostium cōsilia scire, ac præsagire summā imperatoris virtutem esse diffiniret: Aristides hoc necessariam est inquit o Themistocle: sed manus abstinētes habere, pulcherrimum & veri imperatoris munus est. Aristides Athenienſium nomine iuratus, cæteros Græcos sacramento adegit: vtq; rectum fœdus firmaret post execrationes, quas in perfidos fieri mos erat, ignitos ferreos orbes in mare cōiecit. Magna postea vt apparet cōuersione rerum facta, Athenienses tenaciorē imperādi rationem ordiri coactos ipse vt peicrationem in caput eius verterent iussit: & quæcunq; ad salutem & publicam vtilitatem conducerent, facere non dubitarent. Itaq; non abre Theophrastus scriptum reliquit: in cunctis quę vel ad suam rem familiarem, vel priuatim ad ciues pertinerent: nunq̄ eum ab æquissimi hominis officio defuisse. In his vero quæ ad rempublicam spectarent: aliquando, vt patriæ rationem haberet, quæ salua honestate nonnunq̄ salua ri nō poterant, a vitæ suæ curriculo deflexisse. Nam quū violatis cōuentis, quę cum Samiis habe rent, ex Delo thesaurum Athenas delatum iri decerneret: principio orationis affirmasse dicitur, id de quo verba facturus erat, tametsi nō æquū, cōmodum tamen esse. Ciuitate deniq; tot mortaliū ab eo principe cōstitura, inops esse perseuerauit: nec minori studio ex paupertate q̄ ex trophæis, gloriam assequi cōtendit. Q̄d vel hinc facile demonstrauit. Callias. daduchus (idautē sacerdotii nomen est) sibi necessitudine coniunctus, inimicorum postulatione, capitis reus factus est. Qui postq̄ satis multa de accusatione dixisset: extra causam, tali oratione vsi sunt: Aristidem Lysimachi filium, cuius summā dignitatem vniuersi Græci admirantur, seueriſſimi iudices plane cognoscitis. Eius quatenus res domestica sit (certo scio) pro vestra prudentia cogitatis: quū ipsum trita adeo lacerna indutū, in luce, omniū in oculis ciuitatis venire ituentem. Quis tam male de rebus sentit: vt nō intelligat: eum qui aperte frigus patiatur, domi fame, ac multis quæ ad vitā necessaria sunt, etiam atq; etiam laborare? Hunc tamen sumum virū patruelem sibi a natura datū: vxore ac liberis & egregria paupertate gratuatū, Callias Athenienſium omnium sine controuersia

Vliades Samius. Antagoras Chius.

Lacedæmoniorū animi magnitudo.

Aristides a Lacedæmoniis peritus vt eorū censum describeret.

Imperatoris pulcherrimū munꝰ est manꝰ abstinētes habere.

Aristides nunq̄ vel i suis vel i ciuiū rebꝰ defuit ab æqſimi hoís officio.

Callias Daduchus.

ditissimus contemnit. Cuius tñ opera fide ac diligentia sępenumero & intra hos cancellos patro/cinio fructum est amplissimũ consequutus. Hanc oronẽ quum ingenti acerbitate, vt ex murmure Callias animaduertit: iudices accepissent: Aristidẽ vocat: rogat vt grauissimo suo testimonio iudi/cibus certũ ac exploratum faciat: quũ ei multas dedisset: & vt acciperet oraſſet: vt caperet nunc ad/duci potuisse. Tum Aristides: Se magis inopia: q̃ Calliã maximis opibus gloriari par eẽ. Complu/ris enim videre est: qui fortunas quibus abundant: vel turpes: vel inhonestos in vsus collocent: qui vero paupertatem generose ferant pauciſſimos. Quocirca paupertatẽ velut malum obiectare mi/hi desinant: quæ nisi quibus inuitis accedit: indecora esse non debet. Hæc quum Aristides summa cum dignitate Calliæ testificatus eẽt: ex his qui aderant nemo fuit: quin eo consilio discesserit: vt in ops quẽadmodũ Aristides: q̃ locuples vt Callias, esse maller. Hæc ex monumẽtis literaꝝ quę Æs/chines Socraticus cõmendauit accepimus. Plato vero tantũ Aristidi tribuit: vt præ cæteris cũctis clarissimis viris, qui Athenis floruerunt, eum solũ existimatione, laude, admiratione dignũ demõ strauerit: quũ Themistoclem, Cimonẽ, Periclem porticibus, pecuniis: multis deniq; deliramentis ciuitatẽ compleſſe: hunc vnũ solida & expressa virtute ad rẽpub. se contulisse contenderit. Qui fue/mãsuetudinis & moderationis erga Themistoclem gratissimũ sępe periculũ fecit. Nam quũ in cũ/ctis publicis muneribus eo vno oium inimicissimo vteret: & exul ipsius artibus: opera: calumnia/ciuitate cessisset: oblata sibi eadẽ malefaciendi occasione: offi/cium suũ tñ & decorem seruauit. The/mistocli siquidẽ maiestatis ad populum arcessito: quasi tristem suorum temporum memoriã obli/tus: nullo loco aduersatus est: quin potius: rametsi Cimon & Alcmęon aliiq; ꝙplures accusationi studiose ac diligenter incumberent: solus Aristides inuentus est: qui nec re: nec verbo quicquã fece/rit: vnde afflictis inimici rebus voluntatis fructum capere videretur: sicut & priſtinæ illius felicitatẽ nunc̃ inuidisset. Aristidem quũ in Pontũ: reipublicæ causa: traiecisset: nonnulli vltimum ibi vitę di/em obiisse: quidam autem admodũ grãdem natu magno in honore ac admiratione ciuiũ habitũ: Athenis fato functum esse prodiderunt. Cæterum Craterus Macedo: de eius morte quædã huiuſ/modi refert. Secũdum Themistoclis exilium contumelioso facto populo: vberrima insimulatorũ multitudo pullulauit: qui quum potentissimis ac optimis viris diem dicerent: eos plebis: inuidię; potentia & secũdissimis rebus insolẽtes esse obiectabant. Ex hoc fuisse numero Aristidem scribit. Qui Diophanto Amphitropæi populi accusatore subiecto: repetundaꝝ cõuictus est: ꝙ quũ tribu/ta redimeret ab Ionibus: magnã argenti vim recepisset. Hic condemnatione aduersus eũ lata: quũ quinquaginta minas soluendo non esset: trãſ fretauit: deinde circa Ioniam vita excessit. Craterus nullum adhanc rem scriptorũ argumentũ adhibuit: nec curiosissime more suo: vllum decretũ vel indicium attulit: nec authores qui hanc sententiam probarent: vt ipse cõsueuit in suis libris: adie/cit. Reliqui autem (vt ita dicam) omnes qui plebis aduersus imperatores errata literis mandaue/runt Themistoclis exiliũ: Miltiadis vincula: Periclis multam: & Pachetis miserabilẽ casum: qui in/forensi suggesto constitutus: vt se conuictũ iri conspicatus est: sibiipsi mortem conscuit. Plęraq; id genus in vnum locum collecta in vulgus efferunt. Ex Ostracismo quoq; Aristidem vrbe exactum: nulla aũt huiuscemodi dãnatiõe affectum eẽ cõmemorant. Apud Pharæos etiã sepulcrũ eius ostẽ/ditur: qđ ei publice constructũ ferunt. Hic adeo inops mortuus est: vt suo sumptu summo die effer ri non potuerit. At eius filias perhibẽt ex curia traductas, maritis datas esse: & ciuitatẽ vt eas publi ce despondit, vtriq; dotẽ tria milia drachmaꝝ decreuisse. Lysimacho quoq; filio argenti minas cen/tum, & totidem consiti agri iugera populus erogauit: & quottidie quatuor drachmas adiecit: qđ plebiscitum Alcibiade referẽte factum est. Lysimachus vita functus (vt Callisthenes author ẽ) Po/lycritã filiam superstitem reliquit. Huic tantũ alimenti quantũ Olympiõicis, populus decreuit. De/metrius Phalereus, Hieronymus Rhodius musicus, Aristoxenus: & Aristoteles (si librũ qui de no/bilitate scriptus est, iter veros eius codices recẽſuerimus) Myrthã neptem Aristidis Socrati illi sapi/enti: qui aliã vxorẽ habebat, matrimonio iunctã esse, memorię tradiderunt. Quum illam ea potiſſi mum rõne ceperit: quia ob fortunaꝝ tenuitatẽ, non modo in viduitate relinqui, veꝝ etiam rebus ad vitam necessariis carere percepisset. His authoribus Panætius in his q̃ ab eo de Socrate scripta sunt, cõmode ac grauiter contradixit. Cæterum Phalereus in Socrate Lysimachum Aristidis ex fi/lia nepotem, eximie pauperẽ fuisse memoria tenere se refert: qui penes Lachium (sic enim appellãt) residens ex quadam tabella somnia coniectans alimẽta sibi suppeditabat. Quo rogationem feren te, populus matrẽ ipsius, matrisq; sororẽ quot diebus triobolo donauit. Cæteꝝ lege a Demetrio la ta, decretũ factũ est: vtriq; mulieri publice drachmã dari. Nemini mirum videri debet: populũ tan/tam eorum quia assidue in vrbe versarentur, curam egisse. Qui quum audisset apud Leænon Ari/stogitonis ex filia neptem infimo statu esse: & angustia rei domesticæ marito collocari non posse: Athenas reuehi iusserit: & hominẽ honestissimo loco natũ sibi maritali copula deuinxerit: eiq; prę dium, quod Potamico populo adiacet, dotis nomine dederũt. Quapropter ciuitas multis huma nitatis & benignitatis monumentis, quæ nec ætate nostra intermittit, ab omnibus optimo iure & diligitur & admiratione digna iudicatur.

Aristidis mortis va/riæ opinio/nes.

Ex Ostra/cismo.

Aristidis fi/lio & filiab⁹ quid popu/l⁹ Athenię/sis post illi⁹ mortẽ ero/gauerit.

Myrtha Aristidis nepris So/crati nupsiſ/se fertur.

M.CATONIS SENIORIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO PER FRANCISCVM BARBARVM IN LATINVM VERSA.

Arcus aũt Catonẽ genere Tusculanũ fuisse: & priusq̃ ad militiam atq; rẽpublicã se conferret: in agro paterno circa Sabinos vixisse: memoriæ traditũ est. Cuius quũ maiores prorsus ignobiles esse viderentur: ipse Cato Marcum patrem: vt vigẽ bonũ: fortem: ac ĩ re militari versatum effert laudibus. Catonẽ ẽt proauũ sæpenumero p̃ mioq; onera ab imperatoribus laudatũ: & q̃nq; bellantiũ equoq;, quos iter dimicãdũ amiserat: p̃riũ fortitudinis suæ testimoniũ a populo sibi restitutum refert. Quũ ex more Romani eos qui gener is gloria carentes a seipsis initiũ caperẽt nominis sui: nouos homines quẽadmodũ & ipsum Catonem appellarent: ipse ad gloriã quidẽ ac magistratus se nouũ esse: rebus vero gestis ac virtute maiorum vetustissimũ prædicabat. Principio aũt ẽ: tertio nomine nõ Cato: sed Priscus vocabatur: cõsequẽti tpe Cato ei virtutis cognomentũ extitit. Nã Romani eum: in quo multarum rerum vsus ac experientia sit: Catonẽ nominant. Fuit hic de quo verba facimus Cato specie subrufus & glaucus: vt poeta quispiã haud amice scribens his verbis expsit. Porcius hic mordax glaucis subrufus ocellis Interiẽs erebo sedes nõ comperit vllas. Verũ enimuero corporis habitũ, a puero & a laboribus & moderate viuendi ratione, ex rei militaris consuetudine, ad robur & bonã valetudinẽ cõstantissimũ nactus est. Oratione tanq̃ altera psonam, magno studio magna cura cõponebat: quasi omnibus qui grauibus in rebus non p̃ fecordiã, sed cum dignitate versarentur, necessariũ id instrumẽtũ esset. Quocirca passim per accolarum vicos & castella, se dicẽdo exercebat: quicq; sua indigeret opera: deerat nemini. Qua in re tm̃ valuit: vt p̃primũ p̃optimus disceptator, postea eloquentissimus orator iudicatus sit. Omnes præterea quibus cum viuebat, tãtã in eo mor̃ grauitatẽ: & animi magnitudinẽ animaduertebãt: vt magnis operibus & magnificentissima quadã republica dignũ arbitrarenẽ. Non solum enim forẽsibus in causis ab opera mercenaria se liberauit: sed nec eam gloriam maximi facere visus est: quã ex huiuscemodi contẽtiõibus cõsequi posset. Longe vero magis quum adhuc esset adolescens: ex pugnis quibus cum hoste manũ conferret: & bellicis artibus, laudem vẽdicare sibi cupiens: multis aduersis vulneribus infossum corpus habuit. Ipse enim se septem & decem annos natum prima tum meruisse stipendiũ dicit: quũ Annibal secundis prælijs vsus incendebat Italiam. Inter dimicandum autem: talem se præstitit: vt manu quidem pugnator egregius: in stataria vero pugna immobilis ac constans: oculis: frõte: vultu terribilis: verbis minax esset. Aspernatus præterea vocis vtebatur: cum & sibi rectẽ suasisset: & cæteros admoneret: plerũq; huiuscemodi res hostibus maiorem terrorẽ inferre: q̃ enses. Quũ iter: faceret ipsemet arma: vno subseq̃nte ministro ferebat: qui secum ea quæ vitæ necessaria erant comportaret. Huic vel prandium vel cœnam ministranti: nunquam Catonem succensuisse: aut male dixisse: quin eum plurimum iuuisse: & vna minima quoq; parasse: quum res ipsa militaris vacationem sibi liberam concessisset: prodidit. Est in exercitu quasi semper aqua vtebatur: q̃ si quando magis atq; magis calore percitus sitiret: aceti frequenter hausto sitim sedare: vel si quando vires pristinas desideraret: vegetandi corporis causa: leuiusculi nonnihil vini delibare consueuerat. Penes agrum suum, ciuis. M. Curii villa fuit: qui tertium triumphauit. Hanc quum sæpenumero peteret: & tenuitatem agelli & domicilii frugalitatem contẽplaretur: cepit eum illius viri cogitatio: qui tametsi princeps inter Romanos esset: & ferocissimas gentes subegisset: Pyrrhũq; de possessione Italiæ reiecisset: agellum tamen hunc foderet: & post tres honestissimos triumphos: ædiculam hanc incoleret. Vbi quũ illum ad focum sedentẽ, & rapascoquentẽ legati Samnitium offendissent: magnum auri põdus dabant, Quo q̃primum repudiato, illis auro minime opus esse inquit: quibus cœna huiuscemodi satis esset: quicq;

Noui homines.

Cato Priscus.

Cato qs appellet apud Romanos.

M. Cato eloquẽtissimꝰ orator fuit.

Cato decẽ & septẽ annos natus prima stipendia meruit.

Cato qualis inter dimicandum esset.

M. Curius qd respõderit legatis Sãnitũ au rũ ad se ferentibus.

auri habentes vincere longe pulchrius, q̃ aurum habere iudicarent. Hæc secũ animo versans Cato: discedebat domũ suã, agros, seruos, & vitæ formulã diligenter intuens. In opere faciundo studiosior erat, & luxum ẽt atq; ẽt omni ex parte circũcidebat. Cato quũ adhuc admodum adolescens sub Fabio Maximo, q Tarentum recepit, militaret: Nearcho Pythagoræo philosopho & hospite familiariter vsus est: cui vt honestissimorum studiorum societate coniungeretur summopere cõtẽdit: a quo & cõplura accepit: quæ & a Platone: qui voluptatẽ maximã malorum escam appellat, vsurpantur, & primariã animo nostro calamitatẽ accedere quũ corpori coniungitur: depurationẽ aũt & dissolutionẽ assequi: quũ cogitationes eã a corporis cupiditatibus separant atq; disiungunt. His ab ipso plane perceptis, Cato longe magis frugalitatẽ ac continentiã animo cõplexus est. Eum sero græcas literas didicisse plærique authores sunt. In summa enim senectute græcos libros in manu sumens breues ex Thucydide cõmẽtariolos, plures aũt ex Demosthene confecit: quos in causis orãdis magno sibi vsui fuisse constat. Scripta quoq; sua Græcis & sentẽtiis & historiis distincta, ẽt atq; ẽt exornauit. Plæraq; grauiter & sapiẽter, ad verbũ e græco in latinũ traduxit. Erat per id tps Romę Valerius Flacus quũ patricio genere, tũ potestate primarius: qui quũ virtutẽ a natura datam sagacissime adoriri posset magna beniuolẽtia liberaliter institutos educabat: & ad gloriam promouebat. Hic fundo. M. Catonis vicina pdia nactus, a seruis & familiaribus, singulari cum admiratiõe, moderatissimũ ac operosum eius viuendi genus accepit. Catonẽ enim vt primum illuxisset, in forum descendere aiebant: quiq; eius fide ac industria vti vellent: præsto esse. Quũ autẽ domum reuerteretur: hyeme quidẽ tunica demptis manicis indutum: æstate vero nudum labore cum seruis certare: quibus cũ sedere solitum: eodẽ pane eodẽq; vino vesci. Eius quũ multis in rebus æquitatẽ: moderationẽ: graues: cõmemorantibus illis: ac sapientes sentẽtias percepisset: ad cœnã vocari hominẽ iussit: quo deinceps vsus: mansuetis atq; vrbanis ipsius moribus: sicuti virgulto: cultura & præclara loci conditione opus esse animaduertit. Quãobrẽ Catonẽ induxit: animauitq;: vt rẽ Romanã attingeret. Eo igit̃ pfectus nõnullos statim adeptus est: quos & virtutis ipsius admiratione: & forensi patrocinio: sui studiosos fecit. Quũq; Valerius multum dignitatis ac potestatis in Catonẽ cõtulisset: Cato primũ tribunus militũ: deinde quæstor factus est. Postero autẽ tẽpore quum iam late claruesset: & cognitus foris maximis in magistratibus: Valerio comes fuit. Ex maioribus natu: Fabium Maximum delegit: cui quoniam gloria: rebus gestis: potentia: primoribus vrbis anteiret: se totum dedicauit. Illius mores & vitam velut pulcherrimum bene viuendi exẽplum sibi proponens: eius vestigia ingressus est. Hac de cã Scipionis illius maioris: qui quũ necdum ex adolescentibus excessisset, per quandam æmulationẽ aduersus. Maximi authoritatẽ obsisteret: inimicitias & simultates paruifecit. Cum quo, bello punico, quęstor missus, vbi splendidos illius sumptus & largitiões in exercitum animaduertit: in Scipionẽ multa cum grauitate loquutus est: nõ q impẽsam plurimi faceret: sed q maiorum continentiã corrumpi quereretur: quũ militẽ ad voluptates, ad delitias: affluenti rerum vsu cõuersum, cerneret. Ei quũ Scipio, se q̃store nimiũ diligenti nequaq̃ egere respondisset, sed qui plenis ad bellum velis ageretur: & ciuitati rerum gestarum: non pecuniarum rõnem deberet: Cato Sicilia excedens: vna cum Fabio magnis in senatum clamoribus venit: Scipio nem inconsulte publicum æs effundere: & in palæstris ac spectaculis iuueniliter exerceri: quasi nullũ istic imperiũ gerat: sed ludos festos ageret. Quamobrem senatui tribunos plebis ad eũ dimitti placuit: qui si vera fuisse accusationum capita rescissent: ipsum Romam reducerent. Cæterum Scipio victoriam in apparatu belli significans, per otium quidem cũ amicis consuetudine comis, ac iocundus, in re autẽ seria & magna quum propter munifice ac liberaliter expendendi studium, nunq̃ segnis visus esset: enauigauit ad bellũ. Cato qm̃ eloquentia plurimũ poterat vulgo Romanus Demosthenes dicebatur. At ipsius vita lõge clarior ac spectatior erat. Fuit per id tẽpus eo in loco proposita dicẽdi facultas: vt ad hanc iuuentus ipsa magno studio velut ad commune certamen ferretur. Qui vero pristinum illud & laboriosum vitæ genus sustineret: & tenuem cœnam, incoctum prandium, hirtã vestem, plebeiam domum libenter amplecteretur: quiq; superuacaneis rebus non indigere: q̃ hãc minime necessariam supellectilem possidere præclarius putaret: ea tempestate rarus erat. Nam imperii magnitudine: priscam illam seueritatem ac puritatẽ minime respublica retinebat: quæ ditionis amplitudine, multas & consuetudines, & varii ex gentibus exempla viuendi susciperet. Quocirca iustis ex causis vniuersa ciuitas in Catonem versa: vehementer admirabatur: quum reliquos vel laboribus fractos: vel voluptatibus eneruatos: hunc vtrinq; inuictum esse intueretur. Nec id solum adolescens laudis: & honoris causa fuisse creditur: sed post consolatum & triumphum iã grãdæuus: vt victor athleta: consuetas exercitationes perpetuo seruauit: a quibus nõ prius destitit: q̃ e vita migrauit. Nunq̃ enim veste maiore centum drachmarum sumptu vsum se refert. Et imperator & cõsul eodẽ vino quo & operarii functus est: pulmentum ad cœnam ex foro assibus triginta comparare solebat: nec id voluptatis suæ: sed communis vtilitatis causa fecit: vt rei militari corpis vigor sufficeret. Quũ Babylonia supellex hęreditatis iure fortunis suis accessisset: vt q̃primũ vęnũ darer: curauit. Nullã eius villã tectorium habuisse: nec vllum mancipium vltra mille quingentas

Nearchus Pythagoræus.

Voluptas maxĩa malorum esca appellatur.

Cato græcas literas. didicit.

Valerius. Flaccus.

Cato tribunus militũ. deinde quæstor fuit.

Cato fabiũ Maximũ sibi imitãdũ proposuit.

Cato Scipionis quęstor in illũ multa cum grauitate loquutus est.

Cato Romanus Demosthenes dicebatur.

Catonis morum laus.

Catonis parsimõia.

drachmas emisse dicit: quasi nõ delicatis & formosis: sed colonis ac robustis & stabulariis: & bubulcis: sibi opus esset: quos deinde senectute confectos non pasci: sed inutiles vendi oportere iudicauit. Præterea nihil bene constare: quod nequaq̃ necessarium esset. quin ne a se huiusmodi quippiã emeretur: pluris q̃ par est cõstituisse asseuerabat. Pascuum & seminarium agrum: q̃floreũ & irriguũ maluit. Hæc nõnulli nimiæ paruis in rebus diligẽtiæ tribuũt: quæ plærisq; in eã partẽ accipiunt: vt in æmulandis ac moderandis cæteris factũ putent. Verum illud institutũ nimis rigidum: quo seruos senio debilitatos: quẽadmodum mutos animantes: eiicere ac vendere cõsueuerit: quasi cõmoditate e medio sublata: nihil humanitatis ipsis hominibus debeamus: q̃q̃ latiorem benignitati: q̃ iustitiæ locum concedi videamus. Natura nãq; nobis datum est: vt in homines duntaxat iustitia legitime vtamur: in eos autem: qbus aut gratia: aut beneficio deuincti sumus: ẽt si rationis vsu priuati sint: mansuetudo velut ex abundanti quodam fonte plærunq; defluat. Equis enim & canibus: quum confractæ labore vires sunt: non modo pabula: sed etiam q̃dam senectutis indulgentia a bono viro debentur. Athenienses quum Hecatompedon exædificarent: quotquot ex illis egregiela borẽ toleraſſent: vinclis solutos libere pasci siuere: qbus quodã modo libertate donatis: quum spõte q̃spiã ad operã descẽderet, & iumentis quæ currus ad arcem vrbis vectarent exhortatis spem ducis præcurreret: vt publice ad extremum vitæ finem nutriretur: decreuerunt. Adhæc equaq; Cimõis sepulcra: quibus Olympia tertium vicit, penes ipsius monumentũ videntur. Quid canes familiares ac domesticos: & alii multi, & Xantippus ille priscus diligentissime humandos curauerunt? Iis enim canem, q eo tpe quo ciuitas: vrbe relicta, Salamina transmitterẽt, tritemi secum enauigarat: in arce sepeliuit. cui loco ẽt ætate nra Cynotaphium cognomentũ est. Indecoq; enim est: nos amãtibus velut calceis aut vasis vti: quæ vbi vsu fracta & attrita sunt abiicimus. Q d̃si nulla alia ratione, saltẽ exercẽdæ humanitatis causa, nosmetipsos cõsuefaciamus oportet: vt in hoc genere, mãsueti: faciles: iocũdiq; simus. Nã vt de meipso dicã, nec bouem laboribus socium senectutis iam vrgentis gratia vendere: nedũ hoiem grandẽ natu: ex loco in quo educatus est, & ex instituta viuendi cõsuetudine: velut ex patria relegatum: iis pariter q emunt, & iis q vendũt inutilem factũ: parua p stipe venire oportere cẽnseam. Cato vero huiuscemodi rebus gloriari solitus, equum quo consul in rem militarem vsus est, in Hispania reliquisse se dicit: ne vecturæ illius reipub. rationẽ redderet. Quę siue magnitudine animi, siue tenuissimę diligentiæ tribui debeant: iudicio disputari licet. Inter cætera vero: continentia Cato magnopere admiratione dignus fuit: nũq; enim imperator, & sui, & contubernalium cõmeatus causa, nũq; inquã amplius quã tres tritici medimnos Atticos in singulos dies: & pro iumentis vnicum & dimidium hordei medimum cepit. Hic quũ Sardiniã quinciã obtinuisset: sua parsimonia plurimũ a cæteris, qui ante ipsum prætura illã administrasset, differre se de monstrauit. Nã vt illi publicis tabernaculis, lectis, vestimentis, magnifico apparatu, numerosa seruoq; ac amicoq; multitudine, conuiuiis, graues erãt: sic ipsi nullã ad rem publico sumptu opus fuit. Quũ vrbes adiret: sine rheda proficiscebatur: vnus aũt publicus minister vestẽ & cymbium ferẽs, quo cum sacrificaret: sequebatur. In his adeo tenuis, adeo facilis subditis visus, alia ex parte graue & elatũ se gerebat. Nam & ad ea quæ ad iurisdictionẽ suã pertinerent in exorabilis: & in his quæ ad imperium spectarent: adeo seuerus & integer fuit: vt nunq; populi Romani maiestas illis terribilior: nunq; charior extiterit. Ipsius orationis genus haud sane dissimile fuisse perspicuum est. In eius enim sermõe, comitate grauitas, terrore iocunditas, & salubris austeritas cõdiebat. Huius oratio: vt de Socrate Plato scribit, & grauis & sapiẽs habebat. Qui si exterius in cõgressu spectaretur: nullus dignitatis imaginem, sed satyricũ carpendi studiũ præ se ferebat: sin interius: seriis & dignitate rerum refertus erat: vt iis quibus cũ loqueretur lachrymas mouere: & animũ quo vellet trahere posset. Quocirca haud satis scio: quid nõnullis in mentẽ venerit: vt genus dicẽdi quod a Catone vsurpatũ est, Lysię cõferrent. Verũq; hæc viderint: q̃ varias orandi formas diiudicare suum esse officiũ putãt. Nos vero breuia quædam scribemus: q̃ memoriæ pdita sunt: quũlõgesignificantius ac aperti us ex sermonibus: q̃ ex liniamentis oris (vt plærisq; arbitrantẽ) de moribus hominũ cẽseamus. Hic aliquando quum populum Romanũ importune tumultuantẽ a partiendo ac diuidendo frumento auertere statuisset: hunc in modũ orsus est: Difficile qdem est Quirites ad carentẽ auribus ventrẽ verba facere. Ciuitatis rursus mores increpans inquit: Laboriosum est illam rempublicã saluã fore: vbi pisciculus pluris q̃ bos vænit. Romanos etiam multis pecudibus cõferre solebat: nã & illę singulæ nemini obtẽperant: vniuersæ aũt gregis principẽ sequũt: sic & vos: ab iis, quos priuatim nequaq̃ cõsiliarios habere velletis: hic frequentes coacti agi æquo animo permittitis. De vxoria postea te ic eũ loquutum accepimus: Oẽs homines vxoribus imperant: nos omnibus hominibus: nobis aũt vxores. Hoc enim est ex eoq; genere, quæ a Themistocle grauiter ac prudẽter dicta sunt. Nã quũ sibi filius, matris intercessione plærisq; iuberet: O vxor inquit: Athenienses Græcis imperant: ego Athenienses: tu mihi: tibi filius. Quare licentiam moderetur: qua frætus imprudens plus poteſt q̃ vniuersa græcia. Populũ Romanũ Cato non modo purpuræ, sed studiis atq; exercitationibus cõferre magistratus dixit. quẽadmodũ enim tinctores eum maxime colorẽ inducunt: quo

Iustitia vtĩ hoies, mansuetudie autem in cæteros natura ducimur. Hecatompedo. Cimonis equarum sepulcra. Xãtippus cães humãdos diligentissime curauit. Cinoraphium.

Catonis cõtinentia admiranda Medimnus Cato ꝓtor fuit in Sardinia.

Catonis dicta quędã celebranda

Vxores nobis ꝑerãt.

passim delectari mortales intuentur: sic adolescentes ea magno studio discunt: & cõsequi cupiunt: quę vos honore aclaude digna iudicatis. Eos exhortabatur: vt si quidem virtute ac moderatione magni facti essent: ne ad deteriora se conuerterent. Sin incontinentia ac improbitate amplitudinẽ essent consequuti: ad meliora se referrent. Satis enim exploratum habebat: superioribus illis rationibus eos non mediocres honores adeptos esse. Qui summa cura ac diligentia sæpe magistratus ambirent: eos velut ignaros viæ dicere solebat: ne errarent lictores quibus cum incederent sem per quæritare. Ciues grauiter increpabat: qui eosdem frequenter publicis muneribus pficerent. Sic enim vel nõ multi facere principatum videmini: vel non multos qui principatu digni sint existimatis. Ex inimicis quum quispiam turpiter acignominiose viueret: huius mater inqt quum deos immortales pcatur: vt hic sibi vita functæ superstes sit: execrari nõ orare se putat. Paternum quidã fundum maritimum vænundederat: quo facto Cato magis atq; magis se mirari simulauit: q; longe amplius ipse ẽ mare potuisset: nam quæ vix pontus alluebat, iste facile absorbuit. Quum Eumenes rex Romã venisset: & a senatu comiter ac honorifice tissime susceptus esset: & clarissimorum circa eum ciuium frequentia certatim versaret. Cato nõ obscure tm̃ erga regẽ studiũ suspectum habẽs, eum declinabat: dehinc quum ipsi diceret: Eumenẽ frugi virꝝ amicissimo aio in remp. Romanã esse: Esto inquit: cæteq; hęc ipsa bellua, rex scilicet, natura ferox canis est. Neminẽ ex regibus q; p beati putant, inuenies: quẽ Epaminondæ, Themistocli, Marco Curio, & Amilchari cognomẽto Barchæ optimo iure cõferre possis. Inimicos inuidia sibi affectos dictitabat: quia quot tidie noctu exurgens rei suæ familiaris rationes negligeret: vt reipub. dignitati ac cõmodis oi cura vigilãtiaq; cõsuleret. Is quoq; dicere cõsueuerat: se gratia qua ex benefactis expectaret, priuari malle: ẽ pœnam nõ dare: ẽ ex malefactis sibi deberet. Oibus q ab officio destitissent, se duntaxat excepto, facile ignoscẽdum esse iudicabat. Postea ẽ tres in Bithyniã legati Romæ delecti sunt: quoꝝ vnus podagra, alter capite vulneribus confosso, tertius vecordia laborare videbat: ridẽs Cato, Populus Romanus ingt legationẽ emittit: quæ nec pedes, nec caput: nec cor habet. Scipio Polybii gratia, super iis qui ex Achia relegati fuerant: cum Catone colloquutus est. Postea quũ multus sermo de illoꝝ reditu in senatu haberetur: & plærique accuratius ẽ par erat, contradicerent: hunc in modum Cato disseruit: Quasi nihil habeamus quod dignum factu sit: vniuersum diem de græculis senibus altercando cõsumimus: ac si multũ interfit: vtꝝ penes nos, an in Achaia sepeliant. Quibus simulac ex senatusco sulto domũ reuerti cõcessum est: Polybius in senatũ introduci moliebat: vt exulibus illis, qui grauissimi ordinis decreto in patriã redibãt, pristinos honores & magistratus restitueret. Qua de re quũ Catonis sententiam rogaret: subridens Cato respondit: Polybium quẽadmodum Vlyssem, spelũca Cyclopis subirẽ velle: vt pileum & cingulum, quæ illic oblitus erat, repeteret. Affirmabat preterea: stultos prudentibus viris maiori emolumento esse: ẽ prudentes stultis. Nam q prudẽtia valent: illoꝝ errata facile deprehendere ac vitare: stultos vero quæ a prudẽtibus recte facta sunt, imitari nõ posse. Se quoq; lõge plus adolescẽtibus delectari: quorum vultus rubore prius ẽ pallore pfunderet. Eo milite sibi opus nõ esse: q inter eundum manus, inter cõfligendum pedes agitaret: quiꝑ sterndo ẽ hostibus in clamitando longius sentiretur. Quum in pinguẽ quẽpiam acerbe maledictis inueheretur: qbus in rebus huiusce modi corpus eluitati fructuosum ac cõmodum futuꝝ esset rogauit: cuius inter guttur & inguen cuncta sub ventris ditione posita forent? Libidinoso cuidam inter familiares suos esse cupiẽti, cõcessuꝝ se negauit: qm̃ cũ eo viuere nõ posset: qui mclius ac subtilius palato ẽ corde sentiret. Animũ eius q amoribus teneret, in alieno corpore viuere dicebat. Tribus item in rebus per omnes vitę suę partes pœnitẽtiã egisse: primum si mulieri quicq; arcanum aliquãdo credidisset: secundum si aliquo naui trãsmisisset: quo pedestri itinere sibi proficisci licuisset: tertium siqua dies ei per incuriam inanis effluxisset. Deprauatũ quoq; quãdoq; senẽ cõspicatus. Te magnopere ingt rogo: vt quũ plęraq; turpia senectutem circumueniant, des operã ne te authore malignitatis accessio fiat. Ad tribunum plæbis: q in suspitionẽ venefici venerat, iniquam legem ferentẽ adolescẽs ait: Nondum scio: vtrũ haurite qd rẽperas: an approbare quod scribis: deterius sit. Cato cuiuspiã q multis ĩtẽperãtię ac ipotẽtię notis inustus erat, pbris vexatus: Impar mihi tecũ ait certã dicendi conditio est: nã vt & male audire & maledicere tibi facillimum simul & promptissimum est: sic & mihi maledicere in suaue: & male audire in suetum est. Quæ vel ab ipso dicta prudenter vel respõsa acute mandata literis extant: huius generis sunt. Verumenimuero cũ Valerio Flacco: cuius amicitia & cõsuetudine familiarissime vtebatur: consul designatus citeriorẽ Hispaniã sortitus est. Huiꝰ vbi complures populos in potestatẽ redigisset: cõplures dexteritate atq; humanitate sibi vendicasset aduentãtibus multis ac maximis barbaroꝝ copiis eo in discrimine res erat: vt turpiter vim inferri posse putaretur. Quãobrẽ Celtiberos finitimos ad belli societatẽ accersiuit: qbus ducenta: sub fidii gratia: talenta stipendii nomine deposcentibus: cęteri quidem minime tolerandum esse censebant: Romanũ auxilia Barbarorum tutelæ suæ causa mercede conducere. Tum Cato, nec graue nec durum esse respondit: nam si vicissent, non suis opibus, sed manibus hostium factum satis: si victi essent, nec eos qui repeterent, nec a quibus repeti deberent, superstites relictum iri. Hanc pu

Eumenes.

Stultos prudẽtibus maiori emolumento esse: ẽ prudẽtes stultis.

Catonis respõsa egregia & prudẽter dicta.

Trib^9 in reb^9 Catonẽ semp pœnitẽtiã egisse.

Cato cõsul designat^9 ẽ cũ Valerio Flacco.

gnam, quum summa vi cõflictum esset, vicit: magnoq; cum splendore reliqua procedebant. Oium vrbium muros quæ intra Betim amnem sunt, a Catone vno die solo æquatos fuisse, Polybius author est. Has plurimas & multitudine & genere militum munitissimas extitisse constat. Ipse Cato plura se oppida cepisse: q̃ in Hispania dies egisse cõmemorat: eaq; haud sane iactantia est: si re vera quadringenta numero fuerunt. Milite itaq; ex ea expeditione locupletato, singulas ẽt argẽti libras viritim diuisit: illud adiiciens: melius esse multos ex Romanis argentum, q̃ paucos aurũ habentes in vtrbẽ reuerti. Ex captiuis hostium rebus, præter cibum & potum, nihil ad se pueniss̃e dicit. Quod ab ipso factum est: tametsi nemini vitio daret: si huiusce modi oblata occasione: cõmodis suis forte uisq; seruiret: quia cũ viris optimis mallet de virtute: q̃ cum ditissimis de pecunia: & auarissimis de lucri quæstusq; cupiditate certamen inire. Nec seipsum modo: verum ẽt & ministros suos ab omni prædę noxa liberos seruabat. In castris quinq; secũ seruos habuit: quoq; vni Pacho nomen fuit. Is tres puellos ex captiuis qui sub hasta vẽniebant: emit: quod quũ resciss̃et Cato: præ timore Pachus anteq̃ ad eius conspectum veniret sibimetipsi mortẽ cõsciuit. sic seruis deinde vẽnditis, priũ eoq; Cato in ærariũ retulit. Hunc quũ adhuc in Iberia esset, Scipio maior inimico aio infectabat: & rebus ipsius feliciter gestis impedimẽto esse cupiens, vt in illa puincia ei succederet, perfecit. Subinde vt q̃primum Cato magistratu decederet, magno studio contendit: ipse vero cũ quinq; militum cohortibus & quingentris auxiliatibus equitibus Lacẽtanos subegit: sexcentos transfugas in manum suam redactos vltimo supplicio affecit. Quibus ex rebus infestum sibi Scipionẽ mordẽs Cato: Sic Romam maximam fore per simulationẽ dicebat si quidem claro loco nati primas virtutis partes ignobilibus minime cõcederẽt: & plebeii ordinis homines quorum in numero ipse esset, cum genere & gloria primariis de virtutis laude certarent. Quocirca quum plæraq; aduersus eum Scipio moliretur: senatus decreuit: ne quid eoq; quæ a Catone constituta essent, permutaret: aut abrogaret. Huius magistratus initio, Scipionis potius q̃ Catonis amplitudini ac authoritati detractum est. Nãita quieq; res fuere: vt quum nihil memorabile gereretur, p otium mora segnis militibus esset. Caro vbi triumphans vrbem inuectus est: aliud viuendi genus q̃ cæteri solent, instituit. Qui non virtutis, sed glorię causa, magno spiritu cõtẽdunt: quũq; triumphos: cõsulatus: ac spectatissimos honores adepti sunt: ad voluptatem atq; otium deinceps se cõuertunt, & ea vitia quæ a reipub. dignitate & cõi vtilitate seiuncta sunt. Nõ sic Caro, nõ sic virtutis neruos remisit: sed tãta cura & vigilãtia, quãta qui primũ reip. procurationẽ suscipiunt: & honores & magistratus sitiunt, cupiditate incredibili quandam aliam rationem de integro ingressus est. Vt enĩ amicis & ciuibus vsui esset: neq; patrocinii, neq; militiæ labores vnq̃ repudiauit. Tyberium sigdẽ Sẽproniũ cõsulẽ, q̃ circa Histrum & Thraciã ductabat exercitum, legatus iuuit: deinde cum Manio Acilio tribunus militum aduersus Antiochum illum magnum in Græcia venit: qui tm̃ Romanis terrorẽ quãtum nullus alter post Annibalem, iniecit. Asiam sane quantãcũq; Nicanor Soleucus habebat, vniuersam ferme sub nutum ditionẽq; suã recipiẽs: simulac plurimas feroces ac pugnacissimas barbaras nationes domuit: elatus animo cũ Romanis belligerare cogitabat: qm̃ eos solos dignos ratus est: quibus cum de imperio armis decerneret. Is nequa q̃ indecorã belli causam cõmentatus: vt Græcos scilicet Romanoq; beneficio iã a Philippo & Macedonibus liberatos ac suis pristinis legibus viuẽtes vano titulo liberaret: cum copiis in Græciam trãsmisit, quæ per id tps incertis fluctibus iactabatur: q; partium duces regiis pollicitationibus animos innouandaq; req; cupiditate suspensos in deteriorẽ partẽ excitiss̃ent. Quamobrẽ Manius ad ciuitates legatos mittere. Titus quoq; Flaminius (vt in eius vita scripsimus) multas ciuitates quæ res nouas moliebanť, sine tumultu continere ac sedare. Cato Corinthios, & Patrenses, ac Æginenses Romanis asciuit. Permultum ẽt tpis Athenis cõsumpsit: cuius adhuc oratio quædã extare fertur: quã græce ad populum habuit: quasi miro quodã amore veteq; Athenienśium virtutibus affectus, singulari cum voluptate vrbis pulchritudinẽ ac ciuitatis amplitudinẽ spectatum veniss̃et. Id aũt falsum est: per interpretẽ enim cum illis loquutus est: q̃q; ira græce sciret: vt interpretis officium minime sibi necessarium esset: Latinis literis adeo cõtẽtus fuit: vt eos nõ magnopere probaret: qui græca admirarẽtur: & Posthumius Albinus qui græce scriberet historiam, veniam deprecatus, morbius eius vacuus nõ fuerit. Sibi enim ignoscẽdũ fuiss̃e: si Amphyctionum decreto coactus, illas res gestas scribere adortus esset. Acerrimã eius in dicendo celeritatem magnæ Athenienśibus admirationi fuiss̃e traditum est. Nã quęcunq; ipse breuissima oratione expediret: interpres multo verborum ambitu vix renuntiabat. Quocirca rati sunt: Græcis qdem sermonem ex labiis, Romanis aut ẽ ex corde proferri. Antiochus vbi Thermopylarum angustiis valido præsidio firmatis, vallo & muro locum, qui natura sui iniquus & difficilis erat, stationibus etiam armatorum obiectis cõmuniss̃et: quasi opinione sua iam bellum explosiss̃et confidebat. Quo factũ est: vt a fronte quidem fauces expugnare Romanus penitus desperaret. Illum vero Persa; circuitũ versans animo Cato noctu qbusdã acceptis copiis ire pergit. Cęterum quum superiorem semitam primi tenuiss̃ent: captiuus quidã itineris dux: errorem viæ captus militi dubiis in locis ac præcipitibus constituto, mœrorem simul ac pauorem iniecit. Conspica-

Caro muros oim vrbium q̃ intra Betim amnẽ fuit, vno die solo æq̃uit.

Caro plura oppida cepit: q̃ dies egit in Hispania.

Pachus Catonis seruꝰ.

Lacentani.

Caro triũphauit.

Caro Corinthios, Patrẽses, & Æginẽses Rõanis asciuit.

Posthumiꝰ Albinus.

Græcis sermonẽ ex labiis: Romanis autẽ ex corde proferri.

Explosiss̃et.

L.Manlius.

tus hoc discrimen Cato cæteris omnibus quiete iussis manere, &. L. Manlio viro ad conscendendos montes aptissimo comite ascito: per loca confragosa laboriosum & multis obiectum periculis iter ingressus est. nocte enim intempesta nihil lucente luna: proficiscētibus oleastris: saxis: aspere tis late dispersis: singularis incertitudo: & obscuritas prospectum ademerat: donec in tramitem incidere: cuius vt assequebatur coniectura: in hostium castris finis erat. Tum vbi signa nōnullis aper

Calidrom?

tis ac conspicuis truncis appositere: quæ supra Calidromum (id enim cacuminis nomē erat) eminerent: ad suos reuersi sunt. Mox ad insignis illas notas copias adducentes eum ingressos callem: quum paulum processissent: eo deficente: conuallis quædam excepit: vbi denuo vniuersi metu ac trepidatione: vix metu constabant: ignari q̄ prope hostē essent. Diluescente iā die: & vox q̄dā audiri visa: & repente Græcoꝝ vallum despici cœptum: qui præcipites illas rupes custodes seruabant. Hoc loco firmatis cohortibus: Cato Firmianis ad se vocatis: quorum ppetua fide ac prōpta opera vsus erat: hisq; extemplo dicto parentibus: hunc maxime in modum loquitur. Vnum ex hostibus vt viuum in manū meā adducatis opus est: qui me doceat: quibus hęc prima custodia data sit: quāta hostium multitudo: quę omnium dispositio: quis ordo: quis apparatus quo nos excepturi sunt. ad eū corripiendum: tota in celeritate ac audacia spes esto. eodē modo leones inermes fiducia & spe pleni horrenda immanium ferarum lustra ingredi solent. Quæ quum dixisset Cato: Firmiani: vt erant: per montes ad speculatorias custodias discurrunt: qbus irruentibus: omnes tale nihil expectantes tantus vndiq; pauor circūuasit: vt qd in rē esset ignari passim fuga dispersi sint. Ex his vnus ipsis cum armis prensus in manus Catonis defertur: a quo explorat: quum reliquæ copiæ in angustiis cum rege sedeant, sexcentos Ærolos ibi delectos esse: qui extremas collium partes p̄ statione tenerent. Horum simul negligentia Cato & paucitate cōcepta, extemplo iussis canere tubis: ingenti clamore ac strepitu, primus stricto pugione suos admouit. quos quum ex præruptis mōribus repēte inuectos cernerent: in regia castra fugientes, omnia tumultu ac terrore cōplent. Manlius interim munimenta q̄ fauces illas tutabātur, vniuersō admoto exercitu, ex inferioribus oppugnat. Tum Antiochus os lapide ictus, excussis dentibus doloris acerbitate equū auertit. Exercitus nulla ex̄parte vim Romanoꝝ ac ipetū sustinere: sed effusa fuga terga dare: & p̄ ancipites saltus palustri limo & voraginibus inuios ac præruptos: & lubricos colles iter habere. Ad hæc intra angustias illas inuicē occurrēres: ita circūfuso vndiq; terrore ac hostili ferro obtorpescere: vt Romanus eos passim cęderet. Cato vsq; quaq; minime parcus suaꝝ laudū p̄dicator, a iactantia, quæ res magnifice gestas sequeret, nō abhorrebat: tum his ce præclaris factis suis magnū cumulum adiecit. Iis enim q cū insectantē ac cædentē hostes viderāt, dixit: nullo pacto tīn populo Ro. Catonē, quantū Catoni populum Ro. debere. Ipse quoq; Manlius consul, ardēte adhuc ex victoria Catone aliquā diu cōplexus, singulari cum lætitia clara voce testatus est: neq; se, neq; vniuersum populum Ro. maximis ac īmortalibus Catonis beneficiis meritā laudē & gratiā referre posse. Haud multo post Cato certus rei gestaꝝ nuntius Romā missus prospera nauigatione Brundusium traiectus est. Illinc autē soluens, vno die Tarentum delatus: quatuor consequentes iter habens: quinto Romā ab hora maritima profectus, primus victoriā nūtiauit: quare gaudio & sacrificiis ciuitatē referfit: eiq; magnos spiritus iniecit: vt maria, vt terras suo vendicare posset imperio. Hęc ferme bellicis artibus egregie a Catone acta sunt. Accusationes ac vituperationes in īprobos reip. partes singulari quidē studio dignas esse ratus, & accusantibus aliis opem tulit: & quosdā qui in iudiciū vocarēt, vt Petilium in Scipionē, comparauit: quē quū amplitudine familiæ, & vera animi magnitudine calūnias calcare percepisset: missum fecit: qm̄ qd in eius perniciē cōstituisset, consequi desperaret. Luciū autē fratrem initō cum accusatoribus consilio, grandi ære in publicum referendo mulctauit. Q̄d quum luere nō posset: nisi ipsum ꝓuocatio ad tribunos plebis ægre liberasset, in vincula coniectus esset. Quū adolescēs quidā patris iā vita functi ignominia inimicū affecisset: cum deinde p̄ fo; ambulātē obuium sibi factum Cato comiter cōplexus: æquūest inqt nō agnis nō hœdis, sed ămulo; lachrymis ac dānationibus sic exeqas parentū celebremus. Quæ q̄is ita se haberent: calūniarum tū in repu. expers nō fuit: nā vbicūq; inimicis accusatiōis argumētum accusationēq; p̄stabat: in causa dicēda magno cum discrimine vexabat. Ferme enī quinquagies ei diē dictā esse ferunt: postremo sex & octoginta natus annos accusatus, vulgatum illud dixisse aiunt: Difficile illi mum esse: quū iter alios hoīes vixeris: penes alios de his criminibus rīdere: quæ ab aduersariis obiecta sunt. Nec in ea ætate forēsibus causis ac cōtētionibus modum statuit. Nonagesimo enī anno Seruiliū Galbā ad populi iudicium adduxit: ex quo satis constat: ipsum velut Nestorē patriæ operā nauasse: dum tertiā viueret ætatē. Iis enim vt diximus Scipioni maiori inferior: suis in rep. cōflictationibus in Scipionē vsq; minorē petrexit: eius quidē Pauli filiū: q Perseum & Macedonas bello vicit: illius aūt adoptionis iure nepotē. Annos decē Cato post cōsulatū cēsurā ambiuit: quæ quū olim magistratum facile princeps sit: vniuersę rei supremum & perfectissimum locum habet. Hæc cum alias res: tum vero vt mores vitasq; discutiat: plurimo imperio ac potestate est: vt q̄ de nuptiis: de liberorum procreatione: de viuendi ratione: de conuiuiis diligenter inquirat. Nullā deniq; omnium cupi

Catonis cū Antiocho cōflictus & victoria.

Lucius Scipiōis frater a Catōe grādi ære multatus.

Quīquagies Catoni dies ē dicta: & semp solutus.

Cato Seruiliū Galbā ad populi iudicium adduxit.

Cēsurę magistratus.

Censorum potestas.

ditatum ac institutionū esse: quā adoriri ac indagare nō oporteat. His enim putabant longe facili
us quam publicis muneribus: aut iis quę in oculis oium fiunt, hominum mores eum posse depre
hendere: qui seueritate disciplinę: ne quis ad voluptatem verteretur: custodiret: & acerrime coerce
ret: ne quis patriā ac cōsuetam viuendi disciplinam trāsgrederetur. Ad hoc igitur munus alter pa
tricius: alter vero plebeius deligebant: quos cēsores appellabant. His licebat: & integrum erat: e se
natu eos eiicere: & illis equū adimere: q flagitiose ac intemperanter degerent. Ipsi quoq; sacrificio
ꝝ curabant: & descriptionibus genera: & reipu. officia distinguebant. multas præterea potesta
tes hic magistratus habet. quaproter in petitione censurę nobilissimi & primores patrū Catoni
obstiterūt. Patricii qdem inuidia stimulati: quū hoc pacto nobilitati maxime derractum iri putarēt
si ignobili loco nati q̄primum summum honoris gradū obtinerēt. Hac re ēt vehemēter eos cōmo
ueri: qbus ex multoꝝ malefactorum cōscientia & prisci moris trāsgressiōe, viri austeritas terrori erat:
quā difficilē & inexorabilē fore sibi suadebāt: si cēsorii muneris ius, & authoritas accessisset. Idcirco
studiis partiū ex composito paratis, septē candidati in campū deducti cū Catone magna contētio
ne petierunt. Hi qdem bona spe multitudinē colere: vt q̄ mollē & voluptuosum iā magistratum ex
peteret. Contra Cato aliam petēdi rationē ingredi: nullā facilitatis aut comitatis significationem
præ se ferre: verum potius ex suggesto improbos minitabundus, aperte & palā testari: ciuitati maxi
ma expiatione opus esse. Hunc in modum populum rogare: vt si prudentes essent: nō blandissimū
at asperrimum medicum deligerēt. Se quidem illum esse: alterum autē ex patriciis Valerium Flac
cum: quo vno collega delitias ac mollitiem velut hydram exscindens atq; concremans, vt opinio
sua ferebat, plęraq; quæ in re essent, facturus erat. Cum cæteris vero minime sibi liberum fore: Cato cēsor
pro dignitate reipub. administrare: quoniam optimos præceptores formidarent. Qua quidem creatus.
in re populus Romanus magnis sane principibus dignus, sic excelso animo fuit: vt nec rigidos,
nec elatos Catonis mores extimesceret: verum cæteris omnibus popularibus, & qui cūcta ad gra
tiam facturi videbantur, repulsis cum Catone Flaccum cēsorem designarit: cui nō velut cādidato,
sed iam principi & imperanti paruit. Cato. L. Valerium Flaccum collegam amicissimum senatus L. Quinti⁹
principē descripsit: e quo quū alios cōplures, tum Lucium Quintium Flaminium eiecit: q septem Flamini⁹ e
annos antea consul fuerat: & qd lōge sibi gloriosius fuerat. T. Flaminii frater: q armis Philippum senatu eie
debellauerat. Causam autē cur e senatorio loco motus sit: hanc accepimus. Lucius adolescentem ctus.
liberali forma scortum deperibat: quem semper comitem secum habuit. Is quū Lucius imperator
rē gereret: & honore & gratia apud eum tm̄ potuit, quantum quicūq; superiori tempore beniuolē
tia & familiaritate illi deuinctus esset. Penes ipsum igitur cōsulari prouincię præfectum aliquādo i
conuiuio ex more discumbens, multis blandimētis Lucium: qui vino facile vincebatur, alliciebat:
quem quum a se diligi plurimis verbis ostenderet: hoc testimonio vsus est: Omnibus domi gladia
torio spectaculo intentis, cuius tametsi visendi desiderio afficerer, ꝙ obtruncari nunq̄ hominē vi
derim: tū sub ipsum spectaculum ad te ꝓperaui. Lucius adū indulgens amator quū parem sibi gra
tiam referre vellet: huius inquit rei cā ne mecum subtristis sis: hoc enī mœrore te q̄primū liberabo.
Extemplo igitur vnū ex iis qui rei capitalis crimine damnati erant: ad se in conuiuiū adduci impe
rat: & accersito cum securi carnifice, amasiolum denuo rogitat: vtrū hominē percuti spectare cupe
ret: qui quū se velle respondisset: collo caput eximi iussit. Ad hæc quæ plurimi tradiderunt, accedit
Ciceronis testimonium: apud' quē in dialogo de senectute Cato talia disputat. Liuius autē eum q
interfectus est Gallum transfugam fuisse: nec Luciū ferīēdi negotium carnifici dedisse: sed propria
manu incorpus illius sæuisse cōmemorat: idq; in oratione Catonis scriptū extare. Moto itaq; Lu
cio ex ordine senatorio, Titus frater id ægre passus ad populum confugit, rationem offerre iubens
cur adeo ignominiose fratrē eiecissiet. At ille quū cōuiuii turpitudinem exposuisset: &. L. negaret: ad
iusiurādū a Catone reuocatus tergiuersatus est. Id vbi multitudo perspexit: dignas dedisse pœnas
sciuit. Deinde quū spectaculo ciuitas frequens interesset, Lucius cōsularē locū prætergrediens, pro
cul cōsedit. Qua re populus vehemēter misericordia commotus magno plausu reuerti & in hone
stiores sede collocari coegit: quāsi quoad sibi liceret, quod ineū factū esset emendaret: & vulnus qd
inflixerat, hoc studio, hoc beniuolentiæ testimonio mitigarer. Mālium quoq; virum clarissimum, Manliū Ca
consulē futurū, e senatorio loco mouit: ꝙ interdiu, præsente filia, dissuauiasset vxorem: quem quum to e senatu
increparet: testatus est, se nunq̄: nisi quum aliquādo tonaret a sua complexum. vnde per iocum di mouit.
xisse fertur: tonante Ioue se beatum esse. Lucius etiam Scipionis Aphricani frater Catoni causam
attulit: ex qua sibi singularem inuidiam contraxit. haud enī æquitate causæ: sed Aphricani contu
melia potius: a Lucio Scipione viro triūphali equō ademisse creditus est. Ad hæc molesta magno
pere multos eius seueritas affecit: qua sumptuosos apparatus: quos nemo penitus rescindere potu
isset: circūcidebat: qū plurimos in ciuitate luxuries iam ęgros reddiderat. ac propemodū labefacta
uerat. Vt igit in oēs animaduerteret: coegit vestis: carpenti: mundi muliebris: & domesticæ supel
lectilis decuplum amplius incensum referri: q̄ earū rei pretium finiret: si mille quingentas drach
mas excessisset. alioqui in aium induxerat: vt maiori censu grauati: plus in æratis conferrent. Insu

per tria singulis milibus æra attribuit: vt quũ frugi viros & moderatos sibi fortunis pares: paucio res pecunias in fiscum persoluere cernerent, a luxu desisterent. Grauiter autẽ Catoni succensebant: quicũq; vt instituerant laute viuentes, tributi nomine suas opes exhauriebant: aut q delirias, quibus capti & demulcti erant, propter pecuniaq; collationes exuebant. Leges enim quibus diuitiaq; ostentatio interdicitur, nõnulli diuitiaq; ademptionem esse arbitrantur. Eas autem nequaquam rebus quæ ad vitam necessariæ sunt: sed superuacaneis ostentari. Quaproper omnium consensu Aristonem philosophũ maxime admiratum ferunt homines potius superfluis fortunæ bonis, q̃ necessariis ac cõmodis beatos esse. Vnde Scopas Thessalus, quum quispiã familiaris ab eo quicq̃ assequi cõtenderet: quod neq; necessarium sibi: neq; valde cõmodum esset: huiusce modi rebus ingt & felix sum: & locuples: superuacuis inquã, & vsui minime necessariis. Sic vehemẽs opum studium nequaq̃ nobis a natura datum, ex vulgari & aliena opinione introductum est. Quæ q̃q̃ ita essent: Cato tamen tales incusatores nihili faciens, eriam atq; etiam seuerius animum in rendir. Aquæ ductus enim quibus aquam publicam priuatim in domicilia & hortos subductam vsu capiebant: abscidit: & quæcũq; in loca publica porrecta essent ædificia, diruit: ac demolirus est. Operarias artes ad mercedem prauam contraxit: venditionibus supremo pretio vectigalia æstimauit. Ex quibus haud mediocris in eum delata est commoditas. Qui vero cum Tito Flaminio sentiebant: ad uersus Caronem conspirantes, im pensas & sacrarum ædium & vrbanorum operum locationes, velut inutiles, irritas fecerunt. Tribunos etiam plebis impudentiores, & ad omne facinus propenSiores, sollicitauere: vt Catonem ad populum prouocantes, duobus talentis mulctarent: eiq; in apparatu basilicę magnis altercationibus refragati sunt: quam ex ære publico vicinam foro sub curiam a se inædificatam Porciam basilicam appellauit. Populus mirum in modum Catonis censura graram habuit: cui quum statuam consularem in templo collocasset: nec Catonis præturas, nec imperia, nec triumphum, sed hunc titulum inscripsit. Rem Romanam iam prolabentem, & in deterius versam. Cato creatus censor modestissimis institutis, optimis moribus, ac pceptis prisrinũ in locum restituit. Huiusce modi honoris ambitiosos initio contempsit: eos nãq; latere dicebat: q̃ fabrorum aut pictorum operibus glorianẽ. Quum honestissimas pulcherrima sq; eius imagines populus Romanus animis circumferret: nonnullis admirãtibus: q̃ ignobiles & mediocres homines statuas haberent: Cato vero nullam: Quæri inquit malo: quamobrem Catonis simulacrum hic non positum sit: q̃ cur positum sit. Neminem præterea bonum ciuem laudari ac celebrari passus est: nisi id communi vtilitati coniunctum esset. Plurimum vero, præter cæteros, de seipso prędicauit: cui magno illud argumẽto est: q̃ qui in vita de officio defecissent: si quando reprehenderentur: eos minime vituperatione dignos, quia Catones non essent, dicere solitum referunt. Illos etiam qui eius acta, nec magna cura, nec singulari diligentia imitari conarentur: siniStros Catones appellari. Vniuersum senatum periculosis reipu. temporibus, in se, vr in sęua tempestate vectores in gubernatorem oculos conuerte. Quaproper eo absente: res grauissimas, ad quas adeundas magnam sibi partem celeritas vendicabat, sępe tamen in aliud tempus prorogari. Quæ non solum suo, sed aliorum quoq; testimonio vera fuisse constat. In ciuitate igitur, quum virę institutione, eloquentia, ætate, multum anteiret: magnos honores ac singularem dignitatem consequutus est. Fuit bonus in liberos parens: in vxorem maritus frugi: & rei pecuniariæ procurator non vulgaris. Nãq; huiusmodi curas cogitationesq;, non perinde ac paruas & humiles, a se alienas iudicauit. Quamobrem oportere arbitror: vt quęcũq; de his ab ipso bene constituta sunt: summatim dicam. Fœminam quæ lõge magis generis antiquitate: quam diuitiis polleret: vxorem cepit: q̃q̃ vtrãq; grauem & molestam censerer: tum honesto loco natam: natura potius turpitudinem vereri: & ad ea quæ recta essent: marito obsequentiorem fore cogitabat. Eos q vel vxorem vel liberos verberassent: quasi in sanctissima deoq; templa manus intulissent: impios esse putabat: eumq; maiori laude dignabatur: qui bonum maritum se ageret: quã qui in ordine senatorio magnus esset. Quocirca Socratis illius prisci nihil amplius admiratus est: q̃q; difficilem & contumacem coniugem: & insanos liberos nactus, cum eis comiter atq; humaniter vixisset. Vbi Cato filiolo auctus est: nisi resp. impedimento esset: nullum officium sibi antiquius duxit: q̃ vt in tempore quo infans lauaretur & velamentis inuoluererur: visendi causa, domum veniret. Hũc suo lacte vxor aluit: quẽ vt seruorum beniuolentia & charitate muniter: ancillarum puellos interdum vberibus suis admouit: haud ignara quanta necessitudine plæriq; cibo sodalitio coniuncti sint. Cato vero filium q̃primum per ætatem intelligere potuit: literis erudiuit: tametsi Chylonem gratissimum seruum grãmaticum haberet: qui tum pluribus pueris ludum apperuerat: indignum (vt ipse perhibet) ratus: natum suum: si discendo tardiusculus esset: ab eo q seruiret reprehendi: ac aurem distorqueri. Doctrinę huius quoq; causa: mancipio debere grarias noluit. Idcoq; ipse literarum prœceptor fuit. Ipse leges edocuit: ipse exercendi corporis magister: non modo ioculandi: tractandi arma: equitãdi: sed etiam pugno dimicandi: & calorem & frigus tolerandi: ac rapidos gurgites & asperrimos fluuios intrandi artes instruxit. Ipse etiam propria manu historias maiusculis literis exarasse testatur:

vt domi

Aristo philosophus.

Basilica Porcia a Catone ædificata.

Catonis cẽsorii statuę inscriptio.

Catonis responsio de simulacro suo nullibi posito.

Cato plurimum de seipso prędicabat.

Catõis optima instituta.

Cato ipse filiũ docere voluit.

vt domi maiorū virtutis exemplā filio vsui & adiumēto foret. A verborū turpitudine, ꝑsente puero, sic tēperauit: quasi vestalibus virginibus arbitris loquuturus esset. Nec quum eo vnq̄ lauit: id quod a Romanis factitatū est. Generos enim cum soceris balneū ingredi vitio dabant: qm̄ mē brorum undationem inspectantibus illis cum decore fieri nō posse iudicarent. Postea quū a Græcis Romani nudari didicissent: ipsi subinde Græcos, vt id cum vxoribus vsurparent docuerunt. Omnia igitur quę ad ingenium & sollertiam tinerent: Cato qui filium pinde ac pulcherrimum quoddā opus ad virtutē formabat: ac effigiabat: ex sententia perfecit. Quum vero corpus natura mollius: q̄ labori sufficiens, appareret: stricte ac castigate leges viuendi ei remisit. Qui q̄q̄ natura talis esset: studio tamē & industria adeo i re militari strenuus fuit: vt in ea pugna, qua Pauli Æmylii auspiciis, aduersus Persem dimicatū est, maxima cum laude certauerit. Vbi quū ictu pugione iecto ex sudore manu excidisset: mœrore affectus ad familiares ac contubernales cōuersus, incla mitans cū eis in cōfertissimos hostes se cōiecit. Tum magna dimicatiōe, magna vi, nudato loco, inter armorū & cadauerū quę vtrinq̄ ceciderant aceruum, gladium vix inuenit. Hoc quū Paulus imperator animaduertisset: magna cū admiratione delectatus est. Quædā insuper Catonis ad filium extat epistola: in qua eius cupiditatē ac vehemens in ense recipiēdo studiū magnopere laudat. Hic adhuc adolescens Tertiam Pauli Æmylii filiam Scipionis sororē cepit vxorem: quū nō tam patris dignitate: q̄ sua singulari virtute, clarissimæ adeo gētis affinitatē sibi cōparasset. Talis denicp̄ vir fuit: vt sedulitas: industria: diligētia: q̄bus eū pater excoluit: ipsius expectationi respondisse videatur. Multos seruos Cato ex captiuis emit pueros præsertim: vt aptius & facilius velut catulos & pullos educare ac erudire posset. Hos si institutos accipio: vt minime aliena domum: nisi Catonis aut vxoris iussu: introirent. A q̄bus quū quereret: q̄nam Cato faceret: se nihil: nisi nescire respōdebant. Oportebat (vt sibi psuaserat) seruos domi vel aliquod necessariū munus obire: vel q̄ete corpus reficere. Quapropter eis magnopere delectari solitus est: quos somno deditos videret: cp̄ ipsos māsuetiores & pstantiores futuros: q̄ multis vigiliis affectos: putaret. Seruos congressus & coitus causa in grauissima facinora illabi ratus: statuit vt definito ęre: cum ancillis cōgredi possent: cū cæteris autē mulieribus ne liceret: interdixit. Horū incuriā atq̄ imprudētiā in his quæ ad cibum spectarēt: initio: quū tenuis adhuc & inops militaret: molestē nunq̄ tulit. Indecorū enim vētris aut gulæ causa graues lites & cōtrouersias cum pueris & ministris habere. Postea vero fortunis auctus: quū amicoꝝ & collegarū cōuiuium celebraret: continuo post cœnā eos loro castigauit: q ab obsequio aut apparatu p negligentiam defuissent. Vnde ꝑterea mutuæ semp inter ipsos seditiones essent cōmētabat: cp̄ illoꝝ volūtatē animorūq̄ cōsensum & suspectū haberet: & maiorem in modū formidaret. De seruis q capitalis noxæ rei essent, ꝑsentibus cæteris iudiciū agi: & de dānatis suppliciū sumi voluit. Dū accuratissime puentus ad intētissimā formā referret: agriculturam delectationē potius, q̄ fructū æstimabat. Vt aūt tuto in loco fortunas suas collocaret: paludes, lacus, aquas callidas, loca fullonariæ accōmodata, prædia, quæ cū opere rustico facile colerētur, quū sua spōte syluis & pabulationibus referta essent, cōparabat: ex q̄bus multū pecuniaꝝ caperet: eisq̄ Iuppiter (vt ipse dicere solebat) nocere nō posset. In nauigaturis eo fœnore vtebatur: qd in primis reprehensum est. Iubebat enī q̄bus mutuo dederat, vt multos cōmuniter in societatē asciscerēt: qui q̄nquaginta numero facti totidē dispertiti nauibus, cum Quintione liberto, cui suę & socioꝝ particulæ negotiū dabatur, enauigabant. Erat enī haud vniuersam in sortē, sed magno cū emolumēto paruā in rem discrimē. Seruis etiā lucri cupidis argētum præbebat: vt pueros emerent: quos impēsa Catonis educatos ac instructos post annū vēnundabant. Ex his Cato cōpluris detinuit: quos tāti suppeditauit: quāti ab emptoribus summū æstimari sunt. Quū huiuscemodi quęstus studiū filio psuadere conaret: nō viri, veꝝ viduæ mulieris esse dixit: extēuatas facultates dimittere. Illud aūt lōge magis eius aī vehemētiam declarat: cp̄ illū hoīem admirabilē ad gloriā, ac diuinū appellauit: q̄ rationes suas ampliores q̄ accepisset, relinq̄ret. Ea tēpestate qua Cato iā grādis natu erat: Carneades academicus: & Diogenes stoicus philosophus legati Athenis Romā venere: vt Atheniēsium ciuitatē q̄ngētis talentis, q̄bus Cecropioꝝ postulatione a Sicyoniis, indicta causa, mulctata fuerat: liberarēt. Mox adolescētes huiuscemodi legatos viscēdi & salutandi gratia frequētes cōuenerūt: quos quū disputatibus interfuissent: laudibus & admiratione extollebat. Carneades præcipue gratiosus habitus est: in quo sic summa virtus cum summa æstimatione iungebatur: vt maxima comitate deuinctis auditoribus: quē admodū spiritu: sic rumore ciuitas subito cōpleret: vnius Græci hoīs eloquētia pariter ac sapiētia singulos de mulceri: ac teneri: & incredibili quodā iuuentutē cunctis post habitis voluptatibus ac reliqs exercitationibus quasi diuinitus afflata ad philosophia conuerti. Q̄d quū cæteris Romanis iocūdum spectaculū esset: q̄n complures adolescētes optimis græcis artibus eruditi: & cū spectatissimis viris versari cernerēt: principio ipse Cato huiuscemodi doctrinę studiis vniuersam ciuitatem abundare grauiter ferebat. Verebat enī: ne ad hanc humanitatē cōuersa iuuētus: sic dicēdi laude duceret: vt reꝝ gerendaꝝ ac militię gloriā contēneret. Vbi vero philosophoꝝ nomē passim p vrbē celebrari cœptū est: & vir cla-

Catōis filii strenuitas.

Indecorū ē ventris aut gulæ causa graues lites cū pueris aut ministris habere.

Carneades & Diogenes.

rissimus. C. Attilius magno studio exorato senatu, primâ eorum orationem verbis latinis interpretatus eêt: Cato secũ statuit, vniuersos philosophos quadã honestatis specie Roma dimitti. Quo circa in curiam veniens primoribus patrũ grauiter ẽqstus est: ꝙ diuturno tpe infecta relegati in vrbe sedeant: qui tanto ingenio, tanta facultate dicẽdi sunt: vt facile ꝙcũꝙ velint persuadeant. Quãobrem reip. saluti conducere: quoddã senatusconsultũ mature decerni: quo hinc abeũtes ad scholas reuertantur: vbi liberos grãcoꝝ suis artibus instituant. Romani vero adolescentes more maiorum legibus & principibus audiant. Huius snĩæ author fuit Cato: nõ quia Carneadi (vt nonnulli suspicabant) infensus esset: sed quia philosophię & oĩ grẽcę doctrinæ penitus aduersus, quantum in ipso erat, insectabatur. Quippe quũ Socratẽ loquacem & violentũ hoĩem appellaret: qui quum in patria sua plus posse ẽ leges paterent affectaret: priscos mores ac veteres consuetudines antiq̃re: ciuesꝙ suos ad cõtrarias pristinis institutis opiniones traducere molitus ẽ. In Isocratẽ inuect⁹, eius in scholis discipulos cõsenescere aiebat: vt apud inferos causas quas in fidẽ suã recepissent: patrocinio tuerent. Ad hæc quũ grãcoꝝ studia ad filiũ maledictis incesseret: qui curam & vigilantiã ad grẽcas artes cõtulerat: grauiori sono vocis, q̃ sibi per senectutem liceret: quasi numine afflatus oraculum ederet: Romanos tunc imperio spoliatum iri dixit: quum se grãcis literis dedissent. Cæterum hæc ipsius maledicta falsa atꝙ inania fuisse, consequens tempus ostendit. In quo quum ciuitas rebus gestis amplissima facta esset: omni cõmendatione humanitatis grẽcarum disciplinarum etiã atꝙ etiam infloruit. Nec grãcos philosophos solum Romæ, verum medicos odio & suspitione prosequutus est. Quũꝙ illud Hippocratis qui a rege Persarum multorum pollicitatione talentorum accitus, nunq̃ barbaris grãcoꝝ hostibus fuit facultatem facturum dixerat: Hoc inquit commune medicorũ iusiurandũ est. Quapropter satis hortari filium non poterat: vt tales hoĩes declinaret. Ad quem scripti eius extant cõmentarii: quibus aperte cõmonefacit quo pacto vel incolumis seruari, vel ęgritudine liberari posset. Si qs ex familia aduersa valetudine laboraret, neminem vnq̃ per inediam seruauit. At oleribus, & leuissima, velut nessatum, fassatum, ac leporis carne domesticos infirmos aluit. Hæc enim quum coacta facilia stomacho sint, ægrotis conferunt: nisi ꝙ manducantes per mille somniorum species versari contingit. Hac itaꝙ viuendi ratione frætus, quum ipse quidem optime valuisset: & suos incolumes aliquãdiu conseruasset: sibi tamen non parum inuidiæ conflauit: dum vxorem & filium perdidisset. Ipse vero corpus robore firmissimum nactus, adeo prospera valetudine diutissime fuit: vt etiam grandæuus mulieri magnopere congredetur: & huiusce modi causa, præter ætatem, vxorem ceperit. Nam vbi Pauli filiam Scipionis sororem filio coniugem dedit: ipse vxore destitutus, cuiusdam puellæ coitu, quæ ad eum ventitabat, vtebatur. Id facile per angustias domus perceptum est. Filius quum mulierculam impudentius ac tumultuosius ad patris thalamum profectam intellexisset: verbũ nullũ fecit: sed quasi rei turpitudine affectus: grauius in eam oculos coniecit. Quod simul ac cognouit Cato: nulla ex parte questus: vultu ac fronte nullũ vestigium doloris expressit. Cæterum cum ex more grege amicorum stipatus in forum descenderet: a Salonio scriba: qui cum cæteris eum domo deducebat: magna voce accito: scisciatne? ẽ: verũ filiolam marito collocasset. Cui nihil adhuc actum eẽ: nec se nisi ex consilio ipsius facturum respondenti: videor inquit idoneum tibi generum inuenisse: cuius nisi grandiorem ætatem repudies, cætera (vt spero) facile probabis. Tum Salonius Catonem cohortatus est: quo puellę cogitationem susciperet: & arbitratu suo collocaret: quæ in clientelam ipsi⁹ recepta, gratia, fide, opera eius indigebat. Nihil tardatus Cato eam sibi coniugem expetere docuit. Quocirca Salonius primũ non minus obstipuit: q̃ postea lætatus est. Catonis enim ætas annis iam grauis & familiæ dignitas, quæ consulares ac triumphales imagines præferret, a puellæ suæ nuptiis aliena videbantur. Verum Catonem serio locutum perspiciens, libenter ei filiam despondit. Deinde in forum procedentes, mox sponsalia rite fecerunt. Hæc res vbi ad Catonem filium perlata est: accersitis sociis patrem conuenit: veniam deprecatur: siquid in eum patrauisset: quo subiratus: ac dolens sibi nouercam induxisset. Cui Cato: Meliora dic inquit fili charissime. Omnia sane tua, iocunditate me quadam afficiunt: & quod tibi succenseam nihil est: sed huius rei consilium cepi: quum multos mihi quidem natos, patriæ vero tibi persimiles ciues relinquere cuperem. Hac ratione superiore tempore Pisistratus Athenienśium tyrannus (quẽadmodum literis proditum est) pubescentibus iam liberis agricolam Chimonasam sibi coniugẽ desumpsit. Ex qua Iophon & Thessalus editi sunt. Ex his nuptiis Catoni filius, ex matre cognomẽto Salonius ortus est. Alter vero maior natu quum imperatorem gereret: extremum obiit vitæ diem. Cuius vt viri optimi Cato pater sæpe suis in libris meminit. Huius mortem modice ac sapienter tulit. Et consequenti tempore nihilominus reipu. intentus fuit. Nec enim vt. L. Lucullus post, & Metellus pius, onere iam vrgentis senectutis, se a cõmunibus muneribus abdicauit. Nec vt antea Scipio Aphricanus liuore, quem in se maximarũ rerum gestarum gloria cõflauerat: permutato viuẽdi ordine, rebus vrbanis prætermissis, reliquũ ętatis in otio egit. Cęteꝝ sicut Dionysius tyrannidem honestissimas exeqas, ita Cato decoram ætatis iam senescentis occupationem reip. ratus, cũ laxamentis, & quibusdã quasi iocis, i cõte

Socrates loquax & violentus a catone appellatus.

Romanos imperio spoliatum iri quũ se grãcis literis dedissent. Catonis protulit. Medicos ẽt Cato odio prosequut⁹ est.

Cato Saloniĩ scribæ filiã in vxorẽ cepit.

Pisistratus. Saloni⁹ Catonis filius

Cato oĩones varias & historias scripsit, & libru de agricultura.

xendis libris: & agricultura: quotiescūq; sibi vacuū tempus ostenderetur: vtebatur. Varias enim orationes & historias descripsit: & rei rusticæ curam ac studium adhibuit. Anteq̄ virilem togam susciperet: duobus dumtaxat prouentibus, agricultura scilicet: & parsimonia vsum se refert. Tunc ex vrbe in villam se recipiens: & rationibus & studiis suis consuluit. De agricultura quoq; librum edidit: in quo de plantis conficiundis: & de pomis asseruandis pleraq; scripta sunt. Quo in loco adeo laudis auidus visus est: vt in singulis proprius: elegans: copiosus esse voluerit. In agro quo q; abundantes cœnas instituit: vicanos & accolas æquales & familiarissimos suos passim conuiuas habuit. Cuius consuetudo non modo coætaneis comis, verum etiam adolescentibus grata & iocunda fuit: vt qui per lōgam experientia multis in rebus & memoratu dignis sermonibus ob seruaretur. Ipse mensam maxime amicorum parentem: atq; procreatricem existimauit: vbi ciues bene de republi. meritos oratione ac prædicatione ornare ac celebrare consueuit. Cunctos autem obliterare: quos improbos vel inutiles iudicasset. id adeo diligēter a Catone vsitatū est: vt nullū eorum laudi ac vituperationi aditum in cōuiuio præstiterit. Extremum qd in republi. fecit opus, Carthaginis euersio ac desolatio fuit. Hanc etsi manu & opere Scipio minor exciderit: consilio tamen & sententia Catonis aduersus eam ex huiuscemodi causa bellum susceptum est. Is ad Carthaginenses & Masinissam Numidiæ regem armis inter se disceptantes missus est: vt controuersiaq; causas inspiceret. Masinissa quidem ab initio popu. Ro. studiosus erat. Carthaginēses vero post cladem, qua Scipione duce fuerant victi, graui stipendio mulctati & imperio exuti inducias agebant. Ciuitatē itaq; præter senatus expectationē: nec multis affectam incōmodis nec inopem inuenit. At militari iuuentute, diuitiis, armis, bellico appatatu florētissimam: & moderatum nihil animo versantem offendit. Qua propter haud tempus esse putauit: Romanos: de Numidarū aut Masinissæ fortunis ac legibus decernere: sed Carthaginem olim inimicissimam cunctis viribus opprimere: quæ iam copiis suis aucta & ad defectionem suspensa maximū in discrimē vt prius rem deduceret. Magno igitur studio reuersus docuit senatum: superioribus cladibus Carthaginenses prudentiores, q̄ infirmiores esse. Nec tam armis debilitatos: q̄ bellicis artibus instructio res factos esse. Bellum numidicū Romano quoddam præludiū extare. Pacem atq; inducias duelli prorogationē rectius appellari posse. Ad quod gerendum nihil præter tempus expectari. Aphricans subinde ficus quas clanculum subter togam de industria detulerat, palam ostendit. Quarū magnitudo ac pulchritudo quum admirationi multis esset: Fundus inquit ex quo hæc lecta sunt poma, trium dierum nauigatione ab vrbe Romana distat. Illud vehementius quum de totius summa rei sententiam diceret, acclamasse fertur. E repu. mihi videtur Carthaginem deleri. A quo quidem quum. P. Scipio Nasica dissentiret: perrexit in hunc modum contrariam sententiam tueri: vt semper haberet in ore: E republi. mihi videtur Carthaginem nō deleri: potissimum quoniā populus Roma. ob felicitatem elatus & insolens: permulta iam flagitia contineri non posset: qui secundissimis adeo rebus fungitur: vt quo impetus animorum ferat, eo vi ac impotentia perueniat. Hunc ergo sibi metum quasi frenū quoddam multitudinis temeritati moderatorem & salutarem impendere cupiebat. Carthaginenses enim quemadmodum Romanos profligare non possent, sic cōremni nō debere. Id autē periculosissimum Catoni visum est: cui satis exploratum erat: populum Roma. debacchari: & variis in erroribus per multam licentiam versari: dum ciuitatem magnitudine præstanti inimicissimam haberet: quæ suis fracta malis moderatior ingruat. Nec profecto timere nō poterat: donec eo in loco reipubli. status esset: vt quod domi male viueretur, foris terror sublatus esset. Hoc pacto tertii & vltimi belli punici Cato author fuit: cuius ipse principio mortuus est: quum multa sapiēter ac diuinitus de eo vno prædixisset. Cui potissimum illius vrbis excidendæ palmam seruari animo multos annos ante preuiderat. Hic tunc erat adolescens & tribunus militum. Profectus tantæ prudētiæ ac indimicando virtutis signa declarauit: vt his Romam perlatis, homericum illud Cato cecinerit: Iste sapit solus: reliqui velut vmbra vagantur. Hoc eius oraculum paulo post re ipsa verissimum fuisse confirmauit. Cato progeniem hanc superstitem reliquit: vnum scilicet filium: quem (vt superius dictum est) ex posteriore vxore natum, cognomento Salonium appellauit: vnūq; ex defuncto Catone filium nepotem. Solonius q̄ dem dum imperatos esset, mortem obiit. Eius filius Marcus consularem dignitatem administrauit. Iste Catonis philosophi virtute ac gloria ætate sua clarissimi auus fuit.

Carthagis euersio extremū opertum Catonis fuit.

Ficꝰ Aphricanas Cato sub toga celata ostēdit.

Cato tertii punici belli author.

Catonis interitus.

Catoni q̄ progenies superstes relicta sit.

COMPARATIO ARISTIDIS AD CATONEM SENIOREM.

VVM De his quę mentione digna videbantur exposuerimus: si totam vnius vitā vniuersę alterius cōferamus qm̄ multis egregiis in locis pares sunt: qbus in rebus varietas ac dissimilitudo sit, difficile percipiemus. Si vtrāq; priculatim quasi carmē aut pictā tabulā syncæro & subtili iudicio discernere voluerimus: discipiemus esse vtriq; eōmune: q̄ sua virtute, suis optimis institutis innixi, magna cū gloria ad rēpu. accesserūt: q̄q̄ nec maiorę splēdor, nec externa rerum facultas eos pmoueret. Aristides, vt nobis cōiectura colligere licet, quū necdū Athenæ magnopere creuissent: & opes ciuitatis mediocritatē equalitatēq; seruarēt: factionū principibus & impatoribus obsistēs, clarus ac spectatus ciuis factus est. Eo tpe quo florere in rep. cœpit, q n gētū medimnū census maximus erat. Secūdus aūt recētum: eōstris oribus hominibus. Tertius extremus ducentū fuit: his quos zeuzitas, alias tengitas appellabant, attributus. Cæterę Cato quum paruo ex municipio & rusticana viuēdi cōsuetudine in vastū quasi pelagus se immitteret: rem Romanā ingressus est. Quæ tunc haud quaq̄ vt patrū memoria Curios, Fabritios, Hostilios, ex agris duces deligeret: nec inopes & operarios ab aratro & ligone primores & primarios ciues in curiā accerseret. Verum quę generis nobilitatē, diuitias, largitiones, ambitione more suo magnificaret: & tumore iam & imperio fręta, candidatorū studio p fastidiū quoddam delectaretur. Haud simile est Themistoclem inimicū habuisse: qui minime splendore generis clarus, mediocribus fortunis nitebat. Tria enī vel qnq̄, sumū: talentum possediſſe traditur: quū initio ad rempu. se cōiecit: & Scipionibus Aphricanis, Seruiis Galbis, Quintiis Flaminiis p summo loco ciuitatis iniisse certamen: Cui nihil momēti, nihil facilitatis, nisi iustitię causa, & loquendi libertas aditum daret. Aristides quoq; Marothone, & rursus Plateis vnus ex decem imperatoribus designatus fuit. Cæterū Cato secūdus cōsul: & aduersis, ac refragātibus multis: præteritis septē clarissimis & nobilissimis viris cōpetitoribus: secūdus cēsor factus est. Aristides nulla in re quæ magnifice gesta sit, primas partes habuit. Militiades enī apud Marathonē: apud Salaminā Themistocles princeps. fuit. Apud Plateas Pausanias (vt refert Herodotus) omnium pulcherrimam victoriā vicit cum Aristide. secūdas sibi vendicet Sophanes, aīę Callimachi & Cynegiri dissceptant: qui in his certaminibus fortiter ac strenue depugnauerūt. Cato vero non solū cū imperio in hispania cōsul, & manu & prudentia cæteris anteire iudicatus est: sed etiam tribunus militū circa thermopylas alterius auspiciis victis pduellibus, victoriæ gloriā adeptus est: quū Romanis aduersus Antiochum magna clausstra recluserit: & aduersus regē, q solū ante se pspectabat, a tergo partem exercitus clā circunduecēs. oppugnauerit. Ea enī victoria quæ sine cōtrouersia Catonis opus fuit: græcia excedere coegit Asiā. In quā item Scipioni patefecit aditū. Bellicis in rebus ambo foris inuicti fuere: sed in repu. domi nō sic. Aristides enī studiis partiū qbus cum Themistocle dissidebat decēnii exilio ex vrbe deturbatus est. Cato vero tametsi cunctos potētissimos & primatios ciues inimicos haberet: vsq; ad senectutē velut athlera decertās oī se casu & calamitate vacuū liberūq; seruauit: cum sæpissime publicis in iudiciis aduersarios accusasset: ac p se causas dixisset. Multos qdem oppressit: ipse vero existimatione vitæ suæ optimę institutę ac eloquētia cōmodissimo adres transigendas instrumēto munitus, ab oibus accusationibus absolutus est. Quare qdē iustis de causis longe magis casu aut fortuna factū esse qs dixerit: neq̄ ei præter suā dignitatē acciderit. Præclarę & hoc Antipatri testimonio: q Aristidē philosophum vita quoq; functū, præter cætera persuadēdi vim habuisse pscripsit. Nullam pfectiorē virtutē q̄ ciuilē cōsequi mortales posse, certum est. cuius nō parua pars a multis authoribus ratio rei familiaris ponitur. Ciuitas enim quædam domiciliorū constitutio est. Hęc quū sit caput: moribus ciuiū bene cōpositis publicis in rebus vires ac robur capit. Hinc Lycurgus argenti & auri quicquid Lacedæmone fuit abigens ac exterminās, vsu ferrei nummi igne deprauati introducto, ciues cura domestica minime liberauit. sed præter cęteros legislatores pspexit: oēs delitiis, simultatibus, diuitiarum affectionibus circunciſis, ea quæ ad necessitatē & cōmoditatem vitæ conducūt, facile cōsequerētur. Pauperem etiam sine laribus, sine penatibus, & mendicum familiarē plus in repu. q̄ opulentū & insolentem timendum esse iudicauit. Cato itaq; tantum in hoc genere valuit: vt non minus prudenter & accurate priuatis negotiis, q̄ publicis præfuisse censeatur. Nam & fortunas suas ampliores fecit: & plęrisq; in primis vtilibus vnum in locū quasi sub vno aspectu positis, de re domestica & rustica posteris præceptionem reliquit: Cæterū Aristides tenuiter viuens æquitatem ac iustitiā falsis criminibus subiecit: quum per vulgus eā domorū pniciem & mendicitatis parentē appellarent: cęterisq; potius, q̄ his in quibus esset, cōmodam putarent. Multa præterea ab Hesiodo, vt nos ad iustitiam pariter ac ad diligentem rei domesticę rationem cohortaretur, dicta sunt: & insegnitiem, ac omni

opere liberâ vacationẽ, velut iniuriæ principiũ acriter inuectus est. Vnde præclare in hunc modũ Homerus scripsit: Non mi operis studium aut augẽdi cura peculi: Quo pulchros alerem natos: Ego semper amaui Remigio celeres vndis agitare carinas. Prælia cum iaculis colui volucresq; sagittas. quasi domesticę facultatis securos ac negligẽtes per iniuriã fieri diuites admoneret. Nam vt physicis placet: nihil oleo si corporibus extetius admoueatur salutarius: si interius nihil perniciosius est. Sic iustos aiunt: cęteris oĩbus emolumẽto esse: quũ sibi ac suis facultatibus per incuriã detrimento sint. Hac re ciuili, Aristidis dignitas posteris eius intercisa fuit: si quemadmodum a multis proditũ est, neq; de dote filiabus, neq; de funere sibi relinquendo cogitauit. E contra Cato: cuius domus ad quartum vsq; genus, Romæ imperatores & cõsules edidit eius enim nepotes ac pronepotes summis magistratibus functi sunt. Aristidis autẽ qui græcorũ princeps fuit, stirpem ingens paupertas partim ad circũforaneas tabulas reiecit, ptim quum extremæ mẽdicitatis onus ferre non possent, ad ciuitatis largitionẽ supplices manus subiicere coegit. Quo factũ est: vt occasione. e medio sublata, nihil a posteris suis splendide, nihil magnifice gestũ sit. An hoc ipsius consilium in dubitatione & cõtrouersia positũ est? Paupertas qdem per seipsam nulli turpitudini coniungitur: q; si negligentię, intemperantię, luxus, imprudentiæ speciem præ se ferat: probro ac vituperatione nõ vacat Cętetũ in viro modesto: industrio: iusto ac forti, qui omni cum laude in rep. versetur, graue magnitudinis animi testimoniũ est. Quis eum putet magnas res posse cõficere: q; in humiles cogitationes animũ demittit? Nec profecto multos iuuabit indigẽtes: q; multis indigeat. Ego magni momẽti viaticũ in rep. nõ diuitias, sed p se sufficiẽtiam existimo. Quæ quia luxuriosum omnem apparatũ repudiat: nullius voluptatis causa grauissimũ ciuitatis munus intermittit. Deus si qdem nulla re simpliciter eget. Hinc illam hominis virtutem, cui minimum alterius accessio necessaria est, perfectissimã ac diuinissimã putamus. Nam vt corpori optima valetudine temperato nec luxurioso vestitu nec delitiis opus est: sic vita & domus quæ bene valent, nõ exquisitis, sed vilibus copiis contẽtæ sunt. Necessitatis enim rationẽ habere p facultatibus oportet. velut siquis plurimas opes cumulat, quum pauciss imis vtatur, ei & multa desse cõstat. At si cupiditate rerum tenetur: quæ sibi nulli vsui sint: vanus: Sin tenuissima earum rerũ, quas appetit, diligẽtia fructum nõ capit: miser censeri debet. Ideoq; libenter a Catone quærerem. Si diuitiæ in vsum referuntur: quodnam sibi ornamẽtum attulerunt: qui in maxima copia mediocriter ac tenuiter viueret? Si vero (quemadmodum par est) in primis splendidum putamus quocunq; pane contẽtum esse: & eo vino vti: qđ operariis & seruis cõmune sit: nec purpura nec tectoria domus egere: nihil horum Aristides, nihil Epaminondas, nihil. M. Curius, nihil. G. Fabricius, quod natura postularet, relinquere: sed ea possidere voluerũt: quoꝝ vsum improbarent. Quid opus tanta cura, tanta vigilantia, tot vnius assis causa loqui & scribere: quo pacto quis breui locuples: fiat qui sic frugi sit: vt & opsonium sibi iocundissimũ rapis manu sua appararet: & eius vxor pinsendi munus a sua dignitate alienũ nõ putaret! Non ab re frugalitas per seipsam plurimũ posse fertur: qua fit vt superuacanearum rerum appetitu & cogitatione liberemur. Qua propter Aristidem in Calliæ iudicio dixisse perhibent: eos probe paupertate erubescere: q; præter eorum volũtatem pauperes esset. Qui autem ex sentẽtia: vt ipse: optimo iure gloriari. Aristidis profecto tenuitatem in desidiam referre ridiculum est. Qui nõ modo si quicq̃ turpe aut indecorum perpetrasset: verũ si barbarum vnũ spoliasset: aut vnum hostiũ tabernaculũ iuri suo vendicasset: facile locupletari potuisset. Hæc hactenus. M. Catonis imperia maximis rebus nullũ ferme momẽtum attulerunt. Aristide vero rem gerẽte: Marathona, Salamina, Plateę pulchritudine: splendore: magnitudine interes a græcia magnificẽtissime gestas facile sibi principatum obtinuere. Nec Antiochus dignus est: qui cum Xerxe conferatur: nec vrbiũ cis Iberum mœnia solo equata, cum tot myriadibus, qui pedestribus naualibusue pugnis ceciderunt, comparanda sunt. In quibus Aristides nulli virtute secundus fuit. Hic gloriam, hic coronas, quẽadmodũ diuitias aspernatus: laudis cupidus: quibus omnibus sine dubitatione anterior ibat: Catoni concessit. Catonem equidem nõ accuso: qui primum sibi locum in omni genere virtutis attribuit: quũ tamen in quadam oratione seipsum collaudare non minus deforme esse, q̃ vituperare demonstrauit. Quę quum ita sint: eius qui vt alterius testimonio laudetur, nõ indiget, virtus meo iudicio pfectior est: q̃ qui seipsum laudibus effert ac prædicat. Nam vt hi qui a studio ambitionis remoti sunt honestissimum præsidium & nõ mediocre ad ciuile ac facile viuendi genus viaticũ adepti sunt: sic qui honoris cõtentione ac cupiditate cõflictãtur, difficiles extant. Quæ res oĩum maxime liuorem atq; inuidiã parit. A quo alter prorsus liber fuit: alter satis superq; laborauit. Aristides qdem Themistoclis maximis in rebus sociis & adiutor fuit: eiusq; principatum ac dignitatem quasi stipator quidam tutatus Athenas erexit. Caro vero Scipioni refragatus, illius aduersus Carthaginenses imperiũ pene subuertit: atq; labefactauit: quo Annibalem victum vicit & profligauit. Multas deniq; calumnias cõmentatus, eum de ciuitate eiecit. &. L. fratrem turpissima repetũdarum mulcta circumuenit. Cõtinẽtiam aũt a Catone plurimis & pulcherrimis laudationibus exornatam, Aristides puram & immaculatam

Oleum.

Catõis domus ad q̃rtum vsq; genus Romç ſperatores. & cõsules edidit.

Paupertate erubescũt q̃pter suã volũtatẽ pauperes sunt.

omni ex parte seruauit. Cæterum Catonis nuptiæ pręter ætatem ac dignitatem suam celebratæ, nec exiguas, nec leues ei maculas aspserunt. Nam valde indecoꝝ videbatur: ꝙ iam grãdæuus adolescenti filio & nurui, clientis qui magistratui seruiens publice mercedẽ merebatur, filiam vxorẽ adduxisset. Verum siue voluptatis causa fecerit: siue pellicis gratia ira ꝑcitus filio succensuerit: & res ipsa & occasio turpitudini cõiuncta fuit. At ea excusatio qua per dissimulationẽ cum filio vtebat̃, verisimilis nõ est: Si q̃dem tales liberos certo iudicio relinquere cupiebat, initio generosam feminã sibi matrimonio cõiugem facere par erat: nõ aũt donec occultũ fuit, cũ ea muliere per libidinẽ congredi: quæ sibi iure copulata non esset. Q d̃ vbi perspicuum factum est: socerum sibi fecit eum: cui facillime dicto suo parere, non autem præstantissimum generum diligere propositum fuit.

¶ TIMOLEONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO CRÆCO PER ANTONIVM TVDERTINVM IN SERMONEM NVPER LATINVM VERSA.

Dionysius tyrãnus Syracusanoꝝ a dione expulsus.

Nteq̃ Timoleo ni Siciliã traiiceret: res Syracusanorũ sic se habebat. Postq̃ Dion tyrannum Dionysium expulit statimq; dolo interfectus est: insurgẽtibus ad libertatem qui cũ Dione senserãt, parũ abfuit: quin ex malorũ ingruẽtium multitudine, ac tyrãnoꝝ frequẽti mutatione, vrbs derelicta ac deserta fuerit. Reliqua quoq; Sicilia turbulẽta atq; tumultuosa existens, iam omnino ꝓpter inimicos sine repu. erat. Nam plurimę ciuitates, potẽtioribus vrbis res nouas aggredientibus, a barbaris atq; militibus sine stipendio merentibus, faciliter occupabantur. Dionysius decimo post exilium anno aduenas milites cõducẽs, Niseumq; tunc in republi. principem expellẽs, rem iterum aggressus tyrannũ sese Syracusanis ex integro cõstituit. Admirãdũ ꝓfecto paruũ exercitũ e tyrãnide Dionysiũ tũc oĩm tyrãnoꝝ maximũ expulisse: admirabilius vero exulẽ ip[illegible]tq; deiectũ tyrãnidẽ recuperasse Itaq; Syracusani q̃ in vrbe erãt, in seruitutẽ redacti, eo crude[illegible] a tyrãno opprimebãtur: ꝙ nup exiliũ calamitatesq; aĩum vehemẽter exaspauerãt, Optimates ac nobiles ad Icetẽ Leontinorũ principẽ diuertũt: ducẽq; sibi ĩ bello eligũt: q̃q̃ nec meliorẽ, nec fortiorẽ cęteris belli ducibus eẽ cognoscerẽt: sed ad quẽ aliũ cõfugerẽt: quẽue sibi ĩperatorẽ diceret: nõ habebãt. Accedebat ẽt ꝙ genere Syracusanũ arbitrabãt̃: nec nõ quia copias ĩ tyrãnũ aptissimas bellicosissimasq; sibi cõparauerat. Interĩ Carthaginẽsibus magna classe in Siciliã traiiciẽtibus: Siculi timore ꝑculsi in Græciã legationẽ mittere: & a Corinthiis auxiliũ petere decernũt: nõ solũ amicitia fręti: neq; ꝙ ab illis sæpe beneficiis affecti: veꝝ etiã ꝙ ꝑspicuũ erat: Corinthios libertatis amatores, & tyrãnoꝝ osores semp extitisse: suscepisseq; sæpi⁹ maxima bella nõ regnãdi aut auaritiæ gratia: sed græcoꝝ libertate Icetas vero q̃ militię causã tyrãnidẽ fecerat: nõ Syracusanã libertatẽ: occulte apud Carthaginẽses hoc asserebat: Syracusanos autẽ manifeste laudabat. Et quosdã in Pelopõnesũ legauerat: nõ ꝙ illinc auxilia optaret: sed ꝙ vt cõsẽtaneũ erat, si Corinthii ꝑꝑ gręciæ turbatiões atq; tumult⁹ auxilia negarẽ: supabat facilius ad Carthaginẽses rẽ traductuꝝ: & sociis in bello cõtra Syracusanos vti: q̃ cõtra tyrãnũ. Hęc paulopost in lucẽ emerserũt. Nã quũ legati rediissent: Corinthioꝝ noĩe retulerũt: Corinthios semp externarũ ciuitatũ & maxime Syracusanoꝝ ꝓ eorũ cõsuetudine curã suscepisse: nec forte fortuna tũc aliquo græcoꝝ bello vexari: verũ in pace ac otio vitã ducere: quare ex aĩo ac ꝓmpte auxiliũ illis p̃staturos esse. Itaq; quũ de impatore eligẽdo cõsultarẽt: ꝓscriptis potẽtioribus, relegatisq; q̃ in repu. cæteris p̃stare studebãt, vnus ex multitudine assurgẽs Timoleonẽ Timodimi filiũ q̃ nõdũ in repu. emerserat nec vt emergeret, nec vt ĩperator crearet̃, vnq̃ aĩo volutarat, noĩauit. Veꝝ numĩe quodã afflãte hoĩem, vt videt̃, stati bona fortũa in suffragiis reddẽdis, cęterisq; in reb⁹ gratã atq; ꝓpitiã sese p̃stitit, virtutiq; hoĩs ornamẽto fuit. Timoleõ ꝓfecto ĩ vrbe claris parẽtib⁹ ort⁹ p̃re Timodimo m̃re Demaristia tãto amor̃ mãsuetudĩeq; ĩ p̃rem afficiebat̃: vt cõtra tyrãnos, cõtra ĩ ꝓbos haud maximo ĩ

Niseus Syracusanoꝝ princeps.

Dionysi⁹ sese iteꝝ tyrãnũ Syracusanis constituit.

Icetes Leõtinoꝝ princeps.

Timoleon Timodimi filius impator noĩat⁹.

Demarista Timoleõis mater.

flāmaret ꝺdio. In bello ēt adeo honesto ingenio vtebat: adeo qto: vt multā iuuētūte prudētiam, multam in senectute fortitudinem in rebus agendis ostenderet. Fratrem vero Timophanē maiorem natu omnino sibi dissimilem habuit. Qui quū temerarius maloq; animo esset: & regnādi cupidus: semp minus honestis amicis ac satellitibus sese stipauerat. Quem quū audaci animo, prōptissimoq; in aggrediēdis periculis eē ciues persuaderēt: tanq; bellicosum virum ac strenuū, militarē sibi ducē elegerunt. Et his in rebus Timoleon suum præstitit officium. Nam quū vitia eius dissimularet atq; tegeret: vt minus illa apparerent, operam dabat: & vrbanitate ac facetiis exornando augebat: fugabatq; si natura pauloplus retegerentur. In bello quod cōtra Argiuos Pleoneosq; gerebatur, quum Timophanes eqtibus præesset: Timoleon vero peditibus. Timophanes ab equo inter excussus, & pedibus calcibusue pressus magnū incidit in periculum. Nam sociis partim fugientibus, partim pśenti animo vtentibus, pauci cōtra multos manus conserunt: ipsumq; magno cū periculo defendunt. Qd postq; Timoleon pśpexit: accurrens vt auxilium afferret, Timophanēq; pstratū scuto ptegēs, multis telorū vulneribus, multis pcussionibus, cū armis, tū in corpore acceptis, cum labore inimicos fugauit: fratrēq; redemit. Deinde Corinthii timentes ne idem qd prius a sociis paterent: vt ciuitatem amitterēt: quadringentos aduenas milites alere, hisq; Timophanē præficere decernunt. Timophanes vero iusti contēptor at enim honesti, statim operā dedit: vt ciuitatē sub eo male afficeret: multosq; ex primoribus ciues indēnatos necaret: & sese tyrānum declararet. Quā rē quū Timoleon ægro animo ferret: & illius vitiū suam calamitatem duceret: illi persuadere conatus est: vt hāc insanam aī cupiditatē exueret: & malefactoꝝ erga ciues emendationē qreret. Neglectus Timoleon atq; ex pulsus quū ex necessariis Æschylum vxoris Timophanis frattrem'cepisset: ex amicis vero augurem: quē Theopōpus Satyrum, Ephorus autem atq; Timeus Orthagoram appellabant: paucis diebus clapsis rursus ad fratrē ascendit: quem quum illi circūstarēt: vt Timophanes emendationis signū ostenderet: suppliciter rogabant. Vbi primū illos ridiculos habuit: deinde rem grauiter ferens, ad iram irritatus est. Timoleon vero paululum secedens: & seipsum tegēs: lachrymas effudit. Illi autē strictis gladiis subito Timophanē interficiūt. Qd post q̄ in vulgus passim dissipatum est: optimaies vrbis odium Timoleonis in tyrannos, atq; magnanimitatē laudibus extollebant: qñ'etsi optimus esset. fratremq; amaret: tñ patriam necessitudini, honestum atq; iustum vtilitati pposuit. Nam quum de rep. bene meritus cēt: eum salute donauit: quū vero illi insidias tēderet: in seruitutēq; redigeret: morte mulctauit. At qui in populari statu vitā agere nōbant: potētes timere assueti magnum gaudium magnāq; lætitiam simulabant: & Timoleonem conuitio insectantes impieq; ac crudeliter egisse pdicantes, dolore mœstitiaq; afficiebāt. Qui postq; accepit matrē animi sese angi: & graues voces horrendasq; execrationes in eum effundere: ad eā consolaturus accessit. Cuius aspectum quum illa nullo modo ferre posset: in frontem hostia clausit. Quare Timoleon multa animi ægritudine affectus, ac mente alienatus, eo aio discessit: vt mortem sibi ascisceret: & a potu ciboq; abstineret. Qui etsi eum amici salutarent: amicasq; exhortationes in medium adducerent: & necessaria oia q̄ sunt ad victū afferrent: statuit tamē insolitudine viuere: & ab ipsa repu. atq; hoium coetu sese abducere. In principio nunq; in vrbē proficiscebat: sed extra humanoꝝ consortium errans, per desertos agros versabat. Consultationes atq; deliberationes q̄ in rebus agendis stabilissimū robur a rōne atq; phia nō sumpserint, sic facillime a cōtingenti busq; audibus ac infamia quatiuntur: atq; ferūtur. Oportet enim operatiōem ipsam, non solū hōestate iustitiaq; præditam esse: sed etiam opinione ex qua aliquid operari compellimur stabilissima: vt operatio nostra consensu oium cōprobetur: neq; similes illis qui ventri gulæq; dediti sunt, videamur. Nam hi celeri auiditate ac odore suauium ciboꝝ allecti, & ad repletiōem vsq; satietatemq; adducti, statim abhorrēt atq; stomachant. Nos quoq; post nauatā operam, labefactata ppter imbecillitatē honesti opinione atq; phantasia, pœnitētia tristitiaq; afficimur. Nam pœnitentia ipsa res etiā bene gesta deturpatur. Electio aūt quæ ex certa scientia certaq; rōne proficiscitur: nullam aberrore susc ipit mutationem. Quapropter Phocion Athenienſis rebus sub Aleosthene gestis obuersatus: vbi rem bene gestam animaduertit: viditq; Athenienses Ioui Martiq; hostias mactare: & victoria lætari atq; gloriari: inquit, velle se hæc gessisse: & consilium adhibuisse. Aristides quidem Lorus ex Platonis familiaribus vnus vehemētius atq; grauius. Nam quum superior Dionysius vnā natarum eius in vxorem peteret: respondit suauius sibi fore illam mortuā: q̄ tyrāno nuptam aspicere, Paulopost quū Dionysius eū morti dānaret: & cōtumeliæ causa illum interrogasset: si quemadmodū prius de collatione filiæ sentiret: respondit rerum gestarum mœstitia affici: dictorum autē nulla pœnitentia detineri. Hæc forsan maiori pfectioriq; virtute gesta sunt. Timoleon siue fratris morte, siue matris pietate animi angeretur: adeo mēte fractus erat: adeo attritus: vt viginti fere annis extra humanam cōsuetudinem viuens nunq; rēp. attigerit. Quū igitur de imperatore designādo suffragio in concione quæreretur: & Timoleon nominaretur: populo eum prōpto animo amplexante, assurgens Telecrides tunc in senatu & potentia & authoritate clarissimus, persuasit Timoleonem circa res agēdas & bonū & generosum esse. Differebat enim: si id qd fecit laudi tribue-

Timophanes Timoleōis frater temerarius & regnandi cupidus.

Timoleon frattrem Timophanē ex hostibus redemit.

Timophanes interficitur.

Pœnitētia res etiā bene negesta deturpatur.

Telecrides.

dum est, tyrānū occidisse putabimus: si autem vitio: fratrē. Parata classe collectisq; militibus vt nauigaret, literę Icetis noīe Corinthiis redduntur. In qbus literis eius ꝓditio atq; perfidia significabatur. Nam postq̄ celerrime plegatos docuit: se Carthaginēsium socīū futurū: palā cum illis curabat: vt Dionysio ex Syracusis expulso, ipse tyrānidem cōpararet. Timēs ne prius Corinthiorū copiæ in Siciliam aduēctarent: & spem rerū gerendaꝝ frustrarēt: literas Corinthiis in qbus hæc extabant scriptas trāsmisit: Nō dubito labores ac expensas summo cū periculo vobis accidere: si in Siciliam nauigaueritis: præsertim Carthaginēsibus aduersantibus: & mare nauiū multitudine custodiētibus: quos ego ipsis ægre ferētibus atq; inuitis tyráno socios adiūxi. Lectis literis Icetes primū a corinthiis infans atq; impitus circa rē militarē habitus est. Deinde oēs ita ad irā cōtra ipsam ꝓuocati sunt: vt q̄celeriter Timoleoni viaticū ac nauigationis preparationē ſtruxerint paratisq; nauibus, paratisq; his quæ ꝓficiscētibus militibus necessaria erāt: sacerdotibus quę Proserpinam colebāt, in somnis videre visum est: deas in pegrinationē quādā ire: & cū Timoleone in Siciliā nauigare. Quapropter Corinthioꝝ resp. sacrā triremē ſtruxit: & duabus cognomē deabus ſididit. Timoleō in Delphū traiiciēs, facta re diuina quū in tēplum Apolinis atq; in adytū veniſſet: miraculū sibi euenit. Nam vitta quędā coronis tropheis insignis de ſuspēſis donariis defluxit: & caput Timoleonis vt adeo coronatus ad res gerēdas pręmitti videret, coronauit. Quū itaq; naues decem haberet: Corinthias septem: Corcyreas duas, vnā Leucadā: iter ingressus est. Cui noctu pelagus ascēdēti, & secūdis ventis mare percurrēti, repēre cœlū scindi visum est: & supra nauē multū lucidissimūq; ignē effundi. Deinde quū lampas quali in mysticis sacrificiis vtuntur, eleuaretur: & cursu Italiam versus dirigeretur: quo nautæ maxime intenti erant: in terram veluti fulmen irruit. Quare Timoleonem augures docuere: hoc approbationem testimoniumq; sacrorum esse summorum: & ꝙ deæ Timoleoni auxilio proficiscebantur: ex cœlo signū iubaraꝝ dedisse: essęq; Siciliam Proserpinæ dedicatā: qm̄ illic raptā fuisse hoīes fabularenē: & insula tanq̄ nuptiali dono, i ipsis nuptiis donatā extitisse. Hæc deorum signa ita militum animos ad spem fiduciamq; erexerunt: vt celeri cursu emenso pelago, in Italiam delati sint. Illa vero quæ ex Sicilia nuntiata sunt: Timoleonem dubium atq; curiosum, milites autem mœstos reddidere. Nam Icetes victum a se Dionysium atq; fugatum in arce quæ Insula cognominatur obsidebat: & capta maiore vrbis parte illam muro ac fossa circundederat. Carthaginenses autem bono animo esse iusserat: quoniam Timoleon ne duum in Siciliam ascensurus esset: verum etiam longe nauigantibus illis ipsi mox inter se insulam partientur. Interea Carthaginensium cum viginti triremibus legati ad Timoleonem captandi fallendiq; gratia nauigarunt. Qui fraudulenter atq; improbe callida consilia machinati, Timoleonem rogabant: vt pro communi omnium pace, Iceti sese socium adiungeret: & naues ac milites in Corinthum remitteret: tanq̄ parum abfuerit: quin in bello victus succubuerit: Carthaginenſibusq; eum manus conferre cogentibus, neq; Corinthum remēso pelago pedem referre potuerit. postq̄ Corinthię naues ad Rhegiū appulerunt: & ea quę p legatos exposita erāt accepere: & Phœnices nō longe nauigātes aſpexere: affecti iniuria doluere: cōtraq; Icetem oēs odiū cōuertere: nec nō pro Siculis, quos manifeste intuebantur Iceti pręmiū ꝓditiōis, Carthaginēſibus mercedē tyrānidis relinquere, timor inuasit. Impossibilē. n. videbaī hoſtes ſuperare posse: quū pſpiceret lōge plurimas naues barbaris, Iceti multo maiores copias esse q̄ sibi. Tamē Timoleō quū legati ac principes Carthaginēsium sibi obuiā darētur: māsuete sermonē cū illis habuit: dixitq; obedire qbus velint. qd enī perficere potest nō obediēs? hanc enī mentē esse corinthiorum. Et quum multa e cōtra audiuisset: inquit Rheginoꝝ publicā amicitiā dissolui. Nam si hoc ad tutelam præstaret: illos in his rebus quas Syracusanis proniſerunt cōſtantiā retinere: videlicet & publice & corā populo pacta deponerēt. Hæc illis ita loquutus est: vt discessus dissimulationē, in qua etiam Rheginorū duces vna dolū fabricabāt, ſtrueret. Barbarorū enī inciuilitatē primescētes oēs, optare Sicilię regnū Corinthios cōparare. Itaq; aduocata cōcione, portas clauserunt: ne ad aliud agēdum ciues progrederenē: sed ad multitudinē veniētes, diu cōcionē detinerēt: & alter in alterum nullo fine dum tempus tereret materiā dicendi transferrēt: donec Corinthiorum triremes paratæ essent: & Carthaginenses exſtimātes pręsentem Timoleonē paulopost orationem habiturum sine ſuspitione detinerēt. Postq̄ Timoleō clam certior factus est de discessu triremium: vnā autem sibi relictam esse: ſtantibus circa ſuggestum Rheginis, qui huius rei conscii erāt, discedēs perturbam transiuit: & in mare descendit: atq; in Tauromínium Siciliæ oppidū celeri cursu nauigauit: ibiq; ab Andromacho in repub. principe, q̄ iam ad se illum accerſerat, ſuscepтus est. Hic ea tēpestate omnium potētum iuſtiſſimus vnus fuit in Siculis. Timei qui historiā ſcripſit pater erat. Enimuero suos ciues legibus ac iuſtitia gubernabat: & cōtra tyrános apertiſſimas inimicitias exercebat. Itaq; vrbem Timoleoni tanq̄ aſylum præbuit: & ciuibus perſuaſit: vt vna cū Corinthiis pro Siciliæ libertate bellum ſusciperent. Dimiſſa igitur concione, quum Timoleon discessiſſet: Carthaginēſes qui Rhegii morabātur, ſic decepti grauiter ferre: Rheginos admonere: ꝙ ſi Phœnices sint, iis qui per fraudem abierunt inimicētur. Quare Tauromínium ac triremes legatū mit-

Timoleonē vita delapsum in tēplo Apolinis coronare visa ē.

Sicilia Proserpinæ dedicata.

Rhegium.

Tauromínium. Andromach⁹ Timæ pater.

tunt: qui Andromachū inimice ac barbarice alloquāt: & inter loquēdū diducta extensaq; manu: & versa atq; reuersa, minetur vrbē talē existentē, talem futurā. Quod quum legatus apud Andromachum fecisset: Andromachus ridens nihil aliud respondit: nisi manū vt ille nunc supinam, nunc reuersam extendens, iussit eum discedere: nisi vellet nauem pro tali fieri talem. Icetes interim quum discessum Timoleontis audiuisset: atq; timuisset: multas Carthaginensium triremes accersiuit. Ex q̄ re vbi Syracusani Carthaginenses portum, Icetem vrbe occupasse vident: arci Dionysiū domari: Timoleontē vero tanq̄ tenuissimæ orę ac finibus Tauromenio paruo Sicilię oppido ibecilli spe paruisq; copiis affixū: salutis desperabant. Nam mille secum milites Timoleon habebat: & iis nihil alimenti: nihil rerum necessariarū amplius aderat. Præterea ciuitates plenæ, & cōtra belli duces exasperatæ nihil iam illis fidei tribuebant: præsertim ppter Callippi & Pharmaci pfidiā. Quoq; alter Athenien sis, alter Lacedæmonius quū dicerent pro Siciliæ libertate adeuntare: vt monarchias delerent: persuaserunt calamitates sub tyranno Siciliæ conducere: & beatiores in seruitute, q̄ suis legibus viuere. Itaq; Timoleontē haud meliorē illis expectabant: sed rursus eadem sophismata, easdē captiones sibi afferre, spem optimā beniuolentiamq; pollicentem. Itaq; de rebus nouis male sentientes Corinthios a se oēs Siciliæ ciuitates prēterq̄ Adranitæ excludebant. Hi enim paruā vrbem habentes & deū Adranum, qui maximo in honore per vniuersam Siciliā habebatur, colentes, inter Adranitæ Adranus.
stinas seditiones agitauere. Nā partim Icetem & Carthaginenses, partim Timoleontem accersentibus, contigit forte fortuna: vt ambo celeriter iter ingressi vno eodēq; tempore ad vrbē aduolarēt Veq; Icetes quinq; milia militum: Timoleon vero non plures q̄ mille & ducētos habebat. Quos cū Tauromenii accepisset: quod ab Adrano quadraginta stadiis ac trecentis distat, primo die non multā viæ partem occupauit. Postridie per loca senta situ & aspera iter ingressus, per vniuersumq; diem proficiscēs iā inclinato die accepit Icetem ad vrbem appropinquasse: & iamiam castroq; loca metatū fuisse. Qua ex re Centuriones & cohortis duces, & pmptioribus ad pugnam militibus vtrentur, corpora reficere iubebant. Timoleon aūt ipsos adiens, docuit ne ista fierent: quinimmo statim milites ducerent: & hostes incautos, imperitosq; inuaderent, q̄ vt cōsentaneū erāt, nuper labore viæ defessi in tētoriis otio atq; somno operā impēderēt. His dictis sumptisq; militibus tanq̄ manifeste victoriā præsagiret, primus ad hostes cōtendit. Milites audaciores facti ad illos qui paucioribus triginta stadiis aberant, Timoleontem sequebantur. Illi vt primū Timoleontē aduēnare sensērunt, impetu abeo præuenti ac turbati, fugam arripuere: ita q; occupatis castris nō plures trecētis ferro occubuere. Capti aūt viui bis totidem fuere. Adranitæ apertis portis Timoleontē petunt & vt bellum intus instaret: cū honore atq; admiratione rem exponunt. Visum enim erat ostiis tēpli sponte patefactis, deum pili cuspidē cōcussisse: multumq; ex eius facie sudorem emanasse. Hæc vt videtur non solum præsentis pugnæ signa fuere: sed futura ēt bella, qbus bona fortuna aspirauit: portendere. Nā & aliæ ciuitates decretis subito legationibus, Timoleonti sese vrbē agrosq; dedere. Cæsi a Timoleōe trecenti: bis totidē capti
Mamercus quoq; Cataniæ tyrannus vir sane clarus in bello: & qui magnū argenti pondus & auri habebat, cum Timoleonte societatē iniit. Dionysius qui non multū abfuit, ne militibus præda fuisset: Mamerco bello maior & armis, spe omnia biecta, Icetem turpiter victum neglectui habēs, Timoleontem admirans, illi & Corinthiis legatos misit: seq; ipsum atq; arcē dedit. Timoleon præter spem bonam fortunam suscipiēs, Euclidē Telemachūq; Corinthios homines in arcem cū qua dringentis militibus, sed non vna, neq; palam ire iussit. Nā occupato ab hostibus portu, impossibile videbatur illuc posse ascendere. Itaq; clam atq; paulatim ad Dionysium veniunt: & arcē ac supellectilē oēm quæ belli vsui forer, in potestatē suā redigūt Magnus profecto equoq; numerus: magna telorū multitudo: vniuersa ēt machinarū idea inerat. Armoq; quoq; quæ diu reposita erant, adeo affluens atq; opulentus seruabatur thesaurus: vt septuaginta hominū milia ad bellū illis armari potuissent. Militum quidē, quos, quē admodum cætera, Timoleoni Dionysius præbuit, duo milia. Ipse autem sumptis pecuniis, sumptisq; quibusdā ex amicis, clā Icete nauigans, ad Timoleontem in castra delatus est. Quē statim Timoleon, vt priuatum ac deiectum hominem, cū vna naui pauciscq; pecuniis in Corinthum transmisit. Qui in tyrannide maxima atq; clarissima natus decē annis anteq̄ a Dione expelleretur, duodecim autem post Dionis mortē, regnauit. Sed hoc vniuersum rēs in bello contriuit. Quæ vero in tyrannide gessit: quæq; passus est: diligenter accurateq; in Dionis vita perscripsimus. Nam filiorū pubescentiū mortem: filiarq; virginū scortationes: sororis vxorisq; corpus ab hostibus lasciuis libidinibus violētiaq; deturpatum despexit. Et hæ cum filiis in mare demersæ sunt. Dionysius postq̄ in Corinthum nauigauit: nemo ex græcis erat: qui & videndi illum, & alloquendi desiderio non teneretur. Alii propter odium lætitia affecti aspiciendi gratia congredientes ludibrio illum fortuna destitutum habebant. Alii ad mutabilitatem fortunæ conuersi condolebāt: & multam rerum humanarum imbecillitatē, multā occultarum, diuinarūq; cau Mamercus Cataniæ tyrannus. Timoleon Dionysium & arcem syracusarum recepit.
sarum potentiam animo volutabant. Non enim ea tempestate natura: neq; ars tantas illi vires, quantas fortuna demonstrauit: vt qui paulo ante Siciliæ tyrannus esset: Corinthi in myropolio sederet: & apud mulierculas obsonio q; tabernam agentes versaretur: potatorq; ab iis qui vina- Dionysius syracusan⁹ quomodo in ludibriū venerit.

riam agebant vocitaretur: necnon in mediū ac palā mulieribus sese admiscēret: & in viis musicos doceret: studeretq; p contentionē theatrales cantus, harmoniasq; suauiores reddere. Quidam ideo hæc fieri a Dionysio cōiecturis assequebātur: q; homo ignauus ac pdito ingenio illecebris deditus esset. Quidā vero ne Corinthiis terrori existeret: sed sese negligendo animi molestiam & minus secundam fortunā dissimularet: tyrānidisq; recuperandæ suspitionē tolleret: & sic pter naturā in otio multam fingendo componeret iustitiā. Verū multa ab eo dicta memoriæ traduntur: quæ generosi sapientisq; animi signa potius esse videtur; q̄ insulsi. Nam quum in Leucada Corinthiorum colloniam relegaretur: inquit eadē pari, quę adolescentes. Quēadmodum enim illisi peccauerint, hilari vultu fratrū consuetudine vtuntur: patres autē ob pudorē fugiunt: sic ei accidere qui in Metropoli vitam agens verecundia quadā detineretur: in Leucade vero cū voluptate vitā traheret. Quū etiam Corinthi miles quidā stipendiarius contra philosophorum familiaritates, quibus in tyrānide lętabatur, acrius ageret: & eū ridiculū haberet: tandēq; interrogaret: qd vtilitatis ex philosophia Platonis cepisset: inquit Num tibi nihil adiumēti suscepisse videmur, sic fortunæ mutationē tolerantes? præterea Aristoxeno musico & qbusdā aliis interrogantibus, vnde & quo iure aduersus Platonē q̄relas haberet: rīndit, Tyrānidē multoq; malo; plenā esse: & nec in vita tale aliquid existere. Neminē amicoq; apud eū aperta vsum fuisse oratione. Nā propterillos Platonis beniuolētia priuatū fuisse. Insuper quū qdā pstans ingenio videri vellet: cū Dionysio scōmata agēs: ad illumq; accedens pallium deposuisset: vt mos erat: Dionysius ecōtrario scōmatibus vsus: iussit quoties ad eū accederet hoc idem vt faceret: ne aliqd primarū rerum sibi deficeret. Philippus Macedonū rex quū post cōuiuiū quoddā in sermonē de carminibus atq; tragœdiis: quas senior Dionysius reliquerat, incideret: & in tpe quodā dubitare fingeret: tardaretq; hoc agere, Dionysius ꝓbe obuiā iuit dixitq; in quo tu & ego atq; oēs beati esse opinātes circa potationes versamur? Sed Plato Dionysium Corinthi nō vidit: acciderat enim paulo ante diem suū obiisse. Sinopeus Diogenes Dionysio obuiam factus, primū inquit: O Dionysi tanq̄ vita indigens viuis. Quū ille gradū sisteret: diceretq; O Diogenes & tu quoq; facis ppulchre: nostra conuitio afficiens infortunia: Ad hæc Diogenes respondit: Quid putas? an vis me tecū vna cōtristari: nec tibi molestiam afferre: cū huiusce modi mancipium sis? in tyrannide tanq̄ optimus pater, iam senio cōfectus mortē opperas: hic iocans: mollitq; viuendo vitā ducēs: vt mihi his rebus Philisti voces, quas pro filiabus Leptini lamentando emisit assimilanti, tanq̄ ex magnis bonis tyrannidis in humilem vitā deductis, lamentatiōes mulieris ala bastros & purpurā & aurum cupientis manifestentur. Verum hæc a ppositō nostro haud aberrare videntur: neq; auditoribus, vel otiosis: vel multa agentibus inutilia fore arbitramur. Sed Timoleonis bona fortuna nō minori admiratione prosequenda est q̄ Dionisii infortuniū. Nam postq̄ in Siciliam ascendit: intra quinquaginta dies arcē Syracusarum in potestatem suam redegit: & Dionysium in Peloponnesum trālmisit. Vnde Corinthii maiori manu coacta, duo milia peditū, & ducentos equites Timoleoni miserunt. Qui vsq; ad Thurios delati, naues Carthaginensium inuentes pulchrā nauigationem remorati sunt. Nā Thuriis aduersus Brettos expeditionē agentibus, eo rum vrbē vt patriam syncęre fideliterq; seruauerunt. Icetes interim arcem Syracusanam obsedit: p hibuitq; ne Corinthiis frumentum importaretur: & in Adranū duos milites qui Timoleonem per insidias ferro trucident ire iubet. Timoleon eo tempore cum Adranitis sine aliqua suspitione sacrificiis intentus, nulla militū sese stipauerat custodia. Qui ab Icete parati ut necem missi fuerant, vbi audiuerunt Timoleonē diuina facturum in tēplum venire, gladios sub vestibus habere: inter eos q ad aras stabant, sese admiscere: pedetētim; propius accedere: & paulopost rei incoeptādę statuto tpe, vnus eoꝝ Timoleonis socio in capite gladium crispat. Quo mortuo qui vulnus infixerat in altissimā quādam petram vt erat euadit: huius vero socius aram amplectēs Timoleonē obsecrat: si veniam det, rem oēm apertuꝝ. Qua impetrata, summā rei aperit: docetq; vt ab Icete missi fuerāt eū interfecturi. Interea quum socii eum qui petram ascenderat ad Timoleonem traherent: nullā in tulisse iniuriā exclamat: verum merito hominem interfecisse: quum ille apud Leontinos patrem necauisset. Quam rem testimonio quorundam astantium comprobauit: qui magnopere machinamenta fortunæ admirabantur: quæ propter alias causas alia componens ac simulans, lōgius alia mouet: atq; adducit: q̄ promisisse videatur: illis quæ plurimum abesse videntur sese implicat: & nihil commune inuicem habentibus, semper inuicem in principio & in fine vtitur. Itaq; decem minis hominem Corinthii donauere: q; numini Timoleonis curam habenti cladem vaticinatus, id quod in animo multo ante fuisset in nauanda opera non absoluisset: sed priuata causa fortuito illius vitam seruauisset. Quibus rebus præsens bona fortuna in spem optimam futurarum rerum animos hominum coniecit: q; Timoleonem vt pium sane sanctūq; virum, comitantibus diis, ad Siciliæ auxilium ac libertatem venisse prospicerent. Icetes vero postq̄ præter animi sui cupiditatem conamina eius accidisse videt: & Timoleoni multos adherere: seipsum accusans, q; tales tantasq; Carthaginensium copias habeat: & ipsis nō strenue non impigre vtatur: clam sociorum auxilia aduocans, cum vniuersa classe ducem accersiuit Magonem. Mago cum centum & quinqua-

Dionysii syracusani dicta egregia.

Diogenes Sinopeus.

Timoleon intra quinquagesimū diē arcē Syracusaꝝ recepit & Dionysium in Peloponnesum misit.

Fortunæ machina menta.

Mago Syracusas inuadit.

ginta nauibus portum petit atq; occupat: qui sexaginta militibus militum Syracusas ingressus castra in urbe posuit. Cuius classis adeo magna inter nauigandū esse videbatur: vt omnem priscam futuramq; barbariē in Siciliam traiicere putares. Enimuero Carthaginensibus in Sicilia superiori tempore infinita bella gerentibus: nunq; Syracusas capere data copia est. Sed tunc Icetis opera erat: q; Syracusas barbaroq; castra intueri euenerat. Corinthii qui in arce erant, in summa rerum difficultate positi, rebus ad victum necessariis deficientibus, occupatoq; a Carthaginensibus portu, continuo circa murum tumultuarias pugnas ac vniuersa bellandi genera quibus obsessi consueuerunt ad summas vires agebant. Sed Timoleon cymbis paruisq; nauiculis frumentū ex Catania transmisit. Quæ vt barbaricas triremes vitarent: per loca fluctuosa cursum nauigationemq; fecere. Quas Icetem ac Magonem intuentes, capiendi Cataniam cura atq; libido ceperat: q; inde Corinthiis necessaria in arcem asportarentur. Itaq; sumptis qui virtute bellica cęteris præstare videbantur, solutisq; ex portu nauibus, Syracusis abeunt. Neon Corinthius qui arcis præfectus erat, quum videret hostes custodiæ gratia relictos, otiose negligenterq; se in vrbe custodienda habere: subito ruit in vrbem: & partim cæsis, partim dare terga coactis, Syracusarū partem, quam Acra dinam vocant, occupauit: atq; in suam potestatem redegit. Quæ quum cæteris partibus vrbis melior visa esset, atq; munitior & quodāmodo pluribus vrbibus composita atq; structa: necnon frumenti ac rerum omnium abundans: minime hunc locum reliquit: nec pedem in arcem retulit: sed vacua atq; deserta loca muro circundans, coniuncta arci Acradinæ: custodia illum muniuit. Magoq; atq; Icetes, q iam ppe Catanię venerant, p nuntiū ex Syracusis rex facti certiores, multo dolore, multaq; animi ægritudine ad Syracusas discedunt. Qui neq; operam suam p animi cupiditate navarunt: & Syracusas quæ in manu erant, amiserūt. Sed hæc p uidentiæ, virtutiq; fortunæ, quę dubia est: tribuunt. Nam omnino hæc, quæ a Timoleone gesta sunt, bona quadā euenisse fortuna videntur. Corinthii milites, qui apud Thurios morabantur, timentes Carthaginensium triremes, quæ eorum discessum obseruabant, & multis diebus pelago ventis agitato, partim vi, partim spōte cedentibus barbaris, per Bractēos pedestri itinere profecti, in Rhegium venerunt. Adhuc fluctibus mare agitantibus, princeps nauium Carthaginensium, q Corinthiis tendebat insidias, vanā animaduertens expectationē, sibi ipsi psuasit: vt callide nouum aliquid ad deceptatiōem strueret. Iussit itaq;, vt omnes nautę coronis capita ornarēt & rubros scutos, ac Græcoq; insignia triremibas fugerent. Deinde Syracusas nauigans, quum arci appropinquasset, risu vsus ac plausu, Corinthios quos pdere curabat, quoniā victoria potitus sit, vt descenderent exclamat. Interea quum ille his nugis: & hac decipiendi arte vteret: Corinthii q p agrū Bracteoq; in Rhegiū venerāt, vbi cū vētis: tū nauibus maria vacua vidēt, summā in cœlo serenitatē nacti: summamq; in mari quietē: q̄ p pere naues atq; aquas ingressi: in Siciliam delati sunt: & tanta securitate atq; serenitate vsi: vt inter nauigandum extra naues equos nantes habenis traxerint. Quos oēs quū Timoleon suscepisset: & statim Messanā vrbē cepisset: bona fortuna magis q̄ exercitu confisus: ad Syracusas structis pgit ordinibus. Nā secū nō plures quatuor milibus militū habebat. Quod quū Magoni denūtiaretur: tumultuari ac timere: & magis ex hac occasione in suspitionē venire. In locis limosis circa Syracusas multam ex stagnis atq; fluminibus: quæ in mare prumpunt, aquam suscipientibus, anguillarū multitudo pascitur: ita vt lata piscari volentibus præda adsit. hic dum vtriusq; exercitus stipendiariis militibus otium dabatur, vna piscabantur. quod apud Græcos vsurpatum est. Nā si inter eos priuatas inimicitias nō habent, extra aciem vna deambulando fabulantur: in acie vero strenue: & pro sua dignitate manus conserunt. Tunc quum simul piscarentur. villarum magnificentiā admirantes: de maris præstantia sermone instituto: quidam ex Corinthiorum militibus ira locutus est. Et vos Græci in hac vrbe tanta magnitudine: totq; ornamentis elaborata barbaris hominib? crudelissimis summo studio vt barbaros mores inserant: & nobis propinquiores fiant: operā: auxiliū: q accōmodatis: aduersus quos optandum eēt multas Siculas Græciæ subiectas esse. Quid? putatis eos, q hunc exercitū collegerūt, abusq; columnis Herculeis atq; a mari Atlantico, vt pro Icetis gloria pericula aggrediantur huc accessisse? q si recto ducis officio Icetes vteretur, non patres expulisset: neq; contra patriam hostiles milites collegisset: sed pro eius honore & gloria dimicaret: & vt fuarum partium est Corinthiis atque Timoleoni obediret. Ex his verbis tumultuantibus in castris stipendiariis militibus: Magoni ne insidiæ sibi renderentur magna est iniecta suspitio. Qua propter quum Icetes ne discederet illum obsecraret: doceretq; quanto hostes viribus ac fortitudine anteirent: & Timoleonem magis virtute atq; fortuna, q̄ militum multitudine ipsos superare: Mago statim castra mouens: & Siciliam exmanibus dimittens, turpiter ac temere in Lybiā cōtendit. Postridie Timoleon vt pugnas obiret, in ordinē milites redigebat. Postq; vero Magonē corripuisse fugam accepunt: & deserta nauibus maria animaduertere, ridiculam habuere Magonis fortitudinem. Itaq; circūeūtes dicenti quo Carthaginensium classis ausugisset: in vrbe p pconē pmia posuerūt. Sed Icetes adhuc etiā bellādi cupidus, intētusq; animo, iis ptibus quas occuparat munitis, & expugnatu difficillimis, nondum de capienda vrbe desperauerat. Timoleon eius copias diui

Classis nauium cētū qnquagita.

Tymoleon ex Catania frumētum Syracusa nę arcio ob sessę missit. Neon Corinthius præfectus arcis. Acradina Syracusarū pars. Catania. Syracusæ a Timoleōe receptę. Bractei.

Messanā timoleon cepit.

Anguillarū multitudo circa Syracusas.

Magonis fuga.

Anapis fluuius.

dens quas maiori virtute esse animaduertit, ad Anapim fluuium ire voluit. Eas autem, quarum Corinthius dux erat Hyſias, ex Acardina egredi iussit. Tertiam vero militū partē, quā Demachus atq; Demaratus p nouissima ex Corintho attulere, ad vertices direxerūt. Eodem tempore quo hæc fiunt, multi ex castris Icetis fugiunt. Ex eo q; vrbs q̄primū capta esset: & in potestatē eoꝝ redacta, ex pulsis hostibus: par erat militum fortitudini ac ducis probitati immolare. Q̄d autē nemo ex Corinthiis aut mortē obierit: aut vulnere læsus fuerit: hoc tm̄ Timoleonis fortunæ tribuēdū: tanq̄ cū virtute viri illa certauerit: vt qui eius laudes & res ab eo bene beatēq; gestas audiuerint, ad maiorē traherētur admirationem. Non enim solū per oēm Siciliā atq; Italiā fama cucurrit: sed p vniuersam græciam euolauit: & ita res effremuit: ita fortuna celeritatē quādā rebus bene gestis apposuit: vt Corinthioꝝ ciuitas quæ adhuc an in Siciliam appulissent incertior esset: vna die saluos in insulam venisse: & hostes vicisse audiuerit. Timoleon arce in potestatem suam redacta: nec eius præstantia quēadmodum Dion cōmotus haud illi ob loci pulchritudinē vel structuræ opulentiā magnificentiāq; pepercit: sed Dionē accusans, q; illam non euerterit: publico præconio Syracusanis significauit: vt cuicūq; volenti ad delendū tyrannoꝝ receptaculum ferro adesse liceret. Postq̄ eo die præconium asseruerūt & libertatis principium aggressi sunt: non solum arcem: sed domus ac sepulcra tyrannorū funditus euerterunt. Deinde populare statum præstantiore tyrannide ducens, adæquatis solo muris: vt ciuibus grata ageret: forum quo iura dicerentur, exedificari iussit. Vbi vacuā ciuibus vrbē animaduertit: q; alii in bello & ciuili seditione perissent: alii tyrannos fugissent: & in foro propter solitudinē ita magna atq; profunda excreuisset sylua: vt lætus pabulo ager esset: & equolæ in hærbis altos somnos caperēt: cæteraq; quoq; vrbes ſ̄ter admodum paucas: cetuis agrestibusq; porcis plenæ essent: & ante vrbem circumq; muros in suburbanis rerum gerendarum vacui persæpe venarentur: habitantiū ēt in p̄diis atq; in castris nemo obediret: neq; in vrbe, horrore quodam atq; odio in subsellia, in forum, ex quibus plurimi tyrannorum ipsis pullularant, ascenderet: visum est Timoleoni & Syracusanis, ad Corinthios scribere: vt ex græcia Syracusas coloniā mitterent: q; vrbs ciuibus vacua esset: & magnum ex Lybia bellū expectarent: quum audiuerint corpus Magonis qui seipsum morte affecisset, iratos Carthaginenses exercitus gratia cruci affixisse: ipsos autē vt verno tempore in Siciliam traiiciant, magnas parare copias. Timoleōis nomine redditis literis, vbi Syracusanorum legati Corinthios rogauerunt: eis Syracusanam ciuitatem curæ esse: & iterum in prouinciā coloniā mittere: Corinthii nulla auaritia, nulla vrbis dominatione allecti atq; impulsi, q̄primū per græciam sacris in certaminibus ac magnis in nundinis per præcōes denuntiant: Corinthios qui Syracusarum tyrannidem aboleuere. Syracusanos cæteroſq; extorres siculos ad libertatem inuitare: & Syracusis volētem habitare iuste sanctēq; in libertate suis legibus parta ciuitate victurum. Deinde p Asiā atq; p insulas, vbi passim multos ex Siculis vitam agere audierāt, nuntios mittunt: hortanturq; oēs in Corinthiū traiicere: & Corinthios naues, cōmeatus auxilia: atq; duces p̄bituros esse necnon Syracusis tutos saluosq; posituros. His rebus Syracusani magno erga Corinthios amore affecti, honestissimis pulcherrimisq; laudibus in cœlum efferebāt: qm̄ libertatē atq; salutem adepti, tyrannorum iugum: barbarorum crudelitatē euasisset. Qui igit̄ Corinthum venerunt: quū per pauci essent: Corinthios rogauere: vt ex Corintho cæteraq; græcia socii sibi adiūgerent. Itaq; nō pauciores decem milibus Syracusas nauigarunt: vbi iā ex Italia atq; Sicilia Timoleō multos in vnum collegerat. Quibus sexagīta milibus existētibus, vt retulit Vthanes, Timoleon vrbem diuisit, atq; partiuit: & domos mille talentis vēndidit. Primoribus vero domos, quas illoꝝ esse cognouit: reddidit: & populo: cui adeo res angusta erat, & ad bellum & ad cætera: vt statuas publico decreto delataq; accusatione tanq̄ hoibus pœnas dantibus vēndiderit: pecuniaꝝ abundātiam excogitauerit. Getonis autē antiqui tyranni statuā, cuius memoriam cum beniuolentia, tum honore p̄sequebantur, q; Carthaginēses apud Imerā fluuiū vicisset: populi sententia seruare. Itaq; quū ciuitas reuiresceret: & ciuibus vndiq; cōfluentibus repleretur: cupiens Timoleon vniuersæ Siciliæ libertatē vendicare, & ad viuū tyrannos resecare: ad cæteras vrbes exercitum ductauit: & Icetem a Carthaginensibus, deficientem, vt arcem demoliri promitteret, & apud Leontinos priuare viuere coegit. Leptinus qui Apolloniam: multaq; alia finitimorum oppidula per tyrannidem occuparat, postq̄ summis. viribus, summisq; periculis pugnauit. Timoleoni sese captū præbuit: quem data venia, in Corinthum Timoleon exportari iussit. Nā Sicilię tyrannos in exilio atq; calamitate Corinthi vitā viuere: pulchrū Græcis ducebar spectaculum. Sed quū stipēdiarii milites merēdo bellica p̄da frui potius, q̄ in otio degere optarēt: ipe Syracusas cōrēdēs: vrbanis rebus mētē applicaturus: & vna cū legislatoribus Cephalo atq; Dionysio: q ex Corintho venerāt: firmissimā honestissimāq; rēpu. copositurus, Demarchū atq; Demaretū aduersus Carthaginenſiū potētiā misit. Qui deficiētibus multis ex barbaris ciuitatibus: nō modo in rex copia abūdare: verūetiā pecunias ex captiuis raptas ad bellum parare. Interim Carthaginēses cū septuaginta milibus militum: & ducētis triremibus, ac mille nauibus in Libyā traiiciunt. In qbus multū frumēti: Machiū: currus: cæteraq; ad bellum necessaria deferebantur. Quoꝝ omnium adeo ingens numerus erat: vt

Mago seipsum interfecerat.

Timoleon Syracusas vrbē habitādā partiuit sexaginta hoīm millibus illuc coactis.

Geron tyrānus.

Leptinus.

Exercitus Carthaginēſiū habēs septuaginta milia militū ducētas triremes & mille naues

non ampliusin bello particulatim congressuri essent:vereq; ex vniuersa Sicilia Græcos simul electu ri.Tantis enim viribus hic exercitus erat:vt ad capiendos Siculos:quis vnanimes ac fortissimos sufficeret.Annibal atq; Bomilcar:q classi præerant:audientes suos oppressum iri:subito cõtra Co rinthios atq; Timoleonẽ impetu quodã ac celeritate feruntur. Quũ Syracusani celeriter hoc per nuntium audirent:ita animi terrore perculsi sunt copiarum magnitudine:vt Timoleon vix cum tribus milibus militum cõtra tot:tantasq; copias congrediri:ac manus conserere ausus sit. Nam ex quatuor milibus militum sub stipendio merentiũ:mille inter eundum timentes secesserunt Timo leonem nõ sanę mentis:sed extra hominem:insanũq; præter etatẽ dicentes:q quinq; milia peditũ habens:& mille equites:cõtra septuaginta milia cõcurrere audeat:& a Syracusiis tanto longius exer citũ ducere velit:quãto octo dieꝝ via ac spatiũ distat:vnde nec salutis fugientibus nec sepeliẽdi mo rientibus facultas daretur.Quibus ante pugnã sic eorum animum detegentibus: magnopere sibi Timoleon cõduxisse putauit. Cæteros autẽ milites postq̃ psuasionibus exhortationibusq; firmi ter ad prelii induxit:ad Crimnisium fluuiũ:quo Carthaginenses vẽturos audiuerat:adduxit. Qui quũ collem superaret:vnde inimicoꝝ castra vidẽdi potestas erat:mulis apium ferẽtibus obuiauit, quod infaustum milites augurii putauere:qm̃ apii coronas sepulcris imponere vsurpatum esset. Vnde hoc prouerbiũ natũ est:Mala valetudine summo periculo fruentẽ apio indigere. Postq̃ igit Timoleon vestigia pressit & falsa:opinione ac mala spe liberos facere vellet:aliter vt tempus expo stulare videbat:rem interpretat⁹ est. Ostẽdit enim ante victoriã ipsis coronã esse prælatam: & sua sponte in manibus venire.Nam apud Corinthios in Isthmits ludis,quẽadmodũ nunc in ✳ neme is,corona apia,vt patria & sancta coronabant:& tuncin Isthmiis ludis,quẽadmodũ nũc in ✳ ne meis,corona apia vtebatur.Pinea aũt nõ diu factũ erat, q in vsum venerat. Quũ igit Timoleon, vt dictum est:mulis obuiaret:& ex apio sumeret:primo ipm:deinde duces,q circa ipsum adstabãt: ceteros coronauit.Augures quũ duas aquilas volãtes prospicerent:quaꝝ altera draconẽ vnguibus cõfixũ ferebat:altera volans horrẽde clamabat:militibus illas ostẽderũt.Itaq; oẽs ad regressio nẽ cõuersi,nõ iã amplius armis,sed votis pcibusq; deos psequuntur.Quũ aũt æstiuum tempus eẽt atq; solstitium:in conuersione nebula,quã flumẽ exhalabat:ita planitiẽ omnem obtexerat: vt ini micos intueri nõ liceret:nisi q quidã sonitus indiscretus atq; commistus de vertice collis a Corin thiis audiebatur,q̃q̃ cõminus castra iacerent.Postquam Corinthii collem ascenderunt atq; stete runt,scutaque colligendi sui causa deposuerunt:iam sole vapores attrahente, aer spissus ac tur bidus factus:montium summitates obtenebrauit:locis autẽ inferioribus nebula expurgatis, Cri nisius fluuius apparuit.Quare corinthii hostes illum traiicientes intuentur.Qui quoniam in pri ma fronte ad pugnã currus collocarent:quod stuporem visui afferebat:& post hos infinitos mili tes alba scuta habentes:eum splendore apparatus,tũ ordine ac incedendi tarditate:Carthaginen ses per cõiecturã esse animaduertunt.Post hos cætera multitudine cum impetu ac tumultuatione cõfluente:& flumen traiicientequum Timoleon vidisset tot iam in flumine esse,quot cũ ipsi ma nus cõserere vellent:dixisset q militibus:vt phalangem dissolutam in flumine prospicerent: cuius pars flumen euaserat:pars vt egrederetur futura erat:iussit Demareto vt acceptis equitibus cõtra Carthaginenses irrueret:& ordines eorũ:qui nondũ in aciem redacti erant:corrumperet ac distur baret.Ipse autem ex colle in planitiem descẽdens:mistim nõnullos stipendiarios milites cum scu tis in vtroq; cornu constituit:& in medio a Syracusanis atq; ab electissimis fortissimisq; stipendiari is militibus stipatus paululũ gressum continens,quid equites agerent obseruauit.Postq̃ illos vidit curribus ante aciem discurrentibus,manus cũ hoste conserere non posse:sed continuo coactos cir cunuolare:& crebras incursiones facere:sumptis militibus,& maiori quadam voce, q̃ consueuis set vsus,siue q affectu quodam ac ardore ad bellum intentus baccharetur:siue q numen quoddã, vt tunc visum est,in eo loqueretur:peditibus statim appropinquantibus atq; reclamãtibus absq; mora in aciem duci,equitibus signum dedit:cornua extra ordinem curruum contra Carthaginẽ ses impetũ facere. Ipse quoq; collectis ppugnatoribus signa canere iubens, Carthaginenses ag greditur.Illi primis congressibus præsenti animo obstiterunt:& tum quia corpora thoracibus fer reis atq; æreis galeis induti erant,tum quia ingentibus scutis tegebantur,iacula resilire coguntur. Itaq; postq̃ gladiis res agi cœpta est:& nõ minus ingenii,q̃ corporis viribus bellum agitur: subi to ex montibus stupenda tonitrua sonuere:& ardentia fulgura cœlo delapsa sunt.Deinde vbi ne bula,quæ colles & montium cacumina tegebat ad locum pugnæ accessit:atq; nymbus Græcos a tergo,barbaros in facie ac oculis pulsat:spirante simul vento humido:delataq; assidua a nubibus flamma,quæ multum quidem,& præsertim iis q rem imperiti erant aduersabantur (Nam nõ pa rum nocumenti tonitrua ac sonitus armoꝝ,quæ ab aqua & grandine pulsabantur attulisse viden tur:quum imperatorũ iussa nec audire nec exequi milites possent.)Carthaginensibus nõ expeditis, sed multis armis vtẽtibus:vt diximus:cœnũ maximũ iferebat impedimentum.Sinus vestimento rum qui multa aqua repleti erant,dũ manus cõserent.ipsos graues ineptosq; redebant:idẽoq; au tem vt a Græcis superarentur:& si caderent:inreleuabiles ex cœno faciebant.Nam fluuius Crimni

Crimnisi⁹ fluuius.

Apio indi gere mala valetudine summo pi culo fruẽtẽ

✳ nęniis

✳ nęniis

Timoleõis pugna con tra Cartha ginenses

sius quũ iã aquaq; irruptione magnopere excreuisset: ac tumuisset: pp traiiciẽtiũ multitudinẽ aggerem erupit: & planities, quę ad fluuium iacebat, & multis faucibus currentibus aquis: quę non suo tramite ferebantur, repleta est. A quibus qdẽ aquis Carthaginenses inuoluti: maxima cũ difficultate liberabantur. Tandẽ quũ inundatio: & aquaq; fluctus instaret: & prima Græcoq; acies, quæ ex quadringentis hominibus constabat, contra Carthaginenses irrueret: in fugã Græci Carthaginẽsium multitudinẽ vertũt: quoq; multi in planitie capti periere: multi ẽt flumẽ traiiciẽtes a fluctibus tracti mortẽ obiere. plurimos collem adeuntes, ne ascenderent velites currendo ꝓhibuere. Ferunt itaq; inter decẽ milia hominũ, q desyderati sunt, tria milia ex Carthaginensibus cecidisse: quibus nec generis splẽdore, nec diuitiaq; amplitudine, nec gloriæ claritate alteri supiores in Carthagine erãt. Quæres adeo magnã vrbi inflixit calamitatẽ: vt nunq̃ antea vna in pugna ex Carthaginensibus tot occubuisse a maioribus memoriæ traditum sit. Nã vt plurimũ Lybicis, Iberis: ac Numidis in bello vsi, aliena calamitate victi: superatiq; fuerant. Quantus mortuoq; splẽdor in vita fuisset: quãta gloria: Græci ex raptis spoliis cognouerunt. Tãta enim auri atq; argenti copia fuit: vt ab iis qui spolia extraxerint de ærea atq; ferrea supellectile rarus atq; tenuis sermo haberetur. Nã & castra: et iumenta: impedimẽtaq; ceperãt. Ex captiuis autẽ magnã partẽ milites expiluere. In medium vero atq; in publicũ quinq; milia inuenti sunt. Ex curribus capti ducenti. Vnde pro Timoleõis tẽtorio posita coadunataq; multiplicia spolia pulcherrimũ certe ac magnificentissimũ præbebãt spectaculum: interq; mille thoraces, cum arte: tum pulchritudine prestantes, & decem milia scutorum suspendebantur. Quæ quis multa, paucoq; tñ ꝓda fuere. Itaq; Græcis magnã ꝓdã assecutis, vix tertio die post pugnã trophęũ absoluitur. Timoleon vna cũ victoriæ nomine prestantiora arma: quę hostibus detraxerat, in Corinthum mittit: vt patriam suã omnibus hominibus, qui in ea sola clariora Grecię templa cernerent: non Greciq; aut finitimoq; ornata spoliis tristem memoriã facientibus: sed barbaroq;, charam atq; amabilem redderet: quę pulchris inscripta literis: vincentiũ fortitudinẽ atq; iustitiã declararent. Quoniã Corinthii atq; Timoleon imperator Græcos in Sicilia a Carthaginẽsiũ manibus liberarint: diis hęc munera suspenderunt. Post hęc Timoleon milites stipendiarios, q Carthaginensium spolia ac prędam omnem ferrent: ducerentq;, in agro inimi corum dimittit. Ipse vero Syracusas cõtẽdit: & mille milites: q ab eo ante pugnã secesserant, e Sicilia cedere iussos a Syracusis anteq̃ sol occideret ab ire coegit. Qui ad Italiã fine fide pub. nauigãtes, Blettis ꝓda fuere. Quas pœnas ꝑ ꝓditiõe contra Timoleonẽ diis soluere. Quũ Icetes atq; Mamercus Catanię tyrannus, siue inuidia secundę fortunę Timoleonis: siue timore quodã, ne cõtra tyrannos ꝓfidus esset: societatem cũ Carthaginensibus iniissent: ꝓfuasissentq;: vt exercitũ atq; ducẽ mitterent: nisi vellent omnino ex Sicilia pelli: Gisco cũ septuaginta nauibus nauigauit: & milites Græcos conduxit: q̃q̃ antea sub Carthaginensibus Greci nunq̃ meruissent. Sed tunc Carthaginenses vehementer illos admirati sunt: & fide dignissimos atq; bellicosissimo omnium hominum esse putauerunt. Quum autem in Messana vrbe communiter adinuicem omnes conspirarẽt: trecentos milites aduenas a Timoleõe auxiliarios missos interfecerũt. Qui autẽ circa Ireas, quę sub Carthaginensium imperio erant: insidias posuere: milites stipendiarios cũ Eutimo Leucadio merentes necauere. Ex qbus maxime Timoleonis secundã fortuna gloriosam fieri cõtigit. Nã hi exillis erant: q cũ Philodimo Phocense & Onomartho Delphico sacrę illius legis & inuẽtores & participes fuerant. Qui quũ omnibus odio essent: atq; vt execrabiles obseruarentur: circa Peloponnesum a Timoleone capti sunt. Sed cæteros milites minime capere potuit. Quũ autẽ in Siciliam proficiscerẽtur vna cũ Timoleone: omniũ certaminũ victores euasere. Quũ vero plurimoq; ac maximoq; certaminũ iam finis esset: & ad alias obeundas pugnas auxiliari mitterentẽ: & capti & mortui sunt. At non vna oẽs, sed discretim. Verũ antea Timoleõis prospera fortuna eos tutata est: ne aliquo modo ꝑ punitionem maloq;, bonis etiã detrimentum impenderetur. Itaq; deoq; beniuolentia erga Timoleonẽ nõ minus in vitandis aduersis: q̃ in agendis prosperis admiratione digna est. Populus Syracusanus: q a tyrannis iniuria affectus: pressusq; fuerat, ægro animo ferebat. Nam Mamercus: ꝙ milites stipendiarios vicerat elatus: in scribendis poematibus iactatione quadam vsus est. Qui scutis in honorem deoq; suspensis, elegiaca carmina & superba & contumeliosa subscripsit. Vilia nos ferimus dum scuta: micantia multo Detrahimusq; auro electroq; ebore atq; elephanto. His actis quũ Timoleon in Calabriã castra moueret, Icetes in Syracusano agro discurrere: prædari: depopulari: iniuria afficere. Deinde Timoleonem paucos habentem milites paruifaciens: in ipsam Calabriã exercitum duxit. Timoleon vbi illum iter præoccupare persensit, cum equitibus: peditibusq; Icetem versus ꝓficiscitur. Icetes quũ hoc sensisset: audissetq; Timoleonem iã Damiriã flumen transiturũ: circa aquas repugnaturus castra firmaui: cui cũ traiiciendi difficultas, tũ præruptæ vt rinq; atq; præcipites ripæ animos faciebant. Timoleonis duces quum vehementi quadã pugnandi libidine tenerentur, & contẽtio quędam inesset: omnesq; postremũ traiiciendi locum atq; aggrediẽdi tenerent: pugnę immoratio facta est. Nã vnusquisq; primo acieq; ordine sese dignum existimabat. Quare impetu quodam traiicientes ac concurrentes, nullum in transitu ordinẽ habuerunt. Quũ

Carthaginẽsium de cẽ milia desyderata sunt.

Mamercus, Catanię tyrannus. Gisco cũ septuaginta nauibꝰ naui gauit.

Timoleonẽ dii magnabeniuolẽtia ꝓsecuti sunt.

Timoleoni Calabriam castra monet.

Damiria fluuius.

Timoleon rẽ fortibus decernere vellet: & cuiusq; ducis anulum in cassidẽ eius iniecisset: atq; permiscuisset: primus quẽ ab vrna extrahi contigit, trophæi insignia habebat. Quod postq̃ audierunt: nõ expectata altera sorte, cum gaudio atq; clamore, vt quisq; stabat, flumen irrumpit: & manus cũ hoste cõferit: Illi quũ vires Græcorũ ferre nõ possent: & dimissis armis fugerẽt: mille in bello cecidere. Paulopost Timoleon motis aduersus Leontinos castris, viuũ cepit Icetem: necnon bellicosissimũ eius filiũ atq; Euntimiũ vinctos sibi milites detulere. Icetes atq; adolescens vt tyranni ac pdito res morte mulctati sunt. Euntimius vero vir clarus in bello atq; audax, ppter blasphemiã quandã aduersus Corinthios, misericordiam minime consecutus est. Ferunt enim Corinthiis cõtra Leontinos militibus in Corinthios concionẽ ad populum habentẽ dixisse: Si Corinthiæ mulieres domos egrederentur, nihil molestum fore: nihil timendũ. Multi eo ingenio & ea natura sunt: vt iniuria lacessiti, molestius verba q̃ facta ferant. Grauius enim contumeliã q̃ detrimẽtum ferẽdum esse arbitrant. Ét hoc qdẽ factis repellere, tanq̃ necessariũ bellãtibus cõcessum est. Blasphemiæ aũt plus odii, q̃ vitii habere videnť. Quũ igit Timoleon Syracusas cõtendisset: Syracusani vxorẽ Icetis ac filias in concione ad iudiciũ deductas morti dãnarunt. Verũenimuero hęc Timoleonis moribus atq; rebus ab eo gestis dissimilia esse videntur. Nã si ille hoc dissuasisset, ac prohibuisset, nunq̃ mortẽ obisset: sed videť Timoleonẽ illas neglexisse: & volũtati ciuium, q̃ Dionẽ, a quo electus Dionysius: expulsusq; fuerat, vindicare quærebãt: peccasse. Icetes enim hic ille erat: q̃ Aretã Dionis vxorẽ, sororẽq; Aristomachã, & filium adhuc puerũ in mare: viuos demersserat. de qbus in Diõis vita pscripsim⁹. Post hæc quũ aduersus Mamercũ apud Cataniam castra posuisset: & in fugã illum vertisset: supra duo hoĩm milia ferro necauit. Quoꝝ magna pars erat ex Phœnicibus: quos Gisco auxiliarios miserat. Deinde Carthaginẽses regionẽ intra Licum Timoleonem occupaturum timentes, cũ eo pacem ineunt: atq; componunt: & ex eamigrare Syracusas volentibus, supellectilem ac sobolẽ restituunt: tyrannisq; societatem renuunt. Mamercus quum de re sua male sperareť, in Italiam, vt Leocanos contra Timoleonem, atq; Syracusanos adduceret, nauigauit. Postq̃ qui cum eo erãt cũ triremibus remenso pelago in Siciliam sese retulere: Timoleoni Catanią tradiderunt: ipse coactus in Messanam vrbem ad Hipponem tyrannũ fugam arripuit. Quam Timoleone mari, terraq; obsidione premente, Hipponẽ fugientem in naui milites capiunt: quem Mamertini vna cum filiis a literarum magistris abductis tanq̃ pulcherrimum spectaculum ad cruciarus in theatrũ rapuerũt: atq; interfecerunt. Mamercus autem Timoleoni se dedit: vt iudiciũ atq; cruciatum, non accusante Timoleone, Sxracusis subiret. Nã quũ Syracusas deductus fuisset: & apud populum venisset: compositam iamdiu ab eo orationem dicere aggressus est. Quum autem in tumultum incideret. & inexorabilem concionem animaduerteret: proiecto pallio per medium theatrum cursu delatus: sub sellia tanq̃ moriturus capite pulsat. Veꝝ huiusmodi mortem obire non contigit: sed vlterius vitã agens eandem pœnam, quam prædones, dedit ac persoluit. Hoc igitur modo Timoleon tyrannos & hostes extirpauit: atq; deleuit: & vniuersam insulam quam rebus aduersis incultam atq; horridam ab incolis acceperat, ita placabilem, ita desiderabilem reddidit: vt quam prius ciues deserue rant, aduenæ habitaturi accederẽt. Nam Agrigentum & Gælam magnas in Sicilia vrbes post Atticum bellum a Carthaginẽsibus depopulatas atq; euacuatas, tunc habitari & frequẽtari cõtigit. Alteram enim Megelus atq; Ferisćus, ex Helica venientes, & prisćos ciues adducentes: alteram Grogus ex Chio nauigans habitauit. Quibus in vrbe domos instaurantibus, non solum ex tanto bello securitatem immunitatẽq; ac tranquillitatem Timoleon præbuit: verum etiam alia tanq̃ eius multa animi promptitudine: multaq; charitate præparauit. Aliis quoq; omnibus dispositis, non bellorum propulsio, non legum cõpositio, nõ regionis habitatio, non reipublicæ dispositio bñ se habere visa est: quã ipse non attigerit, atq; ordinauerit: & tanq̃ omnium architector absoluto opere gratias deo pro dignitate egerit. Quum igitur multi & magni viri ex Græcis, qui rerum gestaꝝ splendore illustres erant, apud Timoleonẽ essent: iter quos Timotheus, & Agesilaus, & Pelopidas erant: necnon Epaminondas: in quẽ magno amore Timoleon afficiebatur: res eorum gestę splendore & gloria, quæ virtute & laboribus permistæ erant: præstantiorem Timoleonem reddiderunt: itaq; quid tum in pœnitẽtiam adducti sese accusarẽ? Sed illis prętermissis: quæ erga fratrem Timoleon gessit: nihil est (vt inquit Timæus) qd ex iis quæ sunt apud Sophoclem indamare opportune nõ liceat. O dii q̃ Venus, qui Cupido huic auxiliabitur! Quẽadmodum enim Antimachi poema, & Dionysii pictura: quæ Colophonioꝝ vites ac fortitudinẽ habet: laborẽ atq; duritiem habere videntur: Homeri autem carmina & ea quæ a Nicomacho scripta sunt: præter alias virtutes ac gratiam: facilitatem: & leuitatẽ: sic Epaminondæ atq; Agesilai res militares multo labore: multaq; cum difficultate ab eis gestæ sunt: Timoleonis vero res bellicæ diligenter iusteq; inquirẽtibus atq; animaduertentibus, multam in consequenda victoria facilitatem habuisse apparebunt: quibus non fortuna: sed virtus cum bona fortuna: vires administrauit. Et ille omnia ab eo fauste acta ad fortunam referens: quum ad amicos quos Corinthi habebat: literas dedisset: & orationem apud Syracusanos habuisset: gratias deo habere sæpius inquit: quoniã quum saluã Siciliam

Icetes viuꝰ captus est a Timoleone: & vna cũ eius filio interfectus.

Cõtumelia grauius ferenda est, q̃ detrimẽtũ.

Icetis vxor ac filię mortẽ dãnatę sunt.

Aretã Dionis vxorem sororemq; Aristomachã & filium puerũ Icetes viuos in mare demersserat.

Hippo tyrãnꝰ captꝰ & interfectꝰ.

Agrigẽtiũ vrbs Siciliæ.

Gela vrbs Siciliæ.

esse vellet, eum decreto & suffragiis populi imperatorem designauit. Quum domi templū condēret: sua sponte voluit vt euenit: rem diuinā fecit: domū vero ipsam sacro numini cōsecrauit. Habitauit autē ædes: quas ei tanq̄ de re militari benemerito Syracusani donauerant. Verum ex Corintho accersita vxore ac filiis: plurimū tpis in agro pulcherrimo atq̄ amœnissimo, quem ab eiisdem acceperat, otiose vitam duxit. Non enim Corinthū rediit: nec Græcorum tumultui sese admiscuit: neq̄ ciuili inuidiæ se prębuit: vt plurimi imperatorum ambitione honorum atq̄ potentiæ in explenda libidine tanq̄ in scopulum naues impellunt atq̄ frangunt: sed ibi rerum gestarum memorialætus ruarauit, atq̄ permansit. Ex quibus maximum sibi gaudium afferebatur: tot vrbes: tot hominum milia intueri: quibus ipse viuendi felicitatem comparauerat. Postq̄ satis dispositū erat: vt videtur: q̄ non solum Galeritis: vt apud Simonidem, conus atq̄ cirsta ineslet: verumetiam vniuersæ reipublicæ: duo qui populi studium atq̄ auram venabant, Laphistius ac Demenetus, Timoleoni calumniam machinantur. Laphistius enim Timoleōem in quadam causa ad fidei ssionem coegit. Timoleon vero tumultuationem impetumq̄ contra Laphistium ciues agere, quo min⁹ legibus vteretur: non permisit: sed dixit: de industria ac sua sponte, tot labores tātaq̄ pericula suscepisse, vt vnicuiq̄ Syracusanorum legibus vti liceret. Demeneto autē ipsum multis rebus quas in ductando gubernandoq̄ exercitu gessit, accusanti, nihil contra respondit: sed inquit diis quibus vota feci, vt Syracusanos in libertate constitutos aspicerem, gratias ago. Postquam igitur maiora pulchrioraq̄ facinora q̄ ii qui secum erant gessissent: & solus ac præstantior esset in laudibus: quæ apud Græcos celebrantur: quibusq̄ Græci ad virtutem prouocantur: & mala quæ iam pridem Græciam occupauerant sine sanguine propulsasset: ostendisseq̄ Barbaris & tyrannis terrorem ac fortitudinem: Græcis autem atq̄ amicis iustitiam & mansuetudinem: necnon ciuibus absque luctu & lachrymis plurima trophæa cōparasset: Siciliam vero quæ octo annos assiduis malis vexata fuerat, ab omni labe purgasset, iam grandior æuo quum ex oculis laborare cœpisset, tandem cæcus factus est. Paulo post nullam nec sibi nec fortunæ huius rei culpam attribuebat: sed gentile sibi hoc, ac paternū: & pro ætate accidisse aiebat. Ferunt enim multos ex suo genere iā senio confectos, simili morbo laborasse. Athanes autem refert quum Timoleon aduersus Hipponem atque Mamercum militaret: oculos albos esse factos: & cæcitatem manifestam omnibus fuisse, non tamen propter hoc obsidione pedem retulisse: sed quum pergeret, tyranno scepisse. Postq̄ vero Syracusas rediit, subito monarchiā deposuit: ciuibusq̄ persuasit pulcherrimā rempublicā esse futuram. Q dille sine animi molestia calamitatē illā tulerit: minus fortasse admirandum: q̄ aūt Syracusani honore & beniuolentia viz iā cecum coluerint: admiratione hoc dignū. Qui rus ac domū eius petentes aduenas hospites, vt benefactorem suum ac patriæ patrem aspicerent, secum ducebant: lætentes atq̄ admirātes: q̄ apud eos diem suum obire elegerit: & claros splēdidosq̄ apparatus, quos sibi in suo reditu Græci re bene gesta præparārit, neglexerit. Multis ꝓterea ac magnis rebus honoris gratia decretis, nemo ex Syracusano populo defuit: qui non assentiretur: vt quoties bellum cum exteris gentibus gerendum acciderit, Corinthio duce vteretur. Illud etiā quod in concionibus in honorē eius factum est: pulchrum præbuit spectaculum. Nam quum de rebus paruis con sultandum esset: inter ipsos decernebant: quum vero grandia disceptarentur: illum accersiri iubebant. Ille per forum in lectica delatus, ad theatrum proficiscebatur: & dū veheretur, vt sedebat populus eū vna voce humanissime appellabat, atq̄ salutabat: ipse identidem faciens & paululum immoratus, paululūq̄ laudibus præstitit auribus auditisq̄, deinde ad ea quæ eum consulebant sententiam dicebat. Vbi hæc suffragiis agitata: iterum per theatrum a ministris eius delatus erat: ciues autem illum discedentem voce, atq̄ plausu dimittentes, iam reliquum q̄d reipublicæ erat decernebāt. In tali sene nectute tanq̄ pater patriæ honore ac beniuolentia nutritus, parua occasione tempori adhibita diem suum obiit. Itaq̄ Syracusani diem funeris protrahunt: vt ipsis quæ ad funus pertinebant præparandi facultas: peregrinis autem atq̄ finitimis proficiscendi opportunitas accommodaretur. Præparatis omnibus quæ honestandi funeris gratia erant: delecti iuuenes feretrum subiere: & per regiam Dionisii tunc solo adæquatam iter habuere: multis milibus hominum atq̄ mulierum coronas, albasq̄ vestes habentium præcedētibus. Quorum spectaculum festis diebus simile itudinem cōparasse videbatur. Voces autem lachrymis commistæ illum beatum dicentes, non honoris aut administrationis alicuius retributionem: sed desyderium atq̄ gratiam veræ beniuolentiæ ostende re videbantur. Tandem postq̄ collapsi cineres & flamma quieuit: Demetrius qui ea tempestate vocis magnitudine omnes anteibat: huiusmodi prēconiū diuulgauit. Populus Syracusanus Timoleonem Timodimi filium ducentis minis in funere honestauit: necnon per omne æuū musica: eq̄stria: ac gymnastica certamina illi honoris gratia instituit: qm̄ profligatis eiectisq̄ Siciliæ tyrānis: debellatisq̄ Barbaris, necnon repletis magnis desertisq̄ vrbibus, leges Siculis edidit. Deinde sepulcrum in foro structum porticu circundant: palestras ædificant: gymnasium adolescentibus faciūt: Timoleonēq̄ appellant. Ipsi deinde vrentes & republica & legibus quas Timoleom sanciverat, diu optimam atq̄ felicem rempubliçam habuere.

Timoleon oibus cōpositis ī ageo pulcherrimo otio sā vitā duxit.

Timoleon iam grandior æuo cæcus fact⁹ ē.

Timoleonis obit⁹, & honores ei ī funere habiti.

Demetrius vocis magnitudine omnes anteccdens.

Timoleonis sepulcrū in foro structum.

¶ PAVLI

¶ PAVLI ÆMILII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCHO IN LATINVM PER LEONARDVM ARETINVM VERSA.

Æmiliorũ familia a sermõis lepiditate dicta.

Æmiliorũ Familiam in vrbe Roma patriciam fane ac vetustam fuisse plurimi tradunt. Qd vero primꝰ qui nomẽ ei familiæ reliquit. M. Æmylius ꝓpter sermonis lepiditatem, quam Æmyliã græci vocant, appellatus: Pythagoręq philosophi puer fuerit, nonnulli ex iis tradũt: qui doctrinam. Numæ Pompilij regis in pythagoram authorem referunt. Ex hac igitur familia multi ꝓstantes viri & claritatẽ assequuti, virtutem feliciter adamarũt. Sed. L. Pauli aduersa apud Cannas fortuna prudentiam ac fortitudinẽ eius ostẽdit. Nam postq̃ collegam suum a consilio dimicandi remouere suadendo nõ potuit: inuitus licet, pugnæ quidẽ particeps fuit: fugæ vero nequaq̃ particeps: sed authore periculi ac pugnæ fugã arripiente, ipse manẽs aduersus hostes pugnãdo interiit. Hic filios habuit Æmyliã quæ Scipioni magno nupta fuit: & Paulum de quo hæc scribimus: qui in ætate florenti gloria & virtute clarorũ virorũ: effulsit: non ea sequutus: quæ tunc cætera iuuẽtus sequebatur: nec per eandẽ viã ingressus. Nõ enim se in causis orandis, nec in salutãdo ac prensando homines, quibus artibus plærisq̃ fauorẽ sibi populare captabãt, quũ rñ ad vtrunq; foret nõ ineptus, exercuit: sed vt præstantiorẽ vtiq;, fortitudinis & integritatis gloriam sibi quærere studuit. Primũ e magistratibus ædilitatem petens, duodecim competitoribus, quos omnes posteris temporibus consules fuisse, tradũt, suffragiis populi Romani prælatus est. Augur deinde factus, sic patriis moribus intendit: sic veterum circa diuina obseruantiam disciplinãq; cognouit: vt nominis & honoris dũtaxat gratia, concupitũ prius auguratũ inter supremos magistratus habendũ ostenderit: philosophis astipulatus, qui religionem scientiam cultus diuini esse diffiniunt. Cuncta. n. faciebat cum peritia & studio, eiq; vni rei cæteris omissis, quũ ad hoc erat, animũ intendebat: nihil prætermittens vel addens: sed & aduersus collegas semp etiam pro minimis insistens & docens: q; etsi maxime quis rem diuinam facilẽ existimet, & sine querela negligentiæ: tñ nequaq̃ esse ferendã ciuitatem: quæ illam negligi patiatur. Neminẽ enim ab initio magno excessu rẽpublicã turbare: sed magnarũ rerum custodiam tollere: qui in paruis ac minimis diligentiã abiecit, Eo modo disciplinæ militaris ac morũ custodem & obseruatorẽ se præstitit: nõ gratiam militũ captans in exercitu: nec vt plærisq; illius ætatis homines secundos magistratus per gratiam priorum sibi comparans: sed veluti sacerdos aliorum sacrorum circa mores dux & exemplar cuiq; existens sic administrabat: vt secundarum partiũ existimaret, hostes vincere: primarũ vero, ciues dirigere. Durãte aduersum Antiochũ bello: & peritissimis rei militaris hominibus ad illud conuersis, alteq; ab Hesperia exortum est bellum: magnis in Iberia motibus suscitatis. Ad hoc bellũ Aemylius missus: non cum sex, vt cæteri prætores, sed cũ duodecim securibus: ita vt dignitas consularis imperio eius inesset. Bis signis collatis, hostes superauit: interfecitq; circiter. xxx. hominũ millia: manifesteq; apparuit: victoriã ex idustria eius partam fuisse: habilitate locorũ: & transitu amnis facilitatẽ vincendi militibus præstantiis. Vrbes vero. ccl. in deditionẽ recepit: pacatãq; prouinciã relinquens: ne vna quidem drachma ditior: q̃ profectus fuerat, reuersus ẽ. Erat & in cæteris haud quaq̃ pecuniarum studiosus: sed sumptuosus ac liberalis: nec multa habebat: sed quũ dos mulieri reddenda fuit, vix patrimonium eius suffecit. Vxor fuit illi Papyria Mnasonis viri cõsularis filia: quã post longum cõiugii tẽpus repudiauit: licet pulcherrimã sobolẽ ex ea susceperisset. Hæc enim gloriosissimũ Scipionem & maximum pepererat. Q uę autem causa diuortii fuerit: non extat: sed videtur aliqua efficax ratio affuisse. Illud autem constat: quum amici familiaresq; diuortium grauiter improbantes, Æmylio dicerent: nonne hæc modesta: nõne formosa: nõne fœcunda? porrexit ille pedem & calceum ostendens: nonne pulcher hic calceus? nõne nouus est

Religio qd sit secũdnm philosophos.

P. Æmylius nõ cum sex, vt cæteri, sed cũ duodecim securibus ad bellum missus est. Papyria Pauli vxor. Diuortium fecit Æmylius Paulus cum Papyria.

inquit? sed nec quisq̃ vestrum nouit: qua ex parte meum contorquet pedem. Sic enī se res habet. Magna quidē plærūq; & manifesta errata mulierū causam diuortū præstiterūt. Nonnunq̃ etiam ex quadam diuersitate morum: frequentes & paruæ offensiones latenter exorte, viros ab vxoribus alienarūt. Post diuortiū Papyriæ, aliā vxorē accepit: ex qua quū duos filios suscepisset: eos qdē domi habuit: alios vero duos priores maximis & clarissimis domibus p adoptionē inseruit: quoq; maior a Fabio Maximo quinques cōsule, minor a Scipione Aphricano adoptatus est. Ex filiabus vero alterā. M. Catonis filius, alteram Elius Tubero vxorem accepit. Erat autem Tubero vir optimus magnęq; in republica authoritatis: sed ita tenui patrimonio: vt sex & decē viri ex Tuberonum familia oēs simul in vnis ędibus, & quidem modicis, cū coniugibus & liberis habitarēt. In has ædes Pauli Æmylii bis cōsularis & triumphalis filia deducta est: in eisq; habitauit: nec puduit eam paupertatis viri: sed virtutem admirata est: per quā pauper erat. At vero ætatis nostræ fratres cognatiq;, nisi clausuris & fluuiis & muris cōmunia diuidāt: nisi magnis spatiis interiacētibus separētur: litigare inuicē nō cessant. Hęc secum cogitādi cōsyderādiq; facultatē historia prębet. Cōsul aūt factus Æmylius, bellum gessit aduersus Lygures, hoīes bellicosos & ob vicinitatē Romanorum bellandi peritos. Incolunt enī extremā Italiæ orā: quæ ad Alpes pertinet: ipsarumq; Alpium quātum Tyrrheno abluit pelago enī extremā Italiæ oram: quæ ad Alpes ptinet: ipsarūq; Alpium quātum Tyrrheno abluitur pelago: & cōtra Libyā cōsurgit: permisti Gallis & Iberis maritimis. tūc autē pdatoriis nauigiis mare vsq; ad Herculeas columnas infestabant. Cōtra eos igitur Æmylius cōsul cū. viii. milibus militū missus. Hac paucitate copiarū aduersus triginta milia hostium cōflixit: eisq; in fugā versis, & intra mœnia cōpulsis, spem bonā humanitatis fēcit: neq; enī volebāt Romani, Lygurum genrē oīno delere: sed veluti spem ac præsidiū aduersus Gallicos tumultus, q Italiæ continue imminebāt, relinquere. Æmylii igitur fidutia adducti Lygures, naues & oppida illi dederūt. Ipse vero diruptis mœnibus, nec genere vllo iniurię aliter illato, vrbes quidē restituit: naues vero oēs ademit: nec illius multitudinis nauigium supra trisalmū cis reliqt. Homines aūt tam mari q̃ terra a Lyguribus antea captos, ciues: peregrinosq; liberauit. Hæc in primo cōsulatu digna memoratu ab eo gesta. Sequenti vero tēpore quū sæpius consulatum petisset: nec suffragia ciuiū voti eius responderent: quasi spretus ac repulsus, quictē sibi agēdam putauit: solū auguriis & erudiēdis filiis intētus. Docuit autē ipsos & Romanam disciplinā: quam ipse doctus erat: & græcas insuper artes: nō enim solum grāmatici, sophistæ, & rhetores, verū etiā fictores, pictoresq;, & equoq; canū venationūq; magistri circa adolescentes versabantur. Ipse vero pater nisi qd publici muneris impēderet, eorū exercitationibus studiisq; inter erat miro amore erga natos affectus. Ea tēpestate bellum aduersus Persem Macedoniæ regem populus Romanus gerebat. Duces vero ad id bellum missos premebat infamia: q; eoq; ignauia imperitiaq; turpiter ac ridicule res gererent: sustinerentq; potius, q̃ inferrēt bellū. Nup enim Romani Antiochum vltra Taurū depulsum, Syriāq; inclusum, qndecim milibus talētis pacē redimere coegerāt: ac pauloante in Thessalia Philippum pfligarāt: & Græciā a dominatu Macedonū liberauerāt. Vicerā etiam Annibalem: cum quo nullū vtiq; regem cōferēdū bello existimabāt. Non ergo ferendū videbatur: vt cōtra Persem ex equo pugnarent: tādiu cū reliquis profligati patris resistētem. Ignorabāt enī: Macedonicam rem, post Philippi pfligationē multo ēj ante fuerat, validiorē effectā fuisse. de qua superius reperēs pauca narrabo. Antigonus qui inter Alexandri successores potenti or fuit, quinq;, etiam genere sibi regium nomē vendicabat, filiū habuit Demetriū. Hic Antigonum, qui Gonatus cognominatus est: ille alterū Demetriū genuit: qui & ipse breui tēpore regnauit: & filium reliqt Philippum puerum. Veriti igitur principes Macedonum ne defectu regis turbarentur res: Antigonum nepotem eius qui obierat induxerūt: traditaq; ei vxore Philippi matre, primo tutorem & ducem, post ipsius benignitatem experti etiam regē appellarūt. Fuit aūt eidē cognomen Dosō: q; multa pmitteret, pauca impleret. Post hunc regnans Philippus ab ipsa adolescentia egregie floruit: fuitq; de illo expectatio: quasi in antiquū culmē restituturus Macedoniā foret: & Romanorū potētiam, quę sup alias creuerat, depressurus. Sed hic ingenti pugna apud Scotussam a. Q. Flamino superatus tūc sese contraxit: Romanorūq; potestati oīa pmittens, mediocri mulcta contētus remansit. Postea vero pœnitētia ductus: ac existimans Romanorum nutu regnare, captiui delitiosi esse potius, q̃ viri alte sentientis & animum habentis: mērem ad bellum conuertit: clamq; & astute rem præparauit. Vrbes enim omnes quę in itineribus litoribusq; erant debilitari ac exinaniri patiens, vt sic omnino suspitionē auferret, contemnereturq;: magnas superioribus Macedoniæ partibus copias parauit: mediterrāea oppida, castellaq;, & vrbes armis opibus hominibusq; muniuit: exercuitq; obscure atq; latenter. Armatorū enim fecerat. xxx. milia: octingēta modia tritici intra muros asseruabat: pecuniarum tantū coegerat, quātum decem annis sufficere conductorum militū stipendio posset. Sed ipse anteq̃ ea quę agitabat animo ad effectū produceret: dolore & pœnitētia q; Demetriū filiū ob calumniā fratris iniuste necauisset, vitam amisit. At Perseus qui ei successit, statim vna cum regno inimicū aduersus Romanos animum patefecit: nequaq̃ idoneus ad tantā molem belli sustinendam, ob secordiā & morū improbitatē, multaq; alia vitia: in

Elius Tubero. Tuberones viri. xvi. in vnis ædib⁹ habitarūt.

Æmylius consul. Lygures.

Æmylius Lygures vicit.

Perses Macedoniq; rex

Antigon⁹ cognomē to Doson. Philippus Macedoniq; rex.

Perseus Macedoniq; rex.

ter quæ auaritia plurimũ dominabatur. Et creditur quidẽ nõ legitimis filius, sed subditiuus fuisse: & ex hoc machinatus Demetrii mortẽ: ne domus legitimo successore cognito alienũ reiiceret. Sed q̃q̃ in genero susipse, & humilis, tñ ob robustas regni opes longo tẽpore aduersus Romanos resti tit: ducesq; eorum cõsulares & exercitus & classes cõtriuit. Nam. P. Licinio qui primus Macedoniã ingressus est, equestri certamine supato, duo milia & quingẽtos ex Romanis occidit: sexcẽtos aũt viuos cepit. Apud Oreum vero ex insperato stationem Romanorũ aggressus. xx. magnas naues onustas, & alias multas vi cepit. Hostilium vero alias reiectum p Thessaliam irrũpere conãtem, ad pugnã prouocãdo cõterruit: ac in eo ipso bello, quasi parti sibi negotii & facile cõtemnẽdum a Romanis esset, cõtra Dardanos cũ exercitu pfectus decẽ milia hoĩum occidit: prædaq; ingenti dita tum exercitũ reduxit. Concitauit & Galatas circa Histrum incolentes (Bastẽrnæ hi nominãtur) gentem pugnacẽ: & eq tatu maxime valẽtem. Illyrios etiã sibi cõiungere p Gentium regẽ tentauit: fuitq; rumor: Barbaros mercede adductos per inferiores Galatiæ partes iuxta Adriaticum sinum Italiam irrupturos. Hæc Romæ nuntiata, effecerũt: vt hoĩes reiecta potẽtium gratia, virtũ idone um tantis rebus gerendis huic bello preficerent. Hic erat Paulus Æmylius ætate quidem senior: quippe sexagesimum iam agebat annũ: sed robusto corpore, & filiorum adolescẽtium, amicorũq; & necessariorum multitudine circũseptus: qui omnes voluntati. P. Ro. ad consulatum ipsum initantis parere Æmylium suadebant. Ipse vero a principio cũctatus, suasiones reiiciebat: eorum studiũ & cupiditatẽ arguens: quasi sibi nõ expediret cõsulatũ gerere. Sed tandẽ cõcursu populi, q̃ singulis diebus ad eius ianuam cõueniebat, & ad descendẽdum in forum prouocabat, vocifera baturq;, confirmatus, ad petẽdum descendit. nec in eius petitione tam affectare consulatũ, q̃ ci uibus suis victoriam repromittere visus est. Designatur fuit cõsul cũ summa spe, ac voluntate po puli Romani: nec expectatum, vt sortitio fieret: sed statim Macedonia prouincia ei cõmissa: bel lumq; demandatum fuit. Ferunt quũ ipse post hæc domũ magna ciuiũ frequentia reductus, Ter tiam filiam adhuc paruulam lachrymare cõspexisset: eãq; cõplexus causam luctus peteret: respõdis seillam: quia Perseus mortuus esset. erat autẽ catulus puellæ sic nominatus. Tunc Æmylius: acci pio ingt omen filia. Dii bene vertãt. Hæc Cicero orator in libris de diuinatione scribit. Quũ vero mos esset: vt q̃ designati cõsules erãt, gratias populo agerent: benigneq; alloquerentur: Æmylius aduocata concione ingt: se primũ q̃dem cõsulatum, gratia sui ipsius: secundũ vero, gratia popu li Romani, qui id flagitabat, petisse. Itaq; se nullas eius habere gratias: quinimo si ceserent, id bel lum melius per alium geri posse: læto aĩo se cõcessurum: q; si in ipso fiduciã haberent: ne turbarẽt: nec verba facerẽt: sed cum silẽtio quę opportuna forẽt subministrarẽt. Nam si imperatori impare vellẽt: magis q̃ ante ridiculos in suis expeditionibus futuros. Per hæc verba plurimũ authoritatis sibi apud populũ Romanũ cõparauit: magnãq; expectationẽ præbuit futuri euentus: lætantibus cunctis, q; gratiosos adulatores transgressi virũ elegissent: q; fiduciã sui, prudẽtiamq; haberet. Ita in vincendo & aliis dominãdo populus Romanus ipse virtutis & honestatis seruus erat. Æmylius Paulus vt ad bellũ pfectus est, q; facilitate nauigationis vsus tute ac celeriter ad exercitũ puene rit, felicitati eius imputo: sed quæ in bello gessit, partim audaciæ & pmptitudini eius, partim re ctis consiliis, partim amicorum obsẽgiis ad scribo: nec video, cur felicitati tribuẽdum sit: vbi bo ni consilii & cõstantis aĩ rationem videmus: nisi fortasse quis dicat, Persei auaritiã Æmylio bonã in rebus agẽdis fuisse fortunã: q; rem Macedonicã magnific roboratã, pauaritiam eneruauit: ac subuertit. Accedebant ad eum ex Basternis decem milia equitũ totidẽq; auxiliares, viri stipendia facere consueti: quibus nec agrum colendi, nec nauigandi, nec pascendi pecoris scientia erat: sed vnum opus artẽq; vnam dũtaxat norãt, pugnare scilicet ac vincere. Qui p q̃ cum exercitu regis circa Medicam cõiuncti fuerunt: pceris corporibus & mirabili virtute: ferocia atq; pugnam tan ta spe Macedones implerunt: vt existimarẽt, Romanos nullo modo expectaturos pugnã: sed vel ad ipsum aspectum & motum terribilem & insuetum, cõterritos esse fugituros. Hanc igitur socie tatem auxiliũq; tanta spe plenum, Perseus ob pusillanimitatem auaritiamq; abiecit. Nam quum pro singulis ducibus, mille supra id quod actum fuerat, ab eo quærerẽtur: stulto consilio soluere recusauit: quasi nõ aduersus Romanos bellum gereret: sed pro Romanis pecunie parceret: velu ti illis cum quibus bellum gerebat, rationem redditurus, de his quæ in bello ipso absumpsisset. Atq; hoc fecit nõ Lydus quidem, nec Phœnix: sed qui Alexandri ac Philippi virtutes per consan guinitatem sibi vendicabat: qui res pecuniis, nõ rebus pecunias emi existimantes, omnia posse derunt. Dictum est enim apud antiquos: non Philippum, sed Philippi aurum Græciam subuer tisse: & Alexander contra Indos profectus quum videret exercitum grauem onustũq; Persica ga za: primum ipse regios currus cremauit: deinde alios monuit vt idem facerẽt: leuesq; & sine impe dimentis ad hostes euaderẽt. At Perseus pluris existimans aurũ, q̃ seipsum, ac filio, & regnũ: no luit pro salute sua paucas abiicere pecunias: vt cum multis diuitiis asportatus captius locuples Romanis ostenderet: quanta frætus parsimonia aur eis custodisset. nec solum Galatas auertit: sed etiã Genthiũ Illyricũ: quẽ sub spe trecentorũ talentorũ in societatẽ belli asciuerat: cuius lega

P. Licinius primus Macedoniã ingressus.

Cęsa Romanorum duo milia & qngenti apud Oreum.

Cęsa Dardanorũ decem milia.

Paulus Æmylius consul designatus.

Philippi aur nõ Philippũ, Græciã subuertisse.

Genthius. Illyricus.

tis quũ pecuniã numerasse: & assignandam permisisset: ac ipse Gentius his confisus in societatem belli: venisset: facinus indignũ ac impiũ molitus est Perseus. Captis. n. Romanoꝝ legatis, & in vinculaconiectis, qm̃ sperabat ea de causa ad confectionẽ belli non amplius peregrinis opus fore, in tãtas compactum inimicitias Genthium dimisit: & cõtra fidem pecunias abnegauit: & paulopost ipsum cum liberis & coniuge regno pulsum a. L. Anitio prætore contra eũ misso despexit. Aduersus hunc igitur talem hostem profectus Æmilius, ipsum quidem contẽpsit: potentiam tñ eius copiasq; admiratus est. Habebat enim quatuor milia equitum: peditum vero in phalãgem: redactorum circiter. xl. milia. Cum his copiis iuxta litus sub ipso Olympo monte confederat, locis & natura inuiis, & ab ipso dedita opera vndiq; septis, aggeribusq; munitis: ratus productione tpis, & inopia reꝝ se consulẽ fatigaturꝝ. At Æmylius ea quidem industria erat: vt nihil intentatum relinqueret. Et milites quidẽ (nam hostẽ non metuebat) & qui se consiliis admiscentes rem perturbabãt increpuit: eisq; edixit, ne se superuacuis onerarẽt curis: sed corpora sua dũtaxat armaq; curarent: vt'sic pstо forent: quũ tps posceret: vterenturq; gladio Romano more: quũ dux iuberet. Nocturnas asit vigilias sine armis fieri iussit: vt magis attente vigilarent: & metu hostiũ, sublata resistendi fiducia, aduersus somnũ pugnarẽt. Quũ vero exercitus aquaꝝ penuria laboraret: (nam paucis in locis, & ea ipsa mala: in ipso litore surgebat) prospiciens Æmylius magnũ multisq; arboribus contectum montem Olympũ super eminẽtem, atq; coniectans ex viridiate syluarum latices aquarum subesse, lacus & exitus pluribus locis sub ipso monte confodit: qui statim affluenti aqua repleri fuerunt. Atqui negant quidam aquarum fontes his locis subesse: ex quibus fluunt: nec patefactionem eruptionẽq; esse earum: sed generationem atq; concursum illic fieri, liquescentis materiæ. Liquefieri autem densitate ac frigiditate humidam distillationem: quum ex abditis fluit. Veluti mulierum hubera non quẽadmodum vasa sunt lactis fluere parati: sed conuerso in illa nutrimento lac faciunt, & emittunt. Sic frigida & cauernosa terræ loca aquã non continent latentem: neq; sinus habent fluxus & vndas ex præparato ac subiecto manantes principio: sed spiritum & aerem premendo cõ densandoq; in aquam conuertunt. vergenim dum loca fodiuntur, magis emergit, ac profluit, propter contractionem: quẽadmodũ hubera manu agitata magis resoluũtur. Qui hæc dicũt: materiam tradiderunt ambigẽdi: vtrũ sanguis animalibus insit: ad ipsa vulnera spiritus cuiusdam aut carnis mutatione generetur ac profluat. Argumentantur autẽ ob flumina dũ fodiuntur metalla sub terram reperta: non paulatim collecta: vt deceret, si generationem subitaneã haberent: sed pleno gurgite fluentia: & nonnũq; ex petra per vim fracta fluxus aquarũ exiliuit ac subinde desiit. Sed hoc satis. Æmylius quosdã dies quietẽ egit: & tradunt in magnis exercitibus ita propinquis nunquam tantã fuisse quietem. Quũ vero omnibus agitatis perquisitisq; vnam dũtaxat viam, qua ad hostes iri posset, per Pythium, & petram, sine custodia relictam, comperisset: plus spei q̃ non custo diebatur, q̃ desperationis ob asperitatem locorum assumens, retulit ad consilium: quid super hoc agendũ esset. Primus omniũ qui aderant, Scipio Nasica q̃ postea princeps senatus fuit, negotium suscepit: vt per ea loca ad hostiũ castra cuaderet. Secũdo loco Fabius maior inter Æmylii filios (& erat admodum adolescẽs) præsto se obtulit: Eos collaudatos Æmylius dimittit: militesq; illis dat: non quot Polybius scribit: sed quot ipse Nasica se accepisse dicit in quadam epistola: quã de his ad quẽdam regem perscribit inquiens. Erant extra ordinẽ sociorꝝ & Latini nominis tria milia: sinistrũ vero cornu circiter quinqꝫ milia. Prætetea. ccxx. equites, & Cretẽses Thracesq; permisti ducẽti. His copiis Nasica acceptis, versus mare iter tenuit: atq; ad Heraclii castra posuit: quasi nauibus circũferri ad hostem deberet. Sed quum cœnauissent milites: & iam tenebræ forent exortæ: patefacto primoribus consilio, per contrariã partẽ longe a mari eos ducit: ac totã noctem ꝓfectus sub ipsũ Pythium consedit. Hic olympi montis altitudo supra decẽ stadia attollitur: idq; signatur epigrãmate in hunc modũ. Olympi vertex ex qua parte est Apollinis Pythii templũ, altitudinẽ habet ad subiectum examussim mẽsuratam decẽ integra stadia & vnũ plethro minus quad rupedali. Xenagoras Eumelii Celeuti filius mensuram. posuit. Tu vale Apollo: & da nobis bona. Atqui dicũt geometræ: neq; altitudinem mõtis, neq; profunditatẽ maris vltra decem stadia protendi. Xenagoras tamen non temere: sed certa rõne & organis videtur mẽsuram posuisse. Nasica igitur in hoc loco pernoctauit. Perseo nihil tale suspicante: vtpote qui Æmyliũ quiescentẽ suo loco cernebat. Cretẽsis quidã transfuga circũuentionem Romanorum patefecit: ad cuius nuntiũ turbatus Perseus, castra quidẽ non mouit: sed decem milia conductorum militum alienigenarum, & duo milia Macedonũ, Milone duce, ad ea loca transmisit: qui præuenire & syluas occupare præparẽt. In hos dormientes adhuc impetum ab Romanis factũ Polybius tradit: sed Nasica acrem pugnã in mõtibus cõmissam magnũq; periculũ fuisse scribit: & ab sese quendam Thracem in manus profectũ mucrone transfixum cecidisse. Superatis itaq; hostibus, & Milone abiectis argis turpiter fugiente, persequutus Nasica simul milites ad quem volebat locũ perduxit. Magna ex hoc trepidatione apud hostes exorta, rex confestim retrorsum castra mouit: non satis bona spe: sed aut ibi ante Pydnam substistere, & fortunam experiri pugnæ necessarium erat: aut diuiso per vrbes exercitu, bellum susci-

Exercitꝰ habens q̃tuor milia equtũ: & peditum quadraginta milia.

Aquaꝝ q̃o generetur i locis effossis.

Olympi montis altitudo.

Nasica.

re. Amici regem ad pugnam cohortabantur: abundare illum multitudine hominum: eosque pro coniugibus & liberis fortiter pugnaturos: rege ipso presente: & se periculis obiectante. His rationibus cõfirmatus, se ad prælium cõparauit: & loca delegit opportuna: ac duces præfecit quasi cõfestim pugnaturus. Locus planitiẽ habebat phalangi aptã: & tumulos frequẽtes: vt ex alio in aliũ leuis armaturæ miles progredi, & sese recipere valeret. Eſon per mediũ fluebat amnis, & Leucus: qui licet nõ nimium pfundi (æstatis enim tũc erat extremũ) videbãtur tñ quoddam impedimentum Romanis allaturi: sed postq̃ Æmylius cum Nasica se cõiunxit: & versus hostẽ ire prexit conspecta multitudine & structura ad pugnam, parump substitit: secũ ipse cogitans. At iuuenes qui aderãt pugnæ auidi, ad ipsum ꝓperantes, ne tẽpus tereret rogabant. Maxime vero omnium Nasica ob recẽtem victoriam elatus, Æmylium perurgebat. Sed Æmylius ridens: si tua inquit iuuenta mihi foret: at multæ quidẽ victoriæ eorum qui victi sunt errata docẽtes, prohibent me, ex via cõtra phalangẽ instructa, paratamq; dimicare. His simul dictis, eos qui prima in fronte erant in cohortes ordinari: vt sic ſpem pugnæ aduersariis nõ auferret: postremos castra munire, & vallũ iacere iubet: atq; inde sine aliquo tumultu intra vallum oẽs reduxit: Ea nocte quũ iam cœnassent, & quieti sumnoq; indulgerent milites: luna obscurari cœpit: ac deficiẽte lumine, multisq; coloribus mutata, tandem nusq̃ apparuit. Romanis vt cõsuetudo est, tinnitu æris lumen eius reuocantibus, & ingens multis facibus ad cœlum tollẽtibus, nihil simile a Macedonibus factũ: sed metus & horror castra eorũ habebat: ac sermo clam pmultos erat: defectũ regis per id ostẽtum significari. Æmylius aũt licet nõ ignarus varioq; defectuũ, & quomodo luna in vmbrã terrę delata certis ſpatiis absconderetur: donec iterũ reluceſceret: tñ vt religiosus sacrorũ cultor, vt primũ lunã deductã prospexit, vndecĩ tauros ei mactauit. Inde prima luce Herculi sacra faciẽs, non litauit vsq; ad viginti hostias: in vigesima prima apparuerũt signa victoriã resistẽtibus promittẽtia. Sacro igitur centũ boum, & ludis deo votis, aciem primores strui iussit: ipse declinatiõem solis expectãs, ne aduersus milites impediret, tẽpus trahebat: sedẽs in tabernaculo, ex ea parte qua ad hostes respectus erat, apto. Circiter horã vero nonã, alii dedita ab Æmylio opera, vt ab hostibus initiũ pugnæ foret, equũ effrenẽ immissum, & ex huius ꝓsequutione principiũ prælii exortũ: alii dum pabulatu redirent Romani, impetũ iniumẽta factũ a Thracibus dicũt: his septingentos primũ Ligures auxiliũ impigre tulisse: aliis deinde aliis succurrentibus: quousq; pugnari iusto prælio cœptum sit. Æmylius igitur veluti gubernator præsenti tẽpestate ac motu castroꝝ, magnitudinem futuri certaminis iam inde ꝓspiciens, ex tabernaculo ꝓcessit: ac legiones adiẽs pro tpe cohortatus est. At Nasica p ea loca in qbus pugnabatur obequitãs, cernit hostem quãtum nunq̃ antea, pugnã capessere. Primi erant Thraces: quorum aspectũ inquit se pmaxime horruisse: hoies ꝓceris corporibus: albis ac lucẽtibus scutis: armatura ocrearũ: nigras induti tunicas: graues ensẽs & rectos ab dexteris humeris quatiẽtes. Iuxta Thraces, cõducti milites subibant: quoꝝ varia erant & pmista tela. Tertiũ erat agmẽ Macedonum delectorũ. Hi fulgebant auratis armis, & nouis ac rutilantibus sagis: qbus cõstitutis in ordinẽ, splẽdore qdem cãpum, clamore autẽ adhortãtium etiã colles cõpleuerant: Tanta audacia & impetus annitẽtium: vt prima cadauera non amplius duobus stadiis longe a Romanorũ castris accumberẽt. Facto primo impetu conspexit Æmylius, Macedones qui in agmine erant, sariſſas in clypeos Romanorũ adigẽtes: nec ita cõminus pugnãtes: vt gladiis attingi possent: nõ nunq̃ vero retectis peltis, vno oẽs signo Sariſſis incumbere: ac Romanas acies ꝓpellere. Hoc igitur robur phalangis & impetum cernẽs, obstupuit: formidauitq;: & postea qdem cõmemorare crebro solebat: se nunq̃ spectaculum terribilius cõspexisse. sed tunc hilarẽ se ac lætum pugnãtibus ostẽdens, absq; cassidẽ & thorace obequitabat. Perseum vero scribit Polybius dum iniretur prælũ: præ metu in vrbẽ se retulisse: velaro recessu, quasi Herculi sacra factus, qui ignaua sacra abignauis nõ recepi: neq; cõtra fas vota exaudit. Fas etenim nõ est: neq; eũ qui nõ iaculatur, signo potiri: neq; eũ qui nõ permanet, vincere: nec eũ qui nihil agit, bene agere: neq; malum felicẽ esse. Sed Æmylii votis aderat deus. Orabat. n. victoriã belli, arma vibrans & pugnans. Scribit tamẽ quidã Posidonius qui se illis tẽporibus ac rebus interfuisse affirmat, & historiam huius belli pluribus libris explicuit: Perseum nõ timore, nec per occasionem sacrificii acie ex cessisse: sed q̃ ei pridie equino calce peussum crus fuerat: & in prælio, q̃q̃ non bene haberet, & ab amicis prohiberetur, inermem sese phalangi permiscuisse: vbi quũ varia vtrinq; volitarent tela, ferreum pilum incidisse in ipsum ex transuerso in latus dextrum: citra vulnus præteriisse: carnẽ tamen ita pstrinxisse: vt multo tẽpore nota remaneret. Hæc Posidonius de Perseo tradidit. Romani quũ aduersus phalangem acriter resisterẽt: nec ꝓpellere eam possent: Saus Pelignorum præfectus, raptum signum in hostes proiecit. Pelignis vero (neq;.n. fas Italis signũ deserere) ad eum locum impetum facientibus, graue erat certamen: magnũq; vtrinq; discrimẽ: nam hi perfringere Sariſſas ensibus, & scutis repellere conabatur: & ipsis quidem manibus apꝑhendebãt. Illi impetu Sariſſarũ annixi, & Romanos cum ipsis armis transuerberãtes: nec tegmen clypei nec thorax resistere poterat: in corpora Pelignorum supra caput proiiciebant: nulla ratione, sed ferarum ritu,

Eſõ amnis Leucus flu.

Lunæ defectus.

Thraces.

Æmylii pugna cõtra Perseum.

Saus Pelignorũ præfectus.

Locrus collis.

sein vulnera mortēq; certissimā præcipitantium. Sic iam qui primo loco pugnabant cōfectis, mota est loco secunda acies. nec tamē fuga erat: sed relatio pedum versus collē: qui Locrus appellatur: adeo vt Æmylius hæc cernens: vestē p̄ dolore abscinderit: vt Posidonius scribit. Sed quū loca in qua essent: & ob id phalanx vtpote in longum protensa, continētiā nō haberet: sed quibusdā in locis rupta atq; inflexa foret: vt conuenit in magno exercitu ac variis pugnātium insultibus: Æmylius re animaduersa, cohortes celeriter diuisit: easq; non aduersus totam phalangem vna pugna, sed sparia quæ inter hostium aciē vacua erant occupare, & pluribus simul locis manus cōserere iubet. Hoc primores ab Æmylio, ac milites a primoribus docti, vt primū subeuntes inter ceperunt loca aliorum, ex obliquo nuda fodientes latera, alios circūuenientes, robur & cōphalangis op⁹ statim deperūt. In cōgressibus autē in quibus vir aduersus virum, aut pauci aduersus paucos certabant: Macedones paruis gladiolis pedestria ac solida Romanoq; in cassum ferientes scuta, ac leuibus ipi peltis aduersus graues ictus gladioq; pondere, & vi ad corpus vsq; per omnia arma descē dētium, resistere nequeuntes: vertebātur. Hic dum acriter pugnarerur. M. filius Catōis, Æmylii gener, quū multa fortitudinis ac audaciæ facinora pugnando edidisset, tandem gladium amisit. At ipse vtpote adolescēs altieordis, multisq; disciplinis nutritus, & magno pri magnæ virtutis opera reddere obnoxius, nequaq; sibi viuendū existimabat: si eius spolio potirentur hostes. Itaq; per p̄ lium discurrens vbi quem amicum aut familiarē conspiceret, eum sibi conuocabat. Per hunc modum collecta iuuenū manu, impetum facit: multisq; vulneribus & cædibus hostē repellunt: nudatoq; loco gladium quærunt: quē postq; tandē in magno armorū ac cadauerum aceruo inuenerūt, exultātes lętitia: rursus maiori impetu in hostes feruntur: ac tandē delectorum acies (tria milia hi fuerūt) dum acriter resistant, & ordinem seruant, ad vnū interficiuntur omnes: aliorum vero fugientiū magna fuit strages: vt cāpus quidē vndiq; cadaueribus: Leucus aurē fluuius sanguine cōpleretur. Tradunt in ea pugna supra. xxv. milia hominū cæsa fuisse Macedonum: Romanorum vero vt Posidonius scribit, centum: vt autē Nasica, octoginta ceciderunt. Celeriter autem hæc pugna magna transacta est. Hora enim nona pugnari cœperum: decima victoria parta: reliquū dici in p̄sequendo hostē consumptum. Persequuti autē per cētum & vigiti stadia, nocte iam facta redierūt: aderantq; obuiā ministri cum luminibus: lætiq; atq; exultantes magno clamore ad sua quēq; tabernacula hederæ, & lauri ornata sertis, reducebant. Sed in cæterorum lætitia, ingens ipsum ducē habebat luctus: qm̄ ex duobus filiis qui cum eo militabant, iunior nusq; apparebat: quē maxime amabat: & quē virtute inter fratres præstare cernebat. q; autē audax & gloriæ cupidus, & tunc etiam ad modum adolescens erat: omnino eū temere hostibus pugnæq; permistū periisse suspicabatur. Ad luctū ducis vniuersus exercitus hoc sentiens cōmotus est: & ex cœna prosilientes, partim ad ipsū ducem partim ad perquirendū adolescentis corpus inter cadauera cum luminibus cucurrerunt. Mœstitia exercitū: clamor campos habebat: Scipionem vocitantiū. Nam ab ipsa pueritia iter cæteros adolescentes natura longe excellebat: dabatq; expectationem futuræ tam domi q̄ militiæ p̄bitatis. Diu perquisitus cōclamaruscp, sero tandem quū iam desperatus esset, cū tribus aut quatuor familiaribus plenus recenti hostiū sanguine a persequutione redibat: tanq; generosus catulus, ob auiditatē pugnādi tractus. Hic est ille Scipio qui Carthaginem, Numantiamq; euertit: virtute ac potentia ætatis suæ longe princeps. Æmylio itaq; inuidiam præsentis felicitatis in aliud rēpus fortuna differens, tunc plenā ex victoria lætitiam præstitit. Perseus ex Pydna in Pellam aufugit: eq tatu sibi adhuc integro. Sed quū pedites, vt ignauos & proditores, equites obiurgarent, rixaq; exorta, eos ferirent, & ex equis deturbarent: veritus eam turbā Perseus, e via declinauit: ac purpurā, ne conspicuus ob eam foret, scissam ante se posuit, & diadema in manibus gestabat. Vt vero descē dit ex equo: & ipsum manu trahebat: ex amicis alter per occasionem quasi solutum religaret calceum, alter equū stabulari fingens, alter potu indigere, non tantū hostes q̄ ipsius insolentiā metuētes (q̄rebat enim in eos referre crimen: cur victus eēt) aufugerūt. Quū vero iam sub nocte Pellam venisset: ac duos præfectos ærario obuiā sibi venientes, & partim reprehendētes, partim intempesti ue consultantes, ipse propria manu citato equo, ambos necasset: nullus ex amicis apud eū remānsit: præter Euandrum Cretensem, & Archedanū Ætolum, & Menonem Bœotium. Ex militibus etiam nulli præter Cretenses remanserunt: non beniuolentia aut fide, sed auro regio inhiātes. Perniserat enim illis in prædā multa pocula, crateraq; aliāq; auri & argenti supellectilē: in ratione qn quaginta talentorum. In Amphipolim inde profectus, ac, postea in Alepsum, metu aliquantum remisso in familiarē recidit auaritiæ morbū. Querebatur enim apud amicos: q; quidā Alexandri magni pocula ob ignorationē Cretensibus dedisset. rogabat multis lachrymis: vt sibi redderētur: pecuniāq; pro eis pollicebatur se datur. Neclatuit illos, qui probe ipsum norāt, aduersus Cretēses cretica arte vti: eos vero qui hæc crediderūt decepit: & poculis receptis nihil reddidit: sed amicis auferens quæ mox hostes habituri erant, in Samothraciam nauigauit: vbi ad templum confugiens asylo se tutabatur. Macedones semper alias fidi regibus dicūtur fuisse: sed tunc veluti stipite fracto omnes simul ruentes infra duos dies totam Macedoniā Æmilio dediderunt. Videtur hoc

Marcus Catonis filius, amissumpugnādo gladiū magna animi virtute inuentū recepit:

Cæsa Macedonum. xxv. milia.

Scipio.

Perseus aufugit in Pellam.

Perseus in Samothraciam nauigauit.

atteſtari illis: qui felicitate quadã res illas geſtas affirmãt. Atteſtatur & illud qđ in Amphipoli accidit: nã ibi ſacra faciente Æmylio, fulmẽ aram percuſſit: ſacraq; combuſſit. Sed oĩa ſigna q̃ ſupra memorauimus, longe ſupat famæ miraculũ: quarta poſt prælium die pfligatum eſſe Perſeum Romæ vulgauit. Populo enĩ Romano ſedente in ſpectaculo equeſtriũ ludorũ ſubito rumor a prima theatri parte manauit: Æmyliũ ſuperatis magno certamine hoſtibus totam Macedoniam cepiſſe: iſq; ſermo cõfeſtim p totum diffuſus Theatrũ, lętitia exultatione & gratulatione ciuitatẽ repleuit. Poſtridie quũ eius famæ certus nõ extaret author, reſedit. Paucis vero poſtea diebus quũ certiſſimus nuntius veniſſet: miraculi fuit loco res antea Romæ audita: in mẽdacio veritatẽ habuerat. Dicitur etiã eius pugnę, quæ apud Sagram cõmiſſa eſt, ea ipſa die in Peloponneſo fama fuiſſe: & Plateis: eiuſq; in Miele. Tunc quoq; quũ Romani Tarquinios latinoſq; pfligarũt, cõſpectiſunt paulo poſt ab exercitu veniẽtes viri duo proceris ac venuſtis corporibus: ea quę in prælio geſta fuerant, nuntiantes: creditũq; eſt fuiſſe illos Pollucẽ & Caſtorẽ. ac primus qui obuiauit ipſis in foro, equos multo fluentes ſudore ſiccãtibus, quũ illa quę de victoria nuntiabãt nõ crederet, ipſi leuiter arridẽtes, barbam eius manibus attrectaſſe dicuntur: & ex fuſca in flauã conuertiſſe. Per hunc modum & aſſertioni ſuę fidẽ: & viro cognomẽtum Ænobarbi fecerũt. His vero oĩbus id quod ætate noſtra contigit fidem arrogat. Nam quũ Antonius a Domitiano defeciſſet: magnũq; a Germania bellum concitaſſet: Romæq; trepidaretur: ex inſperato fama victoriæ apud Populũ Romanũ vulgata eſt: Antoniũ ipſum cũ oĩbus copiis interiſſe: tantãq; habuit fidẽ hic rumor: vt multi ex primoribus immolarẽt. Sed quũ paulo poſt author huius nuntii quæreretur: inuentus eſt nemo: ſed alter alteę allegabat. tandẽ vero quia in plebẽ, veluti in vaſtũ quoddã pelagus ſermo inferebatur: apparebatq; nullũ certũ habuiſſe principiũ: ſubito huiuſmodi fama plapſa ceciderat. Sed poſtea Domitiano cũ exercitu ad bellũ pficiſcẽti: in ipſa via certus nuntius & literę de victoria ad uerſus Antoniũ habita venerunt. Dies pugnæ idẽ fuerat: quo Romæ victoriã fama vulgauerat: vltra diſtantiam viginti miliũ ſtadioę. Hæc ita fuiſſe nemo ętatis noſtrę ignorat. Quũ igitur in Samothraciã ſeſe Perſeus recepiſſet. Gn. Octauius Æmylii legatus ad ea loca profectus, a violatione quidẽ aſyli, ob honorẽ deoę, abſtinuit: a fuga tamen ac demigratione Perſeum arcebat. Sed ille clam p Oroandem Cretenſem lembũ quẽdam habẽtem latenter pactus vt aſportaretur: quũ aurum & argentũ ad litus præmiſiſſet: Orandes arte cretica frętus, gazã qdem ſuſcepit: ipſum vero Perſeum cũ liberis & cõiuge ac neceſſariis noctu ad mare certa hora venire iuſſum, anticipata nauigatione reliqt. Perſeus igitur qui pauloãte miſerabiliter confectus erat: pprer anguſtiã feneſtręex qua cũ liberis & cõiuge laborum iuſuetus euaſerat: miſerabilius in ipſo litore afflictus eſt: quũ Oranidẽ iam altum tenẽtem aſpexit: & iã dies illuxerat. Itaq; oĩſpe orbatus: vna cum cõiuge fugit ad muros: nec latuit qdem Romanos: ſed præuenit. Natos autẽ capiẽs Antoſion quidam antea Perſei familiaris, tũc pditor, Romanis tradidit: per quos coactus eſt veluti ferę, captis earũ pullis, in manus venire: & ſuum corpus iis permittere qui naros tenebãt. Fidutiã autẽ ſuper oẽs in Naſica habẽs, illũ, vt ſe ei dederet, vocabat. Sed quũ Naſica nõ adeſſet: queſtus fortunã ſuã, tandẽ ne ceſſitate cõpulſus ſe Gnęo Octauio tradidit: tunc maxime pateſaciens eſſe in ſe vitium quoddam auaritia ignobilius: cupiditatẽ ſcilicet viuendi: p quã miſericordiã, quæ ſola cadẽtibus a fortuna non aufertur, amiſit. Orans enim vt ad Æmyliũ duceret: quũ id factũ eſſet: & Æmylius vt pote viro ex alto dignitatis gradu plapſo aſſurgeret: & obuiam cum amicis procederet: ac ad illius caſum illachrymaret Perſeus turpiter in terram pcumbẽs, & genua Æmylii amplectens, voces emiſit degeneres: quas nõ tulit Aemylius: nec audire preces ſuſtinuit: ſed triſti vultu illũ intuẽs, Quid fortunam ingt crimine liberas ſic te gerens: vt non præſentis, ſed ſuperiore, fortunæ indignus exiſtimeris! Cur meã deturpas victoriam! & res a me geſtas iminuis: oſtendens teipſum degenerem: nec vllo modo tãti: qui aduerſus Romanos dignus hoſtis fuiſſe videaris! Virtus profecto cadentium magnam habet reuerẽtie partem: etiã apud hoſtes. Ignauia vero etiam ſi fortunata ſit: tamẽ vituperatione nõ caret. His ſimul dictis: attollens Aemylius eum, ac dextera capiẽs, illum Tuberoni tradidit. Ipſe vero natis ac generis & aliis neceſſariis iuuenibus in partẽ ſeuocatis, multo tẽpore ſecũ tacitus ſtetit: vt plęriq; ex his qui aderãt mirarẽtur: exorſus deinde ſermonẽ de humana tũ rerũ conditione, An debet quiſq; inquit preſenti felicitate confiſus ſuperbire: q; gẽtem, aut ciuitatem, aut regnum aliquod ſubegerit: preſens qdem fortunę mutatio exemplũ nobis ante oculos ponit cõmunis imbecillitatis humanę: & nihil durabile nec firmũ eſſe docet. Qđ enĩ tẽpus confidẽdi hominibus eſſe poteſt: quum etiam eo tempore quũ aliis dominantur, fortuna maxime ſit formidanda: quę lętis rebus tandem immiſceat calamitatẽ! Alexãdri ſucceſſionẽ, q in altiſſimũ dignitatis culmen euaſit, vnius horæ particula euerſam cõſpicitis. Nõne tot exercitibus, tot equeſtribus pedeſtribuſq; copiis nuper circũdatum regẽ, nunc proſtratũ & euerſum ex manibus hoſtium cibũ atq; potum dietim capere cernẽtes, ob victoriam partã inſoleſcere definetis! nonne humiles vos ac remiſſos pręſtabitis! ſemper cum tremore expectãtes: in quẽ finẽ pręſentis felicitatis inuidiam fortuna conuertat! Multa huiuſmodi diſſerens Aemylius iuuenes dimiſit: mirum in

Fama victoriæ Æmylii q̃rta poſt prælium die Romã delata.

Ænobarboꝝ cognomen vnde.

Orandes Perſei gazã naui abducens illũ reliquit.

Perſeus in Romanoꝝ manus peruenit.

Miſericordia ſola cadentibus a fortuna nõ aufertur.

Virtus cadẽtium magnã habet reuerentiæ partẽ: etiã apd hoſtes Ignauia etiã ſi fortunata ſit vituperatiõe non caret.

Fortunæ mutabilitas.

modum lactãtia ac ſuperbia eorum tanꝫ freno quodam repreſſa. Poſt hæc exercitum ad quietem ſe autẽ ad ſpectaculum græcarũ ciuitatũ cõuertiſſet: populus releuauit: reſp. eoꝝ ſtabiliuit: munera q̃ eis dedit: aliis frumentũ ex regiis horreis: aliis oleum. tãtum enim repertum tradũt: rogãtes ſumẽteſq; prius defuerint: q̃ loca in q̃bus poſitũ erat vacua fierent. In Delphis ſuper columnã magnã quadratã ex cãdidis lapidibus compactã, ſuper quã Perſei ſtatua ex auro poni debuerat, ſuam ponit iuſſit: nã victos victoribus cedere, ęquũ erat. In Olympia illã celeberrimã emiſit vocẽ Homeri: Iouem Phidiã effinxiſſe. Inde quum decẽ legati Romã veniſſent, Macedonibus agros reddidit: & ciuitates liberas ſuis legibus reliquit. Centũ talẽta Populo Ro. pẽdere iuſſit: qui ſupra duplum regibus pendere conſueuerãt. Spectacula vero multi formia & certamina, & ſacrificia, & inſuper epulũ ac cœnas edidit: ſuppeditãte copia rerũ ex regia. In q̃bus ordinẽ ornatumq; præſationes, & gratulationes, & cuiq; ſecũdum dignitatem beniuolẽtiæ ſenſum ſic diligẽter & curioſe oſtẽdit: vt græci admirari compellerẽtur: q; nec iocos expertes ſtudii accurationiſq; reliquerit: ſed tantis rebus geſtis etiã minima diligẽter curaret. At Æmylius ob hoc ipſum gaudebat: q; in magno ſplendidoq; apparatu dulciſſimum ipſe ſpectaculum præſentibus erat. Et admirantibus eius curioſitatẽ dicere ſolebat: eiuſdẽ eſſe animi, & aciem & conuiuiũ bene ſtruere: illam vt formidoloſus hoſtibus: hoc vt amicis gratus eſſet. Laudata eſt magnitudo animi ac liberalitatis eius: q; multũ auri, multũq; argẽti ex regia gaza coactũ ne aſpicere quidẽ voluit: ſed quæſtoribus negotium dedit: vt in publicũ referrẽt. libros dũtaxat regios natis literarũ ſtudioſis deligere cõceſſit. In donandis vero militibus quoq; opera in bello claruerat, Tuberoni genero Phialam quinq; talentoꝝ põdo largitus eſt. Hic eſt ille Tubero: quẽ diximus cũ ſexdecim cognatis modicis ædiculis & paruo fundo vixiſſe: idq; argẽtum ferũt primũ in Æmyliorũ familiã deueniſſe: virtute & honore partum. Quũq; oĩa bene ordinaſſet: cõplexus græcos, & Macedones, vt memores forẽt libertatis, quã a Populo Ro. habebãt, ac vt eam cõcordia & beniuolentia cõſeruarent, hortatus, in Epirũ tranſiuit ex decreto ſenatus: militibus p̃dã in his partibus cõceſſurus. Vt autẽ oẽs ſimul inuaderent: ex quaq; ciuitate primores viros decẽ ad ſe vocauit: iuſſitq; vt argentum & aurũ q̃d in tẽplis domibuſue foret, ſtatuta die cõferrẽt: ſinguliſq; cuſtodes dedit ex tribunis militibuſq;. Quo facto, milites p̃datũ diſcurrere iuſſit: ita vt vna hora cẽtum viginti milia hoĩum captiua: ſeptuaginta vero vrbes direptę fuerint. Ex hac tanta vaſtitate nõ pluſq; xi. drachmas in ſingulas milites pueniſſe dicũt. Hęc Æmylius cõtra naturã ſuam mitẽ & bonã ppetratus in Oricũ deſcẽdit: atq; inde in Italiã cũ exercitu tranſgreſſus, p Tybrim nauigauit in prętoria naui ſexdecim remis, ornata armis ac ſpoliis hoſtium. At milites clã infenſi, q; nõ tm̃ prędę quãtũ cupiebãt ex regiis pecuniis ſuſcepiſſent, Æmylium criminabãtur ſupbe & imperioſe in bello ſe geſſiſſe. Q̃d quũ ſentiret Sergius Galba Æmylii inimicus, qui tribunus in eo exercitu fuerat, illos cõcitauit: vt triumpho aduerſarentur. Sic igitur calumniis in Æmiliũ iactatis, militibuſq; ad maiorem indignationẽ cõpulſis, poſtulauit a tribunis plebis aliã diem ad dicẽdum: q̃n illius quatuor horę duntaxat ſupereſſent: nec tã breui tpe explicari cauſa poſſet. Sed quũ nõ aſſentirẽtur tribuni: ac iuberẽt vt ſi quid Galba dicere vellet, tũc præſens diceret: exorſus plenã cõuitii orationẽ, tẽpus diei conſumpſit: & ob noctem tribuni concionem dimiſerunt. Milites apud Galbam concurſu facto, albeſcente die, capitolium occuparũt ibi namq; tribuni cõcionẽ habituri erant. Inde quũ prima luce in ſuffragium iretur: prima tribus Æmylio triumphũ denegauit: quã rem quũ & patres & pars plebis grauiter ferrẽt: & fraudari triũpho Aemylium indignarentur: cætera multitudine inutiliter verbis querẽte, primores ſenatus ſe inuicẽ caſtigabãt: & niſi ſceleri & petulantię militũ obuiaretur, eorũq; audacia reprimeretur, nihil nõ attentaturos poſt hac prędicabãt. Facto igitur agmine, ad tribunos itrumpũt: petũtq; vt ſuffragia parumper demorẽtur. Subſiſtentibus itaq; cũctis, ac ſilẽtio facto. M. Seruilius vir cõſularis qui vigeſies tricies ſingulari certamine pugnauerat: & ſemp hoſtẽ trucidauerat: tũc p Aemylio aſſurgẽs dixit: qualis imperator fuerit Aemylius Paulus, tũc maxime ſe intelligere: quãdo ita ſi probo ac malo militẽ frętus res tamẽ ampliſſimas geſſerit. Admirari autẽ ſe: ſi ab Illyrio ac Libya triũphis Populus Ro. cõtentus, Macedonię regem & Alexandri & Philippi gloriã Romanorum armis ſibi captiuam duci paruipendant. Eſſe vero abſurdũ: q; nuper quũ victũ eſſe Perſeum incerta fama vulgaſſet: ſupplicationes dii immortalibus, vt hæc vera forẽt, præſtiterint: reuerſo autẽ imperatore Populi Ro. cũ certa victoria, & deos honore, & ſeipſos lætitia ac feſtiuitate priuare velint quaſi veriti magnitudinem rerum geſtarũ, aut ſpeciem regis ĩtueri. Atq; præſtabat ob illius miſeri cordiã ingt, q̃ ob inuidiã ducis triumphũ impediri. Vſq; adeo corruptos eſſe mores ac prolapſam diſciplinam: vt Sergius Galba homo nitida cute, & corpore propter cõtinuam vmbrã molli, nec vnq̃ vulnus perpeſſo, de re militari ac de fortitudine & ignauia imperatorũ verba facere audeat: contra eos, qui vulneribus innutriti ſunt. Et ſimul hæc dicẽs pectus aperuit incredibili cicatricũ multitudine repletum: ac deinde cõuerſus, nõnullas ex his partibus quæ non ſatis decore nudari poſſunt, cõpreſſit. Tu inquit ob hęc rides Galba. Ego autẽ glorior apud Pop. Ro. nã. pro his nõ ctu dieq; militãdo hęc vulnera ſuſcepi. Sed age voca iſtos in ſuffragium: ego aũt deſcẽdens ſequar

Æmylii ſtatua in Delphis ſuper columnã poſita

Animi ciuſdem eſſe & aciem & cõuiuium bene ſtruere. Tuberoni genero Æmylius Phialã quinq; talẽto rũ donauit

Captiua cẽtũ viginti milia hominũ vna hora facta.

Vrbes ſeptuaginta vna hora direptę.

Oricus.

Æmylius calũniatus ſuperbiæ.

M. Seruilius q; vigeſies tricies ſingulari certamine pugnauerat: & ſemp hoſtẽ trucidauerat.

eos, vt cognoscā improbos & ingratos ciues. his verbis ita decidisse ac repressos fuisse illorum animos: vt statim oēs tribus Æmylio triumphū decreuerint. Triumphū vero in hunc modū egisse dicitur. Populus Romanus nitidis vestibus ornatus, in equæstribus theatris quos circos appellāt, & in locis circa fos ad hoc ipsum ex ligno fabricatis, & in aliis vrbis partibus p quas trāsiturus erat, sese ad spectandū triumphū cōparauerat. Oia vrbis tēpla erāt aperta: & sertis vaporibusq; repleta suauibus. Multitudo ministros baculos manibus gestantium, ex medio dimouebant turbas: & vias puras apertasq; præstabant: Trāsmissio in tres dies diuisa fuit. Primaenim dies vix signis rabulisq; & colossis trāsmittēdis suffecit: quæ vehiculis ducētis quinquaginta portabātur. Secunda die pulcherrima & ornatissima Macedonū arma multis curribus delata fuerunt: splēdētia ære & ferro absterso: atq; ita dispositā: vt casu maxime cecidisse viderētur: Galeę, scuta, thoraces, ocreæ, & Cretēses Peltę, & Thraiciæ Cetrę, Pharetræ, & equorū frēna, ac enses nudi p hæc iacentes, & Sariſſæ infixę: ita vt nec victos quidē absq; metu foret aspectus. Post hos armos currus, tria viros milia sequebātur: qui numismata ferebāt argētea vasis trecētis quinquaginta. Vas erat quodlibet trium talētorum. Quatuor viri singula vasa portabant. Alii crateras argēteas, & phialas, calicesq; ornatissimos & ingētes certo ordine deferebāt. Tertia die prima luce tubicines non mite nec suaue, sed bellicū sonātes primi ibant. Post eos cētū & viginti boues auratis cornibus ducebātur: victis ornati & sertis: ducebāt eos adolescētes succincti ad imolādū: & pueri aureas & argēteas patinas sacrificii gratia deferebant. Post eos seqbanē q aurea numismata gerebāt in vasis trium talētorum: vt supra de argēteis numismatibus dictū est. numerus vasos fuit * Triades octoginta. His succedebāt qui aureā phialā decē talētos quā Æmylius ex lapillis effecerat: itē qui Antigonea, & Seleucia, & Theticlia, & Persei vasa portabant: post hæc Persei currus, & arma, & diadema super armis positū. Deinde post modico interuallo, nati regii ducebātur: & cū ipsis alūnos: & magistros: & pædagogos lachrymās turba: qui & ipsi manus tēdebāt ad ciues: & pueros eadē facere & precari docebant. Erāt masculi duo & vna fœmina: nō satis infortuniū pp suā ætatē in tel ligētes: quæ res magis homines ad misericordiā cōmouebat: multiq; lachrymas ciues ad illos aspectū demiserūt: fuitq; lętitię & doloris plenū spectaculū: donec infantes tranſierūt. Ipse autē Perseus post filios & ministros ibat fusca veste amictus: & crepidas more patrio habēs: propter magnitudinem malorum ad omnia trepidus, ac mente turbatus. Post eū ibat amicorum & familiarium mœsta turba: miserabiliter ipsum intuentes lachrymātesq; vt etiam plętiq; ex Romanis lachrymare ob misericordiam compellerētur. Atqui postulasse Perseum ab Æmylio ferunt: ne in triumpho duceretur. Sed Æmylius ignauiam eius irridēs respondisse fertur: olim id in ipsis potestate fuisse: ac etiā tunc esse: ostendens morte hāc ignominiā esse fugiendā: quā non sustinuit vir ignauus: sed vana quadā spe ductus, pro suos spolios esse maluit. Post eū deferebātur aureæ coronæ: quibus Æmyliū, virtutis gratia, grę cę donauerāt ciuitates. Erat numerus coronarū quater cētum. Deinde Æmylius ipse sequebat ornatissimo curru inuectus: vir & citra hmōi honorē, spectaculo dignus: purpurā auro cōtexā idutus & lauri ramū dextera gerēs. Ferebāt & laurę milites: currū Æmylii secūdū legiones, cohortes, & manipulos, subsequētes: partim carmina patria salibus permista & risu, partim Æmylii laudes cātantes: quę in tuebātur & admirabātur oēs: nec quicq; ex his q homini optāda forēt, sibi deesse arbitrabātur: nisi forte dæmoniū aliqd magnificis & amplissimis rebus sortē habet detrahēdi: ac ita miscē di humanā vitā: vt malorū oīum nullo modo sit expers: sed iuxta Homeri sniam, cum iis optime actū esse videat: quos fortuna ad vtrāq; ptē conuertit. Erāt Aemylio quatuor filii: duo in adoptionē aliarum familiarū dati: Scipio videlicet & Fabius: duo etiā in ptāte retēti: quos ex alia vxore postea susceperat. Horū alter quinq; diebus ante triūphū mortuus est: sexdecim annorū ætate: alter q duo decim annorū erat, tertia die post triūphū decessit. Nec fuit quisq; ciuis: q hunc filiorū Aemylii casum nō doleret ferret: horrēs fortunę crudelitatē: q nō verita sit tātum luctū in domū lętitia: festi uitate: & gloria plenā induxisse: lachrymasq; & dolores & luctus victoris: gaudiis: & triūpho admiscuisse. Aemylius tñ recta tōne frętus: fortitudinē & cōstantiā nō solū aduersus arma & Sariſſas, sed aduersus omnē fortunā pariter habēdā ratus: ea moderatione mortes filiorū tulit: vt secūdis aduersa: & domestica publicis obscurata dignitatē & magnitudinē rei nequaq; deturparēt. Primi ex filiis q defunctus est statim post funus triūphauit: alio deinde post triūphum defuncto, Populū Ro. in cōcionē vocauit: ibiq; verba fecit nō hominis q indigeret cōsolatione: sed q plane ciues suos obeius incōmodū lugēres cōsolaret. Dixit enī humanam quidē rei nihil se vnq; pertimuisse: sed diuinam, vt infidā & vanā rem semp fortunā expauisse: ac pstertim in tāta obsecūdatione præsentis belli tātoq; prosperitatis curiu mutationē quandā & refluxū continuo formidasse. Vnius inquit diei spatio, Ioniū a Brūdusio trāsgressus Corcyrę applicui. Quinta deinde die in Delphis sacrificio peracto, aliis quinq; diebus copias ex Macedonia suscepi: lustratoq; exercitu, ac rem gerere adortus quintadecima post hoc die bellū cōfeci. Suspecta mihi erat fortuna: propter tātam prosperitatē & quū victorē exercitū, & spolia, & reges captiuos rediēs deportarē: in ipsa nauigatiōe aduersum aliquem casum formidaui. Sed quū iam saluis rebus incolumisq; ad vos delatus vrbem, lætitia &

Æmylio triumphus decretus. Triumphi Æmylii q lis ordo & pōpa fuerit

* Triade octoginta.

Aemylio q̄tuor filii fuerunt.

Aemyli⁹ filiorū mortē q̄ patiēter tulerit.

Aemylii egregia pro cōcione habita oratio.

Fortuna q̄ incōstās & mutabilis.

festiuitate compleri aspicerem: adhuc fortunam suspectam habui: quam sciebam, nihil purum nihil sine inuidia hominibus gratificari consuesse: nec animus meus pro repub. prius timere destitit: q̄ aduersus casus me priuatim inuasit. Optimos filios quos mihi solos delegeram successores, continuatis ppe funeribus extuli. Nunc autem sine periculo esse videor: ac bonā spem mihi propono: & arbitror iam Populi Romani fortunā sine labe permansuram: quādo satis inuidiæ mihi ac meis pro anteriori prosperitate illa inflixit. Nec est iam insigne minus humanæ fragilitatis exemplū is qui triumphauit: q̄ is de quo triumphatum es. Perseus siquidem ēt victus filios habet: Æmylius autē victor suos amisit. Huiusmodi generosam ac magnificā orationem, non ficte, sed ex vero animo, ferunt Æmylium in concione habuisse. Pro Perseo autem omni studio adnixus nihil obtinere potuit: vt ex carcere in lætiorem ac minus sordidum traduceretur locum. vbi custoditus quēadmodum plęriq; tradunt, mœrore animi confectus est. Alii mortis eius nouum scribunt modum: nā milites custodię pertęsos, & aduersus eū infensos, post q̄ alter nocēdi & affligendi potestatē nō habebāt, somno arcere constituisse: & vices inter se partitos diligenter obseruasse: ne dormire posset: quoad per hunc modum confectus interiit. Interierunt & filiorū duo. Tertiū vero Alexandrū nomine ingeniosum circa toreumata & subtilis diligētiæ opera fuisse tradūt: doctumq; ēt latinas literas & sermonē Romanū. scribā fuisse magistratuū: secq; in eo ministerii genere aprū in primis ac perurbanū pręstitisse. Ob res in Macedonico gestas bello, summa Populi Ro. gratia Æmylio accessit. Tantum enim auri argētiq; in ærarium Æmylius retulit: vt nullum tributū persoluta ciuibus opus fuerit: vsq; ad Hirtii & Pansę consulatum: qui circa primū Cæsaris & Antonii bellum cōsules fuerunt. Illud quoq; admirabile est, ac præcipuū Æmylii factū: q; q̄uis egregie cultus obserua tusq; a plebe. Ro. tū in optimatū perseuerauit partibus: nec ob gratiā plebis qcq̄ dixit aut fecit vn q̄: ob qđ popularis haberetur. Quod vrō posteriori tēpore Appius Claudius Scipioni exprobrauit: Quū enim ipsi duo totius ciuitatis amplissimi viri cēsurā peterēt: Appius senatum & optimū quēq; secū trahebat. hæ nāq; reip. partes i Appię familiæ veteres erāt. At Scipio & ipse per se potens & studio plebis Romanæ plurimū vtebatur. Descendentem igitur in forum stipatum hominibus ingenerosis quidē ac seruilibus, & maxime turbulentis popularibusq;, qui ambiendo & clamando cuncta violenter exequebantur, vt conspexit Appius: magna voce O Paule inquit Æmylii nōne etiam apud inferos, siquis illic nostrarum rerum sensus est indignaris: q; filiū tuum Mallius tonsor & Licinius declamator ad censuram perducunt! Sed Scipio extollēdo Populū Ro. eius sibi beniuolentiā cōparārat. Æmylius autem licet assertor optimatum esset, nihilominus a plebe magis amabatur: q̄ is qui maxime popularem se pręstabat. Animaduersum est: præter cęteros honores, in cē sura sibi demandata. Qui magistratus maxime omnium reuerentiæ est, plurimęq; potestatis, quū in aliis rebus, tum ad morum emendationē. Nam & in senatu remouere immeritos potest: & principem perscribere: auferre equos: notare infamia: censum augere: lustrum condere. Censa sunt autem sub Æmylio censore ciuium capita. cccxxxvii. milia. In senatu. M. Æmylium Lepidum prætulit: qui quater antea princeps fuerat. E senatu tres ammouit. In recensendis equitibus Romanis etiam mediocritatem seruauit tam ipse quam collega eius Martius Philippus. Sed quum censurā iam magna ex parte gessisset: in morbum incidit: ab initio quidem periculosum: tractu autem temporis absq; periculo: attamen longum atq; molestum. Frætus inde consilio medicorum, quū Veliam (is est Italiæ locus) nauigasset: ibiq; plurimum tempus in oris maritimis, quietisq; regiōibus moram traxisset: desiderabat præsentiam eius Populus Ro. ac sæpe in theatris voces glisscentium videre illum emittebantur. Itaq; quum satis conualuisse videretur: & sacrificia quædam necessaria instarent: in vrbem rediit: curauitq; sacra egregie vna cum cæteris collegis: circunfuso ac plauden te Ro. Po. Postridie ipse pro sua valetudine sacra fecit: quibus confectis, reuersus domum, quum accubuisset: priusq̄ sentiretur quicq̄, mente alienatus est: ac subinde tertia die e vita migrauit: nullius earum rerum expers quæ ad felicitatem earum rerum pertinere putātur. Nam & funus eius ita celebratum est: vt optimus ac beatissimus ornatus adesset. Hoc autem erat non aurum: non ebur: non magnificentia sumptus apparatusq;: sed beniuolentia, charitas, gratia, non solum ciuium, verum etiam hostium. Quotquot enim aliquo casu Romę aderant ex Iberia, Lyguria, Macedonia, iuniores quidem natu, robustis corporibus feretro subeuntes ipsum extulerunt: maiores autē sequebantur vocitantes benefactorem & seruatorem ciuitatum suarum. Non solum enim in victoria sese mitem & humanum præstitisse dicitur: sed in omni reliqua vita eos tutatus est: & veluti pro domesticis ac necessariis habuit. Patrimonium vix triginta septem milium reliquisse tradunt. in hoc ambos sibi filios hæredes instituit: a Scipione tamen qui erat minor natu integra hæreditas fratri concessa est: quum ipse in familiam Aphricani locupletiorem adoptatus transisset. Tales mores vitaq; Pauli Æmylii fuisse dicuntur.

Perſei ſteritus.

Alexāder p ſei filius doctus ſcribā ſe magiſtratuū fertur prętitiſſe. Æmylius quātū i ęrariū retulerit

Cenſura.

Æmylii obitus.

Scipio Æmylii filius in familiā Aphricani adoptatus eſt.

¶ AGIDIS ET CLEOMENIS VIRORVN ILLVSTRIVM VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.



Xiōis Fabulā nō nulli cōtra inanis gloriæ sectationes compositam arbitrantes, nihil absurdū aut alienū a ratiōe sensisse vidētur. Vt enim illum pro Iunone quā amabat, nubi pmistum, cētauros ex eius concubitu genuisse tradiderunt: sic hi gloriam quasi virtutis imaginem amplectētes, nihil syncęrū aut sibiipsi consentiens operātur: sed affectibus variis irretiti, & modo has modo illas perturbationes sequentes, idē pati manifeste videntur: quod bubulci ab ouium pastoribus perferre queruntur. Nos enim inquiunt quū illorum domini simus, seruire tñ eis cogimur: atq; ipsos ēt silentes audire. Quis igitur hoc idem illis euenire negabit: qui ad arbitrium vulgi rēpu. gubernantes, infimis ēt quibusq; seruire coguntur: vt principes ac ductores populi nuncupentur? Velut enim qui stantes in prota nauis mētē assidue atq; oculos ad puppim, vbi gubernator sedet, intētos habent: omniaq; ad illius nutum atq; arbitrium peragunt: eodē modo qui reip. gubernandę rationē ad gloriam dirigunt: ministriq; dē seruiq; multoꝝ euadunt: nomen vero dūtaxat principū sortiuntur. Atqui pfecte bonū verisq; virtutibus instructum nihil hac externa gloria indigere manifestū est: nisi quatenus per eā maiorē fidē ab externis acquirens aditum ad res gerēdas habeat faciliorē. Q d̄ si quis adolescētior ambitionis amore teneatur: huic ego permittendum arbitror: vt ex bonis operibus quæsita gloria sese exornās paululū se iactitet efferatq;. nascētes enim in his & tum primum pullulantes virtutes, tum honestatis innata cupiditas, laudibus confirmatur: vt Theophrastus inquit. Ipsi etiam ad reliqua suscipienda procliuiores efficiuntur: si prudenter moderateq; fuerint laudati. Nam supra modum laudare: quum semper & vbiq; sit inutile: tum in ambitione ciuili perniciosissimum esse constat. sic enim illi magna licentia potiti, ad manifestam deducent̄ insaniam: quoties non ipsum bonum suapte natura gloriosum: sed quod maxime gloriosum sit, id quoq; maxime gloriosum esse sibi persuaserint. Quod igitur Antipatro respondit Phocyon: cum aliquid minus honestum ab eo petisset Antipater: non mille inquit, Phocyone amico simul, & adulatore vti potes: Idem ad multitudinem vulgi dicendum videtur: non eundem principem: & asseclam habere potestis. Alioquin idem euenire necesse est: quod fabulose cuidam serpenti contigisse narratur: cuius aliquando caudam ferunt aduersus caput seditione facta, petisse: vt sibi vicissim quandoq; ducem reliqui corporis esse liceret: nec semper caput ducem sequi cogeretur. Igitur accepta ducendi potestate, fiebat vt & ipsa sine intuitu sese mouens grauiter offenderet: & caput insuper, quod cęcum surdūq; ducē præter naturę institutū sequebatur, in eandem secum perniciē traheret. Hoc idem permultos in administranda repu. ad multitudinis arbitriū respicientes passos fuisse respicimus: qui temere populari aura subleuati, eo imprudentes deuenere: vnde nec se tuto recipere, neq; peruersum iam reipub. ordinem corrigere possent. Hæc pauca nobis contra gloriam dicere libuit: quam plæriq; ex arbitrio multitudinis captare laborant. Facile enim quā habeat vim, ex his quæ Tyberio &. C. Graccis cōtigerunt animaduertimus. hos enim egregia stirpe oriundos, sub optima disciplina educatos, pulcherrimum quoq; nactos reip. statum, non tā glorię immoderata cupiditas pdidit: q̄ ignominiæ non sane turpis aut illiberalis metus. Nam quū ciuium beniuolentiam suis meritis nacti fuissent: hanc turpiter amittere (vt par est) vehementer illos pudebat. Itaq; benignis erga populum institutis sibi delatos honores superare certabant: at vicissim populus gratiam benefactis illoꝝ referens, maiores etiā ob id ipsum honores illis deferebat. Hac igitur inuicem æmulatione flagrantes, in eā conditionē rerū imprudētes deuenere: quas quū perficere non possent: ꝙ satis honestę nō viderē-

Populari aura subleuati q̄ subito & perniciose ruāt.

tur: eas etiã omittere turpissimũ arbitrabãtur. Verũ hoc melius tute ipse historiã legẽs diiudicabis Comparationẽ vero his opponimus Lacedæmoniorũ regum Agidis: & Cleomenis: qui & ipsi populũ studiose fouẽtes, quum rẽpub. pulchre iusteq; ex multo tpe institutã susceptissent potẽtioribus ciuitatis aduersari cœperunt: q; illi diuitiarũ quibus assueuerãt abundantiã relinquere minime vellent. Et Lacedæmonii quidẽ reges fratres inuicẽ nõ fuere: sed q; eadẽ in reip. gubernatione sensẽrũt fraternã propemodũ beniuolentiã cõtraxisse videtur: ab huiusmodi causa principium capientes Quum primũ diuitiarũ nimia cupiditas Lacedæmoniorũ ciuitatẽ occupauit. atq; ex illarũ possessione superbia, ex vsu autẽ luxuria & mollities animos inuasit: repẽre maximis bonis priuata ciuitas

Agis

cõcidit: multaq; pter dignitatẽ abiecte nimis atq; humiliter operata, ad ea tpa deuenit: qbus Agis & Leonidas reges in ea sunt cõstituti. Hoꝝ Agis ex Eudamidũ familia oriũdus, sextus numeratur

Mãdoniũ.

ab Agesilao: qui quum in Asiã penetrasset: maximã est inter græcos potẽtiam cõsequutus. Agesilai nãq; filius fuit Archidamus: qui apud Mãdonium Italiæ ciuitatẽ a Mesapiis est interfectus. Archidami vero filius natu maior Agis dictus est: minor aũt Eudamidas est nũcupat⁹. Hic fratre ab Antipatro apud Megalopolim interfecto, quũ ille non relictis filiis decessisset: regnum occupauit. Huius filius fuit Archidamus, ex quo alius rursus Eudamidas genitus est: huius Agidis pater: de quo nunc scribere istituimus. Leonidas vero Cleonymi filius alia ex familia ortus, octauus Pausania cẽsebat: qui in pugna apud Plateas Mardoniũ superauit. Pausanias enim filiũ habuit Plistonactẽ qui alterum genuit Pausaniã. Quũq; hic Lacedæmone Tegeã confugisset: Agisipolis eius filius natu maior regnũ occupauit: cui sine liberis defuncto. Cleombrotus frater iunior in regno successit Hic duos pereauit filios: Agisipolim, & Cleomenẽ. Ex his Agisipolis nõ diu regno potitus absque. filiis decessit. Cleomenes autẽ illi succedẽs ex duobus filiis quos habebat, Acrotatũ maiorem natu viuẽs adhuc e regno pepulit: regnũq; Cleonymo filio iuniori reliquit: in quo non diu potuit permanere: sed Areus Cleomenis ex Acrotato nepos regnauit. Postmodũ Areo apud Corinthũ defuncto, Acrotatus eius filius regnũ possedit. Hic ab Aristotimo tyrãno circa Megalopolim prelio superatus iteriit: grauidã ex sese vxorẽ relinquẽs: q̃ quũ puerũ peperisset: Leonidas Cleonymi filius pu

Leonidas.

pilli tutelã suscepit. Inde priusq̃ ad virilẽ ætatem puer deuenisset, interiit: & per hunc modum regnũ ad Leonidã peruenit: non satis reliquorum ciuium moribus congruentẽ. Quãq̃ enim ꝓpter communẽ ciuitatis labẽ omnium animi in deteriorem partem flecti cœpissent: quidã tamẽ erat in Leonida viuẽdi modus egregie a cæteris differẽs: vtpote qui diutius in Sarrapum aulis versatus, præcipue Seleucum coluisset: ex quo fastum quendã non satis græcorum moribus cõuenientẽ & nimiam imperandi licentiã haudquaq̃ legibus congruam traxisse constabat. Agis autem ingenuitate animi atq; prudẽtia, non hunc modo longe superauit: sed omnes qui post magnum Agesilaum regnarunt plurimum excessisse perhibetur. Hic in summis delitiis ab Agesistrata matre, & auia Archidamia nutritus, quæ apud Lacedæmonios ditissimę habebãtur, anteq̃ vigesimum attigisset ætatis annum: delitias atq; omnem voluptatem abhorrere mõstrauit: maximeq; formositati quã plurimum excellebat aduersatus, cultum oẽm atq; ornatum fugiebat: lautiores epulas, & balneorum vsum, & Laconicã qualis tunc erat viuendi consuetudinẽ grauiter accusans. Quinetiam illud frequenter habebat in ore: nequaq̃ se regno potiri velle: si non per illud antiquas leges & pristinos viuendi mores in patriam reuocaret. Labis autẽ huius & veluti morbi principium accepisse Lacedæmoniorũ respub. videtur: ex quo primum soluta per ipsos Athenienſium potestate, auro atq; argento sese ac domum expleuere: cui Lycurgus quendam numerum successionibus seruandum præfinierat: quum pater hæreditatem filio relinquere cogeretur. Eiusmodi igitur ordo atq; æqualitas multis malis ciuitatem seruauit incolumẽ. Verum Epitades quidam vir in ciuitate potens, sed moribus insolens, quum Ephorus esset, exorta aduersus filium cõtentione, rogationem tulit: vt liceret cuiq; & domũ & hæreditatem suam cui libuisset relinquere. Is igitur propriæ iracũdiæ indulgens legem tulit: quam cæteri cupiditatis gratia sancientes, optimam viuendi soluerunt disciplinã. Ex eo enim, qui in ciuitate potẽtiores erant, propinquos e successionibus pellentes, omnes ferme ad se facultates breui tempore coegerunt. Vnde pauperias repente ciuitatem inuasit: ex qua seruitus quędã & a bonis operibus vacatio popularium mentes incessit: tum odium quoddam ex inuidia aduersus ditiores coorta. Quũq; Spartiatę circiter septingentos relicti eẽnt: ex iis centum ferme agros atq; omnes fortunas possidebant: cætera multitudo egens atq; abiecta, in vrbe manebat oriosa: externa bella segniter & inuite gerens: semperq; ad ciuiles motus intenta: & conciran/dę seditionis tempus obseruans præsentium rerum mutationem facere cupiebat. His de causis permotus Agis, rem optimam qualis, & ipse erat, perficere aggressus est: omnes videlicet ad æquitatem redigere: atq; vrbem hominibus replere. Iuuenes igitur quam primum præter omnium spem, illi paruerunt: studiose cum illo ad virtutem sese accingentes: & cum veste pariter viuendi consuetudinem, ad libertatem respicientes, permutarunt. Seniorum vero maior pars, q; in hac veluti labe diutius permansissent, non secus ac serui in fuga deprehensi ad dominum, sic ad Lycurgum reduci reformidabant: ac propterea Agidem præsentium rerum conditionem de

plorantem, cupientemq; in antiquã viuendi dignitatem Spartã restituere, grauiter accusabant. Lysander vero cognomento Libius, & Mandroclidas Ephanis filius, atq; insuper Agesilaus negotio suscepto adolescentis ambitionẽ magis magisq; incitabant. Hoꝝ Lysander magnæ apud suos ciues authoritatis habebatur. Mandroclidas vero orationis vehementia inter omnes græcos excellens, astutiam summã non mediocri permistã audaciæ habere putabatur. Agesilaũ autẽ regis auũculum satis oratione potentẽ, verum natura mollẽ & pecuniæ cupidum filius concitabat Hippomedon: qui bellicis operibus insignis, magnam inter æquales laudem fuerat & gloriam consequutus. Verum non alia magis causa impulisse videtur Agesilaum: vt sese rebus innouandis admisceret: q̃ æris alieni magnitudo: quo se facile solui sperabat, præsenti statu ciuitatis immutato. Vt primum igitur Agesilaum sibi conciliasse animaduertit: non vltra cunctandum arbitratus, matrem quoq; suam, quæ Agesilai soror erat, in sententiam trahere aggressus est. Ea siquidẽ clientum, obæratorumq;, & cognatorum multitudine plurimũ potens in ciuitate, reipub. quoq; administrationem quadam ex parte attingere non dubitabat. Hæc primo filii propositum audiens, a tali sententia iuuenem deterrere conata est: tanq̃ inania quædã supraq; vires agere cupientẽ. Vbi vero Agesilaus illã cohortatus bene de successu rerum sperare psuasit: filii voluntati facile acquieuit: quũ præsertim ex altera parte filius instaret rogans: vt facultatibus quas haberent, ad gloriam & honorem adipiscendum vti se paterentur: q; alios reges diuitiis adæquare impossibile sibi esset. Singulos enim Satrapũ familiares ac seruos, p̃terea q̃ Ptolemæi, Seleuciq; tutores essent, oẽs q̃ vnq̃ Spartę regnauerint reges lõge diuitiis superare. Quod si ipse modestia ac magnitudine animi illoꝝ delitias supgressus, æquabilitatem atq; cõcordiã in ciuitatẽ reduxisset: fore, vt boni veriq; regis nomen & gloriam cõsequatur. His adhortationibus mulieres impulsę adeo pristinam sententiã mutarunt: vt ipsę quoq; glorię cupiditate flagrantes, vltro iuuenẽ ad rem peragendam impellerent: atq; honestatis amore tanq̃ diuino quodã numine afflatæ, Agidem pperare assidue hortarentur, quinetiã cõuocatis amicis consilium aperientes, illos ad ferendum auxilium hortabantur. Idẽ quoq; mulieribus aliis prędicabant: quum scirent Lacedæmonios mulieribus obsequentes: non minus publica q̃ priuata consilia cum illis solitos cõmunicare: atq; ad agendum ẽt socias adhibere. Erat autẽ pid tẽporis diuitiarũ maxima pars apud mulieres: q̃d sane plurimum ad rem peragendam difficultatis Agidi afferebat. Resistebant enim mulieres: non modo pp delitiarũ, q̃bus assueuerant, cupiditatem verum ẽt q; potentia & honore quẽ ex diuitiarum possessione consequebantur, eo modo priuari se penitus animaduertebant. Oẽs igitur ad Leonidã cõuersæ, q; is maior natu esset, hortari: vt se Agidis consiliis opponeret: eiusq; impediret conatus. Ex exopeabat sane Leonidas ferre diuitibus auxilium: sed veritus potentiã plebis, quã rerum mutationẽ affectare cognouerat, nihil palam contra Agidem tẽtare ausus est: sed clãculum perturbate illius incœpta conabatur: & crebris illum apud diuites calumniis criminari: dicẽs illum eorum bona quasi tyrãnidis mercedẽ pauperibus distribuere: & agrorum diuisione ac missione debitoꝝ, plures sibi satellites, q̃ Spartę ciues comparare. His tñ nihilo deterritus Agis, vt Lysander Ephorus crearetur effecit: quo facto statim contra seniores rogationem tulit: in qua capita præcipue continebantur huiusc̃emodi: Vt debitoribus omne penitus debitũ dimitteretur: & agroꝝ per hunc modum partitio fieret: vt quicquid agri intra contuallem, quæ Pellenæ adiacet, vsq; ad Taigetã & Sellasiam continetur, in quater mille & quingentas partes diuideretur. Quod vero extra hos terminos relinquitur: in partes quinque mille tribuerẽt: & hæc quidẽ colonis, qui arma ferre possent, adscriberẽtur: illa vero iis qui vrbẽ incolerẽt Spartiatis: quorum numerus ex finitimis accolis expleri posset: eos legendo qui liberaliter ingenueq; nutriti, ętate ac robore corporis vigerẽt. Hos in quindecim classes oportere distribui: quarum aliqua ducentos dũtaxat: aliqua vero quadringentos viros cõtineret: atq; ii viuendi consuetudinem seruare cogerentur: quã olim maiores Spartiatarũ habuisse cõstaret. Latam perscripta; rogationẽ quum senatus minime cõprobaret: Lysander populo ad concionẽ vocato, multa pro suadenda rogatione verba fecit. Post eũ Mandroclidas, & Agesilaus oratione habita admonebant: ne pp̃ter hominũ paucorum luxuriã & delitias, antiquã Spartanorũ dignitatẽ iacentẽ negligi paterẽtur. Et quũ antiqua deorũ oracula in memoriã reuocarẽt: iubẽtia ipsos auaritiã tanq̃ rerũ omnium pernitiosissimã cauere: tum nouissime ex Pasiphea responsum acceptũ diligẽter animaduerterent. Huic tẽplum erat & sacrificiũ in vrbe cõstitutum: ipsam vero nõnulli vna ex Atlantiadibus ex Iouegnitã fuisse tradunt: quæ Hãmonẽ peperit. Alii vero Cassandram Priami filiam eo in loco mortuã atq; sepultam hoc nomine vocatã fuisse perhibẽt: q; omnibus petentibus oracula præberet. Philarchus autẽ refert Amyclę filiã Daphnẽ, quũ Apollinẽ vim afferre volentẽ aufugeret, in plantam fuisse cõuersam: atq; ab eodẽ deo diuinãdi accepisse potestatẽ. Ab hac igit plurimis Spartiatis respõsa fuisse tradebantur: iubentia cũctos ad æqualitatẽ redigi secundũ legẽ: quam de hoc ipso Lycurgus tulerat. Post illorum orationem, Agis ipse rex in medium progressus quantum essent vtilitatis aliatu riciuitati, si hanc rogationem confirmassent, breui oratione monstrauit: ac se primũ omnium facultates proprias in medium ponere velle: non sane exiguas ob agrorum multitudinem:

Lysander Libius.

Mãdrocli/das vehemẽs in oratione.

Agidis rogatio.

Pasiphea.

quos partim ad colendum: partim ad pascenda pecora idoneos haberet: insuper talenta sexcenta argenti signati. Idem quoq; matrem atq; auiam: amicos præterea: & domesticos omnes: quos diuitissimos esse Spartiatarum constaret: facere paratos esse. His auditis: obstupefacta multitudo adolescentis regis magnanimitatem admirabatur: summāq; propterea gratiā est a populo consequutus: assentientibus cunctis: vix tandē post annos trecentos: hunc solum qui merito Spartanoꝝ rex dici posset: inuentum esse. Leonidas autem tunc maxime summis viribus contra Agidem nitebat: non ignoras si comprobata esset rogatio: fore vt ipse quoq; eadem facere coactus: non idem apud suos ciues gratię esset habiturus: sed quum omnes ciues diuitias proprias in medium cōtulissent: ei soli gratias a populo referendas: qui huius rei princeps atq; author extitisset. Igitur spectātibus cunctis, Leonidas Agidē rogauit: num virum iustum ac studiosum fuisse Licurgū putaret? Id quū assentiretur Agis: Quando igitur Leonidas inquit aut debitoꝝ dimissiones Lycurgus constituit: aut peregrinos administrandę reipub. voluit esse principes? quippe qnō satis fore saluā ciuitatē ac bitratus est: nisi peregrini ex ea pellerētur. Ad hæc Agis: nil mirum est inquit viri Spartiatę: si apud exteros educatus atq; eruditus Leonidas, vt pote qui ex satrapum aulis sumpta vxore filios pcrearit, Lycurgum atq; eius ignorat institutā: q debitū atq; vsurā vna cum nūmis expulit e ciuitate: peregrinos quoq; eiiciendos censuit: qui nō eā quā ipse instituerat, viuendi normā & institutum seruare vellent: non sane corporibus illoꝝ hostis existens: sed viuendi eoꝝ modū reformidans: ne ciuibus suis permisti, eos quoq; luxuriæ & diuitiaꝝ inficerēt cupiditate. Cōstat enim eundē ipsum Terpandrū atq; Thaletē, tū ēt Pherecydē q̄q̄ peregrini essent, libenter habuisse in ciuitate: q; eadē secū philosophari atq; sentire illos animaduertit. Tu vero qui eū plęrūq; laudare consueuisti: q; quum Ephorus esset: duas ex nouē chordis, quas in cithara musicus Phronides habebat, dolabra abscidit: tū eos qui posteris temporibus idem in Timotheo fecere: quonam pacto vituperare nos audes: qui mollitie atq; luxuria, tum superbia atq; cupiditate purgare Spartam studiose conamur? quasi illi non ob hanc causam in musicis cantibus licentiam ac voluptatem nimiam compescere voluerint: ne ab huiusmodi cantibus deliniti ciuiū animi, ad eos mores vitāq; prolaberentur: quæ dissonam sibiipsi atq; discordem ciuitatem efficeret. Ex eo primum omnis ad Agidem applicuit multitudo: diuites autem Leonidam sequebantur: ne se in tanto discrimine desertos esse paterētur orantes: iidem etiam seniores quorum maxima erat in consultando authoritas, vt rogationi aduersarētur compulere. Quapropter euenit: vt rogationem pars maior abrogaret. Inter hæc Lysander adhucin magistratu constitutus, Leonidam e ciuitate pellere tentauit: legem quandā pervetustam aduersus illum excitans: quæ prohibebat, Heraclidē quēpiam ex peregrina muliere filios procreare. Eadem quoq; plectendū capite statuebat eum: qui Sparta discedēs apud exteras gentes habitasset. Hæc aduersus Leonidā proferri Lysander īstituit. Ipse autem vna cum reliquis collegis cæleste signum obseruabat. Erat autē huius rei consuetudo quædā talis. Singulis enim nouenniis Ephori noctem serenam & luna carentem obseruantes, taciti sub diuo confidebant cœlū respiciētes. Si quādo igitur stella ex parte aliqua discurrens in oppositā sese partē cōtulisset: indicium id eē putabant: reges aliquid contra deos immortales deliquisse: ac propterea magistratu illis interdicebant: quoad ex Olympia aut Delphis referretur oraculū interdictis regibus afferēs auxiliū. Hoc igitur sibi signū apparuisse Lysander prædicans: Leonidæ diem dixit: productis testibus obiiciens illum ex Asiatica muliere duos filios procreasse: atq; inde crebris iniuriis contumeliisq; ab vxore lacessitum rediisse in patriam: & regnum per id temporis forte successoribus vacuum occupasse. Insup Cleombroto psuasit: vt regnū quod ad se iure pertinere, repoſceret. Erat autem Cleombrotus Leonidæ gener: ex regia stirpe generis originem ducens. His rebus perterritus Leonidas, quum statuta die vocatus ad iudicium nō venisset: absens regno priuatus est: atq; in eius locū Cleombrotus rex institutus. Postq̄ Lysander per acto tēpore, magistratu decessit: Ephori qui illi in magistratu successere, Leonidam supplicē miserat, Lysandrum & Mandroclidā in iudicium vocauere: q; aduersus legum īnstituta, debitorum missiones & diuisiones agrorum fieri decreuissent. Illi igitur imminens periculum formidantes, regibus persuaserunt: vt cōmuni consensu in idem tendentes, Ephororū decreta irrita facerent. Inerat enim peruetustum sane institutum: vt si quando reges inter se dissiderent: in eius sententiā quæ vtilior videretur: decreta fierent, q̄uis altero aduersante, q; si communi consensu aliquid ambo reges statuissent: cōtra hoc pugnare neminī licere. Si quis vero aliquid facere tentasset: hunc contra leges facere videri. His igitur permoti rationibus ambo reges, amicorum multitudine coacta, in forum descendentes Ephoros e sellis deturbant: Ephoris aliis in eorū locum suffectis: equorum numero fuit Agesilaus. Inde armata multitudine ad eos qui in carcere erant soluendos processere. Ob hoc iam terribiles aduersariis facti plurimos interfecturi putaban tur: quod tamen longe secus euenit. Nemo enim illorum iussu interfectus est: quinetiam Tegeam proficiscentem Leonidam, quum missi ab Agesilao milites occidere statuissent: Agis id præsenties, alios qui eum tutarentur celerrime submisit: qui eum circunstantes Tegeam vsque in columen perduxere. Rebus igitur in hunc modum cōstitutis, quum iam omnia prospere succede-

Leonidas regno Priuatus. Cleombrotus rex institutus. Lysander & Mādroclidas in iudicium vocantur. Agesilaus.

Agis Leonidā interfici non est passus.

rent:ac nemo iã cœptis obsistere auderet:Agesilaus vnus cuncta subuertit:pulcherrimã legẽ, & Laconum moribus maxime congruentem ob turpissimum auaritiæ morbum corrumpens.Nã quũ ipse preceptoris agros q̃plurimos eosdemq́ pulcherrimos possideret: insuper magno ære alieno esset obstrictus:quum neq́ creditoribus soluere,nec agros quos habebat dimittere vellet:Agidi psuasit:si vtrãq́ rem eodẽ tpe efficere aggrederetur:æris scilicet alieni missionẽ:& diuisionẽ agrorum nimis illum ciuitati nouationis allaturũ.q̃ si primo debitorum missione facta, his qui agros possidẽt indulgere visus fuerit:fore paulopost vt animis iam ab odio quodãmodo residentibus, facile diuisionẽ agrorũ,adiuuãtibus illis,cõficiat.Hæc & qui circa Lysandrum erant ab Agesilao decepti fieri suadebant.Itaq́ tabulas quibus debitorũ nomina continebantur,oẽs inforũ,qd̃ Clarium appellant, cõportare iussi sunt:hisq́ in vnum coaceruatis ignis iniectus est.Exorta igitur flãma quũ diuites ac fœneratores qui adstabant tristes abirent:Agesilaus quasi calamitatibus illorũ insultãs nunq̃ se clarius lumen aut ignem puriorẽ vidisse iactabat.Inde quũ plures diuisionem quoq́ agrorũ fieri postularent:regesq́ ẽt id fieri oportere censerent:Agesilaus causas quasdã cunctandi in mediũ proferens,& alias ex aliis iugiter nectens,eo vsq́ tpis rem differendo protraxit:quoad Agis ab Achæis Lacedæmonũ sociis accersitus in expeditionẽ proficisci coactus est. Ætoli nãq́ per id tpis opibus florentes,per Megarenses in Peloponnesum traiecerunt.quorũ viribus obsistere cupiens Aratus Achæorum imperator,studiose copias parabat:atq́ Ephoros missis literis, huius rei fecerat certiores:qui amore beniuolentiaq́ in socios cõmoti,Agidem repente ferre auxilium cõpulere: presertim quũ Lacedæmonum iuuentus promptissime militiam posceret. Iuniores igitur e qbus maxime constabat exercitus,tum quidem pauperes,attamen ære alieno soluti,vt ostẽdimus, quũ post reditum ex militia,diuisionem agrorum faciendam sperarent,mirabili quodã modo Agidem obseruabant:eiq́ in omnibus libenter obsequebantur: adeo vt finitimis populis admirabile videretur: q̃ illos nemini nocentes mansuetéq́ & sine vllo propemodum strepitu, per Peloponnesum facientes iter intuerentur:multiq́ græcorum vetusta tempora in memoriam redigentes, mutuo sese interrogabant:qualem fuisse laconici exercitus obseruantiam putandum esset: quũ Agesilaum,aut Lysandrũ,aut veterẽ illũ Leonidã habebat imperatores qñ qdẽ erga impuberẽ adhuc imperatorẽ tanta sit exercitus reuerentia & obseruatio.At vero adolescens ipse frugalitate,& laborũ tolerantia,quum vestium atq́ armorũ ornatu nihil a quouis gregario milite differret: mirabile in se cunctorum studiũ concitabat:ditioribus tñ haudquaq̃ hæc rerum placebat permutatio:verẽtibus ne finitimis populis motus causam huius exẽpli nouitas præstaret.Interea penes Corinthũ Arato congressus Agis,quũ de belligerandi ratione consultarent: prõptitudinẽ quandã non leuitati permistã,& audaciam nequaq̃ rationis expertẽ sibi inesse monstrauit.Dicebat enim: sibi optimũ videri:vt hostibus intra illorũ fines bellũ inferrent:nec permittendũ: vt Peloponnesi claustra ingrederentur.Se tñ in cunctis Arati consiliis obtẽperaturũ:vt poteætate grandioris ac imperatoris Achæorũ:quibus ipse nõ imperaturus,sed auxilium laturus aduenisset.Verũ de his Bato Sinopeus aliter scripsit.Tradit enim Agidem,Arato iubente,noluisse pugnare.sed hunc ego Arati scripta de rebus his rationem afferẽtis legisse non arbitror.Scribit enim Aratus quũ oẽs propemodũ fructus ab agrorum cultoribus in loca tuta conuecti sint:longe sibi melius videri hostes intactos relinquere:q̃ pugnando summã totius rei in discrimen adducere.Postq̃ igitur Aratus hostiũ congressum deuitans collaudatos socios dimisit:Agis magna in se admiratione cõcitata, domum rediit.Et iã Spartæ tumultus haud mediocris,magnaq́ rerũ cœpta erat perturbatio.Agesilaus enim Ephorus iterũ creatus,nullis erga ciues iniuriis abstinebat:dũmodo pecunias quacũq́ ratione pararet.Itaq́ mensium tredecim exegerat tributa:q̃uis aperte legibus id agere phiberetur:nulla tpm necessitate poscente.Post hæc illorũ quibus iniurias attulerat:metu perculsus: quũ se oĩbus odiosum esse animaduerteret:milites cum armis custodiæ causa circa se habere cœpit: quibus stipatus veniebat in curiã:e regibus alterũ penitus cõtennens: Agidẽ vero affinitatis potius q̃ regni causa mediocriter honorans. Itaq́ vix dum finito magistratu, rationẽ inibat: vt in proximũ quoq́ tp̃s Ephorus crearet̃.Ea res inimicis ppcrãdi causam attulit:quo imminẽs ab eo periculũ euitarent.Facta igitur cõspiratione Leonidã palam e Tegea reuocantes in magistratu constituere:lætis animis negotiũ spectante multitudine:q̃ ob phibitã ab Agesilao agrorũ diuisionẽ sese delusos deceptosq́ fuisse putabant.Attamen Agesilaum filius Hippomedon, qui pter eximias virtutes cunctis ciuibus charissimus erat,clãculum e periculo subtractũ seruauit incolumẽ.E regibus autẽ Agis quidem in asylum qd̃ Calchichon appellãt:Cleombrotus autẽ in Neptuni tẽplum cõfugit. Huic iratior Leonidas,omisso tunc Agide,ad cũ capiendum cũ armatis militibus accessit: iuste se illi irasci clamitans:q̃ quũ gener eius esset, insidiis comparatis exutum regno etiã e ciuitate pepulerat. Ad ea Cleombrotus nihil respondere valens,tacitus incertusq́ consilii sedebat. Chilonis erat Leonidæ filia:quæ quum pater a Cleombroto dãnatus est grauiter,illius iniuriam ferens, auxilium afferre conata fuerat:& a viro discedens, atq́ apud patrem habitans, opera sua, quoad poterat, illius leuabat calamitatem.Illo autem ex vrbe depulso discedente,mœsta lugubrisq́ & aduersus Cleom/

Aratus Achæorũ imperator.

Leonidas i magistratu cõstituit̃.

Hippomedon Agesilaũ patrem seruauit.

Chilonis Leonidæ filia, & Cleõbroti vxor.

brotum indignabunda vixerat. Ea tunc igitur in contrarium vertente fortuna, apud patrem pro viro supplicare cogebatur. Iraq; inter paruos alios filios media supplexq; manus tendens apud eũ confedit. Admirantibus cunctis mulieris tum benignitatẽ, tum pietatem erga virum præcipuam, atq; ob id ipsum lachrymantibus, ipsa vt erat peplum incõposito trahens, comis nullo ornatu aut ordine fluentibus, Hunc mihi inquit habitum atq; hanc formam o pater non Cleombroti miseri cordia imposuit: sed luctus qui post exilii tui calamitatem perpetuus mihi comes adhęsit. Vtrum igitur decet victore te rege, & in patriam restituto, jam huiusmodi squalore versari? An vero splendidas & maiestate regia dignas vestes accipientem paulopost virum, cui virgo etiam nupsi, interẽptum aspicere? qui nisi filiorum atq; vxoris lachrymis flexerit feueritatem tuam: maiores etiam q̃ tuispe voles temeritatis suę pœnas dabit: siquidem me, quam vehementer amat, in conspectu suo morientem visurus est. Qua enim iam vltra fidutia inter cæteras mulieres mihi viuere licet? quippe cui nec apud vir̃ nec apd patrẽ supplicanti misericordiæ locus vllus relinq̃t? Verũ ea me cõditione genitam puto: vt & vxor & filia semper apud meos misera atq; contempta fore debeam. Quod siqua est idonea ratio deprecandi: illa me tunc vsam fuisse arbitror: quum viri iniustitiam accusans illius erga te sęuitiam detestabatur: sed tu nunc omnes eius iniurias iniustissimas fuisse comprobas: siquidem regnum tanti faciendum esse demonstras: vt eius potiundi causa, & generos & filios nec are fas esse arbitreris. Hæc magna cum grauitate loquuta Chilonis, faciem supra Cleombroti capput depositi: oculos vero lachrymis & mœrore graues in eos qui circum adstabant defixit. Leonidas vero pauca cum amicis loquutus, Cleombrotum exulem esse iussit: filiam autem vt secum maneret orabat: q̃ eum vsq; adeo sibi deditum agnoscerct: vt viro qui tam grauiter contra se deliquisset, sui gratia pepercerit. Nec tamen id filiæ persuadere potuit: sed surgenti viro filiorum alterum in manus tradens, alterum vero ipsa ex manu ducens, aram dei, iuxta quam consederant, venerata, vna cum viro e templo digressa est. magnum profecto virtutis exemplum: vt nisi penitus inanis gloriæ tumiditate Cleombroti mens obcęcata esset: sibi felicius exilium quam regnum, ob talem mulierem existimare deberet. Pulso igitur Cleombroto Leonidas, Ephoris quoq; magistratu se abdicare iussis, aliisq; in eorum locum suffectis, ipse insidias Agidi parare adortus est: ac primo lenibus verbis hortari: vt omni timore deposito secum vna regnare vellet. facile enim a ciuibus veniã impetraturũ: q̃ intelligant eum quum propter adolescentiam, tum propter ambitionem ab Agesilao fuisse deceptum. His verbis quum nihilo magis e sententia dimouceretur Agis: atq; in ciuitate vitam duceret: Leonidas aperte illum insectari destitit: verũ Amphares & Democharesi vnaq; cũ his Arcesilaus, frequenter illum adire, multaq; cum eo loqui assueuerunt: & iam eosq; familiaritatis processerant: vt e templo digressum, ad balneum quod non procul aberat, plærũq; deducerẽt, atq; inde lotum rursus vsq; ad templum prosequerentur. Erat enim iam pridem ob diuturnam consuetudinẽ summa illi familiaritate cõiuncti. Præcipue vero inter cęteros Amphares: qui vestes plerũq; ab Agesistrata dono capiens, conuiuio quoq; ab eadem persæpe excipiebatur. In maxime insidias Agidi comparans vehementer Leonidam atq; Ephoros, equorum numero ipse erat vnus, contra Agidem irritabat: mulieribus facile se Leonidam placaturum esse dictitans. Quum igitur Agis assidue se intra templum contineret: nisi quum forte ad balneum, quod antea diximus, proficisceretur: ibi eum deprehendere cum extra templum esset, statu erunt. Igitur lauantem illum aliquando cõspicati, redeuntem postea ad templum obuiam facti salutauere: atq; in ito (vt antea consueuerãt) sermone, iocis risuq; fraudem dissimulantes perducebant. Qu ũq; ad obliquum viæ quæ ad carcerem ducit peruenissent: Amphares qui ob magistratum quem gerebat, Agidi inter eundum propius adstabat, apprehensa veste: ego te inquit ad Ephoros Agis deduco: rationem eorum quæ in magistratu gessisti dicturum. Democharis: vero & robore & magnitudine corporis præstans, veste circa eius collum obuolura, reluctantem trahebat. Cæteri vero ad id negotium preparati retro prosequebantur. Quũq; nemo auxilium ferre auderet: omnium ope destitutus in carcerem coniectus est. Iamq; Leonidas mercenarios milites cum armis ducens aderat: & totam domum armatis circũsepserat. Ephori autem ad Agidem ingressi cũ senatoribus aliquot, quos vna secum sentire nouerant: vt iudicii speciem quandam prębcrẽt, iusserunt Agidem de rebus a se in administrãda rep. gestis dicere. Quum ad hæc Agis: illorum cognita simulatione: subrisisset: Amphares impudentię illum se dixit accusare: alius vero: quasi euadendi periculi occasione monstrare volens: interrogauit: an quę gesserat ab Agesilao & Lysandro coactus gessisset? Quum ille sea nemine coactum ea gessisse fatereturi sed Lycurgi amore atq; admiratione commotum: eandem reipu. gubernandę rationem inire voluisse: rursus idẽ Ephorus: an talia se aggressum fuisse pœniteret interrogauit. Agis vero nulla se tangi pœnitentia pro his dixit: quæ prudenter honesteq; consuluisset: quis mortem sibi ea de causa subeundam animaduerteret. His auditis Ephori morte damnatum: vt in Decada ipsum deducerent: ministris prœcepere. Est autem Decas in carcere locus: in quo nionte damnatos strangulari consuetudo fuit. Animaduertens autem Democharcs ministros Agidem attectare nõ audere: nec non & conductos milites id muneris refugere: q̃ nefas arbitrarentur corpori regio manus afferre:

Agis cõprehẽsus & in carcerẽ cõiectus.

Decas.

nus afferre: ipse minitabundus & aduersus illos conuitia iactans, in eum quē diximus locum Agidem traxit. Et iam captiuitatis huius ad populum fama peruenerat: & fluctuātis multitudinis stre/pitus ante carceris ianuam audiebatur: iamq; Agidis mater & auia ad carceris fores peruenerant: clamoribus atq; vlulatibus petentes: vt Lacedæmonum regi apud suos ciues dicendi causam pote/stas fieret. Quibus rebus Agidis hostes perterriti supplicium de ipso sumere properabant: veriti ne futura nocte frequētior cōueniens multitudo e carcere ipsum diriperet. Deductus igitur ad suppli/cium Agis, quum lictorem plorantem, & circa opus titubantem animaduertisset. Omitte pro me has lachrymas amice inquit. Sic enim iniuste, contraq; ciuitatis leges moriens, longe melior sum: quam qui me nuper dānarunt. atq; hęc dicens vltro collum laqueo innectendum præbuit. Am/phares post hæc ad carceris ianuam veniens, quum Ageſistratam ob doloris magnitudinem hu/mi postratam offēdisset: propter eam quam secum habuerat familiaritatem, manu illam subleuās, nihil est inquit quod de Agide pertimescas: nulla enim ei vis aut crudelitas affertur: quinetiam si placet ad filium ingredi potes. Ipsa vero vt matrem quoq; ducere liceret rogante, nihil inquit Am phares ipsam etiam tecum ducere prohibet. Ambas itaq; de manu sumens, quum introduxisset: carceris fores post se claudi imperat: & Archidamiam sane præcedere iussit: mulierem iam prope/modum senio confectam: sed quæ maximo honore summaq; apud ciues dignitate, & de publicis rebus peritia haberet. Hanc igitur, vt dixi, præcedentē quum interfici Amphares præcepisset: Age ſistratam ad filium ingredi iubet: quæ vt primo locum ingressa est humi iacentem filium, ac matre mortuā qdē, ver; adhuc e laqueo pendentem conspexit: atq; ipsa ministros adiuuans quum pro/priis manibus e laqueo matrem deposuisset: iuxta Agidis corpus extēsam composuit: vtrūq; vna & eadem contegens veste. Tum supra filii corpus procūbēs, diuq; faciem illius exosculata. Nimia filii in patriam charitas, nimiaq; humanitas ac manſuetudo te simul inquit & nos perdidit. Am/phares autē ab ostio carceris ista prospiciens, ac simul voces exaudiens, locum in quo ipsa erat in gressus iracundia exæstuans, & talia inquit filio suasisti Ageſistrata, eadem tu quoq; ex passura. & Ageſistrata sese laqueo submittens, in hoc dūtaxat inquit Spartæ vtilis fui. Quum tanti sceleris fama in populum manasset: & tria essent elata cadauera: nō tm̄ apud ciues poterat timor: quin pa lā de his quæ gesta fuerant quererentur: atq; apertum odiū in Leonidā, Ampharēq; demōstrarent: nihil scelestius, nihil magis impiū Spartæ gestum esse dictitantes: ex quo Dorii Peloponnesum te nuere. Lacedæmonioq; enim regi ne in pugna quidem obuiantes hostes temere manus afferte au dere: sed retorcedere potius cōsueuisse: regiā maiestatem venerantes. Itaq; quū permulta aduersus græcos Lacedæmoni bella gesserint: vnū dūtaxat Cleombrotum ante Philippi tēpora in Leuctris vulneratum occubuisse memoriæ pditū est. Messeni vero Theopōpum quoq; ab Aristomene inter fectum asserunt: qbus minime assentiuntur Lacedæmonii: neq; enim interiectū, sed vulneratum dūtaxat fuisse perhibent. Verum hæc ambiguitatis nōnihil habent: sed Spartæ qdē primū Agidē ex his qui regnarunt, ab Ephoris interfectum fuisse constat: opus sane pulcherrimum & Sparta dignum in ciutate moliri ausum: quū & in ea esset adhuc ætate constitutus: in qua homines siquid errauerint, facile veniam cōsequi solent: atq; ab amicis potius quā inimicis accusandus: q & Leo/nidam periculo liberauerit: & tm̄ cæteris adhibuerit fidei: q esset ingenio mitis ac perhumanus. In terfecto Agide, Leonidas fratrem eius Archidamū q repente ex vrbe ausugerat, cōprehendere non valuit. At vero Agidis vxorem cū infanti filio relictam, quū ex mariti domo inuitam abstrahi iuſ sisset: Cleomeni filio q̄q̄ admodū adolescenti in matrimoniū dedit. neq; enim illā alteri nubere vo lebat: q quū esset Gilippi filia, magnas ex illius hæreditate diuitias possidebat. præterea corporis forma cæteris ætatis suæ mulieribus præstare dicebatur. Hæc igitur Cleomeni coniuncta, q̄uis ex tremo odio Leonidā odisset, summo tm̄ amore & beniuolentia Cleomenem cōplexa est: q & ipsam mutuo diligens nō parum eius sortē miserabatur: si qn̄ Agidis memoria incidisset. atq; eo magis illā amabat: quo magis defuncti viri memoriā colere animaduertebat. Itaq; sæpius illam de rebus ab Agide gestis interrogabat diligenter: his quæ ab ea dicerentur mentē adhibens: quū Agidis mē tem consiliaq; referret. Erat autē gloriæ appetens: magnanimusq; natura Cleomenes: ad frugalita tem vero modestiāq; non minus Agide procliuis: cautione vero ac manſuetudine nequaq̄ par. sed inerat animo stimulus & appetitus quidā vehemētior ad id qd̄ honestū sibi videbat, assidue ipsum cōpellens. Itaq; optimū fore putabat: si volētes ciues ad honestā viuendi normā redigere posset: sin minus: non ab surdū esse arbitrabatur: ipsos per vim ad meliores mores cōpellere. Nec sane place/bāt ei desidia voluptasq; ciuitatis: qbus plærosq; deditos animaduertebat. Regis vero mores nulli negotio animū intendētis modo ne gs otium cui vacabat interpellaret: prætera delitiarum prose quutionē summopere dānabat. Nā ex hac regis negligentia fiebat: vt publicarum rerum cura post habita, quisq; lucro & cōmodis propriis indulgeret. Exercitationis vero modestiæq; iuuentutis, p/terea æqualitatis ac fortitudinis, quę omnia simul cum Agide interierant, ne meminisse quidē sa/tis tutum putabatur. Traditur adolescentē adhuc Cleomenē philosophię operam dedisse: quum Spherus quidā Boristhenes Lacedæmonē veniens erudiendis adolescētibus vacaret. Hic Spherus

Agidis interitus.

Archidamię exitus.

Ageſistratę mors.

Cleomenī Leonidæ filio Agidis vxor nubit

Cleomenis natura.

Cleomenes philiæ operā dedit.

Spefus zenonis discipulus. Tyrtheus poeta. Cleomenes post Leonidę mortem regnum suscepit. Xenarus.

inter zenonis Citiei discipulos princeps habebatur. Hic igitur magnitudinem animi ac fortitudinē quā in Cleomene deprehenderat, vehementer amans: magis magisq; illius ambitionē excitauerat. Nā Leonidā illum vetustiorē memorię prodidū est: interrogatū aliquando: qualis sibi poeta fuisse videretur Tyrteus: respondisse: bonum ad iuuenum animos incitandos. Illius enim carminibus permoti tanq̄ aliquo furore correpti, nullis parcentes periculis in pugnas ruunt. Verū Sroicorum disciplina acumen habet quoddā: quo magna & acuta ingenia facile ad securitatem erigūtur: ita vt nihil pertimescere consuescant: q̄ sūn facilem ac masuetum animum inciderit: illum in proprio bono conseruat: atq; corroborat. Igitur post Leonidę mortē quū regnū Cleomenes fusce pisset: ciues omnino moribus solutos animaduertit: quū diuites luxurię delitiisq; vacantes reip. curationem contennerent: plebs autem erga priuatas res male sese habens: ad bellum penitus inutilis: procul ab omni dignitatis aut honoris cura vitam duceret: & regię quidē potestatis nomen dūtaxat apud se esse conspiciebat: potestatem vero oīum: rerū statum permutare constituit. Erat ei inter amicos pręcipuus quidā nomine Xenarus: qui quū illum in adolescētia adamasset: quod inspirare appellant Lacedæmonii: postea semp in eius perman serat amicitia. Huius igitur animū explorare cupiens Cleomenes: consilium dissimulans rogitabat: qualis illi rex visus fuisset Agis: & quo pacto, quorūq; consilio eam reip. instituendę viam ingressus esset. At Xenarus primo non in uitus talia meminisse: & libenter singula quonam pacto gesta essent enarrare. Post vbi Cleomenē his rebus magis permoueri atq; adhibere animum intellexit: q̄ eadē sæpius narrata rursus etiam peteret audire: iratus ei quasi non satis mentis compos esset, paulatim sese ab eius colloquio consuetudineq; remouit: nulli tamen dissensionis causas aperiens. Igitur abnuente negotium Xenaro, Cleomenes alios quoq; amicos idem animo habituros existimans, ipse intra se rei totius peta gendę modum componere statuit. Quūq; in bello facilioręq; in pace ad res permutandas occasionem fore putaret: aduersus Achæos ciuitatem concitauit: ipsis vltro calūniæ materiam subministrantibus. Aratus enim plurimum inter Achæos ea tępestate potens, Pelopōnesum omnē in vnam conferendi tributi redigere societatem conatus est: atq; hunc sibi multorum labo rum & diu turnę militiæ finem proposuerat: putans ita demum ab externis hostibus Peloponnesios insuperabiles fore. Quum huic reliqui ferme omnes assentirentur: Elienses, Lacedæmoniiq; aduersabātur & prętera Arcadum pars: quę Lacedæmoniis fauebat. Igitur post Leonidę obitum: Aratus Arcadibus bellum intulit: eos maxime qui Achęor finibus adiacēt cladibus premēs. Lacedęmonios vero & Cleomenē, q̄ esset admodū adolescēs, contēnebat. His de causis Ephori cōmoti Cleomenē cum exercitu misere: vt Palladis templū in Veluina positū occuparet. Illinc enī in agrū laconicū ingressus paret: & tū forte Lacedęmoniis de eo loco aduersus Megalopolitanos erat disceptatio. Hūc igitur locū Cleomenes occupatū quū muris pręsidiisq; muniisset: Aratus nulla prius bel

Bellū a Lacedæmoniis duce Cleomene: cū Achæis gestum.

lidenūtiatione facta, noctu exercitū ducēs in Tegeatas & Orchomenios p̄ficiscitur: sperās p p̄ditiones eas vrbes, occupare posse. Verū p̄ditoribus ob timorē p̄missam operā haud quaq̄ p̄stātibus, Aratus eodē quo venerat itinere, regressus est: putās p̄fectionē hāc ob celeritatem latere. Ad hunc Cleomenes ironia quādā & dissimulatiōe vtens, tāq̄ ad amicū scripsit: rogans quā in partē noctu duxisset exercitū. At hæc Aratus rescripsit: nuntiatū sibi eē: velle Cleomenē Veluinā munire: se vero vt id p̄hiberet noctu cum exercitu p̄fectum. Ad ea Cleomenes alio missō nunt io, se quidem his quæ ille respondisset fidem adhibere inquit: sed rogare: nisi quid forte sit impedimēto: vt rescribat: quanam de causa laternas secum & scalas detulisset. Ad hoc dictū subridēs Aratus, qualis iste esset adolescens interrogauit. Tū Democrates Lacedæmoniorū exul: ego tibi inquit siquid aduersus Lacedęmonios moliris, properādum censeo: anteq̄ pullus hic per ætatē aculeo vti possit. His peractis, Cleomeni cum paucis admodū equitibus, & peditibus trecēt is in Arcadiam ad concitandū bellū profecto, Ephori magnitudinē belli formidātes, vt retrocederet imperarūt: quorum ille p̄ceptis quū paruisset: Aratus repēte Caphyias occupauit. Tum Ephori Cleomenē rursus ad ea loca exercitum ducere p̄ceperūt. qui quū Methydrio capto argolicū agrum p̄aderet: Achęi viginti milium peditum, & equitū mille exercitū emisere. Quibus copiis Aristomachus p̄erat imperator: qui quū apud Palantiū sese Arato cōiunxisset: Cleomenes pugnandi copiā hostibus fecit

Exercit⁹ viginti milū peditū: & equitū mille. Palātium.

Verum Aratus eius audaciā reformidans, imperatorē a certamine deterrens: retrocedere hortatus est. Qua propter multis probris ab Achæis lacessitus, a Lacedęmoniis vero delusus atq; cōtēptus abiit: q̄ eos tantopere metuisset: quū nō amplius quinq; milibus militum per id temporis in exercitu habuissent. Ex hoc magna Cleomenes audacia vir haberi cœpit. Ipse quoq; maiore iā inter ciues fiducia versabatur: plęriq; illius gesta cōsiderantes, veterū regū sibi venire in memoriā assererent: sub quibus Lacedęmonii nunq̄ de numero hostium, sed vbi nam cōsedissent percōtari soliti fuerunt. Post hæc Elienſibus ab Achęis bello pręssis, Cleomenes auxiliū ferens, primo aduē

Cleomenes Achęorū exercitū fugauit.

tu circa Lyceum Achęorū exercitū fugauit: & fugientes insequutus p̄multos occidit: plurimos etiā viuentes cepit: atq; ita fusus fugatusq; exercitus est: vt Aratum in ea pugna cecidisse apud plærosq; fama vulgauerit. Verum ipse diligēter occasione captata, repente ex pugna Mantineam se cōtu

litratq; eam vrbē nihil tale ſuſpicantibus ciuibus, improuiſo adortus quū occupaſſet, præſidiis firmauit. Igitur Lacedæmonii quū belli cœpta haudquaq; ſuccederent: Cleomenē eorū quæ in exercitu geſſerat rationē reddere poſtulabant. His cauſis pmotus Cleomenes, Archidamū Agidis fratrē Meſſana Lacedæmonē reuocare cōſtituit: q; ad eū ex altera familia ſucceſſiōis iure regnū ſpectabat: exiſtimans ita demū Ephoroꝝ poteſtatem imbecilliorē futurā: ſi regnū omni ex parte perfectū ſtabilitūq; fuiſſet. At hi qui interficiendi Agidis cauſa fuerāt, veriti ne regnū capiente Archidamo, ppetrati ſceleris pœnas darent: clanculū venientē lætiq; excepere: atq; in vrbē deductū interfecerunt: ſiue inuito Cleomene: vt Philarchus arbitratur: ſiue amicorum cōſiliis perſuaſo. Magna etenim ſacinoris huius culpa in eos redūdauit: q; Cleomenē huic ſceleri p vim aſſentiri coēgiſſent. Poſt hæc rurſus ad pmutandū ſtatū ciuitatis intendens animū, Ephoris pecunia delinitis, vt ſibi exercitū decernant pſuadet: multos ſibi p matris humanitatē liberalitatēq; concilians. Ea ſiquidē pecunias aſſidue filio ſubminiſtrās: apud oēs gratiā inireconabatur: quinetiā quo maiorē filio conciliaret beniuolentiā: q̄q̄ penitus a nuptiis eius animus abhorreret: tū viro qui plurimū per id tēporis in ciuitate poterat, in matrimoniū iungi paſſa eſt: vt per eum ſtabiliorē filio potentiā conſtitueret. Educēs igit exercitū Cleomenes Leutas Megalopolitani agri ciuitatē occupauit. Aduerſus hūc Achæi Aratum cū exercitu proficiſci iubēt: & ſub ipſa vrbe ſtructis aciebus quū dimicaſſent: parte dūtaxat exercitus Cleomenes ſuperatus eſt. nā vallem quandā ſatis profundā Aratus Achæos tranſire perſequēdi cauſa phibuit. Id Lidiades Megalopolitanus quū animaduertiſſet: ira ſimul atq; indignatione percitus, equites qui ſecum aderant cohortatus in hoſtes emiſit: qui dū fugientes perſequuntur, incautius in locū multis arbuſtis vinetiſq;, pterea foſſis & murorū ruinis impeditiſſimū deuenere: qđ vbi Cleomenes animaduertit: Tarentinos & Cretenſes milites impeditos hoſtes inuadere iubet. a quibus Lydiades cū omni equitatu circūuentus fortiter dimicans occubuit. Hac victoria ſublati Lacedæmonii magno clamore in Acheos ferebantur. Quīq; nō procul iā abeſſent: oēm exercitū in fugā vertere: in qua quū plurima ēt cecidiſſent reliquoꝝ corpora ad ſepulturā petentibus hoſtibus conceſſit Cleomenes. Veꝝ Lidiadę cadauer ad ſe portari iubēs, quū purpureo amictu coronaq; ipm ornaſſet, ad Megalopolis portas deferri pcepit. Hic Libiades vir magna virtute atq; animo fuit: qui ēt depoſita tyrānide, ciuibus in libertatē reſtitutis perſuaſit: vt ſeſe ac ciuitatem Achæis permitterēt. His ita geſtis Cleomenes maiora iā animo pcipiens, non dubitabat, quin facile Acheos eſſet ſuperaturus: modo rebus domi pro ſuo arbitrio vti poſſet. Igit Megiſtonū victri cū ſuū admonet: opus eſſe, vt pulſis e magiſtratu Ephoris, & priuatorū ciuium fortunis in cōmune poſitis, atq; oībus ciuibus ad equalitatē redactis, totius græcię principatū Lacedæmoniis vendicent: quibus ille quū facile aſſentireť: paucos pręterea ex amicis huius conſilii participes aſſumpſit. Talia meditante Cleomene, forte accidit: vt ex Ephoris cuidā in Paſiphaes templo dormienti ſomniū appareret huiuſmodi. Videbatur enim quo in loco Ephori iuri dicēdo conuenire aſſuerant, vnam dūtaxat ſellā exiſtere: quatuor autē quę antea fuerant, deiectas eſſe. quo ſpectaculo quū ipſe attonitus miraretur: vocem e templi adyto viſus eſt audire: quæ diceret, hoc Spartę fatale eſſe. Hæc vt geſta fuerant, quū Ephorus Cleomeni nuntiaret: primo quidem turbatus Cleomenes, ne forte ſui tentandi gratia hęc ab Ephoro fingerentur, ſuſpicabatur. Poſtq; vero nihil illum mentiri animaduertit: maiori fiducia deſtinatum iam animo opus aggrediens: quotquot in ciuitate ſuſpectos habebat: & quos cœptis ſuis cenſebat aduerſari, ſecum in exercitu ducens Ireā & Alſeā Achęorum ciuitates cepit: & frumēti plurimū Orchomenium importari iuſſit. Inde cōtra Mātineam duxit exercitum. Itaq; multis magniſq; negotiis ciues implicans, & modo huc, modo illuc rapiēs exercitum, effecit: vt magna pars illorum, quos ſecum duxerat, vltro ab ipſo peterēt: vt in Arcadia ſubſiſtere liceret. Poſt hęc mercenarios milites ſecum ducens, Spartam rediit: atq; in itinere plurimos, quos ſibi fidos eſſe nouerat, conſilia cum ipſis communicando, rei gerendæ ſocios adiunxit: tāraq; celeritate iter illud cōfecit: vt pene cœnātes oppreſſerit Ephoros. Quum enim ciuitati iam propinquaret: Euriclidam ad locum vbi Ephori cōuiuabantur pręmittit: quaſi noua quędam ab exercitu nuntiaturum. Tyrichium vero, ac duos ex his qui ſecum fuerant educati, quos Lacedæmonii Samothracas appellant, cum paucis militibus ſubſequi iubet. Quīq; adhuc Euryclidas apud Ephoros in colloquio verſareť: ſupernenientes qui a Cleomene miſſi fuerant, nudatis gladiis Ephoros inuaſere. Itaq; primus oīum Agileus in ipſo impetu grauiter ſaucius quum ſeſe mortuū ſimularet, diu immobilis humi proſtratus iacuit: demū nemine animaduertente: in ſacellum Timori dicatū, qđ triclinio proximū erat: clanculum ſe pripuit. Id quū ſp alias clauſum eſſe cōſueuiſſet: tunc forte quadam, Agylei bono omine, patebat. In id īgreſſus Agyleus hoſtio clauſo, delituit. Quatuor vero interfectis Ephoris, ſupra decem etiam ex his qui auxiliū ferre voluerant cecidere. Eorū vero qui inermes quietiq; ſpectabant: nemini oīno vis eſt allata: nec volentium ciuitate egredi quiſq; phibitus eſt: quinetiā Agileus poſtridie a ſacello digreſſus, veniam meruit. Sunt autem apud Lacedęmonios non timori tantum: ſed morti etiam, & riſui & aliis huiuſcemodi affectibus templa dicata. Timorem autem non ſicut alios dęmonas venerantur: quos tanq; noxios abeſſe procul a ciuitate vo

Archidamꝰ Agidis frater interfectus.

Leutas ciuitatē Cleomenes occupauit.

Lidiades interfectus.

Magiſtonꝰ Cleomenis victricus.

Cleomenes Iream & Alſeam ciuitates Achæorum cepit.

Tēpla apd Lacedęmonios timori, riſui, & morti dicata.

sunt: sed remp. maxime timore contineri arbitrantur. Idcirco Ephori quũ primo ineunt magistra tum, vt Aristoteles inquit, dimisso per vrbem præcone, ciuibus præcipiunt: vt singuli barbam cir ca mentum tondeant: & legibus obseruandis intẽdant animũ: ne forte contra quẽpiam sæuire co gantur. Atqui (vt arbitror) de tõdenda barba præceptũ eo spectat: vt iuniores etiam in rebus mini mis optẽperare magistratibus assuescãt. Quinetiã fortitudinem non carentiam metus, sed ignomi niæ ac turpitudinis: timorẽ quẽdam existimasse prisci videnẽ. Qui enim maxime leges timẽt, iis ad uersus hostes audacissimi sunt; & aspera laboriosaq; perpeti minime formidãt: qui male audire plu rimum timent. Recte itaq; dixisse videtur poeta inquiens: Hinc timor, illinc vrgebat verecundia. Homerus quoq; dicentem inducit Helenam. O metuẽde mihi semp̃ semp̃q; verende Chare socer. & alibi: Tanti ac tremebundi verebantur ductores suos. Nam vereri timereq; præcipuum multitu dinis esse videtur. Propterea Lacedæmoniis iuxta Ephororum trielinium timoris sacellum positũ est. Postridie Cleomenes octoginta ciues proscriptos in exilium misit: disiectisq; Ephororum sellis, vnã dũtaxat stare permisit: in qua sedens ipse iura populo dicturus erat. Post hæc aduocata concio ne, de his quę ab eo fuerãt acta disseruit: & a Lycurgo narrãdi principium faciens, dixit eius regis tẽ poribus seniores quosdã regibus ad consultandum adhibitos fuisse: atq; eo pacto diu rẽp. diligen ter administratam nullo alio eguisse magistratu. Procedente vero tempore quum bello Mesinensi magno sane ac diuturno reges ad exercitũ impliciti tenerentur: nec domi iuri dicundo vacare pos sent: quosdã ex amicorum numero a regibus fuisse delectos: qui domi apud ciues interea regis vicẽ gerentes Ephori sunt appellati: diutiusq; hanc permansisse consuetudinem: vt Ephori p̃ ministris regum haberenẽ: inde paulatim oẽm in se transtulisse potentiam: eoq; iam licentię peruenisse: vt se orsum a rege magistratũ propriũ Ephoriam constituerint. Eorum vero quę antea dixisset signum esse: q̃ accersentibus regem Ephoris, nec primæ nec secundæ vocationi rex pareret. Tertio vero voca tus, exurgens ad eos proficiscitur. At primum quidem Asteropeium quendam fuisse: qui maxime Ephororũ potentiam auxerit: quem multis post Lycurgũ ætatibus hunc magistratum gessisse cõ stat verum se arbitrari satius fuisse potentia quã habebant vti moderate: q̃ oẽm sibi licentiã arrogã tes, legitime a rep. institutã legis potestate soluere conari: quod eos iam sæpenumero tentasse non est obscurũ: quum regum alios e ciuitate pepulerint: alios indicta causa extremo affecerint supplicio, quod sane haud quaq̃ vltra fuerat tolerandũ: vt pulcherrima diuinissimaq; omnium quę vnq̃ Spartæ fuerint potestas, horum superbia licentiaq; interiret. Quodsi mihi inquit sine cuiusq̃ cæde licuisset, inueteratos ciuitatis morbos sanare: nimios videlicet sumptus atq; delitias: insuper æris alieni magnitudinem atq; vsuras: tum his etiam antiquiora mala, diuitias ac paupertatem: felicis simum vtiq; regum oĩum me fuisse arbitrarer: q̃ tanq̃ medicus absq; dolore patriæ mederi voluis sem. Nunc autem necessitatis huius Lycurgum testem imploro: qui quum neq; rex esset: nec vllum omnino gereret magistratum: sed priuatus regnum occupare volens, cum armis in concionẽ pro cessit: cuius timore percitus Carilus rex confugit in tẽplum. Indeq; erat ingenio mitis & amator patriæ, repente Lycurgo in rebus agendis socium sese p̃buit: cũq; in permutando statum ciuitatis adiuuit. Satis igitur ipsa re cõprobauit Lycurgus: nõ facile posse absq; vi & timore statum ciuitatis permutari: quibus ego tamen modestissime vsus sum: eos dũtaxat eiiciens e ciuitate: quos Lacedæ monioq; saluti impedimento futuros esse cognoueram. At vero oẽs qui sunt in ciuitate, oportet agros reliquasq; fortunas in commune conferre: atq; omne æs alienum debitoribus condonare. Præterea ex peregrinis eos eligere: qui nobiscum vna in ciuitate habendi sunt: vt hoc pacto opti mi omnium euadentes Spartiatæ, ciuitatẽ a periculis tutari possint: vtq; Ætolis & Illyriis p̃das e Laconica abigendi finẽ imponamus. siquidẽ ipsi ob id dũtaxat talia audent: q̃ vacuam defensori bus rogationem cõspiciunt. His dictis primus ipse fortunas omnes in medium cõtulit. Idem & vi ctricus eius Megistonus & amicoq; cæteri: quos oẽs subinde ciues subsequuti sunt. Ager etiã om nis æqua in singulos portione diuisus est: cuius partem his etiam quos in exilium miserat adiudi cauit. Tum ciues oẽs in certos distribuit ordines: ac rebus iam quiete constitutis, colonis quos fi dissimos esse arbitrabatur, quiq; ingenio p̃stabant, ciuitatem suppleuit: & militum quatuor milia ex iisdem conscripta docuit pro lanceis, sariſſis vti: quas vtraq; manu & gestare & torquere assue fecit. Præterea clypeum non ex annulo suspensum, sed brachio insertum gestare docuit. His pera ctis, ad iuuenũ disciplinas & viuendi normã instituendam conuertit animum: in quo Sphero præ cipue adiutore vsum fuisse tradunt: & repente gymnasia palæstraq; satis congruo erexit ornatu. Pauci igitur necessitate coacti, sed hi etiam q̃is inuiti, verum pars maior volens, in generosam & veterem laconicam viuendi consuetudinem rediere. Quinetiã quo Monarchię nominis insolen tiam leniret, Euclidã fratrem secum regnare iussit: & tunc dũtaxat apud Spartiatas duos ex eadem familia regnare contigit. Rebus igitur vrbanis ita vt diximus constitutis, quum audisset Aratum atq; Achæos maxime se per id tẽporis ciues esse arbitrari: q̃ Cleomene ꝑter regni nouitatem ab vrbe nequaq̃ discessurum putarent: ne tanta rerum perturbatione cõmotã, atq; adhuc suspensam relinqueret ciuitatem: non indecoq;, nec inutile fore putauit, sui exercitus prõptitudinem & feroci-

Cleomenis ad cõcionẽ oratio.

Ephoria magistratꝰ nomen.

Cleomenes oĩm fortunas in medium cõtulit.

Cleomenes Euclidã fratrẽ secũ regnaꝝ iussit.

tatē hostibus ostētare. Igitur agrum Megalopolitanū ingressus, lateq; cūcta populatus, ingenti p̄da ditatum exercitum reduxit: quū plurimū detrimenti hostibus intulisset. Inde venientes Messana bacchanalium artifices apprehēdens, constituto pro tēporis & loci opportunitate theatro, in hostili terra minas cōferens quadraginta, per integrum diem ludos instituit: eosq; sedens ipse spectauit: nō q̄ spectaculi admodum voluptate aut cupiditate teneretur: sed tanq̄ hostium dedecori insudans, ac simul licentiam & contēptum ostentans suum. Cōstat ex regiis græcoꝝ exercitibus, hunc solum neq; minos aut psaltrias, neq; fidicinas habuisse: sed omni penitus adulatione ac scurrilitate omniq; petulantia carebat: quū iuuenes perdiscēdis moribus, senes vero iisdem edocendis operæ plurimum ac tēporis impertirent. Q d siquando relaxationis aliquid affectarent: eam facetiis liberalibus, iocisq; nō turpibus inuicem certantes assequebant: quod vel maxime Laconū esse videt. Quid vero vtilitatis habeat huiusmodi iocādi genus: in his quæ de Lycurgo scripta sunt, enarrauimus. Vertū inter omnes rex ipse cęteris erat p̄ceptor egregius: modestam & frugalem vitā ducēs: nihil fastus aut delitiarum habentē: ac velut optimū exemplū viuēdi. Q d sibi ad res gerendas adiumenti plurimū attulit. Siquis enim alios ad reges accesserit: nō tā diuitiarum & luxus magnitudinē obstupescet: q̄ superbiā atq; insolentiā oderit: quibus fastidiose atq; aspere in eos qui sua opera indigent, vti consueuerunt. Qui vero Cleomenē adibant: quū tamen rex dici simul & haberi vellet: non purpurā, nō laticlauū: nō tridiniorum aut sellaꝝ ingentes apparatus conspiciebant: non lictoꝝ aut ianitoꝝ turbā: non scribaꝝ multitudinē: qui diu multūq; rogati vix tandē per literulas respōdere dignātur: sed ipse breui tunica amictus vltro sese venientibus offerēs aderat: petentibus comiter benigneq; respondens: summaq; humanitate & loqui & audire paratus. Itaq; inter populares hoīes vtcunq; sors tulisset, humaniter benigneq; versatus, charus acceptusq; omnibus erat: solum hunc dignum qui ab Hercule natus existimetur dictitantibus. Cœnandi vero quottidianus apparatus vno dūtaxat posito triclinio erat: isq; exiguus sane, laconicę parsimonię conueniens. Q d si seniores quosdā aut hospites conuiuio adhibuisset: lecti alii duo sternebātur: ac paulo lautius ministri mensam struebant: nō aromatū dulcedine: aut varioꝝ saporū genere cōditis dapibus: sed tm̄ vt copia largior paulo, & vinū aliquāto suauius esset. Nā amicorum cuidā aliquādo subiratus est: q̄ hospites conuiuio suscipiens, vinum nigrum dūtaxat, & panem duratum igni apposuisset: sicut in Lacedæmonum celebritatibus, quā Phidiciam nuncupant, fieri consueuit. Non enim oportere inquit erga hospites tam exacte laconicū morem seruare. Sublatis autem mensis tripes æneus cum æneo cratere qui vino plenus erat inferri consueuit. Duę p̄terea ex argēto phialæ cotylas binas capientes: & argentea pocula admodū parua. his quantū cuiq; libuisset bibere licebat: nolenti aūt nemo poculū porrigebat. Aurium vero oblectatio nec aderat sane: neq; admodum exp̄etebatur. Ipse enim sermone suo potationes oblectare consueuit: nunc ab aliis q̄ppiā interrogās nunc aliq̄d ipse narrans: q̄d nec seria grauitate vacaret, & esset grata festiuitate iocoq; non petulanti conditū. Largitiones autem quibus alii reges ad capiendos hoīes vti consueuerunt, iniustas penitus ac rege indignas arbitrabat: at sermone blando atq; humanitate complecti homines, p̄terea fide atq; integritate ad se amandum eosdem allicere, honestissimū & maxime regi conueniens existimabat. Primi igitur Mantinenses ipsum noctu venientē in vrbem inroduxere: p̄sidioq; Achæorum deiecto sese atq; vrbem illius arbitrio permiserunt: quibus ipse rempu. & reges restituens, eadem die Tegeam est profectus: & paulopost per Arcadiā iter faciens Pheras Achaię vrbem peruenit: eo proposito vt vel pugna cum Achæis decertaret: vel Aratum pugnam detrectantem quasi victum superatumq; ex Achaia pelleret. Erat aūt Arati apud Achæos potentia maxima. Igitur popullariter egressis in campum Achæis, quum castra in dimis Ecatonueū posuissent: accedens Cleomenes medium se inter dimas & hostium exercitum collocauit. Inde audacter Achæos prouocās, vt secum congrederentur effecit: ipsisq; superatis, & in fugam versis, plurimos in pugna interfecit: multos etiam viuentes cepit. Post hanc pugnam motis ad Langum castris, atq; inde Achęorum pulso p̄sidio, ciuitatem Elliensibus restituit. Sic igitur afflictis Achęorum opibus, quum singulis annis exercitum educere. Aratus consueuisset, tunc militiam recusabat: excusationes quasdam sane inualidas petentibus atq; hortantibus Achæis p̄tendens: quod ipsum nō satis honeste facere videbatur: qui in tempestate gubernaculum deteriori concederet: & traditam sibi a ciuibus negligeret potestatem. His auditis, Cleomenes missis ad Achęos legatis nihil asperum aut superbum postulabat. Verum paulopost alios submittens, vt sese in eius dederēt potestatem, sibiq; principatum concederent ciuitatis petebat: aliud nihil eis allaturum esse promittens. Nam & captiuos reddere, & ademptos agros restituere se velle dicebat. Quum ad ea consultanda inducias Acheo postulassent: & Cleomenem in Lernam ad colloquium vocarent: q̄ ibi totius gētis concilium indixerant: accidit vt quum in itinere aquam bibisset Cleomenes: sanguinis fluxu repente commoto: propemodū suffocaretur: & vocis vsum penitus amitteret. Quapropter nobiliores ex captiuis ad Achæos remittens: & colloquio in aliud tempus dilato, ipse ad curandā valetudinē Lacedæmonē ingressus est. Creditur hanc viri cunctationē extremā rebus græcię perniciem attulisse: quæ illius ductu

Regū quæ soleat ee superbia & aspitas in eos q̄ sua opera indigent.

Cleomenis quanta fuerit facilitas atq; humanitas.

Phidicia.

Cleomenes Mātinēses sese dedētes recepit.

Dimę. Cleomenis cōtra Achęos victoria addimas. Langum.

Lerna.

& auſpicio, ꝑſentibus malis liberati: & certe Macedonum ſuperbiam atq; auaritiam euitare facile poterat. Aratus enim ſiue q; Cleomeni diffideret: ſiue q; eius formidaret potentiam: ſiue q; illius in uideret felicitati: qua illum prę ter ſpem auctum animaduertebat: quum ſibi etiam turpiſſimum fore putaret: ſi diuturnam gloriam, & græciæ principatum, quem annos tres & triginta tenuiſſet, ſubito ab adoleſcente ſibi eripi pateretur: principio Achęos quin ſe Cleomeni coniungerẽt per vim prohibere conatus eſt. Poſt vbi parum id ſuccedere animaduertit: q; audacia Cleomenis Achæi p culſi, nequaq̃ ab eo deſciſcere auderent: ꝑſertim quum nihil iniuſtũ petere videret: ſi in antiquũ vi uẽdi morem Lacedæmonii Peloponneſum redigere tentarent: animũ ad opus conuertit: quũ omni græco hoſe indignum: tum ſibi ꝓpter res domi foriſq; geſtas turpiſſimum minimeq; cõueniẽs. Id autẽ erat: vt Antigonũ in græciã reuocaret: & Macedonibus impleret Peloponneſum: quos inde adoleſcens ipſe pepulerat: Corinthi arce ex eoꝝ manibus liberata. Quũq; regibus omnibus in ſenſus eſſet: tum præcipue Antigonum ipſum maledictis probriſq; lacerare cõſueuerat: vt ex eius adhuc monumentis apparet: qbus multa ſeſe egiſſe, multa etiam fuiſſe perpeſſum pro Athenienſiũ ſalute teſtatur: vt eorum ciuitatem cuſtodia Macedonũ liberaret: quos tamen in patriam ſuam, atq; intra domeſticos parietes tunc armatos inducere properabat: ne Spartanorum regem ab Hercule oriundum, qui vetuſtum patriæ morem viuendi in vſum reuocans, tanq̃ diſſolutam harmoniam moderabatur, & ad ſanctas modeſtaſq; Lycurgi leges & vitam reducebat. Sicyonum quoq; regem inſcribi pateretur. Quũq; Laconici victus ac veſtitus aſperitatem refugeret: & id quod inter Cleomenis inſtituta tanq̃ duriſſimum accuſabat, diuitiarum & paupertatis adæquationem: diademati purpureq; Macedonicæ, & imperioſis ſatrapum iuſſis ſeſe atq; Achaiam omnem ſubdere nõ dubitabat: ac ne Cleomenis præceptis obtemperaret: Antigono ſacra facere coronatuſq; pęana decantare in eius honorem, quia poſtematis morbo paulopoſt interitus eſt, poterat ſuſtinere.

Aratus vir ꝑditus virtutibus. Imbecillitatis hũanę naturę explicatio.

Verum hæc non accuſandi Arati gratia ſcripſimus: Fuit enim vir alioqui græcia dignus: & ſummis virtutibus ꝑditus: ſed vt humanæ naturæ imbecillitatem miſerantes explicaremus: quæ nec etiam tantis ornata virtutibus, & tam ſanctis moribus inſtructa, fructum inuidia carentem efferre poteſt. Interea quum Argos ad conuentum peragẽdum Achæi veniſſent: eodemq; Cleomenes e Tegea mouens properaret: magna erat ſpes omnium: fore: vt quæ agenda erant, inter eos cõponerentur. Igitur Aratus conuẽtionibus cum Antigono iam peractis, veritus ne ſi Cleomeni multitudinem alloquendi poteſtas fieret: aut vi, aut ſuaſionibus in ſuam ſententiam traheret: Achæos a Cleomene petere compulit: vt vel triginta obſidibus acceptis, ſolus ipſe ad colloquendum ingrediat ciuitatem: vel ad gymnaſium, quod Cillanarium appellãt, extra ciuitatem cũ exercitu veniẽs colloquatur. His mandatis auditis, Cleomenes magna ſe iniuria ab illis affici querebatur: q; oportuerat talia ſibi ſtatim a principio mandari: non quum iã ad portas eorum eſſet, ꝓmiſſis fraudantes venientem expellere. Epiſtolam quoq; ſuper hac re ad Achæos miſit: cuius maxima pars accuſationẽ Arati continebat. Multa etiam Aratus econtra de Cleomene apud plebem conqueſtus, omnium animos a cõditionibus pacis alienauit. Miſſo igit̃ pręcone, Cleomenes repente bellum Achęis in dixit: ex quo magna apud Achęos exorta eſt rei permutatio: multęq; ab eis ciuitates de fecere: quũ plebs agroꝝ partitionẽ, & debitorũ miſſionẽ ſperaret: primores multis de cauſis Aratũ grauiter ferrent: nõnullis etiam ei propterea infenſis: q; Macedones in Peloponneſum traducere tentaret. His rebus confiſus Cleomenes, exercitũ in Achaiam traiecit: primoq; aduentu Pellenem Achæorum prędidio pulſo occupauit. Inde in Pheræos & Penteleos mouit caſtra. At Achæi proditionem Corinthi formidantes, eqtes plurimos atq; vna cum his externos milites, quos Argis habebant, ſubtractos e ciuitates ad cuſtodiendum Corinthum miſere. Ipſi vero per Nemeam deſcẽdentes, Argos ducebant exercitum. At Cleomenes id qđ accidit arbitratus, fore vt magnã turbationem incuteret: ſi vrbem imperita multitudine refertam, & theatrorum ludis aſſuetam improuiſo adoriret: noctu ciuitatis mœnibus admouit exercitũ: & penes locum, quem ipſi aſpidem appellãt, murorum partem quę theatro adiacet occupauit. Eſt autem locus aſper ſane ac deuius. Quem quum occupatum Argiui ſenſiſſent: ita omnes animo perculſi ſunt: vt nemo ad reliquam ciuitatem tutandam adhibuerit mẽtem: ſed ꝑſidium accipere atq; obſides dare ſeſe paratos eſſe nũtiant: vrbem vero illius permittere poteſtati: præterea ſocietatem cum Lacedæmoniis inire velle. q̃ res non parum ſane ad Cleomenis gloriam & potentiam augendam profuit. Nunq̃ enim priores Lacedæmonũ reges eam vrbem capere potuerunt: quinetiam Pyrrhus imperatorũ omniũ belli

Pellenẽ Cleomenes occupauit.

Pyrrhus imperatoꝝ bellicoſiſſimꝰ Argis occiſus.

coſiſſimus habitus, per vim illam ingreſſus, tamen capere non potuit: ſed in ea occiſus, omnẽ etiã quã eatenus adeptus fuerat poteſtatem amiſit. Omnes igitur Cleomenis vehemẽtiam & fortitudinem mirabant. Quũq; ridentes antea non ſuo ingenio, ſed Lycurgi Soloniſq; ꝑcepta imitatum, & debitorum dimiſſionẽ & diuiſionẽ agroꝝ Spartæ conſtituiſſe dicerẽt: tunc ipſum ſubito apud Lacedæmonios permutationis cauſam fuiſſe palam fatebantur: quos vſq; adeo impotentes antea fuiſſe conſtabat: vt Æroli fines Laconicos aliquando ingreſſi, quinquaginta milia ſeruoꝝ abduxerint. Vude facete dictum ſenis cuiuſdam Lacedæmonii refertur: Plurimum Laconicã regionẽ he-

ſtibus debere: q̄ ſe tāta leuaſſet multitudine. Tūc nō magno tpis interiecto ſpatio patriis tātum legibus moribusq; reuocatis, quū in antiquis veſtigiis viuēdi nō ſecus ac ſi adeſſet Lycurgus conſiſterent, eo gloriæ fortitudinisq; proceſſerant: vt ſibi totius græcię principatū deſtinarent. Captis Argis: Phliōtes, & Cleonęi ſubito ſeſe Cleomeni tradidere. Forte per id tpis Aratus Corinthi verſabat: quoſdā qui Lacedęmonū partibus fauere dicebantur adhibitis q̄ſtionibus pquirēs. Igitur de Argorum captiuitate nuntio accepto, quū ciuitatem oēm ad Cleomenem inclinatam depellendis Achęis agitare ſenſiſſet: ciuibus in curiā conuocatis, ipſe clāculū inter hoſes dilapſus ad portā ciuitatis peruenit. Ibi paratū iam antea equū cōſcendens Suionem cōfugit: aſſerēs oēs Corinthiorum equos vſq; ad necē fatigatos: quū ipſi inuicē decertarēt: vt alter alterū ad nuntiādam defectionem Argos peruenīret. At Cleomenē accuſaſſe Corinthios aiebat: q̄ Aratum nō cepiſſent: ſed p miſiſſent abire incolumē. Præterea Megiſtonū a Cleomene miſſum fuiſſe dicebat: peretem vt Corinthi arcem quā Achæorum pſidio tenebat, magna pecunia accepta ſibi traderet. ſe vero ad ea reſpondiſſe: id ſibi eſſe conſuetudinis: vt diuitias habere q̄ ab eiſdem haberi malit. atq; hęc Arat⁹ ipſe ſcripta reliquit. Interea Cleomenes Treogeniis, Epulaneriis, atq; Hermionibus in amicitiam aſciſcitis, Corinthū veniens, arcem foſſa valloq; circū ndedit: quum illam ſibi Achæi tradere noluiſſent. Arati vero amicos & curatores qui Corinthi erant, in vrbe permanere iuſſit: omnē a billis iniuriam prohibens: & domos fortunaſq; oēs illis intactas relinquēs. Tritima llum quoq; Meſſinenſem cū his mandatis ad Aratum miſit: vt ſi ita ſibi videatur cōmuni Achæorum Lacedæmoniorumq; præſidio munitam Corinthi arcem cuſtodiant: priuatim ipſi Arato duplum q̄ a rege Ptolemæo acceperat, ſtipendium pollicens. His reiectis conditionibus, Aratus repēte filium ac prætera e nobilitate adoleſcentes aliquot pobſidibus ad Antigonum mittit: ſimulq; Achæis perſuadet: vt venienti Antigono Corinthi arcē ſeſe daturos polliceantur. Quibus rebus permotus Cleomenes, infeſto agmine Sicyonū agrum ingreſſus omni clade belli populatus eſt. Res inſuper q̄ Arati fuerant, Corinthiorum decreto ſibi traditas, dono ſuſcepit. Inter hæc Antigono magnis copiis Geraneam ingreſſo, non vniuerſam Iſthmum, ſed loca tantū opportuna vallo foſſaq; munire. Cleomenes decreuit: & locoꝝ opportunitatibus vtēdo magis ipſos cōterere Macedones: q̄ aperto marte cū phalāge pugnare ſtatuit. His igit artibus vtens in magnā anxietatē Antigonū cōpulit: neq; enim paratū antea frumētū exercitui ſuppetebat: neq; tuto rapere licebat cōmeatus. Cleomene ſęper collatis caſtris imminente. His igitur anguſtiis preſſus Antigonus, intempeſta nocte mouens caſtra per Lycæum e Cleomenis manibus dilabi fruſtra tentauit: militibus aliquod in ipſo tumultu amiſſis. Qua victoria elatus Cleomenes cęteriq; qui circa eum aderant, ad capiendum cibum diſcurrere: contennentes penitus Antigonum: qui aſperrimis locis incluſus vrgēte neceſſitate inania quædam agitare animo videbatur. Statuerat enim in promontorium quod Hireo imminet, motis caſtris, omnes copias nauibus Sicyonem traducere: quod opus & temporis longitudinem & non mediocrem apparatum afflagitabat. Eadem die nuntii ab Arato miſſi ad Antigonum venere: petentes vt omni ſtudio Argos pergere pperaret. ſtatuiſſe enim Argiuos a Cleomene deficere Huius autem defectionis princeps Ariſtoteles erat: qui facile multitudinem concitarat indignatā: q̄ ſperatam debitorum dimiſſionem Cleomenes nō inſtituiſſet. Igitur acceptis ab Antigono mille & quingentis militibus Aratus in Epidaurum venit: ſed eius aduentum Ariſtoteles nō expectās, conuocatis factionis ſuę ciuibus, prędidium quod in arce erat expugnare adortus eſt. Iāq; aderat Sicyone Tymoxenus cum Achæorum copiis auxilium ferens. Hæc ſecunda vigilia quum eſſent Cleomeni nuntiata: iracundia percitus, Megiſtonum q̄primum ferre auxilium Argiuis imperat. Is enim plura Cleomenem pro Argiuis fuerat deprecatus: ſuadens vt illorum fidei permitteret ciuitatem: quinetiam volentes ſuſpectos quoſdam e ciuitate pellere prohibuerat. Hunc igitur cum duobus milibus armatoꝝ proficiſci iubens, ipſe aduerſus Antigonū conſtitit: ſimul Corinthios in fide continens: nec ſuis rebus diffidere ſuadens. nihil enim aduerſi Argis contigiſſe: ſed tumultū dūtaxat ab hominibus paucis eſſe concitatum. Interea veniens Argos Megiſtonus quum in pugna occubuiſſet: vix qui in prędidio erant conſtituti, arcem tutari poterant. Itaq; frequentibus nuntiis ad Cleomenem miſſis propere affetre auxilium poſtulabant. Veritus igitur Cleomenes ne Argis potiti hoſtes aditus ſibi in patriam intercluderent: atq; impune Laconicam regionem populati Spartam defenſoribus vacuam obſiderent: Corintho exercitum adducens repente ciuitatem amiſit. Nam ſubito poſt eius diſceſſum ingreſſus Antigonus prędidiis illam firmauit. Ipſe vero Argos veniens & per muros ciuitatem ingreſſus, primos qui pro muris in ſtatione erant loco deiecit. Inde fornices qui circa Aſpidem erant demolitus, pugnam cum fautoribus Achæorum qui intus erant conſeruit. Poſt hęc ſcalis admotis interiora vrbis loca occupauit: quum ſagittariis Cretenſibus in prima acie conſtitutis defenſores in propugnaculis conſiſtere non permitterent. Poſtq̄ autem Antigonum cum phalange e ſublimi loco in planos campos deſcendentem conſpexit: equitatum vero curſu effuſo ciuitatem petere animaduertit: diffiſus illam vltra iam tutari poſſe, ſuis omnibus adſe conuocatis incolumis abiit: penes muros ciuitatis inter faciens. Quumq; rebus

Cleomenes Argos capit.

Suio.

Cleomenes Corithi arcē obſidet.

Antigonus in magnam anxietatem cōpulſus.

Megiſton⁹ in pugna occubuit.

Antigon⁹ Corithum ingreditur.

maximis breui temporis spatio potitus esset: quippe qui omnem fere Peloponnesum subegerit: breuiori etiam tempore eadem omnia amisit. Militum nāq; magna pars q̄ primum abeuntem deseruere: cæteri non multo post vrbes, in quibus pfidii causa locati erant, Antigono tradiderunt. Tantis belli anxietatibus pressus, cum Tegeæ reliquias copiarum colligens substitisset: sub ferme crepusculo nuntii Lacedæmone venientes nihilo minorem calamitatis nuntium attulere: vnice sibi dilectam vxorem interisse: quam vsq; adeo amauisse constat: vt in medio victoriarum cursu plerunq; ab exercitu discedens, Spartam ad eam visendam redire consueuerit. Nam quum Agidis, cuius antea vxor fuerat veneratiõe, tum virtutibus propriis quibus erat ornata, supra quam dici potest illam amabat. Quã q̄ igitur magno dolore perculsus, vt par est adolescentem præstantissima pulcherrimaq; vxore priuatum: non tamen mœrori succubuit: nec perturbationi rationẽ atq; animi subdidit magnitudinẽ: sed vocem atq; habitum eundem seruans, quę agenda opus essent ducibus partitus, quum Tegeatibus qđ optimũ fore censebat pro illorum salute, consuluisset, Lacedæmonem regressus est. Ibi post q̄ cum matre & filiis defunctæ vxoris casum conquestus est, ad publicas curas animum conuertit. Inter hæc ægypti rex Ptolemęus nuntiis literisq; ad Cleomenem missis: auxilia aduersus Antigonum vltro pollicebatur: si matrem sibi acliberos pro obsidibus mittere vellet. Eam rem diutius Cleomenes matri aperire ob verecundiam distulit: sæpiusq; prodendæ rei causa ad illam accedens, quum in eius conspectum veniisset, silentium tenebat: ita vt mater hoc animaduertens ab amicis eius quidnam hoc rei esset scisciteretur: tum ipsum bono animo ẽsse iubens hortaretur: audacter quicquid voluisset ab ea petere. His igitur hortationibus tandem motus Cleomenes audacia sumpta rem omnem patefecit. Tum subridens mater: hoccine inquit erat minate quod toties dicere aggressus formidabas? atqui magis decuit quam primum nauibus corpusculum hoc impositum quocunq; libuisset mittere: præsertim siquid ex ea re vtilitatis Spartæ prouenturum arbitrareris: nec eatenus expectandum quoad senio confectum tabescceret. Cuncti igitur læto animo profectionem comprobantes, pedibus in Tænarum iere. Ibi priusquam nauem conscenderet, Cratisiclia Cleomenem solum in Neptuni templum adductum complexa sæpius atq; exosculata, vbi pietate commotum animaduertit, Age inquit Lacedæmoniorum rex: caue ne quis e templo digressos lachrymantes aut indignum aliquid Spartafacientes animaduertat. Hoc enim dumtaxat præstare nos possumus: in cæteris vero ea fortuna quam dæmon dederit sequetur. His dictis faciem ad nauim conuersa paruum Cleomenis filium manu trahens conscendit: gubernatoremq; subito cursum dirigere iussit. Post q̄ in ęgyptum veniens Ptolemæum ab Antigono legatos suscipere, ac secum de conditionibus faciendis agitare cõperit: Cleomenem vero nuntiantibus quibusdam auduit: noluisse vocantibus ad pacem Achæis assentiri: q̄ matris causa iniussu Ptolæmei bellum finire non auderet: scribens ad eum iussit: ne quę Sparta digna essent, quæq; in rem suam conducerent facere cunctaretur: neue ob vnius anicułæ atq; infantis vnius causam, tantopere Ptolemæum formidaret. Inter hæc Antigonus Tegea occupata, Mantineam insuper, atq; Orchomenium diripuerat. Ita intra laconicos fines coarctatus Cleomenes seruis omnibus: qui minas quinq; atticas contulissent, libertatem proposuit: & per hunc modum quingentis talentis coactis, hominum dua milia ritu Macedonico armauit: quos Antigoni Argiraspidis opponeret. Inde ad opus maximum profecto atq; omnibus inexpectatum intendit animum. Megalopolis erat ciuitas: quæ nihilo Sparta minor aut viribus inferior, nullius imperio subdita in libertate degebat. Habebat autem ab Antigono atq; Achæis auxilia per id temporis missa: quum subsistens in Pleuris Antigonus, maxime vt ab Achæis vocaretur, optabat: quod tandem ad nitentibus præcipue Megalopolitanis est assequutus. Hanc igitur diripere Cleomenes statuens, quum nihil celeritate vtilius fore intelligeret: milites quinq; dierum coacta cibaria deferre iubet: ac totius exercitus robur in Sellasiam ducens, tanquam fines argolicos inuasurus, repente in Megalopolitanum agrum traiecit. Quũq; apud Rethcum positis castris milites cibum capere iussisset: confestim per Heliconem ducens, ciuitati admouit exercitum. Quumq; haud procul abesset: Pantheam cum duabus Lacedæmonum cohortibus præmittens, turrim quam defensoribus vacuam esse intellexerat, occupare iubet. Ipse vero cum cæteris copiis raptim subsequebatur. Verum Pantheas non modo præmonstratum a Cleomene locum, sed magnam quoq; murorum partem desertam comperiens, quæcunq; poterat loca præsidiis firmans: magnam murorum partem deiecit. Custodes autem quotcunq; obuios habuit interfecit. Interim aduenientes cum Cleomenes, antea quam id ciues sentirent, milites intra ciuitatem deduxerat. Ita vix tandem vulgata inter ciues calamitate, nonnulli rerum suarum quicquid in manus venerat asportantes fugiebant. Quidam vero sumptis armis, ad propellendos hostes ferebantur. Verum id frustra sæpius experti sunt. Fugientibus autem Cleomenes vim vllam afferri prohibuit. Itaq; vix mille in pugna cecidere. Cæteri vero cũ cõiugibus acliberis Messanam profecti sunt. Aliquot etiam ex his qui arma sumpserant, salute impetratã, viui in hostium manus deuenere: sed hi pauci admodum fuere: inter quos

Cleomenes ośa quę sub egerat breui spatio amisit.

Cleomenis vxoris interitus.

Cratisiclia Cleomenis mater.

Cleomenes seruis liber tatem ppo suit.

Pantheas.

Megalopolis capta a Cleomene

præcipui Lysandrides & Thearides: viri quum generis nobilitate, tum opibus atq; potentia in ciuitate principes habiti. Eos quum milites qui ceperant agnouissent: subito ad Cleomenem perduxere. Igitur Lysandrides procul adhuc Cleomenem conspicatus: magna ipsum voce cōpellans, in manibus tuis positum est inquit Lacedæmonum rex facinus omnium quæ vnq; gesseris præclarissimum ac præcipue rege dignū perpetrare: vnde etiam laudem ab oibus maximā conseq̄ris. Intelligens aūt eius mentē Cleomenes: qdnā hoc est rei Lysandrides ingt: an me ciuitatē vobis reddere censes oportere? Sane inquit idipsum tibi cēseo faciēdū: nec talē tāq; pclaram ciuitatē euertēdam: verū his implēdā viris: q socii tibi fideles atq; amici ppetuo sint futuri. qđ tibi pculdubio eueniet: si Megalopolitanis patriā restituens, ei⁹ populi saluator merito nūcupaberis. Post huius verba Cleomenes quum aliquantulum tacitus perstitisset: Per arduū est inquit huic rei cōsidere: sed vincat malo semper apud me glorię, q̄ vtilitatis cupiditas. Post hæc viros quos antea diximus, & cū his vna præconem suū Messanā dimisit: qui Megalopolitanis ciuibus nuntient: patriā his conditionibus ab se restitui: vt ab Achæis dissidētes, socii atq; amici lacedæmonioq; esse pergant. His tā benigne tāq; humaniter a Cleomene concessis, Megalopolitanos vti Philopœmenes non permisit: eos ab Achęis desciscere prohibens: & in Cleomenem calumnias iactitās. Aiebat enim ipsum non quo ciuitatem restituere vellet talia polliceri: verum vt oēs ciues captiuos habere possit. Hæc apud vulgus iactans Philopœmenes: Lysandridā & Thearidē Messana excedere iussit. Hic Philopœmenes inter Achęos facile princeps maximam apud omnes græcos gloriam adeptus est: vt seorsum de illo scribentes docuimus. Ea postq̄ Cleomeni sunt nūtiata: quum eatenus ciuitatem ab omni clade seruasset incolumem: vt ne minimum quidem a quoq̄ diripi passus esset: tunc ira exasperatus, fortunas oēs militibus diripiendas cōcessit: statuas vero & pictas tabulas quibus ea ciuitas abundabat, Lacedæmonē portari iussit. Vrbem vero locis pluribus ac maxima quęq; ædificia subuertit: quædam etiam iniecto igne cremauit. Inde propere Lacedæmonem reuersus est: veritus ne per eius Absentiam Antigonus Achæiq; Laconicam inuaderent. Verum illi nihil tale aggressi sunt: q̄ habendo concilio fuerant occupati. In eo quum Aratus de summa rerum dicturus pulpitū conscēdisset: chlamide circa faciem obuoluta diu tacitus atq; immobilis constitit: admirantibus cunctis, atq; vt loqueretur hortantibus, Megalopolis ingt a Cleomene deiecta corruit. His auditis, repente cōcio soluta est: omnibus tum facti magnitudinem, tum celeritatē admirantibus. Verū Antigonus siqua posset ratione tantę cladi auxilium ferre cupiens, militibus vt ad se conuenirent imperauit: q quum tardius ex hybernis accessissent: illis in agro vbi constiterant manere iussis, ipe nō multos secū milites ducens, Argos profectus est. Quapropter alteę Cleomenes cœptum de quo paulopost dicere aggrediemur, qdam temere atq; incaute susceptū arbitrantur. Verum id Polybius magno cōsilio summaq; prudentia gestum fuisse testatur. Nam quū Macedones p ciuitates in hybernis dispersos animaduerteret. Antigouū vero Argis cū amicis dūtaxat & mercenariis militibus admodum paucis hybernantem: in Argiuorum agros impetum fecit: eo consilio: vt vel per motum verecundia Antigonum ad pugnandum eliceret: vel in cāpum prodire non ausum, inimi corum, quos Argis habebat, calumniis obnoxium faceret. Quod sane haud aliter q̄ sperauerat accidit. Nam quum Argiuoę agrilate vastarentur: cunctaq; rapinis aut incendio perirēt: Argiui cōcursu ad ædes Antigoni facto, fūmis clamoribus poscebāt: vt vel ipse ad pugnā tutādosq; agros pdiret: vel si timore phiberet: saltem melioribus principatū cōcederet. Veę Antigonus vt peritū imperatorē decet, nō temere periclitari: nec suam sociorūq; salutē fortunę casibus credere volens: q̄q̄ multis pbris cōtumeliisq; lacessitus: tū immobilis in sua pstitit. Ita Cleomenes vsq; ad ciuitatis muros ducto exercitu: verbis quoq; grauioribus in hostes insultans, eodem quo venerat itinere retrocessit. Nec multo post quū Antigonum Tegeā profectū cōperisset: vt inde laconicū agrum adoriret: ipse diuersis itineribus a lęua exercitū ducēs, iterum Argis improuisus apparuit: atq; omnia late populatus, frumēta q̄ iam ad maturitatē vergebant oia vastauit: non falcibus aut gladiis ea metens: sed ingentibus lignis in frameæ formā fabricatis milites in itinere quasi ludentes vniuersa frumenta conterebant. Quūq; ad gymnasiū quod Cillaraniū dicit pueniss̄et. milites ignem tectis iniicere volentes a Cleomene sunt prohibiti: vt facile appareat: ipsum non sua sponte, sed iracundia exasperatū, ea quæ crudelius apud Megalopolim gesserat perpetrasse. Post hæc vbi Antigonū Argos redeuntem saltus oēs collesq; præsidiis occupasse cognouit: vt illum discessū prohiberet: quasi id nihil ad se ptineret contēnere simulans, missō pcone claues Hyrei ad se mitti postulabat: vt sacris deo peractis abire posset: atq; ita verbis hostes deludens, quū rem diuinā ante fores tē pli peregisset, in Phliunta exercitū duxit: atq; inde p̄fidio deiecto Orchomenium descendit: nō modo a riuibus suis, verum etiam ab hostibus magni consilii atq; animi vir, & maximis rebus dignus iudicatus: quippe qui vnius dūtaxat ciuitatis opibus frætus, contra Macedonum opes, contraq; Peloponēsios oēs bellū ita gereret: vt non solum belli cladibus intactos suos fines seruaret: sed vltro hostiles agros populatus, ciuitates etiam validissimas caperet, quod profecto nō mediocris & animi & virtutis esse cōstat. Sed qui primus pecunias rerū agēdarū neruos esse dixit: pcipue ad

Lysādrides Thearides.

Philopœmenes. Ante semp dicit Philopœmen. ga græce φιλοποιμην. Megalopolis diripit.

Pecunias rerū agendarum neruos esse.

res bellicas reſpiclés ea dixiſſe videtur. Nam & Demades iubẽtibus Athenienſibus deductas trirẽmes nautis militibuſq; cõplere: quum pecunias nullas haberent, oĩno pecuniis primũ ingt Demades opus eſt. Fertur etiã veterẽ illum Archidamũ Pelopõneſiaci belli principio cõſerẽda tributa in ter ſocios partiri iuſſum ac cõſtituere idẽ dixiſſe. At enim bellũ nõ mẽſurato atq; ad ordinẽ inſtituto veſcitur cibo, Sicut igiẽ bene exercitato ad labõris tolerantiã corpore Athlete ꝓcedente tẽpore q̃q; egregie arte inſtructos, atq; ad numerũ ſemouẽtes aduerſarios vel ipſo pondere grauatos ſuperant: pari ratione Antigonus multas diuerſis ex locis vires colligens bellũ facile tolerabat: ita demũ ſuccumbere Cleomenẽ neceſſe fuerit: cui vix tm̃ aderat facultatũ: vt cõductis militibus ſtipendiũ: ciuibus aũt victũ ſuppeditare poſſet: quũ alioq; domi ꝓſperius Cleomeni, q̃ Antigono reſſuccederent: Barbaris per abſcẽtiam regis occaſione inuenta, Macedoniã inuadentibus Illyrioq; enĩ qui Macedoniæ ſupeminẽt, nõ paruus exercitus Macedoniã populabũdus intrauerat: quoq; aduẽtu perterriti Macedones Antigonũ ex Peloponeſo reuocare cogebãtur. Q d̃ſi hęc paulo ante pugnã Antigono nuntiata fuiſſent: repente Acheos valere ſinens, in Macedoniã diſceſſiſſet: ſed quę maxime rerum humanarũ dominatur fortuna, breui admodũ ſpatio tpis, quas vires habeat, quã tũq; in rebus poſſit, oſtẽdit. Nãq; poſt cõmiſſam in Sellaſia pugnã, quũ & potẽtiam & ciuitatem Cleomenes amiſiſſet: ſubito nuntii ex Macedonia ſuperuenere: q Antigonum in patriam reuocabant. quę res miſerabiliorẽ etiã Cleomenis effecit calamitatẽ. Nam ſi biduo dũtaxat pugnã tergiuerſando diſtuliſſet: nihil oĩno pugnare opus fuerat: ſed abeũtibus Macedonibus qualẽcunq; liberuiſſet pacem cũ Achæis facere potuiſſet. Vere ipſe (vt antea diximus) ob pecuniaq; inopiã ſpem oẽm in armis habens, coactus eſt (vt Polybius refert) cum vigiti duntaxat milibus armatoq; aduerſus triginta milia hoſtiũ decertare. qua in pugna nullis ipſe piculis parcens: imperatorẽ ſeſe cũctis admirabilẽ præſtitit: ciuibus quoq; opam ſuam egregie nauantibus. qnetiã cõductos milites ꝓ armorũ qualitate, cõtra grauẽ phalangis armaturã nõ ſegniter aut abiecte pugnaſſe cõſtat. Phylarchus aũt ꝓditionem quoq; huic pugnæ interceſſiſſe teſtatur: quæ maxime Cleomenis opes fregit. Nam Antigonus Illyricos & Acarnanes clãculũ ex acie ſubductos cornu, cui frater Cleomenis Euclides præerat, ex aduerſo circunuenire iubet. Verum Cleomenes ex ſpecula quadã Antigoni exercitũ diligentius intuens, quũ Illyriorũ atq; Acarnanũ arma nuſq; conſpiceret: veritus vt res erat, eos ab Antigono in inſidias miſſos, Demotelem ad ſe vocatũ iubet: vt clanculũ & ipſe ex acie diſcedens oĩa circũquaq; loca, prẽſertim vero a tergo ſpeculetur. Is iam antea ab Antigono pecunia corruptus, quum mandata negligenter exequutus eſſet: recte ſe habere cuncta ad Cleomenem refert. Ipſe igitur his tm̃ qui ex aduerſo in acie ſtabant ꝓfligandis intentus cum Spartiatarũ globo in Macedonũ phalangẽ inuehitur: referẽtibus pedẽ acriter inſtans. quos fugiẽtes quũ ſtadia pene quinq; inſequutus eſſet: Euclidem in altero cornu vt diximus pugnantẽ ab inſidentibus circunuẽtum animaduertit: atq; ad eum cõuerſus: Cede ingt, cede chariſſime frater Spartiatum pueris mulieribuſq; perpetuo celebrande: atq; oĩbus qui pro Euclide pugnabant interemptis, quũ victores hoſtes aduerſus Cleomenem ruerent: animaduertẽs milites ſuos timore turbatos nuſq; conſiſtere audere: fuga ſibi ſalutem quærere coactus eſt. Fertur in ea pugna magnum conductorũ militum numerum cecidiſſe: Spartiatas autem ducentos duntaxat ſupfuiſſe cædi: quũ ad ſex milia in acie cõſtitiſſent. Poſt eam pugnã quum ſe in vrbem reciperet Cleomenes: obuiã factos ciues admonebat: vt Antigonũ in ciuitatẽ ſuſciperẽt: ſe vero quod optime Sparte futurũ arbitraretur aut viuendo aut moriẽdo facturũ eſſe dictitabat. Quũq; mulieres iis q ſecũ e pugna cõfugerãt, obviam factas, arma eximere atq; ad reficiendum corpus potum præbere conſpiceret: ipſe quoq; domum ſuam ingreſſus eſt: quumq; ad eum puella quam Megalopoli ductam poſt vxoris mortẽ apud ſe habuerat, accurriſſet: velletq; labore fatigatum reficere: ipſe neq; ſitiens bibere: neq; feſſus arma deponere voluit. Verum vt erat thoracem indutus, altera manu columnam ex trãſuerſo cõplexus illiq; innitens facie ſupra cubitum depoſita parumper corpore quicuit. Mente autem per varia conſilia diſcurrens, quum plurima ſecum agitaſſet: tandem conuocatis amicis, in Gytheum deſcendit: atq; inde naues iam pridem ad hos caſus paratas via omnes cõſcendentes abierunt. Inter hæc Antigonus Spartam inuectus, ciuitatẽ occupauit: ac ciues humaniter benigneq; alloquitur: nihil eis de priſtina dignitate minuens, & omnem iniuriã contumeliamq; ab eis phibens, legibus ſuis & inſtitutis vti cõceſſit. Quũq; diis ſacra feciſſet: tertio poſtq; venerat die ex vrbe diſceſſit: q iam nuntios accepiſſet Macedoniam a barbaris incẽdio rapinaq; vaſtari. Iamq; cũ aduerſa dẽphenderat valetudo: quę ad phthiſin nõ paruo catarrho pmiſtam trahere videbatur: non minus tamen ob hoc domeſticas clades illatas vlciſci ꝓperauit: donec maxima potitus victoria, & Barbarorum ingenti numero interfecto, vt generoſum regẽ decebat, clariorem mortem obiret. Nam Philarcus in media pugna, quũ clamore pectus rupiſſet, expiraſſe tradidit. Quidam vero poſt victoriam lætitia elatum cum ingenti voce exclamaſſet. Olatum pulchrumq; diem: repentina febre correptum, quũ diſruptis venis ſanguis abũdantius flueret, ſuffocatum interiiſſe: atq; hęc de Antigono dixiſſe ſufficiat. Interea Cleomenes Citheris diſcendẽs, atq; inſulã alteram

Fortũa regũ humanarũq; maxima dñatrix.

Cleomenes Spartã deſerens abiit. Cytheum. Antigonꝰ Spartam occupat.

Antigoni. mors.

præteruectus, Ægialiam tenuit. Quũq; Cyrenem pficisci statuisset: amicorum quidam Tiricion nomine, vir quũ in rebus agẽdis prudẽs, tũ in periculis obeũdis celso atq; inuicto aĩo, verũ paulo iactantior & suaꝫ virtutũ ostentator: Is igitur secreto aduocatũ Cleomenẽ huiusmodi verbis allo quutus est. Pulcherrimam sane o rex ingt in pugna moriẽdi occasionẽ amisimus: q̃q̃ plurimi nos iactantes audierint: nunq̃ fore: vt nisi mortuũ Spartiatarum regem Antigonus superaret Nunc igitur altera nobis moriẽdi prębetur occasio: supiori qdem & gloria & virtute secũda. Quonam enim quæso nauigamus fugiẽtes qđ in manibus adest: vt lõge posita psequamur! Si eni forte turpe nõ est ab Hercule oriundos Philippi Alexandriq; successoribus seruire: longe pfecto nauigationi parcere potuimus in Antigoni manus nosmet dedentes: quem Ptolemæo tanto præstantiorem esse putandum est: quãto Macedones ægyptiis præstare creduntur. q̃ si eos qui nos armis superarunt, nobis dominari indignũ ducimus: cur eum qui non vicit dominum volumus nobis imponere: duo nobis merito obiici possint: & q̃ Antigonũ fugiamus: & q̃ assentari Ptolemæo inducamus aĩm? An forte matris tuæ causa in ægyptũ eundum censebimus iocundum illi futurum spectaculũ: quum inter Ptolemæi mulieres ostendet filium ex rege seruũ, & exulem factum! Cur nõ potius dum nostroꝝ ensiũ dominamur, adhuc patriam intuẽtes tãtas liqmus calamitates: vt inter eos numeremur: q̃ Sellasia p Sparta pugnãtes occubuere! Anpotius in ægypto S ede bimus interrogantes: quẽ Spartæ satrapã Antigonus pfecerit! Talia dicẽti Tiricioni in hunc modum respondisse Cleomenem ferunt: Inter humana oĩa facilimũ, quodq; oĩbus maxime in promptu, est mortem pfequens, fortis esse nõnullis fortasse videreris: quũ re vera turpior hæc quam tu laudas fuga sit: tũq̃ quũ nuper ex pugna pfugimus. Nam multi sępe meliores nobis sese hostibus dedidere: quũ aut in aduersam fortunã incidissent: aut alia vi quadã cõpulsi id agere cogerẽtur. Qui vero labores, aut ærumnas, aut ignominiã supra modũ formidat: is a sua mollitie superari se non animaduertit. Oportet eni sponte cõscitam mortẽ, nõ fugã negotioꝝ, sed actionem quãdam esse. Turpe est eni sibi soli viuere ac mori: ad qđ tu pfecto nos cohortaris, pperans præsentes calamitates effugere: quum tũ hanc mortem nihil honestum aut vtile sequatur. Ego autẽ & te & me simul oportere arbitror ea quæ de patria adhuc sperare licet non relinquere: vbi vero oĩ spe destituti erimus: facillime quãdocunq; libuerit mori poterimus. Ad ea nihil respõdens Tiricion: vbi primũ e cõspectu Cleomenis discedere potuit: ad litus descẽdẽs seipsum iugulauit. At Cleomenes ab Ægialia discedens, Libyæ applicuit: & regiis famulis comitatus Alexandriã profectus est. Ibi quũ primo in cõspectum regis venit: cõmuni atq; erga cæteros consueta humanitate exceptus est. Post vbi virtutis suę indicia pferens, maxime consilii vir esse apparuit: & in quotidiano sermone laconicam integritatem gratiæ cuidam liberali pmistam seruans: ingenuitatemq; haud quaq̃ supbã: nec rursus ppter fortunæ mutationem abiecto aĩo, aut nimis humili conspectus a rege: longeq; melior iis q̃ ad voluptatẽ atq; assentationẽ oĩa loquebãtur iudicatus est. Itaq; vehemẽter puduit regẽ: q̃ talem virꝝ auxilio destitutũ opprimi ab hostibus passus esset: q̃q̃ Antigono tanta gloria tantaq; poręitia augeri præbuisset occasionẽ. Illũ itaq; maiori honore atq; humanitate cõplectẽs, pollicitus est viroꝝ pecuniarũq; auxilia daturũ: vt cum his in Græciã veniens amissum regnũ recuperare possit. Tunc vero talentorũ viginti quatuor stipendium singulis annis dari constituit: quibus sibi amicisq; sumptus abunde poterat suppeditare. Verum Cleomenes magnam eius pecuniæ partem in his qui ex Græcia profugi in ęgyptum veniebant adiuuandis consumebat: & senior quidem Ptolemæus anteq̃ Cleomeni promissa persolueret, vita functus est: & post eius obitum, regia in multam lasciuiam luxumq; plapsa, nimiamq; in mulieres cõuiuiaq; intẽperãtiam, solitus quoq; erga Cleomenẽ cultus destitui cœptus est. Ipse enim rex mulierum viniq; cupiditate vsq; adeo corruptus tenebatur: vt quum maxime sobrius & seriis rebus peragendis intentus esset: inter præcipua opera poneret bacchanalia celebrare: ac manu tympanum gestãtem amicos in regiam ad ea pagenda cõuocare. Summis aũt regni rebus administrandis prędrant Agathoclia regis amasia: eiusq; mater: prędterea Inanthus regiarũ pellicum gubernator. attamen quum primo regnũ accepit: Cleomene indigere visus est Timẽs eni fratrẽ natu maiore Ptolemęus: q̃p matrẽ plurimũ apud milites posse videbat: eius interficiendi cõsiliũ iniit: atq; inter cõsulatores intimos Cleomenẽ adhibuit: q̃ solus, cęteris cõsiliũm regis probãtibus, obuiam ire, ac tũ facinus phibere ausus est: afferens regẽ potius oportere p salute rex suarũ nouos, si fieri potest, fratres cõparare: q̃ eos quos habeat interficere. Inter amicos regis q̃ plurimum authoritate posset Sosiuius erat. Is quũ aliquãdo regi diceret: non tuto se posse mercenariis militibus credere: quoad frater ille maior in vita superśit: adsistens Cleomenes, nihil est quod rei causa timeatis in quit: mihi enim super tria milia sunt clientem atq; hospitum in peloponneso: qui omnes (si modo annuero) præsto cũ armis aderũt. Hæc oratio tum qdem ẽ Cleomeni beniuolẽtię fidem, & potẽtiæ cõprobationem apud regios hoies præbuit: posteriori vero tpe quũ Ptolemęi mollities in dies augescerẽt: timor quoq; simul augeri cœpit: qđ in talibus rebus accidere oportet. Vbi enim summa rerũ omnium

Tiricionis ad Cleomenẽ oratio.

Cleomenes qđ Tiricioni fugã suadẽti respondẽrit.

Tiricion se ipsum iugulauit.

Sosiui⁹ Ptolemæi regis amicus.

negligentia oboriturꝫ ibi timorem quoqꝫ & in maxima etiam securitate diffidentiam oboriri ne-
cesse est. Hæc igitur formidabilē cultoribus aulæ regię Cleomenem reddidit: quem tantū cliētibus
atqꝫ hospitibus posse intellexerant. Itaqꝫ plærique audiebantur querentes: nō recte satis leonē hūc i-
ter pecudes versari. qđ verissime dictum iudicabit: siquis domus regię mores ītuea-t. Itaqꝫ naues &
exercitum petēti cōcedere Ptolemæus noluit. Quum obiisse Antigonū Cleomenes audisset: Achę-
os aūt ætolico bello implicitos teneri: existimans rem cōditionē ipsum exposcere: domūqꝫ reuoca-
re: dum tanta rem varietate oīs agitaretur Peloponesus: a rege petere instituit: vt soli cū amicis abi-
re liceret. qđ etiam īpetrare nequaq̄ potuit: quū regis alloquēdi potestas non eēt: qui assiduo inter
mulieres choreis & cantibus intentus vitā duceret. Sosiuius autē qui summæ rem præerat, varia se-
cum agitans: arbitrabatur Cleomenem contra voluntatem suam illic detentū intractabilē metu
endumqꝫ fore: dimissum vero nihilominus timendū: qꝫ esset vir audax & magnis rebus gerēdis ido-
neus: regiæ præterea domus imbecillitatē morbosqꝫ optime noscet: neqꝫ enim munera illius aīum
flexerant: sed veluti sacet taurus, q̄q̄ abunde intra parietes nutritus, insummis delitiis habeat, ma-
gis tamē cōsuetā vitam exoptat: & currendi saltandiqꝫ desiderio tenet: & sacerdotum attrectatio-
Nicagoras Messenius. nem nō facile sustinēs, ipsis etiam sese terribilē præstat. Eodē modo delitiæ mollitiesqꝫ regiæ haud
quaq̄ Cleomeni placebant: sed vt de Achille scribit Homerus. Tabescebat animo in otio perma-
nens: & tumultū clamorēqꝫ bellicū exoptat. Inter hæc Nicagoras Messenius Alexandriā appulit:
vir quidē Cleomeni infensus: verū illi amicum esse simulās. Is quum agrū pulcherrimū iam pridē
Cleomeni vendidisset: pretium nunq̄ acceperat: qꝫ Cleomenes in belli sumptibus oēm pecuniam
absumpserat. Huic igitur nauem egredienti Cleomenes quū forte iuxta portum deambularet oc-
currit: & salute data atqꝫ accepta, quænā illum causa in ægyptum adduxisset interrogauit. Quū il
le pulcherrimos equos & bello maxime idoneos aduexisse respōderet: subridēs Cleomenes: mallē
inquit Mimos & Cynędos attulisses: hæc enī maxime nunc regem delectant. Quo audito risu cō-
Cleomenē Nicagoras detulit. motus Nicagoras abeo discessit: nec multopost rursus Cleomenē cōueniēs, nunc inquit quū om-
ni molestia voces, debitum mihi soluere decens est: nisi forte nimia tributorum pēsione grauaris.
Tum Cleomenes, atqui nihil omnino mihi supest inquit: eorum quæ dedisti. His verbis commo-
tus Nicagoras, Cleomenis in regem dictum ad Sosiuiū detulit: qđ ille iocūde se accipere simulans,
iam tum Cleomeni insidias machinari cogitauit: verum maiori occasione regem aduersus Cleo-
menem incitare volens, Nicagoræ persuasit vt discedens epistolam aduersus Cleomenē scriptam
relinqueret: qꝫ statuisset exercitu nauibusqꝫ a rege acceptis Cyrenē occupare. Hac pscripta epistola:
Cleomenes carcere iclu sus. Nicagoras nauigauit. At Sosiuius post dies quatuor quasi nuperrime acceptam epistolam ad Pto-
lemæū deferēs, verbis q̄maxime potuit. adolescentis animum in Cleomenē cōcitauit. Inde cōmu-
ni consensu statuerunt: in magna quadā domo Cleomenem includere: vbi in cæteris suo more vi
uendi licentia perfruens, exitu tantum prohiberetur. Erat hoc sane Cleomeni permolestum: sed fu
Ptolemæus Chryserini filius. turi mali timor ipsum magis angebat. Erat inter amicos regios qdam Chryserini filius Ptolemæ-
us nose: plurimū amicitia apud regē porēs: is antea libēter cōgressu colloquioqꝫ Cleomenis vtens
magnā secum ob diuturnā cōsuetudinē familiaritatē cōtraxerat. Is igit a Cleomene accersitus, ad
colloquiū venit: suspitionē eius quoad poterat verbis exrenuās: & regias accusationē pferēs. Inde
post lōgū sermonē discedēs Ptolemæus, nō aīaduertit Cleomenē iter amicos vsqꝫ ad ianuā domus
se psequētē. Quapropter custodes grauiter obiurgās arguebat: qꝫ tā vasta belluā, tāqꝫ custoditu dif
ficilē, adeo negligēter custodirēt. Ea verba quū audisset Cleomenes: priusq̄ Ptolemæus animaduer
teret, retrocedens, oīa sicut acta fuerāt ad socios retulit. Cuncti igit omni quā antea habuerant spe
destituti, atqꝫ ad iracundiā concitati, quonā pacto Ptolemæi iniurias vlciscerent, cōsultabāt: vtqꝫ
mortē rebus gestis & Sparta dignā obirent, nec expectarent quoad velut piguefacta victimę apd
aras mactarent. Neqꝫ enim tolerādum videbat: Cleomenē qui oblatas ab Antigono forti & belli-
coso viro cōditiones repudiasset: tunc otiosum mitrari regis cessationem ab aliis muneribus expe
ctare: quoad scilicet tympanum deponere, & finere Thiasum eos iubeat: quos ad se interficiēdum
mittere velit. Postq̄ igit tali consilio sibi agenda statuerūt: quū forte Canopū secessisset Ptolemæ?:
primo quo pacto e custodia euaderent cōsiliū inierunt. Erat apud Ægyptios reges cōsuetudo: vt q
interficiendi causa in custodia tenebantur, pridie q̄ interficerent: cœnā & munuscula quædā ex re-
gis aula missa acciperent. Ea munera Cleomenis amici clanculum magnitudine & splēdore aucta
intulerunt: carceris custodibus deceptis: qui illa a rege missa arbitrabant. Eoꝫ munerū magnā par
tem Cleomenes corona superimposita custodibus donauit: & ipse cū amicis accūbens spectātib?
illis epulatus est. Fertur autē citius aliquātulo q̄ statuerat negotium susceptisse: qꝫ familiarē quendā
huius rei cōscium cū muliere quā amabat extra carcerē tunc esse cognouit. Veritus igit ne per ip-
Cleomenes carcere egressus. sum res patefieret: quū iam meridies aduenisset: & custodes vino grauatos capere somnū animad-
uerteret: indutus tunicā, clamyde vero circa finistrā obuoluta, vna cum amicis eodē modo instru-
ctis e carcere exiluit. Erant aūt omnes numero tredecim: inter quos Hippitas quū esset altero pe-
de claudus, primo quidē impetu vna cū reliquis carcere egressus est. Postq̄ vero sui causa socios tar-

dius progredientes agnouit: iussit vt se ptius interficiẽtes abirent. neq; enĩ æquũ esse tantæ rei agẽ de occasionem ob vnius inutilis viri salutẽ amitti. Forte ciuis qdam ante carceris fores equo vehebatur: huic equo Cleomenis socii Hippitã, priore eqte deiecto, ipsi fuere. Inde per vicos plateasq; discurrentes, ciuiũ multitudinem ad libertatem vocabãt: quibus tm̃ duntaxat roboris inerat: vt Cleomenis virtutẽ atq; audaciam admirãtes laudarent: sequi vero aut auxiliũ ferre nemo auderet. Quũ igitur Chryserini Ptolemæũ e regia forte veniẽtẽ offendissent: in eũ facto impetu, tres Cleomenis socii obtruncant. Inde alterũ Ptolemæum qui custodiẽdæ ciuitati præfectus erat, curru ad uersus eos veniẽtẽ dissipatis comitibus & in fugam versis detractum e curru interficiunt. Post hæc ad arcem ciuitatis iter dirigunt; carcerẽ qui prope erat refringere meditati: vt eorũ qui illic detinebãtur ad rem peragendã opera vterẽtur. Sed custodes carceris tumultu audito, fores anteq; eo puenirent clausas munierãt: ita vt id quoq; cœptũ irritũ caderet. Tunc incertus consilii Cleomenes, huc illuc errabundus ciuitatẽ peruadebat: & nemine ad ferendum auxiliũ procedẽte, sed ob timorem ab eius cõspectu fugientibus cũctis, Nihil mirum est inquit: si talibus viris qui libertatem negligunt, mulieres etiam dominanẽ. Inde ad amicos cõuersus hortabatur: vt rebus antea gestis dignam mortem oppetere vellent. Et primus quidem Hippitas ab adolescente quodã, quũ id ab eo petisset, vulneratus interiit. Post hunc alios; quisq; pmpto atq; intrepido animo seipsum iugulauit: præter vnum Pantheum: qui primis in occupanda Megalopoli murũ cõscenderat. Hunc forma corporis insignem & cõsilio ac robore præstantem vehemẽter amauerat Cleomenes: & tũc ei pręceperat: vt nõ antea sibiipsi manus afferret: q̃ se ac cæteros oẽs mortuos conspexisset. Omnibus igitur iam humi prostratis, accedẽs Pantheus singulos; corpora pugione perfodiens scrutabatur: ne quis forte viuens eum lateret. Post q̃ vero cæteris tentatis solus intẽtatus restabat Cleomenes: ad eũ quoq; accedens pedis plantam pugione pcussit. Quũq; illum facię ad ictum vertisse cõspiceret: ppius accedens atq; exosculatus, iuxta cõsedit. Post vbi illũ quoq; expirasse cognouit: eius cadauer circũpletus seipsum iugulauit. Cleomenes igitur cũ annos sexdecim Spartæ regnasset: vir qualẽ antea diximus: in hũc modum vita functus est: Fama igitur huius rei p vrbẽ diffusa Cratisiclia q̃q̃ ingẽtis generosi; animi mulier, ad tantę calamitatis nuntiũ mente excidere visa est. Itaq; Cleomenis paruos filios circumplexa, eiulatu ingẽti Cleomenẽ deplorabat. Verũ ex pueris qui natu maior erat summas ædiũ partes cõscẽdens, neminem tale aliquid suspicante, seipsum e tecto pręcipitauit: & q̃q̃ tali casu grauiter afflictus esset: nõ tñ interiit: verũ sese alleuans ingenti gemitu querebat q; tãros dolores morte finire nõ potuisset. Quũ hęc Ptolemæo nuntiata essent: Cleomenis corpus pelle nudatũ sublime appẽdi iussit: filios aũt eius ac matrẽ cæteraq; mulieres interfici: iter quas erat Pãthei de quo antea diximus vxor: coporis forma, & virtute aĩ pclarissima: quę quũ primo cõnubii tpe vix; supra q̃ dici potest adamasset, nũq̃ ob fortunę varietatẽ qcq̃ de illius amore mutauerat. Ea igitur; quũ virũ e patria discedere velle intellexisset: vna secũ enauigare volens a parẽtibus phibita, atq; in custodia detẽta fuerat. Vex paulo post quũ equũ & aliquãtulũ pecuniæ clanculũ parasset: noctu e ciuitate discedẽs celeriter Tęnarũ peruenit. Inde nauẽ quę Ægyptũ petebat cõscendens ad vix; puenit: cũ quo moderate fortunã exilii pferens hilariter iocundeq; vitam duxit. Hęc igit quũ vna cũ Cratisiclia ad suppliciũ traheret: illã manu deducens & peplum subleuãs, bono aio esse hortabatur: quæ & ipsa ad mortẽ intrepida, nihilq; aio deiecta, vnũ duntaxat ministros rogabat: vt antea sibi mori liceret: q̃ pueros interfectos intueret. Post q̃ vero ad supplicii locũ deuenere: ministri pueros primũ spectãte Cratisiclia, subinde ipsam quoq; interfecerũt: cuius in tãtis calamitatibus hæc vna vox audiebat: quonã o filii ab istis! Sola iam Panthei superat vxor: quę robore & pceritate corporis præstãs, mulieribus quũ morerenẽ, vestes circa corpus (ne turpiter iacerent) tacita ac sine gemitu cõponẽs, egregie singulis p rerũ cõditione suam operã prę stitit. Ea igit quũ se solam supesse aĩaduerteret: seipsam quo mori volebat habitu cõponens: neminem ad se accedere: aut corporis partẽ aliquã prętet iugulũ nudã aspicere passa est: ac mortẽ fortissimo etiã viro dignã obiit: quũ a nemine post mortẽ, corpus velari: aut alio pacto cõponi petisset. Quippe quũ moriẽs eum ornatũ atq; id velamẽtum corpori prętẽderat: qd viuens sua cõstantia atq; in regritate cõparauerat. Lacedæmoniorũ igitur mulierũ tragica (vt ita dixerim) in extremis tẽporibus cũ viris certatio virtutẽ a fortunæ iniuriis tutã atq; inuiolabilẽ esse declarat. Post dies vero nõ multos accidit: vt qui Cleomenis corpus cruci affixum seruabant, nuntiarẽt sese draconẽ pmagnũ vidisse: q̃ cadaueris corpus circũplexus, ita illius faciẽ regebat: vt nullã auẽ ad eã depascẽdam accedere pateretur. Qua de causa reuerẽtia quędam & diuinitatis opinio regi accessit. Igitur mulieres sacra quædã ad expiãdũ facinus instituere, q; vix; diis amicũ supraq; humanã sortẽ aliqd habẽtẽ iterfecissent. Paulatĩ inde ĩ vulgus huius rei fama pcrebuit. Itaq; cõcurrẽtes ad eũ locũ Alexãdrini ciues, heroẽ fuisse Cleomenẽ & deorũ filiũ, prędicabant. Nec antea huiusmodi cessauit opinio: q̃ a sapiẽtibus viris huius rei causa ꝓdita est. Tradũt enĩ sicut ex bobus apes, ex equis fuci, ex asinis crabrones generãtur: ita humana corpora, & præsertim medullas, humoręq; ex eis pfluentem, serpẽtes pducere. Itaq; non absq; ratione pmoti antigores heroibus draconem cõsecrarunt.

Ptolemæus Chryserini obtrũcat? Ptolemæus vrbis prę fectus interficitur.

Cleomenis & socio; fibi consci ta mors.

Cleomenis filius se e tecto pręcipitauit.

Cratisiclię Cleomenis matris & filio; ac fœminar; Spartiatar; mors.

Cleomenẽ heroẽ fuisse creditũ ẽ. Draco quur heroibus cõsecratus.

¶ TYBERII ET CAII GRACCORVM VITA EX PLVTARCHO GRÆCO PER LEONARDVM ARETINVM IN LATINVM VERSA.

Tyberius Gracc⁹ bis cōsul. Cornelia Aphricani filia: Tyberii Græcci bis cōsulis vxor.

Eagide & cleomene q̄ dicenda fuerūt supius enarratis, nūc in Romanorū partēnō miroresharitura casus, Tyberii: & Caii Graccorū historiā opponem⁹. Pater his fuit Tyberius Graccus: cui q̄q̄ duobus cōsularibus, duobusq; triūphis, & insuper cēsurę gloria insigni, multo plus tñ ex virtutibus eius q̄ ex magistratubus atq; honoribus aderat dignitatis Itaq; Corneliā Aphricani eius q̄ Annibalē superauit, filiam, licet nō amicus, sed aduersarius in rep. foret, vxorē habere meruit: quā vsq; adeo dilexit: vt duobus in lecto anguibus cōprehēsis, quū aruspices eius rei gratia acciti, nec ambos qdē interfici, nec dimitti ambos permitterent: sed si masculus necaretur, Tyberio: si fœmina, Corneliæ mortem portendi affirmarent: ob amorem vxoris & simul q̄ maiori natu præmoriendum sibi arbitrabatur, masculo angue necato fœminam emisisse: atq; ita vt aruspices prædixerant, non multo post ipsum interiisse ferunt: duodecim filiis ex Cornelia relictis. Cornelia vero puerorum atq; domus cura post mortem viri suscepta, eum amorem erga filios, eamq; diligentiam ac magnitudinem animi præstitit: vt non male consuluisse Tyberius videretur: pro tali vxore morte prærepta. Nam & Ptolemæi regis nuptias respuit: quum ille regni & diadematis cōi cationē offerret: & in viduitate perseuerans, cæteris pueris amissis, vnam ex filiabus quæ Aphrica nominori postea nupsit, & duos ex filiis de quibus hæc scribimus, Tyberiū & Caiū superstites sic splendide educauit: vt quū magnitudine indolis cæteros omnes Romanos sine controuersia anteirent: doctrina tñ q̄ natura prœualuisse videantur. Quū vero in pollucis & Castoris imaginibus, picturisq; dissimilitudines quędā inter pugilem & cursorem in ipsa eoꝝ similitudine appareāt: sic istoꝝ adolescentium dum ad liberalitatem, tēperantiā, intelligentiam, & magnanimitatē similiter feruntur, magnę in administratione reip. & in cæteris rebus vel prosperis vel aduersis dissimilitudines apparuerint: nō alienū existimo eas prœmittere. Tyberius igitur vultu & aspectu & motu corporis mitis ac placidus erat: Caius aūt vehemēs & ingētis spiritus. Itaq; Tyberius locū pulpuri, in quo ascendēs constiterat, honeste decoreq; in dicendo seruabat. Caius primus Roma. per pulpitū ambulasse: & togam ab humeris dissoluisse dī: vt de Cleone Athenienſi scribūt primū cōcionatorum rescidisse inuolucrū pallii: & coxam percussisse. Sermo aūt erat Caii qdem terribilis, & ad indignationem promptus: Tyberii vero dulcis, & ad miserationē aptior. Oratio prætereā in Tyberio dilucida & plane elaborata: in Caio efficax & redundans. Eodē modo in victu & mensa Tyberius facilis & modicus: Caius si ad alios cōparetur, cōtinens austeruſq; si vero ad fratrē: sumptuosus & nimius. Obiectū est ei ab inimicis: q̄ delphines argenteos emisset pro singulis litris mille ducentarum quinquaginta drachmaꝝ. Mores itē eodem mō vt de oone ostendimus: Tyberius mitis & placidus: Caius acer & vehemēs: vt sæpe in dicendo ira efferri, & ad iurgia ac maledicta irritari, oratiōnēq; turbare cōsueuerit. Itaq; huius excessus remediū machinatus, Liciniū quēdā haud insulsum seruū post se in pulpito collocabat: qui quoties exasperari, ac longius ob iram protrahi vocē senti ret: vocali organo, quo notas deducere solent, mollem emittebat sonum: quo ipse admonitus & quasi ex certamine reuocatus vehementiam illam atq; contentionem nimiā remittebat. Dissimilitudines quidē igitur inter eos tales erant. Audacia vero in hostes: iustitia in subditos: diligentia in magistratibus: abstinentia, & integritate iuxta insignes. Ætate nouem annis Caium Tyberius anteibat: quæ res potentiam eoꝝ diuisam temporibus nec in vnum robur concurrentē facilius labefactari permisit: magnumq; ad res gerendas sublato mutuo auxilio attulit detrimentum. Seorsum

Tyberii & Caii descriptio. Caius gracchus Romanoꝝ prim⁹ per pulpitū ambulauit.

igitur de vtroq; dicendum est: ac primo de Tyberio qui prior fuit ætate, Ille igitur statim a pueritia ita clarus atq; insignis fuit: vt confestim in collegio augurũ sit receptus ob virtutẽ magis q̃ ob nobilitatẽ. Ostendit vero Appius Claudius vir consularis atq; cẽsorius: princepsq; senatus: & magna per id tempus authoritate excellens. Nam quũ augures vna cœnarent: compellans Tyberiũ, eiq; gratulatus, filiæ nuptias obtulit: quas quũ adolescens læto animo susciperet: sponsione sic facta, rediens domũ Claudius, ab ipsa ianua statim vxorẽ Antistiã magna voce appellans, Claudiã viro se spopondisse nũtiauit. At vero Antistia stupens, Quid hoc festinationis est inquit? Nũ ædepol Tyberiũ Graccũ illi sponsum tradideris? Nec sane me fugit hæc quę modo dixi nonnullos de Gracco patre & Aphricãno tradidisse: sed plures ita tradũt vt nos scripsimus: & Polybius post mortem Aphricani nupsisse Corneliã Gracco affirmat ex sententia suoq; prælato: vt a patre innuptã indesponsatãq; relictã. Prima Tyberii militia sub minori Scipione in Aphrica fuit: in qua quum ipsi duci contubernalis esset: natura ipsius celeriter cognita, & ad imitationẽ virtutũ traditus, con festim modestia atq; fortitudine cæteram iuuentutẽ egregie superauit: primusq; omnium murum hostium cõscendit, vt Fannius testatur: qui se quoq; vna cum Tyberio ascendisse, atq; eius muneris participẽ fuisse ait. Itaq; & præsens exercitui plurimũ charus fuit Tyberius: & abiens desideriũ sui apud milites ingẽs reliquit. Post hanc militiam q̃stor Romæ creatus, cũ C. Mácino consule viro haud quaq̃ iprobo, sed tñ ignauissimo oĩum Romanoq; ducũ, cui sorte euenerat, cõtra Numantinos pfectus in grauibus aduersisq; casibus non solũ ingeniũ ac magnitudo animi eius emicuit: verũetiã q̃d mirabile est, incredibilẽ erga iperatorẽ suũ reuerẽtiã seruauit: quũ ipse consul præ magnitudine calamitatũ nec se quidẽ eẽ cõsulẽ meminisset. Victus enĩ ingentibus pręliis tẽtauit nocte aufugere: quod vbi hostes cognouerũt: occupatis ppere castris & fugientẽ exercitũ persequuti, extremisq; eoq; cæsis, reliquis vero circunuentis & in loca inuia compulsis, eo rem perduxere: vt consul desperatis rebus, caduceatorẽ ad petendã pacẽ hostibus mitteret. At ille se credere nemini pterq̃ Tyberio asserentes, vt ipse ad eos mitteretur postularũt. Hoc vero quũ ipsius Tyberii fama, q̃ apd hostes quoq; peruaserat, tum etiã Gracci patris memoria faciebant: q̃ aduersus Iberos bellũ gerẽs pacẽ cũ Numantinis firmauerat: eãq; sp apud populũ recteiusteq; defenderat. Missus igitur ad hostes Tyberius partim suadẽdo, partim recipiendo, fœdus firmauit: acp eũ modũ. xx. milia Romanoq; ciuiũ absq; auxiliariis & aliis qui extra ordinẽ sequuti erant, seruauit. Quũ vero inter cæterã pdam quã hostes captis diripuerant castris, tabulæ quoq; Tyberii, rõnes q̃stura cõtinentes, amissæ fuissent: recordatus eaq; Tyberius, ac plurimi faciens eas secũ deferre, hostibus iam domũ reuersis, cum quatuor familiaribus Numantiã profectus, ac iuxta vrbem consistens principibus Numantinoq; ad se vocatis, rogauit vt sibi tabulas reddi iuberent: ne inimicoq; calumniis obnoxius fieret: si rõnem administratorum reddere nequiret. At numantini occasionẽ sibi præstitã lętati, ab eo postularunt: vt vrbem introiret: deliberabundũq; adeuntes, ac manu prensantes orabãt: ne se amplius hostes, sed amicos putaret, fideretq; Visũ ẽ igit̃ sibi, vt vrbẽ itraret: quũ tabulaq; recuperandæ gra, tum ne diffidẽtia hostes irritarent. Ingressus itaq; vrbẽ primũ cõuiuio liberaliter accept⁹ deinde tabulę restitutę: data insup ei ptãs: vt qcqd vellet arbitratu suo ex pda deferret. nihil pter tura sacrificii cã parata assũpsit. Vbi vero Romã rediit: ac fœdus iudicio o ium velut dedecus Romãi nominis iprobaret: cẽsẽtib⁹ cũctis vt more maioq; in bello aduersus Sãnites olim seruato, cõsul cũ q̃store ac tribunis militũ nudi hostibus traderent: milites quoq; plęriq; ex plebe Romana erant, ad Tyberiũ cõcurrẽtes, & fœda ipsa in cõsulẽ, salutaria vero & in ipsis malis remedia in Tyberiũ referentes, tandẽ effecerũt: vt Tyberii gra, q̃ apud Popu. Roma. maxima erat, cæteris quoq;, pter vnũ Mancinũ, parceret. Videt ãt & Scipio Aphricanus potẽs pid tps in repub. Tyberio ad salutẽ pfuisse: sed nihilominus aduersus Scipionẽ q̃relæ iactabãtur: q nõ &. C. Mancinũ consulẽ seruasset: q fœdus Numantinũ per hoiem sibi familiarẽ & affinẽ firmatũ iprobari passus esset. Hmõi aũt q̃relæ quoniã ab amicis studiosisq; Tyberii emittebantur: offensam quandam ac simultatẽ inter Scipionẽ & Tyberium contraxerunt. Nihil tamen maioris momenti ea res habuit. Atq; ego puto si fuisset domi Aphricanus tempore contentionum illarum, quas postea Tyberius subiit, ipsum nõ sic fuisse perituru. Sed quo tempore de lege agraria a Tyberio certatum est: eo tempore Aphricanus apud Numantiam bellum gerebat. Motus est autem Tyberius ad eam legem ferendam ista de causa. Romani quãtum vicini agri hostibus adimebãt, partim vænũdare, partim in publicũ redigere, ac egenis ciuibus p modica pẽsione vtendũ tradere consuerũt. Sed quũ cœpissent diuites eas pensiones augere: pauperesq; excludere: lata est lex: quæ supra quingenta agri iugera ciuem Romanum habere prohibebat. At ea res paucos ãnos aduersus locupletes auxilio fuit Nam primo subditis ad cõducendũ personis fraus legi fiebat: deinde aperte iam per seipsos diuites propriis nominibus occupare agros cœperũt. Ita ergo exagitatis hominibus neq; militię dare noĩa, neq; filios extollere cura erat: eoq; processura videbatur res: vt breui exhausta liberorum multitudine, seruis ac barbaris per quos diuites colebant agros, tota Italia cõpleret. In hac igit̃ parte reipu. primus. C. Lælius Scipionis amicus succurrere instituit: sed aduersante locupletum factione: veritus turba

Tyberius i augurũ collegio receptus.

Tyberi⁹ sub Scipiõe mi noreprimũ militauit.

Tyberius q̃ stor fuit. C. Mancinus consul.

Mãcin⁹ cõsul caduceatorẽ ad petẽdã ab hostibus pacẽ misit.

Tyberii q̃ storis tabulę rõnes q̃sturę cõtinẽtes amissæ & deinde receptæ.

Agrariã legem Tyberius tulit.

C. Lælius sapiẽs appellatus.

tionem atq; disceordiam ciuitatis ab incœpto destitit ob eamq; rem sapiens est postea vocitatus. At vero Tyberius vt primũ tribu. ple. creatus est, eam actionem suscepit authoribus (vt plærique scripserunt) Diophãe rectore Mytileneo tũc in Italia exulãte: & Blossio Cumano Antipatri Thar sensis philosophi discipulo ad quem sunt quędam ab Antipatro scripta. Nonnulli Corneliã matrem asserunt sæpius obiurgãdo natos, q; ipsa Scipionis Cornelia, nõ Graccorum vulgo appellaretur, adolescẽtem impulisse ad hanc actionem suscipienda. Alii ob emulationẽ Spurii Post humii æqualis sui: quem ab exercitu rediẽs auctũ potentia ac celebritate nominis offendit, cupidinem incessisse Tyberium credunt: insigni aliqua & memorabili actione præcellere: Gaius vero frater in oratione quadã scribit Tyberium Numãtiam pficiscentem, dum per Tusciam iter faceret, solitudine liberorum & inductione seruoꝝ pspecta, tunc primum ad legẽ agrariam: sibi quidem funestam: animũ intendisse. Plurimũ vero ipsum plebs Romana impulit per literas in fornicibus & monumentis ac parietibus inscriptas efflagitans: vt agros publicos egenis ademptos restitueret. Non tamen per seipsum legẽ ferre aggressus est: sed præstantissimorum virorum cõsilium adhibuit: inter quos Crassus pontifex maximus, & Mutius Scæuola iurisconsultus, qui per id tempus consul erat, & Appius Claudius socer, fuerunt. Nec videtur lex vlla aduersus tãtam iniuriam mitius ac leuis perscribi potuisse. Nam quos oportebat pro his quæ contra leges fecerãt pœnas subire: & quos iniuste tenuerant agros quum perceptis fructibus reddere: eos accepto pretio dimittere, & egenis ciuibus tradi iubebat. Sed ea lex vt plebi grata, sic animos locupletum offendit. Itaq; ob auaritiam legem, ob iram vero atq; inuidiam authorem obtrectantes, plebẽ deterere cœperunt: quasi ea lex euersionẽ reipu. lib ertatisq; pduceret. Sed frustra id conati. Nam Tyberii facundia quæ malã etiam causam sustinere potuisset, tunc iustam honestamq; dicẽdi materiam nacta, superior inexpugnabilisq; euadebat. Pauperũ enim astante plebe causam agẽs dicere solebat: feras quidẽ bestias lustrum atq; tectum quę se recipiãt in Italia habere: illis vero qui quottidie p Italia pugnẽt atq; intereãt, prẽter aerem, ignemq;, nihil in Italia esse: sine lare, sine sede cũ liberis coniugibusq; vagari. Mentiri autẽ imperatores Romanos quũ milites hortãtur: vt pro aris atq; focis aduersus hostes depugnẽt. Carere enim iis Romanos ciues: non lares paternos, non monumenta maiorum eos tenere: sed pro aliena luxuria opulẽtiaq; pugnare: pro aliis vulnera ac mortes subire: dominos orbis terrarum verbo quidem appellari: re autem vera terrę glebã nõ habere. His & huiusmodi verbis in cõcionibus grauiter & cum iusta indignatiõe iactatis, & plebio fauore receptis, nullus aduersariorum valebat resistere. Quare omissa contentione verboꝝ ad. M. Octauium adolescẽtem grauem atq; honestum Tyberiiq; familiarẽ, locupletes confugerunt. Erat autẽ Octauius & ipse tri. pl. qui licet ab initio ob amicitiam Tyberii recusaret aduersus eam legẽ intercedere, tamen postea multitudine rogantium victus intercessit. Est autẽ tribunoꝝ plebis maxima in prohibendo potestas. Vno enim phibente, nihil alii etiã si complures sint, efficere possunt. Irritatus ergo ob intercessionẽ Tyberius lege illa priori mite & humaniter scripta reiecta, aliam plebi magis gratam legem promulgauit: vt agri q contra leges possessi erãt, dimitterentur: nulla mentione pretii facta. Erant igitur quottidie inter Tyberiũ Octauiũq; in cõcione certamina: in qbus licet summo studio ardoreq; cõtenderent: nihil tamen cõtumelioſum vnq̃, nec verbum qdem nõ probum ab alterutro decidisse ferũt. Non solum etiam in ludis (vt videtur) verum etiã in cõtentionibus atq; iris probitas nature educatioq; modesta cõspicitur. Conatus est Tyberius si posset. M. Octauium intercessorem, qm̃ & ipse multũ publici agri possidebat, ab incœpto mouere: restitutione agroꝝ suorum ex propriis facultatibus, licet nõ admodum splendidis, oblata. p quã oblationem quũ nihilo magis Octauius desisteret: Tyberius edicto ppposito, omnes vrbanos magistratus agere quicq̃ inhibuit: priusq̃ de lege agraria ad populum referretur. Ærario aũt figilla impressit: ac quęstores quicq̃ depromi aut importari vetuit: pœna adiecta siquis contra egisset. qua cõterriti magistratus singuli propria officia dimiserũt. Ob hoc edictum locupletes cũcti vestes mutauere: & mœsti ac sordidati circuibant forum: nec secus paratis clam pcussoribus, necem Tyberio machinabantur. Ille vero Palam gladiũ: quẽ dolonem vocãt: accinctus ambulabat. Sed quũ adesset comitii dies: populo Graccũ ad rem pficiendam vocãte, locupletes oibus locis occupatis magnam præbuerũt turbationẽ. Sed nihilominus Tyberius multitudine fretus, quũ dimouere eos posset: & iam id facere aggrederetur: Manlius & Fuluius viri cõsulares Tyberium adeuntes, & manu prensantes, pcibus & lachrymis orant: ne hoc agere velit. At ille quantum nunq̃ antea periculũ attendẽs, & simul reuerẽtia tantoꝝ virorũ pmotus, quid se facere velint p contatur. At illi non esse se tãtæ rei consilio idoneos affirmãtes, vt senatus arbitrio pmitteret suaserunt. Verũ vbi frequens senatus ob potẽtiam locupletũ nihil pficere valuit: conuersus ad rem nõ legitimã neq; humanam, Octauium amouere tribunatu instituit. Ac primo qdem multis verbis suppliciter eũ rogauit: vt ab incœpto desisteret: populoq; Ro. concederet iusta postulãti: & parua p magnis laboribus periculisq; habituro. Deinde vt ille hoc negauit: Non posse ambos in eodem magistratu æquali potestate præditos, de maximis rebus contẽdentes, sine bello cuadere cæterum vnam se

Crassus põtifex maxi.

Facundia Tyberii.

M. Octauiꝰ Tribunoꝝ pleb. quãta sit potestas.

Dolonem gladiũ Tyberius ferebat.

medicinam

medicinã intueri inquit: vt alteruter eorum magistratu abrogaretur. Itaq; de se primo Octauius referret: staturum populi Romani iudicio: statimq; si iuberet tribunatu habiturũ. Hoc quoq; re/pudiante Octauio, se de illo relaturũ esse dixit: nisi sententiam mutaret. His simul dictis concionẽ dimisit. Postera vero die reuocata concione, rursus Octauium verbis mouere conatus est: quibus frustra consumptis, ad populũ tulit de Octauii abrogatione: statimq; tribus in suffragium ire iussit. Erant tribus quinq; & triginta: quarũ quũ decẽ & septem iam Octauiũ abrogassent: vnaq; dũtaxat restaret ad rem pficiendam: parumper sistere iubens, iterato ad Octauiũ conuersus est: rogãs atq; obtestãs, vt ab intercessione desistere vellet: neue sibi hãc notam inuri pateretur: simulq; spe/ctante populo Ro. ipsum reuerẽter cõplexus deprecabatur. His precibus Octauiũ nõnihil motũ ferunt. Nam & implesse oculos lachrymis: & aliquãto cum silẽtio stetisse tradũt. Sed vbi ad locupletes prospexit (aderant enĩ in cõcione) quasi verecundia adductus generose respõdit: vt quod vellet Tyberius exequeretur. Eo igitur abrogato populi iussu, missus a Tyberio apparitor de tribunali illum detrahere voluit. Cõcursus est a locupletibus ac plebe factus: rixaq; sic exorta. Octauius per tumultũ euasit. Liberto autẽ (nam libertis apparitoribus Graccus vtebatur) lumina effossa. In hoc lex agraria fertur: tresq; viri ad agros diuidẽdos creant: Tyberius ipse legis author: Appius Claudius socer. C. Graccus frater: nõ pśens ille tunc: nã apud Numantiã cum Scipione mili tabat. In locũ autem Octauii Mutius qdam Tyberii clientulus in tribunatu suffectus. Quibus rebus pculsi locupletes, & Gracci potentiã veriti, in senatu aduersabantur: petentiq; ex more tentorium publicum, quo in diuisione agroꝝ uteretur, aliis etiã leuioribus ex causis sæpe concessum de negarunt. Expensas vero in singulos dies nouẽ nũmos statuerũt: authore Nasica: q̃ pter multitudinẽ possessionũ legi agrariæ infensus, vel acerrimũ inimicũ se Tyberio præstabat. Plebs autem multo magis & ipsa exarserat aduersus locupletũ iniurias: ac repẽte quodam ex amicis Tyberii defuncto, signifq; veneni apparẽtibus, magno cõcursu atq; clamore plebis funus celebratũ. Cadauer enim igne disruptũ tantã vim pudridi humoris effuderat: vt flãma extingueretur: nec instauratio igne cremari potuit: priusq; in aliũ locum trãsferretur. tãdem oĩ arte adhibita, vix fieri potuit vt ignis cadauer attingeret. Ad hæc Tyberius vt magis plebẽ irritaret: veste mutata, natos in cõcionẽ adduxit: & quasi sibi ipsi diffideret, eorũ ac matris salutẽ plebi cõmendauit. Post hæc Attali Philopatri defuncti testamento a Pergamenis Romã transmisso, in quo populus Ro. hęres scriptus fuerat, statim Tyberius ad populũ tulit: vt regia pecunia ciuibus Romanis, q̃bus agridabãtur, p cultura assignaretur. De oppidis autẽ quæ Attali fuissent, nihil ad senatum, sed ad populũ Romanũ ptinere prędicabat. Hoc vel maxime senatũ offendit. Itaq; Pompeius in senatu assurgens, se vicinũ esse Tyberii, ac ob id exploratum habere inquit: diadema & purpuram ex regia gaza per Eudemum Pergamenũ Gracco delatã tãq; Romæ regnaturo. Qu. vero Marcellus Tyberium obiurgauit: q̃ patre Cracco censurã gerente, quoties redirent a cœna Romani ciues, lumina extinguere solebant: ne cõuiuiis ac voluptatibus animũ dediti viderẽtur: cum filio autẽ audacissimi ac pditissimi ex plebe hoĩes pnoctare cõspicianẽ. Titus Annius neq; sapiẽs neq; humanus vir, cæterũ interrogare ac respondere promptus, quũ dixisset Tyberiũ collegam suum sacrosanctum violasse: ac Tyberius aduocata cõfestim plebe Anniũ accusaret: inferior & eloquẽtia & authoritate Annius ad suas argutias cõfugit: ac vt paucis audiretur ante accusationẽ obsecratus, cõcedente Tyberio, sic interrogauit. Si tu inquit Tyberi cõdemnare me velis ac ꝓpellere: ego q̃ de tuis collegis aliquem appellabo: an illũ mihi auxiliari volentem abrogabis! Ad hanc interrogationẽ dicitur Tyberius q̃q̃ disertissimus ac promptissimus erat, obmutuisse. Tunc igitur cõcionem quam Annii accusandi causa vocauerat, re infecta dimisit. Sentiẽs autem illa quæ circa abrogationem Octauii gesta erant, nõ solum potẽtibus, verumetiã multitudini molesta ac grauia videri: pollutã ac deiectam tribunitiã potestatẽ quæ sacrosancta hactenus fuerat arbitrãtibus: orationẽ habuit: cuius nõ ab re fuerit sententias paucas hic annotare: vt copiã ac facundiã eius viri intelligere valeamus. Esse quidẽ sanctũ & inuiolabilẽ tri. ple. ex eo inquit q̃ plebi cõsecratus, eiusq; inititur potestate. Itaq; si aduerso animo iniuriã plebi faciat: eiusq; robur impediat: aduersẽturq; ipsum p hoc se priuatum reddidisse: quum ea nõ agat pro q̃bus honor sibi fuerat demãdatus. Nam & capitolium euertere, & naualia incẽdere tribunũ ple. siquis sinat, nõ ob hoc tribunũ plebis esse desistere: sed malum tribunum esse: q̃ si plebẽ oppugnet: nequaq̃ tribunũ remanere. Esse vero pgraue: si cõsul a tri. ple. in carcerẽ duci possit: ipse autẽ tribunus a plebe deponi & abrogari nõ possit: quũ protestate concessa sibi a plebe contra atq; data fuerat, abutat. Cõsulem nãq; & tribunũ plebis a populo Ro. creari. Regiã qdem potestatẽ oẽs omnino magistratus cõplexam, & insup maximis sacerdotiis cõsecratã fuisse: sed nihilominus Tarquiniũ exactũ a populo Ro. & propter vnius regis superbiam, regium nomẽ sub quo Roma condita atq; adaucta fuerat, oĩno extinctũ fuisse. Quid ita sanctũ ac religiosum: vt virgines vestales! tũ si qua ipsaꝝ deliquerit, viua suffoditur. Desinunt enim sacrosanctæ & inuiolabiles esse: dum aduersus deos delinquũt: p quos sacrosanctæ & inuiolabiles habebãtur. Nec ergo tribunũ ple. si plebẽ offendat, immobilẽ ac sacrosanctũ esse p plebem

Octauii tribuni plebis abrogatio.

Tyberii oratio p tribunitia ptãte abrogãda.

amplius dignũ est: quũ qua pollebat potẽtia, eã ipse sustulerit. Atq; si iuste tribunatũ adeptus maiori parte tributũ decernẽte: quo nõ iustius sibi auferetur: cunctis tribubus abrogãtibus? Nihil eẽ vsq; adeo sacrũ ac religiosũ: vt res deoꝝ immortaliũ nemini dedicatas: attamẽ illas mutari & trãsferri posse iussu populi Ro. nemo vnq̃ dubitauit. Licuisse ergo populo Ro. & tribunatum plebis q̃si munus quoddã dedicatũ in aliũ transferre: Q d aũr tolli ac trãsferre possit, vel ex eo patere: q̃ sæpeiã q habuerũt, se ab eo magistratu iureiurando excusauerãt. Hæc & similia Graccus disserebat. Post hęc amicis minas ac factionẽ aduersus eũ initã sentiẽtibus, alioq; tribunatu opus fore ad salutẽ Gracci censentibus, rursus multitudinẽ aliis legibus p quas tpa militiæ detrahebat, & iudicibus tunc senatoribus æquũ numeꝝ ex equestri ordine admiscebat, excitare: & aperte iam senatus potentiam cõcionẽ magis q̃ iustitia aut honestate oppugnare aggressus est. De his rebus quũ ad populum referret: cerneretq; aduersarioꝝ partẽ superesse: qm̃ nõ satis frequens multitudo cõuenerat: concionẽ dimisit. At postridie mutata veste in forum descedens, lachrymans ac miserabilis, ac se metuere affirmans, ne inimici noctu aggressi eũ necarẽt, sic hoies cõmouit: frequẽs multitudo circa domum eius præsidii cã, excubias agerent. Prima vero luce, aues augurandi causa delatę sunt: qbus oblata esca, nulla ipsaꝝ pter vnam prodit: etiã cauea vehementer agitata: nec ista ipsa quę pdierat, escam attingere voluit: sed sublata ala finistra & collo producto rursus in caueã se recõdidit. Hoc signum pp id qd prius euenerat, magis Tyberiũ cõmouit. Erat enim illi galea qua in pliis vtebatur magnifice ornata atq; insignis: in ea angues oua pepererant: iamq; fœtus formati erant: qd accẽdere auium signo, magis formidinẽ incusserat. Processit tñ cõuentione populi circa capitoliũ audita: & domo egrediẽs pede limen offendit: adeoq; pcusso vehemens fuit: vt vnguis maioris digiti scinderet: sanguisq; profluens per calceum emanaret. Profectus insup aliquantulo, coruos ad sinistram in stillicidio pugnãtes cõspexit: lapisq; ab altero coruoꝝ dimotus, iuxta pedes eius i magna turba prolapsus ẽ. Hoc nõ solum Tyberiũ, sed etiam audacissimos eoꝝ qui aderãt turbauerat. Verum Cumanus Blossius tunc forte præsens & pudendum & dolendum eẽ iquit: si Tyberius Gracci filius, Scipionis nepos, pricepsq; populi Ro. ab vno coruo deterritus, ciues deserat suos: nec vocatus exaudiat: nec inimicos tamẽ hoc in risu posituros: sed quasi regnet, & delitiis deditus sit, calumniandi occasionẽ habituros. Interea nonnulli a capitolio decurrẽtes, pperare eum iubebant: vtpote rebus pspere succedentibus. Profectus itaq; primo congressu pclare acceptus ẽ. Nam & popularis plausus apparenti sublatus: promptecq; via concessa: globo etiam circundatus, nequis appropinquare posset. Deinde p Mutiũ tribus vocari cœpta. sed tamẽ p tumultum, qui ab extremis oriebaꝫ fieri qcq̃ nõ potuit: missis atq; incertis oibus pellentiũ ac renitẽtiũ fluctuatione. Inter hęc Flauius Flaccus senator in eminentẽ locũ euadens, vbi præ clamore strepituq; multitudinis ex audiri vox nõ poterat, manu significauit, velle se cũ Tyberio loqui. Iussu itaq; Tyberii p multitudinẽ receptus, vbi ad eũ peruenit, nunciat, diuites: postq̃ consulem mouere nequibat, consilium de nece eius per seipsos agitare cœpisse: eaq; de cã seruos ac liberos cũ armis habere. Hæc vbi circunstantes Tyberium audiuerunt: subito togas accingunt: hastilibusq; qbus multitudinem reprimunt de manibus ministroꝝ ablatis, fractisq;, sese ad resistendum ppere comparauerunt. Sed illi qui longius aberant, hanc pparationẽ admirantes, quum quid ea res sibi vellet pcontarent: tangens caput suum Tyberius, periculũ sibi imminere significabat. Hoc signũ inimici maligne interpretati, quasi regẽ diadema petere illum senatui nuntiarunt: ob quẽ nuntium quum oẽs perculsi essent, Nasica ptius consulem vt libertati succurreret cohortatus: deinde vbi a consule grauiter respõsum est: nec se authorem fore intestini belli, nec quenq̃ Romanum ciuem sine iudicio necaturum: si tñ aliqd decernat populus Romanus a Tyberio coactus id se plege non habiturũ: psiliens Nasica, quando inquit consul ciuitatem prodit, qui leges saluas esse cupiunt, me sequantur. Hec dicens licinia toga supra caput posita, in capitolium ire pergit: aliiq; post eum toga circa brachium inuoluta, sequuti sunt. At multitudo ob reuerentiã amplissimorum virorum, aditum negare minime ausa, sese retrahens comprimebat. Tulerat ab initio hi qui cum Nasica cæteris aduenerant, fustes & clauas: inde vero subsellioꝝ fragminibus pedibusq; reuulsis, obuios ferientes, cõtra Tyberiũ euadebant. Ce de itaq; & fuga Tyberii sociorum facta, quũ ipse Tyberius cursu euadere pperaret, toga per quendam retentus, cecidit. Surgenti vero. P. Saturninus collega eius pede subsellii caput percussit. Hic primam: secundam vero. L. Rufus, de qua etiam gloriari solitus erat, plagam ifixit. Et alii vero citer. xxx. mactari fustibus & lapidibus omnes, ferro autem nemo. Hanc primã post exactos reges contentionem fuisse traduntꝫ quæ sanguine & cæde ciuium finiretur. Nam alias quidem nec paruas, neq; paruis de rebus agitatas ita transegerunt: vt cedere magis inter se metu quidẽ plebis senatus, plebs autem pudore ac reuerentia parrũ, q̃ certare viderenꝫ: & in hac ipsa contentione facile cessurus videbaꝫ Tyberius: si verbis & authoritarẽ eum flectere perrexissent. Et certe primo impetu in ipsum facto, perfacile cessit absq; pugna, & vulneribus resistendo illatis. Sed ira potius atque odio locupletum, q̃ ob eas q̃ iactabantur causas: perpetrata cædes Tyberii videtur fuisse: cuius magna fuerit coniectura: q̃ in ipsum etiam mortuum crudeliter sæuierunt. Nõ enim tolli corpus, nec

Signa Tyberii mortẽ pcedentia.

Blossius Cumanus.

Flauius Flaccus.

Nasica.

Tyberii interitus.

fratri vel ad nocturnā sepulturam postulanti concesserunt: sed in Tyberim vna cum aliis cadaueribus proiecerūt. Nec finis hic erat: sed amicorū ac familiarium eius alios inducta causa in exiliū pepulerūt: alios captos durissime trucidarūt. inter quos. C. Villius in culeo cū anguibus insutus necatus est. Necatus etiam Diophanes rethor. Ar Blossius Cumanus Tyberii familiaris ad cōsules pductus, quī de rebus gestis interrogaretur: se Tyberiū iussū cuncta fecisse respondit. Ad hæc Nasica: quid: si te capitolium incendere Tyberius iussisset: an id quoq; feciſſes? Nūq; iussisset hoc inquit: sed si iussisset paruissem. Nam p vtilitate populi Ro. nec aliter vnq; erat iussurus. Hic Blossius tunc euadēs in asiam ad Aristonicū fugit: rebusq; Aristonici deinde profligatis, sibiipsi mortem cōsciuit. Post mortem Tyberii, vt plebis dolor leniretur, senatus diuisionem agrorū impugnare destitit: permisitq; vt loco Tyberii alium eligerent ad agros diuidendos. Electus est igitur. P. Crassus Graccorū affinis. Filiam enim Crassi. C. Graccus vxorē habebat: q̄q̄ tradidit Cornelius Neposnō Crassi, sed Bruti qui de Lusitanis triumph auit, filiam. C. Gracco nuptā fuisse. sed plures ita tradunt vt modo diximus. Sed quum grauis plebi foret Tyberii mors: & iam vindicta accusatoresq; cōtra Nasicam pararētur: sollicitus de salute Nasicę senatus, liberam sibi legationem in Asia decreuit. Non enī obscura erant populi Ro. odia: sed clamabant obuii: maledictisq; incessēbāt: tyrannum cędę tribunitia fœdatum pollutumq; & in expiabilem vocitantes. Nasica igitur q̄q̄ maximo sacerdotio illigatus tamen ea de causa Italiam dimisit: ac vbi in Asiam puenit, haud multo post circa Pergamum interiit. Nec mirum, si vsq; adeo Nasicam oderat populus. Ro. quū Scipio ipse Aphricanus summa alias gratia frætus parum abfuerit: quin omni beniuolētia & charitate populi Ro. destitueretur: q; apud Numantiam cædę Tyberii nuntiata sibi, carmen Homeri pnuntiauit in hanc sentētiam: Sic pereant alii q talia facere pergent: q; postea in cōcione rogatus, qd de morte Tyberii sentiret, nō placētem dedit responsionē. Ex quo factū est: vt plebs illi concionanti obstreperet: quod antea fecerat nunq̄: & ipse ad maledicta in plebē irritatus est. de q; bus in Scipionis vita sigillatim diximus. C. aūt Graccus siue inimicos veritus siue vt inuidiā illis accumularet, statim post mortē Tyberii fratris, omisso foro se in otium tradidit: quasi & tūc miserē & in futurū abiecte vitā acturus: vt etiā qbusdam de se præstaret sermonem: quasi ea damnaret quæ Tyberius gesserat. Erat autem p id tēpus admodū adolescens. Nam Tyberiū constat ante triesimum ætatis annum interiisse: quo, vt supra diximus, nouem annis Caius minor erat. Sed p cedēte tēpore, quum mores in eo graues, & a pigritia: mollitie: auaritia: voluptatibus alieni apparerent: facultasq; dicēdi ad rempu. cōparata: statim creditū est illū nequaq̄ in posterum quietē actu rum. Nam in defensione cuiusdam amici sui Vectii nomine ita excelluit: vt cęteri oratores nihil a pueris differe viderētur: multitudoq; eo dicēte mirabili lætitia plausuq; exultaret. Quibus rebus perculsa nobilitas, multa iam inde agitare cœpit: & ante pspicere: quemadmodum efficere posset: ne. C. Graccus tribunus plebis crearetur. Forte euenit: vt quæstor in Sardiniam cum Oreste cōsule nauigaret. Id enim munus. C. sorte impensum inimicis eius gratū fuit: sibi vero nō ingratū: vtpote q nosset nō inferiorē se bello esse q̄ in foro. Præterea adhuc rostra suggestumq; phortēs nec plebi amicisq; rogātibus denegare suam operā volēs, omnino pfectionem illā libenter susce pit. Atq; opinio magna obtinuit Caium Graccū summum & absolutū fuisse populare: multoq; in ea re iudicio populi Tyberium fratrē anteisse: quod verum nō est sed necessitate potius cōpulsus, q̄ iudicio animi, se ad rempu. contulisse videtur. Scribit Cicero orator. C. Gracco oēs magistratus repudianti & in otio viuere cupiēti, fratrē Tyberium in somnis visum dixisse: quid tardas Caī? nulla est fuga: sed ambobus vnā vitam & vnā mortem ppopulo Ro. certantibus fata statuerunt. Quum vero in Sardiniā venisset: ibi omnifariam virtutē ostēdens, audacia qdem in hostes, iustitia in subditos, beniuolentia & obseruantia erga consulē: cæterā iuuētutem, reperātia autē & industria etiā seniores anteibat. Vehemēti atq; pestifera hyeme exercitū opprimēre, quū consul a ciuitatibus vestē militibus peteret: & illæ missis ad senatum legatis, se a præstatione vestiū excusarent: nec aliunde vestiēdi exercitū facultas cōsuli permitteretur: magnoq; ob eam rem milites afficerentur incōmodo: adiēs ciuitates Caius effecit: vt ipsæ sponte sua vestē exercitui donarent. Ea Romæ nuntiata quū popularis gratiæ viderent, initio senatū turbarunt: & prius qdem ex Libya venientes Micipsæ legati ingrate accepti fuerāt a senatu: q; dicerent Micipsam. C. Gracci gratia frumentum in Sardiniam mississe. Vt igitur Graccum diutius in Sardinia detinerent: vt militibus successores mitterentur, vtq; Orestes consul in Sardina remaneret, decreuerunt: vt sic Caius quoq; remanere cōpelleretur. Sed ille re intellecta, statim ob iram e Sardinia nauigauit: Romæq; exim prouiso conspectus, non solum inimicis, verum etiam amicis reprehensionis causam aduersus se præstitit: q; cōtra maiorū exēpla quæstor ante consulē e prouincia decessisset. Attamen quū de ea re apud censores accusaretur: oratione habita sic mentes oium mutauit: vt magis iniurias passum iudicarent. Duodecim se annos militasse ostēdit: quum lex cęteris decem in necessitatibus diffiniat. Quæsturam p triennū gessisse: quū lex finito anno reditum quęstori pmittat. Se vnū plenos loculos pecuniarum extulisse: vacuos reportasse: quū alii potato quod extulerant vino plenas au-

Blossius Cumanus.

P. Crassus.

Nasica in Asiā peruenit & circa Pergamū interiit.

C. Graccus

Tyberius ante trigesimū ætatis annū interiit.

C. Graccus quæstor.

Caii Graccī virtus.

Caius accusatus.

ro atq; argento amphoras reportarint. Post hæc rursus accusatus est quasi particeps Flagellianæ coniurationis: in qua causa quũ oẽm suspitionẽ a se repulisset: purũq; & in fontẽ esse cõstaret: statim tribunatũ petere præparauit. In quo licet vniuersa nobilitas ipsum oppugnaret: tñ multitudo tãta in vrbem ex Italia cõfluxerat: vt domus: tectaq; deessent: nec turbã capere comitiũ posset: ex tectoriis atq; tegulis suffragia præstarẽtur. Hoc duntaxat conãdo assequuta nobilitas est: vt nõ primo quẽadmodum sperabat, sed tertio loco tribunus crearet. Postq̃ tribunatũ iniit, statim primus oĩm collegarũ apparuit: nam eloquẽtia egregie prẽditus, & ob ea quę passus fuerat acer & audax: ex quacũq; causa in cõploratione Tyberii fratris sermonẽ traducebat: cõmemorans quæ tũc facta fuissent: atq; inde ostẽdens maiores cõtra Phalliscos bellũ intulisse: q Genutiũ quendam tribunũ plebis iurgio incessissent: & M. Vectiũ vltimo supplicio affectũ: q transeunti per forũ tribuno plebis de via nõ cessisset. At isti, inquit, spectãtibus vobis, Tyberiũ mactauerũt: & per mediam vrbem tractũ ex Capitolio in Tyberim piecerũt. Amici quicũq; capti sine iudicio necati sunt. At qui more maiorũ: si quis capitali iudicio accusatus nõ veniat se defundendum: tamen eũ domi ante ianuã cõsistens nomẽclator rubacitat: nec ante contra ipsum fertur sentẽtia. Ita caute & diligẽter maiores nostri iudicia mod erati sunt. His ille verbis multitudine cõcitata, & erat gdẽ magnæ vocis: & in dicẽdo firmissimus, duas tulit leges: alteram, vt qui magistratu per populũ remotus esset, faculatẽ alterius magistratus inẽudi nõ haberet: alteram, vt siquis in magistratu cõstitutus ciuẽ Romanũ sine iudicio necasset, in cũ populi animaduersio foret. quarũ altera M. Octauius, q Tyberio rogante tribunatũ dimittere iussus fuerat, notabatur: altera in Popiliũ, qui prętor amicos Tyberii in exilium pepulerat, iudiciũ parabatur. Sed Popilius statim per fugam sibi cõsuluit. Octauium vero ipse Caius ob Corneliæ preces seruauit, lege abrogata: nec ingratum fuit populo Ro. quum diceret in cõcione: se Corneliæ matri precanti salutem Octauii cõcessisse. Nec sane ipsa Cornelia minus ob virtutem filiorũ, q̃ ob memoriã Aphricani patris a populo Ro. colebatur: cui etiã quũ postea statua decerneretur, sic scriptũ est. Corneliæ Graccorum matri. Narrantur autẽ multa venuste & oratorie de cornelia matre a Caio dicta aduersus quendam inimicorũ. Tu, inqt Corneliam vituperare audes: quæ Tyberiũ peperit? Quũq; inimicus ille de mollitie notaret? Qua ratione, inquit, te cum Cornelia cõparas? an tu peperisti vt illa? Atqui nemo ciuis ignorat: diutius illã sine viro fuisse, q̃ te vir. Multa huiusmodi ex orationibus suis sumi possunt: in quibus mordacitas verborũ apparet. Leges præterea tulit populares aduersus potentiã senatus: veluti de coloniis deducẽdis: de vestibus publice militibus dandis sine stipendioꝝ diminutione: de minoribus decem & septem annis ad militiã nõ cogendis. Tulit & de suffragiis sociorũ: pares Italos & ciues cõstituens. Tulit & frumentariã legẽ de annona pauperibus assignãda. Tulit de iudicibus deligendis. Nam quũ soli antea senatores iudicarẽt: ob eamq; rem a plebe timerent: trecentos ex eq̃stri ordine iudices adiecit: parem senatoribus numerũ statuens. Hæc lex potẽtiã senatus magna ex parte prescidit: atq; in ea lege ferenda: & alioquin egregie diligẽtia vsum ferunt: & primũ oĩm q̃ ante se fuerant ita concionatũ, vt nõ ad senatum & comitiũ, vt mos erat, sed ad forum cõuersus persisteret: quod postea semper in dicendo seruauit. Atqui ex hac parua re magna in Repu. mutatio oriebatur, traducta dignitate ad populum: quasi nõ de senatu, sed de populo Ro. is qui oraret cogitare deberet. Quũ vero plebs nõ solum eam legem susciperet: verũetiam Caio potestatẽ daret: vt ex equestri ordine quos vellet iudices eligeret: tunc quasi regia suffultus potẽtia: etiã a senatu in dicẽdis sentẽtiis obseruabatur. Quoties vero sententiam dicebat: semper aliquid decoꝝ: ac prẽclarum deferebat: quale fuit decretũ eius de frumẽto a Fabio missũ. Fabius enĩ ꝓpretor ex Hispania frumentũ transmiserat: at Caius senatui psuasit: pretium ciuitatibus reddendum esse: Fabiumq; reprehendẽdum vt grauem ꝓuincialibus: & nimis dure imperantem. Ex quo senatus cõsulto magnam senatus laudem assequutus est. Decreuit etiam colonias deducẽdas: viasq; muniẽdas: rem frumentariã ꝓcurãdam. atq; iis oĩbus dum agerẽtur: ipse magistratũ gerens: indefessũ studio: ac necubi deficiẽs pre erat: tanta ac tam mirabili vigilantia & celeritate: vt ad singula dũtaxat vi retur intentus. adeoq; ipse vnus oĩa obibat: vt etiã acerbissimi inimici obstupescere cogerentur virum p oĩa efficacẽ atq; inuictũ. Delectabat vero populũ Ro. ipsius aspectus. Semp enĩ illũ turba ingens sequebatur operariorũ: legatoꝝ: magistratum: militũ: stodiosorũ: quos omnes benigne alloquens: & in humanitate grauitatem conseruans, seq; vnicuiq; illorum decenter impertiens, calumniatores ostendit eos: qui se vt superbum autin humanum criminabantur. Maxime vero diligentem circa viarum procurationem se prestitit, tum vtilitatis causa, tum etiam ornatus. Rectis quidem regionibus vias deduxit & eas partim lapide incusso strauit: partim arenæ muniuit aggeribus: iniqua adęquans: & quantum valles, torrentesq; abrumpebant: põtibus æquali altitudine ac procliuitate coniungens: pulcherrimam operis speciem ostendit. Dimenso preterea viarum spatio: singulis miliariis (est autem miliarium paulominus q̃ octo stadia) columnas lapideas spatii signa preferentes constituit. Alios insuper lapides parum inter se distantes ex vtraq; viarum parte disposuit: vt ex illis faciliter & sine saltu in equos esset ascensus. Ob hęc. quum a

Caii tribunus creatus.

Nomenclator.

Leges p. C. Graccum latæ.

Leges, quas C. Graccus tulit.

Lex frumẽtaria a. C. lata.

Caii humanitas & facilitas.

Miliarium quantum capit.

populo Romano laudaretur: omniaq; concedere se paratum ostenderet: dixit in concione se pro his rebus gratiam petiturum: quę si concederetur sibi, pro summo beneficio acciperet: si negaretur, non grauiter ferret. Hæc verba expectationem dederunt: quasi consularum petere vellet. Instantibus igitur consularibus comitiis, cunctisq; in expectatiõem adductis, prodiit Graccus in campum vna cum amicis. C. Fannium ad consulatum petendum adducens: pro eoque rogans, designari consulem fecit. Ipse vero Graccus Tribunus plebis secundum creatus est, plebe idiubente, sine vlla ipsius petitione. Sed cum animaduerteret senatum sibi infensum: Fannium vero consulem ob idipsum minus potentem: q; sibi amicus putabatur: rursus aliis legibus promulgatis, animos plebis suscitauit: colonias Tarentum atq; Capuam mittẽdas: & Latinos in communionem ciuitatis vocandos decernens. At senatus metuens ne omnino inexpugnabilis fieret Gracci potentia: nouum & inusitatum remedium adinuenit. Vt enim studia hominum ab illo diuerteret multas contra bonum: æquumq; plebi concedere decreuit: per hunc modum. Erat Liuius Drusus collega in tribunatu: vir claro loco natus: & ingenio: eloquentia: diuitiis plurimum pollens. Huic senatus persuadet: vt vna secum aduersus Caium insistat: sine vlla plebis offensa: sed ea plebi ministrans, pro quibus aduersus eam resistere pulchrum esset. Promittens igitur tribunatum suum Drusus, arbitrio senatus leges tulit: nec præclarum aliquid nec fructuosum Reipubli. continentes: sed vnum duntaxat agentes: vt. C. Graccus voluptate & gratia apud plebem superaretur. In qua re seipsum arguit senatus: non res a Caio gestas molestę ferre: sed personam eius oppugnare voluisse. Nam Gracco duas colonias decernenti restiterũt: quasi populum exhauriret. Liuio autem duodecim colonias: & tria milia ciuium in singulas earum deducendas censenti, libentissime assenserunt. Et rursus Gracco pauperibus agrum diuidenti: & pensionem Reipubli. ob id soluendam censenti, quasi gratiam plebis aucupanti, aduersati sunt. Liuius autem etiam pensionem remouens: eis placebat. Caius paria suffragia Latinis concedens, senatum offendit. Liuio autem ne liceret quenquam latini nominis in exercitu flagellis cædi legem ferenti, auxiliari sunt. Illud tantum vtilitatis in rebus Liuii fuit: q; quoties de his rebus ad populum ferret, prædicebat se ea dicere ex consensu & approbatione senatus: quæ res populum in gratiam senatus reducebat, antiquarum contentionum deleta memoria. Maxime vero Liuio profuit ad auctoritatem & gratiam: q; nunquam propriæ commoditatis causa legem tulisse apparuit: nec deducendis coloniis præesse voluit: sed alios præfecit: nec pecunias tractauit: quum ipse Caius plæraq; eorum quæ decernebat, per seipsum exequeretur. Post hæc Rubrio quodam Gracci collega referente, cui plebs sciuisset: vt Carthago. a Pub. Scipione nuper euersa restitueretur: & sorte Caio euenisset: vt ea de causa Libyam nauigaret: etiam maior tunc Drusus per absentiam Caii factus, maxime Fuluianis creuit calumniis. Erat enim Fuluius. G. Gracci familiaris: & in diuisione agrorum collega: vir seditiosus: & senatui inuisus, nec plebi charus, propter suspitionem: q; fama erat, socios ad defectionem sollicitasse. Quibus sine prohatione argumentoq; iactatis, ipse Fuluius fidem non sani neq; quieti animi ostendebat. Ea res Gracci potentiam minuit: vt illius inuidiæ socii'. Et quum Scipio Africanus subito defunctus esset: signaq; nonnulla plagarum et violentiæ, vt in eius vita scripsimus in ipso mortuo apparerẽt: maxima de Fuluio suspitio fuit: vtpote inimico: et ea ipsa die contra Scipionem publice in uecto. Attigit vero etiam. C. Graccum ea suspitio: ac tam graue facinus in summum virum et principem ciuitatis perpetratum: non modo vltione, sed redargutione etiam caruit: quoniam plebs sollicita de salute Gracci, ne ille forsan particeps necis inueniretur iudicium dissoluit. Sed hæc prius facta erant. In Libya vero dum Carthaginem, quam Iunoniam appellauit, Graccus restituit, permulta impedimenta a genio loci traduntoppositа. Nam primum signum ventorum correptum: quum signifer valide resisteret, fractum est: & sacra altaribus imposita furgens procella dissipauit: et extra terminos designatæ vrbis abiecit. ipsos præterea terminos lupi inuadentes ac turbantes: longe detulerunt. Attamen Graccus omnibus constructis atq; ornatis, septuagesimo die postquam Roma discesserat, in vrbem reuersus est: audita Druſi aduersus Fuluium insectatione, & rebus vrbanis præsentiam eius efflagitantibus. Nam. L. Opimius vir potens in senatu, qui prius in petitione consulatus succubuerat. C. Gracco Fannium in comitiis præferente, tunc iterum petens: multis adiuuantibus, si consul fieret potentiam Gracci: quæ iam modo modo consenuerat: ob multitudinem ad gratiam plebis, ipso concedente senatu, rempublicam gerentium, depositurus videbatur. Postquam igitur Romam rediit: quo popularior foret, ex palatio vbi prius habitabat in locum foro propinquum, vbi complures egeni & tenues ex plebe homines habitabant: immigrauit. Deinde quum alias promulgasset leges: ob quas frequens concursus ad eum fiebat: senatus Fannio consuli persuasit. vt omnes præter vrbanam multitudinem vrbe depelleret. Facto igitur per præconem mandato, duro quidem atq; insolito, vt nullus ex sociis atq; amicis Populi Romani per eos dies Romæ adesset, oppositit Ca

C. Fannius consul designatus.

Caius secũdũ tribunꝰ creatus est.

Liuius Drusus tribunꝰ

Rubrius Gracci collega. Fuluius.

Iunonia Carthago.

ius edictum: per quod consulem quidem reprehendit: sociis autem si manerent, opem se laturum aduersus insolentiam consulis pollicebatur. quod tamen non fecit. Nam quum cerneret quendam ex hospitibus ac familiaribus suis per apparitores consulis trahi, permisit: nec restitit: siue viribus suis diffisus: siue, vt ipse inquit, nolens principium pugnæ cupientibus aduersariis præstare. & forte euenerat: vt colleas etiam suos per id tempus haberet infensos ex huiusmodi causa. Futurum erat in foro gladiatorum spectaculum: & magistratuum plærique constructis circa forum ad spectandum locis, ea mercede locabant. Hæc loca Caius per edictum purgari iussit: vt plebs spectare sine mercede valeret. In quo quum sibi non pareretur: expectata præcedente certamen nocte, constructiones ipsas per operarios & fabros suos demolitus: vacuum ad spectandum multitudini locum ostendit. Quod factum vt plebi gratum fuit, sic collegas ab eo tanq̃ agrestis: superboq; alienauit. atq; ex ea re tertium tribunatum creditur amisisse: suffragiis quæ plurima præstabantur, maligne & fraudulenter p collegas occultatis. Sed hęc non satis clara sunt. Tulit vero hanc repulsam grauiter & iniquo animo. Aduersus inimicos ridentes in solentius q̃ par erat inclamauit: eos Sardonium risum ridere: ignaros q̃ magis tenebris ex suis actis circunfundantur. Quum autem Opimius consul factus multas ex legibus a Caiolatas abrogaret: & Carthaginem in alium locum transferendam decerneret: atq; ea faceret: vt Caius irritatus, necis suæ occasionem præstaret: primo tempore tolerantiam habuit. sed vbi familiares amiciq;, & in primis ipse Fuluius incitare eum cæperunt: contracta multitudine aduersus consulem resistere statuit. ad quam rem tradunt matrem Corneliam ipsum adiuuisse: latenter multitudine conducta ex agris, in vrbem sub messorem specie transmissa: vt in ipsius Corneliæ epistolis ad filium sub ænigmate scriptum legitur. licet tradant nonnulli Cornelia repugnante hoc a Caio factum. Quo die Opimius de abrogandis legibus erat relaturus prima luce ab vtriq; Capitolium occupatur. Ibi dum consul sacra faciebat, minister quidam Antyllius nomine intestina asportans illis qui circa Fuluium erant: dixit. Cedite bonis ciuibus mali ciues. & adiungunt quidam ipsum in obscœnam figuram brachium nudum simul his dictis per iniuriam ostendisse. Hic ergo statim occiditur magnis stilis, ea de causa (vt dicitur) comparatis. Ea cædes populum quidem turbauit: ducum vero ipsorum varia mens fuit. Nam Caius quidem indoluit: & eos qui id fecerant reprehendit. Opimius vero quasi occasione parta, ad vlciscendum suos cohortatus est. Imber ea die certamen diuisit. Postridie vero summo mane consul senatum in curiam vocauit: atq; dum ibi de Republicæ agitur, quidam vt ordinatũ erat, Antillii corpus feretro impositum cum planctu & lamentatione in forum secus curiam ipsam detulerunt. Simulante consule id se admirari, senatus progreditur: positoq; in medio eorum feretro, veluti super magnum facinus patres inclamant. At multitudinem indignatio habebat: q̃ Tyberii Gracci tribuni plebis in Capitolio nuper occisi corpus in Tyberium proiectum fuerat: ministrum vero Antyllium, quietsi non iure necatus esset, iustas tamen præstiterat irarum causas, in foro circunfusis senatores populi Romani deplorarent: eumq; ostenderent ad necem reliquorum ciuium: qui plebem Romanam defendebant. Senatus post hæc in curiam reductus decernit: vt Opimius consul videat: ne quid Respublica detrimenti capiat. Ille statim iubet: vt senatus arma capiat: vtq; equites Romani singuli binos seruos cum armis postridie adducant. At Fuluius contra se parare: & plebem colligere incœpit. Sed Graccus ipse foro abiens, iuxta patris Gracci statuam constitit: atq; eam diutius cum silentio intuitus: tandem fleus suspiransq; discessit. Ob hoc multi ex plebe homines in commiseratiõem adducti: ac seipsos castigantes. q̃ hominem derelictum proditumq; patiantur: prosequuti custodiæ causa, circa ædes eius pernoctarunt: non potationibus & clamoribus intenti: vt ii qui circa Fuluium excubabant. Nam illi ebrietatibus & tumultu noctem transegerũt, ipso Fuluio in primis lasciuiente: & contra ætatem suam multa dicente: agenteq;. At apud Graccum nihil simile: sed tanq̃ in publica calamitate mœsti & futurum spectantes, partitis vigiliis excubabant. Albescente igitur die, Fuluius vix e somno propter vinolẽtiam excitatus, suos armat spoliis Galatarum: quę domi sue ex triumpho supererant: ac subito minaci clamore in Auentinum montem euadit. Caius vero nec armare quidem se voluit: sed tanq̃ in forum iturus togatus processit: paruo dũtaxat accinctus gladio. Exeuntẽ domo vxor in vestibulo p̃secuta: atq; altera manu natũ tenẽs altera virum apprehendens, inquit: Non te Cai nunc in rostra tribunum plebis & legumlatorem transmitto: nec ad bellum glorioſum: in quo & si aliquid accidat aduersi, saltem honestum mihi luctum relinquas: sed Tiberii fratris tui interfectoribus te obiicis inermem. Recte id quidem: vt patiaris magis, q̃ agas. Viderunt enim peiora: vi & ferro iudicia peraguntur. Si apud Numantiam frater tuus occubuisset: at corpus ad sepulturam reddidisset hostis. Nunc autem & ego fortassis fluuio quodam aut marite prosequi compellar: obsecrans an sicubi in his tuum corpus appareat. Quid enim aut diis: aut legibus quis credat post Tyberii mortem! Hæc de-

Caiꝰ Graccus tertii tribunatus repulsam passus est. Risus Sardonius. L. Opimius consul. Antyllius minister.

plorantem Lyciniam dissoluens sensim a complexu Caius, vna cum amicis silens ire perrexit. At illa vestem eius capere gliscens, solo procubuit semianimis: donec ministrorum manibus sublata, ad Crassum fratrem delata est. Fuluius vbi omnes in vnum conuenerunt, voluntatem Gracci secutus, iuniorem filium cum caduceo in forum transmisit. Erat hic adolescens egregiæ formæ. Qui quum honeste ac decore cum lachrymis de concordia ad senatū & consulem loquutus esset: ac plæriq; eorum qui aderant ad concordiam flecterentur: Opimius consul non nuntiis inquit senatui persuadendum, sed descendendum ex Auentino: ac se iudicio senatus vt obnoxios ciues subiiciendum eē: atq; ita veniam postulandam. Et simul adolescenti edixit vt: vel cum iis rediret: vel omnino non rediret. Caium itaq; tradunt voluisse in forum descendere, vt senatui loqueretur: sed quum id cæteri non probarent, rursus adolescens a Fuluio cum mandatis haud dissimilibus remissus est. At Opimius pugnandi auidus puero statim in custodiam tradito, contra Caium & Fuluium profectus cum multitudine armatorum & sagittariorum Cretensium: ferit aduersarios: ac perturbat. Factaq; exinde fuga Fuluius in quoddam balneum se coniecit: ac paulopost deprehensus vna cum maiori filio occiditur. Caium vero nullus ea die pugnantem conspexit: sed ea quæ gerebantur permoleste ferens, in templum Dianæ se retulit: manusq; sibiipsi afferre quum vellet, a Lycinio & Pomponio fidissimis familiaribus suis prohibetur. Hi nanq; præsentes gladium ademerunt: & ad fugam cohortati sunt. In quo loco dicitur Caius in genu procumbens: & manus ad Deam tendens precatus fuisse: vt populus Romanus pro tanta ingratitudine ac pditione nunq; seruitudine eximeretur. Palam enim cuncti ipsum deseruerant: q̄ primum fuit eis per preconem impunitas, si inde discederent, cōcessa. Fugientem ergo Caium aduersarii prosequuti: quum iuxta pontem ligneum iam assequerent, familiares duo quos supra memoraui illum procedere ac maturare fugam iubent: ipsi vero in ponte ipso, ruentibus aduersariis se obiicientes, non prius quenq; transire permiserūt: q̄ ipsi pugnantes occisi sunt. Cū Caio seruus vnus aufugerat Philocrates. At quum vniuersi certatim cum ad fugam hortarētur: nemo tamen auxilium præstaret: nec perenti equum quisq; concederet: & iam aduersarii adessent: præripit ille se in sacrum deorum nemus: ibiq; occiditur per manus Philocratis serui: qui primo dominum: deinde seipsum peremit. Quamquam tradunt nonnulli ambos i manus inimicorum viuos peruenisse: sed seruum dominum complexum nō prius diuelli potuisse, quam ipse cæderetur. Caput Gracci tradunt abscissum primo ab alio, deinde ab amico quodam Opimii Septimuleio nomine per vim ablatum. Nam promissum erat in principio pugnæ: vt qui Caii & Fuluii capita referret, equum auri pondus ex publico accipe//ret. Relatum est igitur a Septimuleio pilo transfixum: statera deinde impositum librarum decem & septem ac dimidiæ pondus traxit: Septimuleio improbe machinato: nam detracto cerebro, plumbū infunderat. Qui vero Fuluii caput retulerunt (erant nanq; ex tenuioribus) nihil omnino reportarunt. Corpora Caii & Fuluii & aliorum omniū (circiter enim tria milia cæsa fuerant) in Tyberim proiecta: bonaq; eorum publicata. Edictum est mulieribus ne lugerent. Dos Lyciniæ vxori adempta. Crudelissimi vero omnium in eo fuerant: q̄ Fuluii iuniorem filium concordiæ sequestrem, quem pauloante diximus a consule captum & in custodiam traditum, quum is nec in prælio fuisset: nec manus in arma intulisset, tamē post victoriam accerbissime necauerunt. Super omnia tamen plebem afflixit templum Concordiæ ab Opimio constructum. Iactatio enim quædam visa est atq; superbia: & quasi de nece Romanorum ciuium triumphus. Itaq; per noctem sub ipsius templi hypogrammate quidam scripserunt hunc versum: Opus vecordiæ templum Concordiæ facit. Hic tamen Opimius qui primus in consulatu Dictatoris potestate fretus est, quiq; supra tria milia. C. Graccum: & Fuluium Graccum, quorum alter consularis & triumphalis, alter suæ ætatis virtute & gloria princeps fuit, indemnatos occidit: furti crimine non caruit. Nam missus postea legatus ad Iugurtham Numidiæ regem, & pecunia corruptus, cum summo dedecore in iudicio condemnatus, infamis cosenuit: inuisus ac spretus a populo Romano: qui & si iuxta res ipsas perculsus metu se contraxerat: tamen paulopost desyderium & beniuolentiam Graccorum aperte ostendit. Nam & statuas illorum posuit celeberrimis vrbis locis: & vbi illi occisi fuerant, sacella ædificauit: coluitq; & sacrificia quottidie in his fiebant: procumbebatq; multitudo, vt deorum templis. ipsa etiam Cornelia mater dicitur & cætera omnia quæ fors attulerat, genero se tulisse: & de sacellis ipsis dixisse dignas eorum corpora sepulturas habere ipsa vero circa Misenos vitam duxit, nihilo de priore consuetudine immutata. Erat etiingens amicorum multitudo: & de ea causa frequens hospitalitas. Nam e Græcia eruditi homines & a cunctis regibus dona ferentes referentesq; nuntii domum eius frequen

Lycinia. C. graccei vxor

Fuluius occiditur.

Caii præcatio contra Popu. Ro.

Caii Gracci mors. Septimuleius.

Lyciniæ Gracci vxori dos adempta est.

tabant. Fuit illi dulcissimum: patris Scipionis facta commemorare: mirabilisq; quum de filiis loqueretur: atq; illorum casus facta referret, indolentia: quasi fabulam quandam rerum antiquatum enarraret. Vnde quosdam suspicati coegit: ne ob senectutem & doloris magnitudinem sensum amisisset: ipsos nimirum absque sensu non intelligentes, quantum generositas naturæ & educatio laudabilis prosit hominibus aduersus dolorem moderate perferendum: quodq; fortuna aduersus virtutem bona custodientem interdum prævaleat: sed in cadendo moderationem animi ferentis aduersa non aufert.

FINIT TYBERII ET CAII GRACCORVM VITA SVMMA ET ARTE PER LEONARDVM ARETINVM EX PLVTARGO GRÆGO IN LATINVM VERSA.

FINIS.

LYSANDRI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER GVARINVM VERONENSEM INLATINVM VERSA.



Capitis intonsi cõsuetudo vnde orta sit. Aristoclet⁹ Lysãdri pater.

Armorea Lysandri statua delphis inter nos extat, pepe tem pli fores den sa cæsarie: et ritu veteri promissa barba: generosum quendam in modum. Eam multi et quidem falso Brasidæ Atheniẽsis eẽ rentur, propter inscriptum Brasidæ titulum. Intonsi vero capitis consuetudo non aliunde (vt quidam arbitrantur) sed ab institutis Lycurgi ad Lacedæmonios peruenit: quem dictare solitum aiunt: eorum qui honesta facie forent accedente coma, decorem magis augeri. At iis qui deformes essent, ex ea plus teroris inesse. Lysandri pater Aristoclerus ex prosapia minime sane regia, cæterum ex Heraclidarum genere natus esse dicitur. Lysander in rei familiaris educatus angustia sese patriæ legibus obtemperantem, sicut alter quispiam, præbuit: nec minus fortem & omni voluptate superiorem: nisi siqua ex honore & rebus recte ac magnifice gestis efferebatur. Hoc voluptatũ genere adolescentes superare Spartana ciuitas turpe nequaquam existimat. Pueros enim ab incuntibus statim annis aliquo affectionis stimulo ad gloriam duci volunt: vt ita & vituperatos dolor angat, & laudes ad maiora prouehant. quem vero hæc ipsa non tangunt ac permouent: vt ab honore alienum: & ad virtutem omnino secordem, aspernantur & ignauum.

Itaque Lysandro honoris cupiditas & contentionis studium ab Laconica disciplina permã/ sit innatum. Quibus in rebus eius natura magnopere incusanda non est. Ad colendos au/ tem vrbis primores supra Spartani hominis morem pronus videtur extitisse. ad tolerãdum insuper magistratuum pondus: vocante necessitate, facilis. quod ad rei ciuilis aptitudinem aliqui non mediocrem particulam faciunt. Aristoteles quum melancholicorum demonstret ingenia: vt Socratis: vt Platonis: vt Herculis, Lysandrum non statim, sed ætate iam gran/ diore in melancholiam incidisse scriptum reliquit. Eius est maxime proprium: ꝙ quum pau pertatem moderate tulerit: nullo in loco victus: aut corruptus pecunia: patriam tamen di/ uitiis & diuitiarum auiditate imbuerit: quam quum opes minime mirantem admirarentur omnes, eam intercepit admirationem post Athenienſe bellum: ingentem auri atq; argen/ ti vim introducens: quum interim ne vllam sibi quidem drachmam reliquam faceret. Dio/ nysius tyrannus ingentis pretii ex Sicilia tunicas ad eius filias miserat: quibus repudiatis: Vereor, dixit, ne per has longe deformiores appareant. Non longe post ad eundem tyran/ num missus eadem ex vrbe legatus, duabus ad se missis ab illo stolis, vt vtram vellet filiæ de ferendam eligeret: illam ipsam melius delecturam inquit: & acceptis ambabus: abscessit. Postea quum Peloponnensium bellum diutius duraturum videretur: & Athenienses post acceptam cladem in Sicilia confestim ex maris imperio eiectum iri in suspitionem venis/ sent: nec multo post omnimoda rerum desperatione laboraturos: Alcibiades ab exilio re/ uocatus & rerum summæ præfectus, magnam adeo fecit mutationem: vt naualia certami/ na æquatis iam viribus constituerit. Pauore igitur Lacedæmoniis rursus iniecto, promptis animis ad id bellum recentes facti, & imperatore grauissimo, & apparatu validiore indige/ re videbantur: ad maritimum imperium Lysandrum emittunt. Profectus Ephesum ciuita/ tem sibi quidem amicam: & Laconicas partes promptissime fouentem inuenit: cæterum per id tempus infelicem: & ne barbaricis Persarum moribus efferaretur periclitantem: quippe cui Lydia circunfusa frequentes immiscereret conuenas: & duces ibi regii diutius otia contere/ rent. Itaq; iaciens ibi vallum: & onerarias vndiq; naues contrahens, magnumq; ad ædifi/ candas triremes apparatum ordiens, Ephesiorum portus mercaturis, forum negotiatori/ bus, domos atq; artificia opibus lucrisq; referfit. Ex illo primum tempore ipsius amplitudi/ nis ac magnificentiæ, qua ciuitas in præsentia viget, ab Lysandro spes exorta est. Accipiens deinde regis filium Cyrum Sardis venisse: vt in eius colloquium veniret, ascendit: simul & Tissaphernis crimina deferret. Cui quum edictum esset, vt Lacedæmoniis auxilio esset: ac ex mari Athenienses summoueret: remissior & minime promptus videbatur, quo Alcibia di morem gereret: & ad soluendam naualem potentiam tenuiter ac maligne necessaria sup/ peditabat. Cupiebat & Cyrus Tissaphernis operas vitio dari: & turpes de illo rumores di/ spergi: cum propter hominis improbitatem priuatas secum inimicitias exerceret. Hisce de causis & aliis item rationibus, tum vero singulari consuetudinis comitate charus, & ado/ lescentem magis alliciens, eum ad bellum firmius animauit. Cyrus illum quum discedere vellet, contiuio accipiens obsecrabat vel nullas eius liberalitates munificentiasq; repudia/ ret: sed quicquid optaret explicare ac petere: vt nullam repulsam habiturum. Excipiens Ly/ sander, quandoquidem, inquit, Cyre tantum promptitudinis habens, peto atq; hor/ tor: vt stipendio nautico vnum adiungas obolum: vt pro ternis obolis quaternos capta/ re liceat. Cyrus igitur hominis magnificentia delectatus, ei decem Daricorum milia de/ dit. Ex quibus additum nautis annumerans obolum: & splendoris plurimum vendica/ uit: & breui tempore hostiles naues vacuefecit. Nam ad eos qui maiorem mercedem exhi/ bebant: frequentes commigrabant: quiq; manserant, & segnes erant, & seditiones agita/ bant, & mala ductoribus quottidie ingerebant. Lysander licet auulsis & detrimento affectis hostibus, nauali tamen pugna confligere ausus non est. Alcibiadem enim strenuum & acrẽ virum & nauium multitudine superiorem: & ad vniuersa maritima & terrestria ad id tem/ pus prælia inuictum reformidabat. Postq̃ Alcibiades e Samo Phoceam enauigans: classis præfectum reliquit Antiochum: Antiochus habito quasi per contumeliam Lysandro, fa/ ctus audacior, duabus aduersus illum triremibus in Ephesiorum portum annauigat: & ma gnis risibus ac plausu insolenter vsus, cursum præter nauale duxit. Id ferens indigne Lysan/ der, non multas ab initio triremes deducens, insectari cœpit Antiochum. Subinde ferentes auxilium conspicatus Athenienses, reliquas implet nauali deniq; pugna conserta, victor Ly/ sander, quindecim captis triremibus, trophæum erexit. Ea re ira cõcitatus in vrbe pupulus, Alcibiadem exilio mulctandum decernit: qui dehinc ab iis q circa Famiũ statiua habebãt mili tibus ignominiose habitus, & male de se audiens, in Cherronesum excastris nauibus profe/

Lysander in melancho/ liã incidit iuxta Ari/ stotelem.

Lysãder La/ cedæmõio/ rũ pfectus.

Antiochus classis Alci/ biadis præ/ fectus.

Lysander quindecim

Athenien siũ naues ce pit: & tro phęũ erexit

ctus est. Hanc pugnam, licet re gesta nequaquam ingentem, fortuna ipsa per mortalium ora pp Alcibiadem volitare, faciebat. Lysander ex vrbibus accersitus Ephesum, quũ nõnullos audacia & spiritu supra vulgus elatos cerneret, occulta seminabat initia: vt quemadmodum postea factum est, decem viratum crearent: & rebus nouandis intẽderẽt. Nec minus sollicitabat ac irritabat: & subtiliter conspirantes sic rebus animos adhiberent: vt in destruendis Atheniensibus, simulq; ex vrbibus expellendis, illos per eorum patrias potentiam vendicaturos intelligerẽt. Horum fidem re ipsa quibusq; prębuit: amicos atq; hospites ad imperia: ad res ampliſſimas: ad honores prouehens proq; illorum auaritia violandi iuris, & peccatorum adiutor & socius. Quocirca omnes illi mentem attendere: gratiosi in eum se videri: illius desyderium præ se ferre: illo victore & imperium obtinente, nihil non assequuturos sperare. Eapropter classis prefectum Callicratidam Lysandro succedentem ab initio videbant inuiti: neq; sui mores imperii simplices quidem & Dorico ritu veneros approbabant: quum posterius dato de se periculo, vir præstantissimus & iustissimus apparuisset. Cæterum huius virtutem nõ secus ac in semidei cuiusdam statua pulchritudinem admirati illius studium in amicos, charitatem & vtilitatem quęritabant: adeo, vt eo nauim conscendente, præ mœrore lachrymas effunderent. Eos autẽ huc in Callicratidam inuisos magis reddebat: q; ex argento etiam in nautas ab Cyro tradito, quod reliquum fuerat: Sardis remisit: eumq; petere si vellet, & de alendo milite cogitare iussit. Enauigaturus deniq; illum testatus est, se se nauales ita copias tradere: vt in potestate mare habeant. At ille superbam & inanem hominis iactantiam redarguere volens, Tu igitur læuorsum captata Samo & circa Miletum nauigatione deflexa, illic mihi triremes tradito. Nam si maris potestatem habemus: hostem in Samo commorantem vt, nauigando formidemus opus non est. Cui Lysander: naues ipsæ non meo quidem, inquit sub imperio verum sub tuo sunt. Quo dicto in Peloponnesum contendit, magna perplexum ambiguitate relinquens Callicratidam. Nec enim vllas secum ex domo pecunias deferens accesserat: nec ex oppidis propter eorum inopiam ac tenuitatem tributa colligi patiebatur. Restabat igitur vt sicut Lysander fecerat: euntes ad regias fores duces peterẽt. Quam quidem ad rem vir ille ineptissimus erat: qui ingenuus et animo excelso præditus omnem ex Græcis in Græcos cladem honestiorem existimaret q̃ barbaris adulari: & eorum fores adire: qui præter magnam auri vim: nullum bonum habeant. Vrgente tamen necessitate Lydiam ascendens, Cyri regiam petiit: referri iubens Callicratidam classis prefectum cum eo colloquuturum aduentasse. Ei ianitore quodam dicente, Nunc Cyro o peregrine nequaquam otium est: ipse enim potat: Callicratidas magna quadam simplicitate respondit: Grauę præfecto nihil est. Ibi ẽi stans quoad potet expectabo. Tunc rusticus existimatus: & a barbaris derisioni habitus: abscessit. Secundo reuersus quum intra fores non admitteretur, molesteferens in Ephesum abiit: multa imprecatus iis mala: qui barbarorum delitiis illecti, eos per opulentiam incontinenter lasciuire docuissent: deosq; præsentibus testatus est: se quãprimum Spartam tetigerit, omnem daturum operam: vt in gratiam Græci pristinam reuertantur: quo barbaris terrori sint & in mutuam cædem illorum potentiam implorare desinant.

Callicratidas præfectus.

Callicratidas in Argẽnusis est deletus.

Verum Callicratidas pro Spartana dignitate gerens animos: quum æquitate: magnitudine: ac fortitudine excellentissimis Græcorum par esset: paruo deinde tempore nauali pugna superatus, in Argennusis est deletus. Rebus retro ferri cœptis, socii missa legatione Spartam: classis ducem Lysandrum depoſcebant: vti sub eo imperatore negotia ardentius amplexuri. Eadem & Cyrus flagitans miserat. Vetante vero lege his eundem classis præfectum fieri, quũ Lacedæmonii morem sociis gerere vellent, præfecturæ quidem nomen Arato impoſuerant: cæterum Lysandrum verbo quidem legatum, re autem vera cunctorum summæ præficiunt. Plurimis igitur qui in rebus publicis versabantur: & in eorum vrbibus vehementer poterant, dudum exoptatus aduenit. Spes enim iniecta est: eius opera ampliores illorum potentias futuras, re omnino populari dissoluta. Qui simplices ac generoſos imperatorum mores amabat: Lysandrum quoties Callicratidæ compararetur, versutum: captioſumque censebat. Qui res bellicas variis tractans modis, ipsam quoque iustitiam vtilitate amplificabat: alioqui commodis: vt honestate vtens: vera mendaciis non natura præstantiora existimans, vtriusque pretium atque honorem necessitate definiebat. Quique Herculis progeniem sine fallaciis belligerare dignum iudicabant, eos irrideri iubebat. Quo enim Leonis pellis non attingeret, insuendam esse vulpinam. Huius generis sunt quæ in Milesios fecisse dicitur. Amicis atque hospitibus popularem potentiam sese dissoluturum esse promiſerat: simulque aduersam factionem eiecturum. Mutatis interim sententiis, quum pacati animis inimicitias depoſuissent: aperto quidem vultu: & gratulari: & conciliandis opem

afferre simulabat: clam vero conuitiis & maledictis ad inuadendam multitudinem instigabat. Vt autem insurgentium tumultum accepit: e vestigio auxilium importaturus oppidum irrum pens, quos rerum nouarum studiosos habebat obuiã grauiore tono vocis increpabat: & asperrime perducebat: vt supplicium illis inflicturus: alios confidentio res esse iubebat: vt eo presente graue nihil expectaturos. Hęc ipsa simulator tam varie fingebat: ne qui dominatione popular potentes erant euaderent: sed circa vrbem residentes: cęderentur. quod & euenit: siquidem vniuersi fide Lysandri dictis habita, sunt interfecti. Androclidę sermo memoriæ proditus est: permultam Lysandri ad iusiurandum leuitatem arguens. Is enim, vt aiunt, iubebat pueros quidem astragalis: viros autem iureiurando fallere: Polycratem Samium tyrannum imperator non recte profecto imitans. haud enim Laconicum: sed contumeliosius est deis sicut & hostibus vti. Nam quisquis abiurat, hostem quidem formidare, deum vero negligere confiteretur Cyrus Lysandro Sardis accersito, vt ei iuueniliter assentaretur, ipsius gratia nonnulla prę stare prę se tulit: quædam subinde pollicitus: si pater minime traderet, vel domesticam supellectilem suppeditaturum. Quod & si cuncta defuerint: aureum & argenteum secturum esse solium: vnde populis ius dicere consuesset. Deniq; in Mediam suum profectus ad patrem, ciuitatum tributa illi suscipienda designauit: & eius fidei proprium commendauit imperium: gratum in primis habens: & omni rogatu ab eo vehementer contendens: ne suum ante reditum cum Athenien sibus nauali certamine dimicaret. aduenturum nanq; magnam secum classem ex Cicilia & Phœnice ducentem. Lysander cum neq; pari multitudine pugnare, neq; tot cum nauibus otiosus sedere posset: nonnullas in potestatem redegit insulas. Æginam quoq; ac Salaminam adiens, incursationibus vexauit. Dehinc descendit in agrum Athenien sem: vbi salutato Agide: quia de Colia venerat, pedestribus copiis vires maritimas ostendere voluit: quibus maris ditionem obtinebat. Tamen interea doctus insectantes illum Athenienses aduentare: alio per insulas cursu effugit in Asiam destitutum offendens Hellespontum, Lampsacenos aggressus est nauibus: Thorax quoq; pedestres simul expeditas muris admouit copias. vrbem itaq; capiens vi, prædam militi concessit. Attica vero classis centum & lxxx. triremium eo tempore penes Cleuntem Cherronesi oppidum stabat in ancoris. Audita Lampsacena clade, confestim Sestum aduehuntur: inde frumentatum euntes: ad Ægos: id est caprę flumen nauigante regione hostium adhuc circa vrbem Lampsacum cum classe stationem habentium. Atticę classis: & alii multi ductores erant: & Philocles: qui populum induxit oratione sua: vt captorum in pugna hostium dexterę manus pollicem præciderent: vt quum hastam ferre nequirent, remum tamen agere possent. Eo die cessarum esta prælio: postridie pugnam inire sperantibus, Lysander quum alia versaret animo nautis edixit & gubernatoribus: vt perinde ac circa diei ortum futuro certamine triremes conscenderent: & silentio fidentes & ordine edictum expectarent. Iidem & pedestres copias structas in litore conquiescere iubet. Exoriente sole Athenienses directis in hostem frontibus, totam classem concitant. Quibus prouocantibus, Lysander aduersas tenens proras frequenti bellatore completas, intendentibus iam tenebris: non tamen se in altum eduxit. At primas deinde naues scaphas summittens ordine considere & conquiescere iussit: & nullum edentes tumultum: nullo pacto exireobuiam. Hunc in modum, quum iam aduesperasceret, concedentibus retro Athenien sibus, nullum dimisit ex nauibus militem: nisi duas aut tres triremes: quæ explorandi gratia missæ, descendentem specularentur hostem. Postero die, tertio item & quarto idem factitatum est. Ea res magnam Athenien sibus iniecit audaciam atq; contemptum: perinde ac hostibus terrore compressis. Alcibiades interim (nam is circa Cherronesum suam intra arcem viram trahebat) ad Athenien sem equo peruectus exercitum, duces increpuit: primum q; male & minime tuto castra in litoribus locassent: quæ & statione carerent, & ad ventorum impetus exponerentur. deinde peccare illos: q; e Sesto exercitui necessaria capiant: quum oportuisset mox, posteaquam nauigatione Sestum circuissent, intra portum aut vrbem sese procul ab hostibus constituisse: qui sub vnius ductu atq; auspicio imperatoris tantum in portu habeant exercitum: qui dato signo statim omnia ad timorem imperata perficiant. Quæ quum edocuisset: non modo non obtemperarunt: verum etiam Tydeus contumelioſe respondens, Non tu quidem, inquit, sed alii imperatores adsunt. Alcibiades igitur aliquam inter eos proditionem subesse suspicatus, abscessit Die quinto annauigantibus rursum Athenien sibus, & remeantibus, vt consuerant, summa cum negligentia, pariq; contemptu, Lysander speculatoriis emissis nauibus eorum prefectis imperat: vt cum primum egressos p̃spexerint Athenienses, retro omni celeritate remigent: quoq; medio in traiectu fuerint, æreum de prora clypeum attollant: irruptionis signũ. Ipse interim gubernatores & triremium præfectos adiens, puocabat, incitabatq;: vt remiges & commilitones structos contineren: signo dato, omni prõptitudine ac robore in hostes inferre. Sublato e nauibus clypeo, e

Lampsacũ Lysander cepit.

Classis attica centũ & octoginta triremium. Philocles

Alcibiades.

Tydeus.

prętoria naui tuba insonuit: in altum se subuehunt: & incursionem faciunt. peditatus in litore certamin aduolans. promontorium petit. hoc autem, intercedens vtriusq; continentis spatium quindecim stadiorum est. Id vero studio & promptitudine nauigantium e vestigio corripitur. Conon Athenienſium imperator primus e continenti annauigantem derepente classem prospiciens, mœrore classis vexatus vociferari vt conscenderẽt: vocare alios: obtestari: nonnullos coactos inferre. Dissipatis autem hominibus nihil studio proficiebat. Nam vt primi exierãt: statim vt qui nihil expectabant, aut in rebus emendis versabantur: aut in agro deãbulabãt: aut intra tentoria sopiti iacebant: aut parandis prandiis incumbebant: longe a futuri cogitatione per ducum imperitiam existentes. Clamore ac strepitu illatis iam hostibus, Conon octo subiectis nauibus, in Cyprum ad Euagoram fugiens: enauigauit. Cęterę aut vacuæ captæ, aut nondum refertæ conscriptę. Homines inermes atq; dispersi quum auxilium ferrent, ante naues cęsi: velsi fugam capescerent, descendentibus in terram hostibus, necabantur. Capta tria hominum milia cum ducibus: & classis vniuersa cum ora maritima: præter naues, quæ cum Cononе salutem fuga compararunt. Indereligatis post se nauibus quum castra ditipuisset, Lysander cũ tibiarum & pæanis cantu Lampsacum reuertitur: opus amplissimum nimio labore conficiens & vna hora longissimum tempus & diuersissimum: fortunisq; & euẽtis vltra superiora bella incredibile corripiens: q; post infinitas certandi formas, & rerum gestarum permutationes, complures quam antea Gręciæ duces consumpsit: & vnius viri consilio & grauitate trucidandos dedit. Quocirca non nulli hoc opus diuinitus factum existimauere: Castorem & Pollucem in Lysandri naue vtraq; ex parte extitisse & quo tempore portum erum peret sydera clauo circũluxisse asserentes. Quidam & lapidis casum ad earum rerum euentum prodigio fuisse ferunt. Nam vt constans multorum est opinio: miræ magnitudinis saxum ad ęgos ideſt capræ flumen e cœlo delatum est: quod & ętate nostra ostenditur: id pręcipua religione prosequentibus Cherronesi incolis. Anauagoram quoq; prędixisse traditur: q; eorum quę cœlo indurta sunt corporum, lapsu quodam & agitatione facta, vnius effracti casus futurus esset & abiectio. Astra etiam haud eo in loco esse quo nata sunt. Nam quum saxea sint & grauia, ætheris quidem resistentia & reflexione splendere: cæterum per vim astricta trahi vertigine ac circuitionis tenore: sicuti quum frigida & ponderosa ab rerum primordio secernebantur a toto nehuc deciderunt, & continebantur. Alia quędam quam hæc credibilior est opinio: asserentibus nonnullis: vt radiantes stellæ nequaquam sint ignis ętherei fusio & distributio in aere: qui circa incensionem ipsam extinguitur: nec aeris in superiore parte multitudine soluti successio & sic inflammatio: verum cœlestium corporum iactus & casus, velut quadam tenoris inclinatione, & motionis auersæ exagitationibus delatorum, non ad habitatos terrę locos, sed plurimis exterius in mare magnum excidentibus, quocirca latent. Cæterum Anauagoræ testis accedit Damachus in iis quę de religiõe tradit: q; ante illius lapidis casum, quinq; ac septuaginta dies assiduos corpus igneum eximiæ magnitudinis cœlo spectabatur minime quietum, sed multimodis perfractis agitationibus delatum: sicut absciſſę auulsęq; ignis formę motu & terrore passim perlatę, in modum radiantium stellarum fulgurant. Postquã deiectum est saxum: incole metu ac pauore sedato conuenere. Nullum ignis aut opus aut vestigium cernunt: lapis alioqui grandis quidem iacebat: cęterum illius igneæ figurę & (vt sic dixerim) ambitus partem nullam habebat. Quod Damacho discretis opus est auditoribus, liquet. Seuerus est sermo: eos vehementer arguit: qui petram aliquo ex colle ventis & tempestatibus effractam dicunt: inde more turbinis derelictam vbi primum circum uoluens agitator ille destitit, dissolutusq; est: ciectam decidisse. Nisi forte quod multos per dies apparuit, re vera ignis extitit. Sed extinctum atq; corruptum aeri mutationem in ventos motusq; violentissimos prębuit. A quibus vt saxum ipsum abiiceretur obuenit. hoc scribendi genere diligentius excutienda sunt. Lysander vero quum tria captiuorum milia morte damnatos a collegis intelligeret: Philoclem eorum imperatorem accersens rogauit: quanam se dignum pœna censeret, quum talia ciuibus aduersus Græcos consilia tribuerit? At ille nulla ex parte ad calamitatem demissus, eos ne incusaret iussit: quorum nemo iudex adesset. At ea victor ageret: quæ victus passurus erat. Deinde lotus splendida sumptua lena ante alios ciues vt vulgaretur processit: quemadmodum Theophrastus scriptum reliquit. Post hęc ad oppida nauigans quoscunq; obuios Athenienses haberet Athenas abire imperauit. Nulli se veniam concessurum: quin eos trucidaturum: quos extra vrbẽ offenderet. Hæc vero iccirco faciebat: & vniuersos intra vrbẽ cõpellebat: vt quum in ciuitate fames confestim inualesceret ac inopia: in obsidione nullas molestias exhiberent: per rerũ copiã facilius tolerantes. Destructis populis & rebus eorum publicis, in singulas vnũ dũtaxat ac Lacedæmoniũ gubernatorẽ dimisit. E sociatibus autem quæ p vrbes eius opera cõgruebant, decẽ ex suis præfectos imposuit. Nec ipse & per hostiles & per socias ciuitates pergens lentam nauigationem ducebat sibi: Gręciæ principatum quodãmodo instruens,

Conõ Athenienſium imperator.

Lyſandri victoria maritima cõtra Athenienſes.

Saxũ e cœlo ad ęgos delatum.

Haud enim primates aut locupletes ad præfecturas designabat: sed in sodalitia & hospitalitates res ipsas gratiose conferebat: honoris ac suppliciorum dominos authoresq; constituens. Compluribus etiam præsens cædibus, & amicorum suorum inimicos ex vrbibus eiiciens, iudicium haud sane benignum de Lacedæmoniorum imperio Græcis exhibebat. Theopompus igitur comicus delirare visus est: qui cauponarum & vina vendentium mulierculam similes Lacedæmonios dixit: q̃ quum Græcis libertatis gustum propinassent, acetum instillarunt. Illico enim molesta & acerba erat prægustatio: quum Lysander nullam populis administrandarum rerum authoritatem permitteret: & paucis confidentissimis quidem & contentiosissimis, ciuitates manu & potentia tenendas committeret. In his non multo tempore moratus, missis Lacedæmoniam legatis, nuntiat secum ducentarum nauium classe annauigare. Deinde circa terram Atticam se cum Agide ac Pausania regibus coniungit: vt e vestigio vrbem capturus. Repugnantibus vero Athenien sibus, assumptis nauibus: rursus traiiciens in Asiam, cæterarum plane ciuitatum statum dissoluit, Cõstituris. decẽ viris, multis vbiq; iugulatis multis exilio mulctatis, vniuersis eiectis Samiis, ciuitates in exulum potestate posuit. Abrepta subinde Athenien sibus Sesto, prohibitis habitare Sestianis, gubernatoribus & nautarum hortatoribus agrum & vrbem fruendam depascendamq; tradidit. Quam ad rem refragari primo Lacedæmonii, Sestianos in agrum denuo reduxerunt. Illa Lysandri opera cuncti iocunde spactauere Græci. Æginenses longo post tempore suam recuperauere vrbem. Melios & Sicyonios in propria restituros domicilia: expulsis inde Athenien sibus oppida reddentibus. Audiens Athenienses inualescente intra vrbem fame malehabere, ad Piræum nauigat: vbi inductam necessitate ciuitatem ad pacem, imperata facere coegit. Operepretium est Lacedæmonios audire dicentes: Lysandrum ad Ephoros hoc pacto scripsisse. Captę sunt Athenæ. adquem sic rescripserunt Ephori. Sat est cepi. Hic ad decorem fictus est sermo: verax autem ab Ephoris decretum hunc in modum se habet. Primores Lacedæmoniorum decreuere: Pireo & longis murorum turribus eiectis, vbi ex vniuersis exieritis vrbibus, vestram possidete terram. Hęc ipsa quum feceritis pacem habete. quę opus sunt exhibete. Remissis exulibus de nauium multitudine quicquid deliberatum fuerit facite. Athenienses Theramene senatum habente hanc ab Lacedæmoniis acceperunt epistolam: quo tempore Cleomenem ab iuuene quodam ex factiosis interrogatum fuisse tradunt: Num aduersus Themistoclem & dicere & facere auderet: muros Lacedæmoniis tradere nequicquam reformidans: quos ille inuitis Lacedæmoniis altius ædificauerat! Cui Cleomenes nihil aduersum Themistoclem inquit adolescentule facio. Nam quos ille muros ad ciuitatis salutem ædificauit, nos ad salutem diruemus. Quod si mœnia felices ciuitates efficiunt: infelicissimam esse Spartam necesse erat: quum nullis septa sit mœnibus. Itaq; quum Lysander vniuersis nauibus. xii. dumtaxat exceptis, & muris Athenarum potitus esset. xvi. Munychionis mensis, quo & penes Salaminem nauali certamine Barbarum deuicerant, statim de permutando reipublicæ statu consilium agitauit. Quã rem quum Athenienses aspere & contumacibus ferrent animis: misit qui denuntiarent: fœdifragam ab se ciuitatem esse deprehensam. Ipsam enim præteriisse dies: quibus diruendi fuerant muri: quos adhuc stare cerneret. Alteram igitur in illos denuo latam esse sententiam: vt qui conuenta dissoluerint. Sunt qui de ciuitate in seruitutem redigenda re vera sententia inter socios propositam fuisse dicant: quo quidem tempore, Thebanum Eriamperthum authorem extitisse: vt vrbe diruta agrum pecori pascendum relinquerent. Postmodum coactis ad sodalitium ducibus, Phocensis quidam tibicen Electram cantabat Euripidis: cuius initium est: Tuas agrestes Electra perii domos Agamemnonis gnata. ad cuius cãtum fractis cunctorum animis miserabile videri facinus eam vastare ac delere vrbem: cuius immortalis extat gloria: & quæ tam claros in lucem viros extulerit. Lysander igitur Athenien sibus ad omnia summissius isiclinantibus, per multas ex vrbe, vniuersas excastris tibicinas accersit: quibus itetum modulantibus, muros a fundamentis eruit: & triremes cremauit: ad tibiam coronatis intereaq; ludentibus socii: perinde ac dies illa principium libertatis afferret. Confestim etiam reipublicæ statum permutans, triginta quidem intra vrbem decem vero in Piræo præfectos instituit: præsidium arci & Callibium Lacedæmonium gubernatorem imposuit. Hic postea quum Autolyco pogili. cuius tempore Xenophontis conditum est symposium, sublato fuste plagam infligaturus esset: is eleuatis in sublime cruribus, pronum euertit hominem. quod quum Lysander minus moleste ferret: ipsum insuper redarguit Callibium: his adiectis verbis: ignorare Callibi videris: qui in liberos geris imperium. Paulo deinde post. xxx. vt Callibii gratiam inirent, Antolycum occiderunt. Postea vero Lysander in Thraciam enauigans grandem pecuniam, dona, coronasq; suscepit: compluribus (vt par videtur) ad eum conferentibus: virum sane potentissimum & quodammodo Græciæ dominantem. Ex quibus quæcunq; superuacanea fuerãt per Gylippum, qui in Siciliam ductaret exercitum, Lacedæmonẽ trãsmisit. Gylippus dissutis (vt aiunt) sacculis, non mediocrem ex singulis pecuniam subducens, denuo consuit: ignorãs inesse vnicuiq; literulas numerum significantes. Spartam itaq; profectus, quum ea quę subduxerat domi sub

Lysander Athenis potitus.

Athenaꝝ muros Lysander a fũdamentis eruit.

Gylippꝰ pecuniã dissutis sacculis & ide cõsutis accepit.

Noctuas multas sub tegulis cubare.

tegulis clam occultasset, sacculos Ephoris tradidit, sigilla cõmonstrans. At illi quum reclusissent dubitationem res afferebat: q argenti numerus cũ scriptis dissonare visus est. Seruus interim Gylippi veniens factum subambigue dicit: multas sub tegulis cubare noctuas. Eo nãq; tẽpore vt plurimum, Athenienſium gratia, noctuæ nũmis insigniebantur. Gylippus igitur post res ab eo præclare ac magnifice gestas, turpe acindignum facinus adortus, e Lacedæmone sponte cõmigrauit. Quocirca Spartani quĩ plurimũ sapientia pollebant, eo facto pecuniæ vim vehementissime formidantes (haud.n. infimos iam ciues attigerat) Lysandrum carpentes, Ephoros obtestabãtur: vt vniuersum argentum atq; aurum perinde ac pestes introductas abiicerent. Itaq; latam esse in sena tu rogationem (vt Theopõpus author est) ferente Saraphida, vel vt Ephorus tradit Phlogida: aurum atq; argentum intra vrbem suscipi non licere. Patriæ autem ritu nummis vtendum. Hi ferrei principio fuerant: sed igniti acceto cuncti: vt in usus fabriles accõmodarentur: ac iunctura molles & ad incidendũ prorsus inutiles redderentur: deinde graue pondus portatuq; difficile magno ex numero atq; mole pusillum sane pretium valens. Apud prius sæculum sic oĩno habuisse verisimile est: vt nummorum loco: ferreis vterentur virgulis. i. obeliscis: plerisq; & æreis: ab quibus hoc ẽt tpe nũmos; numeros obolos vocari certum est: & obolos sex vnã conficere drachmã: qa tot manus ipsa cõplecteretur. Cæteꝝ cõtradictentibus Lysandri familiaribus, & summo studio cõtendentibus vt pecuniæ in ciuitate manerent, decretũ factũ est: huius quidẽ generis nũmos in phisciũ referendos esse: q si quis priuatim possidere deprehensus fuisset, ei capitis supplicĩ diffinitũ: quasi Lycurgus nũmos quidẽ, non autem nũmos; auaritiã pertimuerit: quã non priuatis interdicta possessio sicuti ciuitati concessa ingenerabat, præsertim quũ vsus dignitatẽ æmulationẽq; susciperet. Hã ud enim eos vt inutiles cõtẽnere priuatim facile erat: quos publice in honore haberi contueretur: nec ad domesticã rẽ eã nihil petẽdã arbitrari: quã cõmuniter & probari, & amari prospicerent. quin longe citius ad cõmunibus exercitiis ad priuatorũ vita consuetudinesq; manant: q̃ singulos; affectiones elabantur, quæ ciuitates rerum turpitudine ac flagitiis impleant. Partes enim cum toto pariter versari verisimilius est: qñ vergat in peius. At delicta partis at totũ multa ab iisq; recte valeant intenta habent adiumenta. Illi quidẽ ne pecunia ciuiũ domos irrumperet, metũ legẽq; custo dẽ instituerunt. Animos vero vt inconcussi & ad agenti cupiditatem infracti manerent, minime conseruauerunt: iniecto cunctis diuitiarũ amore: perinde ac honestum quiddã & amplissimum foret. Hæc quũ alio quodã in genere scribendi versaremur, de Lacedæmõiis attigimus. Lysander æreã

Oboli vn de dicti sint

Lysander æreã statuã posuit ĩ Delphis.

ipsius: singulorũq; præfectorum statuã e manubiis posuit in Delphis: & aurea Castoris & Pollucis astra quæ ante tres Leuctricas euanuerunt. In thesauro Brasidæ & Acanthiorũ triremes ex auro & ebore cõpositæ duos; cubitos; erat: quã Cyrus ei victoriæ monimẽtũ miserat. Anaxandrides Delphis scriptũ reliquit eo in loco Lysandri depositũ esse talentum argenti, & minas duas & quinquaginta. præterea stateras vndendos, qua in re minime eum cæteris cõcordat historicis: qui de hominis paupertate cõfessa scripserunt. Ea igitur tẽpestate Lysander quãtũ priscoꝝ nemo Græcorũ potentissimus, & elatiõe & potestatis magnitudine visus est vti. Nam vt Duris tradit, illi primo Græcorum perinde ac deo, per ciuitates & aræ & sacrificia cõstitutæ: eiq; ante omnes Pæanes decanati sunt. Ex quibus vnus huius generis initium habuisse memoratur: Almæ græciæ imperatorem ab

Pæanes Lysandro decantati. Lysandria tẽpla lunoni dicata Samii appellauerunt.

latissima Sparta diuinis celebremus cantibus Io pæan. Samii vt dicata Iunoni templa Lysandria vocarentur senatusconsulto decreuere. Chœrilum poetam suo semper adiunctum lateri habuit: vt res quas gesserat versibus exornaret. Antilochus mediocria quædam de illo carmina ediderat. Qua re delectatus Lysander muneris gratia pileũ impleuit argento. Antimachus aũt Colophonius & Niceratus Heracleotes Lysandria poemata certatim agebant. E quibus quum Nicerato coronam donasset: Antimachus dolore percitus, scriptum ab se carmen aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato Antimachi poeticum admiratus ingeniũ, q superatũ sese moleste ferebat, reuocatum mitigabat: ignaris ignorãtiã id malũ esse præfatus: ob cæcitatẽ nõ videntibus. Aristonus citharœdus quũ sexies Pythia vicisset: vt Lysandri gratiã iniret, ei pollicitus ẽ, sese quũ denuo victoriã reportaret, Aristonũ Lysandri seruũ pconio declaraturum. Ambitiosus Lysandri animus primoribus & sui ordinis hominibus grauis tm erat. Quũ aũt elationis pariter ac molestiæ plurimũ & mores & ambitio per familiares cõtraxisset: in eo nõ honoris, nõ supplicii vulgaris modus inerat. Hospitatis & amicitiæ pmia pponebant: vrbani sine appellatione potẽtatus: & dominationes indiscussę. Vna vero explẽdæ iracũdiæ via erat: inimicũ extinguere: cui ne vlla qdẽ fugiẽdi licẽtia pstabatur. Posteriori tpe latẽtes Milesios in mediũ pduci cupiebat. Veritus aũt ne intercessorẽ populũ cõsti

Milesios q latuerãt, Lysander contra iusiurãdũ iugulari iussit.

tuerẽt: neminẽ violaturũ iureiurãdo affirmauit. Ii vero quũ fide habita peruenissent, paucis factionis suæ hominibus iugulãdos tradidit: haud octingẽtis pauciores. Aliis ẽt in oppidis innumerabiles plebeioꝝ cędes fiebãt. Iã.n. nõ priuatis ipsius causis trucidari videbantur: sed plerisq; simulatribus, & cõpluribus auaritiis eoꝝ, q vbiuis gentiũ erãt, amicoꝝ morẽ gerebat: & opẽ simul ac operã impẽdebat. Quocirca Lacedæmonius Etheocles frequẽtẽ cõsequutus ẽ laudẽ, quũ dixit: bene actũ cũ græcia, q duos minime Lysandros ptulit. Hoc idẽ (vt author est Theophrastus) de Alcibiade

ab Archestrato dictū est. Cęteręx ibi cōtumelia, mollities, & cōtumacia molestiā maxime patiebat. In Lysandro autē acerbitas morꝫ grauē pariter ac terribilē potēriā efficiebat. Lacedæmonii cęteris Lysandrū incusantibus, nequaq̄ animū vehemēter adhibuerūt: vt vero Pharnabazus post multas eius iniurias violētius agrum vexantis Spartā misit accusatores, indignabūdi Ephori vnū ex amicis & sociis ducibus Thoracē, quē priuatū argētū possidere deprehenderunt, supremo affecere supplicio. Lysandro vero missa Scytala vt Spartam adueniret edixerūt. Scytala talis est. Quū Ephori aut classis pfectū: aut imperatorē emittūt, duo teretia ligna & lōgitudine & crassitudine diligenter adæquant: adeo vt derasa vicissim congruāt: eqbus quū alterꝫ sibi reseruent: alterꝫ tribuunt discedenti. Hęc autē ligna Scytalas appellant. Quū igit arcanū aliquid & arduū explanare cupiunt: chartā in stār lori prolixā & angustā Scytalæ suę circūuoluunt: nullūq̄ facientes interuallū vndiq̄ superficiē charta occupāt: quo facto quęcūq̄ voluerint circūplicata Scytalę charta describūt. Dēpto dehinc codicillo ad imperatorē absq̄ ligno scripta mittūt: quę quū is accepit, alioqui lectitare nihil valeat: adeo literis hincinde dissipatis: vt nullū prorsus contractū habeant. Cęteręx sua sumpta Scytala, codicillū sic pcisum circūplicat: adeo vt circūductione similē in serie constituta, verboꝝ cōtinuatio reperiatur. Codicillus sicut & lignū Scytala vocatur: vt a mēsura mensuratū dici plērūq̄ solet. Lysander allata sibi ad Hellespontū Scytala, perturbatus est: pcipue accusationes Pharnabari reformidans: studiū & accuratā adhibuit operā: vt in eius colloquiū veniret: quo mutuas controuersias solueret. Conuenientibus illis, Lysander pcibus orabat: vt literas ad magistratus daret: perinde ac nullis violatus iniuriis, & nullas accusationes afferēs. & pfecto in Creticū Cretica vtens versutia, Pharnabaꝝ videbat̄ ignorare. Omnia enim sese factuꝝ eē recipiēs, aperte quidē pro Lysandri pcibus conscripsit epistolā: aliā vero clanculū conscriptā ibidē habuit. In imprimendis autem sigillis literas alternans nihil aspectu differētes, quas occulte scripserat Lysandro dedit. Itaq̄ Lacedęmoniā petueniens, & sic in prętoriū de more profectus, Pharnabari literas reddit Ephoris: vehementissimā criminū suoꝝ partē amotā existimans. Pharnabarus enim magnę Lacedæmoniis charitati erat: supra omnes regios pfecto in Spartanos prōptissima vsus opera. Postea vero q̄ Ephori lectā epistolā Lysandro cōmōstrauerunt: plane intellexit: nō solū Vlyssem versutū esse. Tū admodū perturbatus absceſſit. Paucis post diebus magistratus adiēs, oportere se dixit ad Hammonis tēplū ascēdere sacrificioꝝ gratia faciēdoꝝ: quæ ante bella deo vouerat. Sunt qui in somnis Hāmonē illi astitisse dicāt: dum Phigeorum oppidū obsideret in Thracia. Quapropter perinde ac iubente deo, obsidione omissa, Phigeis vt imolarēt Hāmoni pręcepit: & vt suscepto in Aphricā itinere deū placaret summo nixus est studio. Plurimi hāc ex deo speciē fecisse autumabant. Alioqui Ephoros metuēs domesticū minime iugū ferēs, & alieno parere imperio haud sane tolerans, errare & aliquādiu lustrare terras appetebat: quēadmodū equus in liberis pascuis & pratis apertis ad pręsepe rursus & ad solitas reductus operas. Quā vero peregrinatiōis causam Ephorus scripris mādauit: paulopost explicabo. Vix aūt ac difficulter efficiēs vt ab Ephoris dimitteret, enauigauit. In eius peregrinatione cōmuni cōsensu reges effecere: vt iectis illius amicis res vrbanæ populis restituerentur. Ciuitates enim p sodalitia ab eo detentæ prorsus erant: & Græcia suę dominationi erat obnoxia. Quas inter res iterum concitato tumultu, quum Athenienses aduersa triginta ephila impetu facto victores essent: reuersus extemplo Lysander Lacedæmoniis persuasit: vt paucis intra ciuitates factiosis auxilium mitterent: populosq̄ vastarent. In primis. xxx. tyrannis ad belli subsidium centum talenta mittunt, Imperatoremq̄ Lysandrum. Reges quum inuidia tum metu, ne denuo Athenas in potestatem reuocet, vt eoꝝ alter exiret decreuere. Egressus igitur est Pausanias vero quidē vt opem tyrannis contra populum afferret: re autē vera, vt bello finem imponeret: ne per amicos Lysander Athenarum dominationē vendicaret. hoc itaq̄ facile perfecit. Nam conciliatis inter se Atheniensibus, & seditione sedata, Lysandro ambitionem eripuit. Paruo postmodum interiecto tempore, cum desciscerent Athenienses, culpatus est. Pausanias: quia quum per paucorum dominationem perinde ac frēnum populus antea reprimeretur: deinde relaxatus contumelioſe superbeq̄ sæuiret. At Lysandro gloriam, hominis factum adiecit: qui non ad aliorum gratiam: non ad simulatā ostentationem: sed ad rei Spartanę cōmoda seuerūm agitaret imperiū. Erat quidem audax alloquio & repugnantibus terribilior. Quum Argiui de agri finibus ambigerent: ac Lacedæmoniis iustiora sese dicere censerent: ense commonstrato, qui huius inquit est dominus, optime de agri finibus dixerit. Megarensis homo quodam in conuentu orationis confidentia in eum vtebatur. Cui Lysander: aduena inquit tua ciuitatis indiget oratio. Bœotios bilingues interrogabat: rectis ne an inclinatis per ipsorum agrum hastis incederent. Post q̄ incumbētibus Corinthiis mœnia prætergrediens languidiores ad inuadendum cernit Lacedæmonios. Interim lepus fossam transire visus est. Non pudet vos ait eius generis hostes pertimescere: quorum mœnibus per secordiam lepores indormiunt! Quū supremum vitæ diem rex Agis obiisset, Agesilao fratre relicto simul & Leonty chida filio eius credito: Agesilai Lysander amator, ei suadebat vt regnum occuparet: velut legitimus ab Herculis progenie ortus. Leontychidæ calūniam infigebat: q̄ ex Alcibiade pcreatus esset:

Ethcocles bñ actū cū Græcia dixit: q̄ duos minime Lysandros pꝛtulit.

Scytala.

Pharnabarus Lysandri literis decepit.

qui occultos cũ Agidis vxore Tymea cõgressus habuisset: quo tpe pfugus Spartæ versabat. Agis, vt ferũt, rẽ diutius animo vertẽs vt q̃ nequaq̃ ex se gravida foret, Leõtychidã p cõtẽptũ habebat: & reliquũ tps eũ palã abdicabat. Postea vero q̃ morbo correptus ad Hereã vrbẽ delatus est: vrgente iã morte, tũ adolescentuli pcibus, tũ amicoꝝ suasionibus exoratus in cõpluriũ conspectu Leonty chidã filiũ suũ declarauit: obsecratisq; pstentibus vt ad Lacedæmonios eaꝝ rex testimonium affer/ rẽt, vita excessit. Ii qdẽ Leontychid e reites affuerunt. At Agesilao homini sane splendido & Lysan dri opibus freto, Diopithes vir illustris detrimẽto erat: huius generis oraculum in Agesilai claudi/ cationẽ adducẽs: Magna licet iactes Spartę iã mẽte revolue: Ne pedibus validã te reddat regia cau da. Tẽpore te lõgo labor insuperatus habebit. In te letalis bellꝝ vertitur vnda. Multis ad oraculũ inclinatis, & ad Leontychidã versis, Lysander Diopithen haud recte oraculũ intelligere dixit: nec si quis offensi pedis Lacedæmoniis imperet deũ indignari, aut molestẽ ferre: verũ enimuero claudum imperiũ fore: si Spurii malecꝝ progeniti inter Heraclidas regnũ tenuerint. Hæc loquutus vt qui po tẽtissimus esset, in suã omnes induxit sententiã: qua rex creatus Agesilaus. Tũ statim Lysander quo expeditionẽ in Asiam susciperet incitabat: ingentẽ illi spem subiiciens, vt Persicũ vastaret imperiũ, vir futurus amplissimus. Datis in Asiam ad familiares literis iubebat: vt in bello aduersum Barba ros ducem ab Lacedæmoniis depositum deposcerent Agesilaum: qui obtẽperantes rogaturos Lacedæmonẽ mittunt oratores. At Lysandri opera non minus regia potestate bonum Agesilao videtur extitisse: cæterum ambitiosorũ ingenia quũ alioquin ad principatus maligna nõ sint, nõ paruũ ex inuidia quã ad pares pp gloriam gerunt, impedimentũ ad res gerendas habent. Nam quibus sociis & ad/ iutoribus vti licet, eos æmulos & aduersarios in virtute sibi faciunt. Agesilaus igitur inter triginta consiliarios Lysandrum adduxit: vt eo amicorum vel præcipuo, vel primo vteretur. Postq̃ autem in Asia constitutus, mortales ad eum pro parua familiaritate rara faciebant colloquia: Lysandrũ autem amici quum pro multa illa pristina consuetudine colerent: suspecti vero pertimescerent: vtriq; & ad fores commeabant, & vadentem consectabantur. Quemadmodum histrionibus in tragœdiis frequenter obuenit: vbi nuntiꝰ cuiusquam, aut secundam personam gerens collau/ datur & priores partes agit: qui autem diadema gestat & sceptrum, per crebros etiam clamo/ res non auditur: Sic & consiliario tota imperii dignitas inerat: quum ipsi regi nomen pot esta/ tis inane relinqueretur. Hæc igitur tam inconcinna honoris auiditas aliquo pacto demulcenda fuerat: & Lysander vsq; ad secundum potestatis gradum remittendus. virum autem & beneficũ & amicum omnino reiicere & per contemptũ habere Agesilao indignũ erat. Primũ quidẽ nullam ei rerum gerendarum occasionem præbuit: postmodum si quibus operam ac studiũ dãtem Lysãdrũ sentiscerent, eos rebus omnibus infectis remittebat: & muneris q̃ vilissimi votorum compotes. Sic eius potentiam tacite dissoluens & extinguens, simul cunctoꝝ sese impotẽ Lysander intellexit, suũ/ q; amicis studiũ obesse, ipse opẽ tribuere desit: ad seq; ne accederent neu colerent obsecrabat. Cum rege haberent colloquia: & iis qui maiorẽ in præsentia cõmoditatẽ afferre pro acceptis honorib⁹ possint. Hæc quũ audiuissent multi: suis pnegotiis molesti esse destitere. Cæterũ nõ obsequia, nõ honores omittere: quin seu deambularet, seu in gymnasiis versaretur frequẽtes adire. Quæ res lon ge magis. Agesilao q̃ antea mœrorem incutiebãt: & ex honore stimulabat inuidia. Quapropter quũ militibus multis principatus & rerum gubernandarum officia tribueret, Lysandrum diuidũ/ dis carnibus præfectũ designauit. Deinde contumeliosius aspernatus ad Ionas conuersus, Ite in quit & meum carnis sectorem colite Itaq; Lysander cum Agesilao sermones haberi oportere cen/ suit. Fit igitur breuis Laconico de more disputatio. Num Agesilae bene nosti minores amicos red dere! At ille: si velint me maiores effici. Qui vero meas opes amplificauerint: eos in partem vocare ius est. At forsan Agesilae, tibi magis dictum, q̃ mihi perpetratum ẽ. Te oro & externoꝝ hominũ gratia: qui coniectos in nos habent oculos: in eo me imperii tui ordine constituas: vbi minus qui dem inuisum, magis autẽ tibi cõmodum fore censueris. Eam ob rem legatus ad Hellespontũ mis/ sus est: qui tametsi Agesilao succẽseret, necessaria tñ agere non neglexit. Mithridatem Persen virũ strenuum exercitusq; ductãtẽ inimicum Pharnabazi quũ ad desciscendũ induxisset, ad Agesilaum produxit. Ad nullum aliũ belli vsum habitus, progrediente tpe Spartam ignominiose naulgauit: litem in Agesilaum foues: & vniuersam maiori q̃ antea odio persequẽs rẽpublicã. Rebus ad pmu/ tationẽ & innouationẽ cõparatis ac instructis, manũ adiicere instituit. cũctatione subla ta. Erat au tem huiusce modi. Heraclidarum genus, qui in Peloponnesum reuocati se dorien sibus immisceue/ rant, amplissimũ & illustre Spartæ floruit. Haud vnicuiq; illorũ regalis fastigii erat communicata successio. Duabus tantũ e familiis reges deligebantur: quas Eurytiontidas appellabant, & Agidas. Ex reliquis nullus per generis nobilitatẽ plus q̃ alter in reb⁹ vrbanis habebat virtutis. honores po/ tentibus omnibus erant propositi. Horum quũ Lysander esset: vbi ad ingentem rerꝰ gestarum glo riam sublimior factus, & potestate & amicos permultos cõparauit: idolebat quũ ciuitatẽ sua opera late propagatã, cerneret regnantibus aliis gubernari, quos tamen nulla ex parte scipso præstã/ tiores esse perspiceret. Decreuit igitur regiam dignitatem duabus e familiis traducens, Heraclidis

omnibus

Lysander ab Agesilao rege inter xxx. consilia rios adhi bitus est.

Lysandrum Agesilaus carnis secto rẽ cõstituit.

Lysander le gatus ab Agesilao in Hellespõtũ missus.

omnibus cõmunẽ reddere. Sunt qui dicũt, nõ Heraclidis, sed Spartiatis: vt non Herculis nepotibus, sed iis qui per virtutẽ censerentur, id premium proponeretur: qualis extiterat Hercules: quẽ virtus ad diuinos perduxit honores, q; si hunc in modũ regni iudiciũ fieret: spes erat iniecta: nullum ante se delectũ iri Spartiatam. Primũ igitur negotium aggressus, per se ciuibus persuadere paratus erat: orationem ꝑ materia meditatus: ei a Cleone Halicarnasseo meditatã ac cõscriptã. Deinde rei tam nouę tãq; inusitatæ magnitudinẽ ante oculos proponẽs, audaciori indigẽtẽ auxilio, omnem, vt in tragœdia dici solet, in ciues machinã attollẽs, Pyrrhicas sortes & vaticinia cõposuit, & adornauit: quasi nullũ sibi fructũ Cleonis allatura foret eloquẽtia: nisi dei metu & superstitione prius obstupefactos ciues occupasset: & sic ad orationẽ adduxisset. Pythicum, vt Ephorus ingt cõtaminare conatus oraculũ, & dodonæas puellas Phereclis intercessione suã in sententiã alliciẽs, reiectus. est. Tum ad Hammonis templum cõscendens, colloquio cum vatibus habito, magnã vim auri obtulisse traditur: quam indigne ferẽtes illi, quosdã miser Spartã, qui Lysandrũ accusarent. Eo absoluto Libyos descedẽtes dixisse cõmemorãt: Nos Spartani rectius faciemus iudicium: quum apud nos Libyam habituri veneritis. Vetus erat nãq; oraculũ Lacedæmonios Libyæ fore cultores. Vniuersas autem insidias, siniſtrum figmẽtum cõscribamus: qd non a vilibus cœperit exordium: sed vt in designatione mathematica, multas & ingẽtes assumpsit materias: & ad cõclusionẽ per præmissas graues difficilesq; progressum. In ea ratione virum historicũ philosophumq; se quemur. Mulier quædam in Ponto ex Apolline grauidã sese prædicabat: cui (vt par erat) multi fidem abrogabant: multiq; adhibebant. Quum ea puellum peperisset: complures nobiles alendo studium & curam diligenter impertierũt. puello quadam ex causa Sileno impositũ est nomẽ. Hoc accepto Lysander initio, reliqua suis texuit artibus: nõ paucis aut cõemptis ad eam fabulã vsus adiutoribus: qui procreationibus pueri rumorem sine vlla suspitione ad fidem ac veri similitudinem adducerent. Alium quoq; ex Delphis sermonẽ allatum spartã disiecerũt dissemarunteq;: ve tustissimas quasdam sortes in arcanis scriptis ab sacerdotibus seruari: quas neq; cõprehendere ne q; legere cuiq; fas esset: nisi qui ex Apolline ortus aduenisset: longo post tempore qui obseruatibus indubitabile signũ præstaret eas capesseret tabellas quibus inscriptæ sortes erant. His ex cõposito comparatis Silenus quum aduentasset: sortes vt Apollinis filius petiit. Sacerdotes qui rei operã cõferebant, singula diligenter indagare: & de origine accuratius sciscitari. Postremo fidem adhibentes, Sileno vti Apollinis filio scripta cõmonstrasse. Eum præsentibus multis lectitasse: quũ alia complura vaticinia, tum idipsum de regno cuius gratia figmẽtum erat institutũ: præstare ac fructuosius esse Spartanis: si ex optimatibus reges deligerẽt. Quum iam Silenus adoleuisset: & ad rẽ gerendam accederet: ecce Lysander ab actione fabulæ corruit: minorum ignauia, & vnius pusilla nimitate ac trepidatione complicis: vt primum subeundũ erat opus. nihil tamẽ viuẽte Lysandro deprehensum: sed post eius mortẽ. Ante enim q̃ Agesilaus rediret ex Asia, functus est vita in Bœotium incidens bellum: vel illud potius in Græciam importans. Nam vtroq; diuulgatur modo: & culpam nõnulli Lysandro, quidã Thebanis attribuunt. Alii cõmunẽ faciũt: Thebanis crimini dãtes sacrorũ dissipationẽ. In Aulide quoq; Androclides & Amphiteus regia corrupti pecunia bello Græciæ Lacedæmonios implicarant. Vnde facto in Phocenses impetu, eorum agrum populaturant. Lysander indignãter ferre dicit: q; soli Thebani ex bello decimã vẽdicarũt: reliquis sociis tacite ferentibus: & Spartam missas ab Lysandro pecunias iniquo animo tulerunt. Orta ꝑsertim indignatio: q; Athenien̄sibus datũ est ex. xxx. tyrannis libertatis initium: quos quum Lysander cõsti tuisset, Lacedæmonii terrorem eis & potẽtiam addiderũt: facto decreto, vt quisq; ex Athenis fuga sese subduceret: vndiq; duceretur in vincula: q; si quis obstaret ducẽti, eũ hostis loco haberi. Thebani cõtraria iis faciũt decreta: conuenientia sane atq; germana rebus ab Hercule & Libero patre gestis: omnia tecta omnesq; Bœotiæ vrbes Athenien̄sibus ꝑ necessitate parẽtes esse. Si qs fugitiuo dum traheretur auxiliũ nõ attulisset, Condemnationis nomine talẽtum solueret. Siquis aduersus tyrannos per agrum Bæotiũ Athenas arma deferret. Thebanos obaudire ac dissimulare. Quibus indecretis adeo humanis vereq; Græcis facta scriptis respõderunt: nãq; Thrasybulus reliquiq; cõspirationis socii Philan occupantes e Thebis primũ fecerũt impetũ: Thebanis arma, pecunias, la tendiq;, & in choãdi facultatẽ parantibus. Has in Thebanos causas Lysander accipiens (iam eni morosus, & atrabile per senectutem inualescẽte iracundus) Ephoros incitabat: & ad mittẽdum in eos præsidiũ persuadebat. Accepto igitur imperio, eduxit exercitum. Posteriori deinde tẽpore Pausaniam regẽ cum copiis emisit: qui circũducto per Cytharoneum exercitu, agrum Bœotium irrupturus erat. Lysander per Phocenses cũ magna militum manu venit obuius. Orchomenios; oppidũ vltro cedens accepit. Inde progressus Lebadian diripuit. Datis postmodũ ad pausaniam literis, vt se cum illo ex Plateis ad Alyartũ cõiungeret (Ipse enim cum solis ortu ad Alyartiorum mœnia stationẽ habiturus erat) literæ ad Thebanos referuntur, tabellario in quosdam specula tores incidente. Quũ Athenienses auxilium attulissent: vrbe illorum præsidio credita: Thebani quum prima quies mortalibus incipit, egressi, paulo post Lysandrum præueniũt, Alyartum cum

Silenꝰ puero nomen

Lysander Orchomenioꝝ oppidũ accepit.

parte copiarum ingressi. At ille exercitū sistens quodā in tumulo, Pausaniam præstolari decreuit. Mox progredierē die, morę prorsus & quietis impatiēs acceptis armis, & sociis adhortatis, recto cursu phalangē ducit ad muros. Thebani qui foris pmanserāt, lęuorsum vrbē habentes in nouissimos pergunt hostes: sub fontē quem Cissusam appellant indigenæ: vbi nutrices infantem in lucem editum abluisse Bacchum in fabulis traditur. Nam & color vini splendet: aspectuq; transluci dus & potu dulcissimus est. Nec procul hinc Cretenses pullulant Syraces: quæ Alyartii ea Rhada mantū incoluisse loca faciunt indicia: eiusq; sepulcrum cōmonstrant: qđ Alea vocāt. Extat & Alcmenæ monumētum: quā ibi humatam esse memorāt. Postęni Amphitryonis interitū, Rhadamanto nupserat. Thebani qui intra oppidum erant, structa cum Alyartiis acie, quietē tantisper agebant. Vbi vero Lysandrum vna cum primoribus incedētibus propinquātem aspiciunt: resęratis de repente foribus irruunt: ipsumq; cum augure pauciſq; aliis obtruncāt. Plurimi namq; ad phalangem sese fuga recipiunt. Non remittēribus inde Thebanis, quin vrgēribus vndiq;, vniuersi in tumulos terga fugæ vertunt. Mille ex eis cecidere: desyderati sunt & Thebanorū trecēti: q cum hostibus ad aspera & munita loca permisti cōtenderāt. His dabatur crimini: q; Laconicam fouerent factionē. Ab quo quū omni se studio dissoluere & ciuibus purgare concupiscerent: nulli parcentes discrimini inter in sectandum mortē oppetiere. Pausaniæ e Plateis Thespias cōmeanti casus in itinere nuntiatur, qui structa acie petit Ayartū. Venit & Trasybulus e Thebis Athenienses secum ducens. Consilium de repetēdis per inducias mortuis agitāde Pausania, Spartiatæ natu grandiores & inter se grauiter & indigne ferebant: & regem adeuntes testati sunt: minime p indu cias interemptum esse Lysandrū. At per arma pro cadauere susceptо certamine ac victoria cōparata sic virum sepulturæ mādādum. q; si superati fuerint: pulchrum & honestū fuerit: eo in loco suo cum imperatore pariter occumbere. Hæc orātibus senioribus, Pausanias arduū opus esse cernēs, victores nuper superare Thebanos: sub muros etiam Lysandri corpus collapsum: adeo vt corporis recuperatio absq; induciis vel victori difficilis redderetur: missо præcone & induciis confectis, reduxit exercitum. Qui Lysandrum deferebant: vt primū Bœotiæ confinia præteriere, in amicorū sociorūq; agro Panopeorū condiderunt: vbi ex Delphis Chœronīam eūtibus secus viam monumentum est. Eo in loco quum exercitus statiua haberet: quidā Phocensis alteri qui prelio nō interfuerat certamen expositisse dicitur. Quum Lysander Armatum traiecisset: hostes impressionem fecere. Admiratus Spartanus Lysandro familiaris, rogat quem nā armatū esse diceret. Id. n. ignorū sibi nomē esse. Vbi primi nostrorū ab hoste cæsi sunt, ppe vrbē fluentū est: qđ Armatū appellāt. Id quū Spartanus audisset: obortis lachrymis, q̄ ineuitabile homini fatū est dixit. Erat Lysandro datū oraculū hunc se in modū habens. Armatū iubeo te deuitare sonantē. Terrigenā qui pone subit cū fraude dracona. Quidam Armatū nō ppe Alyartū fluere asserunt: sed ppe Coroniam torrentem esse: Philaq; fluuiū penes oppidum inferē: quē quū veteres Arimā, ætatis nostræ hoīes Somātum nuncupant. Qui vero Lysandrū interemit Alyartius erat Neochorus nomine: insigne clypei draconē habuit. hoc vt assęq coniectura licet portēdit oraculū. Bello quoq; Peloponnesiaco Thebanis in ædę Smenii sortē datā memorię pditur: quæ simul & Deliacam pugnā pdiceret: & hanc ipsam Alyartiā anno trigesimo posteriorē. Ea huius generis fors est. Qui insidiare lupi catulis vitato suprēmā: Et collē Orchalidē: hūc vulpes nō deserit vnq̄. Proximū Delio lucū Suprēmā appellauit: vbi Bœotia Attice confinis est. Orchalidē vero collē quē nunc Vulpecū vocāt: ad Heliconē in Alyarti partibus situs. Cęterū hoc mortis genere absumpto Lysandro: Spartiatæ adeo grauiter tulere: vt reū capitis regē iudicauerint. Cuius rei iudiciū minime subire decernēs, in regiā fugiēs sese recepit: vbi supplex in Mineruę tēplo vitā duxit. Defuncto Lysandro, ipsius detecta paupertas clariorē effecit principatū: q̄ppe qui tantis ex pecuniis, tanta ex potētia, tāta ex ciuitatū ingentisq; adeo impii ꝓcuratione, ne pusillū quidē in argēti ratione domū suam illustrarit: vt author est Theopōpus. Cui laudanti magisq̄ carpēti fides videt adhibenda. Siquidem vituperare q̄ laudare iocundius. Posteriori tpe: quēadmodum tradit Ephorus, quū Lacedęmone disceptatio inter socios agitaret: & pinde inspiciūdæ forent literę: quas apud se Lysander habebat: eius domū profectus Agesilaus, codicē inuenit: in quo illa de reipublicę statu cōscripta erat oratio: vt ab Eutritontidarum & Agidarum manibus auulso regno, in medium ponēda & optimatibus facienda delectio. properans orationem ad ciues efferebat: vt Lysandrū ostenderet: cuius generis ciues oculturaret. At vir prudens Lacratidas per id tempus Ephoriæ princeps, Agesilaum nō oportere ait Lysandrum effodere: sed orationem secum infodere: quæ tanta esset suadendi arte & astutia compilata. Reliquos tamen honores Lysandro tametsi vita functo reddidere: & filiarum sponsos condemnarunt: qui eas post Lysandri obitū, quum inops esset inuentus, repudiauerunt. Illum enim quum diuitem existimassent, coluerāt. Iustū vero & bonū virum & pauperē cognoscētes deseruerant. Erat enim Spartæ & cęlibi, & tardiori marito, & malo marito indicta pœna: cui eos præsertim subigebant: qui pro bonis & propinquis locupletum affinitates quęritabant. Hæc quidem de Lysandro hunc se in modum habentia sumus perscrutati.

Cissusa fons.

Alcmenę monumentum. Lysandri interitus.

Lysander ī Panopeorū agro sepultus.

Armatum flumen.

Neochorus Alyartius Lysandrū interfecit.

¶ SYLLÆ VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.



Lucius vero Cornelius Sylla patricia p creatus est familia. Ex cuius maioribus Rufinus consularem gessit dignitatem. Huic tamē lōge maiorem exignominia, q̄ ex honore nobilitatem affuisse perhibēt: etenim supra libras argenti concaui decem possedisse: idq; prohibēte lege. deprehensus, e senatu electus est. Posteriores inde humili diutius in fortuna permāserūt. Ille etiā Sylla haud amplo sane in patrimonio educatus ab adolescentia penes alios habitans nō grandem pro domicilio mercedē soluebat: sicut posteriori tēpore quum indigne secūdā adeptus fortunā putaretur, ei obiectū est. Gloriāti siquidē & Aphricanā post victoriā militiāq; , magnificis vtēti verbis, quidā ex honestiori ordine dixisse fertur: quonam modo vir bonus esse potes: qui quum nihil a patre tibi relictum sit, tot ac tanta possideas? Nam quū rectus ille ac nitidus viuēdi mos haud amplius permaneret: iamq; delitiarum & luxurioſi apparatus ęmulatione suscepta, e maioq; curriculo deflexisset: par tamē conuitiū ponebatur: & suorū facultates amittere: & paternam minime paupertatē cōseruare. Postea rerum Sylla quum multos occideret: & libertini generis homo quēdam ex proscriptis occultare diceretur: & proinde e saxo p cipitādus esset: obiecit Syllæ: q; vna simul in domo diutius vitā agitassent: quū interim ipse quidē pro superiore habitaculo duo milia nūmū, ille autē pro inferiore tria milia mercedē efferret. Itaq; inter vtriusq; fortunā mille nūmos interfuisse: qui drachmas Atticas ducentas & quinquaginta valebant. Hæc quidē de antiqua Syllæ fortuna memoriæ produntur. Eius autē corporis speciem aliam statuæ ipsæ declarant. Glaucos oculos, quū vehementer acerbi ac sæui essent, color in facie terribiliores reddebat aspectu. Rubor enim sparsim immistus efflorebat: quā quidē ad rem & coloris nomen inditū fuisse dicunt. Quidā etiā ex dicacibus Syllam Athenis mordens, Sylla inquit morę est farinis inspersum. Huius generis de homine iudiciis vti nequaq̄ absurdū est: quem adeo in exercendis salibus natura studiosum extitisse ferunt: vt ab ineunte ætate plurima cum ignominia sodalitia cum mimis atq; ridiculis petulāter habuerit. Postea vero q̄ in rerum omniū dominatu constitutus est: e scęna spectaculisq; impudentissimos cogens inter potādum quottidianis dicacitatibus certabat. Quæ quū ab eo grandiori ætate patrari, & dominantis insuper dignitati probrū ac dedecus afferre viderentur: complura negligenter omittebat: quæ studio indigebant ac diligentia. Cœnanti siquidē Syllæ nullus circa seria vsus erat. Verū quū alio tēpore ſpiger & eximia seueritate esset: vt primū in sodalitio & cōpotatiōes abiertat, vno impetu mutationē capessebat: vt mimis & saltatoribus manſuetus ad oēm familiaritatē pronum se obnoxiūq; subiiceret: huius tam soluti moribus animi ad mores leuitatem, & ad illecebras præcipitium peperisse: a quibus ne prouectioribus quidē annis sese reuocauit. Metrobiū scęnicum a iuuenilibus annis magno amore complexus longius prouectus est: eo in dies secum florescente morbo. Nam quum initio publicā quidē, cæterum locupletē mulierem quā Nicopolin appellabāt deperiret: a qua deinde consuetudine & formę gratia mirifice amatus erat: ab ea quum vita excederet, hæres est relictus. Nouercæ quoq; hereditatem sortitus est: quæ illum perinde ac filium diligebat: quibus ex rebus iā mediocres ad cum opes peruenerant. Quæstor deinde Mario primum gerenti consulatum designatus, cum eo ad bellum Iugurthinū nauigauit in Aphricam. Profectus igitur ad exercitum quum alias ad res spectatum se præbuit: tum vero bona vsus occasione, Bochum regem Numidarū intima sibi deuinxit amicitia. Ipsius nāq; legatos quū a Numidis latronibus euasissent, singulari comitate excipiēs, ornatos muneribus tutissimo etiam adiūcto comitatu remisit. Forte Bocho Iugurtha genet & inuisus & formidolosus erat. Quo per id tēpus profligato, & ad se confugiente, Syllam acciuit. Ab illo enī q̄ a se, Iugurtham & cōprehendi & tradi malebat. Ea re Mario cōmunicata, paruam militum manum assumens magnū discrimen adiit. Nāq; homini barbaro & aduersus necessarios ifidelissimo: de altero capiendo fidem adhibens, eius manibus sese cōmisit. Bochus tamen accepta ab vtroq; potestate, quū de frangēda in alterum fide in necessitate se constituisset, post multos mentis æstus, prioris proditionis sententiā cōprobauit: & Iugurtham Syllæ tradidit. Eo de negotio Marius quidem triumphū egit: cæterum Syllæ tam præclari facinoris gloriam Marii ascribebat inuidia: cique tacitum mœrorē importabat. Sylla enim ipse natura iactabundus, & ex humili ac ignota vita, p ora ciuium tum primum volitare incipiens, gustata honoris dulcedine, ad id studium & auiditatē progressus est: vt in anulo insculptā eius rei gestæ circūferret imaginē: eoq; continue vsus est. Erat autem sculptura: Bochus qui Iugurtham traderet: Sylla qui susciperet. hæc Mario tristitiam affe-rebāt. Syllæ autē minorem q̄ suam esse inuidiam existimans, illo ad rem militarē vsus est plurimū.

Rufinus vnus fuit ex Syllę maioribus.

Sylla quo cōuitio alibertino ab eo paulo post ꝑcipitando affectus sit.

Sylla qua specie corporis fuerit

Nicopolis.

Bochus numidarū rex.

Anuli Syllę imago.

Sylla & legatus apud Marium: & deinde tribunus militum fuit.

Si quidem consul secundum creatus Syllam legatum habuit. Tertium vero consul, militum tribunum: ipsius opera multa vtilia edens facinora. Legatus enim Tecto sagum ducem Copillum cepit. Tribunus militū Marsos populosissimam sane gentem ad Romani Po. amicitiam societatemq; perduxit. Marium postea sibi infestum, necdū vllas rerum gerendarum occasiones libenter omittentem, quin ad augendam fortunam incumbentem sentiens, Catulo Marii collegę se dedit viro quidem bono, verum ad certandum hebetiori. ab quo maximas ad res atq; primarias fidem consequutus, ad potentiā pariter & ad gloriam pcessit. Is magnam incolentium alpes barbarorum partem debellauit. Ingruente deinde cōmeatus inopia, Sylla curam suscipiens tantam effecit copiam: vt Catuli milites & maxima in abundantia agirarent: & insuper Marianis exhiberēt. Qua in re Marium vehementi dolore affectum fuisse dicitur. Hæc igitur inimicitia breuem adeo iuuenilemq; prius materiam exordiumq; capessens, mox per ciuilē cruorem in expiabilesq; seditiones degressa ad tyrannidem vsq;, ac rerum oīum confusionem pgressa est. Quod Euripidem sapientem hominem & ciuilium morboꝝ peritissimum, demonstrasse ferunt: qui honoris certamē & studium, quasi numen aliquod vtentibus pessimum atq; perniciosissimū, deuitandum esse præcepit. Sylla gloriam ex re bellica ad ciuilia negotia iam sibi satis esse existimans, quum militaria post facinora statim popularibus rebus sese tradidisse, præturam vrbanam petere cœpit: quā asse qui non licuit. Cuius ipse rei culpam in turbas reiecit. Ait enim quum suam in Bochum amicitiā agnoscerent, venationes splendidas & aduectarum ex aphrica belluarum dimicationes expectare: si ante præturam ædilitatem adipisceretur: populum alios prætores designasse, vt ædilitatem adipisceretur: populum alios prætores designasse, vt ædilitatem coactus exerceret. Cęterum Sylla veram repulsæ causam minime cōfiteri videtur. Qđ & reipsa comprobatur. Anno enim post, tum colenda plebe, tum largitionibus animos adducens populi, præturam adeptus est, Eo igitur prętura gerente, quum indignabundus Cæsari sua se in illum potestate vsuꝝ esse dictitaret: ridens Cæsar, recte inquit tuū putas esse magistratū: quē tuis habes pecuniis cōparatum. Post eam prætura in Cappadociam cum exercitu mittitur: spe quidem vt Ariobarzanem reduceret in regnū: re autem vera vt Mithridatem reprimeret: qui nō minorem q̄ antea possidebat potentiam: ac regnum complectebatur. Non magnas itaq; secum adducens copias, cæterum prompta sociorum vsus opera, multis in Cappadoces, plurimis in Armenios auxilium ferētes editis stragibus, Gordium eiecit: Ariobarzanē regem declarauit. Sillæ ad Euphratē moram trahēti, regis Parthorum Arsatis legatus Orobazus in colloqum venit: cū nullū antea Romani & Parthi cōmercium habuissent. Hoceriam ingentis fortunæ Syllę factum videtur: q̄ parthi amicitiam societatēq; petētes ad illum romanorū principem cōgressum habuerunt. Tres eo tēpore sellas propositas ferunt: vnam Ariobarzani: alteram Orobazo: tertiam Syllæ. Vnde amborum medius residens ius diceret, quā ob causam postea rex parthorum necauit Orobazū. Syllā nōnulli tanq̄ barbaros ludibrio per delitias habentē, pbare: alii difficilē & intēpestiui honoris ambitiosum increpare. Memoriæ proditum est: vim quendam genere Chalcidēsem ex iis qui cū Orobazo descenderant Syllæ vultū sępius contēplatum, & ad corporis atq; animi motus haud incuriose incumbentem, quin ad artis materiā hominis ingenium attentius cōsiderantem dixisse: Necesse est hunc maximū fieri virū: Miror etiā nunc ingt quomodo ne cunctoꝝ primus sit tādiu tolerē. Redeuntem inde Syllā Cenſorinus repetundaꝝ postulauit: q̄ ex amicorum sociorūq; regno magnā contra legē pecuniæ vim compilasset. Necramen cōtra in iudicio stetit: sed ab accusatione destitit. Excandescebat interim Mariana seditio: nouā quādam ex congestis a Bocho honoribus nacta materiam. Is vt populum Ro. delinimentis coleret, simul & Syllæ gratiā ancupatus, triumphales in capitolio posuit imagines: aureusq; inerat Iugurtha ab eo Syllæ traditus. Ea re grauiter instigatus Marius, quum statuas derrahere niteretur: ac reliq; Syllæ subuenirēt: incensa quantū antea nunq̄ amborum studiis ciuitate: ecce sociale bellū dudum glisсens aduersus vrbē exarsit. Quo per id tēpus est repssa seditio. In hoc maximo varioq; & plurima Romanis mala grauissimaq; picula importante, Marius grande nihil ostētare valēs, argumento fuit, virtutē bellicā vigore pariter ac viribus indigere. At Sylla cōplurima celeberrima edens facinora, imperatoris gloriā reportauit: magni qdem penes ciues: maximi autē penes amicos: felicissimi vero penes hostē. Quibus in rebus illud Timothei Cononis filii Sylla nequaq̄ est. Nam quū inimici pclara ipsius facta fortunę ascriberent: & in tabulis, dormiente illo, fortunā vrbibus retia circūponētem pingerent: ille acrius irritari: & fingētibus graui ter succensere: quasi rerū ab se gestarum gloria priuaretur. Aliquando autē ab expeditione rebene gesta remeans, ad populū cōuersus: Viri Athenienses ingt, huius rei bellicæ nullam sibi partem fortuna vendicat. Ipsam dein de fortunā aduersus ambitiosum adeo Timotheū iuueniliter irrita tam ferunt: vt nullū deinceps insigne facinus ab eo patratum fuisse constet: sed iniqs belligerantē prorsus auspiciis, & populo semp aduersatū, ex ipsa demum patria eiectū pfugisse. Sylla vero nō modo eius generis felicitatē, ac fortunæ fauorē libēter admisit: verū etiā in maius extollens, & bona in se fortunæ diuinitus data magis ac magis illustrabat: siue piaclantiā id faceret: siue de iis ita

Sylla prætor fuit.

Ariobarzanes rex a Sylla declaratus.

Sylla a Censorino repetūdarū accusatus.

Bellum sociale.

Timothei Cononis filius.

sentiret. Etenim suis in cõmentariis scriptũ reliquit: quũ consultasset: quæ contra animi sui sententiam pro tpe audacius aggredienda essent, secũdiora sibi euenisse. Rursus quũ sese ad fortunã q̃ ad bellum melius ab natura institutum esse dicit, plus fortunæ videtur q̃ virtuti tribuisse: & omnino seipsum in fortunæ poreſtate fecisse. Quippe quũ cõcordiq̃ quã cum Metello socero & eiusdem ordinis viro habuit causam, diuinæ cuidã fortunæ attribuit. magnæ enĩ sibi molestiq̃ futuræ illustrem hominẽ: q in cõmunicãdo principatu tantã benignitatẽ exercuit. Luculum etiã in commentariis quos ad illũ inscripsit cõmonefacit: nihil tã stabile ducere: q̃ qđ noctu sibi numen imperaret. Quũ ad bellũ sociale magnis cũ copiis mitteret: circa Lauernã vastũ terrę habitum extitisse scribit: e quo lucidum emersisse ignẽ: magnãq; in cælo flãmam pstitisse. cõsulti vates dixere: quum vir bonus singularis aspectũ, ac pstantissimus principatũ gesserit, pśentes tumultus sedatuq; Hũc ipsum Syllã fuisse edicit: pprium qdem aspectum esse flauo colore comæ: virtuti se non esse dedecori, sibi testimonio esse tot ingentia facta. Hęc quidẽ de diuinitate. Reliquis in moribus tãta inę qualitas: vt secũ discrepare videtur. Rapere multa: largiri plura: honore indignos cõrumeliq; colore (quorũ indigeret opera) ludibrio habere supplices: adeo vt nescias vtrũ contẽptoris, an assentatoris habuerit ingeniũ. Quid in puniẽdo? Quãta diuersitas! hinc iudicaueris. Nõnullis leuib⁹ quidem ex causis tympanizandos curare. Rursus maximas iniurias æquo ferre aĩo. Inexpiabiles ob causas cõciliari pfacile: minimis ex noxiis & abiectis, cędes bonorũq; publicatiões facere. Sylla itaq; quum ingenita ferueret iracundia: durũ & vltionis auidũ se pbere. Vbi vero p rationem abiiceretur acerbitas: ad vtile ferri. Quum eius milites in hoc ipso bello sociali Albinũ virũ pretorium legatum saxis & fustibus mactassent, tantam iniuriã impunẽ pręteriit. Gloriabundus etiam diuulgabat: se illis alacrioribus ad pugnas vsurum: peccatũ p fortitudinis opera emẽdaturis. Accusatoresq; nihil faciebat. Nam quũ Mariũ delesse: & sociali bello finem imposuisse censeret: vt ad uersus Mithridatẽ imperator crearetur, exercitum delinimẽtis alliciebat. Profectus in vrbem, cõsul cum. Q. Põpeio designatur: & iã quinquagenarius erat. Tunc & celebratissimũ fecit cõnubiũ Cęcilia Metelli põti. max. filia in vxorẽ accepta. qua in re quũ plebeii multa decantarẽt, multi primores indolebant: eũ tali muliere cẽsentes indignũ: quem consulatu dignũ censuerãt: vt Titus inqt. Non modo hanc duxit vxorem: sed priorẽ Iliã: quũ adhuc pubesceret: q̃ & illi filiolã enixa est. Post illam Eliam. Tertiam Cęliã: quã vt sterilẽ, summo cũ honore, donis adiectis, repudiauit. Paucis post diebus ducta Metella, haud recte Cæliã improbasse visus est. Metella quidẽ assidue tanto opere coluit: vt quũ populus de reducẽdis Marianis exulibus studeret, Sylla vero pnegaret, Metella rogantibus illis opem attulerit. Sylla quoq; captis Athenis acerbius sæuisse creditus est: quia de muro salibus & cõuitiis Metellã fuissent insectati. Sed hæc posterius. Tum ad futura parui cõsulatũ existimãs, ad Mithridaticũ bellũ mẽte & cogitatiõe deflagrabat. Cõtra Marius ob gloriæ studiũ, & honoris insaniam in affectiones minime senescẽtes insurgebat: vir & corpore grauis, & pximis p senium militiis iam defatigatus, tã lõgingq; & transmarinis inhiãs bellis. Quũq; Sylla ad reliqua negotia iã pperaret in castra: Marius domi pstans pniciosissimã illã seditionem fabricauit: tantis causam cladibus: quãtis Romanã ciuitatẽ vniuersi nequaq̃ hostes afflixerãt. sicut & diuinis pmonstratũ est signis. Hastæ qbus vexilla gestanẽ per se ignẽ emiserunt: q ægre restinctus est. Tres corui pullos in viã pductos deuorarũt eorũq; reliquas intra nidũ retulerunt. Mures suspẽsum in tẽplo aurum corroserãt: e qbus æditui quandã casse fœminã cœperũt. Ea ibidẽ quiq; enixa musculos, tres absumpsit. Q đ aũt maximũ fuit, ex aere fereno & oĩ prorsus carẽti nebula, tubarũ sonus increpuit, acutas & lugubres intẽdens voces: adeo vt cuncti prę magnitudine timoris vecordes cõprimerentur. Thusci vates alterius generis pmutationẽ, & trãsferendũ ordinẽ portẽdi cõmonstrabant. Octo enĩ cũcta esse genera moribus & vitę instituris inuicẽ differentia. Vnicuiq; trịs diffinitũ esse numerũ: ab deo anni magni ambitu pfectũ: qui quũ finem habuerit, instãre iam altero, admirã dum e terra vel cælo moueri signũ: adeo vt curiosis eaꝝ rerũ pitis e vestigio declaret: vt hoĩes aliis morib⁹, & vitę rõnib⁹ vsuri i lucẽ iã pducti fũt: q diis aut maiori aut minori q̃ supiores cúrę sunt. Cætera in ipsa generũ pmutatione magnas innodationes capessere: diuinationẽq; magnis interdum honoribus excrescere: & ipsis nũcupatiõibus assequi: quũ plura & manifesta signa ab deo ipso præmittãtur. In altero rursus genere humilẽ statũ esse rudẽq; vt plurimũ: & qui p incerta & obscura qdam instrumẽta res futuras attingat. Hæcqdem ab Thuscis qui ratione ac sapientia reliquis anteibãt, differebãtur. Sedẽte senatu in tẽplo Bellonæ, & sup hisce rebus operã vatibus dante, passer insectãtibus cunctis inuolauit, ore cicadã gerens: cuius electã partem reliqt, partẽ etiam tenens absscessit. Hinc augures seditionẽ, & agrestiũ aduersus vrbanã & forensem turbã dimicationẽ cõiectabant. hanc enĩ sicut cicadã vocalẽ canorãq; esse: rusticã vero ex aruis. Marius itaq; tribunum plebis Sulpitiũ assumit: hoĩem nulli flagitiosissimo secũdum. Ne regras quonã modo alterio ipr obior fuerit: quũ seipso sceleratior fieret. Crudelissimus & nimia incitatus audacia, pariter & auaritia, quo turpitudo & mala cuncta vocarẽt, nihil pensi, nihil cogitationis accipere: Romam remp. libertis & inglinis in ppatulo vęnũdare: ptia positis in foro mensis dinumerare. Tria

Lauerna.

Syllę varitũ ingenium.

Albin⁹ vir prętorius.

Cęcilia Metelli ponti. max. filia Syllæ nupsit.

C. Marius.

Prodigia q̃ bellũ sociale pcesserũt.

Sulpiti⁹ tribunus plebis scelera tus homo.

Antisenat⁹ Sulpiti⁹ Pō peii cōsulis filiū adolescētulū i foro cōfodit.

hominū milia gladios tenētiū nutrire: eqtum iunioꝝ manu ad oia promptissimoꝝ, ad corporis sui custodiā habere. Hos antisenatū appellabat. Is lege pmulgata, negs ordinis senatorii vltra duo milia drachmarū æs alienū cōflare posset: quū vita excessit, trecētas myriadas debiti nomine reliquit. Hic a Mario dimissus in plebē quū oia vi & ferro instituisset quū alias leges flagitiosas scripsisset: tum illā: q̄ bello aduersus Mithridatē gerēdo imperatorē Mariū p̄ficiebat. Quare idicto ab cōsulibus iudicio, cōcionē habēribus illis in æde Castoris, Sulpitius turbā inferēs, & alioꝝ cōplurium stragē edidit: & Pōpeii cōsulis filium adolescentulū medio in foro cōfodit. Ipse vero Pōpeius fugā capescens sese abdidit. Sylla in Marii domū ptractus, Iustitiū soluere coactus est. Pōpeio deinde p̄tore creato, Sulpitius cōsulatū quidē Sullę minime abstulit: cæteꝝ exercitum in Mithridatem destinatū Mario attribuit. Itaq; tribunos Nolā cōfestim emittit: q̄ acceptū exercitū deducant ad Mariū. Præueniēs autē Sylla (Is enim sese fuga subduxerat) militibus acta renūtiat qđ vt accepere: veniētes tribunos iactis lapidibus obruerūt. Marius intra vrbē Syllæ amicos interficit: bona diripit: fugas inde cerneres ac trāsmigratiōes ex vrbe in castra, ex castris in vrbē. Senatus non suis, sed Marii atq; Sulpitii trahebatur edictis. Audiēs Syllā ad vrbē aduētare, duos p̄tores Brucū & Suilium misit: qui Syllā reuocarēt: qbus asperiora Syllæ faciētibus verba, milites ad eos mactandos icitati, & effractis fascibus, paludamētis exuerūt: & multas p cōtumelias vexatos remiserūt. Hic mœror ingēs oderat: quū p̄toriis spoliati insignibus cernerent: intolerādā iā immedicabilēq; discordiam renūtiātes. Marius igit apparatū agebat. Sylla vero sex plenos ducēs ordines ab Nola: cū collega castra mouebat: qui quū milites ad inuadendā vrbē videret īpigros & ardētes, anceps erat: & secū formidās pericula versabat. Augur Posthumius, post sacrificia signis intellectis, in Syllā manum vtrāq; tendēs, Colligari me iube inqt: & ad confectū vsq; prælium diligentius asseruari. nisi eni oia tibi & mature & p̄sperepfecta obuenerint, etiā extremū subire suppliciū nō recuso. Ferūt & dormienti Syllæ visam esse deam: quā Romani eximia veneratiōe colūt: accepta ex Cappadocibus disciplina: siue Luna sit, siue Minerua, siue Bellona. hāc sibi astitisse Sylla æstimauit: & posito in manibus fulmine, nominatim vt suos feriret inimicos imperasse: eosq; pcussos collabi atq; deleri. Eo ex insomnio spe plenus, cūctis collegæ eius expositis, Romā ductabat exercitū. Inter'eūdū circa opidum Triripa legati fiūt obuiā: suppliciter orātes, ne impetu irrūpat vrbē. Iusta enim oia mox illi decreto senatus adfutura. Quapropter vt Sylla castra locaret cōuenit: locūq; metiri duces exercitus p more iussit. Cui adhibita fide discessere legati. Illis abeūtibus, statim .L. Basillū & .C. Miciniū submisit: qui portā occuparēt, mōteq; simul exquilinū. Ipse deinde oī studio iter adiūgebat. Basillo p captā irrūpente portā, populus inermis iniectis de mœnibus saxis & tegulis cursum cōtinuit: & ad muros repsit. Qđ Sylla cōspicatus (iā enim aduētarat) ipse primus facē tenens ardentē viam inibat: tū sagittariis, vt insuperiora tecta pyrobolos nullius habita rōne iacerēt edixit: affectus ira & oībus in rebus furori sese regēdū cōmittēs: qui dū hostes tātū aspectat: nō amicos, nō cōsāguineos, nō familiares vlla in mētioe aut miseratiōe ponēs, p incēdia discurrebat: sontē insontē ve nemine interno scēs. Inter hæc pulsus ad Telluris ædē Marius. per pconē seruos sollicitabat ad pileum. Aduētāte deinde superat⁹ hoste, cōcessit ex vrbe. Sylla coacto senatu, Mariū, & paucos alios, in qbus & tribunū plebis Sulpitiū, reum mortis decernit. Cæteꝝ Sulpitius seruo pdēte cæsus est: quē Sylla prius libertate donarū p̄cipitauit ex saxo. Pro Mario autē grādem pconio pollicitus est pecuniā: ingrate sane, & ciuili nequa q̄ de more: q̄ppe q̄ pauloante i Marii potestate domi suę quū dedisset se, tutus dimissus erat, cp̄ sua Mario Syllā ab Sulpitio necari permissum cēt, ipsi rerū oīum potiri licuerat. Eiq; amē veniā impartiuit paucis post diebus eadem occasione p̄stita: sed eādē nc̄q̄ assequutus est clemētiā. Quibus ex rebus Sylla senatū magno dolore clam afficiebat. Populi autē maliuolētia & odiū operibus minime obscurū obiiciebatur: qui Noniū eius nepotē & Seruium, quū magistratus Syllæ fauore peterent, repulsos ac fugillatos habuit: aliis subinde creatis: quorū honores p̄cipue Syllæ indignationi fore rati sunt. Quibus ille magnā simulabat lætitiā: q̄ is populo libertatis fructus esset: quū quæ vellet libere faceret. Populare etiā odium colere adortus ex aduersa factione cōsulē cōstituit. L. Cinnā execrationibus ac iureiurādo p̄occupās: suis eū rebus studio ac beniuolentia cōsulturuꝝ. Is Capitoliū ascendēs lapidēq; manu tenēs iuratus est sibi: deinde p̄sente multitudine p̄precatus est: nisi amorē in illū beniuolētiāq; seruasset, nō secus ex vrbe extrudi, ac lapis e manu: & lapidē abiecit in humū. Inito cōsulatu cōfestim Syllæ decreta rescindere aggressus, Sullę accusationē instruxit. Tribuno etiā plebis Virginio diē dixit. Eū Sylla cū sedibus iudiciariis omittens, aduersus Mithridatē traiecit. Diebus qbus ex Italia Sylla mouebat exercitū, quū alia cō plura Mithridati circa Pergamū missa diuinitus signa tradunt: tū vero coronatū victorię simulacrum, qđ Pergameni qbusdam supne machinis in eū demittebant, quū fere caput attingeret effractum: coronāq; multa p̄structa humū per theatrū esse collapsam. Quæ res vulgo quidē terrorem, Mithridati aūt nō parū mœroris incussit: tametsi p id tempus res supra spem illi succederent. Ipse enim intercepta Romanis Asia, regibusq; Bithynia & Cappadocia expulsis, Pergami confederat: amicis opes potētatus ac regna dispertiēs. Filius eius Mithridates antiquū principatum in Pon-

Syllæ somnium.

Triripa opidum.

Pyrobolos.

Mari⁹a Syl la superat.

Sulpitius a seruo prodit⁹ cęsus est.

Sylla seruū domini p̄dit orē liberta te donatū e saxo præcipitauit.

L. Cinnacō sul Syllæ fauorē iureiurando pollicitus.

Sylla⁹ aduersus Mithridatem traiecit.

iugis ſuę filiãa Magno Glabrione diſtractã ac pręgnantẽ locauit. Adoleſcẽtula vero quum penes Pompeium pareret vita exceſſit. Lucretio Ofellę qui per obſidionẽ Mariũ expugnauerat, conſulatũ peterẽti. Sylla impedimento erat. Ille autẽ ſolliciatus a multis in forũ venerat: quẽ miſſus ab eo centurio iugulauit. ipſein Caſtoris ædę ſedẽs cędem e ſuggeſto ſuperne ſpectabat. Capto a circunſtantibus Centurione, & ad tribunal adducto, tumultuantes ſilere iubẽs, Ego inquit hoc mãdaui: & vt Centurio dimitteretur imperauit. Triumphus eius cũ magnifico ſumptu & regiorum nouitate ſpoliorum excellentiſſimus, tum exulibus iocundus, ornatiſſimũ prębuit ſpectaculum. Ciues. n. & gloria & potentia longe primarii coronati ſectabantur: cõſeruatorem patremq; Syllam vocitãtes: perinde ac eius opera in patriam reuerſi vxores ac liberos receperint. Cunctis vnum coactis in locum in media concione rerum a ſe geſtarum rationem reddidit. Nec minore ſtudio fortunatos euentus, q̃ fortia facta denumerauit: & in peroratiõe felicẽ in his annũ appellari iuſſit. Ad grẽcos ſcribẽs aut ſententiã dicẽs: ſe venuſtũ appellabat. Hunc & in modum apud nos in trophęis inſcriptis eſt. L. Cornelius Sylla venuſtus. Metella quoq; gemellos enixa marem quidẽ Fauſtum, fœmellã vero Fauſtã nominauit. Felicẽ enim atq; hilarẽ Fauſtum Romani vocãt. Tantã pfecto nõ geſtis ſed felicitati fidẽ pſtabat: vt poſt tot ab eo peremptos quũ reę innouatio permutatioq; fieret in vrbe, ſeſe magiſtratu abdicauerit: & cõſularibus comitiis in populi poteſtate cõſtitutis nec ipſe prorſus acceſſerit: & volẽtibus expoſitũ corpus exhibẽs, vti priuatus medio verſaręt in foro. Prąter eius ſentẽtiã audaciſſimus qdã inimicitias ſecũ exercẽs, cæteręq; vir clariſſimus. M. Lepidus cõſul deſignatus eſt: non ſane propter eũ: veręq; Pompeii gratia: qui maximũ ei ſtudium impẽdens, ingentes populo prędes adhibuerat. Itaq; quum ea lętum victoria Pompeium Sylla cerneret: diſcedentem ad ſe vocãs, q̃ honeſtum eſt inquit tuum illudo adoleſcens in ciuitate facinus: quo ſtolidiſſimum hominẽ Lepidum, priuſq; oĩum prąſtantiſſimũ Catulum renuntiaſti? Tibi tamẽ haud dormiẽdi tps eſt: qui aduerſus te certaturũ valentiorẽ effeciſti. Hoc quidẽ Sylla perinde ac vates præſagiuit. Etenim Lepidus extẽplo contumacius ad ſæuitiam verſus, in Pompeium belligerãs perſtitit. Sylla ex vniuerſis fortunis Herculi decimã ſacrificans opipara populo fecit cõuiuia: in qbus tã ſuperuacaneus ac redũdãs in neceſſariis apparatus extitit: vt plurima omnis generis cõdimẽta cibaria q; deicerẽtur in fluuium: & quadragenarium ac ſupra vinũ potaretur. Inter conuiuia multos celebrata dies, Metella morbo extinguebatur. Prohibẽtibus amicis ne Sylla prorſus eã adiret: aut ędes funere contaminaret: is ſcripto ad illã repudio, viuentẽ adhuc alterũ in domicilium trãſferri iuſſit: & hoc legitimũ ſumma cũ diligẽtia per ſuperſtitionẽ ſeruãdam curauit. Legẽ autẽ prius a ſe latã, quæ funebres definit impẽſas, omnino trãſgreſſus eſt: nullis parcẽs ſumptibus. Inſtitutũ etiam ab ſe de cœnarũ tenuitate ac parſimonia modũ exceſſit. inde cõportationũ & cõuiuiorũ laſciuia & dicacitate cõſolatus eſt luctũ. Paucos poſt mẽſes gladiatorę ſpectaculum edidit. Locis necdum diſtinctis, ac promiſcuis in Theatro viris ac mulieribus, decorã ſpecie fœminã & genere illuſtrẽ prope Syllã ſedere contigit. Erat enim Meſſalæ filia, oratoris Hortẽſii ſoror, Valeria nomine. ei cũ marito diſcordia nuper obuenerat. Ipſa poſt Syllã accedẽs atq; manũ applicãs, trahẽſq; veſtis rugam, ſuas trãſiuit in ſedes. Inſpectãte intẽſioribus oculis Sylla, & admirationis ſigna præ ſe ferẽte, Nihil ingo Dictator grauius ſuccẽſe: velim & ego paululum tuæ felicitatis portionẽ capere. & ſane non iniocunda ad Syllæ aures peruenit oratio: ſtatimq; prurientis dabat indicia. miſſo nãq; nuntio, mulieris nomen, proſapiam, vitãq; edoctus eſt. Dehinc alter in alterũ iactabãt oculos: viciſſimq; verſabãtur vultus aſſidui: nec pauciores molliculorum riſuum collationes erãt: rei poſtremo vxoriæ conſenſus & pactiones nullam fortaſſe Valeriæ increpationẽ afferẽres. Sylla vero tametſi pudicã maxime ac generoſam, non tamẽ expudico ac honeſto vxorem cepit initio: oculis & oratione venuſtula ſeductus inſtar adoleſcẽtuli: a quibus turpiſſimi & procaciſſimi motus natura excitari ſolent. Verũenimuero quum hanc etiã domi haberet: ſodalitia cũ minimis mulierculis, citharœdis, ſcænicis hominibus agitabat: & ſtratis humi tapetibus interdiu comporationes celebrabat. Qui enim plurimũ apud Syllã ea poteſtate poterãt ii erãt. Roſcius comœdus: Sorex mimorũ princeps: Macrobius bacchanaliorum cãtor: quẽ licet cutis nitore delapſo: amoribus omnino cõplecti pergebat: nec ea de re ibat inficias. Vnde leui nimirũ ex cauſa incipientẽ morbũ aluit: & per inteſtina vlcus innaſcẽs diutius non intellexit. inde carnis corruptione contracta in pediculos tota conuertebatur: adeo vt quũ permulti die ſimul ac noctu illos adimerent, præ iis qui innaſcebantur interceptorũ nulla pars erat. Tunicæ oẽs, thermę, lauacra, dapes, illius exundãtis ſordis implebanẽ: tanta vis epullulabat. Quo circa ſępenumero per ſingulos dies ingrediebatur aquã: vt per inundationes mẽbra emũdaret. Nulla vero erat vtilitas. Celeriter enĩ ſualeſcebat permutatio: & pedoris magnitudo oĩa purgamẽta ſuperabat. Ferũt ex antiquiſſimis Acaſtũ Pelię filiũ hoc morbi genere quẽ Phthiriaſim appellãt iteriſſe ex poſteriorib⁹ aũt Alcmanẽ: q mirificus cõponẽdis cãrilenis artifex fuit: & Pherecydẽ reę diuinæq; ſcriptorẽ: & Calliſthenẽ Olynthiũ dũ carceris cuſtodia teneretẽ. Præterea & Mumium iuriſcõſultũ. Q d ſi eorum mentio facienda eſſet: qui nulla ex re bona nobiles tamen cuaſere: traditũ eſt cũ qui in Sicilia belli ſeruilis author fuit, Eunũ nomine & fugitiuum ſer-

Lucretius Ofella a Sylla iugulari iuſſus.

Syllæ triũphus.

Fauſtus qs appelletur.

M. Lepidus conſul.

Syllla exvniuerſis fortunis decimã. Herculi tribuit.

Sylla Metellę vxori ægrotãti repudiũ ſcripſit.

Sylla Valeriã Hortenſii ſororẽ in vxorem accepit.

Roſcius et Macrobius Sylla in Phthiriaſim morbũ incidit.

Phthiriaſis Acaſtus Peliç Phthiriaſi obiit.

Phthiriasi morbo qui periere.

uum deinde captũ, Romãq; perductum, ex Phthiriasi mortẽ obiisse. Sylla non modo suum præ-
dit interitũ: verum etiam quodãmodo eum scriptis cõmendauit. Nam vigesimũ secũdũ cõmẽta-
rioꝝ librũ biduo antea q̃ mortuus est scribendi finẽ fecit. Vbi chaldæos sibi prædixisse affirmatq; ei
quum beate vixisset, in ipso felicitatis vigore moriendũ esse. Scribit ẽt filiũ qui paulo ante Metellã
expirauerat, per quidẽ sibi visum vilissimo indumento sibi assistentem: patrẽ suppliciter obsecran
tem: vt ab his se curis absolueret. Euntẽ cum eo ad matrẽ Metellã quiete & omni negotioꝝ abiecta
cura, cũ illa vitã duxisse. haud tũ reipub. studio sese retraxit. Decẽ enim priusq; mortẽ oppeteret die-
bus, ortis in Dicæarchia, id est Puteolis, inter incolas seditionibus, reuocatis in gratiã animis, legẽ
de gubernatione ciuitatũ illic conscripsit. Pridie quum principẽ Graniũ qui æs grãde publice de-
beat minime idcirco soluere velle intelligeret: quia ipsius præstolaretur interitũ: accersito intra cubi
culum homine, ministros circũlocauit, & eis vt Graniũ suffocarẽt edixit. Inter vociferatiões & ani
mi cruciamẽta, effracto apostemate, cruoris gurges erupit. inde viribus destitutus acerbe nocte p-
ducta, vitã euomuit. Duos ex Metella reliquit infantes. Nam post ipsius obitum, Valeria filiola pe-
perit: quã Posthumã appellauerunt. Quos enim post parẽtis interitũ nasci cõtigit, eo nomine Ro
mani vocãt. Multi facto cõuẽtu cõcitati, Lepidũ adierunt: vt corpus ad cõsuetis obsequiis arcerẽt.
Pompeius vero licet Syllæ successus (solus enim ex amicis in testamẽto præteritus erat) quosdã p-
cibus & gratia, alios minis reprimẽs, comes cadauer Romã deduxit: & funeri præsidium pariter &
honorẽ exhibuit. Tantã ab matronis vim odoꝝ allatã esse dicitur: & præter eos qui in lecticis decẽ
atq; ducẽtis cõportabantur quẽdã iustę magnitudinis imago Syllę formaretur: & thure Cynna-
momoq; ingẽtis pretii lictor formaretur. Sub solis ortum quũ nubilus dies esset, & cęlestes expecta
rẽtur aquæ, hora vix nona cadauer extulerunt: clari deinde flatus exoriente procella, q̃ rogũ mul-
tas exsuscitareret in flãmas, ante pluuias clatũ est corpus. Tabescẽte iã rogo, & sopitis ignibus, mul-
tus effusus est iber ad noctẽ vsq; perdurãs: vt eius fortuna & sepeliendo corpori comes permansisse
videat. Monumẽtũ in cãpo Martio sitũ est. Inscriptio ab eo conscripta hunc in modũ summatim
relicta fertur. Nemo me amicus beneficientia: nemo inimicus in ferenda iniuria superauit.

Dicæarchia id est Puteoli.

Syllę mors.

Posthumꝰ qs appellet. Põpeius syllę cadaueri præsidiũ & honorẽ exhibuit.

Sylla vbi sepultꝰ fuerit.

Epitaphiũ Syllę.

LYSANDRI SYLLÆQVE COMPARATIO



VANDO & huius percurrimus vitã, iam cõparationẽ ipsam aggre
diamur. Itaq; permagnos euasisse quũ amplitudinis initiũ in se susce-
perint, fuit vtriq; cõmune: Peculiare Lysandri est a volentibus sanisq;
ciuibus quoscũq; adeptus est magistratus accepisse. Neq; violenter ab
inuitis qppiã extorsisse aut præter leges valuisse. Seditione malus sum
mos sortitur honores: sicut corrupto per id tẽpus populo & ęgrotan
te repub. alius alio ex loco potentior oriebatur. Et profecto mirandũ
non erat: si tunc Sylla dominationem vsurpabat: quum Glaucię Sa-
turninique ex vrbe Metellos explodebãt: cõsulum filii in concionibus
obtrũcabantur: argẽto atq; auro militibus emptis arma capessebant:
igni ac ferro superatis violentius aduersariis leges ferebant. Nec eum
incuso: qui vt plus cęteris posset in huiusmodi rei; perturbationibus
accuratã dederit operã: verũ enimuero non id optimum ponio signũ: eum, præstantissimum esse: q
in vrbe tam infelici priores partes gesserit. At qui a Sparta præsertim tã bonis eo tpe legibus insti-
tuta modestissimaq;, ad amplissima missus est imperia resq; gerẽdas: is ferme optimorũ optimus,
priorum primus iudicatus est. Quibus ex rebus alter sępius a magistratu se abdicãs, sępius illum
recepit. Virtutis enim manebat honor: qui principatum obtinebat. Alter dictator semel delectus
exercitus, decem assiduos annos, nunc consulẽ, modo proconsulẽ, interdum Dictatorem seipsum
faciens, semper vero tyrannus permãsit in armis. Lysander vt explicatum est, ciuitatis gubernacu-
la minore quadam ratione magisq; legitima q̃ Sylla permutare conatus. Suasione enim nõ armis
nec simul vniuersa destruens sicut ille: verum regalem statum ad meliora dirigens. Quod & natura
profecto iustum videbatur: vt & optimus ea in vrbe regnũ haberet: quę Græcię principatum non
generis nobilitate, sed virtute comparauerat. Nam quemadmodum venator non canis prolem,
sed canem: & equitandi studiosus nõ equi fœtum, sed equum quęritat (Nã ex quo mulum procrea
ri contingit) ita & administrandę ciuitatis curiosus errabit omnino: si ciuitatis principem, non
quis, sed a quo sit inuestigauerit. Ipsi vtiq; Spartiatę regnãtes nonnullos deiecerunt: pinde ac mini
me regales, vilissimos: ac nihili faciũdos. Q̃d si flagitia cũ ipsa ẽt generis nobilitate ignobilia & ho
noris exptia sunt: neq; virtus a nobilitate: sed ex honorẽ vẽdicat: iniustitiã nõnulli p amicis: qdã
vsq; ad amicos patrauere: Plurima Lysandrũ propter amicos peccata cõmisisse cõfessum est: pluri
mas pro illoꝝ portẽtia & dominatione cędes confecisse. At Sylla p inuidiã nõ partiã exercitus partẽ
Pompeio abscidit. Dolobellę classis prẽfecturã quã tribuerat conatus est eripere. Lucretiũ Ofellam

quum

quum pro multis & magnis officiis cōsulatum peteret, eo inspectante iussit occidi: vt per amicissimorum necē, honorē ac metū in seipsum oibus incuteret hoibus. Rursus voluptatum ac pecuniæ studiū in vno qdem principe dignā, in altero autē tyrāno cōuenientē electionē ostēdit. Vnus enim nihil incōtinēs, nihil iuuenile in tanta rerū licētia ac potestate fecisse videtur. At si quis alter & ipse vulgatū illud effugit: domi quidē leones: sub diuo autē vulpes. Adeo modestā: & laconicā: castigatāq; vitę regulā in omni actione prę se tulit. Alter neq; pinopiā quū adolescēs esset, neq; p ętatē quū senescēret, ad voluptates moderatior erat: verū quū & amoribus & adulteriis indulgeret (vt ait Sallustius) de re vxoria & tēperātia leges ciuibus inducebat. Quibus ex rebus tātope re mendicā vrbē, & pecuniis exinanitā reddidit: vt & sociorū & amicorū ciuitatibus libertatē, & legum suaq; vsus, argēto vēdiderit: tametsi ptiosissimas & amplissimas ædes quotidie redigeret in phiscū & pconis voce subastaret. At enī dilapidatarū opū & assentatoribus pfusarum modus nullus aderat. Nāq; vero aut parsimonia erat habēda intra sodalitia gratiasq; vinarias: q in aperta populi corona ingētia bona cuidā amicoq; ptio, vt obuenerat, vēdens a pcone pnūtiari iussit. Alio id excedēte ptium quū pręco additamētum pdicasset: indignabūdus inquit o ciues amici grauia patior atq; tyrannica: qm pro meo arbitratu mea disponere spolia mihi nō licet. Lysander etiā & collota sibi munera vna cū aliis misit ad ciues. Nec opus hoc pbo. Forsan enī hic tm Spartę detrimētum pecuniaq; adeptione cōportauit: q tis ille Romā erripiēdo nō afficiebat iucōmodis. At quāto pere vir ille diuitias cōtempserit signū hoc facio. Propriū quippiā in eius vrbē obuenit vtriq;. Sylla multa refertus intēperantia & sumptuosus homo ad sobrietatē ciues reuocabat. Lysander a quibus ipse vitiis abstinebat, iis ciuitatē replebat. Peccabāt igit. Ille qdem q suis erat legibus deterior. Hic autē q seipso deteriores ciues eius efficiebat. Spartā enī hisce indigere docuit: quibus ipse nequaq; indigere didicerat. De rebus qdem vrbanis hactenus. De bellicis aut & gestis ab impatore negotiis: Sylla neq; tropheoq; multitudine, neq; periculoq; magnitudine vllo conferri pacto potest. Is qdem victorias duas ex duobus prcliis naualibus reportauit. Adiicā & athenarū obsidionē: opus haud sane arduū: cæterū gloria illustre. Res vero in Bœotia & ad Halyartū finistra quadā fortasse fortuna gestę sunt: vel iniquo potius cōsilio: quū proximū e plateis auxiliū & aduērantē magnis cū copiis regē nō expectauerit: verū ira & ambitione intēpestiuā ad muros fecerit impressionē. Vn de quū gregarii hoies exilissent: eū nulla mētionē deprehēderūt. Nō enī quēadmodū Cleōbrotus in pugna Leuctrica incūbentibus sese opponēs hostibus: nec sicut Cyrus, nec velut Epaminōdas inclinatā cōtinēs aciem & victoriā confirmās, letali concidit vulnere. At enī hi qdem regū & imperatorum mortē obiere. Lysander autē scutifer, aut cuiusdā prcursoris instar sese cū ignominia vadēs pditū, prisci Spartiatis attulit testimoniū: q recte murales oppugnationes euitabant: in quibus nō solum vilissimis ab hoibus, sed etiam a pueris & mulierculis virū fortissimū consauciari ac necari cōtingit. Sicut Achillē a paride inter portas interēptū fuisse ferunt. Quod ex acie structa victorias Sylla retulerit: quotq; hostium milia dederint in stragē: haud numeratu sane facile. ipsam bis Romā ccpit: Piræū Atheniēsium portū non sane sicuti Lysander, sed multis magnisq; prœliis occupauit: quū e terra ad mare eiecisset Archelaū. Magnū est etiā tales aduersarios impatores habuisse. Delitias nāq; iocūq; arbitror: aduersus Antiochum Alcibiadis gubernatorem nauali decertasse pugna: & Philocē Atheniēsis plebeculę ducē de fraudasse: ignobilē acutę linguę hoiem: quos neq; Mithridates stabulario, neq; Marius lictoq; suorum cuipiā cōferri dignū censuisset. Vt aūt alios principes, cōsules, duces factione primarios omittā: qui cōtra Syllā arma tulerunt: Quisnā ex Romanis Mario terribilior! aut ex regibus Mithridate potētior! aut ex Italis Lāponio & Telosmo bellicosior! Ille tamen exul hunc quidē eiecit. Alterū parere coegit. Alios neci dedit. Qd autē dictorum oium maximū est (vt mea fert sentētia) Lysander domestico suorū auxilio præclara omnia nauauit opera. Cæterū Sylla quū exul esset, & ab inimicis seditione implicitus: quoq; presertim tempore eius vxor expellebatur: ædes diruebantur: amici necabātur: is in Bœotia cum innumerabilibus hostium milibus belligerās, adeundis pro patria periculis trophæa constituebat. At Mithridatis societatem, & aduersus hostes copias impertiens, nulla ex parte mollitus inclinauit: aut humanius habuit: quin ne cōpellauit qdem: nec dextram prius applicauit: q ex eo prcsente audisset: vt & Asiam omitteret: & naues traderet: & regibus cederet, Bithynia Cappadociaq; relicta. Quibus nullū aio præclarius facinus aut maiore spū Sylla cōfecisse visus est: q tēp. priuatæ prętulerit: & generosi more canis, qui nō prius arreptā mordicus feram interimit, q obluctātem lassarit hostē, ad suas vlciscendas cōcitatus est iniurias. Super oia & res Athenis cōfectæ aliquod ad morum cōparationē momētum habent. Siquidem Sylla raptā vrbem, quę p Mithridatis porētia & imperio bellū susceperat, libertate donauit: & suis viuere legibus pmisit. Lysander aūt tanto principatu spoliatā & imperio miseratus nō est. At statu populari sublato, flagitiosos & immanissimos in ea tyrānos instituit. Cōsiderādi iam tps est ne i pferenda sentētia ab veritate multū aberremus. Plura præclara esse facinora quæ Sylla patrauerit: pauciora quæ Lysander parauerit. Alteri quoq; cōtinentiæ atq; modestiæ: reliquo rei militaris & fortitudinis principatum reddimus.

¶ PYRRHI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO PER LEONARDVM ARETINVM IN LATINVM VERSA.

Pyrrhidæ reges. Achilles in Epiro colit.

Tharritas.

Æacides.

Glaucias rex Illyrici. Pyrrhi aspectus qualis fuerit. Pyrrhus nõ plures dẽtes sed vnicum os in figurã dentiũ distictũ habuit.

Thesprotis, alias Epirotis & Molossis post diluuium Phaethõta primũ imperasse tradunt: vnum ex iis qui cũ Pelasgo ĩ Epirũ transierãt. Alii vero Deucalionẽ & Pyrrhã ad Dodonæum templũ profectos in Molossis resedisse putant. Sequenti vero tempore Neoptolemus Achillis filius ĩ ea loca populo deducto regionem tenuit: ac successores reliquit reges: Pyrrhidas ab eo cognominatos. Nã & sibi Pyrrho fuit puerile cognomẽ: & vnum ex legitimis filiis ex Ianassa Cleodis susceptis Pyrrhũ nominauit. ex hoc aũt Achilles in Epiro vt deus colitur: lingua eorꝝ aspectus appellatus. Sed qui medii vsq; Tharritam reges fuerũt, nec satis noti sunt: & barbarie efferatos fuisse credunt. Tharriram vero primũ scribũt græcis moribus, literisq;, & humanis legibus ciuitates composuisse: atq; exinde claritatẽ assequutũ. Tharritæ filius fuit Alcetes, Alcetæ Arymbas, Arymbæ & Troidas Æacides. Hic Pythiã Mennonis Thessali filiam, viri circa Labyacũ bellum clari, & summæ omnium sociorum post Leosthenem authoritatis, vxorem accepit: ex qua Deidamiam & Troiada filias, ac Pyrrhum procreauit. Seditione vero exorta, Æacide exacto, quũ Molossi Neoptolemi filios reduxissent: Æacidę amici interfecti sunt quotquot remanserunt. Pyrrhum autẽ filium infantem adhuc ab inimicis quæsitum Androclides & Angelus clam subtractũ asportarunt: paucos seruos, & nutricẽ pueri secum trahentes. Quumq; fuga ob huiusmodi turbã, quæ necessario trahebatur, laboriosa ac tarda foret: hostesq; aduentarẽt: puerꝝ Androcleo & Hippo & Neandro adolescentibus fidis & robustis tradiderunt: iubentes vt in Megaras locũ Macedoniæ properarent. Ipsi autẽ partim repugnando, partim rogando, vsq; ad vesperas persequentes remorati sunt. Deinde celeriter vestigia eorꝝ qui Pyrrhum ferebant prosequuti, quum prope iam putarent omne periculũ euasisse, subito impedimentũ obiectũ est fluuii: qui iuxta vrbẽ labit: grauisq; dem visu ac transire conantibus asperi, & omnino insuparabilis. Ingens enim ac turbidus ingenti pluuia fluebat: noxq; fordabiliora omnia faciebat. Diffisi igitur per seipsos puerum & mulierem traducere posse, hominibus quibusdam vltra flumen cõmorantibus puerum ostendentes, clamore atq; prece auxilium postulabant. At illi obstrepitum ac fragorem aquarum exaudire vocem nequibant: eratq; mora quædã ac trepidatio horꝝ clamantium: illorum percipere quid clamor ipse sibi vellet non valentiũ: donec quis quęrno cortice ex arbore dempto indigẽtiam ac fortunã pueri perscripsit: & saxo alligatum trans flumen proiecit. Quidam autem dicunt cõpactum corticem tragula iaculasse. Postq̃ vero ii qui trans flumen erant lectis literis quantam celeritatem tẽpus exigeret cognouerunt, cæsis arboribus, & simul connexis, flumen transierunt: ac forte euenit vt primus eorꝝ qui transierãt Achilles noĩe Pyrrhũ susciperet. Alios item alii vt casus tulit detulerũt. Per hunc modũ periculo insequentiam euitaro: in Illyricũ Ad Clauciã regem puenerunt. In cuius pręsentia quũ puerum exposuissẽt: atq; ipse Glaucias ob metum Cassandri quem Æacidę inimicum fuisse sciebat, deliberabundus aliquandiu perstaret: puer humi reptans, & Glaucię pedibus sese admouens, & apprehensa veste ad genua eius consurgens, risum prius, deinde cõmiserationẽ excitauit: quasi p̃caror & lachrymans salutẽ suã Glaucię cõmẽdaret Tradũt quidam non Glaucię vestẽ, sed arã deorꝝ a puero apprehẽsam: q̃ quũ res diuina Glaucię videretur, non solum eum suscepit, & vna cum filiis educauit: sed & filiam ei vxorem tradidit. nec quęrentibus inimicis, nec ipsi Cassandro ducenta pollicenti talenta puerꝝ dare voluit: ac duodecim annorũ factũ, copiis in Epirum traductis in regnũ paternũ restituit. Fuit aũt in Pyrrho tremẽdi magisq̃ moderari principis aspectus. Nec plures habuit dẽtes: sed vnũ atq; integrũ os desuper quasi leuibus quibusdam rimulis in dentium figuram distinguebatur. Splene laborantibus mederi videbatur galli sacrificio albi facto: &

Galli sacrificiũ.

reſupinis iacentibus dextro pede preſſis: nec quiſq; adeo vilis, aut adeo paup erat cui huiuſmodi auxiliū poſtulanti denegaret. Præmiū vero huius medelæ poſt ſacrificiū gallum capiebat: idq; ſibi iocundiſſimū erat. Ferunt eius pedis maiorem digitū vim quādā habuiſſe diuinā: ita q; quū eius mortui reliquū corpus crematū eſſet, digitus ille integer illæſuſq; ab igne permanſit. ſed hæc poſtea. Septimumdecimū ſuę ætatis annū agens quum regnum ſtabiliſſime tenere videretur: forte euenit: vt cum vno ex Glaucię filiis cum quo ſimul educatus fuerat, qui tunc vxorem acceperat, proficiſceretur. Eo abſente, Moloſſi rurſus inſurgentes amicos Pyrrhi expulerūt: ac regia gaza direpta ſe Neoptolemeo tradiderūt. Sic igitur regno ſpoliatus, ac deſertus ab omnibus, ad Demetriū Antigoni ſe contulit. Nam Demetrius ſororem Pyrrhi Deidamiam vxorem habebat: quam adhuc paruam Alexandro Rhoxanes p̄miſſam rebus illius fractis iuſtæ iam ætatis Demetrius acceperat. In magna vero illa apud Hypſęum pugna, qua ab oībus regibus terræ certatū eſt, Pyrrhus affuit admodum tunc adoleſcēs. Pro Demetrio pugnans hoſtes aduerſus ſe conſtitutos in fugam vertit: cōſpicuuſq; inter pugnatores longe apparuit. Victum autē Demetriū non deſeruit: ſed & vrbes Græciæ fideliter ei cuſtodiuit: & fœdere cum Ptolemęo inito, obſes pro Demetrio i Ægyptum nauigauit. Poſtq; vero in Ægyptum peruenit: ſæpe in gymnaſiis venationibuſq; audacię ac fortitudinis opera regi oſtentando, & Berenicen quā maxime potentē inter coniuges regias virtute, p̄ſtare videbat, egregie obſeruando colendoq;, promeruit: vt inter multos regios adoleſcentes, p̄lato Antigona Berenicis filia in Philippo, antea q; Ptolemęo nupta foret, ſuſcepta ſibi vxor traderetur. Fuit autē Pyrrhus vt deſpector inferioꝝ, ſic potentiores cōmodi ſui cauſa adire promptus. Poſt has vero nuptias etiam magis q; ante claruit: & annitente vxore, vt cum copiis pecuniiſq; in Epirum p recuperatione regni mitteretur, obtinuit. Fuit autem eius in Epirum aduentus gratus ob Neoptolemi odium: qui grauiter violenterq; regnabat. Veritus tamen ne ad aliquē potētioꝝ regum Neoptolemus cōuerteret: fœdus cum eo firmauit ſup regni ſocietate: ſed procedente tpe non deerant, qui clam eos irritarent: & alterutrum in ſuſpitionem adducerent. Quę tamen cauſa maxime Pyrrhum cōmouit, tale principiū dicitur habuiſſe. Mos erat regibus in Paſſarone (iſeſt Moloſſidis regionis locus) Ioui pugnaci quotannis ſacra facere: ibiq; iuſiurandū Epirotis præſtare recipereq;. hi ſecundum leges ſe gubernaturos regnū: illi regiā poteſtatem legitime cōſeruaturos promittebant. Ad hæc peragenda aderant ipſi reges: munera accipientes donantesq;. In his itaq; Gelon q dam Neoptolemo in primis fidus, Pyrrhum benigne adiens duobus boū iugis eum donauit. hos boues Myrtulus qui vino p̄erat a Pyrrho poſtulauit. Pyrrhus donare noluit: ſed alteri conceſſit. Quod quū grauiter ferret Myrtulus: capta hinc occaſione, Gelonē ipſum ad cœnā vocat: ſuadetq; vt ſuſceptis Neoptolemi partibus, veneno Pyrrhum necare aggrediat. Id Myrtulus quū ſibi placere oſtendiſſet: polliceretur q; factu: cuncta vt erant Pyrro ſuggeſſit. At ille cupiens rem q̄pluribus eſſe notam: vt ſic redargui clarius poſſet: Alexiatem poculoꝝ magiſtrū participem facinoris acciri iubet. Quo facto ad Gelonem per Myrtulum deducto, quū ipſe Gelon p hunc modum deciperet. Neoptolemus falſa ſępe ductus, & inſidias recte p̄cedere credens, rem nō cōticuit: ſed cū lætitia ad amicos p̄tulit: & apud ſororem Cadmiam aliq̄n exhilaratus, de his rebus loquacitate vſus eſt: quū audiri ſe a nemine putaret. Nullus enim aderat: p̄ter Pharanetem Sāmonis magiſtri pecoris vxorem: quæ conuerſa ad parietē in lectulo quodam dormire videbat. Sed Phanarete omnibus auditis, poſtridie ad Antigonam Pyrrhi vxorē cuncta quæ Neoptolemum dicentem audierat detulit. Pyrrhus ergo his cognitis, tunc quiete egit: ſed paulo poſt ad cœnā vocatum Neoptolemum occidit: intellecta Epirotaꝝ voluntate: quoꝝ magnam partem ſibi fauere ſentiebat: iubentes vt anticiparet Neoptolemum de medio tollere: nec parte regni contentus foret: ſed naturam ſuam maiora flagitantem ſequeret. Poſt hæc memor Berenices & Ptolemæi, filium ſibi natū ex Antigona Ptolemęum, & vrbē in Cherroneſo Epiri ab ſe conditam Berenicida nominauit. De hinc quū multa & magna concepiſſet animo: ac prius p̄pinquis maxime intenderet: Macedoniæ ſe inſeruit p hūc modum. Antipater primus ex Caſſandri filiis Theſſalonicam matrem necauit: & Alexādrum fratrem regno expulit. Hic ad Demetrium miſit petentes auxilium: & ſimul Pyrrhum vocauit. ſed Demetrium aliis negotiis remorantibus, ſupueniens Pyrrhus ſocietatis præmium petiit Nimphæā vrbem, & maritimā Macedoniæ oram: & ſubactaꝝ gentium Ambraciam, Acarnaniā, Amphilochiam. Quibus ab adoleſcente conceſſis, ea Pyrrhus loca p̄ſidiis ſuis firmauit: reliqua vero ab Antipatro abducere, & Alexandro acquirere prexit. At Lyſimachus cupiēs quidem Antipatro ſuccurrere: ſed aliis impedimētis p̄hibitus: literas Ptolemęi nomine, cui nihil denegare Pyrrhū ſciebat, falſo trāſmiſit: p quas, poſtulabat: vt Pyrrhus trecētis talētis ab Antipatro acceptis exercitum deduceret. Eas literas quū diſſoluiſſet Pyrrhus: ſtatim fallaciā animaduertit. Non enim ſcriptum erat vt conſueuerat Pater filio Sal. Sed Ptolemęus rex Pyrrho regi Sal. Lyſimachum itaq; iurgatus quū nihilominus pax ei placeret, ac eius firmandę cauſa reges conueniſſent: porco: tauro: & ariete ſacrificii, cauſa adductis, aries ipſe repente nulla adhibita opera mortuus eſt. ob quod ſignum licet ab aliis deriſum, Pyrrhus firmare pacem noluit: monitus a Theodoro aruſpice, hoc vni ex tribus re-

Demetrius Antigoni Pyrrhi ſororius.

Pyrrhus in pugna ad Hypſeū hoſtes in fugā vertit.

Berenice.

Antigona Pyrrho in vxorē data.

Pyrrhus ad Epirū recuperādā tendit Neoptolemus rex Epirotarū.

Gelon Pyrrhum' venēno tollere curabat.

Phanarete Sammonis magiſtri pecoris vxor.

Neoptolemꝰ rex Epirotaꝝ a Pyrrho i cœna occiſus eſt.

Antipater Caſſandri filius Theſſalonicam matrem occidit.

Lyſimachꝰ

gibus mortem portendi. Sic igitur. infecta pace, quũ res Alexandri stabilitatem iã accepissent: Demetrius aduenit: & qm̃ non indigente nec vocante tunc Alexandro veniebat suspectus statim fuit eius aduentus. Paucis deniq; diebus vna commorati insidias in alterutrũ tendere cœperunt: sed præuenit Demetrius: adolescẽteq; obtruncato rex Macedoniæ appellatur. Erãt & prius Demetrio aduersus Pyrrhum querelę & discursiones quædã ex Thessalia factę: innatusq; potẽtiis cupiditatis morbus ciuitatem suspectam infidamq; faciebat: præsertim post Deidamiæ mortẽ. Tunc itaq; Macedoniã ambo obtinentes, & in idẽ pmisti, maiores discordiarum occasiones cõtraxerũt. Quũ igit̃ Demetrius fines Ætolorum ingressus Ætolos superasset: Pãtarcho duce cum parte copiarum ibi dem relicto, ipse aduersus Pyrrhum contendit. Nec secus Pyrrhus vbi hæc audiuit, contra illum p perauit. Sed quum diuersis itineribus pcederent: ambo transierunt. Demetrius quidẽ in Epiꝝ: & pdã abduxit. Pyrrhus vero vsq; ad ea loca vbi Pãtarchus erat pgressus, pugnã conseruit. Magnũ fuit in eo prælio militũ certamen: sed maximum ipsorum ducum. Nam Pantarchus audacia: robore: & arte pugnandi: omnes q apud Demetrium erant, sine controuersia antecellens, magnitudine animi & fiducia virtutis adductus, Pyrrhum in singulare certamen puocauit. Ipse tñ Pyrrhus nulli inferior, & Achillis gloriã p virtutẽ magis q̃ p genus sibi vsurpare studẽs, p antesignanos aduersus Pãtarchũ discurrit. Infelitis itaq; primo haltis cõcurrũt: deinde cõminus vi atq; arte gladiis vtebanť. Tãdẽ Pyrrhus accepto qdẽ vno vulnere, duobus illatis, adiit Pãtarchũ: psternitq; nõ tũ iterfecit: amicis illũ rapientibus. Epirotæ ob victoriã regis exultantes, eiusq; virtutẽ admirati, Phalangẽ Macedonũ pfregerũt: fugiẽtesq; psequuti, multis cæsis, qnq; milia Macedonũ viua ceperũt. Hęc pugna non tm̃ odii ac inimicitiæ aduersus Pyrrhum p iis quę passi fuerant, Macedonibus attulit: quantum gloriæ & admirationis virtutis eius præstitit iis qui præsentes in prælio pugnã eius conspexerunt: acritate vultus & velocitate manuum pstimilẽ magno Alexandro Pyrrhum ęstimãtibus: visq; illius & procellæ certãdi quasi vmbras & imitationes quasdam conspexisse. Alios reges purpura ac satellitibus & iactatione ecruicis occupatos esse: solũ Pyrrhum armis & virtute magnũ Alexandrũ referre aiebant. Et sane quãta peritia rei militaris fuerit in Pyrrho, ex iis quæ in ea facultate scripta reliquit intelligi potest. Ferunt Antigonum interrogatum quis ducum sibi optimus videretur: rñdisse, Pyrrhũ si senescęret, 'omnium suę ætatis ducum sibi optimum videri. Sed hic ætati suæ dumtaxat eum prętulit. At Annibal Carthaginensis, oĩum omnino ducum primum peritia & sagacitate Pyrrhum, Scipionem secundũ, se tertium iudicauit: vt in Scipionis vita perscripsimus. Hanc vero disciplinã sp vigilantissime meditatus fuisse Pyrrhus videtur: vt omnium scientiarum maxime regi congruentẽ: ęteras vero nihilo existimasse. Quodam autẽ loco Python an Chalcidẽsis melior sibi musicus videretur interrogatus, dicitur respondisse: Polyperconta ducẽ sibi melioren videri: quasi ea duntaxat regem quærere & intelligere deceret. Fuit autẽ Pyrrhus mitis ac facilis: prõptus vero & liberalis ad gratias rependendas. Æsopi mortem pmoleste tulit: illum quidẽ humana perpessum affirmans: ęterum seipsum cruciare: & improbũ ducere: q̃ differendo ac tardando gratiam viuenti non reponderit. Creditam vt videret pecuniã hęredibus creditorum solui licet: At gratias nisi scientibus iis quibus debenť psoluerit, vir honestus & gratus offendit̃. Ex Ambracia vt quendam maledicum pelleret pcantibus rñdit: potius ad paucos illic manens q̃ circumiens apud multos de nobis obloquať. Quosdam qui per vinolentiam iurgia in eum iactauerant: ad se postea deductos rogauit: an illa aduersus se dixissent: respõdẽte vero quidam ex ipsis, ita o rex & plura etiam dixissemus si plus vini affuisset: ridens Pyrrhus statim eos dimisit impunes. Vxores potentia ac rerum gratia multas accepit post Antigonæ mortem. Nam & Autoleontis Pannoniæ regis filiã, & Virenam Barguli Illyrici, & Ianassam Agathoclis Syracusani dotem afferentem Corcyram ab Agathocle captam. Ex Antigona quidem Ptolemęum: ex Ianassa vero Alexandrum ex Virẽna Helenũ filios suscepit: omnes manu prõptos ac bello feroces: statim a puertitia ad hoc ipsum innutritos. Dicitur Cuidã ex filiis puero adhuc patrem roganti, cuinam regnum relinqueret: respondisse: ei ex vobis qui gladium acutiorem habebit. Sed hoc nihil differt ab illa tragica detestatione: Acuto ferro diuidant fratres domum. Sic inhumana & fera regnandi cupiditas est. Post hanc pugnam Pyrrhus cum magna gloria & celebritate nominis ac lætitia in Epirum reuersus quũ Aquila ab Epirotis salutaretur: per vos inquit Aquila sum: qui me vestris armis tanq̃ alis in altum extulistis. Deinde quum audiisset Demetrium grauiter egrotare: celeriter Macedoniam quasi prędam abacturus ingressus, parum abfuit quin totum regnum acquireret. Vsq; ad Æsam enim profectus est: nemine obuiam prodeunte: multis vero ad eum deficientibus ac iuuantibus: donec ob magnitudinem periculi Demetrius contra valetudinem suam excitatus, & per duces ac familiares copiis contractis, aduersus Pyrrhum surrexit. Ille autem quia magis prędatoria manu quam exercitu venerat, non sustinuit: sed fugiens partem copiarum paruam amisit. Non tamẽ qa facilitor repulerat cum Demetrius, ideo Pyrrhum contẽpsit: sed quum statuisset res magnas aggredi & paternum recuperare imperium: & ad hęc centum milia militum & quingentas naues compararet: nõ voluit cũ Pyrrho bellãdo rps terere: nec vicinũ grauem impignũq; Macedoniæ hostem

Pãtarchus

Pugna iter Pyrrhũ & Pantarchũ

Pyrrh⁹ Pãtarchũ singulari certamĩe deuicit

Pyrrhũ Antigon⁹ omniũ suę ætatis ducum optimũ iudicauit.

Pyrrhus Æsopi mortem molestę tulit.

Rũsiones Pyrrhi acutæ.

Pyrrhi vxores ac filii.

Exercit⁹ Demetrii cẽtũ milia militũ & qngẽtas naues hũs.

relinquere: sed pacem cum eo firmauit: vt contra alios reges vadere posset. Facta igitur pace, quũ magnitudo apparatus, ac mens Demetrii simul conspiceretur: conterriti reges per literas ac nuntios Pyrrhũ sollicitabãt: mirari se affirmãtes, si facultatẽ nocẽdi Demetrio præclare nactus eã omittat: & quũ ipsum aliis bellis occupatũ prurbatũq; Macedonia expellere possit: tẽpus expectet: quo cũ illo aucto potẽtia ac vacuo cæterorũ impedimẽtorq;, pro aris ac focis Molossorũ decertet: præsertim q nuper sibi Corcyrã & eius vxorẽ abstulerit. Nam Ianassa Pyrrho infensa ꝙ aliis vxoribus magis deditus videretur, in Corcyrã abiit: Demetriumq; quem maxime indulgentẽ mulieribus audierat, ad nuptias vocauit. Ille veniens vxorem Ianassam accepit: & Corcyram suis præsidis occupauit. Hęc reges ad Pyrrhum scripserunt. & simul ipsi dum circa apparatus belli Demetrius immoratur, nouareres cœperunt. Nam Ptolemæus magna classe Græcas adiẽs vrbes, a Demetrio eas seduxit. Lysimachus vero superiorẽ Macedoniæ partẽ per Thraciã ingressus populauit. Et Pyrrhus simul insurgẽs Beroeam inuasit: ratus quod euenit, Per Demetriũ cõtra Lysimachũ obuiam euntem inferiorem Macedoniæ partẽ sine presidiis relicturum esse. Ea nocte visum est Pyrrho se ab Alexãdro Magno vocari: atq; adeuntẽ iacẽtem cõspicere: verbisq; humanis & amicabilibus recipi. Et quũ inter cætera diceret Alexander auxiliũ se Pyrrho impigre laturum, frætus audacia Pyrrhus & qua ratione ingt imperator qui ægrotus iaces me iuuare poteris? Ad hæc Alexãder, se vel nomine duntaxat id facturũ promittẽs, equũ ascendisse, ducẽq; se Pyrrho præstitisse visus est. Hoc itaq; somnium erexit Pyrrhum: quamobrem subito exercitu traducto, Beroeam inuasit: ibiq; parte copiarũ relicta reliquos sequi iussit. At Demetrius his cognitis quũ prætera in castris tumultũ Macedonum cerneret, formidauit vlterius contra Lysimachum exercitum ducere: ne ob ꝓpinquitatem regis Macedonis originem & gloriam habentis milites ad ipsum deficerent. Itaq; contra Pyrrhum vtpote alienum & Macedonibus perosum se conuertit. Sed positis iuxta castris, multi ex Beroea venientes Pyrrhum laudibus extollebãt: bello inuictũ ac preclarum virũ, humanũ vero ac benignũ erga eos quos vicisset predicantes. Summitebat quoq; & ipse Pyrrhus: qui se Macedonas simulãtes dicerent: adesse tẽpus vt ex grauí Demetrii dominatu ad virũ benignũ & amatorem militum transirent. His plærisq; Macedones mentẽ præstabãt: ac videre Pyrrhum quærentabant. Pyrrhus autem stabat detracta casside, ac rursus eam capiti imponebat: vt insigne hircinorum cornuũ noscerentur. Macedones tesserã petere: alii quærnas sibi coronas facere cœperunt: ꝙ & Pyrrhi milites ea fronde coronatus cernebant. Iam quidam ipsi Demetrio dicere ausi erant: ipsum recte facturum: si cederet, ac regnũ dimitteret. Itaq; Demetrius motum exercitum cernẽs, atq; ob id conterritus, clam ausugit: camisia quadã & simplici chlamydula succinctus. Pyrrhus autem in castra receptus rex Macedonum appellatus est. Sed aduenientẽ postea Lysimacho, & commune opus Demetrii ꝓfligationẽ prædicante, ac diuidẽdum inter eos regnum censente: ꝙ nõdum satis credebat Macedonibus, Pyrrhus iuxta Lysimachi postulata regnum & vrbes diuisit. Hoc tũc bellum distulit: sed paulopost senserunt nõ cessationem inimicitiq;, sed indignationũ ac discordiarũ principiũ p diuisionem inisse. Quorũ enĩ nõ pelagus, nõ montes, nõ deserta solitudo, nõ qui Asiã Europamq; diuidũt termini, cupiditates diffiniunt: eos se contingentes ac permistos qescere nullo modo est existimãdum: sed pugnabunt semp: insidias atq; inuidias ingenitas habentes. Pacis enĩ & belli nominibus tanq; nummis & contingit vtuntur nõ ad iustitiã: sed ad cõmoditatẽ: tunc meliores quũ aperte bellũ inferre fatenẽ: q; quũ iniuriarũ cessationẽ amicitiã vocãt. Ostẽdit id Pyrrhus: iterũ cõtra Demetrium vires tanq; exinfirmitatẽ aliqua colligẽtem, pro auxilio græcarũ urbium profectus. Nam quũ Athenas venisset: & arcẽ ingressus deæ Palladi sacra feciss et: atq; eadem die ex arce descenderet: Gratam ingt sibi fuisse Atheniẽsium fidutiam: quãcos de se habere cõsperxerat. Cęterum si saperent, nulli post hac regum portas aperent. Deinde cum Demetrio pacem fecit: ac paulopost ille in Asiam ꝓfectus rursus cum Lysimacho in gratiam reuersus, Thessaliam Demetrio abstulit: melioribus vtens Macedonibus in bello q; in pace: & ipse omnino nequaq; ad gerendum natus. Tandem Demetrio in Syria ꝓfligato, Lysimachus iam a cæteris bellis otiosus & quietem agens aduersus Pyrrhum cõtendit: eumq; apud Edessam superatum ad inopiam commeatuũ redegit: ac subinde per literas ac nuntios ad principes Macedonum scriptas pabsurdum esse ingt si pegrinum hominẽ cuius maiores semp Macedonibus seruissent, dominum habere cõtenti, Alexandri amicos familiaresq; repellant. Quibus verbis quum multi pmouerentur: conterritus Pyrrhus, cũ Epirotarum ac sociorum manu abiit: amissa p eum Macedonia modum: p quem antea ipsam quæsierat, Vnde nec accusare populos ad vtilitatẽ suam se mutãtes regibus licet. Nam populi in hoc ipsos reges imitãtur: perfidiarum ac proditionũ magistros: qui eum maxime lucrari putant: qui minime iustitia vtatur. Tunc itaq; in Epirũ amissa Macedonia reiecto cum quiete & pace viuere fortuna dabat. Sed ipse si nõ inferret aliis, nec ab aliis pateretur molestias, nauseam ratus, instar Achillis tolerare quietem nõ poterat: sed tabescebat animus illic manens: pugnãq; & bellum cupiebat. Suscepit igitur nouarum rerum huiusmodi materiã. Romani aduersus Tarentinos bellum gerebant. Hi quum nec bellum sustinere, nec deponere ob superbiã ac pranitatem

Pyrrho Alexander Magnus per vim astitit.

Tessera.

Cupiditas qd faciat.

Edessa vrbs

Populos ad vtilitatẽ suã se mutãtes regibus accusare nõ licet.

principũm suorum valerẽt: Pyrrhum ducem ad bellum vocare statuerunt: vtpote inter cæteros res gestis magis otiosum & rei militaris pitissimum. Huic sententiæ licet p maiores natu grauioresq; resisteret: tñ qui bellum cupiebant in concionibus plus poterãt: strepituq; & vi audiri bonos & prudentes viros non pmittebant. Quo in tpe quidã Meton nomine vir vrbanus, ea ipsa die quo decretum de Pyrrho vocando fciri p populum debebat, & multitudo in cõcione sederet, accepta corona & lampade, quasi ebrius, tibicine ducente ludibundus in concionẽ puenit: vtq; fit i turba populari, aliis applaudentibus, aliis ridentibus, & vt pcederet in medium inuitantibus, pcessit ille: & quasi cantaturus astitit. Sed vbi silentiũ nactus est: Viri Tarentini inquit bene facitis qui iocari & ludere volentibus dum licet pmittitis. Si tñ sapitis: cunctis hac ludorum liberrate fruemini anteq; Pyrrhus aduenias. Nam tunc non nostro, sed ipsius arbitrio viuendum erit. Hæc verba multos ex Tarentius cõmouerunt: murmurq; fuit p concionem laudantium approbantiumq;: sed qui Romanos timebant, ne facta pace dederentur formidantes populum increparunt: q; ita ihoneste se deludi paterentur. & simul his dictis Meton concione ppellunt. Decreto igitur p hunc modum firmato, oratores cum donis ad Pyrrhum transmittunt: non solum Tarentinos, verum etiã Italicos: qui decerent se duce indigere sapienti & magnę authoritatis. Nam copias satis ingentes sibi in Italia affuturas. ex Lucanis: Messapiis: Samnitibus. equitum eum. xx. peditum. cccv. milia habituq;. Hæc non solum ipsum Pyrrhum extulere: sed etiam Epirotas ad militiam promptiores fecerãt. Erat quidã in Thessalia Cyneas vir magni ingenii: & vtpote qui Demosthenis auditor fuerat in imitationẽ eius traditus maxime vim dicẽdi illius assequi videbat. Hic apud Pyrrhum degens, quũ sæpe ad ciuitates trãsmitteretur: vere esse ostendit id Euripidis dictum. Omnia conficit oratio: quæ hostile ferrũ cõficere non potest. Nam Pyrrhus ipse dicere solebat: plures a Cynea ose, q; a se armis vrbes esse partas. Itaq; ipsum semper in honore habuit maxime: vsusq; opera illius plurimum ẽ. Hic igitur Cyneas Pyrrhum ad Italiam inclinatum cernens, nactus illũ aliquando otiosum, in hmõi sermonem adduxit. Egregii quidẽ bello Romani esse dicuntur: multisq; bellicosis gẽtibus imperare: q; si eos superare dii nobis dederint: quid tunc agemus Pyrrhe? Ad hæc Pyrrhus: de re haud quaq; obscura inquit o Cynea pcontaris. neq; enim barbara nobis, neq; Græca ciuitas illic resistere valeret: Romanis superatis: sed haberemus confestim Italiã totã: cuius minime magni tudinem & potẽtiam te ignorare arbitror. Parumper ergo cõmoratus Cyneas, Enimuero quum Italiam ceperimus inquit, quid tunc agemus? Et Pyrrhus nondum mente eius itellecta, proxima inqt Sicilia est insula felix ac populosa: capi vero facilis ob seditiones ac discordias ciuitatũ. Recte dicis inqt Cyneas: sed an finis militię nobis erit Siciliã cepisse? Deus modo inqt Pyrrhus victoriã p stet. nam his veluti præludiis vtemur ad res maximas cõficiendas. Quis enim se Libya abstineat & Carthagine: quam nup Agathocles clam ex Syracusis profectus exigua classe paulo abfuit qn caperet? His autem victis, nullus nobis resisteret hostis. Ita est inquit Cyneas. Constat enim q; & Macedoniam recuperare, & Græciæ dominari certissime cum hac potentia licebit. Sed victis omnib⁹ ac subactis quid faciemus tandem? Et Pyrrhus ridens, otium inquit agemus: & quottidiana festiuitate mutuisq; sermonibus lętitiaq; perfruemur. Quum ad hæc Cyneas Pyrrhum adduxisset: At quid vetat o rex inquit: quo minus nunc ista lætitia & festiuitate & otio perfruamur? Adest quippe nobis sine labore facultas eorũ ad quę per sanguinem molestias & pericula nra & aliorũ peruenturi, sumus. His Cyneas verbis turbauit potius regem: q; ab incœpto retraxit: spem eorũ quæ conceperat deponere nequeuntẽ. Primo igitur Cyneã cũ tribus milibus militũ Tarentum misit: Deinde multis ratibus & omnifariã nauigiis ex Tarento delatis, viginti elephantes, equitum tria, peditũ viginti tria milia, funditores & sagittatarios quingentos imposuit. Hoc apparatu nauigans, quũ medium teneret ioniũ, rapitur vẽto: borea intempestiue exorto, classis per mare disiecta naueśq; diuersę aliæ in Libycum ac Siculum pelagus delatę sunt: alias summã lapygiã superare nequeuntes nox simul & procella in loca aspera cęcaq; illidens omnes confregit: prẽter regiam nauim. Hęc. n. nautarum & gubernatorũ magna vi aduersus venti imperum nitentium tandem litus versum aditur: & dum obliquum habuit ventum, magnitudine ac robore resistebat cuadebatq;: sed postq; a terra veniens procella ferire proram cœpit: ac periculum erat ne fathiscceret: & se mari sæuienti variisq; agitato ventis permittere terribilissimum omnium videbat: Pyrrhus sese ex naui in mare deiecit: statimq; circa ipsum familiarium amicorũq; erat certamen: sed nox & fluctus cũ magno fragore ac violentia opus difficile auxiliantibus faciebant. Itaq; vix tandem luce exorta, vento defici ente, ad terram peruenit: corpore quidem exhausto penitus, sed robore animi inuicto. Messapii in quorũ litora cuaserat, promptissime ad opem ferendam cũuenerunt: & simul naues quędam Pyrrhi rẽpestate superstites aduenerunt. In quibus erãt equites perpauci: peditum vero circiter tria milia: elephanti duo. Cum his itaq; copiis profectus, militibus quoq; a Cynea obuiam ductis, Tarẽtum intrauit. Primoq; tempore nihil inuitis Tarẽtinis agere cœpit: quoad nauibus ex mari seruatæ copiæ conuenere. Tunc autem videns populum sua sponte nec se tuare seipsum, nec seruari ab alio posse: sed tanq; illo propugnaturo domi sedere balneis conuiuiisq; indulgentem: clausit gym-

Meton.

Cyneas vir magni ingenii. Oratio ofa conficit q hostile ferrũ cõficere nõ potest.

Cyneæ ad Pyrrhũ de Roma petẽda sermo.

Cyneas Tarẽtũ missus cũ trib⁹ militũ milibus Pyrrh⁹ maris tẽpesta te agitatur: & classis ei⁹ disiicitur.

Pyrrh⁹ Tarentum intrauit.

nasia & deambulatoria: inquibus spatiātes, pro rebus verbis militabant: potus vero & lasciuias intempestiuas inhibuit. Delectū habuit ita acrem: vt multi imperium ferre insueti ex vrbe migrarēt: seruitutem vocantes nō viuere ad voluptatem. Sed quū Albinus Romanorū consul cū magno exercitu aduentare, & iam Lucaniam vastare nuntiaret: q̄q̄ nōdum aduenissent sociorū eius copiæ, tū indignū ratus id tolerare, Pyrrhus cū exercitu obuiā profectus est: præmisso cadauceatore ad Romanos: si vellēt ante bellū, se iudice & mediatore cum Tarentinis de iure causam decerni. Responso aūt a cōsule dato, Romanos nec elegisse Pyrrhum iudicē, nec formidare hostē: tūc progressus inter Pandosiā vrbē Heracleāq; castra posuit. Ibi quū audiret Romanos trans flumē Sirin castra habere: secus ipsum amnē speculandi gratia obequitauit: ordinēq; & formā castrorū custodiasq; & disciplinam Romanorū admiratus, Hęc inq; barbaros disciplina barbara nō est: sed opa eorū videbimus. ac defuturo iam sollicitus expectare socios statuit. Aduersus aūt Romāos si forte transire amnē tentēt stationē opposuit. At Romani vt ille expectare decreuerat, sic ipsi præuenire festinātes, transire flumen cœperūt vado pedites, eqtesq; pluribus simul locis. Itaq; Græci metuentes ne circunuenirent, se retraxerunt: & Pyrrhus vt hęc sensit turbatus, ducibus pedestrium copiarum mandauit: vt consestim armatos militesin ordinibus continerent. Ipse aūt cū tribus milibus eqtum pfectus est: sperās transeūtes adhuc & sparsos Romanos sine ordine inuasurū. Sed postq̄ clyepos multos pflumine stantes, eqtesq; in ordine obuiā pdire cōspexit: primus in hostes delatus, armis atq; ornatu egregie insignis, gloriā & famā virtutis suæ rebus ipsis asseruit. Manus enim & corpus exhibēs prælio, & cōtra hostes fortiter pugnans, puidentiā tū boni ducis nō omittebat: sed vbicūq; auxilio opus erat, accurrēs, rectis cōsilius bellū gubernabat. In ea pugna Leōat⁹ Macedo vir⁹ Italicum conspicatus in Pyrrhum intētum sempq; contra stantem, & simul se mouētem, Cernis inquit o rex barbarum illum quem niger equus pedibus albis portat? Is magnum quiddam agitare aio videtur. nam te solum intuet: tibi soli intendit. Et Pyrrhus ad hæc Fata qdē o Leonate nemo potest effugere. Verum enim nec iste nec alius quisq̄ hostium in manus nostras venisse gaudebit. Adhuc loquebant: quum Italus citato equo infesta hasta Pyrrhum inuadit. nō tamen regē percussit: sed equū: & simul a rege ipsius equus petitur: ambo interrā ceciderunt: sed rex a suis ptectus asportatur: Italus vero pugnans cofoditur. Erat hic genere Ferētanus prefectus turmę nomine Eplacus. hoc docuit regem magis cauere. Itaq; quū equites aspiceret impetū ferre nō posse: phalangem insup accitam opposuit. Ipse chlamyde & armis vni ex amicis traditis, atq; illius assumptis incognitus ad prelia reuertitur. Resistentibus aūt acriter Romanis, diu anceps fuit prelium. Septies enim dicuntur pepulisse ac pulsi esse. Nam permutatio armorū, quæ ad salutē regi plurimū cōtulit, paulominus rē subuertit: victoriāq; hostibus præbuit. Certatim enī ad eędem eius q̄ arma regia gestabat concursum est. sed ante oēs Dexter quidā nomine illū pstrauit: casq; fideq; & chlamyde detracta, se Pyrrhum occidisse clamitās, & spolia ostentans, ad cōsulem ppera uit. Erat ob hoc Romāis lætitia: Græcis vero secordia atq; formido: donec Pyrrhus intellecta re, per acie discurrens nudo capite se militibus ostendit. Tandē vero equis Romanorū ob elephātos cōterritis, ac sessores inde efferentibus, imissus a Pyrrho Thessalus equitatus Romanos cū magna cæde in fugā vertit. Dionysius nō multo pauciores. xvi. milibus ab Romanis cecidisse scribit. Hieronymus septē milia solum. Ex his aūt qui cū Pyrrho erāt Dionysius. xiii. milia: Hieronymus pauciores quatuor milibus cecidisse tradidit. optimos certe ex amicis & ducibus, & qbus maxime vtebatur fidebatq; Pyrrhus, eo prælio amisit. Sed tamē castra Romanorū cepit illis deserentibus: & vrbes sociorū recepit: ac regionē multā populatus est. Tantū enī pcessit: vt nō amplius trecentis stadiis Roma abesset: Post pugnā, Lucanorū atq; Samnitū copiæ ad eum venerunt: quos licet de tarditate reprehēderit, tamen gaudere & magnificare videbat: q; ipse cū suis & Tarētinorū duntaxat copiis magnū Romanorū exercitū superasset. Romani Albinū nō reuocarūt: q̄q̄ dicatur Fabricius dixisse nō Romanos ab Epirotis, sed Albinū a Pyrrho supatum fuisse: arbitratus non esse victū exercitū, sed duce a duce arte superatū. Supplemēto igitur habito, & insup amplificato numero militū, nulla mētio pacis a Romanis facta est. Quę res Pyrrhum in admirationē conuertit. Visum est igit Pyrrho vt prior ad eos mitteret: experireturq; an pacē vellent. nō enī esse præsentis potētię suæ vrbē Romanā capere posse: amicitiā vero & pacē gloriosam sibi post victoriam iam partam fore existimabat. Missus itaq; Cyneas a rege cum primoribus ciuitatis loquutus est: dona q; ipsis & eorum vxoribus trāsmisit: accepit autem nemo: sed respondērūt omnes viri mulieresq; si pax publice fieret, & sua omnia regi offerre. In senatu vero multa præclare & humaniter dicta sunt a Cynea: quum & liberationē captiuorum, & auxiliū ad subigendam Italiā populo Ro. Pyrrhus offerret: ac p his nihil aliud q̄ amicitiā sibi, Tarentinis securitatē postularet. Et cōstabat Senatores ad pacem inclinari: victos iam semel magno prelio: & secundam Pyrrhi victoriam ob superadditas Italicorū copias metuentes: quum Appius Claudius vir amplissimus quidem, cæterum senectute & orbidate oculorū reipub. muneribus cessans, auditis his quę a rege nuntiabant, ac rumore obtinente senatum pacē esse decreturum, tolerare non potuit: sed in curiam se deferri

Albinus Romanorū cōsul.

Leonatus Macedo. pugna iter Pyrrhum & Romanos.

Eplacus Ferentanus.

Dexter Pyrrhū occidisse credidit.

Cæsa hoīum Romanorū xvi. milia Epirotarū tredeci.

Cyneas a Pyrrho legat⁹ ad Ro. missus.

Appii claudii cęci oratio in senatu.

iussit. Latus igitur in lectica perforũ, vbi ad ianuam curiæ peruenit, filii simul & gener susciperes ipsum stipantesq; in senatum duxerunt. Factum est silentiũ ad præsentiã tanti viri. Ille autẽ vbi suo loco constitit: ita dicere ortus est. Antea quidẽ ingt. P. C. hãc meam oculorũ fortunam pmoleste ferebam: nũc autẽ doleo atq; angor: q nõ vltra cæcitatẽ ipsam, surdus etiam sim: ne turpes consulationes ac sentẽtias vestras quæ huius vrbis gloriam subuertunt, audire cõpelleret. Vbi est. n. illa iactãtia; quã crebro verbis vsurpare soletis: affirmãtes si Magnus Alexãder in Italiã pfectus non biscũ adolescẽtibus, aut cũ patribus nostris tunc florẽtibus cõseruisset bellũ: nequaq; cũ nũc vt in uictũ gloriam habiturus: sed aut fuga aut morte sua maiorẽ huic vrbi gloriã nomẽq; reliquisset? Hanc igitur insolentiã verborũ nunc rebus ostendite: Chaones & Molossos qui semp Macedonũ prœda fuere, & Pyrrhum regẽ eorum formidatis: qui vnũ ex Alexãdri satellitibus semp sequutus est ac coluit: & nunc nõ magis Tarentinis auxiliũ ferens, q̃ hostes domi fugiens, in Italia versat: ausus pfecto principatũ in Italia cũ hac potẽtia: quæ ad paruam Macedoniæ partẽ cõseruandam sufficere nõ valuit. Non itaq; hũc re mouebitis si amicũ feceritis: sed alios inuitabitis p contemptũ nostri quasi supare nos facile sit: si Pyrrhus abibit nedum pœna nõ data eorũ quæ cõtra nos fecit: verũ etiam mercede accepta fœderis eo authore cũ Tarẽtinis Samnitibusq; recipiẽdi. Hæc Claudii verba ad studiũ belli alios traduxere. Itaq; Cynea dimisso respondẽrũt: Pyrrhus Italia excederet: tunc si vellet de amicitia ac societate verba faceret. Quoad vero in armis adesset: populũ Ro. aduersus eum belligeraturũ: etiã si mille Albinos pugna supasset. Dicitur Cyneas interea dũ hæc agerẽtur, cupiditate cognoscendi, moribus ac institutis Romanis studiũ impartisse: atq; de ea re cum optimis vitis loquutus Pyrrho postea retulisse, quũ alia multa, tum senatũ Romanũ multorũ regũ sibi cõsessum videri. De multitudine aũt populi formidare se ingt: ne aduersus quãdam Lernæã Hydrã pugnare videanẽ. Supra duplũ enĩ plures q̃ antea pugnassent, cõsuli decretos: & multiplicuplos insuper ex his q arma ferre possent, supesse. Post hæc legati ad Pyrrhũ p captiuis redimẽdis missi: inter quos. C. Fabricius fuit: cuius Cyneas retulerat maximã apud Romanos mentionẽ habeti: vt viri boni qdem atq; bello egregii: cæterũ vehemẽter paupis. Huic igit̃ rex sorsum blãditus, vt pecuniã a se caperet suadebat: nõ ob aliquã turpẽ causam: sed ob amicitiæ & hospitalitatis indicium. Renuẽte aũt Fabricio, tunc qdem destitit: postridie vero ipsum tentare volẽs, vtpote q nũq̃ antea elephãtũ vidisset, iussit dum simul loquerenẽ permiserunt elephantũ post auleam iuxta se cõstitui: ac deinde subito aulea sublata, elephas eximprouiso cõspectus, pboscidẽ supra caput Fabricii extulit: ac vocẽ tertibilẽ asperãq; emisit. At Fabricius tranqlle cõuersus, leniterq; arridẽs ingt: nec heri aurũ nec me hodie bestia pmouit. In cœna aũt apud regẽ acta, quũ multi ac varii sermões inciderẽt: plerique vero de Græcia ac de philosophis: forte euenit: vt Cyneas Epicuri mẽtionẽ faceret: memoras ea quæ ab Epicureis dicũtur de diis ĩmortalibus, ac de rep. vt nõnulli finẽ bonoꝝ in voluptate ponẽtes curam reip. fugiẽdã cẽsent: vt pote felicitatis corruptiõe: Deos aũt a gratia atq; ira longissime remotos, nec vllã de nobis curã suscipiẽtes, in otiosam vitã & plenã voluptatũ cõiũciãt. Etiã ipso dicẽte Fabricius exclamãs O vtinã ingt hæc Pyrrho & Samnitibus cordi sint: q̃diu aduersus nos bellũ gerũt. Sic itaq; mentẽ viri rex admiratus, magis ac magis optabat pacẽ q̃ bellũ cũ Romanis habere. & Fabriciũ priuati rogauit: vt facta pace, vna secũesse vellet: primus amicoꝝ & ducũ suoꝝ futurus. Ad hęc dicit Fabricius summissa voce respõdisse. At ne hoc qdẽ tibi o rex cõducit. Illi enĩ ipsi q te nũc admirãtur & colũt, si me experiant, a me potius q̃ a te regi optabũt. Pyrrhus nõ tytãnice neq; supbe verba Fabricii susccpit: sed quãta magnitudine animi Fabricius foret ad amicos ptulit: & captiuos illi credidit soli: vt si nõ decerneret pacẽ senatus: postq̃ cũ parẽtibus ac domesticis Saturnalia peregissent, ad eũ remitterenẽ. atq; ita factũ est: post festiuitatẽ aduersus nõ redeũtem pœna p senatũ decreta. Deinde quũ Fabricius cõsulatũ iniisset: veniẽs qdã ad eum in castra epistolã detulit a medico regis pscriptam: in qua offerebat se Pyrrhum veneno necaturum: si premium traderetur sibi absq; vllo discrimine bellum p Romanis cõficiẽti. At Fabricius iniuriã hoĩs detestatus, & collega in eãdem sentẽtiam adducto, Pyrrhũ statim per literas monuit: vt insidias medici caueret. Litteræ huiusmodi fuere. C. Fabricius & Qu. Æmylius consules Pyrrho regi Sal. Neq; amicoꝝ neq; hostiũ fortunatus existimator esse videris. Cognosces enĩ: quum hanc epistolam ad nos transmissam perlegeris: te bonis qdem ac iustis viris bellũ inferre: malis vero atq; iniustis cõfidere. Hæc autem non tui gratia nota facimus tibi, sed nemors tua nobis calũniã afferat: quasi virtute nequiremus, te superare dolo cõtendisse. Acceptis itaq; Pyrrhus Fabricii literis, medicoq; conuicto, & supplicio iuste affecto, ad terributionem beneficii captiuos oẽs gratis Fabricio Romanisq; restituit: rursusq; Cyneã misit p pace firmanda. At Romani nec gratias ab hoste, nec mercedẽ accipere volentes, patẽ Tarẽtinorũ atq; Samnitũ captiuorum numerum Pyrrho remiserũt. De amicitia vero & pace nihil agitari permiserunt: priusq̃ rex ipse cum armis atq; exercitu, cũq; his quas secum ex Græcia duxerat naues, ex Italia nauigasset. Procedente itaq; bello, rursus apud Asculum vrbem cum Romanis pugnatũ est. In ea pugna cõpulsus rex ad loca aspera & flumẽ graue atq; limosum, quum elephãti impetũ capere nequirẽt, multis vulneribus ac magna

Multicuplos. Fabricius muneribus Pyrrhi regis non captus est.

Fabricius Pyrrhũ monuit p literas vt venenũ caueret.

Asculum vrbs Pugna inter Pyrrhũ & Romanos ad Asculũ.

fuorum cæde vſq; ad noctem dimicauit. nox prælium diremit. Poſt triduũ vero æquioribus locis ſtructa acie, & aſperioribus ſaltibus præſidio occupatis, miſſiſq; inter elephãtos iaculatoribus ac ſagittariis, denſo agmine Romanos inuaſit. At Romani nequaq; a loco vt pridie aduti, ſed æqua planitie contra frontem venientes, quum prius q̃ adeſſent elephanti, pedites profligare properarent, grauiter aduerſus Sariſſas cum gladiis pugnabant: vulnerare accedere hoſtem intenti, nulla proprii mentionẽ habebant. Tandem poſt magnũ ſpatium dicitur fuga ex ea parte qua rex premebat fieri cœpta. Sed plurimũ elephãti ſuo robore atq; audacia perfecerunt: nequeuntibus Romanis vir tute vti: ſed quaſi violentia cuiuſdam ſuperuenientis fluctus ac terræmotus in fugam compulſis fuga vero non longa: ſed in caſtra fuit. Hieronymus ſex Romanoꝝ milia eo prælio cecidiſſe tradit. A Pyrrho autem in regiis cõmentariis relatũ eſſe dicit: tria milia & quingenta quinq; deſiderata. Dionyſius tñ nec duas apud Aſculum pugnas, nec ſuperatos tradit Romanos. At ſemel dũtaxat vſq; ad occaſum ſolis pugnatum: vix tandem prælium diremptũ vulnere Pyrrhi haſta brachium trãſfixi. Cecidiſſe aũt & a Pyrrho & a Romanis ſupra. xv. milia hominũ: & vtriq; pariter a pugna ceſſatum. Dicitur Pyrrhus in recẽſendo numero militũ ſuoꝝ dixiſſe: ſi alia item pugna Romanos vicerimus, omnino periimus. Maxima enim pars militum quos ſecum adduxerat interierant: & prę terea amici atq; duces omnes præter admodum paucos: alios quos vocaret nullierãt: & ſimul ſocios minus ſpigros cernebat. Romanis vero q̃ſi exfonte quodã domi manãte celeriter caſtra replebantur: nec ſuperati remittebant animũ: ſed magis ad prælium incendebantur. His difficultatibꝰ circũuentus, in nouas rurſus ſpes incidit. Simul enĩ ex Sicilia & ex Græcia viri ad eum venerunt: alteri Agrigentũ, Syracuſas, & Leontinos offerẽtes: rogãteſq; ad pellendum Sicilia Carthaginenſes, inſulamq; a tyrãnis liberãdã ſibi auxiliũ ferret. Alii ex græcia nuntiabant Ptolemæum Ceraunum Contra Galatas profectum cum exercitu periſſe: maximeq; id tp̃s flagitare: vt cupientibus Macedonibus adeſſet. Queſtus itaq; aduerſus fortunã q; plurium ac magnarum rerum occaſiones vnũ in tempus conieciſſet: & quaſi vtranq; in poteſtate ſua haberet, alteram ſibi perire arbitratus: deliberabundus atq; anceps aliquantum perſtitit. Tandem vero ad Siciliam vtpote materiam rerum grandiorum, propter ꝓpinquitatẽ Libyę, afferentem cõuerſus ſtatim Cyneam miſit ciuitatibus, vti conſueuerat, ex parte ſua pfatuꝝ. Ipſe autem pſidio apud Tarentũ relicto, Tarentinis id grauiter ferentibus & aut aduerſus Romanos bellũ gereret vna ſecum qua de cauſa venerat, aut qualẽ acceperat vrbem talem relinqueret, poſtulantibus: nullo benigno dato reſpõſo, ſed quieſcere eos, & expectare tẽpus iubens: in Siciliam nauigauit. Vt primum Siciliam attigit: ciuitates ſecundum ſpem antea pſtitam, ſeſe illi dediderũt. Eorum autem ad quæ vi & armis opus fuit, nihil a principio reſtitit: ſed cum triginta milibus peditum, duobus milibus quingentis equitibus, ac viginti nauibus Carthaginenſes aggreſſus, eorum potentiam euertit. In expugnatione Erycis munitiſſimi oppidi, & magnis Carthaginenſium pſidiis firmati, tota ſe arma induit: & mœnia ſubiens ludos Herculi vouit: ſi daret ſibi: vt genere ac fortunis ſuis ea die ſe dignum pugilem oſtẽderet. Inde ſcalis admotis, primus omnium mœnia cõſcendit. Reſiſtẽtium vero qui multi erãt, alios ab vtraq; parte muro deiecit: alios circa ſe gladio necatos coacerauit. Ipſe q̃dẽ illæſus, & terribili ac truci aſpectu, illud homericum probauit recte ac perite dictum: Fortitudinem ſolã inter cæteras virtutes ſæpe furentes quoſdam impetus habere. Capta vrbe, vota deo pſoluit: ſpectaculumq; omnifariã ludoꝝ exhibuit. Mamertinos deinde qui circa Meſſanam incolẽtes grẽcos vexabant, ac pleroſq; exhis vectigales ſibi fecerant, aggreſſus (Erant autem hi barbari: multitudo ingens, & bello ferox: ex quo latina lingua a marte nominabãtur) publicanos eorum necauit: ipſis autem pugna ſupatis, pſidia multis ex locis deiecit. Carthaginenſibus pacẽ poſcẽtibus, pecuniãq; & claſſem pro amicitia offerẽtibus, reſpondit vnam eſſe pacis viã: ſi omiſſis omnibus citra libycũ mare terminos caperent. Succeſſibus aũt & magnitudine rerum elatus: quum ſpes eorum pro quibus a principio nauigarat reſponderet: primãq; Libyã concupiſceret: atq; ea de cauſa ad implẽdas quas habebat naues remiges cogeret: non benigne ſed imperioſe ac ſuperbe ciuitates premebat. Sic ergo contra conſuetudinẽ ſui initii in quo egregie mitis ac placidus, nulliq; moleſtus fuerat, de populari tyrãnus factus, ingratitudinis ac perfidiæ notã contraxit. Sed hoc ciuitates q̃q̃ grauate, tñ q̃ſi neceſſe erat, tolerabant. Verum quum Theona & Soſtratũ principes Syracuſanoꝝ qui authores fuerant ciuitatẽ ei tradẽdi, adiutoreſq; in cunctis per Siciliã fuerãt, ſuſpectos haberet: nec ſecũ ducere nec domi relinquere vellet: ac Soſtratus q̃dem metu aufugiſſet: Theon vero ab eo interfectus fuiſſet: non pedetentim, neq; parumper mutati animi: ſed repẽte aduerſus ipſum ſiculorum odia exarſerunt. Ac ſtatim aliæ ex ciuitatibus Carthaginenſibus, aliæ Mamertinis ſe cõiũxerũt. Cernẽs defectiones & conſpirationes contra ſe initas Pyrrhus, literis Samnitũ & Tarentinorum acceptis, q̃ vix reſiſtere bello poterant, & excluſi regionibus auxilium rogabant, occaſionem hinc arripiens abeundi ex Sicilia, quaſi non meru: nec deſperatione rerum ſiculariũ: ſed opitulationis cauſa: receſſit. Re autem vera quum Siciliam veluti nauem tempeſtate agitatam tenere non poſſet: & occaſionem abeundi quæreret: ſe ipſum rurſus in Italiam proiecit. Ferunt quum abiret Siciliam reſpexiſſe: ac dixiſſe: O qua

Cæſa Rõanoꝝ ſex milia: epirotarum tria milia quingẽta & quiq;.

Eryx oppidũ a Pyrrho captũ.

Mamertios Pyrrhꝰ oppugnat.

Pyrrhꝰ ĩgratitudinis & pfidiæ notã contraxit. Pyrrhꝰ ſiculoꝝ ſe odia conuertit.

lem Carthaginensibus & Romanis pro hac insula palæstram relinquimus. & hoc quidem vt cõie ctatus est, ita euenit. Barbaris autẽ in ipso recessu insultantibus, Carthaginẽsibus vero nauali prælio in ipso portu lacessentibus, cõpluribus ex nauibus suis amissis, in Italiã puenit. Mamertinorũ haud paucioresdecẽ milibus primo transgressu signis collatis dimicare quum non auderent, inquis locis, impetu contra regẽ facto, totũ exercitum turbauere. Ibi duo elephanti, & multi ex iis q posterius claudebant agmen oppressi, Ipse rex a fronte discurrẽs aduersus homines bello assuetos, magno cũ periculo restitit: vulnere aũt in capite accepto quũ paulo ex pugna cessisset, ẽt magis extulit hostes: quorum vnus præ ceteris ferox, procero corpore, & splendidis armis, superba voce, regem si viueret in certamẽ puocabat. At Pyrrhus ob hęc irritatus, iraq; incensus, & sanguine fœdatus, truciq; aspectu terribilis in pugnã rediit: & barbaq; illum cõsequutus ita caput percussit: vt victus & virtute gladii, vsq; ad partes inferiores plaga descenderet: cederentq; hincide diuisæ corporis partes. Hoc barbaros continuit: ne amplius persequerenẽ: quasi supra humanã vim Pyrrhum admiratos, conterritosq;. Ipse vero qđ reliquũ erat itineri, secure profectus, Tarẽtũ puenit: peditũ. xx. equitum. xxx. milibus secũ adductis. statimq; optimo quoq; ex Tarentinis delecto, aduersus Romanos q tunc in Samnio castra habebãt, cõtendit. Samnites multis iam pliis supati, & spe simul cũ rebus amissa, simulq; ob nauigationẽ in Siciliã aduersus Pyrrhũ infensi, minus frequẽtes ad cũ venerunt. Sed Pyrrhus oĩbus copiis bifariam diuisis, & partim in Lucaniã missis, vt alteꝝ consulẽ demorarenẽ, ipse contra. M. Curiũ apud Beneuentũ castra habentẽ exercitũ duxit. Curius vero, q & collegę aduentũ expectabat, & simul augurijs pugnare vetãtibus, pugnã detrectabat. Præparãs igiẽ Pyrrhus ante eũ opprimere: q̃ collega aduentaret: fortissimis militibus, & bellicissimis elephãtibus delectis, noctu castra ex superiori loco congredi contendit. Vadentem longã viã & syluis dẽsam lumina defecerunt: errorq; factus: ortaq; exinde mora dies albescere cœpit: & ab Romanis cõspicit ex mõtibus descẽdere. Primo itaq; trepidatũ est in castris: sed tũ pactis sacris, necessitate cogẽte, Curi⁹ castra egressus primos inuadit: eosq; in fugã vertens oẽs cõtertuit: vt ẽt cõpluresibi caderent: & qdã ex elephãtibus caperenẽ. Hæc victoria Curiũ extulit: vt ad iustã descẽderet pugnã. Itaq; pdiẽs in aptũ, & signa cõferens, prim hostes in fugã vertit: partim & ipse elephãtoꝝ ipetu ad castra repulsus est. At milites præsidio castroꝝ relicti, qui frequẽtes p vallo stabãt, a cõsule vocati, impetu de superiori loco facto, bestias in fugã p suos retrouertere cogerũt. quæ res victoriã Romanis tradidit: & simul principatũ. Nã gloriã quasi insupabiles ex illa victoria nacti, confestim Italiã, & paulopost Siciliã subegerũt. Per hunc modũ Italia Siciliaq; decidit Pyrrhus: sex annoꝝ rpe in illis absumpto: & rebus qdẽ attenuatis, sed robore animi inuicto: famã ex eo bello nactus: quasi peritia rei militaris & fortitudine atq; audacia plurimũ iter suę ætatis reges præcelleret: sed quę re possidebat spe illoꝝ quę nondũ habebat deperderet: nihilq; eoꝝ quæ ad tuendũ iã parta attinent, cõseruaret. Itaq; assimilauit ipsum Antigon⁹ lusori: qui & multa & bene iaciat: sed cedentibus vti nesciat. Reuersus in Epirum cum octo milibus peditũ & qngentis eqtibus, quũ pecuniã nõ haberet, bellũ q̃rebat vnde exercitũ alere posset. Igiẽ ad eas quas antea habebat copias qbusdam Galatis adiunctis, Macedoniã ingressus est: ãsi pdam exinde ab ductaturus. Sed quũ frequentes cepisset vrbes: militũq; duo milia ad eũ defecissent: amplificata spe, aduersus Antigonum Demetrii filiũ Macedoniã tunc obtinentẽ ducit: ipsumq; inuadens iusta acie dimicauit. Qui extremũ Antigoni claudebant agmẽ (Galatę hi erant) fortiter restitetunt: vehemẽtiq; exorta pugna, fere oẽs a Pyrrho occiduntur. Duces vero elephantoꝝ circunuenti, seipsos ac bestias dediderunt. Itaq; acceptis his, & fortuna magis q̃ consilio fretus, Phalangem Macedonum inuasit. At Macedones metu ac trepidatione pleni sese ab impetu pugnaq; continuerũt: ac fide p primores accepta, se Pyrtho tradiderunt. Antigon⁹ vero pfugiens, qualdã maritimas vrbes retinuit. Sed Pyrrhus in huiusmodi fortuna magnum ali quid sibi ad gloriam per ea quæ circa Galatas egerat peractum existimans, ornatissimis ac splendidissimis eorum spoliis in templo Itonidis Mineruæ suspensis, hoc carmen inscripsit. Hæc de pugnaci Galatarum munera gente Molossis Pyrrhus fixit captiua Mineruæ: Quum totum Antigoni robur totasq; subegit Pugnando turmas. nec id est mirabile. nanq; Egregii bello & clari sunt semper in armis Æacidæ. Post pugnam confestim vrbes susecepit. Ægæis vero expugnatis, & inalis ibus fuit ac molestus: & in eo potissimum: q; ibi pdidium Galatarum quos secum habuerat cu ſtodię causa dimisit. Galatę genus insatiabile pecuniis supulcra regum q̃ ibi erant fodere nequaq; veriti aurum & ornamenta opima subtraxerunt. Ossa vero per supbiam abiecerunt. Hoc Pyrrhus leuius quã decebat toletare visus est: siue ob alia impedimenta differens: siue ob timorem: q; barbaros ad supplicium cogere formidabat. Itaq; in ipsum redundauit infamia. Nõdum satis firmę res Pyrthi in Macedonia erant: quum ipse ad alias rursus spes mentem cõuertit. Cleonymus erat Spartiata regio genere exortus: cęterꝝ q; violentus ac supbus videbat, nec beniuolentiam nec fidẽ apud Lacedæmonios habebat. Itaq; eo excluso, Areum regnare iusserant. Hęc erat vetus eius indignatio aduersus ciues. Vxorem vero accepit Cleonida Leotichidæ: forma pstantẽ & regio itẽ genere exortã. Hęc acrotati Arei filii adolescentis insano amore correpta, tristes ac infames nuptias Cleony-

Pyrrh⁹ barbarum ferocẽse irritantem in partes ense discidit. Samnium.

M. Curius.

Pugna iter Pyrrhũ & M. Curium ad Beneuẽrum.

Pyrrhus a Romanis victus.

Pyrrhũ Antigon⁹ lusori assimulauit ĩdocto. Pugna & victoria Pyrrhi aduersꝰ Antigonũ Macedonũ regem.

Minerua Itonis.

Cleonym⁹, Are⁹ rex lacedæmoniorum.

mo ꝑbuit.non enim latuit quenꝫ Spartiatarꝫ ab vxore ſpretus. Sic igitur domeſticis rebus ſimul & publicis infenſus,ira atꝙ indignatione concitus, Pyrrhꝰ contra Sparten induxit.xxv.peditum, duo milia equitum, elephantos.xxiii.habentem. Itaꝙ ex magnitudine apparatus ſtatim conſtitit: nõ Cleonymo Spartam,ſed Peloponneſum totã ſibi affectare:q̃q̃ verbo quidẽ Lacedæmoniorum legatis apud Megalopolim negauit. Ait enim ſe veniſſe: vt ciuitates ab Antigoni dominatu libe/rarent:ſeꝙ natos ſuos minores ni quid phibeat,Spartã miſſurum:vt Laconicis moribus erudirent, & hoc prę cæteris haberent regibus.His ſimulationibus obuios decipiens q̃primũ Laconicam ar/ripuit,prædam & rapinam late exercuit. Incuſantibus aũt legatis,q̃nõ indicto bello eos inuaſiſſet: At nec vos inquit Spartiatæ qđ facturi eſtis aliis ꝓnuntiatis. Inde Lacedæmonia exercitum amo/uit:quã quũ Cleonymo placeret primo aduentu inuadere,verit⁹(vt ferunt)Pyrrhus,ne milites vr bem noctu ingreſſi diriperent,exercitum continuit:in quiens hoc poſtridie ſe factuꝝ. Ea dilatio ci/uitatem ſeruauit.nã Spartiatæ qđe pauci erant & imparati. Areus ipſe nõ aderat ſed in Creta Cor/cyreis bellantibus auxiliũ tulerat. Pyrrhus igiẽ neminẽ ſibi repugnaturum exiſtimãs, iuxta vrbem caſtra poſuit. Cleonymi vero domũ amici cliẽteſq; ſic ornauerant ac parauerant:q̃ſi Pyrrhus apud eum cœnaturus eſſet. Per noctẽ Lacedæmonii primo decreuerant fœminas oẽs in Cretam mitte/re:ſed ipſæ contradixerunt.quaꝝ Archidamia cum gladio in ſenatum venit viros iurgata,ſi viuen dum fœminis putent: Sparta euerſa. Deinde contra hoſtiũ caſtra vallũ ex curribus facere ſtatuerũt: vnde ſtationem ab impetu elephantorum tutã habẽtes reſiſtere poſſent. Hoc facere incipientibus, venerunt virgines, ac mulieres vna cum ſenioribus: vt ſibi id opus conficiẽdum relinquerent: eos vero q pugnaturi erãt, quietẽ agere corporaq; curare iuſſerunt. Ipſæ inſup tertiam partem foſſe fe/cerunt. erat latitũdo ſex cubitorum: pfunditas quatuor: longitudo octo plethron: vt Philarchus ſcribit: vt vero Hieronymus aliquanto minor. Poſtridie ſummo mane quũ hoſtes mouerẽtur, mu lieres arma telaq; viris miniſtrantes, pugnare vitiliter hortabantur: Vt dulce quidem in oculis pa/triæ vincere: pclarum vero in manibus matrũ ac fœminarum interire. Cleonys autem ſeorſum ab aliis laqueũ parauerat: ne vrbe capta in poteſtatem Clæonymi viua peruiniret. Pyrrhus cũ robo/re armatorum in ipſa fronte aduerſus confertos Spartiatarum clypeos per ipſum aggerem haud/quaq; ſatis firmũ ꝑpter recentiã operis, impetum fecit. Ex alia parte Ptolemæus filius cum duobus milibus Galatarum atq; Chaonum delectorum repleta foſſa, currus tranſgredi nitebatur. Currus alte de foſſis in terram rotis & inter ſe connexi non ſolum tranſire conantibus aditum non per/mittebant: ſed & Lacedæmoniis grauem ac difficilem defenſionem reddebant. Sed quum Galatę totas euellere, & in flumen trahere conarentur: conſpicatus periculum Acrotatus adoleſcens per vrbem diſcurrit: fecũq; trecentos homines rapiens Ptolemęum minime hoc ſuſpicantem p qua/dam conuexa abiens circũuenit: extremoſq; adortus, ab oppugnatione valli in ſe pugnam verte/re coegit: impeditos inter currus & in foſſas ruentes magna cæde propellit. Spectauerant ſenio/rum & mulierum turbæ Acrotatum egregie pugnantem. Itaq; quum paulopoſt per vrbem ad ſta tionem ſuam reuerteret ſanguine madens, & victoria exultans, celſior ſane ac pulchrior Laceenis videbatur: & Cleonydis inuidebãt amori. Suoq; vero nõnulli ſequebanꝰ: clamãtes vade age Acro tate: tibi habeas Cleonyda. Modo quoq; probos natos patriæ crea. Ab ea etiam parte, qua Pyrrhꝰ erat multi ex Lacedæmoniis egregie pugnarunt: & in primis Philius poſt plurima fortitudinis opera & magnam hoſtium cædem, quum ſentiret multitudine vulnerum ſe deficere, loco ſuo alte/ri tradito, inter ſuos cadere prouidit: ne corpus eius hoſtes haberent. Nox tandem oppugnationẽ diremit. Ea nocte per quietem Pyrrhus talem habuit viſionem. Videbatur ſibi Lacedæmona ful/minibus a ſe miſſis percuſſam conflagrare totam: ſeq; ob id factum mire lætari. Præ gaudio itaq; excitus e ſomno, milites arma capere iuſſit: & amicis ſomnium enarrauit quaſi vrbem expugnatu rus: cui quum alii vehementer aſſentirent: congauderentq;: Lyſimachus non placere ſibi viſionem reſpondit: ſed vereri ſe ait: ne quemadmodum loca de cœlo tacta remanent auia, ſic Pyrrho ingreſ ſus in vrbem denegari a diis immortalibus oſtendatur. At Pyrrhus hæc vt vana atq; indocta aſpe/natus, fiducia plenus, luce prima milites in oppugnationem adduxit. Lacedęmonii virtute mira/bili reſiſtebant: & aderant mulieres tela vina & cibaria miniſtrantes, vulneratoſq; ſuſcipientes, Ma cedones q cum Pyrrho aderant, foſſas implere materia armiſq; & cadaueribus inuectis conaban/tur. Ad hoc quum Lacedæmonii concurrerent: cernunt Pyrrhum inter currus ipſos equo proue/ctum, magna vi anniti: vt vrbẽ irrumpat: Clamore ab ea parte exorto, & concurſu in eum facto, dum adigit equum in hoſtes Pyrrhus, Cretenſi telo ſub ventre equus percutitur: quo ex vulnere cõ citus, moribundus in loca ardua ac lubrica Pyrrhum proſtrauit. ex hoc & cętera ceſſauit pugna. Sperabat tamen Pyrrhus Lacedęmones qui pene omnes vulnerati, & complures mortui erant, re miſſuros tandem animos. Sed bona eius vrbis fortuna, ſiue hominum virtutem experiri, ſiue quã tam haberet poteſtatem oſtendere volens, quum iam parum ſpei Lacedæmoniis ſupereſſet, Ami/niam Phocenſem vnum ex ducibus Antigoni cum militibus conductis ex Corintho auxilium ſe rentem adduxit. Nec multo poſt Areus rex his cognitis, ex Creta propere rediit: militum duo

Pyrrhus Sp/tam aggre/ditur.

Archida/mia fœmia Laconica

Mulieres ſp/tanę quã/tũdę patriç operam na/uarint.

Cleonys

Acrotatus Arei regis fi/lius ſtrenue pugnans.

Pyrrhi viſio ꝑ ſomniũ.

Aminias Phocẽſis ãti/goni ꝑfect⁹

milia secum ducens. Itaq; mulieribus domum remissis, nec amplius eis permissa defensionis cura, & senioribus q arma necessitate cogente acceperant dimissis, ipsi pugnã susceperũt. At Pyrrhũ maior habebat cupiditas ob ea quę supuenerant auxilia vrbis expugnandę. Sed quum nihil pficeret: multis plagis acceptis: tandẽ ab oppugnatione destitit: prędaq; ex agris abacta ibi hyemare cogitabat. Sed fatũ vitari nequaq̃ potest. in Argo enĩ Aristei contra Aristippũ factio erat. Quum ergo Aristippus Antigoni amicitia frui videret: Aristeus Pyrrhum vocare in Argos pperabat. At Pyrrhus alias spes ex aliis semp inuoluens, & successibus qdem ad alia capessenda elatus, quæ aurẽ ad uersa euenerant aliis corrigere & emendare cupiens, nec vincens nec victus quietem agere sciebat. confestim igitur Argos contendit. Areus multis insidiis dispositis, viaq; qua maxime difficilis erat occupata, Galatas & Molossos qui extremũ claudebant agmen lacessebat. Pyrrho ex sacris rite pactis dictum p aruspices erat: iactura cuiusdã ex necessariis ea die cauendam esse: sed ex tpe ob tumultum mente seductus, iussit Ptolemęum filium laborantibus auxilium ferre. ipse propere angustiis exercitum educebat. Acri autem pugna circa Ptolemęum exorta delectorum Spartiatarum quorũ dux erat Eualcus, & inuicẽ implicatis, Croesus quidam Cretẽsis vir, robustus ac manu promptus, ex obliquo discurrẽs, acriter pugnãtem adolescentem transuerberat: prosternitq;. Ad cuius casum quũ fuga suorum facta esset: sequentes Lacedęmonii vincentesq; in aptam planitiẽ parum caute se effuderunt. In eos itaq; Pyrrhus audita filii morte, dolore & ira incensus, se cũ equitatu Molossorum conuertit. Ipse ante omnes prouectus, cæde ac sanguine Lacedęmoniorum cuncta replebat: semper quidẽ inuictus ac summus bello vir: sed tunc priora oĩa fortitudinis opera longe supergressus. Citaro aũt in Eualcũ equo pag; obsuit: quin Eualcus q obliquus erat, manũ Pyrrhi qua habenas tenebat ampuraret: & certe ipsas habenas pręcidit. Sed Pyrrhus quum illum transfodisset: exequo psiluit: ac pedes dimicans, totam super vno Eualco pugnantem delectoq; cateruam occidit. Per hunc modũ magno sterit Lacedęmoniis cupiditas ducũ: qui quum finem iam cepisset belli, gloriam vincendi sequebantur. Pyrrhus vero quasi lustrationẽ quandam filio soluisset: & funebre splendidum celebrasset certamen: magna doloris parte in vltione relicta: Argos cum exercitu contendit. Cognito aũt Antigoni aduentu, qui arduis locis supra planitiẽ insederat, ipse circa Naupliam castra posuit. Sequente vero die: per caduceatorem ad Antigonum missum: vt in campum descenderet & pugna decerneret prouocauit. Ad hæc Antigonus respondit: militiam suam non magis armoq; q̃ tẽpoq; eẽ: Pyrrho autem si vitę suę tędeat, satis multas vias ad interitum patere. Ambobus aũt oratores ex Argo venerunt: rogantes vt vrbem dimitterent: ad neutrum eorũ pertinentem: ambobus amicã. Antigonus verbis eorum motus: filiũ suũ obsidẽ Argiuis tradidit. Pyrrhus autẽ pmittebat qdẽ se abiturum: sed quum fidẽ nõ haberet eius promissio suspectior erat. Hic dum sacra faceret Pyrrhus: capita boum iam recisa, linguas cum gemitu emittere conspecta sunt. In Argo aũt Lycei vates cucurrit, clamitans cędę & cadaueribus plenam vrbem se videre. Per obscuram noctem Pyrrhus mœnia subiens per portam quam diampares vocant apertam sibi ab Aristeo, Galatas in vrbem præmisit. & fuit silentium quoad eorum Argiuum occuparunt: nec qcquã Argiui sensierant. Sed quum tandem elephantos adductos porta non caperet: atq; ob id turris ablata reponeretur: & vtpotem tenebris mora ac strepitus fieret: Argiui rem sentientes, ad clypeum & alia munita vrbis loca concurrunt, missoq; ad Antigonum nuntio, ipsum in vrbem vocarunt: qui veniens prope mœnia subsedit. Milites autem & filium cum valido præsidio in vrbem transmisit. Venit etiam Arcus Lacedæmonius mille Cretenses ac Spartiatas secum agens. Et simul omnes in Galatas impetu facto, haud segniter conturbarunt. Pyrrhus autem cum clamore vrbem ingressus, quum a Galatis alacriter reclamaretur, coniectans laborantium ac trepidantium esse signa, properare suos iussit: per cloacas & aquæductus, quibus vrbs plena est, cũ summo periculo equites impellẽs. Erat aũt maxima incertitudo viarum atq; clamorum: erroresq; vt in nocturno prælio: p loca arcta atq; ĩcognita. nec vlla ducum moderatio aut opa prę tenebris & ambiguitate esse poterat: sed perstabant ambo diem expectantes. Quũ itaq; iam illuceseret: Clypeus armis hostilibus refertus, ipso aspectu Pyrrhum deterruit: & simul in foro inter cætera ornamenta lupum æneum & taurum quasi pliantes conspicatus perhorruit: veteris oraculi memor: sibi fatum impendere extremum: quum lupum cerneret aduersus taurum pugnare. Hæc Argiui ob antiqui facti memoriam sculpta in foro habebant. Nam Danao primum eas partes adeunti lupum asseruerunt visum aduersus taurum pugnantem. posuisse vero se lupum: qui aduena incolas inuaderet. sic pugnæ spectato euentu, quum lupus vicisset Apollini vouisse Lyceo: ac subinde rem capessentem superfuisse: Gelamore qui tunc Argis regnabat expulso. Hęc erat causa cur in foro Argiuo lupi ac tauri imago posita esset. Ob illorum igitur aspectum Pyrrhus, & simul qd ea quæ sperauerat non procedere cernebat, turbatus, pedem referre statuit: sed quum angustias portarum formidaret: ad Helenum filium qui cum magna manu extra mœnia sedebat mittit: vt & mirum diruat & exeuntes excipiat: tuteturq;. Dum vero properat ac trepidat is qui missus erat: nec quicquã recte nuntiat: adolescens per errorem cum reliquis elephantis & militibus delectis per portas auxi-

Fatum.

Pyrrhꝰ nec vincẽs: nec victꝰ quietẽ agẽ sciebat

Pyrrhus q̃ fortiter & strenue pugnaret. Eualcus a Pyrrho trãs fossus.

Pyrrhus argos cõtẽdit

Argos noctu Pyrrhꝰ ingreditur.

Lupũ & taurũ in Argiuorũ foro q̃si pliantes Pyrrhꝰ cernẽs exhorruit.

lium patri laturus denso agmine ingreditur. Iam Pyrrhus retrocedere cœperat: & q̃diu forum per misit copias subdere, egregie hostes repsit. Sed post q̃ ex foro in angiportum quo ad portam iter erat descendit: in hoc hi qui auxiliũ ferre veniebant obuiam facti, eius subductionem impediunt. Nam & partim eo clamãte nõ exaudiebant: partim etsi parere vellent ab extremis venientibus simpellebantur: & maximus elephas in ipsa porta casu ex transuerso pstratus exitum phibebat: alter vero ex his qui iam intrauerãt cui Victoria erat nomen, pstratum vulneribus gubernatorem reciepere quẽritãs, se inter eos qui pedem referebãt admiscuit: hostes & amicos pari impetu cõculcãs: donec repertũ gubernatoris cadauer pboscide sublatum, ac dentibus ambobus susceptum reportauit: ac veluti furens obuios quosq; necabat. Sic ergo inter se pstis & cõplicatis nihil agi poterat: sed tota multitudo veluti in vnũ corpus cõflata erat, nec vlla pugnãdi repugnandiue facultas dabatur. Si gladius promptus aut hasta deflexa erat: p multitudinem eximi nõ poterat: nec in vaginam reponi. ac p eum modum nõ in hostium, sed in suorum tela compulsi necabantur. Pyrrhus igitur quum hunc æstum fluctuationemq; videret: insigne quo galea eius conspicua erat detractum cuidam ex amicis tradidit: Ipse aũt equo cõfisus in eos qui insequebantur hostes impetum fecit. Ibi hasta pcussus, quũ p thoracẽ nõ magnum nec mortale vulnus accepisset, in percussorem (is erat Argiuus: nec claro natus loco: sed pauperis aniculæ filius) equum adegit. Mater forte desuper vna cum cæteris fœminis pugnam spectabat: quæ cognito filii periculo, & ob id formidãs, ambabus manibus regulã sublatam in caput Pyrrhi dimisit. Eo ictu casside pcussa & spondylis secundum ceruicem attritis, lumina eum defecerũt: p lapsisq; habenis, ab equo delatus iuxta Lyci monumentũ incognitus fere omnibus cecidit. Sed zopyrus qdam antigoni miles duobus aut tribus comitatus quum ipsum cognouisset, in vestibulũ quoddam protaxit incipientem iam se ex ictu recipere. Ibi quũ zopyrus ceruicẽ incisurus gladium eduxisset: ita torue ipsum prospexit Pyrrhus, vt illum ad tremorem pręmetu compelleret: nec recte sed ad os & mentum vix tandem ceruicem secaret. Iam res plurib⁹ nota erat: quũ Alcyoneus Antigoni filius adiẽs caput petiit, quasi cogniturus: idq; acceptum ad patrem ferre pperauit. Istũc vna cum amicis sedebat: qui postq̃ caput aspexit cognouitq;, filium baculo percussit: ac repulit: barbarum & pollutũ appellans. Ipse chlamyde ante oculos obducta lachrymauit: Antigoni aui & Demetrii patris recordatus domesticorum exemplorum volubilis fortunæ. Caput itaq; & corpus Pyrrhi magnifice cremauit. Quũ vero Alcyoneus sordidatũ conuenisset Helenũ: eumq; benigne & humaniter patri adduxisset: conspiciens eũ Antigonus, Melius inquit nunc q̃ priusa te factum est fili: sed ne nunc quidem satis: q hanc vestem nõ abstuleris, ob quã nos qui vicisse videmur magis dedecorat q̃ se. Post hæc adolescentem complexus ad priorem habitum ornatũq; restituit: & in Epirũ remisit. Erga amicos quoq; Pyrrhi benignus fuit: castrorum atq; exercitus vniuersi potitus.

Pyrrh⁹ ictu regulę a fœmina deiectæ occidit in Argo.

Antigon⁹ viso capite Pyrrhi lachrymauit. Helen⁹ Pyrrhi filius ab Antigono benigne exceptus.

¶ CAII MARII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO PER GVARINVM VERONENSEM VERSA. VEL VT NONNVLLI CODICES, PER ANTONIVM TVDERTINVM. NE QVIS LABORIS SVI FRVCTV FRAVDETVR.

Caij Marii, quẽ admodũ Neq;. Qu. Sertorii, q Iberos in ius ditionẽq; populi. Roma. redegit, neq; L. Mẽmii, qui Corinthum deleuit, tertium nomen dicere non possumus. Nam Achaicus huic, vt Aphricanus Scipioni, vt Metello numidicus, ex re gesta cognomẽ fuit. Ex quo magno pere Posidonius reprehensione dignos putat eos: q censent tertiũ nomen Romanis pprium esse: vt Ca-

Tertiũ nomẽ q nõ habuerũt.

wiederholt Bl. 176 links

millum, vt Marcellum, vt Catonẽ. Nã q tñmodo duobus noibus nuncꝑpantur: noíe carerent. Erat autẽ ꝙ hac ratione rursus ipse síne noíe mulieres esse voluit. Nulli. n. naulieri primũ nomẽ, qđ ꝑ priũ apud Romanos Posidonius esse arbitrat̃, ſponitur. Alii autẽ cõe no mẽ a cognatione dixerũt: vt Põpeios, vt Mallios, vt Cornelios: tan q̃ ſi qs Heraclidas & Pelopidas diceret. Hoc vero de noía tũ ab epitheto, ex rebus gestis, velex natura, velex aliqua figura & passiõe: corpis ipositũ est: vt Matrinũ, & Torquatũ, & Syllã: vt est cognomẽ Grypus & Callinicus. Adhæc mala cõsuetudo multa conata est. Marii statuã marmoreã multã ꝑ se ferẽtẽ rigiditatẽ acacerbitatẽ morib⁹ ei⁹ símilẽ apud Rauẽnã vrbẽ, q̃ in Gallia sita ẽ, vidimus. Nã dux atq; bellicosum animũ ei natura effinxerat. Qui quũ magis ad rẽ militarẽ, q̃ ad rẽp. se cõtulíssent: intẽperãtẽ aím vbi poterat habuit. Ferẽ qdẽ, neq; literas græcas didicísse: neq; vllis in ſtudiis græcis ꝓceptoribus vti voluísse: tanq̃ ridiculũ esset: literis quarũ magíſtri aliis seruirẽt operã ſpendere. Postq̃ ſcdm triũphũ egit, in tẽplo quodã rẽ diuinã fecit: & græca ſpectacula adhibuit: q quũ in theatrũ venísset: soluscꝫ sederet: ſtati rẽ absoluit. Quẽadmodũ igit Plato Xenocrati philosopho q tristior natura videbat, ſæpi⁹ dicere cõsueuerat, O felix Xenocrates rẽ sacrã lætitiæ age: ita ſi qs Mario psuaserit, græcis musis & lætitiæ sacra facere, & nõ rei militari & reip. indigne fecerit: ꝓp innatũ impandi amorẽ, & aí deformitatẽ, atq; ſtãtiã: & in'acerbã & durã senectutẽ tã q̃ in ſcopulũ nauẽ frãgeret. Hęc ꝑfecto ſtati in reb⁹ ab eo gestis ſpecta sunt. Marius lõge obscuro genere ortus: patrẽ Mariũ, matrẽ Fulciniam, paupes hoíes atq; mechanicos hñs, & qñq; in vrbẽ ꝓficiscẽs, ex ſtudiis vrbanis degustauit. Reliquo tpe in villa Ciuernate, q̃ erat ſ agro Arpinati, vitã ab vrbanis lautisq; viuẽdi morib⁹ alienã, sed modestã & prisci viuẽdi instituſtis egit. Quũ primũ in Hiſpania, militaret, Scipiõe Aphricano Numantiã obſidẽte & fortitudine cæteris adolescẽtibus præstaret: Scipionẽ ei⁹ ꝓſtãtia minime latuit: q illũ egregia forma vir; apud se recepit, & corruptã ob delitias rei militaris disciplinã emẽdauit. Ferẽ Mariũ cũ bellicoso hoſte manũ cõserẽtẽ, illũ añ ora ſpatoris cõfeciſſe. Quapropter alias dignitates ſub Scipione cõsequutus ẽ. Quũ q̃ñq; post cœnã de impatoribus ſermo fieret: & qdã expũtibus, ſiue serio, ſiue ioco Scipionẽ interrogaret: quẽ talẽ ducẽ post illũ Ro. populus habiturus esset: Scipio leniter pcusso Marii humero, hũc inq̃t: hic ꝓſtãti virtute erit: nã magnã de ſe in adolescẽtia expectationẽ exhibet: ab ipſius. n. cunabulis futurã auguramur virtutẽ. Ferẽ hac Scipiõis voce tã q̃ diuino quodã oraculo Marium in magnã ſpẽ erectũ, in rẽp. aím applicuisse: & tribunatũ Cęcilio Metello, cuius in domo ipse a pueritia ac pr̃ eius ministri fuerãt, magno ſtudio & cura fauente, fortitũ fuisse. In tribunatu vt potentũ vires in reddendis ſuffragiis ac in magiſtratib⁹ deſignãdis auferret, legẽ quãdã de ambitione suffragioꝝ ferente, cõsul Cotta obuersans ſenatũ, ꝓsuasit: vt cõtra legẽ certaret: & Mario ne legẽ diuulgaret edixit. Quũ legẽ Mari⁹ ferret: nec tã q̃ adolescẽs ſe haberet: a nemineq; virorũ illustriũ ad capessẽdã rẽp. fauorẽ iniisset: Cottã a ſnía sua desciscentẽ nõ tulit: sed quũ ſibi magnũ aím vendicaret: quẽ exinde res ab eo gestę oñderunt: minatus est. Cottã in carcerẽ cõiecturum: nisi in ſniam ſuã cõcedęret. Quũad Metellũ cõsugeret Cotta: & ſniam illi⁹ peteret: Metellus assurgẽs oronẽ ꝓ mẽte cõſuli habuit. Marius quũ emitteret lictorẽ, iussit Metellũ in carcerẽ detrudendũ. Illę quũ appellaret, & ꝓuocaret ad cęteros tribunos: neminẽ exorauit. Senatus aũt frequens decretũ ſua authoritate firmauit. Marius multo ſplẽdore ad populũ egrediẽs, quũ neq; terrore, neq; reuerẽtia flectendus videretur: & terribilis aduersus senatum insurgeret: ſtuderetq; aurã fauorẽ populi cõſeq: legẽ ſanciuit.

Marii ſta tua rauẽnæ sita.

Marius grẽcas lras cur nõ didicerit Marii ob ſcuꝝ genus

Marius bellicosum hoſtẽ corã Scipiõe tũc imperatore iterfecit.

Scipio Mariũ post ſe ducẽ futurũ augurat⁹ ẽ. Mari⁹ & pater ſ Cęcilii Metelli domo mistri fuere.

Mari⁹ trib. plebis fuit. cotta cõsul

Verum aliud gubernandę reip. genus agressus, ſtatim hanc gloriam commutauit. Nam quum lex ferretur de diuisione frumenti: ciuibus ſese opponens, vtriq; legi pari potentia fortiter operam ſuam adhibuit: tanquam nemini ꝓter æquitatem gratificaturus esset. Post tribunatum maiorem ædilitatem petiuit. Duo enim erant ordines ædiles: vnus in quo ipſi ædiles in iure dicẽdo sellis curulibus pedes habentibus vtebantur: & hic nomen magiſtratus retinebat. Secundum ædilem populárem magiſtratum appellabant. Eodem die de vtroq; magiſtratu eligendo ſuffragia habebantur. Marius habita repulſa a maiori magiſtratu, ſtatim assurgens alterum petiuit. Quum arrogantiæ ac contumaciæ crimen ſubiisse videretur, omnes abanimi ſui ſententia desciuerunt. Ita vno die, quod nulli alteri acciderat, bis repulſam habuit. Hæc res non parum eius animi altitudinem fregit. Paulopost quum ꝓturam peteret, paululum abfuit, quin repulſam habuisset. Quum autem vltimus esset qui per ſuffragia mitteretur: de ambitu q ſuffragatores donis corruperat damnatus est. Huius rei coniecturam ſuſpitionemq; maximam prębuit Caſius Sabaconus miniſter: qui intra cancellos inter ſuffragia ferentes conſpectus est. Nam Sabacus familiaritate Marii plurimum vtebatur. Accitus igitur a iudicibus, inquit calore ſitiens aquam frigidam petiisse & ad seruum poculum habentem veniſſe: deinde ſtatim quum bibisset abiisse. Quare a censoribus post ea e numero ſenatorum deiectus est. dignus quidem videbatur, vel propter mendacium, vel propter intẽperãtiã dãnari. Contra Mariũ Caius Herẽnius testis adductus, inquit non de more patrio esse patronum aduersus clientes in testem adduci. Verum a lege patronos hac necessitudine esse exclusos. Sic enim Romani tutores appellabant. Nã parẽtes Marii ipſumq; Marium Herennioꝝ familiæ clientes fuisse ferebatur. Dubitantibus iudicibus de hoc testimonio, Marius contra Herennium in-

Ædilium duo erãt ordines.

Mari⁹ ędilitatẽ petẽs vno die bis repulſã habuit.

Mari⁹ & ꝑentes eius

phantibus consuetudinem habuit, hæc in philosophorum historia, sed melius in rebus ab eo gestis: narrantur. Marius vero Saturninum, quem pro hoc obsequio omnia posse audiebat, sustinere coactus malum ingens effecturus clam illo euasit: et armis: & cæde hominũ ad tyrannidem: & Reipub. subuersionem cõspirauit. Optimates enĩ reuerentia: multitudinem aũt beneficio afficiens facinus tandem illiberale atq; dolosum pegit. Nam quũ ad ipsum sub noctem primores venissent vocassentq; ad Saturninũ: clam aliis portis susceptus est. Deinde adhibita causa apud vtroſq;, se vẽtris fluxu exagitari, nunc illoꝝ: nunc illius domũ petens, animum ad arma capienda exacerbauit atq; irritauit. Itaq; senatorio ac militari ordine congregato, arma inforũ ferri iussit: & illos in Capitolio siti fatigatos in potestatem suam coegit. Nam aquarum ductus ac riuulos vt scinderentur effecerat. Illi de salute desperati, Marium aduocauerunt: et illius sese fidei tradiderunt. Postq̃ multa calliditate saluti illorum fauere simulauit, & nullo auxilio fuit, illi in forum profecti trucidantur. Hac re & optimatibus: & populo inuisus: quũ comitia quæstoris instarent, Marius gloriæ cupidus haud magistratum periit: sed ptimescens ne repulsam haberet, rem subornabat atq; fucabat: dicẽs ne multoꝝ odium subiret: se quæsturam nõ petiturum: et vitam atq; mores ipsoꝝ acerbo sermone carpebat. Quũ latum esset decretum de Metello ab exilio reuocando: postq̃ omni consilio & cura inaniter repugnauit: tandem abeundi consilium cepit. Quũ populus alacriter legem sanciret, Marius ne Metellum in vrbe videret, adducta in mediũ causa: q̃ ad peragenda matri deoꝝ vota profecturus erat, q̃q̃ aliam mentẽ pegrinationis haberet, quã populũ latere volebat, in Cappadociam atq; Galliã traiecit. Qui bello assuetus, & in toga, & pace minime idoneus, bello aũt magnificatus quũ perspiceret otio & quiete paulatim eius potentiã desidiosam & ignauã factã esse, primodia ac semina nouaꝝ rerum scrutabatur. Sperabat enĩ regibus irritatis: & Mithridate rege belli gloria cupido excitato, statim contra ipsum ducem se futurũ: & vrbẽ nouis triumphis, domũ quoq; spoliis Ponticis atq; regiis gazis oppleturũ. Quapropter Mithridate pſequẽte cultu & honore Marium, cui nondũ animi ferocitas ceciderat: quũ dixisset: O rex vel te Romanis minorẽ esse oportet: vel silentio ipsoꝝ iussis parere. Vnde exercitus Mithridates est: hactenus nomen, tunc vero Romanorum audaciam intelligens. Reuersus Romã Marius: prope forũ ædes exædificauit: siue vt ipse fere batnolens sui studiosos atq; cultores longũ iter eum comitari ac molestia affici: siue q̃ putaret hãc occasionẽ sibi dari: vt a pluribus etiã aliis limina eius frequentarentˉ. sed hæc figmenta erant. Quũ enim sermonum dexteritate & facundia atq; familiaritate alioꝝ in rebus ciuilibus nõ vteretur: tanq̃ instrumentum militare in pace contemptui habebatur: sed ab aliis minus odio habebatur. Sylla vero q̃ ex inimicitiis nobilitatis exaltatum Marium videret, permultum cruciabatur: qui principia contentionis & inimicitiarum contra illum ex republica emanasse volebat. Nam postq̃ Bochus Numida Romanoꝝ in sortietatẽ ascriptus, victorias triumphales i Capitolio erexit: & apud has aureum Iugurtham in Syllæ manibus constituit: Marius in iram atq; contẽtionem hac re adductus, q̃ Sylla tanq̃ medius ac legatus ad negotia conficienda ad Bochum fuerat: parauit statuas ac triumphos dissipare. Sylla contra inimicitias exercebat. Hinc maiorem in modum concitatam seditionẽ, q̃ vnq̃ per superiora tpa, bellum sociorum statim aduersus vrbem exortum cõtinuit atq; repressit. Nam permulti homines, atq; bellicosissimę Italię gẽtes, quæ cõtra Romanos bellum consciuerãt, paululum abfuit, quin imperium deturbarent. Nam non modo armis & corporibus multũ valebant: verꝝ etiam per audentes ac fortes in resistendo, & admirabiles, imperatores bellum gerebatur. In hoc bello calamitatibus & fortuna varia quantum glorię & opum Sylla cõparauit: tantũ Marius amisit. Nam ignauia atq; inertia Marius ad victorias consequendas, ac omnibus in rebus tardus accedebat: siue q̃ senectus calorem extinxisset: quũ iam supra quintum & sexagesimũ annũ ętatem ageret: siue q̃ vt ipse ferebat, & neruis laborans, & officio corporis i rebus agendis minus vti valens, militiam pręter virium eius dignitatem arbore subiisset: tamen eo tempore magna in dimicatione victor euadens, sex milia ex hostibus trucidauit: & nunq̃ in ea dimicatione nisi superior fuit: qui quũ fossa stipatus fuisset, & ludibrio habitus, prouocatusq;, nunq̃ recto cõsilio se dimouit: nunq̃ hostes aliqua irritatione ad temerariũ bellũ pmouere eum potuerũt. Fertur quidẽ Popilio Silone qui magnũ nomen, magnasq; vires inter hostes habebat, dicente aduersus Mariũ, Si magnus es imperator o Mari, descende ad conserenda plia: respondisse. Marium: Tu quoq; o Popili si eximius es imperator: cohibeme inuitum contra te ad dimicandum. Rursus quũ hostes opportunitatem irruendi Mario iniicerent: timentibus Romanis: postq̃ vtrinq; cessatum est, conuocatis ad concionem militibus inquit: animi dubius sum cõmilitões: vtrum hostes effœminatiores an vos appellem: neq; illi terga nostra, neq; vos illorum habenas videre potuistis. Tandem tanq̃ minus idoneus ad rem militarẽ, propter corporis imbecillitatem, magistratum deposuit. Postq̃ bella iam sedata erãt in Italia: & multa Mithridaticum bellũ per factiosos homines Romę iterum excitauerant: pter omniũ expectationẽ Sulpitius tribunus populi homo temerętari us, Marium proconsulem contra Mithridatem declarauit. Populus in duas partes diuisus, partim Marium, partim Syllam ad principatum vocitabat: volebatq; Marium ad balnea ad Baias, curan

Metellus ab exilio reuocatus.

Marius ignauus ac tardus ob ſenectutem ad res agendas.

Popilius Silo.

Marius propter corporis ibecillitatẽ magistratum deposuit.

Sulpiti⁹ tri. pl. Marium pcōsulē cō/tra Mithri/datē decla/rauit.

di corporis gratia, ꝙ senectute & fluxibus (vt ipse ferebat) confectus atq; fessus erat, proficiscī. Nam ibi apud Misenum magnificas ędes, ad victum, atq; effeminatiores q̄ esset pro dignitate viri qui tot bella atq; imperia gessisset, Marius habebat. Fertur septē myriadibus semissium has Cornelium emisse: paulo postea a. L. Lucullo quinq; & ducētis myriadibus traditas fuisse. ita repēte sum ptuositas cucurrit: tātum sumptū ad mollitiem tēpora tam breui mometo suscepērūt. Itaq; Marius permultum gloriæ cupidus iuueniliter senectutē atq; corporis imbecillitatem agens, quotti die in campum descendebat: & corpus cum adolescentibus exercens agilē ad arma ferenda, idoneum ad equitādum sese efficere nitebatur: q̄q̄ senilis moles nō leuem: sed grauē redderet. Quidam capti voluptate harum rerū quæ agebat Marius, ad eius ambitionem atq; certamen inspiciēdum proficiscebātur. Bonos vero hæc intuētes eius ambitionis atq; insatiabilis cupiditatis miserebat. Qui quū ex paupertate diuitias, ex humilitate altitudinē cōsequutus fuisset, terminum felicitatis nō perspiciebat: neq; in otio rebus presentibus fruebatur: sed ita agebat: tāq̄ oīum indigens, cum Archelao, & Ptolemæo, Mithridatis satrapis, dimicaturus esset: & in Cappadociam ac Euxinum pōtum, vt triumphis & gloria senectutē exolleret traiecturus foret. Plane hi sermones oīno Marium delirārem ostēderunt. Aiebat. n. eo præsente velle filiū ad rem militarem exerceri. Hæres hulcera ac latētem diu vrbis insaniam rescidērūt. Nam Marius aptissimū instrumētum Sulpitii temeritatē ad cōmunem perniciem inuenit q̄ inter alia cum admiraretur atq; imitarer Saturninum: q̄ timiditatem ac tarditatē eius accusabat: ipse vero haud tardus sexcentis equestribus viris tanq̄ satellitibus quos præsidia cōtra senatum esse dicebat, stipatus incedebat: quū concionem vocasset: egressus armatus cōtra consules ruit: quoq; alterius ex foro fugientis captum filium iugulauit: Sylla autem fugientē, & ædes Marii ingressum, qui insequebantur currentes preteriere. Sed fertur eum per alias portas Mario tutum emissum, ad exercitū cōtendisse. At a Sylla in suis cōmentariis haud scriptum est apud Marium cōfugisse: verū quum abeundi cōsiliū capere meditaretur: ꝙ circū datus nudis gladiis a Sulpitio inuitus suffragiū reddere cogeretur: & vellet ad Marium confugere: quando in campum pergeret, vt illi arbitrabantur, rem pro volūtate Sulpitii absoluisse. His actis Sulpitius victor Mario præturam demandauit suffragiis. Quum Marius iam cōtra hostes signa efferre vellet: duos tribunos militū a Sylla exercitum acceptūros legauit. Sylla cui erant tria milia equitum, & quinq; milia peditum, exhortatis militibus & tribunis militū, trucidatisq; legatis Marii obuiam venientibus, Romam versus copias ductauit. Marius quoq; ex amicis Syllæ multos necauit ex seruis vt socios sibi illos adiungeret libertate donatis, tres dūraxat superfuere. Marius postq̄ paululū Syllæ irruenti obstitit: e vestigio vi superatus fugam corripuit. Qui cū eo erant: vt primū vrbe expulsus est Marius, sparsi passim noctu, ipse ad quoddā eius suburbanū Soldonium cessit. Filium vero ad loca Mutii soceri sui, quæ nō multū distabant necessaria sumpturum legauit Ipse autē Hostiam ingressus, amico quodam sibi nauē apparāte, nō expectato filio, sed assumpto Granio eius priuigno, nauē cōscēdit. Adolescens postq̄ ad loca Mutii peruenit: parauitq; ea quæ ferenda sibi erant: quū altero die abiturus esset: nō omnino inimicis præscientibus: equites quidam ex hostibus cōiectura quadam ducti, ad loca Mutii properant. Hos quū ille cui agroq; cura erat prospexisset: Marium in curru fabas portante celauit: & iunctis currui bobus, atq; equitibus obuiam pfectus, in vrbem currum aduexit. Sic Marius domū vxoris delatus, sumptis quæ volebat, noctu ad mare peruenit: & nauē ingressus Libyā traiecit. Marius vero senior postq̄ secundo vento iuxta Italiam delatus est, Geminiū quendā ex potētibus Terracinæ eius inimicū pertimescens, nautas monuit: vt a Terracinæ litoribus longius nauigarent. Illi p voluntate Marii agere volebant: sed quum iam ingens tempestas mari incumbere cœpisset: neq; scapham vndationibus agitatā sustinendā esse videret: vix ad mare Circeū cōscendere potuerūt. Tumefacto mari, relictaq; re frumentaria egressus Marius, nullo signo ac duce errabat: & vt cōtingebat magna in rerū dubietate, tanq̄ acerbū aliquid instaret, assiduam fugā agebat: & spem oēm in viis incognitis cōiecerat. Postq̄ Marius sociiq; per agrum hostilē gradiebantur: & mare aduersum habebant: terrore pculso Mario, ne cuiq; occurreret: & ne oīno occursu hominū priuarentur, ꝓpter rerum necessariarum indigentia, tandē quibusdam pastoribus obuiauere. Hi illis rogantibus, ꝙ copia dandi derat, nihil prębentes, quū Marium nouissent, monuere: quo breuiore itinere possent viam corriperent. nam paulo ante ibi equites Marium quærentes discurrentesq; conspexisse ferebant. Quū oīum rex penuria laboraret: & præsertim famē socii tollerare nollēt: a via diuertēs in pfundū nemus sese pripuit: ingētiq; cū molestia ibi pnoctauit. Postridie fatigatus fame priusq̄ occumberet oīa experiri aio instituens, ad litora discessit, hortabaturq; socios multis pcibus: ne in vltima spe ad quam seruari se antiquorū augurū sentētia credebat, desererēt. Nam quū valde adolescēs esset: & in agris versaretur: nidum aquilæ septem pullos habentem in veste detulerat. Parētes hoc magna cū admiratione intuentes, augures cōsuluerūt. Illi respondentes, Marium clarissimum virū futurum: maximū principatum atq; imperium septies saltem habituꝝ. Hæc plane Mario quidam sic accidisse ferunt. Quidam vero aiunt istos tunc, & alias in fuga Mariū audientes, atq; fidem fa-

Marius prętură iniit: Sylla Marii legatis trucidatis Romā versus copias ductat.

Solonium Marii subturbanum.

Granius Marii priuignus.

Marius in curru fabas portāte domū vxoris delat⁹ est.

Geminius Marii inimicus.

Obuiauere.

Mari⁹ egēs atq; errans.

cientes, rem valde fabulosam descripse. Aquila enim geminos tantummodo pullos parit, & Mu-
seum de Aquila scribentem dicentemq; tres pullos parere, duos autem subtrahere, vnum vero ale
re, mentitum asserunt. Marius in fuga atq; extrema rerum difficultate, multoties inquit: ratum si-
bi esse: septimum consulatum se cõsequuturum. Quum iam per viginti stadia a Minturno Italiæ
oppido abessent: turnam equitum in eos irruentem, & duas naues onerarias errantes prospexere.
Omnes igitur pro viribus pedum & corporis currentes, ad mare sese coniecere. Qui iuxta Granitũ
erant, altera nauium in insulã Ænariã appellatã, quæ in conspectu erat, traiecerunt. Ipsum vero
Marium graue difficilecq; portatu duo serui vix & difficulter per mare ferentes in alterã nauem im-
posuerunt. Quum iam equites instarent: iuberetq; nautis: nauẽ ad litora appellere: vel electo Ma-
rio, quo vellent nauigare. Marius quũ supplex multis lachrymis atq; precibus ad pedes nautaꝝ se
piecisset: principes nauis huc atq; illuc agitato consilio, equitibus respondere: se Mariũ in mare
non immersuros. Illi propter irã rursus in aliã versi sententiã terræ propinquauerũt: & iuxta ostia
Liris fluminis effusionem paludosam suscipientis, ancoras proiicientes, ipsum adhortati sunt: na
uem curandi atq; cibandi corporis gratia egredi: expectateq; auras & secunda flamina per mare le
niter inspiratura: quũ iã hora immineret: qua pelagus sæuire consueuisset. Mario his verbis persua
so, & ad terram in quodam cespite a nautis expositio, lõge aliter q̃ in animũ sibi induxerat accidit.
Illi e vestigio nauem repetentes, retractis ancoris, fugã capessunt. Nõ enim laude dignũ ducebãt,
Marium hostibus suis tradere: neq; sine suo ipsorum discrimine illũ seruare posse. Itaq; quum de-
sertum se ab omnibus videret Marius, in litore elinguis iacuit. Tandem collectis viribus, ingra-
tum atq; iniquum iter ingressus postq̃ profundam syluam & fossas aquarum cœno oppletas eua
sit, ad tugurium senis cuiusdam lacunas purgãtis peruenit. Hunc postq̃ ad pedes eius supplex pro
cubuit, orabat: vt suæ salutis authorem existeret. q̃si præsentem aduersamq; fortunam euaderet:
magna ab eo officii præmia consequutus; se expectaret. Senex siue q̃ antea Marium nouisset, siue
q̃ ipso aspectu vt præstantem virum admiraretur, inquit Tugurii copiam sibi facturum: & si eo
errare vt hostes fugeret, eum alio in loco obscuriore & minus cognito celaturum. Quum Mari-
us rogaret, ita agendum esse: ductus a sene in quandam paludem in loco concauo iuxta fluuium
introiuit: & senex eum calamis atq; aliis leuibus virgultis texit: quibus grauari non posset. Paulo
post Marius strepitum atq; tumultum a tugurio audire cœpit. Nam quum ex Terracina a Gemi-
nio multi qui Marium insequerentur legati fuissent: quidam forte fortuna hinc atq; illinc incursan
tes, senem clamoribus perterrebant: q̃ hostes Romanorum suscepisset atq; occultasset. Marius exi
liens quum se enudasset: in palustrem atq; cœnosam aquam veniẽs delitescebat. Hic a b hostibus
inuentum nudum & cœno oppletum eripientes ad Minturnenses rapuere: & principibus vrbis
tradidere. Nam per omnem vrbem edictum ierat: vt publice Marium insequerentur, & captum ne
carent. Tamen de nece consilia prius agitare principes voluere: & Marium in custodiam Fanniæ
quam illius inimicam arbitrabantur, quodam in eam delato iudicio, tradiderunt. Hęc Fannia vi
rum Cinnium habuerat. Quum turbæ inter eos orirentur: dotem amplissimam Fannia repose
bat. Tunc Marius sextum agens consulatum iudex in hac re præerat. Postq̃ compertum est. Fanni
am peccasse: quum videret Marius virum hanc talem susceperum esse, ac diu cum ea victurum,
vtrisq; grauiter se ferentibus virum dotem restituere, & mulierem propter adulterii crimen damna
tam quatuor æreos soluere iussit, Fannia q̃q̃ muliebri affectu moueretur: tamen quum longe obli
uioni iniuriam tradidisset: vt Marium prospexit, atq; suscepit, consolando diligenter eum curauit
Marius quoq; illam laudibus prosequens, bono animo esse inquit. Prospexisse enim sibi optimum
signũ adesse. hoc huiusmodi fuit. Postq̃ Marius in domũ Fanniæ adductus est: parẽtibus portis asi
nus cursu a propinquo fonte delatus intra ædes irruit: & intuens Marium audentẽ primo e cõspe
ctu sterit: deinde voce ingenti emissa, coram Mario lætitia gestiuit atq; exultauit. Quare Marius
præterita animo coniectãs inquit: magis mari q̃ terra a numine salutis signa sibi portendi: quum
asinus aridũ cibũ negligeret: & ab eo ad aquã diuerteret. Hæc quum ad Fanniam renuntiarentur:
ad ipsum concedens, iussit ostiũ claudi. Postq̃ a principibus & a senatu Minturnensium de Mario
consilium agitatum est: tandem in hanc sententiã cessere: vt cõfestim Marius necaretur. Ex ciuibus
qui rẽ conficeret neminẽ habuere. Sed eques Callicus genere vel Cymbrus (nã de vtrisq; legimus)
assumpto gladio Mariũ petit. Cubiculũ vbi Marius seruabatur subobscurũ erat. Hic fertur ingen
tem flammam ex oculis Marii apparuisse militi: magnãq; vocem ex loco opaco exisse dicentem. Tu
homo necare Caium Mariũ audes? Barbarus repente proiecto in medium gladio, portas erum
pit, exclamatq; non possum Caium Marium morti tradere. Hac re omnes terror ingens inuasit:
deinde seipsos accusantes, q̃ ingratum iniquũq; consilium egerant: contra eum qui Italiam serua
uisset: cui opem non ferre nefas esset: pœnitentia ac misericordia erga Marium capti sunt. Eat igi
tur exul quo velit alibi fatum acceptarus. Nos vero vota faciemus ne dii nobis irascantur. Mari
um egenum ac pauperem vrbe emittunt. Hac mente collecti Minturnenses ad Marium conten
dentes, cũq; circũstantes, cum illo ad mare proficiscuntur. Quum omnes diuerso studio obsequi

Aquila ge
minos tã
pullos pa
rit.

Minturnũ
oppidũ Ita
liæ.

Ænaria in
sula.

Liris flu.

Mariusla
tuit in Min
turnẽsi pa
lude & cœ
no oppler
captus est.

Fannia mu
lier Mariũ
custodiẽdũ
suscepit.

Asini augu
riũ a fonte
ad Marium
currẽtis, &
rudentis.

Cymber i
missus ad
necãdũ Ma
riũ, visa fla
ma exillius
oculis pde
unte, expa
uit.

Marius a
Minturnẽsi
bꝰ emuſſus,

Lucus Maricus.

prõpto animo curarent: tpis interea immoratio facta est. Lucius Maricus quẽ religione deorum in digenæ venerabantur atq; obseruabãt, ad ea ferenda ad mare quę secum Minturnenses compoſtauerant impedimẽto erat. Itaq; circuire lucum, & longiorẽ ire viã expediebat. Hac cunctatione detenti, quidãet senioribus exclamans inquit: nullam viam neq; longiorem, neq; in accessibilem esse: dũmodo Marium seruemus. Qui ex rebus quæ ab ipsis ferebantur sumẽs, primus ad nanẽ iter ingreditur. Hac promptitudine confestim omnibus vna proficiscẽtibus, Iulii cuiusdam nauem Mario tradiderunt: qui postea sumptis tabellis, omnia hæc vt gesta fuerãt, literis mandauit: & in templo tabellas scriptas exposuit. Hinc Marius secundo vento nauigans, forte ad insulam Ænariam appulit: vbi quũ Graniũ æteroſq; amicos cõuenisset: vna in Lybiam traiiciebant. Sed aquę penuria defatigati, Siciliam apud Erycinum coacti petiere. Romanorum quæstor ea loca custodies paulum abfuit quin Mariũ cõprehenderet. Interfecit vero ex his qui aquatum concesserant decẽ. Marius ex industria recedens, & pelagus legens, Meningãq; insulam petens, hic primum de salute filii vna cum Cethego audiebat. Hinc abeuntes ad Iampsam Nomadum regẽ auxilia imploraturi cõtendunt: cum quibus vbi paululũ animi resumpsit Marius audere cœpit ex insula Carthaginẽ cõtendere. Tunc Sextilius homo Romanus in Lybia præturam agebat. Hic neq; officio, neq; iniuria a Mario affectus, tunc misericordia victus, aliqua in parte auxilio fuit. Statim Mario cum paucis in Lybiam discessuro lictor occurrens quũ e conspectu steriſſet, inquit: Sextilius prætor o Mari in Libyam venire te prohibet. Si autem huic edicto non obtẽperaueris: se decretum senatus vendicaturum: & te pro hoste Romanorum habiturum. Hęc quũ Marius accepisset: mœrore animi voce intercepta, quũ lictorem horrende inspiceret, per multum temporis sermonem erumpere non potuit. Quum ille interrogaret: quid prætori renuntiaret: ab imo pectore suspirãs inquit: referas Cauium Marium in ruinis Carthaginensibus exulem sedentem: sed non misere Sextilium inspecturũ. Hac quidem voce fortunam illius vrbis, & mutationem augurauit. Interea Iampsas Nomadum rex quum dubia consilia animi agitaret, Marium minorem & socios honore afficiebat. Volentibus autem abire: in medium causa adducta, tempora terebat: sed haud obscurum erat: hac mora nihil nisi iniquũ facturum. Verum id accidit: qd ad salutem opportunum cõsentaneũq; foret. Nã Marii iunioris qui egregia facie erat, quædam ex pellicibus regis præter existimationẽ agens, mœrore: afficiebatur. Hęc misericordia principium atq; occasionem amoris præbuit. In principio Marius mulierem a se detrudebat: sed vt fugæ nullam aliam esse viam animaduertit: & officia illius in se studiosiora fiebãt propter illiberalem voluptatem: eam benigne alloquutus, & ab ipsa emissus, ruptis amicitię legibus ad Marium seniorem fugam arripuit. Postq̃ inuicem conuenere: penes mare congredientes, scorpionibus dimicantibus occurrunt. Hoc malum omen quum Marius esse diceret: repente nauem ingressi, ad insulam Corcyram, quę non multum ab Epiro distat, traiecerãt: & tantum maris anticipauerant: quantum ipsis abeũtibus equites a rege ad locum missi vnde ecſſerant prosiciebantur. Hoc discrimen immensum vt cætera effugiendum Marius nitebatur. Romę fama dissipata erat Syllam in agro Bœotio cum copiis Mithridatis bellum agere. Consules inter se agentes seditionem ad arma capiendа concesserant: & Octauius victor euadens, Cynnam tyrannidem exercere conantem vrbe eiecerat: & loco eius Cornelium Merulam cõsulem suffecerat. Cinna autem per cæteram Italiam copias cogens aduersus illos arma ferebat. Hæc cum Marius accepisset: e vestigio nauigãdum putauit. Qui sumptis quibusdam equitibus Mauruſiis ex Libya, necnon quibusdam ex his qui Italia cesserant, non pluribus mille existẽtibus, Telamonium tyrrhenum oppidum traiecit. hic seruos libertate donauit. Colonis gloria Marii excitis, & ad mare concurrentibus, persuasisq; iunioribus, magnam manum breui Marius collegit: & quadraginta naues armauit. Quum animaduertisset, Octauium virum optimum, & æquis legibus imperare volentem, Cinnam vero suspectum Syllæ, & arma contra instantem rẽpublicam ferentẽ, huic cum exercitu se socium adiungere animo instituit. Itaq; nũtiauit consuli: pro volũtate imperii eius omnia facturum. Cinna quum eũ susciperet: procõsulẽq; diceret: & fasces atq; alia magistratus ſignia mitteret: hęc ornamenta fortunæ suæ non conuenire Marius inquit: qui quum vili veste, & prolixa barba, intonsisq; capillis semper vteretur: ab eo die quo e Roma effugit: iam septuagesimũ annũ agẽs tardo ingressu gradiebatur. Quũ vellet se miserabilem ostendere: plus manſuetudinis in aspectu eius q̃ terroris miseriæ immiscebat. Hæc mœstitia animũ non placatum, verum exacerbatum mutatiõe rerum effecit. Postq̃ Cinnam salutauit: militum animis obseruatis, statim ad negotia peragenda animum applicuit: & magnam rerum mutationem iniecit. Primũ enim de pretis nauium cibariis, & mercatoribus prædando spoliatis, a foro rerum vænalium illos prohibuit. Deinde ad maritimas vrbes nauigans, illas sibi conciliauit: & tandem Hostia per proditionem occupata, res ciuium diripuit: & plurimos necauit. Quũ pontes in flumine struxisset: aditus qui ex mari hostibus patebant, cedere iussit. Deinde ad vrbem contendens, non tantum imperitia atq; negligentia Octauii, quantum inutili cura seruandarum legũ, mõtẽ lanículum occupauit. Quin multis volentibus ad libertatem seruos vocari, vt leges diligentissime coleret: inquit se patriam nõ da-

Meninga insula.

Mariꝰ Carthaginem peruenit.

Iampsas Nomadũ rex.

Octauius Cinnã vrbe eiecerat.

Mariꝰ Cinnæ se cõiunxit.

Marius Hostiam occupauit.

Metellꝰ Metelli a Mario expulsi filius.

tutum seruis: a qua Caius Marius arceretur. Postquam vero Metellus eius Metelli filius quira Mario expulsus in Libya militabat, Romam contendit: & multo præstantior imperator Octauio apparuit: milites dimisso Octauio, ad illū contēdunt: rogantes imperiū capessere: & vrbi salutē vendicare. Longe enim peritū ducem atq; præstantiorē ad bellandū vincendūq; sibi asciscere volebāt. Metello hoc modesto animo ferente, ac dicente: vt ad cōsulem concederēt: ad hostes cessere. Metellus de republica diffidens, abeundi consiliū statuit. Octauium Chaldæi ac vates quidam suis psuasionibus Romæ detinuerunt: tanq̄ ibi manere, & nusq̄ discedere operępretiū extaret. Hic vir quū inter alia Romanaq; obseruantissimus legum esset: & præsertim formam consulatus circa mores patrios ac leges tanq̄ non permutatis literis inexorabiliter custodiret: negligentia quadam rempublicam gubernauit: qui plurimum tpis per præstigiatores & vates potiusq̄ per viros in republica & in re militari versatos, imperium administrauit. Hunc priusq̄ Marius aduentaret, a suggesto deuolsum, vulneribus confossum præmissi milites trucidauerunt. Fama est syngraphum Chaldaicū in sinu eius repertū fuisse. Hæc res multum admirationis in se habuit: q̄ ex duobus clarissimis imperatoribus, Mariusq; vaticinia non contemnebat secundas res habuerit: Octauius vero mortem obierit. Quum hoc modo respublica sese haberet: senatus frequens per legatos Cinnam & Marii orabat: vti ciuibus veniam impartirent. Itaq; Cinna tanq̄ consul in sella consulari sedens, atq; iura dicens, legatis humanissime respōnsa prębebat. Marius vero quum iuxta sellam tacitus adstaret, apparebat semper rigido ac tetro eius aspectu & facie, e vestigio laudita cæde vrbem repleturus. Postq̄ surrexere: Cinna militibus septus incedebat. Marius vero quum apud portas stetisset, ira dissimulans inquit: exulem se esse: & patria pro legibus arceri: siquis opera sua indigeret, opus esse legē antiquare: vt se virum iustum & liberum rediisse in vrbem ostēderet. Populum in forum accersiuit: & coram tribus aut quatuor lapillos, & suffragia ferri iussit. Dimittens dissimulationem atq; fucatam illam de exilio orationem satellitibus stipatus gradiebatur: & electis militibus ex seruis prędītitiis qui præcipites appellabantur, sępiebatur. Hi quidem aut iubēte Mario: aut nutum faciente, multorum strage manus suas inquinauere. Tandem Acharium virum senatorium atq; militarē occurrentem Mario, sed nihil salutis impartientem coram Mario gladiis confecerunt. Signū enī dederat: vti omnes occurrentes quos ipse non salutaret, & omnes quorum saluti non respōderet, in viis necarēt. Quare amici mœstitia simul & horrore animo agitabantur: quoties homines Mario occurrentes appropinquabāt. Multis interfectis, iam Cinne aures vlulatu & cædis clamoribus strepebāt. Marius animum in dies magis efferatum habens, cædēq; sitiens, omnia suspecta seruta batur. Itaq; per omnes vias, per oēm vrbem ad insequētibus & venantibus fugientes latenteſq;, discursum est. Accusabātur hospitalitatis & amicitiæ iura: q̄ nihil fidei in secūda fortuna retinebāt. Nam pauci fuere: q amicos ad se fugientes non perderent. Itaq; admiratione ac laude digni fuere Cornuti eiusdam serui: qui quū in ædibus herum suum occuluisset: cadauer quoddam ex multitudine cæsorum surreptum collo suspendentes, atq; aureum anulum apponentes: ficto funere illū satellitibus Marii ostenderunt. De hac re quum nemo in suspitionem veniret, Cornutus a seruis in Galliam delatus est. M. Antonius orator optimo etiam amico functus infeliciter obiit. Nam vir quidā & pauper & popularis cum læto vultu suscepisset Antonium, virum Romanorum primū: ad vicinum caupōnem emendi gratia vini seruum misit. Quum seruus vinum diligentius degustaret: dixisseteq; de suauiori ad se portari: caupo inquit qua ægritudine vexatus optimum vinum, & non pro more nouum ac populare emerat. Ille quum inconsulto ac simpliciter, tanq̄ ad familiarem & ad amicum hominem loqueretur: diceretq; herum apud se. M. Antonium Marii gladios fugientem ac latentem habere: caupo impius ac nefarius vt abiit seruus, ad Marium cœnantem e vestigio contendens. M. Antonium ei traditurum pollicetur. Marius postq̄ hæc accepit: fertur vehementer exclamasse: & manibus propter lætitiam, plausum feciſſe: paululumq; abfuisse: quin ipse exurgens ad locum vbi erat Antonius concederet. Amicis ne pergeret arcentibus eum, ad Antonium detruncandum cum militibus Annium mittit. Vt igitur ad locum ventum est: ad portas subsistens Annius, milites per scalas thalamum irrumpere iubet. Illi vt coram Antonio steterunt: alter alterum ad cædem prouocabat. Antonius orare incipiens, adeo suauis ac dulcis & iocunda erat eius oratio ad milites, vt necem deuitaret. Nemo enim ex militibus Antonium tangere, aut torue aspicere audebat: sed defixo in terram vultu, omnes collachrymabantur. Sic quum immoratio redeundi a militibus facta esset: Annius ascendens, Antonium orantem, milites vero deterritos atq; ab eo persuasos offendit. Itaq; conuitio acriter illos insequens, atq; irruens, ipse Antonii caput obtruncauit. Catulus Lutatius qui Marii collega fuerat: & de Cymbris cum eo triumphum egerat: postq̄ Marius pro Catulo rogantibus inquit, mori oportere: in clusus domi accensis carbonibus se suffocauit. Truncatis corpibus in viam proiectis calcatisq; homines non misericordia verum horrore atq; tremore ipso aspectu omnes per culebantur. Sed quod magno dolore populum excruciabat, erat Gardianorum petulātia. Nam postq̄ dominos iugulauerant: in exercenda venere pueris pro mulieribus vtebantur: & heris vi commiscebantur.

Octauius p vates & pſti giatores po ti⁹ q̄ per rē militarē: rēpu. admini/ strauit.

Octauius trucidatus.

Acharius a Marii satellitibus confectus.

Cornutis seruui dominū seruarunt.

M. Antonius orator interfectus ab Annio a Mario miſſo.

Catul⁹ Lutatius accēſis carbonibus se suffocauit.

Marius septimo consul designatus.
Sextus Lucius a Mario præcipitatus.
Marii turbulenta insomnia.
Marius ex illo laborare cœpit.
Fortunę q se cõmittit nõ sane mẽtis hominẽ esse.
Marii iter/itus & quæ tate tunc esset.
Plato trib⁹ rebus fortunæ gratias egit: quum interiret.
Antipater.
Tarseus.
Mari⁹ xvii. septimi cõsulatus sui die obiit.
Mari⁹ Marii filius magna prius crudelitate exercita: seipsum tãdẽ necauit.

Qui omnia diripientes,& rapina & cęde perturbantes comprehendi non poterant: quousq; milites Cinnę & Sertorii contra illos in castris dormientes impetum fecere, atq; eos necauere. Interea tanq̃ omnibus commutatis, vndiq; fama orta est: Syllam bellum Mithridaticum confecisse:& propinquis occupatis cum magna manu Romam contendere. Hic rumor effecit: vt ferrum a cæde nefanda paululum arceretur:q; bellum in eos Romani ingens conuerti arbitrabantur. Itaq; Marius septimo consul designatus est:& quum Kalendis Ianuariis quę principia sunt anni magistratum iisset, Sextum Lucium quendam præcipitem dedit: quod ipsi & vrbi ad futuras calamitates magnum porrentum esse coniectura assequebatur. Ipse autem Marius iam laboribus corporis & animi sollicitudine, tanq̃ inausta aquis scapha, repletus, ad tanta munimina noui belli nouorũq; certaminũ perterritus, q; multa pericula expertus fuerat, hac in re animi ferociam amisit: existi mans non contra Octauium & Merulam instabilis ac seditiosæ turbæ prætores, sed in discrimen futurum. Nam Sylla qui ipsum Marium expulerat patria, nunc autem Mithridatem ad Euxinum pontum fugere compulerat, Romam repetebat. Huiusmodi mentis agitationibus vexatus Marius, quum ante oculos longos errores, exiliaq; ac pericula maris & terrę adduceret, in varias dubiasq; partes distrahebatur:& nocturnis turbulentisq; insomniis terrebatur. Videbatur enim quendam continuo audire dicentem: dura esse cubilia leonis. Sed maxime vigilias pertimescens, intempestis potationibus atq; ebrietatibus præter ætatis dignitatem indulgebat: tanq̃ per somniũ animi cogitationes vitaturus esset. Tandem quum quidam renunriaret ea quæ apud mare gerebantur: nouis timoribus perculsus, partim futura timens, partim tanq̃ præsentium satietate male affectus, paulo post (vt Posidonius philosophus scribit) ex illo laborare cœpit. Ipse quum iam in malam valetudinem incidisset, secum differebat de his rebus: quibus in senectutem venerat. C. autem Piso vir historicus memoriæ literarum tradidit: Marium post cœnam cum amicis deambulantẽ in sermonem de rebus ab eo gestis venisse: & a rerum primordiis incipientem, sæpiusq; de vtraq; fortuna disputantem dixisse: Non sane mentis hominem esse qui fortunę sese committeret. Post hęc appellatis læto vultu qui aderant, quum per septem dies paulatim deficeret, diem suum obiit. Quidam ferunt eius ambitionem in ipsa mala valetudine omnino detectam, in vanam spem euasisse. Putabat enim se in bello Mithridatico imperatorem fore. Deinde quemadmodum in ipso languore corporis accidere solet, varias in corpore mutatiões cum gemitu atq; multis vlulatibus patiebatur. Sed adeo ingens cupiditas magistratus illius belli eum ceperat: vt nulla consolatione curari posset. Duodeseptuaginta annis natus erat quum mortem obiit. Primus autem fuit qui septimum consulatum attigisset: qui quum domum magnificã struxisset: quę multis regiis ædibus clarior extabat fortunam suam crudelem appellabat: q; priusq̃ cõsilia ac desyderia sua peregisset, mortem obiret. Plato quidem circa ea tempora quibus defunctus est, suo genio atq; fortunæ gratias egit. Primum q; homo & non bestia: secundo q; Græcus & non Barbarus natus esset: tertio q; per Socratis tempora ætatem ageret. Ferunt Tarseum Antipatrum quum prope mortem in sermonẽ veniret: de his quæ prospere sibi successerant: haud oblitum fuisse nauigationis quã e domo Athenas habuerat: tanq̃ magnas gratias cumulatissimãq; officiorum rertributionem optimæ eius fortunæ referendam duceret:& vsq; ad obitum in memoria officia retineret. qua nullum thesaurum bonorum hominibus natura stabilius impartiuit. Eorum vero q & memoria & ingenio tardi sunt semper res gestę tabescunt. Quapropter nihil retinentes, bonorum vacui: spei autem pleni præsentibus rebus neglectis ad futura oculos intendunt. Profecto hæc fortuna prohibere, illa vero auferre non potest. Sed tamen hoc quod fortunæ est tanq̃ alienum omittentes, illud ipsum incertum seminant: atq; similia animo patiuntur. Nam potiusq̃ disciplinam atq; sapientię studia ad firmanda tutandaq; bona externa consequi velint: hæc bona fortunę cumulant: commodaq; ex illis suscipientes expellere insatiabilem animi cupiditatem non possunt. Mortem igitur obiit Marius septimo & decimo die septimi eius consulatus: quæ statim Romam magno gaudio atq; exultatione affecit: q; graui tyrannide liberata fuisset. Sed tantum crudeliteris Marius iunior senioris Marii filius ostendit: primores atq; optimates trucidans: vt intra paucos dies reuiuiscentem senis tyrannidem Romani sentirent. Qui quum audacia insignis esset:& pericula intrepide adiret: in principio filius Martis vocitabatur. At quum statim ex rebus gestis accusaretur: filius Veneris nuncupabatur. Tandem quum in Pręnestina vrbe a Sylla obsideretur, extrema omnia tẽtans vt euaderet, quum nullo modo effugere posset, seipsum necauit.

EVMENIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

Eumenis genus.

Eumenes Cardião patrem Fuisse Duris historic⁹ scriptũ reliquit: qui in Cherroneso ꝓpter rei familiaris angustias exvehicu

lis victum quęritaret. Eumenẽ tamẽ in literaꝝ studiis ac palæstra liberaliter eruditũ. Is quũ puer esset: eo Philippum ad uentasse: qui dũ per otium, puerorũ & adolescentiũ Cardianorꝝ luctas & certamina spectaret, Inter illos strenue obuersatum Eumenẽ, eius prudẽtia & fortitudine delectatum Philippũ, illum sibi desumpsisse. Verũ enimuero longe probabiliora dicere videntur: qui Eumenem hospitii & amicitiæ paternæ causa a Philippo ad altiora prouectum perhibent. Mortuo Philippo quũ inter ætꝫ les Alexandri nemini prudentia aut fide secũdus haberetur, Archigrãmateus id est scribarum princeps vocabatur. Ex his qui Alexandro amicitia & consuetudine iunctissimi essent, adeo ampliores cõsequutus est honores: vt in expeditione In diç magnis cũ copiis per seimperator emitteretur: & Perdiccę pręfecturã acciperet: quũ & in Ephęstionis vita functi: locum Perdicas successisset. Quo circa Macedones regiis præfectũ stipatoribus Neoptolemũ derisioni habebant: ꝙ extincto Alexãdro dictitarent: se quidẽ clypeo atꝙ hasta, Eumenẽ vero stilo ac tabellis sequi solere. Siqdẽ Eumenẽ quũ aliis honestissimis rebus, tum vero ea dignitate affectum: vt necessitudine matrimonii sibi deuinctũ faceret. Quũ enim Alexander primus in Asia mulierẽ Barsinam Artabazi filiam cognouisset: ex qua filium Herculem susceperat: huiusce sorores, alterã quidẽ Apaniã Ptolemęo: alterã Barsinem Eumeni tradiderat. quo tpe etiã reliquas æqualibus suis Persicas virgines in coniugium dispartiens collocabat. haud enim vsꝙadeo integra necessitudo fuit: ꝙ Alexandro plerunꝙ aduersatus, magnũ Ephæstionis gratia: periculum adierit. Principio quũ Ephæstion quandã Euio tibicini domũ tribuisset: quã antea Eumenis serui occupauerant: indigna bũdus Eumenes ad Alexãdrũ vna cũ Mœrone veniens vociferari cœpit: ꝙ abiectis e manibus armis, tibia Tragœdiam canere præstaret. Id aũt moleste ferens Alexander, Ephæstionem cõuitiis insectatus est. Cęteꝝ acta statim penitentia, grauiter succensuit Eumeni: ꝙ per contumeliam magis & libertatẽ loquẽdi, eo sermonis vsus esset. Deinde Nearchũ ad exterius mare cũ classe dimittens, ab amicis pecuniã conquirebat. Erat enim per id tps inanis regia. Eumenes igitur trecenta petitus talenta, centena dũtaxat exhibuit: tenuiterꝙ, & magno cũ labore suis ex dispẽsatoribus eã summã corrasisse dr. Cæterum Alexander ea neꝙ improbans, neꝙ suscipiens, seruis vt occultos ignes tabernaculis subiicerent edixit. Volebat enim vt quũ ex incendio exportaretur argẽtũ, homo fallax deprehenderetur in crimine: prius tamẽ q̃ afferre opem valerẽt, exustũ est tabernaculũ. Quę res Alexandro pœnitendi causam attulit eius consumptis in igni codicibus. Qd autẽ auri & argenti ex flamma in vnũ conflati, postea in vnũ compertũ est: mille talẽtum summã excessit: ex quibus ne minimã quidẽ partẽ accepit. Cæterum datis ad cõctos prætores & prouinciarum præsides literis, vt incensorum exemplaria librorum ad se mitterentur effecit: quæ omnia iussus accepit Eumenes. Rursus inter se & Ephæstionem orta de munere contentione, quum multa male audisset, multaꝙ male dixisset: eo quidem tẽpore nihil a rege minus accepit. Paulo vero post, vt primum Ephæstiõ excessit e vita, rex dolore vehementer afflictus, quum omnes viuenti inuidos, ac mortuo insultantes grauissimis & aspertimis verbis insectabatur: tum vero maximas in Eumenem suspitiones agitabat: illa sæpenumero conuitia & disceptationes obiectans. At ille callidus & ad persuadendum idoneus, vt vnde perniciem senserat, inde sibi salutem compararet, nouam aggressus est rationem. Ad eam enim gratiam & honores confugit: quos in Ephæstionem Alexander factitabat. Eius nanꝙ generis decora excogitabat: quæ defunctum honestare posse videbantur: plurimas ad instruendum sepulchrum effusis-

Eumenes Archigrãmateus vocabatur.

Apania Ptolemæi vxor.

Barsine Eumenis vxor

sime, ac promptissimo sane animo pecunias impertiens. Post Alexandri mortem, orta inter milites & æquales eius seditione: iis quidē Eumenes consiliū ac sententiā impertiebat: quū tū oratione cōmunis & priuatus esset. haud enim sibi homini sane peregrino pertinere videbatur vt de Macedonū controuersiis nimis inquirat, curiosusq; sit. Reliquis subinde ex Babylonis instructis æquali busipse relictus in vrbe, plurimos peditū leniit: & ad res componendas mitiores reddidit. Postea vero q̄ duces in mutuam deuincti concordiam pristinos depositere tumultus, Eumenes Cappadociam, Paphlagoniam, & subiectā mari Pontico regionem vsq; Trapezuntem suscepit: quę necdū Macedonico suberat imperio. Eam enim Ariarathes rex habebat. Itaq; decretum est: vt Leonatus & Antigonus manu magna ad se deductum Eumenē illius præfectum regionis declararent. Cæterū Antigonus iam elatus & omnia per cōtemptū habens, Perdiccæ scripta neglexit. Leonatus vero Eumenis gratia expeditione suscepta, ex superioribus locis descēdit in Phrygiam. Interea Hecataeus Cardianus tyrannus Leonato congressus orabat: vt Antipatro & Macedonibus ad Lamiā obsessis opem afferret. Quare ad traiiciendū permotus, secum ēr inuitabat Eumenē: quē per id tps conciliabat Hecataeo. Erat enim inter eos simultas: quā in patria propter vrbanas contētiones cōtraxerant. Nā multoties Eumenes Hecataeū q; rempublicā per iniquū occupauerat dominatū, palam accusarat: Alexandrūq; ad restituendā Cardianis libertatē prouocauerat. Quapropter nunc Eumenē illā aduersus Græcos expeditionē recusante, pstertim quū sese Antipatrū reformidare diceret: nec dudū sibi inimicus & nūc morē gerens Hecataeo ipsum necaret: Leonatus ei fidē habens, suum omne cōsilium aperuit: spe quidē sese opē afferre dictitās. Macedoniæ principatū statim vt traiecisset, vendicare cōstituerat. subinde nonnullas Cleopatræ (ea autē Alexādri Magni soror erat) cōmonstrat epistolas: qbus futura vxor eum palā accersebat. Vex Eumenes seu Antipatrum pertimesceret: seu Leonatum insanū ac incerto vehemētioriq; refertū animo cognosceret: suis acceptis militibus nocte discessit. Habebat enim trecentos equites: ex his autem quos a pueritia instruxerat Alexander, ducentos armatos: in argenti vero rationem talentum quinq; milia. Hoc pacto fuga sese ad Perdicam subtrahens, ac Leonati consilia deregens, statim apud illū amplissimus factus est, & in principandi societatē adcitus. Haud longe post cū militaribus copiis in Cappadociam, & præsente & extremum ductante Perdica, deductus est. Tum capto Ariarathe rege & regione in potestatem redacta, Satrapes hoc est locorum prefectus designatur. Dehinc vrbes amicis cōmendat: arcibus custodes imponit: quiq; iuri dicendo & rebus administrandis prēessent ex sententia reliquit. Quum interim Perdicas omnem rerum earum curam abiiceret: eo exercitum ducente vna profectus est Eumenes: omni illum indulgentiæ cultu prosequens: quū nulla ex parte cæteris' posteriorem regibus se esse cuperet. Cæterū Perdicas quū ea quę instituerat per seipsum transigere posse confideret: quę autē reliquerat impigrum ac fidelē conseruatorē postulare cēseret: ex Cilicia remisit Eumenem: verbo quidē vt suam ad prefecturā reuerteret: re autē vera vt perturbaram a Neoptolemo & sibi finitimā Armeniam pacatā prēberet, Hunc aūt q̄q̄ insolētia quadam & inani tumescentē animo, suauissimis tū verbis & morum facilitate retinere tentabat Eumenes. Quūque phalangē Macedonicā elato spiritu ac ferocē inuenisset: vt equestri robore quasi firmamento istructionē redderet, potentissimos incolarum equites tributorum vacatione ac immunitate donauit: tū suis quos fide spectatos habebat, equos emptos impertiit: eorum quidē animos honoribus ac donis incitans: corpora vero nunc mouendo, nūc exercēdo ad perferendos labores impigra efficiens: adeo vt quū stupore, tum audacia Macedones afficerentur: quū trecentorum & sex milium eq tum circa Eumenem numerum breui conspicerēt. Postea q̄ Antipater & Craterus Græcia potiri, Perdicæ regnū vastaturi in Asiam traiecerunt: quū irruptionē in Cappadociā facturi nuntiarentur, Perdicas expeditionem in Ptolemęum, cui Ægyptus sorte euenerat, agens, Eumenē omniū q̄ in Armenia, quæq; in Cappadocia fuerāt copiarū ducem & imperatorē creauit. Hisce de rebus literas edidit: quibus Aletam fratrem, ac Neoptolemū Eumeni parere: Eumenem autē rebus pro arbitrio vti iubebat. Aletas itaq; sese arma sumpturū haud dissimulanter negauit. Eos enim Macedones qui secum militarent cū Antipatro dimicare vereri: Craterum autē propter charitatē etiā suscipere paratissimos. At vero Neoptolemus proditionē quā ne occultare quidem potuit in Eumenem ordiebatur. Vocatus quoq; non solū non audiuit: sed etiā aduersos instruxit milites. Hic primum Eumenes sui apparatus & prouidentiæ fructū collegit. Siquidē victo eius peditatu per equites, Neoptolemū vertit in fugā: omnes eius sarcinas corripiens: tum ad insectādum profusę phalangi cum totis adęquitasset viribus, victos positis armis iutare coegit cū eum se militaturos. Neoptolemus igitur paucis ex fuga collectis, se ad Craterum & Antipatrum recepit. Aquibus ad Eumenem missi legati, vt se cum illis coniungeret, prouocabant. Frueretur qdē quos ex pfecturis percipiebat fructibus: militias ab eis atq; agros habituros: Antipatro amico pro hoste futuro accederet: quod Crateri familiaritatē in inimicitiā haud sane cōuerteret. Quibus auditis Eumenes minime fieri pōt inqt: vt nouā impsentiaq; cū Antipatro ereris amicitiā: cū quo veteres inimicitias gero: quādo illum amicis' & hostibus vti video: seq; vt Perdicæ Craterū conciliet, & adæqua omnia

Hecataeus Cardianorū tyrānus.

Cleopatra.

Satrapes hocē locorū pfectus.

Exercitum equitū trecentorū & sex milium habebat Eumenes.

Aletas Perdicę frater.

Eumenes victū Neoptolemū in fugā vertit.

Quũ vero animaduertiſſet Metellus Lagobritas, quinon paruã opẽ Sertorio afferebant, ſiti facilẽter expugnari poſſe (Vnũ enim dũtaxat puteũ intra vrbẽ habebant) ſuburbanas vero & circumꝑnianas obſeſſor aq̃s poterat auferre: aggrediebat vrbem ea ſpe: vt duoꝝ ſpatio dierum ablatis aquis ea potiturus eẽt. Itaq; militibus edixerat: vt. v. dieꝝ cibaria ſecum deferrent. At Sertorius celeriter cognita re, auxiliatus, duo milia vtriũ impleri aqua iubet: pollicitusq; pro quoq; vtre certa argenti põdera multis ex Iberis, multis etiã ex Mauruſiis negotiũ ſuſcipiẽtibus, delectis viris robuſtis ac velocibus mandat: vt quũ aquã inferant: tum inutilẽ bello turbã, vt diutius potus ſufficiat reliquis, educãt. Q̃d quũ intellexiſſet Metellus: & iã deerant cibaria: Aquiliũ cũ ſex milibus militũ frumẽtatũ mittit. Huic vero redeunti Sertorius inſidias tẽdit: in eũq; redeuntẽ tria milia militũ a tergo ex quadã valle excitat: ipſe a frõte obuiãfactus vertit Aquiliũ, ꝓfligatq;. Ex militibus q̃ cũ Aquilio erãt partim capti ſunt, partim necati. Aquilius ipſe amiſſo equo, ſolus effugit. Quo facto conſeſtim obſidionẽ relinquere Metellus, ac turpiter nimiũ a Sertorianis derisus, abire coactus eſt. Sertorius quũ ob hmõiopa plurimũ a barbaris amabat: tũ etiã ꝙ Romanis armaturis ordinibuſq; & ſignis feritatẽ ipſoꝝ auferrens, pro ꝑdatoria manu, ingentẽ exercitũ effecerat. Inſuper argento & auro liberaliter vſus, galeas militũ, clypeoſq; ornabat: docebatq;, vt chlamydibus pictis, floridiſq; vterent. ad hoc donãs & puocãs hoĩes ſibi beniuolos faciebat. Maxime aũt beniuolentiã ſibi cõparauit ex his quæ circa pueroꝝ eruditionẽ machinatus eſt. Nobiliſſimis ſiquidem adoleſcentibus in Oſcam vrbẽ cõuocatis, ꝑceptores eis tradidit græcaꝝ ſimul & latinaꝝ literaꝝ. per quẽ modum re quidẽ vera obſides habebat, ſpecie autem eruditionis: quaſi quũ viri forent, in partem adminiſtrationis & imperii eos ſuſcepturus. At patres eoꝝ vehemẽter gaudebant: cernentes filios ꝓtextatos honeſtiſſime ad magiſtros euntes: & Sertoriũ ꝑ eis ſalaria pendẽtem, ac ſępe ipſos examinantem, & prẽmia doctoribus tribuentẽ, bullaſq; aureas donãtem. Quanta vero beniuolẽtia prouinciales erga Sertorium affecti eẽnt, vel exillo intelligi poteſt: ꝙ quũ mos eſſet Iberis, vt qui duci ſe deuouerant, vna cũ illo morerent: atq; ob eã cauſam cęteris quidẽ ducibus pauci admodũ amici adeſſe cõ ſueuiſſent: Sertoriũ multa hoĩum milia deuota ſequebãtur. Et dr̃: iuxta quãdam vrbẽ ſuperãtibus hoſtibus: ſeſe neglexiſſe Iberos: vt Sertoriũ protegerent: nec prius de ſalute ꝓpria cogitaſſe: q̃ Sertorium humeris aſportatũ in tuto poſuiſſẽt. Nec ſolũ Iberis, verũetiã Italis charus erat Sertorius. M. Perpennã eiuſdẽ factionis hominẽ cũ multis pecuniis & magnis copiis in Iberiam ꝓfectum, & per ſeipſum ſeorſum aduerſus Metellum belligerare cupientẽ grauiter ferebant milites: plurimuſq; ſermo apud eos de Sertorio erat: ita vt Perpennã nobilitate generis & diuitiis tumentẽ perureret. Oſca vrbs. Perpẽna ad Sertoriũ cũ liii. cohortibus venit.

Quũ ergo nuntiatũ eẽt: Põpeiũ mõtes Pyrenæo trãſcẽdere: Perpẽnę milites raptis ſignis magno clamore poſtulare cœperũt, vt ad Sertoriũ ducerẽtur. & niſi eos duceret Perpenna, ſe relicturos eũ teſtabãtur: ituroſq; ad virũ, qui & ſeipſum, & eos ſeruare poſſet. Qua neceſſitate adductus Perpenna, copias ſuas (tres enĩ ſupra. l. cohortes habebat) Sertorio coniunxit. Sertorius aũt oĩbus trans Iberum amnẽ ad eũ cõcurrentibus, multitudine quidẽ abundabat: nam confluebatur ad eum vndiq;: ſed erat vt fit, barbara turba: quæ feritate & ſupbia cuncta turbaret. nec expectaret iuſſum du-

Sertorii machinatio in domandis barbarorũ animis.

cis: sed sua temeritate in hostes ferretur. Primũ igitur Sertorius rationibus ac verbis instruere eos conatus est: deinde vt vidit ipsos nihilominus temere pperantes, statuit sic eos obiicere hosti: vt non oino frangerentur, sed plagas acciperent multas: sperãs per hoc ipsis de reliquo mansuetioribus vsurum. Gesta itaq; re, vt ipse cogitauerat, succurrit in tpe: & fugientes suscepit, reduxitq; in castra: ac post paucos dies, vt mentes eorum erigeret consulareturq;, aduocata totius exercitus cõcione, duos equos adduci iussit: alterum macie senioq; cõfectũ, alterũ fortẽ & nitidũ: caudãq; habentẽ magnã. Adstabat autẽ iuxta gracilem illũ vir magnus & robustus: iuxta nitidũ vero & fortem vir paruus & imbecillis. Dato aũt signo vir ille magnus, vt ei præceptũ erat, cauda græcilis equi ambabus manibus capta, euellere setas oẽs vno impetu adnixus est: paruus contra vir nitidi equi caudam paulatim. vellebat. Tandem vero vbi ille frustra simul totã caudam trahẽs sibi qdẽ molestias inanes, circũstãtibus vero risum præbẽs defessus est: & ille paruus euellẽdo paulatim setas caudam fortis equi spatio perbreui nudauit: tunc assurgens Sertorius, Videtis inqt cõmilitones, ingeniũ plus posse q̃ vires.

Ingeniũ ac tẽpus osa superare.

Multa enim quæ vno impetu superari nõ possunt, paulatim superantur. Omnia nãq; vincit studiosa sedulitas: nec est vlla tam magna potẽtia, quam nõ exuperet tps: fidele auxilium eorum, qui aptitudinem eligunt: intempestiue autẽ properantibus, inimicissimum. Hæc Sertorius ad consolationem simul disciplinamq; barbarorum de tpe differebat. Non paruæ admirationis inter cætera eius egregia rei militaris opa illud habitum est: qd in Caciranos edidit. Ea est gẽs supra Tagenitũ amnem: nõ oppida, neq; vicos habẽs, sed montẽ iustæ magnitudinis, antraq; & concauitates ad boream versus. Cęteq; omne circa solum argilã cõtinet: & terrã facile ab æstu putrescentem puluerulẽtamq;, neq; super gradiẽtes sustinere idoneã: & modice cõtacta velut cinis diffundit. In eas speluncas barbari, quoties belli terror imminet, cõfugere: suaq; asportantes secure degere cõsueuerãt: quasi nulla vis nocere eis posset. Euenit igitur Sertoriũ per id tempus a Metello pulsum, haud pcul ab eo monte castra habere: quẽ quum barbari veluti victũ contennerent: siue ob iram, siue ne fugere videretur, prima luce obequitans situm naturamq; loci cõtemplabat: qui quũ nullum penitus aditum haberet: vaniq; oẽs essent conatus: cernit ex solo magnam vim puluris in eos deferri. Eteni spelũcæ, vt diximus, ad Boream cõuersæ sunt: & vẽtus ab arcto veniẽs, quẽ Cæciam vocãt, maxime cõtra eas perflat.

Cęcias vẽtus.

Tunc igitur licet æstas foret, vehemens & arctæ glaciei liquefactione nutritus, dulcissime flabat, ipsos & pecora per diẽ refrigerans. Hac igitur re aduersa, Sertorius iubet milites puluerulẽtam ac cineosam terrã cõfodere: & contra ipsum montẽ cumulũ agere. quẽ barbari putantes ad expugnationẽ aggerẽ strui, ab initio de risserunt. Sertorius quũ vsq; ad noctẽ milites in opere habuisset, eos in castra reduxit. Postridie prima luce aura lenis perflare cœpit: & subtilissimũ puluerem deferre: deinde valido flante vento, milites aggerẽ quatere, ac nõnulli cũ equis ingressi peregrare, vt puluis altius insurgeret, cæperũt. qc quid insurgebat puluris vẽtus arripiẽs in barbaroꝝ habitacula deferebat: quæ quũ ad eam partẽ duntaxat qua vẽtus flabat apta essent, subito fauces repletæ, spiritusq; pcluſi sunt. Itaq; vix duos dies tolerãtes, tertia sese Sertorio dediderũt: nõ tm̃ inde cõmoditatis, quãtum gloriæ cõsequutoq;: ea quæ armis superari nõ possent, ingenio cõfecisset.

Sertorius cũctos eius ætatis duces in bello gerendo superabat.

Quãdiu Sertorius aduersus Metellũ bellũ gessit, ob senectutẽ potius, & innatã Metelli tarditatẽ, superior esse æstimabatur: sed quũ iam aduersus Põpeium mõtes Pyrenęos transgressum decertaret: positisq; iuxta castris, oẽm rei militaris experiẽtiam inferẽdo repellẽdoq; picula ostẽderet: ac etiã aduersus Põpeium superior esset: tũc maxime fama Sertorii claruit: vt etiã Romę opinio esset, cũctos eius ætatis duces in bello gerẽdo Sertoriũ antecellere.

Pompeius quur Magnus apellatus sit.

Neq; enĩ tũc parua erat Põpeii fama: sed maxime florucrat, ob res sub Sylla gestas ab eo: ob quas etiã magnus meruerat appellari: & p quas nõdum pubes triũphauerat. Vnde primo eius aduentu in Hispaniã, multæ ciuitates quæ antea in partibus Sertorianis erãt, in Pompeium cõuersę, defectionis impetũ ceperãt: quaꝝ tũ cõsilia repressit. id qd præter oĩum spẽ circa Lauronũ oppidũ euenit. Sertorio nãq; eos obsidente, accessit Põpeius cum oĩbus copiis, auxiliũ his q obsidebantur laturus. Ibi quũ Sertorius opportunũ aduersus vrbẽ tumulum occupare vellet: & Pompeius phibere niteretur: ac prçueniẽs Sertorius in eum locum milites deduxisset: Põpeius facultatem sibi præstitam rei gerẽdæ, & hostem medium inter vrbẽ fociorum & sua castra incluſum conficere posse ratus, lętitiam suscepit: oppidanisq; per nuntium edixit: vt bonam spem haberẽt, intuerenturq; pro mœnibus sedentes, ipsum Sertorium non obsidentem, sed obsessum. At Sertorius hæc audiens risit: & Syllæ discipulo (sic enim Pompeium vocitabat) se ostensurum inquit: oportere ducem post terga magis q̃ ante se prospicere. His simul dictis, sex milia militum in primis castris vnde pfectus ad occupationem tumuli præcesserat, a se relictos ostẽdit: vt Pompeii, si se aggrederetur terga inuaderẽt. Quos quum Pompeius vidisset: nihil est ausu, attentare: ne circũuenirẽtur formidans. Sed quũ erubescęret, socios in periculo constitutos deserere: præsens eorũ euersionem aspicere coactus est. Oppidani enim amissa spe, se dediderũt Sertorio: qui eis quidem pepercit: & omnes dimisit: vrbem autem incendit: non ira: neq; crudelitate (minime enim oĩum ducum hic vir indulgebat iræ) sed dolore & verecundia eorum qui Pompeium admirabantur:

Sertorius minime irę indulgebat.

vt vulgaretur inter Barbaros: ꝙ preſens Pompeius quaſi ad incendium ſocię vrbis calefactus, auxilium ferre amicis nequiuiſſet. In victoriis quas hoſtes Sertorii habuerunt, ſemper euenit: vt Sertorius ipſe inuictus eſſet: eoſq; qui iuxta ſe erant incolumes ſeruaret. Inſtaurationes vero ac remedia ſua magis claram eius virtutem in rebus aduerſis faciebant. Veluti in ea pugna quæ apud Sucronem contra Pompeium commiſſa eſt: & rurſus in ea quæ apud Turiam aduerſus Metellum ſimul & Pompeium. Dicitur autem in illa pugna quæ apud Sucronem fuit, Pompeius manus conſerere properaſſe: ne Metellus particeps victoriæ foret. Et ipſe quidē Sertorius cupiebat antеq̄ Metellus coniungeretur, contra Pompeium dimicare. Sed tamen inſtructa acie, inclinato iam ſole pręliari cœpit: ratus aduenis & locorum inſciis hoſtibus, tenebras & ad fugam & ad inſectationem impedimento futuras. Ac forte euenit: vt contra eam partem qua Sertorius erat, non Pompeius, ſed Afranius pugnaret. Nam Pompeius dextrum cornu, Afranius ſiniſtrum regebat. Quū ergo audiſſet Sertorius: ſuos qui contra Pompeius ſtabant ſuſtinere Pompeii impetum non poſſe: celeriter accurrit: ac ſuis in ordinem reductis, Pompeianos victoria exultātes inuaſit, fugauitq;: ita vt Pompeius ipſe pene interficeretur: proſtratuſq; ex equo & vulneratus nulla alia cauſa euaſit: quam ꝙ milites Sertoriani capti Pompeii equo, aureis phaleris magnificentiſſime & pretioſiſſime ornato, dum ſimul de pręda contendunt Pompeius ipſe inter lapſus fugit. Afranius vero q ab alio erat cornu: vt Sertorius abiuit: aduerſarios ſuperauit: & vſq; ad caſtra perſequutus caſtra diripiebat. non enim ſciebat Pompeii fugam: nec milites a rapina continere poterat. Inter hæc Sertorius victor redibat: & contra Afranium impetu facto: milites eius varie diſperſos occidit ſuperatq;. Deinde quum ſentiret Metellum cum alio exercitu aduentare: prælium diſſoluit: reuocatiſq; ſuis: At, ego inquit puerum hunc: niſi veniſſet anus illa: caſtigatum verberibus domum remiſiſſem. Per id tps cerua illa: de q̄ diximus: nuſq̄ apparēte grauiter augebat Sertori⁹. Ea nāq; fictio ad cōtinēdos in fide Barbaros plurimū valebat: tūc maxime conſolatione aliqua indigentes. Sed paulo poſt inuenta a quibuſdā per noctē, & colore cognita ad Sertoriū reducta eſt. Sertorius illis ne cui diceretur magnā pecuniā pollicitus, ceruā in ſecreto loco cōtinuit: & poſt paucos dies profectus ad tribunal: exhilarata facie, quaſi fauſtū aliqd Iberis, qd in ſomnis vidiſſet, nuntiaturus, quū ſuggeſtū aſcēdiſſet: cerua a cuſtodibus vt mandatum erat dimiſſa, curſu ad ſuggeſtū (ibi nāq; Sertoriū aſpexerat) ſe contulit: caputq; inter genua eius ſubmiſit: oreq; illius dexterā tetigit: conſueta quoq; prius hoc idem peragere. Cui quū blanditetur Sertorius, illachrymaretq;, primū admiratio habuit milites: de inde plauſu & gratulatione, vt diuinum & cœleſtibus amicum hominem, Sertoriani laudauerūt: ipſi autem in lætitia ac bona ſpe erant. In agro Saguntino in extremas neceſſitates compulſis hoſtibus, tandem pugna decernere coactus eſt: dum frumentarum proficiſcerentur: pugnatū eſt egregie ab vtraq; parte, quo in prælio Memmius vir omnium, qui apud Pompeium erant pręſtantiſſimus, interfectus eſt. Vicit autem Sertorius: & multa hoſtium ſtrage vſq; ad Metellū peruenit. Hic dum Metellus ſupra ætatem viriliter reſiſtit, pilo percutitur: quod & qui viderant, & qui audierant ex Romanis grauiter ferentes, ac turpe rati, ducem ſuum deſerere, per iram conuerſi Metellum protexerunt: magnaq; vi adniſi, Sertorianos in fugam vertunt. Facta itaq; conuerſione victoriæ, Sertorius in vrbem montuoſam ſe recepit, portaq; obſtruſa, & mœnibus vndiq; munitis, ſe obſidendum præbuit: callido cōſilio: vt Romani circa oppidum intenti, & potiri poſſe confiſi, cætera negligerent: nec inſtaurari eo pias prohiberent: aut victos perſequi curarent. Miſerat enim Sertorius duces ad eas ciuitates quæ ſibi parebant, pro delectu habēdo: dederatq; illis in mandatis: vt quum ſatis copiarum congregaſſent, certiorem ipſum facerent. Quod quū eſſet factū: abſq; vlla difficultate ex obſeſſa vrbe aufugiens ſe ſuis cōiunxit: rurſuſq; cum magna manu profectus, mari & terra hoſtem vexabat. Terra quidem inſidiis, circuitionibus, & omnium locorum tentationibus impromiſis. Mari autem prædatoria claſſe: ſic litora infeſtans: vt deficiente cōmeatu, duces ſeſe diſiungere ac alter in Galliā trāſire, alter circa Cacceos hyemare cū ſumma penuria cogerentur. vnde etiā ad ſenatum ſcripſit Pompeius: niſi pecuniæ ſibi mitterentur, milites e prouincia deducturum: ſeiā dū Italiam protegat, ſuum patrimonium conſumpſiſſe. Fuit q; Romæ opinio: Sertorium prius q̄ Pōpeium in Italiam rediturum: in tantum prætantiſſimos belli duces Sertorii aſtus perfregerat. Oſtēdit aūt Metellus quāti Sertoriū faceret. Nā publice præmia ſtatuit: ſiquis eū necaret: centum argenti talenta & duo milia agri iugera: ac ſi exul foret, reductionē & veniam: niſus proditionibus conſequi: qd bello non poterat. Inſuper quū aliquando aduerſus Sertoriū ſuperior in pugna fuiſſet, ſic gloriatus eſt: ſic ſeipſum extulit: vt imperatorē appellari: & feſtis ac ſacrificiis a ciuitatibus ſe recipi ſuſtinuerit: & ſerta capiti impoſuiſſe, & conuiuia in veſte triumphali egiſſe dicit. Victorię inſup trophæa aurea, & chori puerorū ac mulierū eius laudes canentes obuiabant. Pro q̄bus plane ridiculus erat Metellus: ſi eum quē fugitiuū Syllæ & reliquias Carbonianæ fugæ nūcupabat, ſic gloriabatur ceſſiſſe. Magnanimitatis vero Sertorii illud fuerit: ꝙ pulſos ex vrbe ſenatorios, q̄ penes eum degebant, ſenatum nuncupabat: duceſq; & quęſtores ex eis deligebat: & patriis legibus cuncta adminiſtrabat, deinde ꝙ armis pecuniis & vrbibus Iberorum vtens, nullam eis poteſtatem concedebat:

Pōpeius ex equo pſtratus ac pene interfectus eſt.

Mēmi⁹ interfectus eſt. Metellus pſecutiſ pilo Sertoriani i fugā verſi.

Metellus pmia propoſuit Sertoriū interficientibus.

sed prætores & magistratus oēs ex Romanis creabat: quasi non Iberos cōtra populū Ro. augeret: sed libertatē populi Ro. asserere vellet. Erenim erat Sertorius patrię amator: affectusq; humane ad reditū. Sed in aduersis duris q; tpibus fortē se prestabat: in victoriis aūt ad Metellum Pōpeiū q; mit

Sertori⁹ romā i patriā redire cupiebat: matris pcipue amore.

tebat: se paratum offerens depositis armis priuatim in vrbē redire velle: si sibi permittatur. Malle se enim Romæ ignobilissimum ciuē, q̄ exulē, oīum aliaq; ciuitatū iperatorē nuncupari. Dicitur enim nō minime cupiuisse reditū suū, ob amorē matris: sub qua orphanus educatus mirabiliter erga illā affectus erat. Cuius postea audita morte: paulo abfuit quin mœrore interiret. Septē nāq; continuis diebus nec tesserā dedit: nec ab amicoq; quopiā conspectus est. Vix tandē annitētibus iis q ordinē ducebant, suaderi potuit sibi vt exiret: ac se militibus ostēderet: & rebus quæ feliciter pcedebāt vti vellet. Ob quæ multis visus est vir natura mitis, & ad qētē aptus, ac prēter volūtatē coactus se bellis ac imperiis immiscuisse: & quū secure viuere sibi nō liceret: sed ab aduersariis cōpelleretur: in arma necessariā corporis tutelā diuertisse. Declarant ēt magnanimitatē eius res cū Mithridate gestę. Nā quū Mithridates ex Syllano cōflictu, veluti ad secundā luctationē assurgens, Asiā inuasisset: & magna Sertorii fama iā cūcta penetrāte, rumoribusq; de eo ab Hesperia in pontū per nauigantes delatis, oīa cōplerent: cupido cepit Mithridatē legatos ad Sertoriū mittere: maxime ab adulatoribus incitatū: q Sertoriū Annibali, & Mithridatē Pyrrho cōparātes, negabant populū Ro. contra tam sublimia ingenia tantasq; potētias bifariā inuadentes resistere posse: peritissimo rei militaris duce cū maximo rege cōiūcto. Misit igitur Mithridates legatos in Iberiā literas Sertorio & mādata portantes: p quæ offerebat se pecunias & naues Sertorio datū: petebat vero vt Asia puincia sibi concederetur. Aduocato itaq; concilio quem senatum appellabat Sertorius, quum de hac re ad eos referret: censentibus cunctis oblationes regias lęto animo recipiēdas esse: titulū vero inanē eoq; quæ in sua potestate non forent, pro his quoq; plurimū indigebant concedendū: non tulit Sertorius: sed Bithyniam inquit & Cappadociā occupāti Mithridati non inuidere gētes parere assuetas: nec quicq̄ pertinētes ad imperiū populi Ro. q; si prouinciā populi Ro. iuste partā ipse occuparit: & dū eā teneret a Fimbria depulsus sit: & in fœdere qd cū Sylla iecerit illā dimiserit: hanc inquit se non laturum, vt iteq; vsurpet. Etenim suis victoriis rē romanā augeri debere: non aūt peripsum diminutionē fieri romanæ reipu. Generoso quidem homini cum honestate vincere optandū esse: cū turpi tudine vero nec salutē quæri debere. Hæc Mithridati renuntiata plurimū terruerunt. Et dicitur dixisse ad amicos: Quid cēseret Sertorius si Romæ in palatio sederet: quando nunc in Atlanticū depulsus mare, terminos regno nostro imponit: & imminērtibus Asię bellū minatur! Inita est tamē inter eos cōfœderatio: vt Mithridates Cappadociā, & Bithyniā haberet: vtq; Sertorius ducem sibi & milites trāsmitteret. Ipse autem Sertorio naues quadraginta & tria milia talenta pręberet. Et

M. Marius. prætor.

misit quidem Sertorius in Asiam. M. Marium prętorē virum senatorii ordinis, & ipsum exulantē: quem vrbes quasdam Asiæ intrantem cū fascibus & securibus ipse Mithridates sequebatur: illum tanq̄ maioris potestatis præmittens. Ab eo prętore quędam ciuitates liberatę sunt: quibusdā tributa remissa Sertorii gratia. Quæ res Asiam superbia & auaritia publicanoq; dudum vexatam, ad spem nouarum rer̄ & Sertorii desiderium erexit. In Iberia vero amplissimę dignitatis homines q

Perpēna in Sertoriū ifi dias struit.

cum Sertorio erant, vt primū spes magna effulsit, metusq; abscessit, inuidia aduersus illū pullulare cœpit: cupidoq; mala inuasit aios. Ante omnes. M. Perpenna nobilitate familiæ & ingenii vanitate principatum affectans, sermones haudquaq̄ sanos inter amicos diffudit. Quisnā (inquit) dęmon improbus de malo in peius nos continuo differt? Totius simul orbis dominanti Syllæ parere domi manentes indignum putauimus: huc autem profecti voluntarie seruimus: & Sertorii exilium tanq̄ satellites custodimus: derisi ab omnibus ob inane senatus nomē: in quo mandatis Sertorii non minus paremus, q̄ Iberi aut Lusitani. His & huiusmodi verbis concitati quidam Sertorio infensi erant: non tamen aperte: nam formidabant eius potentiam: sed clam res corrumpebant: & subditos per acerbitatem punitionum ac tributorum onera quasi Sertorio iubente, ad defectionem concitabant. Et quibus rebus ciuitates quædam a Sertorio desciuerunt: & turbis quibusdam exortis, qui ad eas sedandas comp̄imendasq; mittebantur, fomenta discordiarum exaugendo multis bellis & seditionibus regiones implicuerunt: efficeruntq; : vt in dies minus Sertorio pareretur. Et hęc quidem indignatio ex priori humanitate Sertorium contra pueros Iberorum qui in Osca erant, irritauit: vt alios necaret, alios vænderet. Perpenna vero quum multos sibi asciuisset: Manlium quendam ex Sertorianis ducibus ad hoc sibi adiungit. Hic tum forte adolescenti cuius amore detinebatur hęc omnia pandit: & hac spe elatus, cæteris amatoribus obmissis, sibi vni se addicere hortatur: maximam confestim potentiam habituro. Adolescens cuidam Aufidio amatori qui sibi gratior erat hæc aperuit. Quæ quum audisset Aufidius, obstupuit: nam & ipse vnus ex coniuratis erat. Ignorabat tamen Manlium ista sentire. Perpennā vero, & quosdā alios de quibus sibi notum erat nominante adolescente conturbatus, sermonē abrupit: & insanum contennendūq; Manlium dixit: qui ita vanas fictiones inducat. Ipse autem ad Perpennam profectus, rem prout audierat, & quanta celeritate opus foret, exposuit. Rem igitur aggressi conficiēdam,

Cōiuratio Perpēnæ & cæteroq; in Sertorium.

nuntiũ induxerũt victoriã quandã vnius ex Sertorianis ducibus: & eadẽ magnã inimicoꝝ significã tẽ. Ad quẽ exhilaratus Sertorius quũ immolasset: Perpẽnam ipsum & alios qui aderãt (Hi erãt oẽs cõiurati) adcœnã inuitat: exoratq;. Mos erat Sertorio in cõiuiiis plurimã sp honestatem decorẽq; seruare: nec videre qcq̃ turpe: nec audire sustinebat: docueratq; oẽs suos ab omni maledicto ac iurgio abstinere: sed placide ac modeste ioco vti. Tunc igitur in medio conuiuii rixæ initiũ quærẽtes: aperte verba turpia flagitioſaq; iactabant: & ficta ebrietate multa sceleste agebant: vt Sertoriũ prouocarent. Sertorius vero siue ꝙ grauiter ferebat inconcinnitatem eorum: siue ꝙ ipsorum mẽtes extarditate loquendi: & inconsueto contẽptu animaduerteret: mutato discũbendi modo: se supinũ dispoſuit: quasi videre nec quicq̃ vellet: nec audire. Perpenna autẽ phialam meri in medium proiiciẽte: & strepitu indefacto: quod erat signum coniuratis datũ: Antonius qui supra discũbebat: gladio Sertorium percutit: cõuersi vero ad plagam: & insurgere conantis in pectus ruit: manusq; ambas capit ne resistere valeret. per hunc modum a multis confossus occiditur. Maxima Iberiæ pars Metello & Põpeio post mortem Sertorii sese tradidit. Eos qui mãserunt Perpẽna susciens: aduersus inimicos bellũ gerere adortus est. In quo statẽ sui experiẽtiã dedit: vt viri nec ad parẽdum: nec ad imperandũ apti. Nã frętus Sertorii apparatibus: aduersus Põpeium cõgressus: breui superatus fuit: & captus. Nec vltimã quidem fortunam ingenue tulit: sed quũ haberet Sertorii literas: Põpeio promisit: virorum consularium & q plurimũ Romæ poterant epistolas propria manu scripras, per quas cupidi nouarum rerum Sertorium in Italiam vocabant: se ostensurum. Sed Põpeius nõ vt iuuenis: sed vt grauis & prudẽtis animi vir eas quidem literas: nec legere ipse voluit: nec a quoq; vt legerẽtur permisit: sed ipsas omnes in vnũ collectas cremauit. Quod eius factum multos ciues periculo: & magnis nouitatibus patriam liberauit. Perpennã insup statim occidit: veritus ne vulgatis quorũdam nominibus: turbationes & scandala orirentur. Reliquorum vero qui Sertorianæ necis conſcii fuerãt: alii ad Põpeium deducti mactati sunt: alii in Libyam profecti a Mauruſiis interfecti fuerunt. Nec quiſq; eorum euasit: præter vnum Aufidium Mãlii riualem. Hic enim siue latens: siue neglectus in quadam Barbariæ villa inops inuiſusq; consenuit.

Sertorius interficit.

Põpeius literas nobilium romanoꝝ Sertoriũ in Italiã vocantium cremauit.

EVMENIS SERTORIIQVE COMPARATIO.

ÆC, SVNT quæ de Sertorio ac Eumene digna memoratu suſcepimus. In his cõparãdis illud vtriq; cõe: ꝙ & externi, & alienigenę, & exterres, variis gẽtibus, bellaciſſimis exercitibus, & ampliſſimis copiis, vsq; ad exitũ pfecti fuere. At peculiare quidẽ est: ꝙ Sertorio vniuersis a ſociis, dignitatis gra, collatus est principatus. Eumenes vero quũ permulti de imperio disceptarent, priores ad se partes ex rebus ipſis asſũpsit. Prętera q iusto subesse principi voluerũt, alteręq; sequuti sunt. Qui aũt ipi principes eẽ non poterãt, alteri advtilia parebãt. Romanus n. Iberis & Luſitanis: Chęronẽſis vero Macedonibus ſperitabat. Ex quibus quũ illi iãdudũ Romanis seruirent: hi cunctos in seruitutẽ hoſtes deducebãt. Ad hęc Sertorius cõſilii & rei militaris admiratiõe: cæterũ Eumenes ob scribę officiũ in cõtemptu habitus, ad ſperatoris puenit dignitatẽ. Eumenes nõ mõ paruis q̃sibi adesſent ad ptãtem occaſionibus vsus nõ est: sed etiã maiora q̃dam habuit ſpedimẽta. Nam & q aperti sibi eẽnt aduersarii: & q occultas ei tẽderẽt inſidias cõplures. Nõ sic alter: cui quũ nemo palã, pauci postremo socii deinde inſurrexere. Quãobrẽ huic quidẽ hoſtes periculoꝝ exitũ attulerunt. Illi aũt inuidi ex victoria periculũ ſportarũt. Quę ad militãdi negotiũ attinẽt, inter se paria sunt: alio tñ mõ. Contẽtionis enĩ ac bellãdi ſtudioſus Eumenes. comitatis & qetis Sertorius amator. Quoniã quũ alteri: mõ sese eminus cõſtituisset, tutã & honorificã vitã agere liceret: alteri cõtra eos q sibi pacis iterceptores erãt bellũ erat. Eumenẽ siquidẽ Antigonus dum de reꝝ faſtigio ne secũ contẽderet admonebat, secũdo cõtus ordine, libẽs vtiq; ad vſus regni aſciuisset. Põpeius Sertoriũ neotioſam qdẽ vitã agere pmittebat. Id circo illi vt initio ſponte pugnaret: obuenit. Huic vero neoppugnaretur inuitus ſperabat. Qui maiores tutelę fortunas anteponit, is bellogę auidus habendus est. At bellicoſus: qui tutelam bello sibi vendicat. Rursus vt aliter extinguerenẽ euenit. Huic quidẽ vt nihil ante prẽſensisset: illi vero quum & necem continuo expectaret. e quibus alteꝝ benignitatis est (amicis enim fidem habere videbatur) imbecillitatis alterum: quoniam quum ſalutem fuga cõparare vellet, comprehenſus est. Alteri mors nullo dedecore vitam maculauit: qui ab amicis ea paſſus est: quę nullus hoſtis inferre potuit. Alter quum priusquã in captiuitatem veniret, fugam capeſſere nequiuerit: & postq̃ in captiuitatem venerit, vitã retinere cupiuerit: mortem nec bene vitauit, nec recte tulit. qui ſupplex atq; orãs hoſtem qui corpus duntaxat in manu habere videbatur, ſui quoq; animi cõpotem fecit & dominum.

CIMONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LEONARDVM IVSTINIANVM VERSA.

Peripoltas vates antiquissimus.

Eripoltas Vates ex Thessalia Opheltã regẽ suo sq; in Bœotiã populos deducens, familiam multis deinde tpibus nobilissimã ex se reliquit. Plurimi ex ea Chæroneam vrbẽ incoluerũt: vbi primũ expulsis vi barbaris cõsedẽ. Ex hac stirpe q̃ plures & natura pugnaces atq; viriles i Medicis incursiõibus, pliisq; Galaticis summa audacia freti cecidere. Supstitit adolescẽs qdã parẽtib⁹ orbus, Damõ, cognomine Peripoltas. Is & venustate formæ, & animi elatiõe æqualium suorum nemini cõcedebat: duxq; alioq; & inexorabile ingenium nactus. Romanus qdã (is fortep id tpis cohortis militũ pfectus Chæroneæ hybernabat) in hui⁹tã adolescẽtis libidinẽ exardebat. Quũ itaq; nequicq̃ & prece & largitionibus hũc sibi pellicere, atq; conciliare tentasset: neglectis tãdem iuribus vrbis, haud a violẽria tẽperaturus esse videbatur. Erat enim nostra tunc patria nec multitudine ciuium nec diuitiis abundans. Damon effrẽnata viri procacitate irritatus, in hunc irasci: postremas illi extruere insidias atq; parare. ex æqualibus suis haud plures q̃ sex & decem delegit: q; parua cõplicum manu occultius id facinus patrari posse sperabat. Hi quum plurimam bibendo noctem contriuissent: simul ac illuxit, facie prius caligine fauillaq; illita, in forum armati irrumpunt. Ibi Romano inter sacrificandum, & compluribus qui secum adetant trucidatis, confestim ex vrbe diffugiunt. Tumultu orto, quum frequens Cheronensium concilium veniisset in curiam, in hos reos animaduersum est: atq; pœna capitis damnati. Hoc decretum Cheronensium causam maxime tuebatur apud Romanos. Vrbis deinde principes (vt consuerunt) vesperi concœnantes, Damon cum suis in curiam irruentes quum necauissent, iterum ex vrbe profugiunt. Lucius Lucullus per eos forte dies istac suas copias præter ducens quum has romanorum cædes accepisset (nam & hi motus nuper obtigerant) signa firmauit. Summa deinde diligentia causam percontatus, quum comperisset, non modo insontem ciuitatem, verum etiam & vltro iniuriis affectam: susceptis militibus suum cum exercitu iter prosequutus est. Damon vero excursiones in agros facere: regionem prędari atq; diripere: & iam vrbi ipsi periculo maximo imminere. Tunc oppidani eum dolo subducere aggressi, simulata venia reditum in vrbem ei decernunt: missisq; ad eum legatis patriæ restituunt. Ita in vrbem regressus, gymnasii præfectus extemplo declaratus est: inde eum in thermis se vnguentem interfecere. Eo loco horrendę species diu visæ: suspitia (vt a patribus nostris accepimus) exaudita. Ea propter thermarum fores obstructę atq; obturatæ. & nunc quoq; eius loci vicini turbulentissimas ibi voces & simulacra circunferri arbitrantur. Huius familię homines (superstant enim aliquot circa Stirin Phocidis maxime inter æolios versati) Caliginatos cognominant: q; Damon caligine litus in romanorum cędem secuerit. Erant Orchomenii non modo Cheronensibus finitimi, sed odio pariter ac simultate infensi. Hi occasionem inimicitię rati, romanum quendam calumniatorem in Chæronenses mercede concitant: qui eis de trucidatis Romanis diem diceret. Hic ad prætorem Macedoniæ querelam deferens, nec enim in græciam romani prętores miserant, haud secus q̃ in virum vnum vniuersum in vrbis nomen inuehebatur. Qui contra pro Cheronensibus causam dicebant, Luculli testimonium inducere. Hic super ea re per prætorias literas rogatus, omnem vt erat rei seriem plane exposuit. Hoc præsidio Chæronenses quum e tanto totius vrbis periculo euasissent: statuam lapideam in foro penes liberum patrem publice Lucullo decernunt. Nos itaq; tametsi multa interim ætas affluxerit, Lucullo tamen gratias debere existimamus. Atqui eam quę corpus aut viri effigiem imitetur, longe clariorem statuam arbitrati: quæ & mores eius declaret atq; ingenium: aggrediemur in his clarissimorum hominum contentionibus huius quoq; viri res gestas referre. Neq; tamen

Camon cognomine peripoltas.

Damon & socii Romanũ pfectũ cohorti obtrũcant. L. Lucullus.

Damon pficitur gymnasio. Damonis cædes. Orchomenii.

Statua lapidea a cheronẽsibus Lucullo erecta

ob gratiã quicq̃ hiſtoriæ veritati detrahemus. Sola etenim rerũ cõmemoratione officio noſtro ſatisfeciſſe videbimur: qñ ne ipſe quidem æquum duxiſſet: pro vero erga nos teſtimonio fictam de ſe mercedem ſuſcipere: mendacem ſcilicet rerum ſuarum expoſitionem. Cæteꝝ vt pictorũ quum pulcherrimas deſcribũt imagines, multaq; ferme gratia per ornatas, ſi quippiã ineptulũ illis inſit, neq; omnino prætermittere, neq; penitus exculpere dignum cenſent: ſic qñ humanis in rebus non modo difficile, ſed impoſſibile pene arbitramur: omni ex parte integrã puriſſimãq; hominis vitã poſſe cõſtare: ſiquid digne: honeſte: pulchre actũ eſt, id omne hiſtoria penitus complecti decet. Cõtra vero ſiquid, vel caſu aliquo, aut rpum neceſſitate, nõ integre factũ clariſſimis rebus intercidat: haud multa id diligẽtia inſigniri oporret. Quinimmo idipſum magis defectum quẽdã virtutis, q̃ nequitiæ vitiũ iudicare par eſt: humanæ veneratiõe naturę adductos: quæ nihil decoꝝ ad ſummã naturã virtutẽ perfecte integreq; pducit. Videbatur itaq; cõſiderantibus nobis Cimoni permaxime cõſerendus eſſe Lucullus. Dux enim vterq; bellicæ rei peritiſſimus: & in barbaras gẽtes clariſſimi ambo. Mites in repub. maximas inteſtinis ſeditionibus conſpiratiões præbuere: celeberrima inſuper trophæa illuſtriſſimaſq; de hoſtibus retulere victorias. Non enim græcorum Cimone prior: non Romanoꝝ quiſpiã Lucullo, in tã remotas orbis terrarum regiones infeſto exercitu profectus eſt: Hercule ac libero patre exceptis: ſiue ẽt Perſei in æthiopes, Medos, atq; Armenios, aut Iaſonis veriſimile aliqd facinus ſęculis ab illis ad noſtram uſq; ætatẽ memoriæ delatũ eſt. Hi præterea ambo bellis pariter infectis, militia exceſſere: confractis duntaxat hoſtiũ viribus: nõ tñ deletis penitus. Maxime vero in colendis hominibus, comiterq; apud ſe ſuſcipiẽdis, par quædã fuit humanitas atq; munificentia: ſimilis quoq; in vita ſplendor vrbanitaſq; facile conſpiciebaſ. & alias fortaſſe prætermittimus conuenientias: quas ex eoꝝ vita rebuſq; a ſe geſtis perfacile intelligere poterimus. Cimoni Miltiades pater fuit: mater vero Ægeſipyle: thracia genere: Olori regis filia: vt in Archelai Meláthiiq; poematis ad ipſum Cimonẽ conſcriptis traditũ eſt. Vnde & Thucydidi hiſtorico genere quidẽ Cimoni neceſſario Olorus pater fuit: ad Olorũ regẽ ceu ad progenitorẽ ſuum referens nomẽ. Is Thucydides chryſia circa Thraciam eſt adeptus: ferturq; in Scapteſyla (hic Thraciæ vicus eſt) diem vltimũ obiiſſe. Eiꝰ ſepulcrũ, quũ reliqæ in Articã traductæ fuerit, in Cimõis cõſpicuũ penes Elpinicę Cimõis ſororis monumẽtũ. Atq; Thucydides tribu qdẽ Alimuſius, Miltiades vero Lyciades fuit. Miltiades itaq; quũ. I. talẽtoꝝ dãnarus eſſet, in vincula coniectus mortẽ. Cimon adoleſcẽs, admodũ cũ Elpinica ſorore innupta a parte ſuperſtes, primo quidem ætatis ſuæ flore maximam ſibi in vrbe infamiam comparauit: q; incontinens, vinolentus, & auo ſuo Cimoni natura perſimilis eſſet: quẽ ob amentiam Choalemum cognominatũ fuiſſe ferunt. Steſimbrotus vero Thaſius, qui per illa ferme Cimonis tempora fuit, neq; muſicam eum didiciſſe tradit: neq; aliam ex liberalibus diſciplinã: quibus græci nauare operam conſueuere: cęterum ab lepore dicacitateq; Attica penitus abhorruiſſe. Moribus ſuis affuiſſe ingenuitatem quandam: in primiſq; veritatis cultum: vt Peloponneſiaco magis q̃ Artico frętus videretur ingenio. Deiectus: incomptus: maximis in rebus optimus: vt eſt in Euripidis Hercule. Hæc de Cimone ex Steſimbroto conſcripta accepimus. Creditũ vero eſt adoleſcentem eum haud ab ſororis cõſuetudine abſtinuiſſe: neq; enim pudicam alioqui fuiſſe Elpinicã quinimmo obſequutã vltro Polygnoto pictori ferunt. Eapropter cum in Pœcile porticu tũc Pleſia nactio appellata Laodicen inter Troianas pingeret mulieres, Elpinicæ ſibi imaginem præſtitiſſe. Is vero Polygnotus nullo artem pretio exercebat: nullaue mercede adductum, ſed ob gratiam tantummodo erga vrbem porticum illam rerum ſcriptores pinxiſſe tradidere. Et poeta Melanthius id inſinuans ait: Sumptibus ipſe ſuis ornauit templa deorum: Cecropiumq; forum: heroum certamina pingens. Sunt qui Elpinicam non clam, verum cum Cimone palam concubuiſſe dicãt: q; marito ſe digno diu ob inopiam coniugari non poſſet. Demũ Calligę nupſit: cui q; inter Athenienſes diuitiis opulentus, atq; illius amore captus alienum pro damnato patre æs perſoluere ſpopondiſſet, haud inuitam Elpinicen Cimon vxorem dedit. In mulieres vero intemperantis ingenii fuit. Etenim Melanthius poeta elegiis in Cimonem ludens, Aſteriam commemorat genere Salaminiam, Meſtram quoq; mulieres ſummo ſtudio coluiſſe. Idem etiam intelligi licet: q; vxoris Iſodicę Euriptolemi filiæ mortem per iniquo moleſtoq; animo tulerit: ſi id conijcere a conſcriptis ad eum pro leuandis lachrymis leniendoq; dolore elegiis par eſt: quarum authorem Panętius philoſophus arbitratur Archiam phyſicum extitiſſe: a temporibus haud inepte coniectans. cæteri vero Cimonis mores & generoſi & gratia quadam admodum affluẽtes. Neq; enim Miltiadi audacia concedentem, neq; prudentia Themiſtocli, ambos tamen iuſtitia & æquitate ſuperaſſe conſtat: virtute quoq; militari haud inferior: q̃q̃ iuuenis adhuc armorum experientia imperitus, rebus vrbanis maxime præcellebat. Etenim Medis ingruentibus cum Themiſtocles Athenienſi populo ſua deret deſerta pro Salamine vrbe ac agris in naues arma tranſferre: totamq; belli molem mari gerendam eſſe: aduertens Cimon plærosq; eius rei ſtupore exanimatos, ſumpto equeſtri fræno per Ceramicum forum exultans cum ſociis in arcem conſcendit: illud Deæ Palladi oblaturus: q; nauali deinceps; non equeſtri certamine opus eſſet. Donato itaq; frẽno, quum ex his clypeis qui

Cimõis & Luculli laudes.

Miltiades. Ægeſipyle Oloꝝ Thucydidis pr.

Miltiadis mors.

Cimonis auus Choalemꝰ cognominatus.

Polygnotꝰ pictor. Pœcile porticus.

Calligę viro Athenienſi Elpinica nupſit. Cimon in mulieres intemperans. Cimõis virtutes ac ſpecies.

Ceramicũ forum.

circa templum appensi erant, vnum accepisset: habita prius Deæ supplicatione ad mare deinde eō tendit. Visum est id facinus haud paucis audaciæ dedidisse principium. Fuit qppe specie & forma non negligendus Cimon: vt Ion poeta tradit: corporis statura mediocri: habebatq; multa & crispa coma suffultum caput. In eo vero certamine quum acriter strenueq; dimicasset, maximam sibi in vrbe gloriam cum ciuium beniuolentia cōparauit. Iam multi eius virtute ad eum cōuenire: animum ingenti laude attollere: iubereq; digna Marathone iam eum excogitare. At qui quum sead capessendas dignitates in repu. cōtulisset: a populo qui iā Themistoclis fastidio abundabat, perhumane admissus est. Fecerant eum populo charum compositi mores: māsuetudo quædā atq; humanitas: familiare ac vrbanū viuendi genus. Neq; paq; illius dignitati cōduxit: q; Aristidi Lysimachi filio mores ac eius ingenium conspicanti aptissimus is visus est in fastum audaciāq; Themistoclis obiiciendus. Medis vero e græcia fugientibus, quū nōdū ad Athenienses græciæ principatus traductus esset: sed adhuc penes Lacedæmonios ac Pausaniā summa rer. cōstaret: naualibus copiis dux ē declaratus. Primum quidē in ea militia ciues suos summo studio exercebat: vt præter cæteros lōge primarii ornatissimiq; in armis conspicerentur: arq; promptissimi. Pausanias interea literis clā ad Persicum regē datis de aditione cœpit cum Barbaris agere. Is in socios temerarius & crudelis, multa per licentiam impie superbeq; nefanda patrarat. Cimon occasionē nactus, socios iniuriis indigne affectos ad se benigne pellicere: hūane colligere atq; solari: vt sensim nō vi, aut armis, cæterq; arte atq; igenio fretus patriæ vēdicauerit græciq; principatū. Hoc hūanitatis studio plurimi socioq; a Pausaniæ insolentia abhorrēres, Cimoni Aristidiq; eos perhumane fouētibus adhærebāt. Ephoris deinde scribunt: consulūt: monēt: vt Pausaniam domum reuocent: q; iam Sparta p ignominiā neglecta, turbulentusq; rerum status in græcia videret. Ferunt virginē quandam Byzantiā Cleoni cen nomine clarissimo genere ortam, a Pausania i libidinē accersitā: parentes vero vi pauoreq; cō sternatos, pudicā sibi virginē prostituisse. Hanc Pausaniæ domū obscura nocte ingressam, sumpto ab his, qui thalami foribus prærant, lumine, silentio ad cubile accedentem incaute cęspitasse: euersamq; cum strepitu lucernam sopitum iam Pausaniam excitasse. Is hostilibus se insidiis circunuen cum arbitratus, stricto gladio insciusin virginē ruenseam confodit. Cleonices deide manes oēm Pausaniæ quietē adimere atq; turbare: eiusq; vmbra frequenter sibi p somniū visa irate dictitare heroicū illud. Iniuris te pœna vocat mortalibus horror. His ita gestis quū indignitate sceleris, tū virginis pietate concitati in Pausaniam socii illū sollicitante Cimone Byzantii obsidēt: eumq; mox vrbe eiiciunt. Is tunc inde diffugiēs virgineis manibus admodū vexatus, in Heracleā ad necromāticum seoraculum contulit: vbi reuocata Cleonices anima supplex infestę virginis irā lenire nitebatur: quę in conspectu aduenienscon fessim inquit: his malis liberatum fore, quum in Spartana vrbe consiterit. Ea sermonis ambiguitate visa est hominis mortē prædixisse. Multi profecto hanc rerum scriptores historiam tradidere. Sociis itaq; ad Cimonē iam coactis, nobiles quidem Persaq; viri regisq; necessarii, qui ea forte tempestate Eionem vrbem Strymoni fluuio adiacentem detinebāt, vicinis græcorum coloniis vim intulerant. Q d vbi Cimoni nuntiatum est: confestim cū copiis in Thraciam enauigauit. Ibi primum cum Persis conserto prelio, fusum fugatumq; hostem in vrbe concluſit. Thracum deinde agris vndę per Strymonem vrbi cōmeatus aduehebantur desolatis, cęteraq; regione vndiq; obseruata, tantum obsessis rerum inopiam, tantā iniecit famem: vt Bustes eius presidii pro rege prefectus desperatione rerum in vrbem ignem immiserit: multaq; opum vi in eo congesta, ipse cum amicis semetipsum eode̅ præcipitarit. Potitus vrbe Cimon quum iam plurima a barbaris igni absumpta essent, nullam ꝓpemodum ex ea p̄dam abegit. Regio illa ferax suapte natura pulcherrima erat. ab Athenienſibus eo Colonia deducta. Tres inde lapidicos Mercurios Athenienſis populus Cimoni decreuit: quorum primo sic erat inscriptum: Magnanimi virtute viri qui Strymonis olim Ante fluenta genus Medorum intra Eionis arcem Consecere fame: gelidi quoq; numine Martis Cædibus hostili fœdarunt sanguine terram. Hæc ducibus magnis patriamque tuentibus armis Cecropiam, decreta manet clarissima merces. Ventura his, laudum studiis accensa iuuentus Promptius ardebunt patrios defendere muros. Attidis hinc clara Menesthenus agmina ducens Venit ad excelsæ sacra olim mœnia Troię. Carmine & hunc magni celebratum constat Homeri: Instruxisse acies: Danaūq; ornasse phalāgas. Quis modo pro tātis haud æquum cēset Athenis Viribus: ingenio: studiisq; excellere belli? In his tametsi haud vsq; Cimonis nomen declaratum sit: maximum tamen honoris splendorem præ se ferre videbantur. Neq; enim eiuscemodi Themistocles: aut Miltiades quippiam consequuti sunt. Quinimmo huic virētē pro parta victoria coronam postulanti Sochares Deceleus e media concione exurgens obstitit: si non gratam, q̄ tamen populo probaretur, sententiam dicens. Quum enim o Miltiades inquit solus pugnando de Barbaris victoriam consequere: & te vnum tunc honorari æquum censeto. Quodigitur tanto ob ipsius facinora Cimon honore habitus fuerit, ob id arbitror contigisse, quoniā sub cęteris quidem ducibus iniurias vltro illatas Athenienses propulsabant: hoc vero vno & hostes vincere: & aduersas vrbes infesto agmine petere: & hostiles agros deuastare: & ipsam deniq;

Cimon naualibus copiis dux effi citur.

Cleonice virgo Byzātia.

Pausaniā Byzantii vrbe eiiciunt.

Eion vrbs Thraciæ. Cimon in Thraciā ad uersus psas nauigat.

Butes psaq; pfectus se i ignē præcipitauit.

Colōia ab Athenienſibus Eionē deducta.

Eionem & Amphipolim subigere, incolereq; potuerūt. Scirq; quoq; insulam tali ab Cimone occasione subactam, incoluere. Dolopes eam insulam habitabant: viri agrorum cultus parum studiosi: sed veteres nauigantium prædones. Hi neglecto tandem hospitalitatis iure atq; officio, neq; ab his qui crebro honesteq; in ea insula versabantur abstinuere: cæterum Thessalos quosdam instituto res quæstus gratia eo profectos deprædati in vincula cōiecere. Thessali confractis vinculis quū ad Amphyctionicū iudicium cōfugissent: raptæ vrbs illa pecuniæ mulctata ē. Ciues eas ex ærario publico, non ab his qui rapuissent, res repeti debere negabāt. Ea sententia trepidi raptores, clā Cimonem literis accersebant: vt cum classe veniens insulam ab se in deditionem acciperet. Traiiciēs eo Cimon, quum insula Athenienſium imperium subiisset, Dolopes inde expulit: compositisq; rebus, tutum nauigantibus ægeum præstitit. Ferunt Theseum priscū Ægei filium ex Athenis profugum transfretasse in Scyrum: ibiq; ab Lycomede rege ob trepidationē dolo fuisse interfectum. Q̄d vbi accepisset Cimon (habuerunt enim responsum quoddam Athenienſes Thesei iubens reliquias in vrbem reduci, proq; dignitate illum velut heroem venerari) summo studio cœpit indagare sepulcrū. Ignorabatur vbinā Theseus iaceret: q̄ Scyrii semper id celassent: prohibuissentq; antea id corpus perquiri. Monumento summa tandē diligētia vix comperto, ossibusq; in ptoriam triremē magnifice splendideq; ornatam impositis, ea Cimon induxit in patriā post annos ferme quadringentos. Hæc tes amplissimā ei apud populum gratiā conciliauit. Atq; in eius memoriā institutum est celebre illud vulgatumq; tragœdorum certamē. Nam quum primam Sophocles iunior adhuc fabulam dedisset: iamq; multa contentio, multusq; spectantiū hominū conuentus adesset: Ephesion præfectus non aliosin hoc certamine iudices sortiri voluit: cæterum in theatrum vna cum reliquis belli ducibus aduentans Cimon, quum Diis consueta sacra libasset, ab Ephesione ibi detentus est: sacramento inde adactus cum singulis ex omni tribu sedere atq; iudicare iussus est. Hi viri decem fuere: quorum dignitate atq; præsentia ingentem hæc cōcertatio splendorem est consequuta. Victisse Sophoclē tradūt: victum vero Æschylum: & graui mœrore affectū inique id tulisse: parūq; deinde tpis cōmoratum Athenis, ob ītā diuertisse in Siciliam vbi moriens prope Gelam sepultus est. Ion vero adolescentulus adhuc Athenas veniens vna cum Cimone penes Laomedontem cōcœnasse se tradit: postremisq; poculis iam libatis, iussum Cimonē non iocunde cantasse. Ea re omnium qui aderant consensu supra Themistoclem laudatus est: q̄ ille neq; cantare, neq; fidibus discisse: verum amplissimam se scire opulentamq; rempubli. facere iactasset. Inde vero (vt in conuiuiis par est) quum ad res Cimonis defluxisset oratio: plurimaq; ibi gesta clarissime commemorata fuissent: prudentissimum ipse de se facinus narrare orsus est. Multos ex Sesto atq; Byzātio captiuos Barbaros Athenienſium socii quum cepissent, oēm diuidēdā prædam Cimonis arbitrio concesserē. Hic vero partiens, quum hinc nuda corpora: illinc vniuersa barbara spolia statuisset: accusabāt socii partes: q̄ iniquæ essent. Facta deinde potestate: vt vtram vellent, ipsi deligerent: Atheniēsesq; quauis altera satis contētos fore: Nerophiti Samii sententia, oēm ornatum barbaramq; supellectilem socii elegerunt: captiua Persarum corpora Athenienſibus relinquentes. Discedens tunc Cimō ridendus quippe partitor visus est: qui aurea psellia. i. armillas, bullas, torques, candyas, purpurā, magna operæ pretia retulisset. Contra vero Athenienſes nuda Persarū corpora, nulli satis apta labori, suscepissent. Continuo vero plærique quum amicitia, tum captiuorū necessitudine excīti ex Phrygia Lydiaq; descendentes, adeo eos ingenti ptio redemerunt: vt quum ea pecunia ad educandas quatuor menses nauales copias Cimoni abunde suffecisset: multū pterea auri ex ea redemptione in publicum ērarium esset congestū. Cimon itaq; spoliis iā hostiū militiæ partis opulētus ac locupleS, vt honesto belli iure eas sibi diuitias cōparauerat, ita pulchrū in ciues eas liberaliter imparti ri duxit. Primum amotis vndiq; agrorū suorū septis: egenis ciuibus hominibusq; peregrinis poma frugesq; inde assumere licebat impune. Parabatur quotidie ingens domi conuiuium: si non apparatus splendore excellens: abundans tñ: & q̄d vel multos homines affatim pascere posset. Eo pauperes quicūq; vellent libere conuenientes, educationem inde per otium sibi vendicabāt: vt rebus tm vrbanis intenderent Cæterum Aristoteles non id omnibus Athenienſibus datum esse: sed ex Laciadis contribulibus suis volenti cuilibet licuisse tradit. Comitabanē prēterea Cimonem familiares quidā iuuenes eiq; consueti. His pulchra veste amictis imperatū erat: vt siquis grādior natu forte ob inopiam indutus cum Cimone forte congrederetur, vestem secum permutarent. Visum est hoc munificentiæ genus plurimum in se maiestatis habere. Iidem etiam copiose secum nummos deferentes, siquem in foro virum indigna oppressum egestate conspicerent, q̄proxime accedentes pecuniam ei clam in manibus deponebant. Quę iam Cratinus comicus in archilochis memoriæ mandasse visus est his verbis. Infra vero iactabat Metrobius grammaticus: cum diuino homine & in hospites officiosissimo ac peroptimo, omniumq; græcorum primario Cimone pingue ſenium conuiuatus secum omne commemorari: ille vero abiens iuit prior. Et Gorgias Leontinus Cimonem inquit sibi diuitias comparasse: vt vteret: vsum vero fuisse: vt honorem cōsequeret. Cricias vero vnus ex triginta tyrannis, Scopadum diuitias: liberalitatem Cimonis, & Agesilai

Scyrus insula a Cimōe subacta.

Dolopes vbi & qui Amphyctionicum iudicium.

Dolopes ex Scyro electi Theseus in Scyro ísula ab Lycome de iterfect?.

Tragœdorū certamē ī memoriā Thesei institutum.

Æschylus a Sophocle ī certamine Tragœdorū victus.

Prædę ex pīsis ptitiōes p Cimonē factę.

Cādys īdumentū Persicum.

Cimonis liberalitas in paupes: & munificentia.

Cricias q̄d sibi pcaret.

Lychas Spartanus.

Lacedæmonii victorias in elegiis sibiipsi imprecatur. Etenim Spartanum Lychan celebrem quidē inter græcos virum haud aliunde cognoscimus: q̄ q̄in gymnicis ludis ac exercitiis externos conuiuari solebat. Iam vetus illud Athenienſium in hospites ſtudium atq; humanitas, Cimonis munificentię concedebat. Illi enim vnde ciuitas plurimū ſibi gloriæ deberi arbitratur, græcis hominibus educatiōis ſemina impartiti ſunt: fontium quoq; ac ignis vſum hos quibus opus erat homines edocuere. Hic vero intra priuatos lares perinde ac in publicū quoddā vrbis diuerſorium ciues excipiēs, frugibus ēt agrogq; ſuoq; & primis & eximiis quibuſq; pulchritudine vel peregrinis quoq; hominibus per oēm anni horā vltro oblatis indulgebat: vt propemodū viſus ſit fabuloſa illa Saturni tempora in vitā deintegro excitaſſe. Sunt qui falſo hanc ampliſſimam liberalitatē in populares factiones aſſentationeſq; tranſtulerant. A quibus tm̄ diſſentiendum arbitror: vt quum optima tum parti more Laconū ſemper ſtuduerit: Themiſtocli plebis vires vltra q̄ æquum eſſet attolleti plane conſtet hunc vna cum Ariſtide acerrime obſtitiſſe: ac in Ephialtem iterum qui populari gratia Ariopagi potentiam diſſoluere nitebatur, grauiſſime fuiſſe inuectum. Expilatiōibus quoq; publicis & largitionibus penitus abſtinentē omnia caſte integreq; in'repu. obiiſſe: tametſi præter Ariſtidem ac Ephialtem vniuerſos primores ea peſte videret eſſe contactos.

Roeſaces vir barbar?

Ferunt ꝓterea Roeſacem quendam barbarum, qui a rege Perſarq; deficiens cum plurima vi auri Athenas ſeſe contulerat, ab calumniatoribus laceratum in Cimonis cōfugiſſe tutelam: tuliſſeq; illi domū dona phialas duas: quarq; altera aureis daricis, altera argenteis plena erat. Cōuerſum vero adeū Cimonē ſubriſiſſe: rogaſſeq; Barbarum: vtrū mercenariū Cimonē, an amicū habere mallet: quū reſpōdiſſet ille: amicū: Abi hinc igitur inquit: tuaq; hæc tecū munera defer. Ego enim amicitia tua frętus, hiſce quū opus fuerit liberaliter vtar. Maximā interea Athenienſiū duces ſimultatē penes ſocios ſibi cōſciuerāt. Hi enim longa militia feſſi, quū nil prēter quietem & otiū in colendis agris cuperēt: maxime qa Barbaros inde ſummotos tumulti nihil inferre cernebant: ſicut integre vectigalia perſoluebāt, ſic neq; nauiū, neq; indictū militū numeq; conferebant. Atheniēſiū ducibus ex res permoleſta erat: adeo vt ab his qui vel militū, vel numeq; nauium non cōpleuiſſent: in iudicium vocatis, integerrimas ſumerēt pœnas. Cæterum ab his tm̄ eſt viſus diſſentire Cimon: vt neminē græcoq; in violētā militiā traxerit: ſed pecuniam modo naueſq; vacuas ab his qui detrectabant arma accipiēs, emeritos eos exauthoratoſq; faciebat. Cupiebat enim illos otio allectos domi torpere: vt qui ante pugnaces vi ri fuiſſent, iam ad agrorum cultum quæſtuſq; dulcedinem verſi, imbelles ſolutiq;, ob delitias, ab armoq; vſu penitus abhorrerēt. Athenienſes vero ad militiā viciſſim conſcribens atq; exercēs, haud multū poſt tpis id effecit: vt vel ſociis ipſis, quoq; mercede atq; pecunia militauerant, imperarent. Etenim crebra nauigatione, labore aſſiduo, multo deniq; armoq; vſu tm̄ illis terrorē incuſſerant: vt ſenſim pro ſociis vectigales eos ſeruoſq; haberent. Perſici vero regis ſuperbiam nemo ſuper Cimonem depreſſit atq; contudit. Eiectum enim græciæ finibus e veſtigio ſubſequutus, anteq̄ ille aut pauore reciperet animos, aut res barbaras componere poſſet, hæc quidē ſubuertit atq; diripuit: illa vero ab rege deficientia in græcorum ditionē accepit. adeo vt oēm Aſiā ab Ionia vſq; Pamphilia m Perſicis præſidiis atq; armis deſolatā fecerit. Nuntiatum eſt deinde magno regis exercitu ingenti q̄ claſſe obſideri Pāphiliā. Q̄d vbi accepiſſet Cimon: cupiēs maritimæ aditū oræ quæ intra Chelidonios iacet, hoſtibus terrore prēcludere, ab Gnido & Triopio cum ducentis triremibus enauigauit. Hæ fuerāt ab Themiſtocle & ad celeritatem, & ad gyr& aptiſſime fabricatæ: quas Cimō latiores faciens, curricula quoq; per tabulata diſpoſuit: vt multo militē referrę acrius in hoſtem inuehērētur. In Phaſelitas itaq; primum profectus eſt. Hi quum græci eſſent: de defectione cum eis, deinde de admittenda claſſe actum eſt. vtrunq; pariter eſt negatum. Cimō vaſtatis agris, ad vrbis mœnia ſigna mouet. Chii in ea expeditione cum Cimone commilitabant: qui officio veteris erga Phaſelitas amicitiæ frēti, quū Cimonem leniendo, tum codicillos ſagittis alligatos ſuper mœnia tranſmittendo, eos tandem conciliauere: ea conditione vt decem talentis prēſolutis, in Barbaros ſecum armati commilitarent. Ephorus Titrauſtem maritimis regiis copiis, terreſtribus Pherendacem duces fuiſſe tradit. Calliſthenes vero Ariomandem Gobriæ filium ſummæ rerum præfuiſſe author eſt: detrectantemq; cum græcis cōgreſſum, penes Eurymedontem ſeceſſiſſe: vbi octoginta propediem Phœnices naues expectabat e Cypro. Quas cupiens eo prēlio excludere Cimon, maturius inſtructa claſſe in hoſtē ſubuehitur: vt vi ſi illi recuſaſſent, ad conſerendas manus compelleret. Illi ne vi cogerentur ad decertandum, intra flumen receperunt claſſem. Quod vbi inſequētes viderunt Athenienſium naues: & ipſi tandem ad pugnam verſi dimicaturi in hoſtem veniunt: ſex centis vt Phanodemo, vt vero placet Ephoro, quinquaginta nauibus ac trecentis. Nil tantis copiis dignum nauali ab eis certamine geſtum eſt. Nam mox proram in terram dātes proximi quiq; e nauibus deſilierunt: & in caſtra (nam ea prope locata erant) ſe recepere. Deprehenſos vero Barbaros omnes vna cum nauibus perdiderunt. Hinc ingentem fuiſſe barbarā claſſem coniicere par eſt: quandoquidem multis in fugam verſis, multiſq; alliſis nauibus atq; confractis, ducentas tamē captiuas Athenienſes cepere. Pedeſtres vero barbarorum copiæ inſtructa acie ad litus deſcēdunt.

Claſſis Cimōis aduerſus pſas ducētarq; triremium. Phaſelitas Cimō adortus recepit. Titrauſtes dux maritimarq; copiarum Perſici regis. Pherēdaces terreſtrium copiarq; pſicarum dux. Claſſis pſica ſexcētarq; nauium.

Conſtitit

Constitit paululum Cimon deliberabundus: terrestri ne prelio sibi decernendum esset: quo iam suos pugnādo defessos, hostes vero integros & numero supiores cerneret. Tandem suos cōspicatus & robustitate virium & proximę victorię glorię elatos atq; cōminus cum barbaris manum conserere cupientes, peditem nauali adhuc certamine sudantē in terrā explicat. Clamore deinde sublato citato agmine in hostem ruunt. Constiterunt Persę impetum strenue excipientes. Atrox inde initur prelium cum ingenti optimatum atq; primoꝝ Athenien sium strage. Anceps diu certamen fuit: & barbari tandem fusi: pars cæsi atq; trucidati: pars cum tentoriis multaq; refertis opum capti sunt. Cimon itaq; vt validissimus certator, binos vno die subiens spōte cōflictus, hoc pedestri quidem apud Salamina, illud ad Plateas nauali pugna trophęum duabus victoriis superauit. Ad octogīta deinde Phœnices naues ceu ad huiusce belli reliquias cōuersus, ad Hydropem, quo eas applicuisse audierat, ire pergit. Nondum quicq̄ de reliquis copiis hostibus allatum fuerat: sed integro animo & elato ad exercitum recēti clade confectum tendebant. Eapropter subito ac insperato victoꝝ pauore perculsi, vniuersa classe amissa cæsi atq; obtruncati sunt. Ea clades tantam Persico regi trepidationē incussit: vt vulgatissimas illas pacis conditiones acciperet. Temperatuq; a græco mari quātum est eq̄ cursus: intra Cyaneos atq; Chelidonios longa naui ferroq; rostrata non fore nauigatuq;. Atq; Callisthenes non illa pacis fuisse fœdera tradit: sed barbatum te vera id sponte feciſſe: cladis illius terrore cōsternatum: tantūq; deinde ab græcia abstinuisse: vt quū Pericles primo quinquaginta, triginta itemq; Ephialtes nauibus in Chelidonios nauigassent. Cratero vero i psephismatibus, quę ipse collegit, eas cōditiones inter pacis fœdera cautas fuisse placet. Ferunt etiam propter rea pacis aram Athenis dedicatam fuisse: & Calliam legatū maximo honori habitū. Vēditis deinde hostium spoliis, quū iam ęrariū eo bello satis opulentū eēt, in alios publicos sumptus pecunia erogata: & murus ad notū vergens arci exędificatus est, Dicūt quoq; muros lōgos, quos Scelea vocant, postea quidē absolutos fuisse, Prima vero eoꝝ fundamēta palustribus locis, multaq; pluuiaꝝ congerie limosis iecisse Cimonem: plurimo cemēto, grauibusq; lapidibus palude cōpressa: oēmq; eius sumptūq; propriis opibus exoluisse. Primus quoq; diuersoriis, quę liberalia ac amœna vocant quę ve paulo post magnifice celebrata sunt, vrbem perornauit. Platanos plantauit in foro: Academiam vero quę arida prius fuerat & inculta, irriguū locū effecit: atq; eo authore purissimis alueis vmbrosisq; deambulacris elaborata est. Et iam Persę quidē ope a Thracibus implorata, Cherronesum deserere recusabant: neq; multi faciebant Cimonē: q ab Athenis cum paucis admodū triremibus eo nauigarat. Quatuoritaq; ipse nauibus hostes adortus, tres atq; decē illorum triremes cepit: expulsisq; inde Persis quū Thraces etiam late fudisset, vniuersam tandem Cherronesum patrię vēdicauit. Thasii pterea q ab Athenien sibus descuerāt, nauali certamine profligati: tres eoꝝ atq; triginta naues captę: & ciuitas per obsidionem in ptātem redacta. Chrysea quoq; vlteriora, omnēq; cui prę erant Thasii, regionē Athenien sibus ipse subegit. Illinc erat facilis in Macedoniā trāsitus, & multa vēdicādi agri occasio. Quo circa accusatus est: eū agere id noluisse. Alexandri regis mercede subductum: eoꝝ tamen qui in se conspirauerant calumnias euasit. Quum vero causam pro se apud iudices ageret: non ego inquit quēadmodū cęteri: vt colātur pariter ac dona capiāt, Iones, aut Thessalos, locupletissimas gentes hospitio habeo: cæteꝝ Macedones & colo & diligo: eoꝝ frugalitatem modestiamq; imitatus. cum quibus nullas prorsus opes cōferēdas esse arbitror. Ętor vero plurimum iudices: q hostili gaza ciuitati nostræ diuitias comparārim. Stesimbrotus vero Elpinicen ad fores Periclis (is erat vehementissimus Cimonis accusator:) supplicem venisse author ē: illumq; subridentem, Consenuisti dixisse, consenuisti ad huiusmodi res obeundas o Elpinice. Mitissimum tñ in Cimonem fuisse deinceps: nec vltra q̄ semel duntaxat, & tunc quidem leuissime illam causam contra Cimonem peroratse: tandemq; ea occasione absolutum fuisse Cimonem. Dehinc quoad in vrbe aderat, potentissimus in repu. factus dissipabat consilia plebis: qui in optimates insurgens, vniuersam vrbis potentiā cuncto sq; magistratus in se vsurpare tētabat. Rursum vero vbi cum classe ex vrbe profectus, est, plebs de integro in animos erecta omnem pristinum reipub. statū patriasq;, quibus præside Ephialte regebantur, consuetudines euertere: curias ex Ariopago oēs fere mepręter paucas sustulerunt. Iamq; iudiciorum authoritate in se vsurpata, videbatur status vrbis in plebeios integre defluxisse. Poterat tunc plurimum in vrbe Pericles: a quo & plebs summo studio fouebatur. Reuectus in vrbem Cimon dignitatem tanti cōcilii prostratam indignatus, pristinum Ariopagi statū integrare adortus est: & ad optimates summā rei traducere. Tūc rerum nouarum authores exclamare: populum in eū irritantes lacessere: crebro ei obiicere flagitium in sororē: vocitareq; eū Lacedęmoniis fautorem. Inter quę vulgo iactabātur illa ab Eupolide tradita de Cimone. Malus quidē non fuit: vinolentus vero, ac negligens: & quandoq; iacebat in Lacedæmone: hanc tamen Elpinicen relinquens solam. Si vero segnis, si immodestus tantas domuit vrbes: toties de hostibus victorias retulit: quis modo inficiabitur: si is & sobrii & vigilantis fuisset ingenii: nemini superiorum græcorum, aut qui deinde fuere, rerum gestarum gloria concessurum fuisse? Lacedæmonem profecto ab initio coluit atq; amauit: & geminos filios vno sibi partu ex Clitoria edi-

Cimō Barbaros oēs cū nauibus pdidit: & naues ducēta integras admit.

Pugna Cimōis cū pedestrib' psarum copiis & victoria.

Cimon ad Hydropem octoginta Phœnices naues cęsis oībus capit

Pacis cōditiones a Cimōe cū Barbaris actæ.

Pacis ara Athenis dedicata.

Scelea quos vocant muros longos. cimō quas Athenis instauratiōes fecit.

Academia a Cimone ornata.

Classis triremiū. xiii. thraciarū a Cimone capta.

Plebs absente Cimone curias oēs præter paucas sustulit.

Lacedæmonius & Eli⁹ Cimonis filii ex Clitoria.

Thessal⁹ alter Cimõis filius ex Isodice.

Cimõ odiũ apud Athenienses contraxit.

archidam⁹ Terræmot⁹ atq; hiatus apud Lacedæmonios facti.

Sismatiũ sepulcrum.

Cimon in subsidium Lacedæmoniis venit aduersus Messenios.

Ostrac⁹ qd. Cimõ ĩ exiliũ missus p decẽ annos Lacedæmonioꝝ cũ Athenienſib⁹ prælium.

Facin⁹ egregiũ a centũ iuuenibus Atheniẽſiũ factum.

tos, alterum Lacedæmonium, Elium alterum nominasse, Stesimbroto placet: proinde Periclẽ maternum ei genus improbasse frequenter. Diodorus vero Cosmographus: pter eos, tertium quoq; Cimoni ex Isodice Euripidis Megaclei filia gnatũ fuisse tradit Thessalum nomine. Non autem minimas eorum quos cõsequutus fuerat magistratuũ partes Lacedæmoniis ipse debebat. Iam enĩ Themistocli maxime infensi curabant: vt omnis vrbis authoritas, omnis potentia in adolescentem Cimonẽ conflueret. Primũ quippe Athenienſis populus id probare atq; iucunde conſpicere: q; per multa ob eum emolumenta Atheniẽſibus Lacedæmonii contulissent. Nam quũ res Attica plurimum augeretur: & iam socios sollicitãdo in se cõuerteret: id quiete Lacedæmonii gratia atq; Cimonis authoritate tulere. Suo enim ductu atq; auſpiciis plurimæ græcarum rerum gubernabãtur: q; ſocijs quidem comem atq; benignũ, & gratiſſimum ſeipſum Lacedæmoniis exhibebat. Poſtea vero q̃ res Atticæ ſuis viribus nitebantur: vigilans Cimonis erga Spartanos ſtudium Atheniẽſes faſtidire. Etenim cunctis in rebus Lacedæmonem extollens, ſiquãdo ſuos aut improbare aut irritare volebat, dictare ſolitũ ſcribit Steſimbrotus: non vtiq; Lacedæmonii tales & inde quoddam penes ciues ſuos odium atq; ſimultatem ſibi conflauerat. Maximã vero omniũ, quas vnq̃ ſubierit, calumniam hinc ortam fuiſſe cõſtat. Regnabat quartum in Spartanis annum Archidamus Zeuxidami filius. Teræmotu facto oĩum ante eam ætatem memorabilium maximo, ingentibus Lacedæmonia tellus hiatibus ſoluta eſt. Cõcuſſis Taygetis montibus, quidam eoꝝ vertices patefacti. vniuerſa ciuitas diruta atq; confuſa, domos ſingulas pter quinq; cũ ingenti fragore & ruina pſtrauit. Exercebantur tunc forte in medio porticus puberes ſimul atq; adoleſcentes. Sub eam terræ cõcuſſionem leporem quendam in conſpectu eius aduenisse ferunt. Hunc adoleſcentes (vt erant) vnctos ioco extra gymnaſium inſectatos fuiſſe: puberes vero qui intus ſe cõtinuerant ruina gymnaſij obrutos omnes ad vnum pariter periſſe. ea propter eoꝝ ſepulcrum & nunc quoq; Siſmatiũ appellatum eſt. Aduertens itaq; Archidamus in tanta totius vrbis confuſione atq; ruina imminentem perniciem: q; ciues paſſim ſoluti ſoli priuatarũ rerum ſaluti intenderant: aduentum hoſtiũ tuba vndiq; ſignificare facit: ciues armatos q̃primum ad ſe conuenire iubet. Tota in hoc vno cõſilio viſa ẽpendere Spartanę vrbis ſalus. Vici nãq; homines concurſione vndiq; ex agris facta, direpturi ruinę reliquias veniebant: q armatos iam ciues inſtructoſq; cõſpicati, terga dantes in proximas quiq; ſe vrbes recipiunt: inde finitimos populos obcundo ad prædã dirutæ vrbis ſollicitare. Multis & Meſſeniis maxime ea res cum placuiſſet: omnes in Spartanos arma ſuſcipiunt. Lacedæmonii Periclidam Athenas mittunt: opem atq; auxilium ab ſocijs imploraturum: quẽ ſcribit Ariſtophanes comicus pallidum ariſ in ſidentem punicea in veſte exercitum poſtulare. Ephialtes itaq; id protinus prohibere: obteſtari: ne vllam aduerſarię vrbi opẽ ferrent. At ſinere Spartanoꝝ faſtum atque ſupbiam conculcari atq; iacere. Cimonem vero Lacedæmonioꝝ ſalutem patrię cõmodis & incremento ptuliſſe: ſuaſiſſe populo de auxilio ſocioꝝ: atq; profectũ deinde cũ haud parua militũ manu in Lacedæmonioꝝ ſubſidiũ Cricias author eſt. Ion vero eius orationis meminit: qua maxime ciuiũ aĩos in ſuã ſentẽtiam cõciliauit, hortatus ne græciã claudã paterent: neue contẽnerent: ſi altero iugo vrbis priuata eſſet. Profectus itaq; Lacedæmonem Cimon quum copias prȩter duceret p Corinthũ, inuectus eſt in eum Lachartus: q; inexploratis eius loci ciuibus illac exercitum traduxit. neq; enĩ decere illũ alienum pulſantem oſtiũ ingredi priuſq̃ dominus iuberet. Et Cimon, Ceterum non vos inquit o Lacharte Cleonenſiũ ac Megarẽſium pulſantes oſtia, ſed armis ac vi confringen res, in eoꝝ domos irruiſtis: arbitrati his qui viribus prævalẽt omnia aperta eſſe debere. Hæc fertur Cimonis in Corinthum haud magis mordax q̃ opportuna reſponſio: ſtatimq; cũ copijs exceſſit. Acciti iterum a Lacedæmoniis Athenienſes contra Meſſenios & Helotas Marathonię opem tulerunt. Maximus inerat illis in armis ſplendor atq; prõptitudo. Quos ſuſpicati Lacedæmonii tanq̃ nouaꝝ rerum cupidos, ſolos ex omnibus ſocijs ea militia abdicauere. Illi, vt par erat, indignati ab ſcedẽtes, iã palam in oẽs Spartanaꝝ partiũ fautores difficiles eſſe: & leui in Cimonem occaſiõe capta, p Oſtracos damnatum relegarunt in decẽ annos. Erat enim decẽnale id exilii genus. Lacedæmonii interea ab expeditione regreſſi, liberaturi poſtremo Delphos a Phocẽſibus i tanagra caſtra locãt: quibus cõminus dimicaturi Athenienſes occurrũt. Cimon armatus ad Atticũ exercitũ veniens tribui ſuę Oeneidi ſe adiunxit: ardentiſſimus vna cum ciuibus ſuis patrias iniurias vendicare. Cęteraq; concilium in quo quingenti erãt conſcripti viri. quum id pauide accepiſſet (aduerſa enĩ facti fama) eum iſtuc veniſſe clamitabat: Attica turbaturum agmina atq; patriã Lacedæmoniis ſubactum) exemplo in nullos ordines Cimonem admitti iubet. Diſcedens ille e caſtris, Eurippum, Anaphliſtum, cęteroſq; quos Lacedæmoniis fauor ſuſpecto ſecerat, hortatur: vt in hoſtẽ forti animo pugnẽt velintq; opera atq; virtute apud ciues ſuos ab hac ſe nota purgare. Hi quũ omnẽ Cimonis armaturam penes ſe detinuiſſent: in turmas diſtributi, tum acriter, tam conſtanter aduerſus hoſtẽ dimicando conſtitere: vt quũ centum eſſent, nemo tñ ex ea pugna viuus emerſerit. Magna hæc virtus, ingens iſtorum ſalutis deſiderium Athenienſiũ excitauit: pœnituitq; q falſas atq; iniuſtas tantis viris cauſas iniecissent. Subinde & ipſi Cimoni cõciliati ſunt: quũ ſocioꝝ ſuorum cædetum ge-

rendarũ rerum opportunitate adducti. Ingenti nanq; strage in Tanagra pfligati, quum primo vere infestum Peloponesium exercitũ trepidi expectarẽt, Cimonem ab exilio reuocant: qui Pericle sibi psephisma cõscribente, in patriã est reuersus. Tales tũc ciuiles erant disceptationes: mutuæq; ciuium ire adeo mẽsuratæ: vt pro publicis vtilitatibus facile pacari possent: & ipsa ambitio cunctos animi impetus excedens, ipsi tamen patriæ pietati penitus concedebat. Cimonis itaq; opera id bellum dissolutũ est: & vrbes inuicem cõciliatæ. Pace perfecta, animaduertẽs Cimon iuuentutem Atticam domi non posse quiescere: cæterum & militia nutriri, & augeri gliscentẽ: timens ne bellandi cupiditate in proximos græcos arma mouerẽt: neue ad insulas aut Peloponnesum ingẽti classe cõuersi causas intestini belli aut socialiũ criminationũ origines in vrbes excitarẽt: ducentas armauit naues: omnem bellorum cupidinẽ in Cyprios aut Ægyptios pfusurus: simul vt inquietos Athenienses pugnãdo contra barbaros exerceret: & diuitiis ab hisce qui natura sibi inimici erant cõparatis, honeste græciam locupletaret. Omnibus itaq; iam paratis, quũ in litore nauales constitissent copiæ, horrenda Cimoni species in somnis visa apparebat: canem quandam in eum lacessitam latrare: inter latrandum vero humana voce admistũ hunc versum edidisse: I mihi teq; meis catulis facturus amicũ. Cimoni quidnam hoc phasma portenderet ambigẽti, Astyphilus Possidoniates vir vaticinii peritus, eiq; familiaris, mortem ait hãc sibi speciem prẽsagire: hoc modo coniectans: Canis huic in quẽ latrat hostis est: hostem vero non alia quispiam re magis q̃ morte lętum facit. Illa demũ mista vox, Medum hostẽ designat q; Medorum dux græcis pariter ac barbaris viribus immistus est. Sub hanc speciem ecce & aliud sibi dum Libero patri sacrificaret, prodigium visum. Quũ enim vates de more victimã cecidisset: id sanguinis quod iam humi congelatum erat, formicarum caterua paulatim corripiẽres ad Cimonem deportabant: & circa pedis pollicẽ extẽdẽtes, diu huic rei intẽtæ singulos latuere. Simul itaq; quum Cimon huic miro formicarum studio mentem adhibuisset: aderat & sacerdos iecur victimæ sine capite ei ostentans. Hæc quum sic obtigissent: enauigauit tamen Cimon qui tanti apparatus militiam honeste detrectare non poterat. Sexaginta itaq; nauibus in ægyptum transmissis, ipse cum reliquis ea maria perlustrans regiam classem in qua Phœnissę & cilicię naues erant profligauit. Circũiacentes deinde vrbes subegit: & in ęgyptios oẽm belli conuerterat molem. Nihil humile amplius sibi in animo resi debat: cęterum in ingentes atq; amplissimas spes mentem attollens, vniuersum Persici regis imperium delere parabat. Stimulabat q̃ maxime ingentis spiritus virum Themistocles: quem tantã apud Barbaros gloriam atq; authoritatem cõsequutum audierat: vt rex Persarũ in græcos arma moturus vniuersis suis copiis eum ducem declarasset. Themistocli vero ad mortem sibi sponte cõscisc endam haud parum id accessisse ferunt: q; insuperabili Cimonis virtute atq; fortuna, in grauarum rerum desperationem deuenerit. Cimon itaq; ingẽtes certaminũ moles struens, circa Cyprum nauales continens copias, ad Iouem Hammoniũ quospiam ex suis mittit: secretum quod dam a Deo scisciturus. Ignoratur enim prorsus quidnam id esset quod scire cuperet. nec vero Deus vlla ei responsa tulit. Vt primum eni eo venere: iussit eos istinc abscedere: Cimonem enim ipsum iam penes se existere asseuerabat. Hæc illi audientes confestim ad mare descendũt: & quum deinde in græcorum castra venissent: quæ circa ægyptũ locata erant: cognita Cimonis morte, req; ipsa cum Hãmonis collata responso, intellexerũt plane: eum de viri morte vaticinatum fuisse: tanq̃ iam penes Deos immortales ipse cõmoraretur. Obiit itaq; diem dum Cicium obsideret: ad uersa (vt plurimis placet) corporis valetudine captus. quidam vulnere, quod aduersus barbaros pugnans acceperat, eum confectum fuisse tradunt. Moriens vero suis imperauit: vt celato eius interitu, copias cum classe ĩ vrbẽ reducerent: obtigitq; vt quũ neq; hostes neq; sociorum quispiam id sensisset, liberi ac tuti in patriã remearenr: duce (vt Phanodemus inqt) Cimone: qui tricesimũ ante diem e vita migrarat. Nil deinceps q̃ is mortuus est, ab vllo græcoq; imperatore magnifice in barbaros gestum: ceterũ ad factiones & discordias cõuersi, quũ nemo manus afferret in medium, ab externis bellis penitus discissi sunt. Ea re maximum in resumẽdis viribus momẽtum barbaris pręstitere: & græcis rebus quantã iacturam intulerint: vix dici potest. Haud paulo vero post hunc Agesilaus Asię inferẽs arma, breue cũ his ducibus, qui p perfico rege maritimas oras tuebãtur, bellũ gessit: & quũ nil adhuc clare, nil magnifice gestũ esset, seditiõe tumultuq; aduersæ factiõis reuocatus abscessit: in mediis sociorum ac amicorum vrbibus publicanos Persarum derelinquens: in quas dum Cimon viueret nec perficus modo tabellarius descendebat: nec equus intra quadraginta stadia ad mare conspectus est. Reliquiæ vero eius in Atticam traductæ fuerunt: quod monumẽta testantur: quæ & nunc quoq; Cimonia appellata sunt. Colunt vero & Cienses quoddam Cimonis sepulcrum: vt Nausicrates rhetor tradit. Atq; eisdem in fame terręq; sterilitate ab Deo imperatum est: ne Cimonem negligãt: sed vt Deum venerentur atq; colant.

Pax ĩter Lacedęmõios & Athenienses Cimõis opera.

Classis Attica ducẽtaq; triremium.

Cimonis mortẽ pdigia pceden tia.

Astyphilus vates.

Cimõ aduersus Ægyptios enauigat.

Cimõ mittit legatos ad Iouẽ Hãmonium.

Cimonis mors apud Cicium.

Agesilaus.

Cimõis sepulcrũ a Ciciensibꝰ colit

Plutarchus in Uitam

¶ LVCII LVCVLLI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LEONARDVM IVSTINIANVM VERSA.

Metell⁹ numidic⁹ auũculus Luculli Lucullus Seruilio auguri diem dixit.

Lucij luculli au⁹ fuit vir consularis: auunculus autẽ Metellus is qui Numidicus est cognominatus. Parentum eius: hic quidem furti damnatus est: Cęcilia vero mater amissa pudicitia parũ in vrbe glorię est cõsequuta. Lucullus ipse adolescens, quũ priuatus nullum adhuc in rep. magistratũ gessisset. Seruilio auguri qui patrẽ accusauerat, diem de publicę pecunię peculatu dixit. Visa ẽ ea res clarissima Romanis: & omnium laudata consensu. Id enim accusandi studium, vel sine priuata occasione haud ignobile videbat̃: quinimmo plurima delectatione eos mirari laudareq; iuuenes consueuere: quos scelestis ac flagitiosis hominibus, ceu feris generosos catulos acerrime cernerent incũbentes. Ingenti itaq; in eo iudicio orta contẽtione, quũ vulnerati quidã, aliquot p̃terea fuissent occisi: euasit tñ accusationem Seruilius. Tantã vero Lucullus græcis pariter ac latinis literis operã dedit: vt vel in vtrisq; posset aptissime ornateq; dicere: & Sylla rer̃ suar̃ cõmentaria inscripserit ad Lucullũ: ad eũ quippe qui elegantius eam historiã disponere potuisset. Nõ erat eius sermo, vt multor̃ est: in curia modo: rostris: aut subselliis: sed in omni publica priuataq; re promptissimus atq; disertus: neq; for̃ velut irretitus Thynnus pelagus, p̃turbabat. Inde vero egressus, aridus, sine eloquio confectus, cęterum ornatissimus illis disciplinis quas liberales vocant, omne suũ studium adhuc adolescens accõmodauit. Grandior vero ętate factus, quũ ob eam potissimum dissensionem quam aduersus Pompeium habuit, omni prorsus animum ambitiõe in tpe abdicasset: ab diuturnis laboribus, ad otium atq; quietem, ad nobilissima philosophię studia se conuertit: & in eius contẽplatiuo genere, ceu in iucũdissimo quodam diuersorio quiescebat. Quanta vero ei fuerit indicendo facultas: hinc arbitror posse perfacile iudicari. Ferunt enim Hortẽsium causidicum, & Sisennam historicum ex ioco quodam rem seriam (vt fit plærũq;) cõuersos, cum Lucullo adolescente cõposuisse: vt poemate orationeq; græca pariter ac latina propositis, eo quẽ sors dedisset stilo eaq; lingua teneretur Lucullus Marsicum cõscribere bellũ. Obtigitq; ei sorte gręca oratio Defluxit enim ad nos vsq; Marsici belli historia graio sermone contexta. Multa vero Luculli in Marcum fratrem insignis beniuolentiæ argumenta Romani tradidere. In primisq; id memorię mandarum est: q̃ maior natu quum esset, solus tñ nullum in rep. magistratum inire voluit: verum legitimam fratris moratus ætatem: vt eius quoq; ratio haberi posset: tantam sibi hac humanitate apud populum gratiã conciliauit: vt vel absens vna cũ fratre ędilis declaratus esset. Multa pręterea iuuenis adhuc in Marsico bello audaciæ, multa grauis consilii facinora declarauit. Et Sylla eius constantia hamanitateq; ductus, tm̃ illi authoritatis atq; virtutis tribuebat: vt vbi quid fortiter, clare, strenue agendũ esset: Luculli potissimũ quod vixit opera vteret̃. Datũ est ei in Peloponneso signandi nummi negotium: eius qui plurimũ in mithridatico bello consumptus est: & Lucullius diu ab illo est appellatus. Plurima q̃primũ in ea expeditiõe militaria munera digna cum mercede obiuit. Dehinc Sylla Gręcis rebus terra potitus quũ Athenis vbi se tenebat, maritimũ annonæ aditũ hostili classe sibi pręclusum cerneret, Lucullum in Ægyptũ & Libyã, vnde q̃maximã sibi classem cõpararet, traiicere iussit. Is rigente tunc maxime hyeme, tribus cum Græcis myoparonibus & biremibus æqualibus ferme rhodiis ab Athenis enauigauit: non horridi modo & efferuescentis pelagi, sed multarum quoq; hostilium nauium periculũ subiens: quę per licentiam vagabant̃. In Cretam itaq; Lucullus veniens, eã sibi cõciliauit: & Cyrenæos diuturnis tyrannidibus bellisq; confractos, quum ad se recepisset, inconditã atq; turbatam eorum remp. ordinauit. Tũc illũ meminisse ferunt eius sententiæ: quã olim in Cyrenæos diuine dixerat Plato. Rogantibus enim illis, vt leges sibi cõscriberet: velletq; eorum ciuitatẽ in opti-

Seruili⁹ augur a Lucullo peculat⁹ accusatus absolutus ẽ

Lucullus græcis & latinis studiis operã dędit ac philosophię.

Lucullus ædilis declaratus.

Nummus Lucullius.

Lucull⁹ Cyrenæos recepit: & eorũ rempub. ordinauit.

Platonis diuina sententia.

me cuiuspiā reipu. formā instituere: difficillimum esse inquit: Cyrenęos amplissima fortuna solū tos legibus cōtinere. Nil enī imperatu difficilius esse eo homine: quē pspera fortuna extulerit. Neq; iteq; regi quippiā leuius illo: qui aduersis fuisset casibus depressus atq; cōtractus: q̄ res pfaciles instituenti Lucullo prestit Cyrenæos. Inde vero traiiciens in Ægyptum, maxima nauiū suarum parte amissa, ipse cū reliquis in Alexandriā clarissime deuectus est. Etenī aduentanti ei vniuersa regis classis magnifice pornata obuiam enauigauit: quanto splendore quāto ve apparatu regredienti in vrbem regi ornari cōsueuisset. Aliud adolescentibus Ptolemęus singulare Lucullo ac inusitatum humanissimæ beniuolentiæ studiū declarauit. Nam intra regiam eū quū familiariter, tum splendidissime est hospitatus: quo nemo ante Lucullū superiorq; ducū honore ab Ptolemæo donatus fuerat. Cibariorum vero non quantū parari cæteris consueuerat, sed quadruplum Lucullo dabat: tametsi nil amplius ipse, q̄ quod modestissimo viro dignū esset, acciperet. Pretiosissima quoq; vel octoginta talētorum munera recusauit. Ferunt aūt non Memphim, non aliud q̄ppiā in Ægypto mirabile voluisse conspicere. otiosi enim & delicati peregrini id esse: non eius qui, suum imperatorē sub diuo, sub hostiū mœnibus cubantē, in tanto req; discrimine reliquisset. Lucullus itaq; quum tumē tē Ptolemæū in Romanorq; societatē allicere nequiuisset: naues tū quæ suā nauigationē tutarent vsq; in Cyprū, ab illo q̄liberaliter datas accepit: recedentiq; Plutima Ptolemæus clarissima beniuolentiæ insignia demōstrauit. Donauit eū postremo pretiosissima pulcherrimaq; smaragdo auro alligata: quā Lucullus penitus recusasset: nisi rex propriā illi lapidi insculptam ostendisset imaginem. Verebat enī ne quod animi magnitudine faceret, si ad inimicitiam Ptolemęus transtulisset, naues sibi pararet insidias. Profectus igit̄ ab Alexandria Lucullus, cæteraq; maritimę oræ vrbes adiēs ab singulis quæ modo piraticam non exercebant, naues accepit. Coacta itaq; classe quū tuto traiicisset in Cyprum: ibi hostes intra litoris sinus absconditos insidias sibi tendere, eumq; obseruare accepit. His allatis, Lucullus confestim machinis comparatis, naues in terrā subducere iubet. Literæ deinde ad vrbes vicinas datæ: quibus pximum ver moraturę sese dicebat: cōmeatusq; ad augendā fidē, & cętera ad hybernandū necessaria postulabat. Hoc interim spatio, quū secundas sibi auras aspirare consperit: deductis repente nauibus, classem in altum recepit. Inter diu demissis contractisq; velis, ignaro hoste, pnauigauit. Nocte vero q̄alte sublatis armamētis, in Rhodū integra classe applicuit. nauibus ibi ab Rhodiis receptis: Cois atq; Gnidiis nō modo de defectione ab rege, sed vt in Samios quoq; arma mouerent, suasit. Oēs deinde ex Chio expulsi: & Colophonios capto Epigono eoq; tyrāno libertāte donauit. Ea forte tēpestate Mithridates deserto Pergamo, intra Pytanē sese receperat: vbi a Fimbria terra obsessus atq; cōclusus, ad mare (quod vnica salutis spes etat) cōuersus, q̄multas poterat naues ad contrahendā classem vndiq; accersebat. Desperabat enī cū Fimbria signa cōferre: viro quū summa audacia, tū recentis fortuna victoriæ metuendo. Fimbria cui nullæ aderant maritimæ vires, hæc ipse cōspiciens, Luculliū sibi adiungere pergit. Mittit igit̄ q̄primum qui eū orent: moneant: supplicēt: vt vniuersa cum classe adueniat: velitq; secū infestissimum regem oīum Romani populi inimicissimum pdere atq; delere. Nō patiat clarissimū tot laborū, tot certaminū, tot deinde periculoq; prāmiū, Mithridatē, iam intra retia compulsum, ac prope captū Romanos euadere. Si enī is in Romanā potestatē veniret: neminem oīum tantū gloriæ, tantū sibi laudis vendicare: ac ille, qui vel fugā eius vnum modo pditis rebus cōsilium inhibuisset: aut cepisset fugientē. Ab se nanq; terris expulsum, vndiq; ab illo mari conclusum Mithridatem, amplissimā vtriq; gloriam allaturę. Huiusce tantę rei magnitudinē, Syllę ad Orchomenū atq; Chęrone am summa Romanorq; laude celebrata facinora extinctura. Videbātur hæc oīa ab tōne nil dissentire: neq; dubiū erat: si obsequutus Fimbriæ Lucullus nauibus q̄ paraberant, eo traductis, portus fauces occlusisset: id bellū penitus confici debuisse, Romanos quoq; innumeris, quas deinceps subiere, calamitatibus fore solutos. Non placuit ea res Lucullo: aut quia legatus iura Syllæ erga se oī cōmodo priuato publicoq; ptulerit: siue q; Fimbriam suæ gloriæ sociū recusari t. scelestum quippe hominē: ac dominādi cupidū: viri & sibi amici & imperatoris recenti cædę fœdatū: seu potius q; divina quadam fortuna Mithridati tunc parcens in destinatum sibi tps debellandū seruauit. Vnde & liberam hosti fugā, & Fimbrianū militem ludibrio barbaris esse dedit. Ipse vero primū circa Lectum (hic troadis locus est) regias sibi naues obuias pfligauit. Neglecto deinde Neoptolemo, qui cū maiori se Tenedi classe tenebat, confligere cū illo instituit. Conscendens itaq; in Rhodiā quinqueremē, cui Damagoras præerat, vir & longa naualium certaminū experientia doctissimus, & sūma cū Romanis beniuolentia coniunctus, primus oīum in hostes deuehitur. Neoptolemus vero gubernatori suo iperat: vt in occurrentē nauem q̄maximo poterit impetu ruat. Damagoras pōdus aduersę nauis ferreiq; rostri asperitatē reformidans, proris concurrere recusauit: itaq; cōuersam nauem retro inhibuit: vt ceu fugiens impetū q̄egre in puppim exciperet. Ictus eo consilio leuissimus fuit, & in his ferme nauis partibus quæ mari cōtegebantur. Aderant interea reliquę naues: & Lucullus vna cōuersus, & verbis & opera militū animos ad pugnam accendit. Conserto prælio, quum multa egregie pugnando feciſſet, hostes tandem in fugam conuertit: & Neoptolemū ipsum est in

Lucullo quātā Ptolemęo libertatē quā tūq; honorem reddiderit.

Smaragdus auro alligata a Ptolemæo Lucullo donata.

Colophōii libertate donati. Mithridates a Fimbria terra obsessus.

Lectus locus Troadis. Damagoras pfectus qnqremis Luculli Luculli & Neoptolemi naues inter se cōcurrunt. Neoptolemi fuga.

sectatus. Sylle deinde per Cherronesum transituro congredieris, liberato itinere exercitum eius tuto traiecit. Fœdere icto Mithridates in Euxinũ pontũ pfectus est. Sylla vero viginti miliũ talentorum damnata Asia, colligẽdi munus Lucullo cõmisit: vt inde nummos cuderet. His itaq; in tã graui accerboq; negotio, nõ integre modo ac iuste, sed adeo prudẽter: benigne: humane versatus est: vt pro Syllæ difficultate afflictis vrbibus, vel maximũ ipse solamẽ fuerit. Atqui Mityleneos p his quæ in Maniũ ipsi peccarant, pœnas dare volebat: impares tĩ criminis grauitati. Nam quia hi a Romanis nõ sponte defecerant, mitius idcirco suppliciũ sibi deberi existimauit. nõ tĩ id Mitylenei passi sunt. Quod vbi Lucullo allatũ est: multam videlicet Mityleneos detrectare: classem cõfestim illo admouit: collatisq; vtrinq; signis, hostẽ victoria superatum in vrbe cõclusit. Castris deinde ad obsidẽdam vrbem positis, hac arte atq; ingenio Mityleneos occupauit. Interdiu nãq; vt se hostes conspicere possent, ad Eleam enauigauit: nocte vero ad obsidionẽ frustrato hoste regressus, locatis circa vrbem insidiis, quiescebat. Mitylenei postridie Romanũ ab esse rati, temere fusecq; ad diripiẽda Romana castra discurrunt. Prodiens ex insidiis Lucullus, & dissipatum hostẽ adortus, plurimos captiuos habuit: quingentos hostiũ pugnando trucidauit. Sex milia mancipioꝝ, aliaq; innumerabilis præda inde abacta. Ab Italiæ vero miseris calamitatibus, quas Sylla Mariusq; tristi ac flebili plurimoꝝ clade mortaliũ intulere, Lucullus cœlesti quadã sorte rebus Asiæ immoratus ferme abstinuit. Nec tĩ minorẽ apud Syllã, q̃ cæteri, & gratiam & dignitatẽ est consequutus. Cæteꝝ cõmentaria rerum suaꝝ, ceu diximus, ob summã quũ authoritatẽ, tum in eum beniuolentiã, ei in scripsit. Et monẽs, post habito Pompeio, Lucullũ filii tutorem testamẽto instituit: eãq; visum est flagrantissimis ad gloriã iuuenibus primã succẽdendæ discordiæ facẽ fuisse. Mortuo Sylla, habitis nõ multo deinde comitiis vna cum. M. Cotta. cõsul est declaratus: circa cẽtesimã & septuagesimã sextã Olympiadẽ. Videbatur multis Mithridaticũ bellũ suscitãdũ esse: &. M. Cotta nõ dimissum, sed intermissum esse dicebat. Cõsulibus itaq; sortiri puincias iussis, Gallia Cisalpina Lucullo sorte obuenit: parumq; læto aio id accepit: q puincia latã cõparandæ sibi gloriæ materiã nõ habere. Stimulabat permaxime ingẽtis spiritus viꝝ Põpeius: q rebus ac se gestis in Hispaniã tm sibi laudis vendicarat: vt si motus Hispaniæ quiessent, Mithridaticũ bellũ oium sibi cõsensu decernẽdum esse videret. Proinde quũ pecunias ille petisset: scripsisset q̃ senatui: nisi mitteret, relicta Hispania atq; Sertorio, oẽs in Italiã copias reductuꝝ: Lucullus vt q̃primũ ei mitterent effecit: ne vlla penitus occasione Põpeius Romã se cõsule remearet. Nec erat nescius si tãto ille cũ exercitu aduẽtasset: oẽm in se vrbẽ fore cõuersurũ. Cethegus præterea qui iam ppe Romanæ libertatis dignitate extincta, oia ad gratiam obtũdo princeps in republica videbatur, Lucullo infensus erat: q̃ is obscœnam Cethegi vitam libidinũ, flagitioꝝ, errorũ, scelerum plenã fastidiret. Lucii vero Quinti factiosi hominis, q̃ decreta Syllæ antiquare, qui motus in repub. excitare, qui vrbis tũrbare quietem tentabat, multa priuate, publice multa cõmonefaciens, temeritatẽ audaciamq; cõpressit: seditiosumq; viri imperũ pro ciuitatis salute cohibens, ingentiũ calamitatũ radicẽ extirpauit. Romæ interea nuntiatum est: Octauiũ qui Ciliciã habebat, e vita migrasse. Multi eam puinciã cõpetituri Cethegũ, cuius amplissima in ea re videbat authoritas, summa cum diligẽtiã excolebant. Lucullus tamẽsi Ciliciam solã nõ multifaceret: omne tĩ ingeniũ, omne adhibuit studiũ: vt ea sibi puincia decerneret: arbitratus si Ciliciã Cappadociæ ppinquam tenuisset, fore vt alter nemo ad Mithridaticum bellum destinãdus esset. Quũ itaq; multa tẽtasset: rem deniq; ab suo prsus ingenio alienã adortus est: eamq; magis vilem aut abiectam: q̃ pro potiunda ea puincia opportunã. Mulier erat in vrbe Præcia noïe: nulli & venustate formæ, & verboꝝ lepore ac comitate cõcedens: nil tĩ vita impurissimo quopiam scorto præstabat. Hęc ex frequẽti nobilissimoꝝ iuuenũ cõgressu, gesta in repu. pdi scebat: ciuiũ discordias cõponebat: amicitias cõfirmabat. Hisq; artibus pariter cũ placidissima corporis atq; verboꝝ gratia amplissimã sibi in vrbe beniuolẽtiã cõciliarat. Vbi vero Cethegũ q̃ summa florebat gloria, vrbẽq; suo nutu ductitabat, insano æstuantẽ amore sibi deuinxit: iam in Præcia oĩs penitus reipu. potẽtatus cõfluxerat. Nihil enĩ nõ intercruiẽte Cethego in senatu, & in populo decernebat: neq; Cethego q̃ppiam pbatum erat: qd Præcia nõ iussisset. Hanc Lucullus quũ donando, tum plurimũ blandiendo subducẽs: nõ enĩ inflatæ ambitiosęq; mulieri parua videbatur merces: si tantus eam vir publice coluisset: cõtinuo Cethegũ & fautorẽ, & prima sibi ferentẽ suffragia est adeptu. Ciliciã vero puinciã cõsequutus, neq; Præciæ deinceps, neq; Cethegi patrocinium postulauit. Amplissimo nãq; oium consensu, Mithridaticũ ei bellũ deferebatur: q̃ ab altero nemine ea res clarius, fortius, accuratius, geri posset. Põpeius enĩ cõtra Sertoriũ in Hispania: Metellus ætate mala cõfectus erat: q duo duces militari cũ Lucullo virtute certare videbant. Atq Cotta eius collega patres obeundo, sollicitãdo, supplicãdo, ad ppontidem obseruãdam debellandãq; Bithyniam missus est. Lucullus cum vna modo, quã ipse p sese scripserat, legione traiecit in Asiam. Eo deueniẽs, alteꝝ sibi asciuit exercitũ. Hi erãt Fimbriani milites appellati: q diuturnis delitiis inueterataq; habẽdi cupiditate: cõtabescebant: q effrenata peccãdi licẽtia atq; libertate sine duce diu soluti fuerãt. Flacco enĩ cõsule & impatore, duce Fimbria, interfecto, ipsum deniq; Syllę Fimbriã pdidere

Mitylenei a Lucullo vi/cuntur.

Lucullus a Sylla filio relict⁹ tutor Lucullus cõsul cum. M. Cotta declaratus.

Cethegus.

L. Quintus

Præcia mulier formosissima.

Lucullo Cilicia demãdata est. M. Cotta ad debellandam Bithyniã missus. Lucullus in Asiam traiicit.

viri seditiosi, intractabiles, iniqui: cæterum fortes & cõtinuo armoꝝ vsu pugnacissimi. Hos itaq; sibi Lucullus adiungens bretii temeritatẽ eorũ adeo cõtudit: vt tunc primũ & verũ ducẽ & fortissimum impatorem experirent: longa tũ cõsuetudine decliues in voluptates, ægre, nec diu ad modũ cum Lucullo cõmilitarũt. Hæc de Romanis hactenus. Nũc res hostium edisseramus. Mithridates itaq; ceu sophistarũ plurimi, iactabũdus primũ atq; elatus, cũ inani atq; ignauo exercitu: summo tũ armorum splendore conspicuo: in Romanos ꝓfectus est. Vbi vero nõ minori cũ ignominia q̃ periculo euadens cum hostibus iterum pugnaturus erat: nõ variæ populorum multitudini: non barbaris multiplicium linguaꝝ minis, non gẽmis deniq; auroq; ornatis armaturis potiundæ victoriæ spem comisit. Quia hęc quasi victorũ manubias nil moměti gestantibus attulisse sensisset. Cæterum ꝑ his, Romanos enses, validissimosq; clypeos fabricari iubet. Non amplius ornatos equos: sed domitos militiæq; instructos admittit. Peditũ cẽtum viginti milia Romano more in ordines distributa, decẽ & sex eqtum milia in armis habuisse cõstat: ꝑter falcatos currus: quos centum fuisse tradũt. Naues præterea nõ deauratis tẽtoriis fulgẽtes, neq; delicatarũ pellicũ balneis elaboratas, sed armis missilibus telis opibus refertas parauit. His cũ copiis traiiciens in Bithyniã, ab vrbibus benigne iterũ exceptus est. Nõ enim has modo, sed vniuersam Asiã intolerabili veteriq; peste euerterant Romani fœneratores & publicani: quos postea Lucullus velut Harpyas labores mortalium depascentes eiecit. Tunc vero placide manẽdo conatus est rapacẽ eoꝝ ingluuiem aliquantulũ delinire: sedauitq; populoꝝ motus: q̃ iam pene oẽs Romani fœnoris onore defecturi videbant. Hæc dum gerunt, Cotta gloriæ sibi cõparandę occasionẽ ratus, cum Mithridate decernere statuit. Certo sibi nuntiatũ erat aduentare Lucullũ: & iam in Phrygia castra posuisse. Sed ne ille huius triumphi, quẽ Cotta manibus tenere arbitrabat, aliquã sibi laudem vendicaret: cũ hostibus signa conferre q̃ celerrime festinauit. Terra mariq; ꝑfligatus Cotta, sexaginta cũ oĩ milite naues, & quatuor ꝓterea peditũ milia in ea pugna amisit. Et ipse in Chalcedone cõclusus vnicã salutis spem in Lucullo posuerat. Erãt nõnulli q̃ Cotta neglecto: Lucullũ vlterius ꝓgredi stimulabãt: q; Mithridatis regnũ oĩ præsidio desolatum facillime capi posset. Hæc maxime militũ sententia erat. Nec enim pari poterant aĩo tolerare: si Cotta nõ suam modo, suoꝝq; militũ ꝓnicię ꝓcurasset: sedipsis quoq; impedimẽto foret, ad tantã sine vlla pugna victoriã capessendã. Lucullus itaq; militibus ad cõcionẽ vocatis, quũ multa clarissime disseruisset: tãdem se malle ingt vel vnum ab hostibus Romanũ eripere, q̃ oẽs sibi res hostiũ vendicare. Et Archelao iterũ, q̃ in Bœotia pro Mithridate præfectus defecerat ad Romanos, assẽuerãti: si in ponto Lucullus cõspiceretur: oĩa pariter Romanum imperiũ subitura: Non ego ingt Archelae venatoribus audacia cedo: vt relictis feris, ad vacua illaꝝ lustra ꝓgrediar. Hæc ita dicẽs in Mithridatẽ ducebat exercitũ. Triginta non vltra peditum milia, equites bis mille qngentos in armis habuisse cõstat. Quũ itaq; in hostiũ conspectu castra locasset: ingentes eoꝝ copias admiratus, tutius a prælio si posset abstinere censebat: & tps terendo rem gerere. Id ei cõsiliũ Marius dedit: quẽ Sertorius ex Hispania cum copiis ad Mithridatẽ transmiserat. Is vero quum occurrisset: lacessitus ad prælium Luculus copias in aciem pugnaturus educit. Datum erat vtriq; pugnę signũ: quũ nullo ꝓrsus indicio præcedẽte, ingẽs flammeum corpus, aere repẽte confracto, intra duos exercitus est elapsum. Erat id corpus forma qdẽ dolio, argento vero ignito colore ꝑsimile. Subitus itaq; tãti prodigii pauor certamẽ diremit. Hoc circa Otrias (hic Phrygię locus est) euenisse traditũ est. Lucullus sub inde hostiũ multitudine cognita, nullas opes, nullos humanos apparatus ad eã diu nutriendã suffecturos esse cẽsebat: ꝑsertim si assidẽs ipse, frumẽtandi facultatẽ hostibus ademisset. Rem itaq; graui cõsilio indagare adortus, vnũ ex captiuis sibi adduci iubet. Rogat primũ quot cũ hoibus Mithridates castra cohybernabat: postea quãtũ cibi discedens in tentorio reliquisset. Quũ ille ad singula rẽspondisset: ammoueri iubet: & secũdum deinde, ac tertium pariter ꝓcontatus est. Hostium deniq; numero cum ciba-riorũ quãtitate collato, comperit nõ vltra q̃ trium aut quatuor dieꝝ cõmeatuũ hostibus supesse. Ea re Lucullus ad cũctationẽ maxime cõfirmatus ingentẽ cõmeatũ copiã intra vallũ cõgeri iubet: vt abundãtia sua obsessum hostẽ inedia debellaret. Mithridates interim Cyzicenos, q̃ in Chalcedonica pugna decem naues, triaq; hominũ milia, cũ maximo rei suæ detrimẽto amiserãt, insidiis occupare aggressus, militẽ suum corpora curare, ac vasa colligere iubet: Lucullũq; maxime latere cupiens prima statim vigilia noctis, quæ tenebrosa & humida erat, silẽtio castra mouit. Ad vrbẽ itaq; prima diei luce aduenies ꝑpe Adrasteæ montẽ signa firmauit. Accipiẽs id Lucullus, & confestim citato gressu Mithridatem subsequutus, lętatusq;, ꝙ in hostẽ in cõposito agmine nõ incidisset: in vico (qui Thracia dicit) locauit exercitum. Hunc in locũ oĩa prorsus itinera cõfluebant: q; bus frumẽtatum pabulatumq; hostis exire cõpellebatur. Quare Lucullus ꝓxima iã victoria mente cõcepta spem suam ad leuandos militũ aios expromere censet. Positis itaq; castris, vt primum ab opere cessatum est, milites ad cõcionem vocat. Ibi quũ suum cõsiliũ honeste ac magnifice laudasset: promisissetq; sine vlla suoꝝ cæde victoriã de hostibus ꝑpe diem daturũ: milites optime spe rare iussos a cõcione dimisit. Mithridates decem castris a terra Cyzicenorũ vrbẽ aggressus, quum

Mithridatis motus i Romanos.

Exercit⁹ Mithridatis habẽs peditũ centũ viginti milia, eqtũ sexdecim, currus falcatos cẽtũ Fœneratores & publicani ei-ecti a Lucullo. M. Cotta a Mithridate terra mariq; spatus: naues sexaginta amisit: & peditũ quatuor milia.

Archelaus deficit ad Romanos

Exercit⁹ Lucculi habẽs triginta milia peditũ eqtesq; bis mille, & qngentos.

Prodigiũ corporis flãmei iter duos exercit⁹ elapsi.

Otrię Phrygiæ locus.

Thracia vicus.

Cyzicenos Mithridatesaggrediatur.

illum quoq; maris meatū quo ab continēti ciuitas diuisa erat, nauibus occlusisset: vrbē, vtrinq; obsidione tenebat. Cyziceni vero ad tuendam vrbem, ad propulsandos hostiū impetus, ad seruandā socialem Romanoꝝ fidē, vsq; ad vltimā sui perniciem cōstantissimi erāt. Hacrē vna cura aliquantulū angebantur: qa vbinam Lucullus esset: penitus ignorabant. Poterāt quippe Romana castra satis ab vrbe videri: cæteꝝ dolosi hostes, vt oppidanis pauorē incuterent, Ad Romanos cōuersi, videtis ne illos aiebant? Armeniorū atq; Medoꝝ est ille exercitus: quos Tygranes in auxilium Mithridati trāsmisit. Cyziceni vero tantaꝝ copiaꝝ admiratione stupētes, nullū amplius Romanum auxiliū expectabant: qa tam ingenti armoꝝ honore vndiq; circumfuso, ois ferendę opis facultas

Demonax.

Lucullo adempta esset. Primus igitur ab Archelao Demonax immissus pñtiam Lucilli Cyzicenis enuntiauit. Non satis tñ huic nuntio creditū est: sed Archelaū ad leuādos eoꝝ aios id commentari arbitrabant. Adolescentē subinde qui captiuus e castris hostiū fugiens veniebat, studiose conueniunt: rogantq; vt vbinā Lucullus esset, ediſſerat. Subrisit adolescēs: quia iocari eos estimabat: vt vero serio quæritātes animaduertit, Romano eis vallo manu significato, priori Cyzicenoꝝ animos

Dascylitis palus.

audacia integrauit. Stabāt tūc forte in Dascylitide palude cōplures scaphę. harum maximā Lucullus admotis machinis in terrā subduci iubet: inde plaustris impositā ad mare, quum trāsuexisset: q̄ multos capere potuit milites, eam ingressos pxima nocte frustratis hostiū vigiliis, in vrbē immisit. Nec humana magis, q̄ cœlesti opeleuatos ea tēpestate Cyzicenos fuisse ferūt. Sed quū aliis multis, tum hoc vno lxto pdigio optimū reꝝ euentū sperare sunt iussi. Aderant Proserpinalia festa:

Proserpinalia festa.

nec bouem nigram, qualis in his sacris mactari solebat, ob circūfusum hostem parare potuerant, sed pro boue, placentam altaribus offerendam cōficiunt. Victima vero quæ ad hæc sacra quotannis educabat: vna cum reliquis ciuium armentis, in vlterioris ripæ pabulis pascebarur. Hæc itaq; quo die Proserpinalia agebantur, ab cætero grege secreta sola tranauit ad vrbem: & sese sponte al-

Minerua visa p somnium Aristagoræ tabellioni.

taribus mactandam admouit. Minerua deide Aristagoræ populi tabellioni per somniū visa, Ego modulatorem inqt Libycum in ponticū tubicinē inductura aduenio: itaq; ciues integro aio esse iube. Quū vero nemo ambigua. Deæ vocem satis interpretari sciret: vbi primū illuxit, tā vehemētes vndiq;, tam rapidi ventoꝝ turbines oborti sunt: vt sublatis in cœlū fluctibus mare funditus euerteretur. Mithridatis machinæ q̄ ad oppugnandā vrbē mœnibus admotæ fuerāt (miranda profecto Nicomedis Thessali opera) horrendo primū strepitu atq; stridore ruinā proximā pſignabant.

Fames validaMithridatis exercitū occupat

Repens subinde incredibilis impetus a noto turbo exortus, cætera quū subito machinamenta diruisset: ligneā quoq; turrim centū cubitorū altitudinis concussam deiecit. Ferunt Mineruam eo tpe multis in Ilio per somniū apparuisse plurimo sudore madentē: & cōsissum peplum ostentātem dixisse: q; Cyzicenis nuper auxiliata veniret. Quocirca Iliaci columnā statuere in qua huiusce rei memoria literis mādata erat. Iam vltimo oium supplicio fame Mithridatis absumebatur exercitus.

Rhyndacꝰ fluuius Mithridates vicitur a Lucullo.

Ipse tamē penitus tantę cladis ignarus (nam assentandi cā sui duces in eum celerant) ad expugnationē vrbis quæ spe diutius protelabat, oēs curas suas intēderat. Vbi vero nūtiatum est oium cōmeatuum inopiā eo creuisse: vt ab humanis carnibus nō abstineretur: ingēs amplissimę glorię spes taq; victorię expectatio, sibi continuo decidit ga non armis Lucullus, non acie, nō cōgressu certaret: sed in ventrem (vt aiunt) oī belli mole cōuersa, extremam sibi famis cladē inferret. Itaq; quū

Capta viro rū qndecim milia, equorum sex.

Lucullus in oppidi cuiusdā obsidione cum parte exercitus teneretur: Mithridates inutilem peditē omnemq; ferme equitem cū sarcinis in Bithyniā repente dimisit. Lucullus his auditis, cōsestim nocte adhuc in castra reuersus, mane cum decem cohortibus & omni equitatu fugientes insectatur: tanto gelu tantaq; niue obrutus: vt quidam milites intolerabili rigore cōfecti in itinere defecerint.

Salluſtii error.

Cum reliquis Lucullus assequutus circa Rhyndacum fluuium hostem tam late fusęq; profligauit: vt accurrentibus ex Apollonia mulieribus, & sarcinas rapere, & interemptos barbaros spoliare liceret. Multis itaq; (vt par est) trucidatis, sex tamen equorum, quindecim virorum milia, cum innumerabili iumentoꝝ multitudine capta. Hanc tantā prędam antē hostium castra prætereuehens

Aristonicꝰ pfectus classis. Mithridatis a Lucullo captꝰ

Lucullus ad suos reuersus est. Salluſtiū vero mirari soleo: q̄ Romanos tunc primū camelos vidisse scribit: arbitratum forte, non eos primū qui cū Scipione Antiochum deuicere, neq; iteꝝ q cū Archelao ad Orchomenū & Chæronēam nuper cōsseruerūt, cognouisse camelum. His itaq; gestis, rebus suis consulere sola fuga Mithridates instituit. Itaq; moræ atq; retardationis causas post se Lucullo extruens, Aristonicum præfectū classis ad Græcū mare prēmisit: quū q; is q̄proxime enauigaturus esset, cum per pditionem Lucullus in potestatē redegit: cum decem aureorum milibus: quibus aliquid sibi Romani exercitus conciliare posse sperabat. Mithridate interim ad mare profugiēte: copiarum suaꝝ duces terrestri itinere exercitū abducebant. In quos Lucullus ad Granicum flumen incidens, captis q̄pluribus, viginti hostiū milia trucidauit. Ferunt aūt ex omni & ministrorū & militum turba, haud multum citra triginta milia eo prælio fuisse perdita. Lucullus subīde in Cizicum se conferens, quum ingentes honores modestissima sq; voluptates apud liberatos ciues asse quutus esset: classem deinde comparat in Hellespontum celerrime profecturus. Troadem vero adiectus, dum Veneris in templo contubernaret, dormienti ferūt nocte Deam in somniis visam di-

Granicum flu. ex Mithridatis copiis a Lucullo hoīm xx. milia p̄ter captos.

Venus visa Lucullo per somnium.

xisse:O Leo quid dormis:catulos sectare propinquos.Exurgens continuo,accersitis ad hæc nocte amicis,quũ qdsibi contigisset,exponeret:Aderãt pariter ab Ilio nuntii:q dicerent tres & decẽ regias quinqueremes in Lemnũ annauigantes ad Chiorum portas fuisse conspectas:In altum e vestigio cum classe receptus,capta prætoria quinqueremi,atq Isidoro præfecto classis interempto,in alias aduersis proris subuehitur.Cæteras in litore firmabat ancora:& quũ trepidi barbari accurrẽtem conspexere Lucullum,nauibus extẽplo in terrã subductis,per tabulata dispositi pugnã ineunt. Locoq iniquitate Romanus aliquantũ cladis acceperat.Non enim loci situs hostem circũueniri: neq cũ nauibus in terrã subactis cõminus pugnare Romanoq nauiũ magnitudo pstabat.Lucullo tandẽ qua protensa erat aliquantulũ in altum insula,expeditos milites in terrã demittit.Hi a tergo hostem adorti,quũ multos trucidassent:cæteros terrã fugientes,pręcisis retinaculis nauiũ,'delapsas'rates inuicem collidere cõpulerunt:& in oppositaRomanoq rostra decidẽtes confringere. Multi in ea pugna barbari cecidere.Inter captiuos autem & ipse q ab Sertorio cum copiis venerat Marius deprehensus est.Altero enim oculo priuatus erat:& ineuntibus prælii Romanis imperatũ fuerat:ab cæde cuiusq qui altero careret oculo abstineri:vt Marius ignominia primo contumeliisq affectus,mortem deinde oppeteret.His gestis ad insectandũ Mithridatem Lucullus celerrime se cõuertit.Sperabat adhuc circa Bithyniam eũ offendere a Bochonio obseruatũ:quẽ ipse Mithridatis fugam impediturũ,cũ aliquot nauibus miserat Nicomediã. Cæteq Bochonius tanta re neglecta,initiatus in Samothrace,ac festis immoratus,haud in tempore affuit. Mithridates vero ne scanteq in Pontũ applicuisset,Lucullus assequeret,omni diligentia,studioq circa nauigationẽ ac celerabat.Ingenti vero tempestate oborta aliquot nauiũ suaq allisę sunt:aliæ vertiginoso pelago absorptæ:& omne litus tabulis,quas minute perfractis nauibus procella hincinde disiecerat, diu opertũ fuit.Iã Mithridati postremũ imminebat piculũ.Neq enim oneraria in qua erat nauis quũ sua,tum ęstus magnitudine,in terrã aduehi:neq gubernatori in tãta fluctuũ agitatione satis potera audire.Sed quũ imbibito pelago grauis,nõ admodũ exhauriri posset:ipseq ob id in piraticum myoparonẽ cõscendens,corpus,vitã,vltimãq fortunã pirataq perfidię credidisset:in ponticã tandẽ Heracleã prẽter omniũ spem euasit:Iã apud Romanos patres amplissimã Lucullus ofium sentẽtia laudem est consequutus.Noluit enim quũ posset ex senatusconsulto ad gerendũ id bellũ tribus talẽtorum milibus classem cõparare:& ipse literis ad senatum datis rem suam laudare: atq extollere:se præter omnem ærarii sumptum maritimum confecisse bellum:non amplo apparatu, sed solum fociq nauibus Mitridatẽ omni pelago exegisse.At qui creditum est cœlestis numinis opẽ eã sibi Lucullũ gloriã peperisse.Ferunt enim Priapinæ Dianæ indignatione:tam vastam ponticos tẽpestatem inuasisse:quia hi spoliato tẽplo,Deæ quoq statuã abstulere Erant cõplures qui hoc bellũ aliquanto differri censebant:quorum neglecta sententia Lucullus in ipsos regios fines per Bythyniam & Galatiã induxit exercitũ. Tanta vero ei fuit in itineris principio cõmeatuũ egestas: vt Galataq qui singuli singulum tritici modium gestarent.xxx.milia secũ ducere compelleretur.Progredi ens vero ac oibus late potitus tã ingẽti omniũ req copia affluebat:vt in castris bos vna drachma, mancipiũ vero quatuor vænderetur:reliqua præda aut passim relinquendo:aut effusissime dissipãdo neglecta:quia iam confertis omnibus castroq cellis:nil amplius apud quenq deponi poterat Latissimis itaq excursionibus vniuersa vsq ad Themiscyrã Thermodontianoq cãpos regione vastata iam in Lucullum insatiabilis auaritia milites stimulare:incusare eum:q tot sibi conciliatis vrbibus:nullã penitus per vim cepisset:noluisse adlocupletandos milites suos vel vnã sibi vrbẽ diripiendã permittere.Gętęq irati dicebãt:Amaso opulentissima fortunatissimaq ciuitate,paulo tũ lõgiori obsidiõe expugnabili:derelicta:age milites tuos p Tibarenorum Chaldæorũq deserta Mithridatẽ debellaturos.Contẽnebat Lucullus has effrẽnatas pernicioso sq militũ voces:quia nõ in tantã vt demum euasit:desperationẽ eoq iram cõuerti posse sperabat.Maxime vero apud eos purgatum se essecurabat:qui summã eius prudẽtiã in tarditatẽ transferentes accusabãt:q tam diu circa negligẽdas vrbes ac vicos immoratus instaurandarum virium facultatem Mithridati præstaret.Quibus ille Hoc idem inquit:arte:studio:industria:supersedens expecto: vt Mithridates comparatis copiis maioriq in certando q fugiẽdo spe posita:Romanam comminus virtutem audeat experiri.Videtis ne inquit sibi patere immensam terram penitusq desertam vastitatem a tergo! Nunquid vicinum Caucasum non videris! nunquid plęroq cælsos montes:qui non Mithridatem modo:sed innumerorum prope regum fugam tuerentur atq cælarent! Non multis prætea diebus ab Cabiris in Armeniam iter conficitur: vbi Tigranes nunc sedet: rex quippe regum: qui tanta potentia viget: vt ab Asia Parthos arcens:Græcas in ipsam Mediam ciuitates traducat:Qui Syrię imperat atq Palestinæ: quiortis ex Seleuco regibus interfectis: filias eorum atq vxores captiuas impune trahit. Hunc Mithridatis generum:num fugatum hominem: supplicemq socerum:neglecturum fore speramus! in nos profecto iratus arma mouebit: & dum celerẽ cognabimur eiicere Mithridatem:irritati quoq Tigranis vires experiemur. Nam ipsi indicendi Romanis bellum causas diu quęrenti quænam dignior:sanctior:honestior:quærenda erit:q̃pro vio-

Isidor⁹ pfectus classis Mithridatis a Lucullo interfectus.

Marius capitur.

Bochoni⁹.

Priapina Diana.

Amasus. vrbs.

Tigranes rex.

lato rege, pro necessario, pro socero, bellum mouere? Desinamus itaq; ignaq; Mithridatem mone re: cum quibus sibi sociis bellum no bis cum gerendum sit: qui nisi cōpulsus, summā sibi Tigranis auxiliū implorare ignominiam arbitraretur. Dandum est illi spatiū: danda est facultas: vt ex ꝓprio regno sibi vires cōparet: cauendūq; magis est: ne iunctis sibi Medis, atq; Armeniis, suū cū illis tuea tur ꝑerium: q̄ in eis quos sæpe deuicimus Colchis Tibarenis: ac Cappadocibus cōfisus in mediū certamen veniat. His potissimū ductus Lucullus ad Amasum diu consedit: lentamq; obsidionem de industria protrahebat. Exacta deinde hyeme, relictoq; Murena ad Amasum obsidendam, ipse cū reliquo exercitu in Mithridatem profectus est. Is ad Cabira statiua habuerat: & iam cum Roma nis congredi statuens, quia quadraginta sibi peditum, quatuor equitum milia coegisset, Lycū flu men traicerat. Inde Romanis in pugnæ discrimē vocatis, quum equites vtrinq; cōcurrissent: suc cūbens Romanus, diu stare non potuit. Captus est in eo congressu Pononius vir insignis: qui quū acceptis vulneribus ad Mithridatem ductus fuisset: rogareturq; ab eo: si curatus ei foret ami cus: Si tu, inquit Ponponius, Romanis amicus fueris: sinautē me quoq; inimicum habebis. Mi thidates clarissimā viri constantiam admiratus, ab omni penitus in eū iniuria temperauit. Lucul lus vero quū hostem equitatu sibi præstantē cerneret: æquos iam cāpos extimescebat: neq; tutum videbat per montana capessere iter: qd longum, syluestre, ac prope inuiū esset. Deliberanti itaq; si bi aliquot ire rea Græci, qui quodam inspecu fugientes capti fortasse fuerant, adducunt: Cæteris grandior ætate Artemidorus exercitum Romanū ductuq; se pollicetur: vbi & castra tuto locari pos sint: & castellum quoddam Cabiris supereminens situ erat. Præstita ei fide, Lucullus prima statim vigilia noctis, incensis ignibus, castra mouit. Et itineris angustias tuto præteriens quum promis sum sibi locum tenuisset: in ea parte locauit exercitum: vbi & pugnatori copias in aciem educere: & quiescenti hostiū insultus negligere impune licebat. Srabant ambo exercitus, & neuter incertā pu gnę fortunam experiri audebat. Ferunt autem: barbaris ceruum quendam insectantibus, forte ob uiā fuisse Romanos: occurrentesq; confestim inisse certamen. Augebatur continue vtrinque pu gnantium numerus: & quum Luculliani tandem victi terga dedissent, Romani milites suorum fu gam ex vallo indigne conspicientes ad Lucullum concurrunt: orantes vt in aciem ducantur: & pu gnæ signum q̄primum dari iubeat. Lucullus vero suos docere cupiens quale quātumq; in belli di scrimine sit momētū, prudēris ducis aspectus atq; præsentia, illos quiescere iubet. Et ipse continuo in campos descēdens, ac primis suorum fugientibus obuiam factus, sistere fugam imperat: ac secū in hostem reuerti. His itaq; reliquisq; fugientibus in barbaros deinde conuersis, haud multo labo re fugatus hostis in castra redigitur. Inde vero ad suos rediens, consueta quadam eos qui fugerant quominia affecit. Illos enim interioribus tunicis solutis indutos, sub oculis militū duodecim pe dum fossam cauare iussit. Erat ea tēpestate in Mithridatis exercitu Oltacus quidā ex Dandariis ho mo primarius. Sunt autē Dandarii genere ex his barbaris qui circa Mæotidem habitant. Hic siqui dem Oltacus vir erat impeger atq; promptissimus: & q difficillimis arduisq; in rebus & audacia & consilio egregie vti sciret: potissimūq; in colendis hominibus comitas quædā atq; vrbanitas sum ma cū diligentia ei erat innata. Hic aduersus Dandarium quendā contribulem suum mutua æmu latione accensus, q̄ vterq; primos sibi laudis locos vēdicare certabat, Mithridati pollicetur ingēs atq; strenuum (si modo fortuna faueat) facinus paraturq;: Lucullo videlicet mortē inferre. Mithri dates quum Oltaci animum ingenti laude extulisset: ità in eum ex cōposito simulauit: fictasq; igno minias simulato furori adiecit. Oltacus inde fugiēs quum ad Romanos apud quos etiam celebris eius fama peruenerat, se contulisset: ab Lucullo per humane exceptus est: qui Oltaci prudētiam stu diumq; erga se ac diligentiam admiratus, tanto eum honore habuit: vt in conuiuio atq; consessu eum plerunq; socium non recusarit. Dandarius tandē præstitam sibi occasionem ratus, ministros suos equum extra vallum educere iubet. Et ipse meridie motus, quū Romanos passim solutos hinc deambulare, hinc quiescere cerneret, ad imperatoris prætorium ire pergit. Liberę sibi patere aditū arbitrabatur: quia iā Lucullo plurimum consueuerat: & altis de rebus secū habere sermonē sibi ope ræ esse simulabat. Patuisset profecto aditus: nisi qui iā plurimos duces perdidit, somnus Lucullum tunc forte saluasset. Dormiebat enim ipse: & Menedemus vnus ex cubilis custodimus, Non in tpe inquit aduenisti Oltace. Lucullus enim longa vigilia tantisq; laboribus lassatū corpus nuper quie ti reddidit. Oltacus si sponte nō liceat, p vim in prætoriū irrumpere minat: quia in re opportuna maturato sibi consilio opus esset. Iratus Menedemus, non equidē arbitror inquit Luculli salute ꝓ pia opportunius esse. quo dicto impetū Oltaci ambabus ad se manibus ꝓpulsauit. Illeiam excita ta re trepidus extra vallum tacito sese recepit: & citato equo ad Mithridatē ifecto negotio reuersus est. Sic ipsum profecto tēpus ad res gerendas quēadmodū & medicamenta maximum vitæ mor tisq; momentū affert. Subinde Sornacus ab Lucullo cum decē cohortibus frumentatū emissus ad occurrentē Menandrum vnum ex ducibus Mithridatis constitit: consertoq; prelio, post ingentē ho stium cædē, cos in fugā conuertit. Adrianū iterum Lucullus cum copiis frumentatum emisit: vt cōmeatuū copia Romani milites abundarent. Mithridates ea re sibi nūtiata, Menemachū atq; Mi

Lycus fluuius.

Pomponii constātia.

Artemidorus.

Oltacus. Dādarii populus circa Caucasum vt dicit Stephanus.

Lucullū sōnō saluauit. Menedemus custos cubilis Luculli.

Sornacus. Menander. Adrianus. Menemachus. Miron.

ronē cū plurimo equite peditēq; Adriano occurſuros immittit. Hos vſq; adeo aduerſo marte rem geſſiſſe ferunt: vt oibus cæſis duo tm̄ cladis nūtii ſupſtiterint. Tātæ ſtragis magnitudinē Mithridates occultā eſſe cupiebat: neq; fuiſſe igentē, neq; aliā ob rem q̄ imperitia ducū euenīſſe dicebat. Veq; Adrianus hoſtiū prope caſtra, multa cōmeatibus ſpoliiſq; referta plauſtra ſummo cum ſplendore præterducens, tm̄ Mithridati mœrorem, militibus tm̄ metum ac trepidationem iniecit: vt nō amplius manendū eſſe videretur. Duces itaq; ſoli ſuas opes perotium aſportabant. Prohibiti vero milites quū ſibi ſuiſq; rebus nequicq̄ tentarent fugiendo conſulere, inteſtinus tumultus caſtroq; portis oboritur. Diripiuntur principū opes. Et iā ſæua habendi cupiditas in eoq; cædes armauerat milites: vbi Dorylao duce ob ſolā qua indutus erat purpurā trucidato, Hermæus quoq; ſacerdos ante caſtroq; portas conculcatus interiit. Ipſe vero Mithridates non famulum, non ſtabulorum tm̄ miniſtrū, non equū regiū expectās, fugiēti turbæ immiſtus e caſtris erupit. Sed Ptolemæus eunuchus eū in tantis fugientium fluctibus deuolutū tandem cōſpiciens, ſuum cui inſederat equum ei dedit. Aderant a tergo Romani q̄proxime incūbentes: & celeritate quippe præſtantes. Mithridatē ipſum ſecuti eripuiſſent: veq; cæca militum auaritia quæſitum tot laboribus, tot periculis, tot deniq; præliis hoſtē Romanis eripuit: & Lucullum ipſum digne partæ victoriæ præmio fruſtratum fecit. Iam enim ad ipſum Mithridatis equū deuentum erat: ſed onuſtus auro mulus, ſiue ſponte, ſeu Mithridatis indu ſtria, inſequentibus Romanis obiectus, eos ab inſectatione aliquanto continuit: & ad diripiēdū aurum certatim intenti fugiendi ei otium præſtitere. Neq; id modo detrimenti auariſſima militū fames Lucullo attulit: verum Calliſtratum etiam qui alta Mithridatis arcana ſciebat, quū ad ſe duci iuſſiſſet: & milites inter ducendum quingentos aureos ſuccinctos ei ſenſiſſent: prædæ cupiditate illum interfecere. Nihilominus tū Lucullus hoſtiū caſtra quibus potitus erat, militi diripienda cōceſſit. Ob eā fugā & Cabira & plurima circū caſtella capta: ingentes theſauri comperti: & multi Græci, multiq; Mithridatis cognati qui carcere detinebant laxati. Quibus quū ādiu ſe periiſſe iudicāret, non liberatos modo, ſed renatos denuo, atq; ſecundam quandam ſe vitā Luculli clementia cōſequutos videbatur. Nyſſa quoq; Mithridatis ſoror tūc capta fuit: & meliori qppe ſui fortuna. Nā reliquæ regiæ ſorores ac mulieres, quarum ſaluti quia in Pharnacia per otium obſeruabant, tutiſſime conſultū eſſe apparebat, miſerabiliter interiere. quibus Mithridates fugiēs Bochidem eunuchum triſtem eaq; mortis nuntiū miſit. Erant inter cēteras duæ ipſius regis ſorores Statira atq; Roxana: quę annos fere quadraginta natę virginitatem eo vſq; ſeruarāt. Duę præterea eius vxores genere Ionicę: Veronica ex Chio, Monima vero Mileſia. Huius celeberrimus erat in Græcia ſermo: regi ſe in libidinē accerſenti ſpretis quindecim aureoq; milibus noluiſſe parere: donec vxorem ſibi aſcitā miſſo diademate eam reginā appellauit. Hæc diuturnis lachrymis atq; mœoribus triſtē duxerat vitam: miſeraq; ſuā fortunā deluſerat. Execrabat mœſta venuſtiſſimum pulchritudinis ſuę florem: qui ſuperbū pro mariro dominū: pro regia atq; penatibus, barbaram ſibi cuſtodiam ac prope carcerē cōparaſſet: & relicta Græcia vbi tot ſibi ſplēdidiſſima fortunę munera affluebāt, p̄ſperatis bonis inane quaſi ſomniū ſuſcepiſſet. Hæc itaq; Monima, quū aduenięs in Pharnaciā Bochides reg̃is mulieribus iperaſſet: vt qđ cuiq; facillimū & gratū eſſet, id ſibi genus mortis eligerēt: auulſum a capite diadema quū collo circūligaſſet miſera ſe ſuſpendit. Et quū corpis grauitate laqueus ille cōfractus eſſet: O execrādū ingt diadema: neq; in tā triſti mihi miniſterio p̄ſuiſti. Et quū ſup illud ab ſe deiectū inſpuiſſet: Bochidi cōtinuo iugulādā ſeſe cōmiſit. Veronica vero veneni ſibi paratū calicē cū eius matre quę veneni partē ſupplex orabat, partita eſt. Et quū ex illo vtraq; bibiſſet: debiliori p̄fecto corpi & mala ętate cōfecto veneni virtus abūde ſuffecit: Veronica aūt, gaminus q̄ ad extinguēdū ſatis fuerit hauſiſſet, & viuentē cōtorquebat virus incēdio ſæuiēs, a Bochide celere ſuffocata interit. Ferūt ēt virgines illas Mithridatis ſorores hauſiſſe venenū: Roxonā qdē irātā extremas fateri miſerias fuiſſe ſe p̄recatā: Statirā vero nil crudele nil ignobile loquutā, fratrē ſummopere laudaſſe & ille in tanto ſuę virę diſcrimine, haud ſoroꝝ dignitate neglecta, liberas eas atq; inuiolatas occūbere maluiſſet. His rebus apud Romanos nūtiatis, Lucullus in gēti miſericordia eſt affectus. Motoq; deinde exercitu, quartis caſtris ad Talaura conſedit: vbi quū accepiſſet Mithridatē iā illac trāſgreſſum ad Tigranem in Armeniā confugiſſe: ſigna conuertens, Chaldæos Tibarenoſq; ſubegit: & accepta minori Armenia quū partas vrbes atq; caſtella cōpoſuiſſet: Appium ſubinde ad Tigrānē legatū mittit: q; Mithridatem iure belli ſibi depoſceret. Ipſe vero ad Amaſum p̄fectus, ſuos nondū ciuitatē expugnaſſe inuenit. Præfectus enim eius p̄ſidii Callimachus vir omnis machinarū generis peritiſſimus: callidiſſimuſq; ad ppulſandas obſidiones, multas, quarum poſtea pœnas dedit, Romanis calamitates intulerat. Lucullus itaq; viri aſtum aſtu ſuperandum ratus, qua maxime diei parte milites otio & quiete redintegrari conſueuerant, ſilenti agmine inobſeruatam vrbem repente aggreſſus, non multa muri parte potitur. Callimachus re cognita, confeſtim vrbem incendit: ſiue ne Romani ingenti p̄da locupletarentur: ſiue vt fugiendi ſibi moliretur facultatem. Nam Luculliani milites ad ſolam p̄dam intenti, ampliſſimam omnibus fugiendi licentiam p̄ſtitere. Iam late diſcurrens flamma vndiq; mœnia peruaſtabat: & Lucullus tantæ vrbis excidium

Dorylaus.

Ptolemęus eunuchus.

Calliſtrat⁹.

Cabira.

Nyſſa.

Bochis. Statira. Roxana

Monima Mithridatis vxor laquo vitā finiuit.

Veronicæ Mithridatis vxoris mors.

Lucullus Chaldæos, & Tibarenos ſubegit

Callimachus machinarum artifex. Amaſus vrbs incenditur.

miſeratus creſcentem flammam ſedare atq; extinguere adoritur. Quum autem omni prope milite deſertus ſolus id fruſtra tentaret, receptui cani iubet: vt nobiliſſimam vrbem tam fœdo: tam miſerabili ſpectaculo liberaret. Milites ſprero ducis imperio, nil ſegnius ad exportandas incendii reliquias incumbebant: ſed armorum ſtrepitu atq; fragore omnia complentes, quocũq; ſpes ipſa rapinæ ducebat: cum lampadibus faſcibuſq; incaute indagantes, plurimas ipſi domos incendio abſumpſere. Lucullum vero poſtridie vrbem ingreſſum ad amicos hæc verba lachrymantẽ dixiſſe ferunt. Ego equidem quum antea Syllam beatum perſæpe dixerim, tum maxime hodierno die felicisſimam viri fortunam admirari compellor: qui quũ voluiſſet Athenas ſeruare, potuerit. Aſt me, inquit, q ſummo ſp ſtudio virtutes eius fuerim imitatus, ad Mummii famam fortuna cõſtituit. Sub hæc dicta quũ effuſiſſimo imbre diuina quadã ſorte extinctũ eſſet incẽdium: ipſe reparandæ vrbis deſyderio accenſus, plurima eorum quæ ceciderant: de integro prẽſens ædificauit. Fugientes Amaſenos humane ſuſcepit: & alios Grẽcos, q voluerũt, vrbe donauit: regionẽq; centũuiginti ſtadiorũ huic vrbi adiecit. Erat hæc ciuitas ad mare ſita: in quã Athenienſes, dũ eorum maxime florebat imperiũ, & maris principatum obtinebant, olim deduxere coloniam. Quare plurimi Ariſtionis tyrãnidem fugientes eo profecti: & in vrbem aſciti, ibi habitauere: quibus euenit: vt dum ppriis a domiciliis fugerent, alienã Rẽp. nanciſcerẽtur. Eos vero q tanto incendio ſuperfuere: nõ pulchra modo veſte, ſed ducẽtis quoq; drachmis ſingulos Lucullus donauit. Tunc Tyrannionem grammaticum captum fuiſſe ferunt: quẽ Murena ſibi dono petens ac conſequutus libẽq; fecit: tanto munere prorſus illiberaliter vſus. Nõ enim pro rei dignitate actum eſſe Lucullus arbitrabatur: hominẽ ſcilicet artibus diſciplinis: literarumq; ſtudiis prædítum: ſeruum primũ: liberumq; deinde fieri. Auferebatur enim præſens libertas ſimulatæ ac apparentis munere libertatis. Cẽteꝝ nõ hic ſolum viſus eſt Murena imperatoriis in laudibus Lucullo cõcedere. Bellicis ab rebus otioſus Lucullus ad cõponendas leuandaſq; vrbes Aſiæ ſeſe cõuertit: quæ omni iam extincto iure, nefandis innumeriſq; calamitatibus perdiu oppreſſæ fuerant. Has fœneratores & publicani ab ſe cõculcatas vſq; adeo dilacerabant: vt priuate, ingenui: liberi: filiæq; virgines, publice vero donaria: picturæ deorumq; ſtatuæ: vẽundirentur. Ipſiq; tandẽ patres miſerrimã cogebantur accipere ſeruitutẽ: & quẽ longe difficiliora turpioraq; videbãtur, vincula: catenas: carceres: tormenta ſubire: ſole ſub ardẽti laboribus obrui: & rigidiſſima hyeme in luto, glacieq; verſari cõpellebantur: vt his cũ rebus ſimplex ſeruitus cõparata, pax quædã: fœnoriſq; leuamen videretur. Hęc tanta mala, has ingẽtes vrbiũ calamitates miſeratus Lucullus, oppreſſos alieno ære haud multo poſt his legibus liberauit. Primũ enim, nõ vltra cẽteſimam iure fœnoris deinceps reperi poſſe inſtituit: omnes deinde vſuras capite maiores abſcidit. Poſtremo: quod maximũ fuit: neminẽ imperat fœneratorem vltra quartã fructuũ debitoris poſſe accipere. Qui vero cum capite fœnus ipſum iũxiſſet: vtroq; priuatum eſſe. His decretis vniuerſum æs alienum ante quadrienniũ ꝓſolutum eſt: & liberi homines ſuis rebus integre fruebantur. Hanc peſtem induxerant ea viginti talentorum milia: qbus Sylla grauauerat Aſiam. Et quũ duplum mutuantibus redderetur, ad centũ iã & viginti milia ſumma conſcenderat. At fœneratores Luculli iuſtitiam aduerſam ſuæ rapinæ perinique ferentes: Romã profecti: abſentem calumniari: quoſdã factionũ principes multa in eũ cõcitare mercede. Nõ enim erat exigua eorum Romę authoritas: gaære ſuo ſmultos ſibi patricios obnoxios fecerant. Atqui Lucullum non liberatæ modo gentes: ſed cæteræ quoq; puinciæ ingenti laude extollebant: celebrabant: venerabãtur. Deſyderatiſſimus erat omnibus: perbeatam eam vrbem arbitrantibus: cui talem ducem conſequi cõtigiſſet. Interim Appius Clodius (huius ſoror nupta erat Lucullo) ad depoſcendũ Mithridatem miſſus: fallaci longiſſimoq; multoq; dierum itinere per ſuperiorem regionẽ a barbaris viatoribus circũducebatur. Quũ vero libertus quidam genere Syrus rectam veramq; demonſtraſſet viam: illi ſeſe ducendum credidit. Barbaris itaq; eorumq; perplexo itinere relictis: paucos intra dies traiecto Euphrate in Antiochiã ad Daphnen applicuit. Ibi Tigranẽ quaſdam in Phœnicia oppugnãtẽ vrbes opperiri iuſſus: multos interea potentiſſimos principes: qbus infenſa erat inſolentia Tigranis: ſibi tacito conciliauit. Inter hos fuit Carbienus rex Gordyęæ. Aliquot prẽterea ciuitates: legatis clam ad Appium miſſis: Romanum imperium expetebant. Quibus Appius ampliſſimam Luculli opem pollicitus: in prẽſentia eas quieſcere commonebat. Difficillimum erat ac intolerabile Grẽcis Armeniorum imperium: & ipſius regis potiſſimum aſperrima: tumidiſſimaq; ſuperbia. Quę ſumma fortunarũ omnium copia eo licentię creuerat: vt quęcunq; populi: aut amare: aut mirari conſueuiſſent: his ipſe perinde ac non ſua modo: ſed propter ſe quoq; facta exiſtimaret: ſuo arbitrio prorſus abuteretur. Tenuinanq; ac modica omnium expectatione incipiens: multas ſibi gentes ſubegit. Parthorum vires ipſe ſuper cæteros depreſſit: atq; contudit: & Græcis impleuerat Meſopotamiam: multos ex Cilicia, multos ex Cappadocia euulſos homines eo traducens. Arabes quoq; Scenitas ex Et his amouit: & quo illorum opera facilius vteretur: vicinos ſibi conſtituit. Miniſtrabant ei permulti reges: quorum alii velut pediſſequi: aut ſatellites aſtabant. Hi equitanti pedeſtres interiores tunicas induti: occurrebant. Sedenti vero aut iura danti, connexis inuicem brachiis, circunſtabant,

Coloꝛia ducta Amaſiã ab Athenięſibus.

Luculli liberalitas. Tyrãnion grãmaticꝰ.

Fœneratorum Aſiæ crudelitas.

Appiꝰ Clodius.

Daphne.

Carbienus rex Gordyęę.

Tigranis ſuperbia.

Id potissimum inferrimæ quædam videbatur seruitutis imago: quasi data dominio libertate cõpus etiã ad patiendum paratius, q̃ ad agẽdum ei præberent. Hanc itaq; Appius inauditam: aspe/rimamq; superbiam vlla fin⁹ formidine aut stupore conspiciẽs, vbi dicẽdi sibi facultas affuit, venit se se inquit: aut abacturum Mithridatẽ: q̃ iure belli Luculli debebaẽ triũphis: aut Tigrani bellum indicturum. Tigranes ꝓfusa faciæ: fictoq; risu eam orationẽ audire conatus, nõ tamen celare po/tuit: quin tanta se adolescẽtis audacia alienatũ omnes agnoscerent. Hãc enim primam liberã au dierat vocẽ post quinq; ac viginti quos ipse rexerat, immo oppresserat, annos. Appio igit̃ haud quaq̃ Mithridatem dedere velle respondit. Romanos vero, qui primi bellũ induxerint, se fore vl/turum. Iratus etiam in Lucullum, ꝙ regẽ tm̃ nõ regum regem se in epistola salutasset, rescribẽs nõ eum imperatorem voluit appellare. Appio deinde ingẽtia munera recusanti multo plura remisit: ne tũ inimicitia quadam Appius id feciss̃e videret, vnica phiala sumpta, reliqua Tigrani dona re/liquit: & ad imperatorem suum citato gressu cõtendit. Tigranes post Mithridatis cladẽ non eum videre, neq; affinem sibi virum tanto imperio: tãtis electũ fortunis alloq dignum cẽsuerat. Cęterũ summo dedecore ignominiaq; paulstri quodam in loco seruatum quũ antea neglexisset: indicto sibi bello, q̃primũ ad se magnifice perhumaneq; accersi iussit. Primos cõgressus in purgãdis mutu is suspitionibus cõsumpsere: oẽs inimicitiarũ causas in amicorũ capita coniiciẽtes. Tunc Metro dorus Scepsius acculatũ fuisse ferunt: virũ in dicẽdo nõ iniocũdum: & multarum disciplinarũ scientia ornatum: tanta vero Mithridatis amicitia beniuolẽtiaq; fretũ: vt vulgo regis pater appel laretur. Hunc sigdem Mithridatis legatũ ad Tygranẽ sollicitãdum in Romanos trãsmissum ab ipso Tigrane rogatũ fuisse cõstat: quidnam hac de re ipse sibi cõsuleret. Merrodorus vero, siue Mithridatis odio, siue Tigranis vtilitate adductus, Ego inq̃t vt legatus opem afferre: vt vero consi/liarius prorsus abnegare suadeo. Non tacuit hæc Tigranes: sed nil mali Metrodoro ob id accide re posse ratus: Mithridati cuncta exposuit. Quare Metrodorus Mithridatis imperio postremis cõ festim suppliciis affectus interiit. Pœnituit maxime Tigranẽ: ꝙ ea reuelasset: q̃q̃ non sua solum p fidia ille perierat: sed tacito atq; diuturno Mithridatis in illũ odio facesadiecit. Etenĩ literę quædã interceptæ fuerãt: in qbus Metrodorum interfici iubebatur. Funus eius splẽdidissimo apparatu ab Tigrane celebratum est: vt quẽ viuũ prodiderat, amplissima mortuum magnificentia prosequ/retur. Occubuit & apud Tigranẽ Amphicrates rhetor (si par est cum quoq; virũ præter Athenas cõmendare memoriæ.) Ferunt eum insolentia super Tigridẽ ꝓfugisse: ibiq; rogatũ, vt disciplinã suam publice docere vellet, per arrogantiã respondisse: Peluim delphini nõ esse capacẽ. Et quum deinde ad Cleopatrã Mithridatis filiam: vxoremq; Tigranis se cõtulisset, breuiter moræ fuisse insi mulatum: iussuq; ob id ab omni Græcoꝝ cõgressu penitus abstinere, seipsum confecisse mœrore. Huius quoq; funus in Sapha oppido a Cleopatra magnifice actum est. Iam res Asiæ summa mo deratione compositas in pace Lucullus: otioq; firmarat: & ad spectacula pro tantis victoriis agen da conuersus, Ephesi, vbi se cõtinebat, pompas: celebritates: athletarũ certamina: gladiatorioq; ludos instituit. Omnesq; Asiæ vrbes vsq; adeo in se cõuertit: vt quũ ab illis summa integraq; beni uolentiaq; coleretur: tũ etiã in amplissimũ eius honorẽ Lucullia publice fuerint celebrata. Appio interim ab legatione reuerso quũ bellũ in Tigranem ducendum esse videret: Lucullus in Pontum traiiciẽs, collectis copiis ad oppugnãdum nõ tam Synopen, q̃ regios quosdã Cilices, q eam deti nebant, consedit. Hi multis Synopensibus trucidatis, nocteq; vrbe incensa, fugerũt. Quod vbi Lucullus animaduertit: in vrbẽ ingressus octo milia eorum q supererãt: interemit: ciuesq; propri/os in penates restituẽs haud paruã eius vrbis diligentiã habuit: hac maxime visione admonitus. Videbaturenĩ quendam in qete sibi loquutũ dicere: progredere Luculle paululum: aduentat nãq; Antholicus tecum familiariter congredi cupiens. Exurgenti sibi haud satis intelligere videbatur: quidnam species illa portẽderet. Sed eo die capiẽs vrbem quum enauigãtes Cilices insectaretur, iacentem statuam in litore maris conspexit. Nam quum Cilices eam nauibus imposituri secum ex vrbe tulissent, præuenti ab Romanis: in litore deseruerant. Erat ea statua ex egregiis operibus Sthenidis: & Lucullo nuntiatũ est Antholici, q Synopen muro cinxerat, id simulacrum esse. Fa/ma est Antholicum Deumachi filium fuisse: eius, qui in expeditiõe cõtra Amazones cum Hercule cõmilitarat. Hunc vna cũ Demoleonte: Phlogioq; inde pfectum allisam nauem in Cherrõneso circa Pedalium amisisse: ipsum deinde cum sociis agmine facto, Synopẽ expulsis Syris cepisse. Nã eam vrbẽ Syri tenebant: a Syro Apollinis, vt aiunt, & Synopes Asopidis filiæ nato, trahentes ori/ginem. Hæc audiens Lucullus Syllæ præceptũ confestim memoriæ reuocauit: q se in cõmentariis eius cõmonuerat: nil certius, nil credi dignius esse, q̃ quod per somnũ fuerit prẽsignatum. Nuntia/tum est interea Mithridatem atq; Tigranẽ, vt Asiam præoccuparẽt, copias suas citato agmine p Lycaoniã in Ciliciã ducere. Miratus est Lucullus Tigranis sentẽtiam: ꝙ in Romanos arma mo/turus, nõ suas cum Mithridatis viribus coniunxisset: dum illius maxime florebat imperium, pmi sisse ꝓligari eum atq; deuinci: & nũc oppressis illius rebus atq; cõfractis, cũ Romanis bellũ inire, reculasse potentissimũ in bello sociũ: qui cum pdito ac ppe deleto ancipitẽ rerũ fortunam subire

Appii mira audacia.

Metrodor⁹ Scepsius.

Amphicra tes rethor.

Cleopatra Tigranis coniunx.

Sapha op/pidum.

Lucullia fe/sta.

Synope.

Cæsa octo milia Cili/cum a Lu/cullo.

Somnium. Luculli.

Antholic⁹.

Pedalium.

Michares filius Mithridatis.

vellent. Atqui Michares Mithridatis filius, qui Bosphoꝝ ea tẽpestate tenebat, arbitratus iã oĩa superiori bello fuisse confecta, coronã mille aureoꝝ dono Lucullo mittit: oratoꝝ in amicitiã, populoꝝ Romani societatẽ asciri. Lucullus deinde relicto Sornatio cũ sex milibus militum ad Ponticaꝝ regꝝ præsidium, ipse cum duodecim equitũ, tribus nõ amplius peditũ milibus ad secundũ bellum ꝓfectus est. Videbatur id consilium plurimũ in se periculi: paꝝ rationis habere: in pugnacissimas gentes proficisci: in tot equitũ milia: in vastã regionẽ: ac ꝓfundissimis fluuiis: montibus: ꝑpetua niue obrutis: circũseptã, Proinde milites quũ his rebus, tũ ẽt pessimis eoꝝ morbis arma detrectabãt: mi litiã recusabant: & ducem inuiti penitus sequebantur. Romæ vero factiosi homines criminãdi occasionẽ sibi arbitrati, exclamare: obtestari: vocitare: Lucullũ vel ꝓter omne Romanæ rei emolumentũ ex bello bellum exuscitare: imperandi cupidine haud vnq̃ arma deponere: nõ fatigari: non quiescere: nõ saturari: vt publico periculo: priuatas sibi diuitias compararet. Atqui Lucullus nil minus intenso itinere ad Euphratem veniens, turbidissimũ: multisq; tumẽtẽ aquis fluuiũ comperit. Eã rẽ quia sibi moꝝ, & militibus laboris causæ fore, moleste conspexit. Dum lyntres itaq; ad traiciẽdũ amnẽ: consutasq; inuicem trabes parari iubet: vespere defluere flumen incipiẽs: vsq; adeo ꝓxima nocte exhaustũ est: vt mane perspecto alueo, tuto vadari posset. Accolę regiõis puulas aliquot insulas in fluminis lecto mirati, Lucullum venerabant: qa cũ id antea rarissimo cõtigisset: tum mirum ẽt videbatur: profundissimũ aquis flumen tam celerem, tam otiosum: tã secuꝝ Lucullo trãsitũ ꝓbuisse. Sibi vero traiiciendi dexteꝝ continuo ꝓdigiũ visum est. Consueuerant sacratę Persicæ Dianæ boues in vlterioribus Euphratis pabulis educari: quã maxime deam indigenæ barbari summa veneratione colebant. Hæ lãpadis charactere insignitę, liberę, soluteq;, oẽm regionẽ diua gabantur: nulli penitus vsui, ꝓterq̃ Dianæ sacrificiis accõmodatę: feroces, insuetæ, & quæ nõ sine multo labore captari possent. Vna ex his quandã ad petrã, quã deæ dicatam dicunt, inter traiciendũ aduenies, quũ sup ea stetisset, demisso capite, pinde ac iugo domita fuisset, sese Lucullo sacrificandam obtulit. Euphrati quoq; taurũ pro transitu immolauit. Eo die statiua hoc loco habita: postridie vero sublatis signis, per Sophenam regionem ꝓgreditur: sine oĩum ꝓsus iniuria: qui bona cũ pace exercitum admisissent. Et militibus ad opulenti cuiusdã oppidi oppugnationem incensis, Taurꝝ procul ostentans: Illud, inquit, oppidũ milites prius nobis exuperãdũ est. Hæc enim ꝓmia victoribus proposita iacent. Deinde citato agmine quũ Tigridem traiecisset, in Armeniam induxit exercitum. Primũ Tigranes nuntiũ qui aduẽtum sibi Luculli attulerat, securi percuti iubet: pro inde cæteri saluti propriæ consulentes, properanter hostẽ miro silẽtio perferebant. Et ipse hostilitã incendio circũfusus, regꝝ suaꝝ cura neglecta, omnia prorsus ignorabat. Totas assentatoribus patefecerat aures: a quibus non falsi minus, q̃ grati blandiq; sermones afferebantur: se magnum ducem extimare Lucullum: si ẽt Ephesi Tigranem expectasset: liq; tam ingentem hostium multitudinem vel conspicere sustinens, non primo statim aspectu ex Asia fugeret. Sic itaq; neq; singulis datum est corporibus, multorum virtutem integre posse ꝓferre: neq; fortunatissimæ menti in tanta bonorum oĩum vbertate ab rationis vsu non deuiare. Primus tandẽ omnium Mitrobarzanes vicinum sibi hostem incumbere declarauit: nec gratam tamen audacię suæ mercedem retulit. Cõfestim nãq; Tigranes ipsum cum tribus equitum milibus: plurimisq; peditibus in Lucullum emittit: imperatoq; vt cęteris Romanis conculcatis, solum imperatorem viuum ad se deducat. Omnia nondum Lucullus meruerat castra: sed quũ pars militum adhuc in itinere aduenisset, ecce specula tores ad sunt: qui properare cum copiis barbarum exploratum habere se dicunt. Subtimuit Lucullus: nemiles extra ordines solutus atq; diffusus, barbari celeritate opprimeretur. Quare ipse ad lo canda muniendaq; castra manens, Sextilium legatum cum mille sexcentis equitibus, totidem fere meditibus, ac leuis militibus armaturæ, in hostem ꝓmittit: iubetq; q̃ proxime ad barbaros ac cedentem detrectare certamen: donec omnem exercitum compositum esse acceperit. Paruisset imperio Sextilius: si non ingruentis barbari temeritas manũ conferere compulisset. Collatis itaq; signis, Mitrobarzanes pugnando cecidit: & cæteri terga dantes, præter paucos admodum omnes in fuga occubuere. Ea clade Tigranes relictis Tigranocertis, ingenti ab se condita vrbe, ad Taurꝝ inclinauit: eo suas copias vndiq; coacturus. Lucullus vero eam hosti facultatem adimendam ratus Murenam emittit turbaturum castra Tigranis: vnaq; conuenientibus eo barbaris, itinera ꝓcisurum. Sextilium vero magnæ Arabum manui, quæ ad Tigranem accedebat, occurrere iubet. Is itaq; in Arabes dum castra locarent irrumpens: eos ingenti strage profligauit. Et Murena pariter Tigranem insequutus, vbi ad asperam angustamq; vallem ventum est, qua barbarę copię traducebantur, ꝓstita sibi occasione transeuntem paulatim exercitum adoriretur. Tigranes consestim sarcinis omnibus ꝓ se positis, citata fuga Romanos euasit. multi Armenii cesi: plures tamen capti sunt. His prospere gestis, Lucullus sublatis signis cum exercitu profectus ad obsidenda Tigranocerta consedit. Erant hac in vrbe plurimi Græci ab Cicilia: plurimiq; barbari a propriis & ipsi sedibus illo traducti: Arabeni, Gordiani, Assyrii Cappadoces: quos euacuatis patriis atq; exhaustis, natali solo priuatos, ad eam vrbem traxerat habitandam. Erat insuper opibus

Prodigiũ visum Lucullo.

Boues Dianę Persicę sacratæ.

Tigris flu.

Mitrobarzanes.

Sextilius legatus.

Mitrobarzanes interficitur.

Tigranocerta oppidum.

Murena.

Arabes profligantur.

donariiſq; ciuitas illi conferta: quæ & priuati homines & primarii ad augendam vrbis magnificẽtiam: gratiamq; ſibi regis conciliandã: Tigrani contulerant. Quare Lucullus ad obſidionẽ eius maxime intendebat: arbitratus irritatũ Tigranem ira potius q̃ conſilio deſcendentẽ in cãpum, a prælio nõ fore temperaturũ. Et recte auguratus eſt coniectura. Atqui Mithridates multa nuntiis: literis multa cõmonefaciens, ab Romanorũ congreſſu Tigranẽ penitus abſtinere orabat: nullum tutius, nullum pbabilius, nullum felicius pugnæ genus, q̃ fame cũ Lucullo pugnare. Adeſſe ſibi equites: quibus oẽm ab Romano exercitu cõmeatũ arcere poſſit. Taxiles ẽt q̃ ſecum cõmilitabat, ſuapte ſponte pmotus, ſupplex Tigranẽ orare: rebus vt ſuis ſine pugna conſuleret: & inuictas acies, inuictos Romanorũ animos euitaret. Hæc Tigranes conſilia perbenigne primũ audiebat: aſt vbi oẽs Armenioꝝ: oẽs ſibi Gordianoꝝ vires aduenerant: aderãtq; cũ regibus ſuis, Medoꝝ: Adiabenorũq; ingẽtes exercitus: multi quoq; a Barbylonio mari Arabes: multi a Caſpio Albani: & Albanis Iberes adiacẽtes: nec pauci deinde eoꝝ q̃ circa Araxen ſoluti ſine rege verſantur, ptim gratia, ptim mercede cõuenerant: iã ſpe audaciaꝝ barbariciſq; minis conuiuia regis, iã adeo plena erant & ipſa concilia: vt ipſe Taxiles ſolus Tigranis ſententiæ aduerſatus, vix capitis piculũ euitarit. Credebatur Mithridates clariſſimi facinoris inuidia iam quaſi partã diſſuadere victoriã: & ipſum Tigranes cõſulto morari voluit: ne præſens ſibi partẽ ſperataꝝ gloriæ vendicaret. Vniuerſo itaq; cũ exercitu motũ iactabundũ in amicos dictitaſſe proditũ eſt: perq̃ moleſto ſe animo eſſe: q; cum Lucullo ſolum, nõ vniuerſis cũ Romanorũ ducibus vna collectis ſibi deeernendũ eſſet. Neq; inſana prſus, oẽmq; præter rationẽ videbaẽ viri temeritas: cui tot populi, tot reges, tot peditũ legiões, tot equitũ milia, animos attollebant. Sagittariorũ & funditorũ enim viginti milia ſecum habuit: equitum quoq; ſupra quinquaginta milia: quoꝝ ſeptẽ decemq; milia cataphratti erant: vt Lucullus ipſe ſenatui ſcripſit. Peditũ vero cũ in cohortes, tũ in legiones diſtributoꝝ centũ quinquaginta milia. Itẽ qui vias ſternerent: q pontes fabricarent: q exhaurirent flumina: q ſyluas conciderent: reliqua ve bellocꝝ machinamenta cõficerent: triginta quinq; milia fuiſſe cõſtat. Qui a tergo locati, & ad hoſtem aſpectu deterrendũ, & ad cõfirmandos militũ animos plurimũ conducebant. Vbi vero ſupato Tauro, ſedentẽ ad Trigrano certa Romanũ deſpexit exercitũ: ipſeq; in eminenti loco manifeſte apparuit: tunc barbara oppidanorum turba ingenti clamore ſublato, aduentanti regi ſummo cũ ſtrepitu applaudere: tantas Romanis copias ex mœnibus oſtẽtare: minariq; illis extrema ſupplicia. Lucullus quũ de pugna confeſtim ad milites retuliſſet, pars obſidione deſerta totum exercitum in Tigranem ducendum eſſe cenſebat: pars nullatenus ab obſidione diſcedendũ eſſe: quo minus a tergo tanta oppidanorum turba relicta eſſet. Neutra pſe Lucullo ſententia placuit: ambas vero cõiunctas laudauit. Diuiſis itaq; copiis Murenã cũ ſex peditũ milibus ad obſidionẽ reliquit: & ipſe cum cohortibus quatuor & viginti, in qbus peditũ decẽ milia, ſagittarii atq; funditores circiter mille, & equites erãt vniuerſi, in hoſtẽ pfectus latiſſimo in campo iuxta fluuiũ caſtra locauit. Viſus eſt Tigrani puſillus admodum is exercitus. Et aſſentatores præſtita ſibi iocandi occaſione, hi Luculli temeritatem deridebant: illi ſup Romana ſpolia, quaſi iam parta eſſent, iecerãt ſortes. Et regum cæterorumq; principum vnuſquiſq; ei ſoli pugnæ negotium decerni orabat: regem vero eiuſce ſpectaculi: ludiq; ſpectatorem ſedere. Tunc Tigranes & ipſe vrbanũ quippiã: facetumq; in medium afferre cupiens, vulgatiſſimum illud dixiſſe fertur, Eos ſi legati venirent: ſatis multos quidem: ſi vero pugnaturi, ppaucos admodum eſſe. His itaq; ſalibus barbari iocabantur: Lucullus vero poſtridie prima luce armatos milites in aciem deducit. Erant barbara caſtra trans flumen ad orientis plagã locata: & Lucullus ſublatis ſignis, qua facilius flumen traiici poterat, citato agmine declinabat ad occidentẽ. Credebatur ipſe metu ſecedere: quare Tigranes accerſito Taxile, Vides ne ridens: inquit: inuictas Romanorum acies fugere? eas num vides? Et Taxiles, Vellem inquit O rex, vt quod temere auguratis: pro meliori tua fortuna id euenire. Cæterum non ſplendida veſtis, non terſi clypei, non impoſitæ capitibus galeæ: non deniq; exempta vaginis arma: cõſueuerunt fugientum habitus eſſe: ſed pugnaturi militis eſt ille ſplendor properãtis in hoſtem. Vix ea dixerat: quum iam firmari primas Romanorum aquilas conſpexere: aciesq; ad traiiciẽdum turmatim diſponi. Tunc Tigranem ceu longa vix crapula excitatum: bis vel ter clamaſſe ferunt: In nos properant O viri: ingentiq; ſtrepitu atq; tumultu turbas in acie diſpoſuiſſe. Siniſtrũ cornu Adiabeno regi: dextrum Medo conceſſit: medium vero ipſe tenuit. Cataphratti equi ferme omnes in fronte locati. Romanis iam ad traiiciendum paratis: pars militum eum diem q pridie Nonas octobris erat: obſeruadum eſſe cenſebat. Illum vnum ex nefaſtis diebus eſſe: quos atros Romani vocant. Scipionẽ cũ Cymbris hoc die cõgreſſum Romanũ exercitũ perdidiſſe. Quibus Lucullus celebratam illã hominũ memoria vocem edidiſſe ferunt. Ego enim: inquit: cõmilitones hunc diem ex atro feliciſſimum Romanis faciam. Et milites ſubinde hortatus: quũ fluuiũ traieciſſet: primus omnium properabat in hoſtem. Erat ipſe ferreũ thoracẽ indutus ſplendidum atq; ſquamoſum: quo ſuper Punicam geſtabat epheſtridẽ. Tũc ſtrictum enſem militibus oſtentabat: quaſi docere vellet: ex propinquo collato pede eum hoſtepugnandum eſſe: q nõ comminus: ſed eminus: teliſ: miſſilibus: ſagittis rem getere didiciſſet. Citato

Taxiles. Tigranes quas ſecum gentes habebat.

Tigranis iactantia. Exercit⁹ Tigranis ducentoꝝ & l. milium.

Trgranis facetum dictum.

Epheſtris ſagulum, ſiue ſupraueſtis.

agmine in barbarā turbam ruendam esse clamabat: vt celeritate sua milites sagittādi hostibus spatium interciperent. Hæc dicens quū aliquantū pgressus esset, cataphractos equites, quos celebris in exercitu erat fama, sub tumulo quodā locatos esse aduertit. Erat eius tumuli quatuor ferme stadiorū ascensus pfacilis atq; tutissimus: & in vertice spatiosa planities ad oēm militiæ vsum accommodata. Lucullus itaq; Thraces: Gallosq; quos secum habebat equites, in cataphractos ex transuerso ruere, gladiisq; cōtos eos; trūcare iubet. His enim cōscisis, oēm eorum vim extinctam esse: nō sibi consulere, nō pdesse sociis, non hostes deniq; lędere posse: quum pōdere, tum armorum inepti a nullam esse penitus sine contis, eorum operā: sed muro inclusis ac circūseptis pene similes apparere. Ipse deinde cum duabus cohortibus pedes in tumulum contendebat. Cæteri milites labore tantis: armati: pgredientisq; ducis reuerentia moti: subsequebātur. Capto tumulo, quum eminentiori eius in loco stetisset, ingenti voce proclamans, Vicimus, inquit, vicimus cōmilitones. Subin de cōmonefactis militibus, nil iaculis opus esse: sed strictis ensibus * petendum esse suras: ac hostium femora: quę sola cataphractī armis nudata negligunt: acies in hostē deducit. Nulla tamen his artibus atq; consiliis occasio data est: quia cataphracti ne Romanū quidem impetum excipiētes, priusq; iniretur certamen, clamore subita cum fuga sublato, sese: grauissimosq; armis equos iter pe ditum agmina turpissime pcipitabant. Sic nullo illato vulnere, nullo prorsus cruore conspecto, tot hoium milia, tantæq; copiæ profligatę sunt. Confestim itaq; ingens ędītur cędes: non tam fugientiū, q̄ cupientiū fugere barbarorū. Haud enim facile fuerat in tanta stipatarum profundissimarumq; acierū multitudine perplexos euadere. Tigranes vbi primū hostibus dari terga prospexit de sertis ordinibus, cum paucis admodū in fugā erupit: & filio quem cōi sorte: miserādaq; fortuna oppressum viderat, auulsum e pprio capite diadema lachrymans dedit: hortatus alteq; tenere iter: ac suæ saluti maturare consilium. Adolescens (quia indignū supstite patre religare sibi diadema censebat) fidelissimo cuidā ex suis custodiendū cōmisit. Neq; hunc fortuna libeq; ab hostibus esse siuit: vt captiuus ad Lucullū deductus, inter tot barbara spolia: Tigranis quoq; diadema deponeret. Peditū in ea fuga vltra centū, milia occubuisse pditū est: equitos paucos admodum effugisse. Romanorum vulnerari centum, quinq; interfecti sunt. Hanc pugnā in libro de diis immortalibus commemorans Antiochus philosophus: nullā prorsus talē solē vnq; vidisse scribit. Strabo vero: alter & ipse philosophus: in historiaq; cōmentariis: Romanos inquit erubuisse: deprisisseq; semetipsos: q̄ in tam vilia mancipia ferq; sumpsissent. Et Liuius Romanos asserit: nullis vnq; hostibus, qbus cū signa contulerint, copiaq; numero vsq; adeo fuisse inferiores. vix enim vigesimam eorū qui victi sūt partē victores extitisse. Clarissimi quoq; oīum Romanorū duces, & q diuturno bellorū vsu peritissimi videbant, ingentibus Lucullī laudibus extollebant: q duos florentissimos potētissimosq; reges duabus maxime cōtrariis rebus, mora scilicet ac celeritate, confecisset. Mithridatem enim quum vigebat, plurimum cunctando deuicisse: Tigranem autem oppressisse celeritate. Et quod paucis vnq; ducibus conduxisse accepimus, ad agendum cunctatione, ad tuendum audacia vsus est. Atq; Mithridates callidtate potius ac versutiis, q̄ signis collatis Lucullum, vt consueuerat, rem gesturum arbitratus, ad Tigranem festinare neglexit: sed lento procedens itinere quum aliquot in eum Armenii atroniti trepidiq; incidissent, coniectura rem ipsam auguratus est. Plutibus deinde & nudis & sauciis obuiam sibi factis, audita clade, ad quęrendum Tigranem conuersus, desertum, humilē: abiectum, miserabiliter quum inuenisset, nullis eum (vt ille se quondam) cōuitiis improbauit: sed equo descendens: & cōes secum miserias collachrymans, quum meliora eum sperare iussisset ingentem sibi famulorum ordinem, vel maximo rege dignum adiunxit. Ambo deinde ad contrahēdas nouas copias animos erexere. Profligaro Tigranę confestim inter Græcos, barbarosq;, qui Tigrano certis erant, seditio orta est. Lucullus reliquo exercitu eo admoto quum vrbem a Græcis accepisset, seruatis thesauris, cęteram vrbem militi diripiendam concessit: in qua præter alias ingentes opes, octo milia talentorum fuisse constat. Octingentę pręterea dachmæ singulis, ex hostium spoliis, militibus datę sunt. Erant ea tempestate Tigranocertis plurimi ludorū artifices: quos vndiq; Tigranes ad se institutorum spectaculorum causa conuocarat. His Lucullus ad præparandos pro parta victori ludos atq; spectacula magnifice vsus est. Græcos postea donato sibi viatico, & barbaros pariter, quos modo Tigranes inuitos habitatum eo traxisset, propriis patriis restitutos dimisit. Quare vna ciuitate soluta, plurimæ redditis sibi ciuibus, de integro refectæ sunt, a quibus Lucullus perinde ac nouus earum cōditor colebatur. Alia quoq; ornamenta pulcherrima ad viri gloriam accessere. Non enim bello magis, q̄ pietate: iustitia: humanitate: liberalitate: clementia: cęterisq; id genus virtutibus: supremas sibi partes laudis apperebat. Neq; hęc diuinæ optimæq; institutæ mentis insignia cum bellis conferenda censebat: vbi quum haud parum militibus, tum fortunæ plurimum deberi gloriæ iudicatur. Quanti vero momenti, quantæ laudis ei fuerint superiores illę virtutes: quibus præter omnem armorum operam, omnes vrbes, populos: reges: sibi conciliauit: ediserāmus. Etenim Arabum reges eum adeuntes: accepta pace, omnes suas fortunas Lucculli fidei crediderunt. Sponte sua Sophenorum gens accipit imperium: & Gordianorum populos vsq;

Thraces & Galli.

* petēdas.

Tigranis exercitus p fligatus a Lucullo.

Romanoq; ingens victoria contra Tigranem.

Cęsa ex Tigranis exercitu peditū cērū milia: equitū quīquaginta.

Lucilli laudes.

Seditio orta inter grecos & barbaros.

Præda ex tigranocertis ablata.

Arabum reges Lucullo se dederūt.

Sophenoq; gens.

Gordiani.

los vsq; adeo sui desyderio inflammauit: vt relictis porpriis sedibus, vna cum liberis atq; vxoribus eum, si passus esset, subsequi peroptarent. Tantam vero istorũ in Lucullum beniuolẽtiam hinc ortam fuisse perhibent. Zarbienus enim eorũ rex quum molestum Tigranis haberet imperiũ: ad Appium (ceu diximus) clam de societate cum Romanis ineunda retulerat: necdum in Armeniam Romani eruperant: quũ Tigranes detectare, Zarbienũ pariter cum liberis atq; vxore necari iussit. Lucullus maxime affectum se viri morte ostendit: vt in Gordiaeos regionem aduenies: Zarbieni funus amplissimo cum splendore celebrarit. Rogũ eius auro: purpuraq; regali: & Tigranis spoliis perornatum: præsens ipse cremauit: postremaq; vna cum virinecessariis atq; amicis parẽtans libationes, æqualem suum: populiq; Romani socium vocitabat. Iussit præterea pretiosissimum illi fabricari sepulcrum. Nam & ingẽtem auri & argẽti in Zarbieni thesauris ipse cõperat: & frumẽti in horreis congesti decies trecenta milia modium. His tantis opibus milites locupletati & Lucullus plurimũ miratus est: q; nulla prius ex ærario publico drachma suscepto, ipsum ex illo bello bellũ cõficeret. Dum hæc geruntur, legati ab rege Parthorum veniũt amicitiã: populiq; Romani societatẽ petẽtes. Placuit ea postulatio Lucullo: & ipse quoq; Partho legatos ab se remisit: q; postea q̃ ad illum vẽtum est, nõ cum Romanis modo, sed clam etiam cũ Tigrane de societate Parthum agere deprehenderũt: mercedẽq; cõmilitãdi Mesopotamiã ab illo petebat. Quæ dum Lucullo fuissent allata, neglectis Mithridate atq; Tigrane, quasi iam oppressis ac prope deletis, Parthorum vires tentandas instituit: & Romana in eos arma ducenda: egregium arbitratus, si velut certator in palæstra tres vno belli impetu reges superaret: & trium clarissimorũ: maximorũq; sub sole ductum, inuictus victor etiaderet. In Pontũ itaq; ad Sornatium & cæteros ibi præfectos mittit: q; nuntiarent eos q̃primũ oĩbus eis præsidii copiis ascensuro sibi per Gordianã occurrere. Illi quum iampridem intractabiles: difficilimosq; milites agnouissent: tum maxime in præsentia detecta eorũ intemperantia, nõ verbis, nõ prece, nõ imperio, nõ minis, solutissimos hoĩes in militiam cõpelle re potuerunt: clamãtes & obtestãtes se nõ amplius istic mansuros: relicto sed Ponto abituros sese quo quisq; decerneret. Hæc ad Lucullũ renũtiata, vulgata p militum ora, præsentem quoq; exercitum fœdæ responsionis exẽplo corrupere. Iam enim opibus, iam delitiis, ad arma pigerrimos tutissimi otii cupido Lucullianos inuaserat. Ast vbi temeratiã Ponticorum loquẽdi licẽtiam accepere: eiusmodi homines viros appellare: illos imitãdum esse dicere: & fessis iam pugnando militibus vltimam quietem deberi: multa sese trangllo otio digna, ppria virtute elaborasse. His vocibus fœdioribusq; vulgatis, susceptum Lucullus Parthicũ bellũ dimisit: ad ipsum Tigranẽ media iã æstate regressus. Taurinis saltibus superatis, quũ cãpos tunc primũ virẽtes cõspexisset, quia rigore cœli segnius ea regio cuncta producit, cõmeatuũ inopiã expectabat. Descendens tñ propulsatis Armeniis, qui bis aut ter tumultum magis, q̃ prælio excitarant quacũq; incesserat villas intrepide populabatur: & frumẽto quod Tigranes cõgesserat in potestatem suam redacto, quã sibi verebatur, hostibus egestatem iniecit. Positis itaq; castris: & vallo fossaq; circũductis, ad quastãdam sup oculis hostium regionem exibat. Vbi vero fugatos toties barbaros neqcq̃ ad prelium lacessitos: quiescere vidit: sublatis signis ad Artaxata Tigranis regiã, in qua & liberi eius infantes erãt: & mulieres, ire pgebat: id vnum cõsilium ratus quo lacessitus Tigranes in certamen subduci posset. Fama est Carthaginensem Annibalem profligato ab Romanis Antiocho, ad Artaxan Armeniorum regem secõtulisse: multa illũ clarissima: egregiaq; vtiliter edocuisse: cõsiderasseq; inter cætera aptissimum quendam natura locũ: squalidum tñ atq; neglectũ: in quo figuram vrbis describeret. Eo deinde adductum Artaxan, monstrato ei situ, ad condendam vrbem facile inflammasse: et iam paratis omnibus Annibalem ipsum operi ab rege præfectum: nobilissimam atq; ingẽtem vrbem ædificasse: quæ nomen ab ipso rege sortita, totius Armeniæ metropolis declarata est. Profectum in hanc vrbẽ Luculum Tigranes tolerare nõ potuit: sed coactis copiis, quartis castris, haud procul constitit ab Romano exercitu: Arsaniam fluuium in medio intercipiens: quem petituri Artaxat Romani traiicere cogebantur. Lucullus pactis deorum sacrificiis, perinde ac victoriam in manibus tenuisset, traducto exercitu, duodecim cohortes in fronte, totidem a tergo locauit: subsidia cõtra circuitum hostium peropportune distribuit. Multas enim equitũ turmas Tigranes õin frte posuerat: in primisq; sagittarios: Medorum equites & Iberes hastatos: in quibus super cæteros mercenarios milites Tigranes rerũ suarum momentum esse credebat. Nullum clarum ab his factus gestum est: sed Romanis cum equitibus æquo ferme marte pugnantes, ingruentis Romani peditis impetũ non sustinuere: sed hinc atq; hinc in fugam citati, Romanam equitem traxere ad se sectandum. Primis itaq; dissipatis ordinibus, Tigranes instructo reliquo equitatu: in hostem progreditur: quorum splendorem: multitudinemq; quum Lucullus subtimuisset, confestim insectantibus suis receptui cani iussit. Deinde cõferto agmine, primus ipse vna optimatibus in barbaros ruit tanto impetu: vt priusq; manum conserenrent, hostis sola trepidatione deuictus: vnicã in fuga salutem sibi quæsisset. Tres erãt in eo exercitu reges: sed turpissime omnium Ponticus Mithridates aufugit: quum ne primũ quidem Romanorum clamorem sustinere potuerit. Luculius

Zarbienus rex.

Sepulcrum extructum Zarbieno.

Frumẽti decies trecẽta milia modiũ in Zarbieni thesauris com perta a Lucullo.

Parthis Lucullus bellũ inferre statuit.

Sornatius.

Taurina regio.

Artaxas rex.

Artaxata vrbs vnde & a quo cõdita.

Arsania fluuius Armeniæ.

Pugna iter Lucullũ & Tigranem

Tigranis exercitus iterũ fugatus & cẽsus a Lucullo.

vniuersam ꝓximā noctem ad insectandū hostem absumpsit: & capiēdo: cædēdo: ptędādo: Romani milites defessi sunt. In superiori nēpe certamine plures, in hoc vero nobiliores barbaros: & cecidisse, & fuisse captos, Liuius author est. His Lucullus tātis ēlatus victoriis, ad subuertendū penitus barbarę ascendere instituerat. Autūnale tunc erat æquinoctiū: & oīm spe celerius rigidissima ecœlo

Frigus asperrimum.

ftigora cecidēr: oīa niue obruta erant: & siqñ serenus aderat aer, tū gelu, tū pruina humana corpa prigebāt. Difficillimus erat eqs ob extremā frigiditatē fluminū potus: difficillimus erat eoꝝ trāsitus: qa cōctetis in glaciē aquis, glacies ipsa transeuntiū grauitate cōfracta, asperitate sua equoꝝ tibias neruosqꝫ cruentabat. Syluestria deinde ac angusta itinera, tellus humiditate abundans, cadentes e cœlo niues, & ipsa in madidissimis locis acerba pnoctatio, difficillimā ac ꝑpe intolerabilē militiā faciebant. Paucis itaqꝫ post pugnā diebus milites Lucullum sequuti: quū asperitatē itineris tecusarent: primū p tribunos militū, nelōgius ꝑcederetur: eum frustra rogare: deinde cōuentibus hincin de factis, inter se murmutate: nocte in tentoriis crudelitatem ducis insimulare: oīaqꝫ infestissimis verbis: fœdoqꝫ tumultu implere. Videbantur Lucullo res in seditiosam spectare perniciē: pindesin gulos adeundo milites phumanę prensare, supplicateqꝫ: toletantiā in fortissimos hoīes inducere: alterā in Armenia Carthaginē velle delere: eius hoīs opus qui tot clades populo Roma. intulerit. de Annibale enī Artaxiasqꝫ loquebaī. Postq̄ oīa Lucullus frustra tentari vidit: inuitus retro ducebat exercitum: & supato per alios saltus Tauro, in eam tegionē descendit: quā Migdonicā vocant: feracissimā atqꝫ apticā. Vrbs erat in ea, tum opibus, tum hominū multitudine opulenta: quā barbari Nisibin, Græci Migdonicam Anthiochiā appellāt. Huic nempe Guras Tigranis fr̄ pater. Sūma tū machinamētoꝝ peritia res belli Callimachus gubernabat: is q multos ad Amasum Romanis labores intulerat. Itaqꝫ ad obsidendā hanc vrbē Lucullus vltimo conatu cōsedit. Et quū paruo illam tpe vi cepisset: Guram, q sese Luculli humanitati cōmisit, perbenigne susceꝑit. Neglecto vero Callimacho, q tuēdę suę vitę cā abditos pollicebaī maximaꝝ opū teuelare thesauros, in pedicas coniectū setuari iussit: pœnas datuꝝ eius incendii: quo Amasenoꝝ vrbe vastata, liberalitatis humanitatisqꝫ suę in Gręcos declarādæ occasionē extinxerat. Fortunā hucusqꝫ indubie cū Lucullo cō militasse visum est: ꝓsperasqꝫ sp eius consiliis auras prętitisse. At deinceps tametsi egregiā prudentissimi magnanimiqꝫ virtutē imperatoris oñderit: tanq̄ aduerso semp spirante flatu: in altū frustra contenderet, nullā res a se gestę grām, nullam prorsus gloriā habuere. Cæteꝝ supiores illæ, quas oīum mortaliū cōsensu sibi vēdicauerat laudes, ꝑpemodū defluxere. Neqꝫ minime proximę infelicitatis causę ei sunt ascribēdæ. Non enī quo decuit studio: æqualive comitate militarē multitudinē colebat: quia vniuersas seruientiū voluptates ad ignominiā pniciēqꝫ imperantis spectare existimabat. In primis vero id ei plurimū obfuisse constat: qꝫ æqualium suoꝝ: & q in exercitu magistratum gerebāt, quāti par fuerat: neminem faciebat: sed neglectis oībus, nullum secū cōferendum esse arbitrabatur. Hæc sola inter tot tantasqꝫ ornatissimi viri virtutes mala sedisse ferunt. Etenim modestissimū atqꝫ magnanimū: & in dicendo fuisse grauissimū: paremqꝫ togatum & armatū: domi: militię pace: & bello: splendorem habuisse prudentię. Primā militaris huius odii atqꝫ intēperantię facem in Cyziceno bello statim arsisse, Sallustio placet: & ad Amasum inualuisse potissimū ꝙ duo hyberna illo sintra vallum agere cōpulisset. Accendebāt eos & reliqui hybernandi labores: siue enim in hostili, siue in sociali regione sterissent, sub diuo semp vniuersi milites contubernabāt: neqꝫ semel modo vllam in pacatā vrbem Lucullus cum exercitu est ingressus. His militū odiis Romæ vulgatis, Luculli aduersarii accensos longa inuidia animos eleuare: & ꝑcaciter eum insimulare: ꝙ auaritia: imoderataqꝫ imperandi cupiditate: bellum produceret: & quū fere me Ciliciam: Asiam: Bithyniam: Paphlagoniā. Galatiam: Pontū: Armeniā vsqꝫ ad Phasidem occupater, ad ditipiēdam quoqꝫ Tigranis regiā contendisset: quasi ad spoliādos, nō debellādos reges eēt emissus. Has atrocissimas voces Luciū Quintium vnū ex Romanis ducibus in primis iactasse ferunt: cuius maxime studio ac vigilantia quū de his rebus ad senatum relatū esset placuit abrogari Lucullo imperiū: eam alteri decerni prouinciam: multoqꝫ eius exercitus milites emeritos fieri atqꝫ exauthorari. Accessit huic & maior altera rebus Luculli pestis. Publ. Clodius cum Lucullo cōmilitabat: vir nefarius: scelestus: supbissimaqꝫ temeritate imbutus: & q libidini suæ in sororem, quę Luculli vxor erat, intemperatissimam mulierem induxisse fertur. Is quū non quātum sibi ipse cōcedebat honoris ab imperatore assequeretur (primas enī maximarum reꝝ partes sibi iure deberi arbitrabatur.) Fimbrianos milites pellicere: plurimumqꝫ sibi cōciliare adortus est. Quod vbi satis ei succesisse apparuit: q primū illorū animos ab Lucullo alienare: summūqꝫ illis fastidiū imperatoris inducere. Neqꝫ difficile fuerat homines diututna cōsuetudine factiosos tum pollicitando, tum blandos inferendo sermones corrupisse. Hi enim erāt qui duce Fimbria Flaccum consulē occidēres: cū sibi delegerūt imperatorem

Migdonica regio. Nisibis ciuitas: quę et Antiochia. Guras Tigranis fr̄.

Lucullo fortuna mutata.

Luculli arrogantia: et deinde virtutes.

Lucullus aduersariorū criminationibus differtur.

L. Quintiꝰ P. Clodius nefarius ac sceleſtus.

Quare Clodiū amicū militū appellātes periocunde cōplectebātur. Simulabat enim eoꝝ se maximē misereri: si magnis bellis, maioribus periculis, maximis deniqꝫ laboribus, nullus modus, nulla vsquā requies aderit: sed omni cum gente bellando, orbē terrę pererrando, bellis bella finiēdo, miseram vitam terant: nullam tam onerosa militia dignam expectātes, mercedem. Non milites am-

Flaccus cons.

plius, sed Luculli diuitiarū defensores, atq; custodes esse: quibus tot camelos, tot plaustra, aureis gēmatisq; poculis plena, imperatoris auaritiæ tuēdum esset. Iam Pōpeianos milites in populū redactos, cū liberis atq; cōiugibus felicē regionē, vrbesq; opulentas p otium possidere. Non Mithridatem, nō Tigranē, pluuiis, niue, pruina, gelu, obrutos, p vasta deserta sectari regias Asiæ diruta ros: sed pfugorū bellū in Hispania, seruile in Italia gerere. Erit ne igitur tantis vnq; nostris laboribus modus: num qescemus: num cessabimus: num otiabimur aliquādo? Reliqua nobis milites (si viri sumus) Pompeio imperatori vita seruāda est, a quo maximū sui ornamētum, cōmilitonum diuitiæ atq; felicitas iudicantur. Hæc peste corruptus exercitus, neq; in Tigranē pficisci voluerūt: neq; in Mithridatem qui ex armenia in Pontum pristinū sibi vendicaturus imperiū veniebat: & hyemis acerbitatem insimulantes, circa Gordianā hyberna trahebant: summo Pōpeium super cæteros duces desyderio expectantes: Lucullo in puinciā subrogādum. At postq; nuntiatum est Mithridatem profligato Flabio, in Sornatium, atq; Triarium vires suas inducere: sola verecūdia cōpulsi Luculllū milites sequebātur. Triarius cōsestim quasi victoriā in manibus habuisset, quo sibi totam laudem vēdicaret, priusq; Lucullianus adesset exercitus, cōserto prælio ingētem cladem accepit. Proditū est enim supra septē Romanoꝝ milia occidisse: centuriones centū & qnquaginta: tribunos militū supra quatuor & viginti: & Romana castra in Mithridatis potestatē venisse. Paucis postea diebus Lucullus aduenies, Triariū abiratis militibus ad suppliciū quæsitū absconditt. Ad Mithridatem subinde cōuersus, eum in certamē quū ducere lacessendo frustra tētasset: quia is Tigranē cū multis ad se copiis descēdentē expectabat: occurrere Tigrani pugnaturus instituit: an teq; hi duo simul iungerētur exercitus. Sublatis itaq; castris Fimbriani milites tumultu in itinere facto, ordines suos deseruere: quasi nouo senatusconsulto ea militia exauthoritati essent: & decretis iam aliis ducibus prouinciis, haud amplius ad Lucullum spectaret imperium. Nil fuit pfecto qd non Lucullus ad sedandos flectēdosq; militū aīos, post habita maiestate imperii, humiliter experiretur: singulos orando, prensando, leniēdo, sordida cū veste deiectus elachrymabat. Illi tanti ducis lachrymis precibusq; neglectis, vacua marsupia abiicientes, solū cum hostibus pugnare iubebant: a quibus solus ipse locupletari didicisset. Tandem flexi alioꝝ militum precibus Fimbriani cum Lucullo pepigere secum se proximā moraturos æstatē: & si nemo interim pugnaturus occurreret, liberos atq; soluto esse. Has tā angustas conditiones Lucullū aut subire oportuit: aut desertam oī præsidio Barbaris dimittere regionē. Continebat itaq; illos: nō ad pugnam modo, neq; militare quippiam facinus deinceps educens: sed sola eorum expectatione cōtentus, Cappadociā ab Tigrane solutissima licentia depopulatam patiebatur. Sustinebat tacitus in pristinas sese Mithridatem vires erigere: quem ipse pridem senatui scripserat debellatum: Et ob id aderant ei legati ab Roma missi: vt res Ponticas ceu plane Romano imperio vēdicatas cōponerent. Qui eum nō modo Ponti, sed ne sui quidem exercitus dominū inuenere: ab debacchatis militibus abiectissimū atq; neglectū. Quibus tm̄ erga imperatorē suū incōtinētiæ, tantū petulātiæ fuit: vt æstate, cedēte, armati strictis ensibus remotissimos, & qui nulli videbātur hostes, ad plium puocarēt: deinde pariter cōclamantes, & crebris inanē aerēictibus ferientes e castris egrederent: obtestati id omne qd cum Lucullo pepigerant tps effluxisse. Relictos quoq; milites Pompeius literis ad se accersebat. iā enim ad Mithridatem, Tigranēq; bellādos, dux Romæ fuerat quū plebis, tum factiosorū principū suffragiis declaratus. Enimuero ingratissima senatui optimatibusq; ea res videbatur: & amplissimis Luculli meritis haud digna: quia nō belli, sed triumphi successorē acciperet: neq; imperiū aut magistratum: sed mercedē, præmiū, fructūq; rerum a se gestarū subrogato duci cōcederet. Cæterum ab his maxime qui aderāt proftrata Luculli dignitas atq; fortuna, nō sine multa misericordia conspici potuit. Non enim honoris, nō authoritatis, nō imperii eius erga milites vllū prope modum vestigium apparebat. Omnes edicto Pompeii ab Luculli cōgressu prohibebantur. nulli penitus parere licebat his rebus: quas ipse decem pariter cū legatis instituerat atq; conscripserat: sed iam omnes in Pompeiū q multis florebat copiis cōuersi suis audiebant edictis. Communibus itaq; tandē amicis intercedētibus, hi duo duces in vico quodā Galatiæ pariter cōuenere: vbi habito familiari cōgressu sup rebus a se magnifice gestis, ambo vicissim cōgratulati sunt. Grādior erat ætate Lucullus: cæterum dignitas Pōpeii quū pluribus imperiis, tū duobus triūphis amplior erat atq; insignior. Laureatos ppter victorias fasces vterq; præ se ferebat: sed longo Pōpeii itinere per loca sequalida atq; inculta lauri iam circa fasces aruerāt. Q̄d vbi Lucullani lictores aduertissent: ppriis quas & recentes & virides habebāt, lauris liberaliter cōtulere. Id Pompeii amici in bonum omen verterunt. Etenim reuerta Lucullī res gestæ illius imperiū perornarunt. Nil tamen habitus sermo pacatū, nil amicū inter eos adduxit: sed alienatis magis a animis quū mutuo discessissent, Pompeius oīa illius instituta antiquauit: oēsq; præter mille sexcētos, qbus cū ille triūphare posset milites sibi asciuit. Nec ii quoq; læto admodū animo cū Lucullo mansere. Sic igitur Lucullo aut ingeniū, aut ipsa fortuna in re oium maxime iperatori necessaria, aduersabatur. Quæ vna si eius fortitudini, vigilātiæ, prudentiæ, ægrati, cæterisq; clarissimis ac singularibus ornamētis accessis-

Fabius. Triarius a Mithridate superatus. Cęsa Rōanoꝝ septē milia a Mithridate.

Pōpeius declarat dux in Mithridatem.

Laureatos fasces gestabāt Pōpeius & Lucullus.

set:nō Euphrates in Asia:sed mare Hyrcanū,ipiusq; Asię fines Romanū terminassent imperium. Quādoquidem cætetas gētes Tigranes ab se debellaras ante cōtuderit:& Parthorū vires nō sub Lucullo quātum deinde sub Crasso validæ vnitæq; floruerint: sed bellis intestinisq; seditiōibus dissipatæ,neq; Armeniorū iniurias potuerūt vlcisci. Equidē cōsyderanti mihi persępe videri solet: hisce reb⁹ qbus Lucullus in gētia patrię cōmoda cōparauit,cæteros duces plurimū ītuliſſe detrimēti. Quid enim aliud q̄ partha in Armenia vicina Parthis trophea, q̄ Tigranocerta, q̄ Nisibis, q̄ in gēs præda in Romā abacta, q̄ captum deniq; diadema Tigranis, Crassum ad potiūdam Asiam extulit atq; accēdit:arbitratū nil aliud q̄ prædam atq; spolia Barbaros cē! Veq; vbi in Parthorū sagittas,armaq; incidisset:facile declarauit:nō mollitie aut hostium imbecillitate Lucullū: sed fortitudine,audacia,cōsilio,tantas retulisse victorias. Sed de his alias. Regressus itaq; Romā Lucullus M.fratrē offendit ab.C. Memmio accusatū sup his quę quęstor sub imperatore Sylla gesserat.Et quū Marcus id iudicium euasisset: Mēmius omnē iram in Lucullū conuertēs populum incitabat: multa eum prærer authoritatē cōsularis imperii,pter senatusq; cōsultū multa fecisset: ptraxisseq; bellū diutius dictitabat. His vocibus adductus populus triūphū Lucullo negabat:& quū res in maximū venisset certamē: primores patrum & potētissimus quisq; in republica, qbus Luculli dignitas chara erat, tribubus sese miscentes vix populo de cōcedendo Lucullo triūpho psuasere. Nō itaq; velut aliq; aut lōgitudine pōpæ, aut rerum expositaq; multitudine, admirādum tumultuosumq; triumphū egit:sed q̄ pluribus hostiū armis regiisq; machinis quū circū Flaminiū pornasset, clarum suopote splēdore id spectaculū videbat. In pompa cataphratorū equitū pauci, decem falcati currus pcedebat. Ex regiis ducibus atq; amicis sexagīta captiui. Naues longę atq; rostratæ decem supra cētum vna deferebātur. Ipsius deinde Mithridatis aureū simulacrū sex peditū lōgitudinis, & clypeius quidā ptiosis lapidibus pornatus. Viginti pterea argenteis vasis plena vehicula: auteis vero & poculis & armis atq; nūis, duo supra triginta cōferta erāt. Hæc oia ab hoibus dedu cebātur. Octo vero muli lecticis aureis onusti erant:defæcato vero argēto sex & qnquaginta. Alteri præterea cētum septēq; muli paulo minus decies ducēta septuaginta nūmi atq; argenti milia deportabant. Ferebātur & ipsi libri: in qbus quantū Pōpeio ad piraticū bellū,quātum in ærarium publicū pecuniæ ipse cōtulerat,inscriptū erat. Singulis pterea militibus nōingēras quinquaginta dedisse drachmas. Vrbē deniq; vicinosq; vicos magnifico epulo cōuiuatus est. Repudiata dein de Clodia pessima incōtinēriissimaq; muliere, Seruiliā Catonis sororē duxit.Nullo hæc in flagitio superiore purior erat:nisi q; fratrū calumniā non subierat. Eius fastidiū atq; in tēperantiam Catonis reuerentia diu ppessus,tādem repudiauit. Iam Luculli psentia amplissima spe aios patrū impleuerat. Videbat enim virū tanta rerū a se gestaq; gloria authoritateq; florentē, Pompeii audaciam cōprimere,atq; tyrānidem:& oprimatū amplitudinē posse tueri. Cæterum siue q; iam ægrotā patriam, pronamq; in futurā ruinā cerneret: siue (vt qbusdam placet) satis sibi vendicarum glorię arbitratus, ab diuturnis laboribus atq; periculis, quoq; plærunq; infeliciſſimi essent exitus, ad literaq; otium, studiosam ve quietem reliquum vitæ conferre voluerit: ab republica sponte se abdicauit. Suntitaq; qui hanc Luculli sententiā laudādam plurimū arbitrentur. Non enim in Marii calamitates atq; miserias decidisse:q post Cymbricas victorias,illaq; maxima clarissimaq; facinora nullum ad custodiendos iam partos honores modū statuere iudicauit: sed insatiabili glorię imperiiq; ambitione senex cū ineuntibus rēpublicā iuuenibus cōtendens sese in res turpissimas,rebusq; miserias turpiores præcipitauit. Et Ciceronē post pnicioſissimā Catilinæ conspiratione diuino suo ingenio a cōmuni clade depulsam, priuatū consenescere præstitisse. Et Scipionē adiecta Carthagini Numātia, quieuisse. Etenim finita quadā modestia ciuiles ambitiones esse moderandas. Nec minus q̄ Athletas in palæstra,ciues in republica dānandos esse: qui nullū momētum, nullū tps, nullam qetem ppetuis laboribus intermittūt. Crassus vero atq; Pompeius hanc nouā Luculli institutionē accusare solebant: q; in voluptates atq; luxuriem sese dimisisset: quasi non militaribus ciuilibusq; negotiis aptior, q̄ otio atq; delitiis ętas illa fuisset. Mihi vero Luculli vita vetere bus simillima comediis videri solet: quaq; primæ partes rebus domi militiæq; gestis, postremæ vero conuiuiis, potationibus, cantu, pcaci, facibus, omniq; luxus genere cōtinētur. Ego. n. sumptuosa illa ædificia, ingētes balneoq; atq; deambulacrorū apparat⁹, picturas, statuas, omneq; eius modi rerum studium, ad luxum arbitror referēda quas ipse res pmaximis sibi sumptibus comparauit:& opibus quas sibi pmultas honestissimo militiæ iure vendicarat, affluentissime vtebatur. Tanta vero in nostram vsq; ætatem eius delitiæ opinione omniū efferunt: vt inter ornatos sumptuosissimosq; regū hortos Luculliani dinumerētur in primis. Quid de his operibus quæ iuxta mare circa Neapolim magnifice splendideq; cōstructa sunt, iudicandū arbitramur! vbi altiores p fundis fossis tumulos ipse susperderat. vbi matitimas ædes, easq; pulcherrimas atq; amplissimas ædificarat! vbi discursus maris, piscososq; riuos ædibus circūduxerat! Quæ singula quū stoicus Tubero haud satis mirari potuisset: Xerxem eū ex togato hoie appellauit.Erant illi prterea ædes in Tusculano spatiosis thalamis deambulacrisq; peropornatæ: e quibus ceu e speculis vndiq; circū

Marcus frater Luculli. C. Mēmi⁹.

Luculli triūphus.

Clodia intēperatissima vxor a Lucullo repudiatur.

Seruilia vxor a Lucullo ducta repudiat.

Lucullus se ad studia cōfert: atq; a rep. abdicat.

Modestia quadā finita ciuiles ambitiōes moderādæ sunt.

Luculli delitiæ.

Horti Luculliani.

Tubero stoicus.

ſpici poterat:in quas Pompeius aduenies, accuſauit Lucullū: q ad eſtatē optime accommodatas, inhabitabiles hyeme feciſſet. Cui ridens Lucullus, Nam tibi inquit Pompei minus q̄ grues aut ciconiæ mentis hr̄e videor: vt non pariter cū tpe habitationē quoq; pmutē! Quū vero prætor quidam purpureas celebrādi ſpectaculi cā ab eo chlamydes petiiſſet: inſpectus; ſi domi hr̄et, daturūq; libenter ſi adeſſent reſpōdit. Poſtridie vero roganti Lucullo quot ſibi chlamydibus opus eſſet: quum centū ille ſufficere reſpōdiſſet: ducētas ſibi dari Lucullus iuſſit. Proinde Flaccum poetā dixiſſe ferūt: non eas ſe putare diuitias: quaq; repoſita atq; celata non plura eſſent, his quæ palam conſpicerentur. Erant autē Lucullo cōuiuia nouo ſemp diuitiaq; ſplendore parata: nō modo purpureis ſtratis, poculis auro gēmiſq; elaboratis, choris, cœtibus, ſcæniciſq; recitationibus admiranda: ſed varietate quoq; ac multitudine epularū, & ingentibus abundantiſſimiſq; bellariorū apparatibus. Quibus rebus illiberales eum homines beatū appellabant. Pompeiū aduerſa corporis valetudine captum clare de ſe in Lucullū loquutum fuiſſe tradūt. Nam quū medicus eū turdos comedere iuberet & miniſtri (quia æſtas eſſet) alibi q̄ apud Lucullū domi nutritos reperiri poſſe negarent: vetuit Pōpeius vt inde aſſumerētur. & ad medicū cōuerſus, ſi Lucullus inquit delicatus non eſſet, num forte Pompeius non viueret! Quare alia dari ſibi iuſſit: quæ aliunde facile cōparari poſſent. Hunc tantū Lucilli luxum Cato cui tum erat ſumma & amicitia & familiaritate coniūctus, vſq; adeo iniquo ferebat animo: vt quū adoleſcēs quidā in ſenatu longam & importunā de modeſtia & parcitate oratione ageret exurgens Cato, Tacebis ne inquit hodie diues vt Craſſus: viuens vt Lucullus: loquēs vt Cato! Quidā etſi dictum id in curia fateantur, ab Catone tñ fuiſſe negant. Lucullus vero nō voluptatē modo, ſed laudē quoq; his ſibi ſumptibus quæritabat. Q̄ quidem coniicere ex his par eſt: quæ de illo ſunt mandata memoriæ. Ferunt enim Græcos quoſdā homines qui Romā aſcenderāt, apud illū multis diebus conuiuatos fuiſſe. Qui quū rurſus inuitarentur: Græca quadā perſimonia in verecundiam ductos, recuſaſſe vocationē: indignū ducentes ſi propter ſe tantis quottidie ſumptibus conuiuia pararentur. His vocibus riſiſſe Lucullū, dixiſſeq;: Nōnulla profecto ex his propter vos fiūt o viri Græci: cæteq; plurima propter Lucullū parari iubeo. Quū enim forte nemine apud eū cœnante, vnica ſibi menſa dapeſq; modeſte paratæ eſſent: diſpenſatorē domus ad ſe vocatū ob iurgauit. Cui ille: non putabam inquit, quum ſolus cœnaturus eſſes, ſumptuoſo tibi opus eſſe conuiuio. Quid ais Lucullus inquit! an ignorabas penes Lucullū hodie cœnatum eſſe Lucullum! Itaq; quū totam iam vrbē hanc rerum crebra fama peruaderet: Lucullum tunc forte per otiū in foro ſedentē Pompeius Ciceroq; conuenere. Hic nempe in primis ſibi familiaris erat atq; amicus: Pōpeio vero, etſi ante quadā ſimultate ob Mithridaticū bellū mutuo aduerſarentur, & loqui tamē familiariter, & conſueuiſſe ſolebat. Cicero itaq; ſalutato Lucullo, volumus inquit apud te cœnare hodie: ea cōditione: vt nil noui noſtri cauſa parari iubeas. Subrecuſabat id Lucullus: & in poſterū diē differri cōuiuium poſtulabat. Illi vero neq; differre, neq; alloquēdi ſecreto familiares ſuos facultatem ſibi facere voluere: ne aliud domi pararī iuberet cōuiuiū. Hanc tamē ſibi poſtremo veniam p̄ſtitere: vt vel ipſis audiētibus cuidā ex familiaribus ſuis id ſolū diceret: in Apolline cœnabitur hodie. ea ſola voce fefellit eos. Id enim erat vnū ex maximis eius cœnaculis eo nomine appellatū. Singulis enim (vt videtur) cœnaculis & cōuiuii pretiū, & ſplendor apparatus definitus erat. Quāobrem famuli audito loci nomine, cōfeſtim intelligebāt quantis ſumptibus, qualiornatu, quoue ordine conficiendū eſſet conuiuiū. Conſueuerat aūt pretii quinquaginta miliū in Apolline cœna parari: q̄ cum ſic eo quoq; die acta fuiſſet, mirabatur ſtupore quodā Pompeius in tanta epularū abundantia celeritatē apparatus. His itaq; in rebus Lucullus maximas opes tanq̄ barbaras & bello partas parū vtiliter cōſumebat. Nil minus tamē diligentiæ ad ea ſibi cōparanda adhibuit: quæ ſtudioſo ac literatiſſimo homine digna eſſent. Ereni plurimos pulcherrimeq; ſcriptos coegit libros: quorum profecto vſus maior ē ſibi, q̄ ipſa poſſeſſio gloriam vendicabat. Studioſo enim cuiq; & bibliothecæ, & quæ circa eas erant ſcholæ atq; deambulacra libere ppetuoq; patebant: quo ſe Græci quū per otium licuiſſet, velut in amœniſſimū quoddā muſarū diuerſorium, cōferre ſolebant. Ibi loquēdo, legendo, diſputando diem iocunde terebant. Et Lucullus plærunq; vbi eruditiſſimos viros diſputare vidiſſet, eo ſe potiſſimū ingerebat. Siqua etiam ope illis in republica opus fuiſſet, authore Lucullo q̄primū aſſequebantur: vt vix credibile ſit: qd fuerit illud, quātūue in Græcos homines ſtudium atq; humanitas: fouebat eos: colebat eos: conuiuabatur eos: & proprios lares liberam Græcorum Romam venientiū aulam faciebat. Omne vero philoſophandi genus familiariſſima quadam cognitione complexus eſt. Academiam tamen a principio ſummo ſtudio & amore colebat: non eā quæ noua eſt appellata: q̄q̄ tunc maxime & Carneadis ſcripta, & Philonis doctrina floruerit: ſed vererē: cuius tunc erat princeps Aſcalonita ille Antiochus: vir & acris ingenii, & de dicendi ratione peritiſſimus eruditiſſimuſq;. Hunc Lucullus ſummo ſtudio ſibi in amicitiam conciliarū ſocium vitæ fecit: & Philonis auditoribus ſe oppoſuit. Horum vnus. M. Cicero erat: qui quum elegantiſſimum ſuo more in veterem academiam librū ſcripſiſſet: eius ſectæ partes Lucullo, ſibipſi contrarias laudandas conceſſit: & Lucullus eapropter liber ipſe inſcribitur. Erant enim mutua inter ſe be-

Veſtes ínumeræ. Luculli. Horat. Flaccus poeta.

Cōuiuia luculli lautiſſima.

Catonis dictū in ſportune de modeſtia & pcitate loquētem.

Cœnabit ī Apolline.

Pōpeius & Cicero cœnant apud Lucullum. Bibliothecæ Luculli.

Lucullus Græcorum fautor fuit. Academia noua. Antiochus Aſcolonita

niuolentia iuncti:& consilio in republica socii.Non enim se Lucullus penitus absoluerat a repu-
Crassus & Cato. blica:sed primos inter vrbis principes locos atq; honores,quia in his plurimum molestiaq; arque periculi esset,Crasso dimisit,atq; Catoni.Hos enim duos posteaq; supremas ipse partes in senatu recusasset,hi quibus Pompeii potentia suspecta erat,libertatis principum tutores effecerant. Ob amicos patrocinia descendebat in forum:in curiam vero si quod Pompeii studium,siquam extin-
Pompeius publius foro Pompeius quidam. guere audaciam oporteret.Etenim decreta quę debellaris ille regibus instituerat,antiquari fecit: quāue militibus scripserat largitionē socio Catone dari prohibuit.Quamobrē Pōpeius in Cras-si & Cæsaris amicitiam,potius vero coniurationem confugiens,quum armis & militibus totam fere vrbem implesset,eiectis extra forum Lucullo atq; Catone,decreta sua promulgari fecit.Eius in-dignitatem rei quū periniquis,vt par erat,animis optimates ferre viderentur: Brutium quendam Pompeium in medium produxere:quem Pompeio insidiantem deprehendisse dicebant.Hic in se-natum deductus,alios quosdam Romanos accusauit:in populo vero Lucullū ipsum adiecit: quē insidiarum authorem in Pompeii caput fuisse affuerabat.Nullam vero fidem quum testis leuita-te,tum verborum in constantia,ea sibi accusatio vendicauit:sed quum mercede omnes eum virū in Lucullum solliciatum esse censerent,tum paucis postea diebus additum sceleri scelus rem ma-xime patefecit.Inuentum est enim Brutii cadauer eiectum e carcere:quem naturali valetudine con fectū eē dicebāt,sed iterfectū a Pōpeianis recētes vibices,& sugillatiōis vestigia declarabant: nep ipsum etiam accusatorem res vnq; in lucem produci posset.Ea res plurimum ab republica Lucul-lum abduxit.Sed Cicerone postremo summa cum indignitate ex vrbe eiecto,missoq; in Cyprum Catone,ab omni publica cura prorsus sese absoluit.Ferunt autem eum sub mortem aduersa men-tis valetudine captum,paulatim contabuisse.Porro Cornelius Nepos non ætate mala, neq; na-
Luculli mors. Callisthe-nes. turali morbo,sed medicamentis ab Callisthene quodam liberto suo corruptum in id incidisse pro didit.Callisthenem vero ea medicamina propinasse:quia vim amatoriam habuisse crediderat:Lu-cullūq; tantum ab rationis vsu abfuisse:vt vel eo viuente omnis rei familiaris cura Marci fratris cō filio fuerit gubernata.Atq; maxima eius beneficia in patriam,& ingens gloria,tum domi tum par ta militiæ,omnium in memoria peruigebat:vt mors eius luctum suis, populo mœrorem, bono cuiq; lamentationem attulerit.Concurrebant eo omnes: & nobilissimis ab adolescentibus dela-tum in forum corpus,sepelri volebant in campo Martio:vbi Sylla iacuerat:nemine ex Luculli ne cessariis id expetente.haud enim facilis apparatus ille fuisset.Quare Marcus frater multis a popu-lo precibus impetrauit:in agro Tusculano Luculli funera celebrari.Nec ipse ingenti fratris mœ-rore affectus,multum deinde temporis superuixit:sed bona cum eius ætate atq; gloria vita quoq; pariter est extincta.

¶ CIMONIS LVCVLLIQVE COMPARATIO.

GO ITAQVE Luculli mortem perbeatā maxime opportunāq; iudicādam arbitror.Non enim quā Romanę libertati ifensa fata mo-liebātur,fœdā,lachrymabilem.miseraq; reipu.peruersionem vidit: cæ-tera liberam adhuc,ægrotam tū atq; labantem patriā cū vita reliquit. Idq; in primis oium Lucullo Cimonię cōe fuit:quādoqdē & vte non dum turbatis,sed ingentibus adhuc Græciæ rebus diem obiuit. Non tamē vt ille a republica solutus atq; diuisus:sed pariter cum vita & im-perium & Cimōis militia cecidere:neq; ab armis,honoribus, atq; tro-phæis,velut in portū quendam sese in potus comessationesq; contu-lerat:ceu mordaciter in Orpheū ait Plato arbitratū eos qui bene ho-nesteq; vixissent,apud iferos præmiū manere crapulā sempiternā.Oti-um vero atq; tranquilla quies & clarissimū literaq; studiū honesta cū voluptate coniunctū,dignissimum cū grandiori ætate viro & a ciuilibus bellicisq; muneribus ab-
Aphrodi-sia. soluto solatium videri debet. Vexq; ab ingenti req; gestaq; gloria in luxum voluptatēq; defluxisse: & reliquum vitæ in iocis atq; delitiis velut imperioq; victoriarūq; aphrodisia id est Veneris festa egis-se:hanc haud pulchrā vitæ mutationē existimo:neq; Xenocratem imitantis:sed ad Epicuri senten-tiam po tius inclinatæ.Nec paq; mirari soleo:siquando cum primis vltimas eoq; ætatis partes ipse contulero.Etenim illis moq; iuuentus prorsus cōtraria fuit Cimonis quidē infamis atq; soluta. Lu culli vero rēperans & erudita,Melior is itaq; est:qui in meliorē vitæ institutionem conuertitur: & longe laudabilius est id ingeniū:vbi arescentibus vitiis, virtutes continuo floresc unt. Atqui am-plas diuitias pari sibi rōne q̄sitas,non pari tamē splendore erogauerunt.Quis enī australem arcis murum,quē Cimonis opibus absolutū fuisse constat, Luculli thalamis,atq; tumulis piscosis riuu lis circūseptis quos ipse circa Neapolim Barbaris manibus exædificauit,non digne anteposuerit? Quis p̄terea cum Cimonis:Luculli mēsam cōtulerit?cum officiosa & humanissima,luxuriosa atq; regalē?Hæc enī ad paucoq; delitias ingentes diuitias effundebat:illa modestis sumptibus enutrie-

bat quottidie multos. Sed p temporum tamẽ varietate res ipsę cõpensandæ sunt. Incertum fuerat. n. si publicis laboribus atq; magistratibus in tranquillam otiosamq; senectutẽ defluens Cimon fastigiosam lasciuãq; duxisset vitam: pſertim quũ viri ingeniũ nõ ab moderato vini vsu, nõ ab mulierũ amoribus, nõ ab oĩ deniq; vitæ festiuitate abhorruerit. Cæterum maximarum rerum assiduę meditationes atq; consilia, bellorũ tum crebra pericula, tum innumerabiles pene labores, cęterarum voluptatum impetum intermittũt: in his potissimũ aĩs: qui generosa quadã nobilitate ad capessendã gloriam nati sunt. Nemo vero tam subtilis criminũ ingitor: nõ vitiorũ quisq; tam accerrimus accusator esse potuit: vt si dum imperiũ bellũq; gerebat Lucullus, diẽ vltimũ obiisset: vel vnã huic viro calumniã potuerit inuenire. Sed de ipsorũ vita satis. Bellicis vero in rebus ambos terra mariq; clarissimos duces fuisse cõstat. Cæterum sicut athletas eos, q diẽ vna palæstra luctaq; coronãtur, insueta rei magnitudine victorias vocãt: sic Cimõ vno die pedestri naualiaq; trophæo coronãs Græciam, iure suo in bellicis artibus primas sibi partes vẽdicare videt. Patriæ deinde Cimon, Lucullo vero patria imperium dedit. Et hi amplissimis Romæ socialiũ viribus vrbiũ res maximas gessit: Ille vero subiectam imperio Græciæ patriã vsq; adeo extulit: vt superatis hostibus non eã modo liberam fecerit: sed sibi quoq; Græcarũ rerum summã adiecerit. Persas enĩ deuictos ab accessu maris phibuit: suasi ab eo Lacedæmonii Græciæ sponte imperio cõcessere. Si maximũ prærea imperatoris officiũ ducimus: obedientiã sibi militũ cum beniuolẽtia comparare: profecto Cimon Lucullo anteponẽdus erit: quãdoquidẽ istum milites sui neglexerint: illum vero socii summa cũ admiratione fuerint venerati. Ab isto sui defecerint ad illum alieni cõfugerint. Et hunc deniq; milites quibus cũ ad bellũ egressus erat, regrediẽtem deseruerint: ille vero domum redierit princeps eorum quippe, quorum sub imperio primũ enauigarat: tria oĩum difficillima, cum hostibus pacem, cũ Lacedęmoniis concordiam, inter socios imperiũ assequutus. Florẽtissima vero imperia regesq; delere potẽtissimos vterq; adortus, in ipso pene rerum ac bellorum culmine ce cidere. Cimon nempe aduersa solum fortuna præoccupatus. nã & imperator & in maximo gloriæ flore extinctus est. Luculli vero casum non ita in fortunam transferam: quin ipsi aliquam eius rei causam ascribendam arbitrer. Siue enim ignarus, siue negligens id egerit, summo sibi detrimẽto fuisse quis dubitat: q militum audaciam, temeritatẽ, auaritiam, verba, seditiões nõ cõposuerit? Quæ oĩa fortunæ pestis monumẽta præ se ferebãt. Sed id propemodũ Cimoni quoq; cõmune fuit. Etenim ciuibus suis inuisus per ostracos (id est suffragii genus) damnatus exulauit: ne decem annos eius (vt inquit Plato) vocem audirent. Nobilissima enim & summa virtute ornata ingenia, quia non ad voluptatem consilia sua referunt, multitudini perraro placere consueuerunt. Si vero publicos errores hominum, peccãdiq; licẽtiam comprimere studeant: ad intolerabile sui fastidium vulgus accendunt: perinde ac medicorum vincula: quæ tametsi ad pulchrum naturę ordinem membra componant, toleratu tamen difficillima sunt. Quamobrem omni fortasse eiusmodi crimine tantos viros absoluere dignum fuerit. Atqui multo longiora Lucullus itinera cum copiis suis emensus est: & in remotiores orbis terrarum regiones penetrauit. Primus enim Romanorum omnium cum exercitu Taurum superauit: Tigrim traiecit: Asiæ regias, ipso sub hostium aspectu, Tigranocerta, Cabyra, Synopem, Nisibim cepit: diripuit: incendit. Omnem Asiam septentrionalem vsq; ad Phasidem, orientalem vsq; ad Mediam, australem vsq; ad rubrum mare Romano adiecit imperio. Et potẽtissimi reges tota se victoriis profligati nil prorsus aliud q̃ nuda corpora referentes, in vastas solitudines syluasq; inaccessibiles, & nullo antea humano vestigio pręsignatas, ceu ferę, aufugerunt. In hoc autẽ Lucullus maxime pręferendus est Cimoni: q Persęceu nil graue sub Cimone passi, cõtinuo in Græcos arma mouerunt: & ingentem eorũ exercitum in Ægypto vicerunt: fuderunt: trucidarunt. Cæterum post Lucullum, quid egit Tigranes dignũ memoria? Quid Mithridates? cũ his superioribus cladibus obtritus atq; cõfractus, nec modo semel aduersus Pompeium copias suas extra vallũ educere ausus fuerit: sed sola fuga saluti suæ cõsulens in Bosphorum sese receperit? Tigranes vero quum nudus atq; inermis coram Pompeio supplex humi pcubuisset, sublatum propriis manibus e capite diadema ad illius pedes deposuit: neq; tam Pompeii virtute q̃ Luculli victoriis in eius spectaculi miseriam corruit: & regni insignia quasi prius ablata tunc sibi restituta iocunde susc epit. Clarior is itaq; imperator dicendus est: cuius artibus, virtute, ingenio, industria, vigilantia, aduersarii vires magis contunduntur. Cimon prærea his cum hostibus bellum gessit: quorum sub Themistocle, Pausania, & Leotychida aspertimis cladibus vires animiq; ceciderant. Quare & suis victoriis id plurimum cõduxisse par est. Nam facillime, cõfractis animis, corpora debellari solent. Lucullus vero cum Tigrane immenso imperio, innumeris copiis, amplissimis opibus, clarissima maximarum victoriarum gloria florenti, cõgressus est. Si hostium deniq; numerum vtrinq; cõsyderare velimus: tanto Lucullo Cimon erit inferior: vt non modo non par, sed ne cũ quidem cõferendus esse videatur. Vtriq; tamen perspicuum est afflasse cœleste numen, pmonuisseq; Lucullum quidem quæ adoriri: illum vero quæ obseruare deberit, & ambos deorum suffragiis in tam sublime gloriæ fastigium euasisse.

Ostraci.

Luculli quę summatim Romano imperio adiecerit.

NICIÆ VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

Timæi scripta rideda.

Hermocrates.

Nicias. Thucydides. Theramenes.

Cleon.

Noniam, vt arbitror, nõ absurde Niciã Crassõ, & Parthicos euẽtus casibꝰ siculis cõferre posse videar: admonendos putaui: siq forte ad hæc legẽda accesserit: ne me erga Thucydidẽ, qui de his rebus ornatissime atq; accuratissime summa cũ varietate & copia scripsit, eodem esse animo arbitretꝰ: quo Timæus olim fuisse perhibetur: q cũ Thucydidẽ grauitate ac vehemẽtia facile superare posse præ se ferret: & Philisti historiam tãq; rudis & inepti scriptoris aspernaretur: in his præsertim quæ ab illis ornate copioseq; scripta fuere: ipse tamen vsq; adeo contemnendus apparet: vt non pedes (qd Pindarus inquit) Lydium currum sequi videatur: sed plane infans atq; ridendus euadat: atq; (vt Diphilus inquit) supra modum pinguis, & sicula crassitudine delibutus appareat. Sepe enim ad ridenda quædã ac leuia, minimeq; ad historiæ contextum pertinentia digreditur: veluti quum Athenienſibus aduersum fuisse refert: q; Nicias imperator declaratus militiam obtrectaret: cui a victoria cognomen esset: aut quum propter lacerata Mercurii signa, dæmones Athenienſibus portendisse dicit, multa illos ab Hermocrate Hermonis filio aduersa passuros in bello. Scribit insuper cõsentaneum sibi videri: Herculem Syracusanis esse propitium ob Proserpinam: cuius ope & auxilio Cerberum rapere meruit. Athenienſibus vero infensum esse: q; Egestæos Troiana stirpe oriundos seruassent: quũ ipse Laomedonte regnante, Troiam euertisset. Verum eiusdẽ (vt arbitror) prudentiæ est Philisti hostoriam emendare & Platonis & Aristotelis, qdidem fecit, dicta reprehẽdere. Mihi vero æmulationes in scribendo cõtentiosæ, penitus homine libero indignæ videri solent: ac sophistis præcipue conuenire: quos ẽt si contentionis tm̃ causa scribere putem, dementes esse cẽsebo. Sed qm̃ quæ a Thucydide & Philisto scripta sunt, prętergredi non licet: præsertim quæ vitã hominis & mores continere videtur: q; breuissime illoꝝ scripta percurrens, carptim quæcũq; mihi necessaria fore putauero assumã. Reliqua vero quæ plurimos latent, atq; ab aliis sparsim narrata sunt, maxime vero priscis monumentis & decretis contenta in vnũ colligens, conabor historiam contexere: non inutilẽ (vt arbitror) futurã sed quæ ad vitę mores recte instituendos plurimũ valeat. Primum igitur Aristotelis de Nicia testimoniũ referendũ censui: qui tres optimos Athenis ciues, ac summa in patriã charitate & beniuolẽtia affectos fuisse refert: Niciã Nicerati, Thucydidem Milesiũ, & Theramenem Agnonis filios: licet hic postremo loco non iniuria sit collocandus: quũ propter generis obscuritatẽ, tum q; instabilem semper administrandã rẽpublicã sentẽtiã habuit: & modo has, modo illas partes sequutus est: ita vt cothurni etiã cognomẽ acceperit. E duobus reliquis Thucydides quidẽ natu maior erat: multaq; simul cum Pericle per ea tẽpora ciuitatis principe, optima atq; pclara erga rẽpublicã operatus est. Nicias autẽ q̃is admodũ adolescẽs, tñ adhuc Pericle superstite, dignitatis aliquid & authoritatis meruit. Nam & præturã cũ illo gessit: & in magistratibus plurimis illi plerũq; successor delectus est. Post mortẽ vero Periclis nõ ambigue primæ in republica partes ad eum delatæ sunt: pręcipue ab his qui in ciuitate diuitiis & nobilitate pstabant. Huius enim potentiam Cleonis audaciæ atq; superbię opponere conabantur. Nec tamen alienã ab illo volũtatẽ Nicias habuit. Quũ enim Cleon seniorũ maxime partes foueret: mercede etiã illorũ animos corrumpẽs: tamẽ his ipsis quibus tãtopere studebat gratificari, odiosa superbia illius erat. Iccirco Niciæ potẽtiã extollere nitebãtur: qui licet etiã paulo seuerior baberetur, non tamen grauis erat, aut austera nimis eius seueritas: sed comitate quadam & vrbanitate condita. præterea timoris & cautiõis similitudine ad sui amorem multitudinem alliciebat. Quumq; natura formidolosus admodum esset atq; remissus: in bellicis quidem rebus fortunæ prosperę euentus illius timiditatẽ occultauit. In republica vero ad

miniſtranda modicitas, atq; abiectio animi, præterea mitis erga calumniatores tolerantia, man-
ſuetudinẽ quandam popularem præ ſe ferre videbatur: multũq; ſibi fauoris & beniuolẽtiæ a mul-
titudine cõciliabat: cuius maxime propriũ eſſe uidetur: magnos & audaces in republica uiros odiſ
ſe: timidos autẽ magnos efficere: q; maximi etiã honoris loco plebs reponat: ſi ſe magnis uiris cõ
temptui nõ eſſe animaduertat. Pericles igitur uirtute & orationis uehementia plurimũ potens, in
ciuitate magnus habebat: nec ullius artis quæ ad mulcẽdos multitudinis aũos ualeat ignarus pu
tabatur. Nicias uero harum artiũ expers, diuitiis aũt egregie abundans, illarũ auxilio populi fa-
uorem ad ſe traducebat. Quũq; facilitate Cleon & ſcurrili quadam urbanitate, Atheniẽſium be-
niuolentiã cõparaſſet: Nicias minime ſe his artibus ualere ſentiẽs, uariis ſumptibus ad uoluptatẽ,
ex cogitatis, gratioſum ſe ad populũ reddere meditatus eſt. Atq; in hoc oẽs q cunq; antea fuerãt,
aut hactenus poſt ipſum extitere, gratia & liberalitate ſupauit: ita ut multa etiã ad nſam ætatem
eius monumẽta ſupſint: uelut Palladiũ adhuc in arce cõſtitutũ: & in tẽplo Dionyſii, ſtatua eius in
ter feſtos tripodes recubãtis. Sepe enĩ ſpectaculis feſtiſq; populo exhibẽdis: quũ certaſſet, reliquos
oẽs facile ſupauit: nec ab ullo fuit ipſe aliquãdo ſuperatus. Tradit enĩ ſolẽni quodã ſpectaculo Ni-
ciæ ſeruũ adoleſcentẽ forma pſtantiſſimũ, & Dionyſii habitu inſignẽ, ad populũ pceſſiſſe. Quũq;
ab oĩbus clamor & plauſus ſublatus eſſet, adoleſcẽtis ornatũ & pulchritudinẽ admirãtibus: aſſur-
gens Nicias, Nefas inquit eſſe arbitror uiri Atheniẽſes ſeruire hunc adoleſcẽtem: qui tãto oĩum cõ
ſenſu deo perſimilis iudicetur. ꝓterea liberum illũ eſſe iubeo. Memorat præterea magnifice præ-
clareq; in Delum ſacrorum facta deductio. Quum enĩ chori in honorẽ Apollinis carmina quæ-
dam cantaturi a ciuitatibus Græciæ in delum quotannis mitterẽtur: cõſueuerant utcũq; ſors tu-
liſſet nauigantes nullo ordine turbæ incõpoſitæ obuiam ꝓcedenti carmina referre: coronaſq; ac
veſtibus nulla adhibita reuerẽtia ſumptis, temere ad deũ ſalutãdum accedere. Nicias uero huius ſa
cri deducẽdi gratia ab Atheniẽſibus in Delum miſſus, cum omni choro in Rhenẽ Delo finitimã
inſulam deſcẽdit: ſacrificia cuncta, atq; apparatum ſecũ deducens. Nocte deinde ſubliciũ põtem,
quẽ auro variiſq; picturis atq; auleis egregie ornatum Athenis ſecũ portauerat, e nauibus educẽs
Rhenem Delo coniunxit: quũ non magno admodũ inter ſe ſpatio inſulæ diſtent. Poſt hæc in ſe-
quentis diei principio, per eum quẽ dixi pontem vniuerſam pompam & chorũ mirifice inſtructũ
ſuauiſſimis cantibus in Delum traiecit: inde ſacrificiis ac certaminibus cõuiuiiſq; peractis ex ære
ingentem palmã eius rei monumẽtum futuꝝ deo conſtituit: & decem drachmarum milibus agrũ
mercatus deo ſacrificauit: ac Delios iuſſit eius agri prouẽtus capiẽtes annua ſacra deo facere: mul
taq; bona præcatos Niciæ ſplendidiſſima cõuiuia celebrare. Hæc omnia in columna inſcribi cu
rauit: eãq; veluti eius monumẽti cuſtodẽ in Delo reliquit. Sed nõ multo poſt ventorũ impetu pal
ma deiecta, ſtatuã etiam quæ in proximo locata erat, ſubuertit. Atq; hæc illũ vulgaris gloriæ &
ambitionis gratia, tum popularis fauoris aucupandi feciſſe non immerito forſan ſuſpicari quiſ-
piam poſſit: q q omnẽ vitam ac mores non alienos a religione ſemper fuiſſe aiaduertat. Singulis
enim diebus ſacra diis faciebat: domi quoq; vates habebat: quos aſſidue de reipublicæ futuris euẽ
tibus conſuleret. Ac diligẽter etiã priuatis de rebus oĩbus eorum ſententias perſcrutari ſolitus eſt:
præſertim vero de argẽti effoſſione, quidnam ſibi auſpicia caſurum portenderent, accurate ſciſci
tabatur. Namq; argenti fodinã in agro habebat maximi ſane ꝓuẽtus: verũ ſummi periculi ac la-
boris opus: in quo magnam ſeruoꝝ turbã aſſidue fatigabat. Itaq; plurima diuitiarum ſuaꝝ pars
argento atq; pecuniis cõtinebatur: & ꝓterea multos circa ſe continue pentores habebat: e quibus
nemo ferme abibat vacuus. Non minus enim his a quibus mala quiſpiam timeret, q̃ his qui de ſe
benemeriti eſſent, tribuere conuenit. Itaq; plurimis hoĩbus facultates eius vtilitatem afferebant:
malis quidem timoris cauſa: bonis autẽ ob ingenitam in omnes humanitatẽ & liberalitatis ſtu-
dium. Quarum rerum a poetis comicis teſtimonia ſumere licet. Teleclides enim calumniatorem
quẽpiam talia dicẽtem inducit; Caricles minã vnam tradere noluit: vt eius malefacta ſilerem. At
Nicias Nicerati filius quatuor dedit. Cur vero dederit etſi optime norim, nequaq; tamẽ efferre vo-
lo: eſt enim mihi peramicus. Eadem ferme ab Ephoro & Ariſtophane dicũtur. Phrynichus etiã ve
hementer pauidum ac demiſſo aĩo fuiſſe his verbis illũ oſtendit: de quodã amico ſic loquens. Hũc
ego ciuẽ optimũ fuiſſe, neq; humilẽ aut abiectũ vixiſſe, quẽadmodũ Niciam, cõpertum habeo. Ex
hoc igitur & calumniatoribus obnoxius, neq; cõuiuia cũ æqualibus celebrare, neq; aliquẽ ſermo-
nis & quotidianę conſuetudinis ſociũ habere auſus eſt: ſed quũ magiſtratum aliquem gereret, in
curia ſemper ad noctem vſq; pmanebat: atq; in ſenatum primus cũ veniret, oĩum poſtremus di-
grediebatur. Quum vero nullo munere publico fungeretur: difficilimus adeius colloquium pare
bat aditus: q; ſe domi clauſum plærũq; cõtineret: amici vero pro foribus adſtãtes, & accedẽtibus
obuiam procedẽtes, Niciæ veniam dari præcabantur: q; publicis occupationibus impeditus, au
res illis præbere non poſſet. Erat inter eius familiares præcipuus Hieron quidã: qui maxime illi-
us gloriam & dignitatem augebat: plurimo tẽpore illius domi nutritus: vnaq; ſecũ muſicæ & lite-
rarum diſciplinis inſtitutus. Hic ſe Dionyſii filium afferebat: qui Pheræus cognominatus eſt: &

Multitudi-
nis ꝓpriũ ẽ
audaces in
rep. odiſſe:
timidos ex-
tollere.

Palladium
a Nicia cõ-
ſtitutum.
Dionyſii
ſtatua.

Chori q̃a
Græciæ ciui
tatib⁹ mit-
tebãt quot
ãnis Apol
lini.
Rhene iſu-
la iungitur
Delo.
Sublicius
pons.

Ager em-
ptus a Ni-
cia atq; A-
pollini ſa
crificatus.

Argẽti fodi
nã Nicias
habebat.
Niciæ libe-
ralitas.

Teleclides.

Nicias pa-
uidi ac de-
miſſi animi
fuit.

Hieron Ni-
ciæ familia
ris.

poemata nonnulla cõposuit:quorum aliqua ad nostrã vsq; ætatem permanserunt. Hic ẽt colonię quæ ab Athenienſibus in Italiam miſſa eſt, ductor conſtitutus, Tyrioq; ciuitatẽ ædificauit. Is igit Hieron obſcura vatum reſponſa Nicię interpretari conſueuerat: atq; rumores in populo vulgaue rat, Niciã laborioſe admodum atq; otioſe, ob nimiã quã pro ciuitate geſtabat ſollicitudinẽ viue re: quippe qui in balneis ẽt, atq; inter cœnandum reipublicæ aliquid profuturum cogitare nunq; deſiſteret: & priuata ẽt negotia propter publicoq; munerq; adminiſtrationẽ negligeret: nec ſomnũ etiã capere, propter curarum poſſet anxietatem: & ex hoc imbecillo atq; inualido corpore effectum neq; amicis congredi, neq; vllam cum eis voluptatẽ capere poſſet. quorum ẽt cõmoda atq; vtilita tes reipublicæ cauſa contẽnere cogeretur: nõ idẽ faciens qđ plæriq; cõſueuerunt: qui amicos ex pu blico ditantes, quæſtui ſimul ac ludibrio rẽpublicã habẽt. Hæc palam dictitare atq; in vulgus iacta re cõſueuerat. & profecto Niciæ vita fere talis erat, qualis ab illo prædicabatur. Itaq; frequẽter illud Agamemnonis habebat in ore. Vitæ noſtrę præſidẽ turbã ſortiti ſumus: multitudiniq; proculdu bio ſeruire cogimur. Quum permulta in republica nõ recto iudicio fieri animaduerteret: populũq; nõ tam grauibus ac ſapientibus viris, prę his qui plurimũ dicendi audacia præſtarent, fauere: excel lentẽ vero gloriã aut prudentiã inuiſam populo atq; ſuſpectã eſſe conſpiceret: qđ Periclis damna tio, ac relegatio Damonis, & erga Antiphontem Rhamnuſiũ ſumma diffidentia teſtabatur, quæ, cũq; ad eũ laboris aut periculi nimiũ habitura imperia deferebantur, repudiabat. Maxime in hanc ſententiã Pachitæ exẽplo confirmabatur: a quo Leſbus capta eſt: qui quũ e bello rediens geſtaq; a ſe rerum rationẽ in ſenatu reddidiſſet: educto gladio, ſeipſum interemit: vt inimicoq; calũnias euita ret. Quũ vero neceſſitate cõpulſus adminiſtranda quædã ſuſciperet: exercitus ſaluti atq; incolumi tati in primis cõſulebat: ac ſiquid præclarum gerere contigiſſet, eius gratiã non virtuti ac prudẽtiæ ſuæ, ſed fortunæ magis aut Deorum benignitati aceeptam referens, gloriam ſuã q̃minime pote rat, inuidiq; obnoxiam facere conabatur. In quo præclare ſibi conſuluiſſe aliorum caſus docuerunt. Quum enim multa reipu. aduerſa ſub vnum fere tp̃s contigiſſent: multeq; in ea perturbationes ex titiſſent: ipſe omnium expers atq; immunis euaſit. qđ facile p ſingula eius tpis geſta recẽſentibus ap paret. Nã clades quã a Chalcidenſibus in Thracia Athenienſes accepere: ſub Calliade & Cheropho nte imperatoribus contigit. Ab ætolis vero accepta calamitas eſt: quum dux exercitus Demo ſthenes eſſet. At quũ in Delo Atheniẽſium decẽ milia cęſa ſunt: Hippocrate m fuiſſe imperatorẽ nõ ambigitur. Inducte vero intra ciuitatem peſtilentię in Periclem cauſa refertur: qui belli effugiendi gratia, multitudinem omnem ex agris in vrbem cõuocaret. quapropter illi & locorum inſolentia, & vrbani victus deſuetudine tabefacti, peſtẽ ſubito in ciuitatem concitarunt. Hoq; igitur (vt antea dixi) malorum omnium ne minima qdem ſuſpitio Niciam attigit. Itaq; ſp in ciuitate permãſit in columis. At vero militię geſta præclare multa ab eo ſunt. Nã imperator contra Lacedæmones crea tus Cithera inſulã cepit Laconicæ regioni adiacentem: & tunc a Lacedæmonum colonis inhabita tã. Plurimas etiã in Thracia quæ ab Athenienſibus defecerant, ciuitates recuperauit. Quũq; Me garẽſes ĩtra mœnia cõpulſos clauſiſſet: primo quidẽ Minoam inſulam cepit: nec multo poſt illinc diſcedens Niſęa potitus eſt. Inde in Corinthium agrum progreſſus, ingenti prędio illos ſuperauit: multiſq; virorum milibus interfectis Lycophronem etiã imperatorẽ occidit. Quũq; illinc diſcedẽs & iã aliquantum itineris progreſſus amicoq; duo cadauera inſepulta reliquiſſe meminiſſet: agmen vniuerſum ſiſtere iuſſit: atq; ad hoſtes præconem miſit: qui mortuorum cadauera ad ſepulturam repeteret. Neq; illam ſeu legem ſeu conſuetudinem veritus eſt: qua communiter ab omnibus iudi catur, illos hoſtibus victoriã tacito conſenſu tribuere: qui corpora ad ſepulturam repetere cogun tur. Itaq; Trophæi ſtatuendi quibus id euenerit imperatoribus facultas adimitur. Qui enim vi cerint, potentiores eſſe iudicantur: itaq; eos precario quicq; ab inferioribus petere abſurdum vide tur. Attamen Nicias victoriæ opinionem & gloriæ negligere maluit: cũ ſuorum ciuium corpora inhumata relinquere. Poſt hæc aduerſus Lacedæmonios profectus, eoq; maritimam regionem po pulatus eſt: ſuperatiſq; copiis quæ ſibi obuiã venerant, Thyream occupauit: quam per id tempus Æginenſes tenebant: atq; omnes captiuos Athenas perduxit. Quum oĩs Peloponneſus conſpira tione facta terra mariq; Athenienſibus bellũ propterea intuliſſet: q; Demoſthenes locum quem illi Pylon appellant, muro fabricato clauſiſſet: ingenti prędio cõmiſſo, quadringenti ferme Spartiatæ milites in inſulã quę Statyra dicitur confugerunt. Hos capere vehementer optabant Athenienſes: verum ardua ſane ac perdifficilis obſidio futura videbatur: quum propter locorum aſperitatem & a quarum penuriam: eum q; maximam atq; ad res gerendas aptiſſimam ætatis partem in his locis conſumendã fore videbant: hyeme vero locorum præſidio tutos cernebant hoſtes futuros: quum nulla ex parte facilis ad eos aditus pateret. Hæc igitur Athenienſium animos diſtrahebant: & ſeſe grauiter accuſabant: q; miſſos a Lacedæmoniis de pace legatos repuliſſent. Cuius rei Cleon in re pu. adminiſtranda Niciæ aduerſarius fuerat author. Is enim quum Lacedæmoniorum opibus fa uere Niciã, ſed eoq; quoq; amicitiã affectare cõſpexiſſet: populo perſuaſit: vt pacis conditiones repu diarent. Sic igitur circa Statytã iãpridem cœpta obſidio in longum duratura videbatur: multaq;

Pachitas a quo Leſbus capta eſt.

Calliades. Cheropho Demoſthenes. Hippocrates. Pericles.

Cithera inſula.

Minoa iſula.

Niſęa.

Lycophro corinthio tũ iperator interfectus.

Nicias ſuperatis Lacedæmoniorũ copiis Thyream occupauit.

Pylos locꝰ Statyra inſula.

Cleon Niciæ aduerſarius.

toleratu grauissima obsidentē exercitum perpeti continuo nuntiabatur: magnaq; in Cleonē ea de causa suscitabatur indignatio quā ille oēm in Niciā retorquebat: asserens illū timiditate atq; molli tie implicitū, vt obsessi tales viri e manibus dilabantur affectuq; q si sibi imperatorē fieri contigisset: non tādiu tergiuersandi spatiū illos habituros fuisse. His vocibus Athenienſiū aliquot permoti, quin tu igitur aiebāt, etiā nunc ad rem conficiendā proficiscēris? Ipse ēt Nicias assurgēs, Atqui tibi licet inquit meo cōcessu expeditionē hanc suscipere: & simul quotcūq; velis copias assumere: nec semper verbis dūtaxat audacē te prestare, nullū reipu. causa periculū subire volentē. His dictis grauiter permotus Cleon, primo quidem pudore detentus hoc a se munus repellere conatus est. Inde cohortantibus vehemēter Athenienſibus, grauius increpante Nicia, ambitionis ēt stimulis agitatus, militiā suscipit: ac simul tpis spatiū præfiniuit: iuratus intra vigesimum ex quo nauigare cœpisset diem, aut oēs illos ad quos oppugnandos pergebat se interfectuꝝ: aut viuos & captiuos Athenas ductuꝝ esse. Magno igitur ab oībus risu iuramētū eiusmodi exceptū est: q illū nemo p̄sta re id posse confideret: ac insuper eius leuitatem furoremq; admirarentur: quē & alias non sine ma xima iocūditate ludibrio habere consueuerant. Fertur enim quū aliquādo concionē habiturus po pulū conuocasset: illicq; frequētes coissent: ac per multū tpis spatiū sedentes expectassent: illū tandē coronatū aduenisse: atq; vt in posterꝝ diem concionē differrent hortatū esse: neq; enim otium sibi illa die ad id peragendū suppetere: q hoſpites cōiuio accepturus, sacraq; Diis immortalibus factu rus esset. Ita Athenienſes risu excitato, nihilq; ea de causa turbatos, soluta concione abiisse. Is igit (vt antea dixi) imperator ad eius insulæ oppugnationē creatus, p̄spera fortuna vſus est. Nāq; De mostheni succedens intra p̄finitū a se tēporis spatiū oēsq; pugnæ supfuere Spartiatas, armis adēptis, captiuos Athenas duxit. Quæ res magnā Niciæ ignominiā attulit: siquidē nō abiectione clypei, sed longe deteriori timiditatis argumento imperādi curā se neglexisse p̄fecit. Nec veritus est homini in administranda republica aduersanti, tam p̄clari facinoris patrandi occasionē præstare: vltroq; tātæ rei p̄ficere imperatorē. Igitur nō iniuria ab Aristophane in comœdia, quæ Ceorgia dicta est, notatur: vbi agri cultorē quēdā talia dicentē facit: Ego quidē colendis agris intendere cupio. At quis te prohibet? Vos. Sed mille drachmas datuꝝ me polliceor: si a gerendis magistratibus efficiatis immunē. Nos vero ac libenter qđ polliceris accipimus. Duo milia etenim erūt drachmarū: his quas Nicias ēt pro immunitate dedit, cōnumeratis. Nec paꝝ sane ciuitati ea res attulit detrimēti: quādoquidē gloria & potētia Cleonem eo vsq; auxit: vt fastu & audacia intolerabilis factus, & Niciæ fidentius aduersari: & in ciuitate res haudquaq; probādas tentare sit ausus. Orādi vero gratiatē oēm atq; ornatū subuertit: quū primus inter orandū vociferari, & vestem ab humeris reiicere, ac femur p̄cutere, & per pulpitū inter dicēdū excurrere cœpit. ex quo summa in posterum licētia & qui oīa turbauit decori contēptus, apud hos qui rēpu. administrabant insequutus est. Etiā Alcibiadis nomē inter Athenienſium principes eminere cœperat: nō malū illud quidē: sed quēadmodū ægypti regio, quū sit feracissima, medicamenta profert saluberrima, venena ēt perniciosissima fundens: ita Alcibiadis ingeniū, quū egregie in vtraq; partē excelleret, magnaq; in rep. nouationū occasionē præstatuꝝ videbatur. Quæres Niciæ plurimū attulit impedimēti: Cleonis ēt inimicitiis implicito: quo minus perfectā ciuitati quietē & trāquillitatē tribuere posset. Quū enim laudabiliter id agere aggressus esset: repēte Alcibiadis fastu atq; ambitione ad bellum exire coactus est. Quā de re latius dicere aggrediar: altius aliquantū principio repetito. Qui ciuitatis otium pacēq; non æquo animo tolerabāt, duo p̄cipue Athenis erāt Cleon & Brasidas: quoꝝ alterius vitia bellū occultabat: idēq; alterius virtutes reddebat illustriores. Atq; huic latrocinia & scelera plurima: illi vero egregia quædā facinora ppetrandi occasionem bellū p̄ebat. Hi quū apud Amphipolim pugnantes ambo cecidissent: Nicias egregiā ad res gerendas occasionē sortitus, Spartiatas iādudum pacis auidissimos Athenienſibus cōiungere aggressus est. Quūq; Athenienses proxima clade debilitati, non amplius belli fortunā tentare auderent: & vtriq; iā fessi fatigatiq; manus p̄berēt: studio se Nicias efficere conabatur: vt ambo in amicitiā pacēq; coeuntes: nō modo sibiipsi, sed vniuersæ græciæ aliquādo maloꝝ finē imponerent: pacēq; ēt posteris sęculis duraturā firmarēt. Atq; ad hoc statim seniores ac locupletes oēs, vniuersam p̄terea agricolaꝝ turbā paratissimā habuit: reliquos vero siqui duriores inueniebātur: priuatim Nicias admonens: ac reip. cōditiones & statū edocens, tardiores ad belli cupiditatē efficiebat. Iāq; Athenienſiū animos ad pacē propēsiores intuitus, Spartiatas vt optime de pace sperarent, iugiter hortabatur: nec illi verbis ac pollicitatiōibus diffidebāt quū ob p̄claris simas quæ in eo viro virtutes eminebāt: tum q eos qui in Pylo capti fuerant, summo studio & humanitate iam inde ab initio complexus, captiuitatis infortuniū sua cura & diligētia toleratu faciliusillis reddiderat. Igitur inducias annuas primo inter se pepigere: quo tempore conuiuia & potationes inuicem permisti celebrantes, quietis & otii in dies cupidiores fiebant. ac talia quidem carmina passim decantari audiebantur: laceas vtinam hasta mea quādiutissime: atq; aranearum telis operiare. Tum illud in ore frequenter habebant: Eos qui in pace somnum capiunt, non tubarum strepitus, sed gallorum excitat cantus. At talia quędam dicentes somno

Imperator creat Cleō Spartiatas captiuos Athenas duxit.

Gęorgia comœdia Aristoph.

Cleon ora di grauitatē subuertit Alcibiades

Cleon. Brasidas.

Inducię annuae inter Spartiatas & Athenienses.

plausu & hilaritate ab omnibus excipiebantur. Contra vero siquos talia dicētes audissent: q hi demum bello clarissimi euadunt: quibus q̄diuturna belli gerendi præbetur occasio: grauiter obiurgabant. Itaq; tacito interse consensu, pacem firmasse videbantur: iamq; finem malis impositum esse prædicabant: & magnum apud omnes Niciæ nomen habebatur: q vir esset Diis amicissimus: nec sine Deorum numine a re omnium præclarissima, victoria scilicet, propter insignē religionē acpietatem, sortitus nomen putabatur. nam græce νίκη victoria nuncupatur. Atq; omniū idem consensus erat: vt Nicię pacem, Periclis bellum proprium opus esse arbitrarentur: quū hic minimis persępe de causis in maxima bella & calamitates Græciam cōiecisse visus sit: ille vero grauissimas etiam iniurias suos ciues obliuisci persuadens, amicitiā cum hostibus conciliauerit. Propterea tunc suo opere ac labore perfectā pacem ex authoris nomine Niceam appellabant. Quum iamigitur de pacis conditionibus inter vtrosq; populus conuenisset: atq; captiuos homines agrosq; & ciuitates in uicē captas vtriq; reddendas statuissent: sorte discerni placuit: quinam priores in reddendo esse deberent. Tunc Nicias clanculū pecuniis exhibitis, eos q ducendis sortibus præerant, corrupit. Itaq; priores reddere Lacedæmonii compulsi sunt: vt in suis historiis retulit Theophrastus. Interea Corinthii atq; Bœotii non æquis animis quæ ab Atheniēsibus gesta erāt ferentes, bellum excitare conabantur. Idcirco Nicias Lacedæmonios atq; Athenienses hortatus est: vt nuper ab eis institutæ pacis, fœderis quoq; vinculum & firmamentum superadderent: seseq; firmiores aduersus hostium insultus redderent. Vtriq; igitur eis monitis & hortationibus obtemperantes, fœdus inter se iunxere. Hæc Alcibiadi nequaq̄ placebant: alioqui otii pacisq; inimico: & tunc vehemēter Lacedæmoniis infenso: quos omni in cultu ac beniuolentia Niciam cōplecti, se vero negligere atq; contēnere animaduertebat. Palā igitur paci obsistere primo ausus nihil profecit: inde quū Athenienses Lacedæmoniis subiratos aiaduertisset: & se graui iniuria affectos querentes, q soli cum Bœotiis fœdus iniissent: tum ēt q Panelum atq; Amphipolim vrbes ex pacis conditionibus debitas non reddidissent: præclarā nactus occasionē causas q̄maxime poterat exaggerare nitebatur: & grauissimis verbis in Lacedæmonios populum irritabat. Tādem legatos Argiuorū accersens, vt fœdus cū Athenīensibus facerent persuasit. Quæ quū Lacedæmoniis cōperta essent: legatos cum summa omniū potestate Athenas misērūt: qui statim senatum adeuntes omnia se quæ illis placuissēt, facturos polliciti sunt: Veritus igitur Alcibiades ne populi fauorem pollicitationibus eiusmodi sibi conciliarent: legatos arte quadā huiusmodi fefellit. Cuncta enim quæcunq; poscerent sese facturum spopondit: si modo iureiurando præstito polliceātur: nunq̄ ad populum palam facturos, se cum libera potestate missos venisse. Inde persuasos his verbis legatos in concionem deduxit. Atq; vt primū in totius populi conspectum venere: maxima voce, vt ab omnibus audiretur, interrogauit: an omniū quæ agi oporteret liberam potestatē habentes venissent? Id illi quum apertissime negassent: ad se natum conuersus Alcibiades, eiusq; fidem obtestatus, hortabatur legatos a se q̄primū dimitterēt: neq; eorum verbis posthac fidem aut auditum præberent: quos tam aperte mentitos audierint: si biq; ipsis contraria dictitantes. nam antea liberam se potestatem habere vulgauerant. Perculsis autem stupore atq; admiratione legatis, quū eos Nicias excusare minime posset: sed ipse quoq; mœrore perstaret attonitus: populus quāprimum aduocādos Argiuos & fœdus cum eis firmandum cēsebat: idq; summo consensu decreturi subito fuerant: nisi ea de re consultantibus ingens superuenisset terræmotus: qui quasi auxilio Niciæ a Diis missus: concionę diremit. Postridie quum populus frequens in concionē venisset: summa contentione Nicias vix efficere: vt ab eo qd de conuocandis Argiuis prædicabant, desisterent: sibiq; interim pficiscēdi Lacedæmonē facerent potestatē: quū se omnia quæ opus essent curaturq; polliceretur. Veniens igitur Lacedæmonē Nicias, honorificeadmodum ac perbenigne susceptus est: q eum virum alioqui optimum, tū suis partibus præcipue fauentē accepissent. Attamen quū hi qui Bœotiorum partibus magis inhærebant, in reipu. administratione prœualerent: nihil eos quę petebat cōsequutus, infecto negotio Athenas rediit: vbi summa cum ignominia & maledictis plurimis acceptus est. Ipse vero Athenienśium iracundiā & dolorem formidabat: q suis præcipue cohortationibus impulsi, viros q apud Pylū capti fuerant, Lacedæmoniis reddidissent: quos Lacedæmoniosq; omniū nobilitate, opibus, affinitate, præstātissimos fuisse constabat. Nihil tamen grauius in ipsum Athenienses consuluere: præterq̄ q Mātineos & Ethenses Lacedæmoniorum rebelles vna cum Argiuis in fœdus asciuerūt: ac Pylum prædatores miserunt: qui Laconicam circa regionem vastarent. ex quo bellum subito insequutum est. Quū cœpta inter Alcibiadem Niciamq; seditio validior in dies fieret: Ostracismi faciendi dies appropinquabat. Hoc tanq̄ purgādę ciuitati medicamento ad cōstitutū tempus vti populus cōsueuerat: atq; illū qui supra reliquos ciues vel gloria, vel diuitiis, vel potēria excelleret, ita vt suspectus in ciuitate haberetur, in decēnium extra ciuitatē relegabat. Magnus igitur vtrūq; timor inuaserat: quasi haud dubie in eorum alterę Ostracismi sors casura esset. Nāq; Alcibiadis vitam fastidiebant omnes: atq; horrebant audaciam: vt planius in his quę de suis moribus tractāt, perscripsimus. Niciam vero quum diuitiarum magnitudo suspectum faciebat: tum eius in omni vita quęsita solitu

Nicias a victoria nomē sortit⁹. Pax Niciæ ꝓprium putabatur. Bellū Periclis ꝓpriū putabatur. Nicea pax.

Panelus vrbs. Amplipolis vrbs.

Alcibiadis astutia.

Spartiatarę legati eluſi.

Nicias Lacedæmonē missus re infecta rediit.

Ethenſes.

Oſtraciſm⁹ quid ſit.

do:& morum insolentia, nihil humanitatis ac comitatis habens, ab animis populi reddebat alienum. Quũq; sæpius vulgi cupiditatibus aduersatus q̃uis inuitos salutaria quædam facere cõpulisset: grauior tũ & asperior toleratu videbatur: atq; (vt oia paucis complectar) iunioribus erat & belli cupidis contra pacis amatores & seniores omne certamen: quũ vtriq; aduersus eum quem oderant Ostracum vertere conarẽtur. Vexq; illud per id tpis euenit: qđ vulgari etiam prouerbio dici solet: vt in seditione discordiaq; ciuili plærũq; sordidissimis etiam viris honoribus potiri contingat. Populus enim oĩs bifariam diuisus, ad publicos honores aditum scelestissimis atq; impudentissimis viris patefecit: inter quos præcipuus Hyperbolus erat: vir non ex potẽtia sortitus audaciam: sed ob impudentissimã audaciam factus potens: quiq; propter eam quã in rep. gloriam nactus est, ciuitatẽ vniuersam ignominia affecerit. Hic igitur per id tpis ab omni se procul Ostraci suspitione abesse putans, quippe qui grauissimo quoq; supplicii atq; ignominiæ genere dignior eẽt: sperabat quum illorum alter e ciuitate pulsus foret: ei qui reliquus superfuisset aduersarium sese, & factionis principem constituere. summa enim voluptate seditionem fouebat: atq; aduersus vtrũq; tacite populum concitabat. Igitur Niciæ atq; Alcibiadis familiares huius hominis peruersitatem conspicati, & per clandestina colloquia multa super hac re cõmunicantes, finem seditionibus imponere statuerunt. Itaq; cõmuni consensu effecere: vt illorũ neuter: sed q medius iter vtroq; surrexerat Hyperbolus vrbe pelleret. Ea res primo voluptatẽ risumq; populo præbuit: quẽ tamẽ haud ita multo/ post in indignationem cõuertit: q eius supplicii dignitatem imminuisse videretur in virum sordidissimũ abutens. Inesse enim huic supplicio authoritatis aliquid arbitrabãtur: & Thucydidi qdem aut Aristidi, atq; horum similibus, Ostracismum pro supplicio rectissime dari: tam sordido autem tãq; scelesto homini, honoris potius & arrogantiæ aliquid afferre: si non flagitiis ac sceleribus suis meritas pœnas pariatur: sed ea tãtum veluti castigatione notetur: qua optimi etiam viri interdũ affici consueuerunt. Et hoc poeta quidam comicus cõprehendit inquiẽs: Quidnam hic operatus est, vt viris primatibus digna patereretur: se autẽ ac flagitiis suis indigna: neq; enim virorum talium causa Ostracismus inuentus est. Atq; in hoc viro finis per Ostracismum puniendi quẽq; factus est. Nemo est enim post ipsum tali pœna dãnatus: quũ Hipparchus Colargeus tyrãni cognatus primus hoc supplicii genere dãnatus fuisset. Atq; fortunę ludum iudicatu sane difficillimum hac in re animaduertere merito quis potest. Si enim cum Alcibiade concertans Nicias, Ostracismi subiisset periculum: aut aduersario superato magna cum laude & gloria domi futurus erat: aut anteq; in aduersos imminẽtis fortunæ casus incideret, optimi imperatoris existimatione retenta, ex vrbe discessisset. Neq; vero me latet aliter Theophrastum his de rebus scripsisse: & nõ Nicia, sed Phæace aduersus Alcibiadem certante, Hyperbolum relegatũ fuisse. Verum plurimi historicoq; atq; iidem patissimi, sic vt a nobis expositum est, tradidere. Quum Egestẽsium & Leontinorũ legati Athenas veniissent: hortantes vt exercitus in Siciliam ad eius dominium capessendum mitteretur: contra nitens summa cõtentione Nicias ab Alcibiade superatus est. Illeenim quũ populus vocaretur: omniũ animos ingenti spe cõpleuerat: & quasi labe quadã & cõtagione infecerat, ad bellũ capessendũ vt iam in palæstris & circulis considentes seniores, nihil aliud q̃ Siciliæ formã atq; situm & circunstantis maris naturam, portus præterea & locorum quæ ad Libyam vergunt dispositionem in ore haberent. neq; enim tã victoriæ prẽmium Siciliam futurã existimabant: q̃ ad vlteriora procedendi facultatem præstaturam esse: daturãq; aditum: vnde Carthaginensibus bellum commodius inferre possent: quibus superatis, totius maris qđ intra colũnas herculeas continetur, facile se potituros sperabant. Quũ igitur ad bellum suscipiendum omniũ animi propensi essent: Nicias eoq; studiis aduersari conatus: paucos admodũ atq; inualidos sententiæ suæ fautores inuenit. Qui enim diuitiis & opibus poterant, q̃q̃ pacem & otium affectarent: palam tamen id profiteri non audebãt: popularis infamiæ rumorem verentes: ne priuati cõmodi rationem publicæ gloriæ anteferre, magisq; impensę vitandę causa, q̃ pro reipublicę vtilitare talia consulere viderẽtur. Nicias vero q̃uis omniũ auxilio destitutus, nunq; e sententia dimoueri potuit. Sed quum iam bellum Athenienses decreuissent: secq; cum Lamacho & Alcibiade eius belli duces declarassent: rursus aduocata concione assurgẽs, maximaq; voce populum obtestatus, bellum dissuadere conatus est. Postremo grauioribus verbis Alcibiadis auaritiã & ambitionẽ accusauit: q; priuati honoris & lucri cupiditate ipsus, tam difficili tãq; arduo bello ciuitatẽ implicare nõ dubitaret. Traditur omnes ferme sacerdotes publicos atq; aruspices huic expeditioni aduersatos esse: & dira omnia portendi nuntiasse. Verum Alcibiades quũ domi priuatos haberet vates, ex vetustissimus illos aiebat monumentis cõperisse: magnam Athenienſibus gloriã e Siciliæ rebus portẽdi. quidã ẽt ab Ammonis oraculo venientes responsum acceptum ferebant: haud ita multo post fore: vt Syracusani omnes in Athenienſium potestate deuenirent. qui vero aduersa prodigia comperissent, metu perterriti proferre illa non audebant. Attamen quæ palam in omnium oculis aduersabantur, occultari aut dissimulari minime poterãt: qualis Mercurii signorum deuastatio fuit: quæ omnia vna atq; eadem nocte mẽbris pluribus mutilata fuisse constat: præter vnum, quod Andochidis appellabatur: monumentũ

Hypbolus.

Hipparchꝰ Colargeus primꝰ ostracismo dãnatus est.

Phæax.

Nicias. Lamachus. Alcibiades

Portenta q̃ expeditionẽ Atheniensium in Siciliam p̃cesserunt.

Mercurii signa deuastata.

quidē Ægeideos tribus: ꝙ quia iuxta Andochidis domū positum esset, eiusmodi nomē sortitum est. Nec illud sane quēq̄ latere potuit: ꝙ apud duodecim Deorum templū vir quidā repente in medium altare prosiliēs, quum illud semel cireūluſtrasset, saxo grauiter sibimet pudibunda lacerauit. In Delphis autē Palladis aureum simulacrū ꝙneæ palmæ superpositum stabat: qđ Atheniēses pro re bene ac feliciter aduersus Medos gesta constituerant. Hoc diebus plurimis corui rostro vnguibusq̄ petentes quodāmodo lacerare conabantur: ac palmæ fructus, qui ex auro fabricati erant, partim vorantes absumpsere: partim vi cōuulsos deiecerunt. Verum hæc a Delphicis hominibus Syracusanorū gratia impulsis, Atheniēses simulata fuisse criminabantur. Quūq̄ eos oraculum iussisset sacerdotem Palladis qui Clazomenis erat, ducere: cui nomē erat Hesychias: qđ latine quies interpretatur: illi confestim Clazomenis sacerdotē accersierunt: non satis vt videtur Dei percepta sententia iubentis ciuitatem præsentium rerum statu contentā, quietē agere. Melon igitur quidā astrologiæ peritissimus, ac per id tēporis in magistratu constitutus siue artis suę peritia, siue eorum quę supra retuli portentorum signis admonitus, siue humana prudentia fretus, vt militiæ vacationē impetraret, furere se simulauit: ac propiam domū incendit. Quidā vero furorem simulasse negant: sed quum domū consulto incendisset, tum prodiisse in concionē: multaq̄ de domus iactura conquestum petisse: vt filio cui propriis sumptibus instructa triremi in Siciliam proficiscendū erat, militi am remitterent. Socrati etiam qui sapiens per id temporis habebatur. Dæmonium cuius plurimū familiaritate vtebatur atq̄ colloquio, prædixisse ferunt: expeditionē illam reip. perniciosam futurā: idq̄ Socratē ad amicos detulisse: indeq̄ ad plurimos eiusce modi emanasse sermones. Illud præterea nō mediocriter plærosq̄ turbauit: ꝙ per eos dies qbus e portu classis nauigauit, mulieres Athenienses forte Adoni sacra celebrabant: atq̄ idcirco multis in partibus ciuitatis cadauerum simulacra, & sepulcrorum imagines positæ erant: circa quæ plāgentium mulierū greges versabātur. Multos igitur hoc omine turbatos dixisse constat: vereri se ne tātarum virium tā præclarissimus apparatus breui sordesceret: citoq̄ splendorē omnē & robur amitteret. Sed hæc hactenus. Nunc ad Niciā reuertamur: quē ꝙ talibus cœptis obsistere sit ausus: neq̄ inani spe tumefactus, neq̄ imperandi periculo detertitus fuerit: nec rursus potentię magnitudine insolens redditus: optimi ac moderati viri officio functum eatenus fuisse constat. Sed postq̄ neq̄ populum a belli studio auertere: neq̄ imperādi laborem effugere se posse consp iciebat: quū de vtroq̄ summa contentione laborasset: sibiq̄ populus reluctāti & inuito magistratus gerendi onus imposuisset: non vltra cunctari aut remissse quippiā agere oportuit: verum summo studio ac diligentia quæ ad profectionē opus essent expedire: nec tanq̄ delitiosum puerum, relicta post se litora e naui prospicientē, collachrymare: multa ꝙ suis monitis nō paruissent Athenienses continuo deplorantē, collegarum simul ac militum animos reddere lāguidiores. Non mediocriter præterea & suæ gloriæ & ciuitatis interfuisset: si q̄primū Siciliam attigerat, oēm belli impetum in hostes effundens, fortunā ipsam bene agendo superare tentasset. qđ secus omnino ab eo gestum est. Quum enim Lamachus recto cursu petere Syracusas, & q̄proxime ciuitati bellū admouere suaderet: Alcibiades vero sollicitatis primo finitimis vrbibus, & ad deditionē quascūq̄ possent cōpulsis, tum demū Syracusas aggredi oportere censeret: Nicias ab vtroq̄ dissentiens, Siciliam nauibus sustrari cē̄ebat: ac postq̄ hostibus armorum ac triremium apparatum ostendissent, Athenas redire optimū putabat: quum Egestensibus quasi de gustationem quādam suarum virium præbuissent. His ille consiliis passim vulgatis, vehemēter animorum ardorem extinxit: & militum obtudit audaciam. Nec sane multo post, quū Atheniēses Alcibiadem ad iudicium reuocassent: nomine quidem cum vno tm̄ collega, re vera autem solus imperator relictus sedens ac circūnauigans plurimū ēt in consultando temporis absumens, non antea destitit rergiuersari: q̄ suoꝝ animos desidia ac desperatione torpescere, hostium vero excitari audaciam, & quē ex primo aduēru cōceperant timorē, deponere coegit. Neq̄ enim mediocriter perculsi fuerant Syracusani: quū adhuc apud classem Alcibiade existente, sexaginta naues vrbem circūsistere conspexerunt: quas in ipsis portus faucibus in ordinē structas firmauerant: atq̄ ex his decē portū explorandi causa intrareiusserunt. His etiam mandatum: vt Syracusanis per præconē bellum indicerent: si diutius Leontinos domo prohiberent: nec in proprias sedes remeare paterētur. Ab his nauis vna Syracusarum capta: quæ a templo Iouis olympii, qđ satis lōgo spatio Syracusis aberat: veniens tabulas ferebat: in quibus ciuium omniū Syracusanorū quicūq̄ arma ferre possent, nomina inscripta erant. has iāpridem compositas & in Iouis templo recōditas tabulas ad se tunc Syracusani mittiiusserunt: vt eoꝝ qui ad vrbis custodiā haberentur idonei, numerum exquirere, ac recē scire possent. Igitur eiusmodi tabulę ad Athenienſium imperatores delatæ, atq̄ inter milites passim vulgatæ, maiorem in modum vatum atq̄ aruspicum mentes turbauere: ꝙ ex hoc iam oraculum fide perfinitum arbitrabantur: quod Athenienſibus prænuntiarat: fore vt aliquanto Syracusanorum omnium Athenienses potirentur. Non tamen ad hoc intēdisse videtur oraculū: sed eius tēporis habuisse rationem: quo Athenienſis Calippus Dione interfecto, Syracusarum imperium occupauit. Interea quum Alcibiades (vt antea retuli) ab Athenienſibus reuocatus ab exercitu dis

Andochidis signum Mercurii.

Tēplū duo decim deorum.

Hesychias sacerdos.

Melō astrologus.

Socratis diuinatio.

Adonis sacra.

Lamachus

Syracusanis Atheniēses bellū inferunt.

Tabulę ceptę in quibus noīa ciuiū Syracusanorū cōtinebantur.

Calippus.

cessisset: summā rerum omnium potestatē penes Niciā remansisse constabat. Lamachus enim etsi aliquanto iustitia atq; animi fortitudine præstaret, in bello tñ supra ēt q̃ satis cautus, nec se fortunæ casibus facile credens habebatur: paupertate vero eousq; insignis: vt quoties illum Atheniensis populus imperatorem crearet, aliquātulū pecuniæ ad pallium & crepidas cōparandas decerni opus esset. Nicias autem quum propter diuitiarū magnitudinē, tum ob egregiam rerum a se gestarum gloriā, maximę apud exercitū authoritatis habebatur. Idcirco Sophoclem poetā dixisse ferūt: quū in concione apud exercitum tanq̃ ætate maior a Nicia sententiam primo loco dicere Lamachus iuberetur: Ego inquit omniū qui hic adsunt senatorū vetustissimū me esse ꝓfiteor: te vero longe antiquissimū censeo. Tunc igitur Lamachum non imperii socium, sed veluti eius imperio subditum nactus, segniter cunctāterq; bellū protrahēs, & quamprocul ab hostibus Siciliam nauibus circūuectus, illorum animos auxit & audaciam. Inde ad Hyblen paruum sane oppidum exercitu admoto, armis illud expugnare non valuit: sed vocatos ad colloquium oppidanos, vt sese dederent exhortando perfecit: ex quo non minus apud suos milites, q̃ apud hostes contemptui habitus est. Post hæc exercitū Catinā ducēs, quū illi sese sponte dedidissent, nihil memoratu dignū gessit: nisi ꝙ Hyccarensem agrū a barbaris tū possessum populatus est. Vnde & Laidem famosissimā postea meretricē, tunc vero paruulā admodum puellā inter alios captiuos abductam, & in Pelopōnesum deuectā fuisse tradunt. Quum iā maior ęstatis pars transiisset: & fama in dies increbresceret: Syracusanos animis & viribus auctos cōtra Athenienses vltro venturos esse: iamq; castris obequitantes hostium milites sciscitarentur: vtrum apud Catinenses māsuri, an domū reducturi Leontinos in Siciliam venissent: vix tādē cōpelli Nicias potuit, vt Syracusis classem admoueret. Itaq; vt adueniēs castra metari sine hostili impedimēto posset: & illorū vires (siqua daretur occasio) perfringeret: virū quendā transfugæ specie Catina misit: qui Syracusanos moneret: si hostiū castra defensoribus vacua inuadere, atq; omnibus eorū armis & īpedimentis potiri vellent, constituta die Catinā properarent. Fore enim vt quum plurimū Atheniēses in vrbe versentur, Syracusanorū amici eorū aduētu cognito, portas vrbis clausas occupent: & naualibus ignē iniiciant. ita ancipiti periculo distractos Athenienses neutram in partem sufficiēter laturos auxiliū: atq; ad hoc multos peragendum cōparasse: nec aliud quicq̃ pręter eorū aduentū expectari. Hoc omniū quæ in Sicilia Nicias gesserit pręclarissimū extitit facinus. Nā quū Syracusanos oībus copiis Catinā petentes, & vrbē defensoribus vacuā accepisset, classe Syracusas ꝓficisci, & portū obsidere iussa, ipse terrestri itinere Syracusas ducens: oēm circa regionē occupauit: nulloq; aduersante ponendis castris eum locum delegit: qui ab hostili insultu tutissimus esset: atq; vnde facillima in hostes esset eruptio futura. His peractis quum iam Syracusani domū instructis ordinibus remearent: ipse quoq; copias in aciem eduxit: ac pugna ingenti pro ciuitate cōmissa, victoriam haud dubie reportauit, paucos tñ ex hostibus interfecit. equites enim sese victoribus obiiciētes, insectationem prohibuere. Post hęc quum flumini superimpositos pontes rescindi Nicias iussisset: Hermocrates in Syracusanorum cōcione de pręsentiū rerū statu disserens: non diffidere suis rebus, Syracusanos hortabatur: perridiculū esse dicens: si in castris tunc existens Nicias pōtibus deiectis pugnādi videatur occasionē effugere velle: quū Athenis vsq; Syracusas pugnādi tm̄ cā nauigarit. Atq; permagnū sane aduersi pręlii casus terrorē Syracusanis incusserat. Ideoq; quū antea quindecim viros bello administrādo pręfecissent: tres insuper adiiciendos cēsuerunt: eisq; liberā oīum potestatē populus tribuit: quū eos prius iureiurando adegisset: se q̃primū belli finis adesset, magistratū deposituros. Dum hæc Syracusis agebantur, Athenienses milites Iouis olympii phanum maximis opibus (vt fama ferebatur) insigne, summa contentione diripere affectabāt. Id Nicias alias ex aliis causas nectens, quoad posset in longum protrahere: ac prohibere nitebatur: maxime veritus: ne quum aurum atq; argentū: qđ illic esse plurimū ferebatur: milites diripuissent: minimū quid in publicā redigeretur vtilitatē: oīs vero perpetrati sceleris ad se redundaret infamia. qđ ab eo rectissime prouisum esse dubitare nemo potest. Post hæc victoria quam præclarissimā habuerat vti nesciens, non multos dies circa Syracusas moratus in Naxum ad hybernādū cōcessit: maximos reip. sumptus: vtilitatem vero perexiguā afferens. Aliud enim nihil effecerat omnino: q̃ ꝙ deficiētes ad se ciuitates aliquod in fidem susceperat. Igitur elati animis Syracusani omnem quæ Catinæ adiacet regionem populati: castra etiā Atheniensium quæ non procul ab vrbe posita erant: incendere. Horum malorum culpam omnes in Niciam referebant: qui periculorum rationibus subducendis occupatus: quū etiā minima quęq; caueret: rerum gerendarū gubernatricē temporis occasionem pręterfluere sinebat. Nam in ipso rei peragendæ cursu nemo illum iure potuit vnq̃ reprehendere. Fuit enim in agendo accuratus ac diligens: sed cui maxima deesset audacia. Igitur quum ex hybernis Syracusis admouere statuisset: tanta celeritate naues deduxit atq; compleuit: vt quum epistolas de discessu suo perscriptas deprehendisset: famam ipsam aduentu suo superauerit. Itaq; auxiliares hostium copias improuiso aggressus in fugam vertit: ac trecentos ex eis milites cepit: & equitatum rebus omnibus egregie instructum: ita vt pene insuperabilis videretur: perfregit: atq; inutilem in posterum reddidit: par/

Lamachi pauptas.

Hyble.

Catina Nicię se dedit.

Hyccarēsis ager.

Lais quæ postea meretrix famosissima.

Nicię facinus insigne ad Syracusas capiendas.

Hermocrates.

Castra Atheniensiū incensa.

Nicias trecentos milites cepit ex auxiliaribꝰ Syracusanorum.

Syracusæ vrbs.

uocꝙ tẽpore Syracusas muro circũsepsit. Quæ res præcipue Syracusanorum aĩos debilitauit: suos vero milites alacritate atꝙ audacia cõpleuit. Est enim Syracusarum vrbs Athenis non fere minor: ad claudendum vero longe difficilior: quũ propter cãporum inæquabilitatẽ, tum propter adiacentium paludũ frequẽtiam & maris propinquitatẽ. Nec vero ad extremam consummationem tam præclarum opus deduci potuit: sed paulum in medio spatii relictũ est: quũ & alioqui Nicias ei rei non multũ impertiri diligentiꝙ consueuisset: & tunc morbo quẽ Phrenitin appellant correptus, imperatoris munus exequi non valeret: atꝙ opus imperfectum relinquere cogeretur. Admirati satis hoc loco non possum imperatoris diligentiam: & erga milites amorem prꝙcipuum: & militum erga imperatorẽ obseruantiam in omni tpe præstitam: quo apud Syracusas prospero euentu bellum gessere. Quorum splẽdore captus Euripides, postq̃ omnes victi superatiꝙ cecidere, tale in ipsos edidit epigrãma: Hi viri de Syracusiis octies victoriam reportarunt: donec vtrisꝙ Dii æqua sorte propitii fuere. At vero non octies tantũ, sed longe pluries ab Athenienſibus fuisse superatos Syracusios, siqs recte consideret, iudicabit: anteq̃ illis vel fortunæ fœuior potestas, vel Deorum numina aduersarẽtur. Quũ Athenienses vehementius animis & audacia creuissent: Nicias q̃uis aduersa valetudine oppressus, attamen quecunq; posset in exercitu munia obibat: atꝙ omnibus rebus supra vires, etiam præsto aderat. Q̃d siquãdo morbus ingraueſcens acrius torqueret: intra muniones cum paucis admodũ seruis ac familiaribus se continebat. Lamachus autẽ exercitus curam gerens assidua quidem, sed tũ leuia cum Syracusanis prælia faciebat: qui & ipſi murũ altera aliquãto spatio ab vrbis mœnibus distantem & Athenienſium muro oppositũ studioſiſſime extruebãt: vnde Athenienſium opus impedirẽt: ac se phiberent circũuallari. Quũcꝙ superiores prælio Athenienses fugientes Syracusano se effusius prosequerentur: in integrum & tunc aduenientẽ equitatũ incidere. Ducebat hunc prætor Callicrates: vir & animo & bellicæ virtutis gloria præstantiſſimus:

Pugna iter Callicratẽ ꝓtorẽ & Lamachũ qui se mutuis vulneribus interfecere.

qui quum forte agmen præcederet, Lamachum ad singulare certamen prouocauit. Igitur ei congressus Lamachus grauiſſimo vulnere saucius nihilo leuius hosti quum inflixiſſet vulnus, mutuis vulneribus ambo cecidere. Eius corpore & armis potiti Syracusani, effuso cursu Athenienſiũ muros & castra petebant: vbi Nicias pene solus absq; copiis & auxiliis infirmo etiam corpore versabatur. Hic vrgentis impetus necessitate excitatus, & imminentis periculi magnitudinem animaduetens, familiares ac seruos omnes qui secum aderant, iussit quicquid lignorum ante muros machinarꝙ parandarꝙ causa conuectũ fuerat, atꝙ ipsas etiã iam fabricatas machinas in aceruũ cõiectas incendere. Atqeo consilio irruentium Syracusanoꝝ impetũ cohibuit: sibiꝙ ac muris tum ẽt rebus omnibus atꝙ impedimentis Atheniẽſiũ salutẽ attulit. Nã quũ flãmã excitatã cõspexiſſent Syracusani: subito retrouersi discessere. Interea Nicias solus relictus imperator, ingenti spe atꝙ animo gerendũ bellum suscepit. Nã & vrbes multæ Syracusanoꝝ ad eũ defecerant: & vndiꝙ nauigia ad exercitum venientia frumẽtũ & omnifariã generis cõmeatus abunde suppeditabant. Prosperis enim rebus permulti reperiuntur fautores. Et iã Syracusani sese vlterius posse tutari diffidentes, quibus cõditionibus pacem a Nicia petiturieſſent: consultabant. Dũ hæc in Sicilia agerẽtur: Gylippus a Lacedæmoniis missus auxilio Syracusas nauigabat: atꝙ in itinere circũuallatã muris vrbem & fusos prælio Syracusanos maximis vrgeri difficultatibus accepit. Itaꝙ quũ vniuersæ Siciliæ iam potiri Athenienſes arbitraretur: eo tũ consilio reliquũ iter peragere constituit: vt saltẽ Italas vrbes Siciliæ finitimas ab Athenienſibus tutaretur: q̃q̃ hoc ipsum perdifficile futuꝝ existimaret. Magna enĩ apud oẽs fama increbruerat: Athenienſes omniũ circa regionũ imperio facile potituros: ꝙ exercitum optimũ haberẽt: & ducem quum felicitate, tum rei militaris peritia & prudẽtia insuperabilem.

Prosperis in rebus multi sunt fautores.

Gylippus.

At vero Nicias præsentiũ rerum successibus supra mores supraꝙ naturam factus audacior, nullã aduenientis Gylippi rationẽ ducebat. Augebãt autem animos eius clandestina p occultos interpretes cũ Syracusanis ciuibus habita colloqa: quietiam frequentius in dies nuntios submittẽtes, certis conditionibus vrbem se dedituros pollicebantur. His igitur pollicitationibus fidens Nicias, neq; munire custodiis aditus, neq; Gylippo venienti ꝓsidia opponere curauit: sed quũ illũ penitꝰ negligeret: & nullius momenti ducendum arbitraretur: Gylippus non sentientibus ferme hostibus, Siculũ fretum præteruectus est: & q̃procul Syracusis copiis expositis, quacunq; poterat ratione milites vndiꝙ cogere, exercitũ augere summo studio laborabat. Horꝝ oĩum insciꝰ Syracusani, qppe qui nihil eiusmodi expectarẽt, populum ad concionem vocauerant: vt de quibus conditionibus pax a Nicia esset petẽda, referrẽt: ac primũ omniũ legatos ad petendas inducias repente mittẽdos censebant: anteq̃ penitus ab Athenienſibus circũuallarentur. parum enim perficiendo operi deerat: idꝙ breui ad exitũ deduci posse videbatur: quum iam omnis ad extruendum materia præparata atꝙ in vnũ coacta esset. Dũ hæc Syracusis agerẽtur: Gõgilus corinthius a Gylippo missus cum vna tm triremi nauigans Syracusis appulit. Ad eũ magna repente frequentia concursum est: quũꝙ aduentus sui causam scisciterentur: se a Gylippo missum aiebat: vt doceret eũ breui cũ maximis copiis affuturꝝ auxilio. Id q̃q̃ lætis animis omnes audiſſẽt: non tamen verbis eius fidei satis ad hibuere: quoad nuntius alter superuenit a Gylippo mandata ferens: vt venienti sibi obuiam Syracusani

Gongilꝰ corinthius.

racusani procederet. Eo nūtio cūcti alacriores ais facti, cōfestim arma sumpsere. iāq; instructū ag mē, & ad pugnādum (si fors tulisset) expeditū ducēs Gylippus aderat. Aduenīēti sese cum oī exercitu Nicias opposuit. Quūq; instructæ vtrinq; starent acies: Gylippus in Atheniēsiū conspectū depositis armis, pgressus, p præconem edixit: abeundi licentiā sese Atheniēsibus præstare: si relicta Sicilia, atq; oibus inde præsidiis deductis, discedere velint. Quibus verbis ne resp̄ōdere quidē Nicias dignitatus est. Milites vero illorum audaciam deridētes scīscitabantur: in vnius ne iam attritæ chlamydis & laconici baculi aduētu spē rantū ac fidutię Syracusani posuissent: vt repēte Athenienses contenerēt: quos paulo ante meminisse possent longe validiores, ac melius comatos e Lacedæmone viros trecētos capriuos & vinctilis habitos vltro Lacedæmoniis reddidisse. Timæus etiam in suis historiis refert: nō multi ab Syracusanis primo aduentu Gylippum existimatū: paulatim inde procedēte tpe, lucri cupiditatē, & modicitatē animi, summāq; in rebus minimis curiositatē aduertētes, contēptui etiā habuere: multaq; in vestem quā sordidam & semilacerā gestabat, & cōmarū prolixitatē, iocati sunt: atq; ad primū eius cōspectum hoīes plurimi tāq̄ minores aues noctuæ circunfusi habitus nouitatem & cultus neglectum spectabāt. Timæus autē admiratione quadā & reuerentia pculsos spectatum confluxisse testatur: quæ mihi ad verisimilitudinē sententia videtur esse ppensior: quum in chlamyde vna & solo baculo ciuitatis laconicæ specie & dignitatem cōtemplarent. Siquidē totius perfecti belli gloriam ei vni acceptam Syracusam retulisse, nō modo Thucydides, verū & Philistus vir Syracusis oriundus testatur: q eius belli negotiis administrandis nō otiosus spectator interfuit. Prima tū pugna res Atheniēsiū superior extitit: nam & in fugam vertere Syracusanos: & ex eis aliquot inter quos Gongilum corinthiū, interfecere. Postridie vero quantum in bello rei militaris peritia valeret, aptissime Gylippus declarauit. Hisdem enī militibus, & eodem vsus eqtatu, atq; in eodē loco depugnās, aciei tm̄ ordine cōmutato, Athenienses ingenti prēlio superauit: & fugientes vsq; ad castra insequutus est. Inde Syracusanos ad opus quoddam faciēdum cōuertit: & cemēto & lapidibus fusceprisi, quos ad murorū extructionē Atheniēses cōportauerāt, crebra iuxta illū, qui ab ipsis Atheniēsibus cōstructus murus fuerat, pro pugnacula excitauit: cōstructūq; murū pluribus in locis interrupit: atq; ita longo tpe multoq; labore exhaustū Atheniēsibus opus inutile reddidit: q; eque victis atq; victoribus prodesse videretur. His successibus elati Syracusani, ne maritimis viribus inferiores essent, classem parare cōstituerūt. Igitur passim dimissos equites hoīes quoscūq; fors obtulisset, capere atq; ad naues ducere iusserūt eoq; pacto virorum magnū satis numerū parauere. Inter hæc Gylippus terrestri itinere exercitū ducens Syracusanorū ciuitates obibat: atq; vndiq; augēdo exercitui supplemēta contrahebat: oībus prompto ac libēti aīo propter eximias eius virtutes obtemperātibus. Hæc vbi Nicias aīaduertit: quum subito tāram permutationē rerum factā intueretur: p literas Atheniēsium senatū monuit: vt vel exercitū alium in Siciliam mitterēt: vel eū qui ibidē esset, deduci iuberēt: sibi vero vt militiæ vacationē præstarēt, summis precibus rogabat. Atq; iam pridem nouas in Siciliam mittere Athenienses decreuerāt: sed bene feliciterq; ex rebus gestis inuidia in Niciam excitata, quo minus mitterentur, impedimento fuerat. Tuncigitur auxilia propere submittēda omnes summo consensu arbitrabātur: atq; ita Demosthenē q̄primū transacta hyeme cum magna classe in Siciliam traiicere decreuerunt. Interim vero Eurymedontem in medio etiā hyemis proficisci iusserunt: qui exercitui pecunias deferret: & simul Niciam certiorē faceret: senatum Euthydemo & Menādro, qui tunc in exercitu erāt: imperii iura cum Nicia adequasse: vt equa potestate omnes quoad noua superuenirent auxilia exercitui præessent. Interea Nicias terra mariq; summo studio bellū gerens, matitima pugna fuerat superatus: q̄is & hostiles naues aliquot perfregisset: nonnullas etiam demersisset lacerataS Terra vero, quum obsesso Plemyrio opem ferre properasset: Gylippi celeritatem præuenire nō potuit: qui improuiso aggressus oppidum ceperat: multaq; simul nauiū armamenta & pecunias ingentes: quas illic Athenienses quasi tutissimo in loco deposuerant: multosq; in expugnatione viros interfecit: plures etiam viuos cepit. Maximū vero Athenienſibus attulit detrimētum conuehendorum cōmeatuum sublata facultas. Nam tenentibus Plemyrium Atheniēsibus, perfacilis erat atq; tutissima cōmeatum Athenis deuectio. Contra autē quum ab hostibus teneret, maximas præbebat difficultates: quum assidue paratā classem quæ venientes naues exciperet: Syracusani detinerēt. Hæc omnia quum vehemētius Niciæ animum stimularēt: tum illud grauissime torquebat: q; quum se maritima potētia superiorē agnosceret: non eque animo ferre poterat: se ab hostibus in eo pugnę genere fuisse superatum: nec id sibi tam virtute hostiū, q̄ temeritate suorū contigisse animaduertebat: qui persequendi cupiditate incensi, derelictis ordinibus cuncta turbauerāt. At vero hostium duces proxima victoria feruciores redditi, egregie instructa classe, & ad pugnandū parata: singulis diebus in cōspectu aderāt. Verum Nicias non amplius in mari decertandum putabat: extremæ dementię esse dictitans: si quum ornatissimā classem quam Demosthenes ducturus esset, paulopost affuturam compertum habeant: tamen cum paucis neq; satis firmis nauibus fortunę sese dubiis casibus credere malint. Euthydemi vero ac Menādri om-

Gongili cę des.
Gylippus Atheniēses ingēti plio superauit.

Eurimedō Euthyde/mus. Menādrus. Plemyriū.

niumq; qui horum partibus fauebãt, longe alia mens atq; cupiditas erat. Nam quũ se nup in imperio cõstitutos animaduerterent: nimia flagrantes ambitione, præclaq; aliquid ante Demosthenis aduẽtum edere cupiebãt: & tacita quædam suberat aduersus Nicię gloriã æmulatio: quã supgredi, vel æquare salrem, nõ mediocriter affectabant. Huic tam immense cupiditati prætextum, ciuitatis gloriã ꝓponebãt: quã pollui immo funditus euerti dictitabãt: si quotidie adnauiganres Syracusanos & studiose pugnam deposcentes formidarẽr. His rationibus multitudinis aĩos cõcitãtes, maritimo prælio dimicare statuerunt. ab Aristone Corinthio gubernatore, q̃ leuo classi cornu præerat (vt inqt Thucidides) ꝓditi, a Syracusanis superati fuere: plurimosq; in ea pugna militum amiserunt. Hæc de re Nicias maximo animi dolore torquebatur: q; & antea quũ solus imperiũ administraret, nõ satis prospero euẽtu rem gessisset: & tunc collegarũ errore & cupiditate coactus, nõ potuisset in sententia permanere. Interea Demosthenẽ cum classe iam supra portum delatum cõspiciũt: quæ quum esset apparatu rerum oĩum magnificẽtissime instructa & amicis aspectum præbebat iocundissimũ: & summũ inimicis terrorẽ incutiebat. Nauibus enĩ tribus supra septuaginta, armatoq; militũ quinq; milia, iaculatorum vero ac sagittatioq; funditoribus q̃busdã admistis tria ferme milia imposita vehebanť. Armis vero ac militaribus signis, ꝓrerea naurarũ ac tibicinũ turba ab eo exornatæ triremes erãt: vt scęnici apparatus magnificẽtiam præ se ferrẽt: atq; hostibus maxime formidabiles apparerẽt. Igitur exterriti animis Syracusani nullũ iam malorũ finem, nullas post hac futuras pacis cõditiones cũ Arheniẽsibus sperabãt: sed iam extremã sortem atq; vrbis amissionẽ aĩo cõcipiebant. Niciq vero nõ admodũ diururna lętitia fuit: quã ex tantarum virium sumpserat incremẽto. Nam quũ primum Demosthenẽ cõgressus est, nimiã eius audaciam & festinationẽ deprehẽdit. Iubebat enĩ q̃cellerrime aduersus hostes dimicare: & rei totius euẽtũ experiri: atq; ita capris Syracusis domũ remeare. Huius audaciã admirať Nicias, orabat ne qd temere ne qd mature aggredi ꝓpararet: cũctationẽ vehemẽter hostibꝰ obesse: q; neq; sumptus diutius tolerare propter pecuniaꝝ inopiã possent: & a sociis nõ multo post defertum iri necesse esset. Itaq; si cunctando bellũ prorrahatur, maximis circũuentos difficultatibus, cõditiones rursus cõponendę pacis q̃ęsituros esse: sicut & antea factitarãt. Et iam nõ pauci inter Syracusanos erãt: qui clãdestinis nuntiis admonebant Niciam: vt nulllo modo remitteret obsidionẽ. iam enĩ ingẽtibus necessitatibus vrbem laborare: & Gylippũ quotidie apud oẽs intolerabiliorẽ fieri. Itaq; si vel paululum augeri cõmeatus penuria cœperit, fore vt nemo difficultates eiusmodi tolerare, diutius velit: sed cõditiones pacis quasc̃uq; accepturos esse. Hæc Nicias partim ambagibus obuolura & veluti ꝑnigmata ꝓferebat: partim q; edẽda nõ arbitraretur, taciturnus obseruãs, timiditatis de se opinionẽ militibus dabat: qui idem qd antea cõtigisset euẽturum rursus improperabant: vt cũctatione & formidine omne aĩorum robur omnẽq; vigorẽ extingueret. Itaq; relicto illo, Demosthenis oẽs imperium & sentẽtiam sequebãtur. His rebus vix tandẽ expugnatus Nicias, eoꝝ volũtatibus ad extremũ cõcessit. Itaq; Demosthenes noctu ercirũ educẽs, in hostiũ ꝓximas stationes impetu facto, plurimos ne sentientes quidẽ interfecit: eos vero q cõrra pugnare ausi sunt: facile in fugã conuertit. Quũq; hactenus res egregie succesſisset: feliciratis modũ seruare nesciens: nõ antea cedentes insequi destitit: q̃ ad Bœotioꝝ stationes peruenrũ est. Hi primi hostibus cõcurrere, & prælium tẽtare ausi sunt: multisq; Atheniẽsium interfectis, atq; ingẽti clamore sublato, reliquam castrorum partẽ rumultu ac formidine cõpleuere: quũ alii fugã artiperent: alii sese ad pugnãdum pararẽt. Veꝝ hi a fugiẽtiũ turba, quæ maior erat, impediti, nil cõsilio aut ratione gerere potuerãt: quum nec hostiũ: nec amicorũ, nec fugiẽtium: aur insequẽtiũ diserimẽ vllũ habere possent. Cęca etenim prurbario metu atq; ignoratione pmista varie singuloꝝ aĩos agitabat. Quinetiã ipsius vi sus erat incerta fides: quũ nec admodũ profundas renebras & lumẽ incertum luna prębeter. quippe quæ mędio cursu spario superato, iam ad occasum ꝑperaret: & corporũ atq; armorũ multitudine repercussa, infirmũ debilẽq; redderet intuitũ. Tum vero metus oĩa maiora demonstrare solitus, nihil non formidãdum esse suadebat: quin ipsos etiã Athenięses hęc ipsa in maximas cõiecerãt difficultates. Forte etiam ita in acie cõstiterant Athenienses: vt eis luna a rergo luceret: itaq; lõgos præ se iacięres vmbraꝝ tractus, armorũ fulgorẽ, & numerũ suoꝝ ipsimet occultabãt. At contra aduersis clypeoꝝ vmbonibus lunę radii repercussi, & hostiũ maiorẽ videri numerũ, & armoꝝ claritatem lucidiorẽ efficiebant. Tandẽ summo conatu irruẽtibus vndiq; hostibus, in fugam cõuersi Athenienses quũ suis, tum hostiũ vulnetibus cõfecti magna pars cecidere: alii per abruptas & ꝓcipites rupes deuoluri miserabili clade perierunt: multos etiã viarum errore per agros vagãtes exorta demũ luce insequuti equites interfecere. Fuit autẽ interfectorum numerus circiter duo milia: eorum vero q pugnæ superfuerũt, pauci admodũ cum recẽtibus armis in castra rediere Nicias igitur haud inopinata clade perculsus, Demosthenis festinationẽ accusabat, Ille vero q̃bus poterat rationibus a se culpã dimouẽs, vt repẽte e Sicilia decederẽt suadebat. Neq; enĩ aliũ Athenis exercitũ aduentuꝝ: neq; his copiis quas tũc haberẽt, hostes superæti posse sperãdum videri. Quinetiã siqua fortuna illos superare cõcederet: loca tñ pmutari opus. Pestilens enim atq; insalu-

Aristo gubernator classis athenięnsis.

Demosthenes prælio cõmittit, & vincit.

Cęsa Atheniẽsiũ duo milia duce Demosthene.

bris regio ferebatur: ea præsertim anni tempestate. Nãq; autũni principiũ aderat: multiq; iam tũc in exercitu cœperant ęgrotare: atq; oẽs non ęquo aĩo militiã tolerabãt. Niciæ vero q̃q̃ præsentiũ rerũ conditio minime placeret, tñ de discedẽdo sentẽtiam nullo modo ꝓbabat: nõ tam Syracusanorum arma, q̃ suoq; ciuium iracundiã ptimescens: quoq; grauissimas accusationes & calũnias iã tũc ante oculos cõstituebat: atq; ab his nihil dum in Sicilia ꝓmaneret, sciebat esse formidãdũ: aiebatq; siqd oĩno aduersũ subeũdum esset, malle se hostium manu, q̃ ciuiũ iudicio interire: nõ eadem sentiens q̃ posteris tpibus Leonẽ Byzãtium in cõcione dixisse ferũt: Ego qdem a vobis ciues mei q̃ vobiscũ interfici malo. Itaq; de pmutãda regione, castrisq; q̃ cõmodissimis locis ponẽdis statim si bi ad milites referẽdum videt. Inter hæc Demosthenes nihil calamitatis proxime clade deterritus Niciam accusare nun q̃ cessabat: passimq; multos per exercitũ milites mittebat: qui illius cunctationem segnitiẽq; increparẽt: q; Syracusiorũ quorũdam pollicitationibus credẽs, deluci se atq; cõtenni nõ animaduerteret: atq; ꝓpterea tãta cõcione discessum nõ probaret. His igitur dictis, ad extremũ pmotus Nicia descedẽdi sibi cõsiliũ placere dixit: & militibus vt se ad nauigãdum expedirẽt impetauit: præsertim quum noua Syracusanis auxilia supueniss̃ent: & pestis, quottidie apud exercitum ingraueſceret. Inde quũ iam oĩa ad nauigãdum parata esset: neq; id hostium quisq̃ præsensisset oĩno: quippe q nihil tale suspicarenf: noctu forte luna deficit; ex quo vehemẽtius Nicias oẽsq; milites turbati sunt, quũ propter causarum ignorationem malũ aliquod sibi hoc defectu portendi arbitrarẽtur. Atqui singulis ferme triginta dierũ spatiis cõpleris, solẽ ex opposito lunę cõstitutũ interuẽtu terrę adumbrari, atq; ex hoc fieri vt luna lumẽ amittat suũ, & coloribus variis infici videatur, hodie nemo ferme etiã ex media plebe videt ignorare: tunc vero ne peritis qdem talia cõiecere facile erat. Itaq; magnæ alicuius impẽdentis calamitatis signũ hoc a Deo missum interpretabantur. Primus aũt q lunaris luminis atq; vmbræ causam deprehẽdit, ac literis mãdare ausus est, Anaxagoras fuit: q neq; multo ante ea tẽpora claruerat: neq; in vulgus adhuc opinionis eius fama pdierat: sed inter paucos admodũ versabatur: qui nõ sine metu talia pferre audebãt. Neq; enĩ facile de rerũ natura sermones populus admittebat: sed eiusmodi studiis deditos homines inani labore, tps cõterere arbitrabantur: quũ in his rebus pquirẽdis laborarẽt: quas nihil in serationis habere, ac nullatenus ab hoibus ꝓideri posse putabãt: tum vero talia quęrẽtes impietatis crimine suspectos habebãt: quasi diuinũ numẽ quibusdã necessitatibus ac terminis circũscribere volẽtes. Itaq; & Protagorã Athenis pulsum fuisse cõstat: & Anaxagoras in carcerem ductus, vix a Pericle q̃uis maxima cõtentione laborasset, seruari potuit. Socrates licet harum rerũ scientiam nõ profiteretur, tamẽ ꝓpeter philosophiam dãnatus, interiit. Posteris vero tẽporibus egregia apud omnes opinio de Platone vulgata, quũ propter admirabilẽ vitę sanctimoniã, tumq; diuino numini tanq̃ præstantiori naturę necessitates obtẽperare dicebat, omnẽ philosophiæ calumniam abstulit: & auditoribus suis omnia quasi arcana naturę patefecit. Igitur eius amicus Dion e Zacyntho contra Dionysium nauigaturus, nihil e sententia dimotus est: quum forte per id tps etiã luna defecisset: sed audacter cœptũ opus prosequẽs, victo atq; expulso tyranno Syracusis potitus est. Sed nos ad instituta redeamus. Forte ita casus tulit: vt nullũ tunc peritũ vatẽ apud se Nicias haberet. Stilpides enim cuius opera & cõsilio plurimũ vtebatur, pauloante interierat: atq; : signũ illud fugientibus prosperũ magisq̃ aduersum, vt Philochorus inqt, non recte interpretabantur. Rebus enim quas cum metu & formidine gerimus, quo facilius latere possint, amicissimę tenebræ putãtur: contraq; maxime obesse lucẽ arbitramur. Talium igitur interpretationũ ignarus Nicias, alterum lunę circuitum expectãdum censuit: nõ animaduertẽs, illam post in pristinã claritatẽ reuersurã: quum eã cœli partẽ quæ terrę interuẽtu adumbrata renebatur, ptransisset. Itaq; omnibus fere a se dimissis, & cum paucis admodũ relictus, sacra quædam immortalibus Diis faciens, consq; eo sedit: quoad supuenientes hostes illum ferme oppressere: q maximis terra mariq; copiis instructi aduenierbant: & terrestri quidẽ exercitu mur & castra Athenienſium obsedere; nauibus vero in latum ordinẽ directis, portus fauces occupauerãt. nam innumerabiles vndiq; cõuenerãt naues: & piscatorias etiã cymbas pueri cõpleuerant. Itaq; portus aditibus occupatis Athenienses probris omnibus atq; conuitiis lacessebãt. Interea adolescens Heraclides claris admodum parẽtibus oriundus, triremi qua vehebatur aliorum stationes prętergressus, in Atheniẽses licentius insultabat. Hunc Athenienſis vna nauis insequuta, perparum abetat: quin retro ad suos fugientem comprehenderet. Eius igitur periculo commotus Poliuchus auũculus cum tritemibus decem, quibus prętrat, in altum delatus, auxilio venit. Tum cęteri de Poliuchi salute metuentes, vno consensu aduersus hostes processere: pugnaq; ingenti cõmissa, longe superiores fuere Syracusani: & Eurymedon vna cum aliis præclarissimis viris interfectus est. Ex hoc magno timore perculsi Athenienses, nõ vltra in his locis permanẽdum vociferabant: sed vt terrestri itinere se deducerent, ab imperatoribus flagitabant. Nam portus fauces (vt antea diximus) Syracusani eo modo clausas tenebãt: vt nulla penitus adeundi facultas daretur. At vero Nicias eiusq; familiares, horum sententiæ nequaq̃ concedendum putabãt. Graue enim admodũ videbatur: onerarias naues ac triremes

Leo Byzantius.

Niciæ cũ exercitu fuga ex Sicilia.

Anaxagoras primus lunaris luminis & vmbræ causam iuenit.

Prothagoras Athenis pulsus.

Socrates.

quãobrem mortuus.

Plato.

Dion.

Stilbides.

Heraclides

Poliuchus.

Eurymedõ interfectus apud Syracusas.

Syracusanorum victoria.

circiter ducẽtas hostibus reliquere. Igitur ex omni exercitu robustissimis militibus lectis, pręcipue vero sagittariis & iaculatoribus, decem supra centum triremes Athenienses cõpleuere. Alię nanq; propter armamẽtorũ penuriam nauigationi inutiles habebãtur. Inde reliquã exercitus turbã iuxta mare in ipso litore Nicias constituit: desertis maximis castris: quę iuxta phanũ Herculis posita fuerãt. His itaq; compositis sese ad nauigationẽ comparabat: existimãs nullum Syracusanos impedimẽtum allaturos: q̃ nautarũ ductores ob consueta quędã Herculi persoluẽda e nauibus descendissent. Veꝝ illi cognito Niciæ consilio, repẽte ad naues redierãt: pręsertim quum vates portendi victoriam nuntiassent: quia non vt inferrent bellum, sed vt vlciscerẽtur illatum ad pugnã veniebãt, Idem etiã Herculem ipsum, cuius tunc sacra celebrabãtur, factitasse: qui illatas iniurias vlciscendo vniuersum orbem peragrauerat. Syracusani igitur his admonitionibus excitati, alacri aio pugnã iniere: quę maximo ardore animorũ, summaq; vt nunq̃ antea cõtentione gesta, non spectantes minus, q̃ pugnãtes ob varios rerũ euentus diuersis perturbationibus afficiebãtur: qui de proprtia salute solliciti exitũ rei sedẽtes expectabãt. Ita dubio marte aliquãdiu pugnatũ est: multasq; in vtranq; partẽ varietates fortuna præbuit. Tãdem superati Athenienses fuere: quibus fuimer apparatus, nõ minus q̃ hostis attulit detrimẽti. Quum eni naues oẽs in aciem struxissent: ipsęmet sibi inuicẽ concurrentes turbationẽ ingentem concitabãt: grauibus pręterea nauibus contra leues & expeditas & ad oẽm motum aptissimas pugnabãt. Insuper lapidibus tãtum, nec vllo alio telorũ genere Syracusani vtebãtur: qui quoquo modo iacti essent, vel suo tantum pondere grauissimos ictus infligebant. Athenienses vero iaculorũ & sagittarũ contorsione certabãt: quas recte dirigere maritimorũ fluctuum cõcitatio prohibebãt. Id Aristo Corinthius gubernator pręstãtissimus Syracusanis cõsilium dederat: atq; ipse inter primos acerrime dimicans interfectus est: iã victores Syracusanos reliquens. Nãq; in fugã Athenienses conuersi, magna suorũ parte amissa, ad litus remeabãt. At mari timẽ fugẽ spe sublata, terrestri quoq; itinere nullã aut sane perdifficilẽ euadendi viã cernebant. Igitur animis fracti, neq; hostes quum relictas in litore naues abducerent prohibuere: neq; suorũ ciuium corpora ad sepulturã petierunt: q̃ eos longe maior angeret sollicitudo: illorum scilicet q̃ ęgroti aut vulnerati viuentes adhuc relinquendi erãt. Quæ omnia ante oculos posita quum intuerentur: longe tamen deteriorem conditionem iudicabant suã, q̃ eorũ qui pugnãtes in acie cecidissent: quum & sibi tãdem post innumeros labores ac dolores exhaustos, exdẽ rẽ essent subeundæ calamitates. Post hæc variis sententiis agitatis, omnes in hoc vnũ cõsensere: vt proxima nocte q̃ occultissime fieri posset, discederẽt. Id quum Gylippi milites animaduertissent: & Syracusanos epulis ac potationibus ob partã victoriã deditos neq; monitis persuaderi, neq; facile imperio cogi ad arma capienda posse conspicerẽt: sese ad insequẽdos hostes parabãt. neq; enim longiorẽ cũctationẽ, quũ illi iã abire cœpissent, causa postulabat. Verum Hermocrates huiusmodi fraudẽ machinatus, iam cœptã profectionẽ retardauit. Viro senim quosdã ad Niciã ire iussit: qui se ab illis missos dicerent: quibus cũ clandestinos habere sermones Nicias (vt antea diximus) cõsueuerat: atq; eorum nomine admonere: ne proxima nocte discederẽt: Syracusanos pluribus locis insidias posuisse: atq; aditus omnes militibus septos teneri. Hoc nuntio facile deceptus Nicias, noctem illã in castris substitit: ne iterũ nocte pugnare cogeretur. At Syracusani repente luce exorta, angustos quosq; ac difficiles aditus cæsis arboribus desuper cõgestis lapidibus obstruxere: atq; omnes fluuiorũ alueos clauserunt: pontesq; illis superpositos rescidere. quæ vero per apertos cãpos ferebãt itinera, armatis equitibus obsedẽrũt. ita vt nullus oĩno absq; pugna euadendi locus Athenienſibus pateret. Quapropter quum per oẽm diem illum ac noctem etiã insequentẽ in eisdem locis permãsissent: postera luce nõ tã q̃ hostile solum relinquẽtes, sed veluti e sedibus patriis migrarẽt, flentes mœstiq; castra mouerunt: q̃ iã rerum oĩum penuria oppressi, nõ vltra in locis illis permanere possent. Grauiorẽ verã discessum faciebat ęgrotorum sauciorũq; multitudo: quã in castris relinquere cogebãtur. Attamẽ hæc tolerabilia quoquo modo putabãt: pręillorum quę se passuros arbitrabãtur grauitate. Quũq; multa passim in exercitu miserãda conspicerẽtur: nullum tristius tamẽ aut miserãtiõe maiore dignius spectaculum, q̃ Nicias ipse cernebatur: qui nondũ satis ex aduersa valetudine recreatus, famẽ etiam tolerare cogebatur. quum minima quæq; ad victum necessaria iã deessent: attamen eap ferebat: quæ ne robustissimis quidem corporibus milites poterãt tolerare: atq; in exercitus oculis q̃ minime se prębere conabatur: non quia melius aliquid fore speraret: sed ne militibus mœrore suo tristitiã augeret. & quum in cõi omnium luctu lachrymisq;, interdum & ipse collachrymare cogerẽtur: facile apparebat, non tam sui causa moueri, q̃ cladis ignominiæq; imminentis exercitui: quẽ ipse gloria & opibus florentem reducere in patriam posse speraverat. Nec eius tantum aspectus misericordiam concitabat: verum & concionis suæ recordatio: quam Athenis vehementissimam habuerat: quũ populum a suscipiendo bello dehortaretur. tanto enim indignior præsenti calamitate putabatur: quãto magis cõtra sententiam suam nauigare coactus fuerat. Quinetiam diis ipsis tacite quodãmodo succensebant: animaduertentes virum pietate ac religione insignẽ, nihilo meliori conditione esse q̃ eorum qui tunc in exercitu militarent, sceleſtissimum quenq;: & flagitiis ea

Pugna nauallis inter Syracusanos & athenienses vbi Syracusani victores fuere.

Aristo interficitur.

Hermocratis astutum inuentum.

nibus inquinatissimũ. Ipse vero frontis hilaritate & cõi salutatione, tũ dexterę ad obuios quosq; porrectione, calamitatis suæ sortem dissimulabat: & se q̃optimo esse animo significabat: atq; sępe cum hostibus congressus, sępe etiã hostili manu vulneratus, octo dies vniuersi belli molem substi nuit: quoad imperator alter Demosthenes cũ oĩbus quas secum habebat copiis ab hostibus circũ uentus captusq; est. Nam quum se ita circũseptum vndiq; animaduertisset: vt nulla euadẽdi pote stas esset: nudatum gladium in pectus adegit. Nec tñ eo vulnere mori potuit: q; repente supuenien tes hostes gladium e vulnere deduxerũt. Hęc postq̃ a Syracusanis nũtiata sunt Niciæ: atq; ipse mis sis ad inspiciẽdũ equitibus, captã exercitus partem cõperit: Gylippum summis precibus rogabat: vt abeundi e Sicilia ptãte Athenienſibus facta, obsides acciperet: quoad Syracusanis tãtũdẽ pecu nię solueretur quãtum in eius belli sumptibus exhausissent. Has conditiones cuncti non accipien das, cẽsuere: & contumeliis affectos legatos, minis etiã superadditis dimiserunt. Non tamẽ his ma lis delectus aio Nicias, q̃uis oĩa ad victum necessaria deessent, proximã noctem & sequẽtis diei maximã partẽ supra oĩum opinionẽ toleravit. Inde ad flumen qđ Assinaꝝ vocant, traiiciendi cõsilio mouit castra: quumq; iã permulti flumẽ ingressi essent, hostes superuenere: & dispersos ac palantes quum offendissent, magnã stragem ediderunt. Nonnulli etiã Athenienſiũ propter sitis quã diu to lerauerãt magnitudinẽ, quasi furentes in flumine sese prȩcipitabãt: & miserabilis erat sane rerũ fa cies quum alii in medio flumine iugularẽtur: alii permissum aquę cõmilitonũ sanguinẽ potarent. Tandẽ Nicias ad Gylippi genua procumbẽs, Miserere inquit victor, nõ mei quidẽ: qui p hasce ca lamitates & infortunia nomẽ & famã peperisse mihi perenuẽ videor: sed Atheniẽsiũ reliquorum: martẽq; cõem, & belli variã fortunã reminiscere. Neq; enim te later q̃ clemẽter Athenienses cõtra Lacedæmonios victoria vsi sunt. Talibus verbis deprecãte Nicia cõmotus quum aspectu tum ora tione Gylippus, apprehẽsa dextra, illũ subleuauit: & lachrymantẽ miseratus est. Sciebat enim: p oẽ tẽpus ipsum Lacedæmoniorũ partibus fauisse. Prȩterea maximã sibi gloriam fore putabat: si duos clarissimos imperatores captiuos Lacedæmonẽ duceret: proprerea q̃uis sero, vt a cædibus abstine retur, iperauit. Iã enim maior occisorũ numerus erat: q̃ eorũ qui superstites remanserant: q̃q; pmul tos inilites ipsi clam & turba captiuos subripuissent. Omnibus inde qui cædi superatr in vnũ co actis: ac spoliatis, ĩgẽtes arbores quę plurimę in ripa fluminis aderãt captiuorũ spoliis exornarũt. Post hæc Syracusani coronati oẽs, tũ equis etiam suis coronis impositis, captos vero ex hostibus equos detonsis crinibus ducentes, in vrbẽ velut triumphãtes rediere: superato tandem certamine, oĩum quæ inter se græci certauerint splendidissimo: summoq; labore ac præclara suæ fortitudinis significatione victoriã consequuti. Post hæc Eurycles Syracusanorum prętor totius populi necnõ etiã sociorum aduocata cõcione, rogationẽ huiusmodi tulit. Primo vt dies in quo Nicias supera tus esset, sacer atq; ab omni opere immunis haberetur: vtq; sacra Diis immortalibus quotannis eius victorię gratia fierent: & celebritatem hãc a fluuii nomine Assinaram nuncuparent. Est autem dies hic quartus supra vigesimum eius mẽsis: quem illi Carnium, Athenienses Metagetnionẽ vo cant: latine vero maium arbitror appellari. Tulit prȩterea vt captiui omnes, qui Athenienſiũ ser ui aut socii extitissent, dimitterẽtur incolumes. Ipsi vero Athenienses & Siculorum quicunq; in eo rum exercitu capti fuissent, per lapicidinas ad opus faciendum distributi, summa diligentia obser uarentur. Imperatores vero vltimo afficerentur supplicio. Huic rogationi quum vehementer po pulus assentiretur: assurgens Hermocrates, Non minoris inquit virtutis esse arbitror Syracusani: parta victoria bene vti: q̃ vincere. Verum eius oratio strepitu ac tumultu repressa est. Gylippus ve ro iampridem Syracusanis odiosus quum propter acerbã nimis in imperãdo seueritatẽ: tum pro prer insitum Lacedæmoniis omnibus fastum, quum sibi Athenienſium imperatores dari exposce ret, non modo nõ auditus, sed cõuitiis etiam lacessitus, & contumeliis grauibus affectus est. Huius gloriæ atq; authoritati plurimum obfuisse Timæus refert cupiditatis opinionẽ & animi modicita tem quandam de minimis etiam atq; vilissimis rebus sollicitam. quos morbos velut hæreditarios a patre accepisse constat. Cleandridẽ enim Gylippi patrẽ ferunt, acceptis aliquando a Syracusanis muneribus aufugisse: eundẽq; quum mille talenta a Lysandro missa Spartã deferret, triginta furri puisse tradũt: atq; in intima domus parte defodisse: demũq; re p indices patefacta, summa cũ igno minia restituere coactum esse. Verum hæc in his quæ de Lysandro scripta sunt, latius enarrantur. Demosthenẽ ac Niciam non fuisse a Syracusanis interfectos Timæus refert: q̃uis illi ita fieri decre to etiã facto statuissent: vt Philistus & Thucydides scripsere. Sed quum Hermocrates nondũ con cione dimissa ad eos occidendos proficisceretur: occurrisse quendã carceris custodem ait: ac retulisse se propriis manibus illos sibimet consciisse mortem. eorum sane corpora ante fores carceris proie cta diutius iacuere: vt cuiq; aspiciendi potestas fieret. Accepi autẽ in hodiernum etiã diem clypeum Syracusis in tẽplo eius positum: quem Niciæ fuisse dicunt: auro purpuraq; mira arte intexta orna tissimum. Athenienſium qui per lapicidinas distributi fuerant: magna pars quum morbo, tum vi ctus asperitate intẽriere. Nihil enim prætermũ hordei duas: & vnam aquæ cotylas (id autem mensu ræ genus est) in singulos dies accipiebant. Multi quoq; a custodibus clãculum subrepti atq; ad eo-

Demosthenes cũ oĩb⁹ suis copiis a Syracusiis captus.

Assinarus flu.

Nicias Gylippi genibus aduolutus miseri cordiã implorat.

Syracusani victores Athenienſium.

Eurycles Syracusanorũ prætor.

Assinara dies sacra apud Syracusios.

Carnius mẽsis.

Metagetnion mensis.

Victoria bene vti'nõ minor virtus est q̃ vincere.

Cleãdrides Gylippi pater.

Demosthenis exitus.

Niciæ mors

Cotyla mẽsuræ genus quę & sextarius.

Equi character fronti impressus seruitutis argumētū.

lendos agros dimissi sunt. Plærisq; etiam abeundi facultas tacite permissa: nōnulli quoq; pro seruis venditi: quibus equi characterem infronte inurebant: quod seruitutis volebant argumētum esse. Sed ingenuitatis & pudoris quā præ se ferebant significatio, eorum plurimis adiumento fuit. empti enim aut subito a dominis manumittebant: aut in magno honore habiti apud dños per manebāt. Aliquot etiā propter Euripidem poetā salutē adepti sunt: cuius præ cæteris Græcorum poetis carmina Siculi admirabātur: & siqua a captiuis vllis audire poterāt, libētissime perdiscebāt. Multi igitur captiuorū Athenas reuersi, Euripidē salutatum accedebant: suis se carminibus salua to esse dictitantes. Alii enim quū illa dominos docuissent subito ab eisdē mercedis loco manumissionem acceperant. Quidam vero post cōmissam pugnā, varias per ciuitates dispersi victum carminibus eiusmodi decātandis quæsierant. Athenas aūt ferunt tantæ calamitatis nuntium sero admodum peruenisse: ac primo ppter authoris nuntiantis varietatē, minime adhibita fidē fuisse. Hospes enim forte in Pireum diuertēs, quū in tonsoria taberna cōsedisset: de his quæ in Sicilia contigerant, quasi iampridē Athenienſibus nota essent, condolens referebat. Ea quū tonsor audisset: citato cursu in vrbem veniēs, rem oēm ad magistratus detulit. Inde per vniuersum populum sermones eiusmodi manarunt: rita magno tumultu ac perturbatione exorta: vt in re tāta contingere necesse est. Magistratus populo conuocato tonsorem in concionem introduxit: qui interrogatus vnde hæc audita referret, quū certe nihil respōdere videretur, in carcerē cōiectus est: eo consilio, vt grauioribus postmodū suppliciis afficeretur: q̄ de tantis rebus incertos rumores in vulgus pferens, seditionem ppe modū in ciuitate concitasset. Atq; ita sane longo spatio seruatus est: quoad certi nuntii superuenere: qui rem oēm quo gesta fuerat ordine exposuerūt. Adeo Athenienſibus incredibile videbatur: ea Niciam fuisse ppesum: quæ ipse multo ante ventura prædixerat.

MARCI CRASSI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.



Crassus cū vxore fratris pmorui congressus est. Licinia virgo vestalis. Plotinus. Crassi auaritia: & ampiæ opes. Crassi munificētia in populum.

Arce crassus Patrē habuit quū honorib⁹ plurimis, tū triumpho cē suraq; insignē. Parua i domo tenuiq; cēsu vna cū duobus fratribus parce admodū educatus est. Ii viuis adhuc parētibus quū vxores duxissent: vna tū domo & mēsa simul oēs vtebātur; vt vel maxime ea de causa videatur in oī victu modestiā & frugalitatem Crassum cōsequutū. Postmodum altero e fratribus mortuo, Crassus illius vxori congressus, filios aliquot pereauit. Nec multo post accusatus est: q̄ quū Licinia vestali virgine rem habuisset: q̄ tū facile iudicio liberata est: q̄uis grauiter Plotinus accusationē vrgeret. Erat huic mulieri suburbanū egregie ornatū: qd quū puo ptio ad se trahere Crassus optaret: humilius colere mulierem: eiq; quoad poterat gratificari cœpit. Qua ppter facile in eā, quā dixi, suspitionem incidit. Sed quū res (vt erat) iudicibus inotuisset: & auaritiæ potius q̄ amoris cā factū a iaduerterēt: facile suis sentētiis Crassum liberarūt: q nō antea cæptū erga Liciniā cultū omisit: q̄ cōcupitę rei potir⁹ est. Apud Romanos oēs cōstat virtutes quas plurimas Crassus habebat, vnius auaritiæ sordibus obscuratas fuisse. Hoc enī in ipso præcipuū vitium, cætera quæ in eo fuerāt, longe superauit. Cuius rei clarissimū testimoniū præbet magnitudo diuitiarum: quas breui admodū tpe sibi comparauit. Nam quū trecēta solum talēta ex paterna hæreditate accepisset: prius tū q̄ aduersus Parthos exercitum duceret, septē miliū & cētum talētorum summā coegisse tradūt: quū etiam decimā facultatum suaq; partem Herculi consecrasset: & publicum epulum dedisset populo: ac tres minas in singula ciuiū capita cōtulisset. Harum diuitiaq; maximam partem (si verę proferre licet) ex ciuilibus bellis atq; incendiis comparauit: calamitatibus publicis ad priuatas vtilitates abutens. Quum

enim Sylla victor vrbe potitus interfectorum a se ciuium bona quasi prædam, & iusto bello ex hostibus captam venderet, cupieretq; q̃plures ex potẽtioribus ciuibus illarum quasi cõtagione inquinare: nihil vnq̃ Crassus vel largitionis vel emptionis noĩe accipere recusauit. Multas præterea ciuitatis partes incẽdio cõsumptas, & deformes tm̃ parietes, quasi domum cadauera derelicta quũ vidisset: quotquot earum potuit paruo admodum pretio mercatus est: quum illarũ domini partim metu, partim egestate compulsi nihil peteti negare auderẽt. Hoc itaq; pacto magnam vrbis partem sui iuris fieri contigit. Seruos præterea circiter quingẽtos emit: fabriles artis & architectu rę peritos: nec his tamẽ nisi ad ppriæ domus extructionem vsus est: sed ciuibus ędificare volentibus, eorum operas merce locabat: ac simul areæ spatium cuiq; pro arbitrio suo ad ędificãdũ vẽdebat. Quũq; signati argẽti maximã copiam, & agros mirifice cultos, & in eis cultorum ingẽtem numerum possideret: minimi tm̃ hęc oĩa facienda videbantur: præmaxima seruorum turba: quos variis artibus instructos habebat: lectores, scribas, pictores, argentarios, pcuratores, mensarios: quos ipsemet summa diligentia curare, & discentibus assistere, plęroſq; docere consueuit. Aiebat enim præcipuam domini curam erga seruos esse oportere: quum sint rei familiaris tanq̃ animata instrumẽta. Atq; hoc recte Crassus & iudicare & dicere videbatur. Aliis enim in rebus administrãdis familiarium ac domesticorum opera vti decet: ipsos vero seruos ac domesticos curare proprium domini munus & officiũ putandũ est. Oeconomicę enim disciplinæ pars quæ circa inanimata versatur pecuniæ tantũ parandę studium continet: quæ vero circa hoĩes gubernandos intendit, politicam quãdam scientiam sapere videtur. Illud vero non recte ab eodem dici cõsueuerat: Neminem oĩno diuitem aut dici aut existimari debere: qui facultatibus ppriis exercitum alere nõ possit. Bellicorum enim sumptum nullus est modus: nulla mensura bellum nutritur: vt inquit Archidamus. Itaq; diuitiarũ quę ad illud alendum sufficere valeant, in infinitam esse magnitudinẽ oportet. Laudabilior itaq; in hac re sententia videtur: qui quũ agri quatuordecim iugera singulis amicorum donasset: pmultos tm̃ his minime contentos & plura quęrẽtes animaduertisset: illorũ cupiditatem castigans, Nemo inquit Romanorum sit: qui parum se possidere arbitretur: quum tantum habeat soli: quod ad victum prębendum abunde sufficiat. Erat Crassus in amicos liberalis: adeo vt oĩbus semper eius domus pateret: pecunias insuper sine vllo fœnore mutuo traderet: quas tm̃ ab eisdem quũ repetendi tẽpus aderat, adeo acerbe exigere cõsueuit: vt magis plerũq; gratis eas accepisse noceret: q̃ si ab aliis ad vsuram & fœnus eas accepissent. Ad cœnas atq; conuiuia populares homines vt plurimum ex media plebe vocare consueuit: quum esset in oĩ victu (vt antea diximus) frugalis & modestus. Fuit aũt rhetoricę facultatis perstudiosus: ac vehemẽter circa illam elaborauit. Quũq; ad dicẽdum nõ satis idoneus natura videretur: studio tamen ac diligentia tantum ppfecit: vt eos etiã qui natura aptissimi ad eam disciplinã habebantur, facile superaret. Nullã enim causam adeo tenuem, aut tam cõtemnendam fuisse tradunt: ad quã peragendã impręmeditatus accederet. Quũq; Pompeius persępe, ac Cęsar, Cicero etiã nõnullas a se causas quasi parum se dignas reiicerẽt: ipse earum patrociniũ suscipiebat. Quãobrem a populo maximã gratiã cõsequi meruit: q; in causis accuratus & diligẽs, præterea facilis ad opẽ indigẽtibus ferendã haberetur. Summaq; in appellandis ciuibus ac salutandis humanitas gratissimũ illũ populo faciebat. Nemini enĩ tam sordido tãq̃ humili Romanorũ occurrebat: cui salutatus ipse salutẽ nõ redderet: ac pprio noĩne compellaret. Fertur etiã historiarũ fuisse peritissimus: atq; in philosophiæ studio plurimũ tpis & operę posuisse: quũ maxime Aristotelis disciplinam sectaretur: in qua pręceptorem habuit Alexandrum vir̃ tpibus illis celeberrimũ: quiq; humanitatis & contẽnẽdę gloriæ præclarissima exẽpla de se prębuit in ea quã cum Crasso habuit cõsuetudine. Nec enim iudicari facile potest: vtro tpe pauperior vixerit: an cum primo ad Crassum accessit: an cũ postea in eius amicitia ac familiaritate permansit. De quo hoc vnũ dixisse satis erit: q; quum nunq̃ a Crasso discederet, soluſq; ex amicis aliquãdo cum illo peregre profectus esset, in itinere pileũ popoſcit: eũq; statim ex itinere reuersus Crasso restituit. O summã atq; admirabilẽ viri continẽtiam: quæ solam paupertatẽ incorruptibilẽ atq; insuperabilẽ esse putauit. Sed de his alias. Quũ Cinna & Marius rerum potiti, nõ ad patrię vtilitatem, sed ad inimicorũ vltionẽ & optimatum pniciem victoria vti velle viderentur: & iam plurimos ex nobilitate occidissent: inter quos Crassi pater ac frater fuere vix Crassus ipse q̃is adhuc adolescens mortẽ effugit. Nam quum se vndiq; custodibus septum diligentius tyrãnorum iussu ad mortem obseruari sentiret: tribus tm̃ comitibus & decẽ seruis assumptis, summa celeritate in Hispaniam cõcessit: vbi iampridẽ sub patre imperatore militans pmultos sibi amicos cõparauerat: quos quũ vehementer Marii timore perculsos offendisset: ciuisq; absentis imperium non secus atq; instãtis perhorrẽtes: nulli eorum sese credere aut aperire ausus est: sed in Iubii Paciachi cuiusdam agrum, qui mari finitimus erat, secedens, in spelunca quæ maxima in eo erat, delituit. Inde quũ iam quæ secum tulerat alimenta deficerent: vnũ e seruis ad Iubium mittit: qui illum, quo nam pacto erga se res habeat certiorem faceret. Eo nuntio accepto vehementer lętatus Iubius, diligẽtius locum in quo delituerat & sociorum numerum percontatus,

Crassi quo modo diuitias cõparauerit.

Occonomica disciplina. Politica.

Crassi liberalitas in amicos.

Crassus rhetoricę artis studiosus fuit.

Crassi facilitas & humanitas. Alexander philosophus.

Crassi ad huc adolescẽtis fuga ex vrbe in Hispaniã. Iubius Paciachus.

ipſe quidē ne rem patefaceret, ad eum viſendū non acceſſit: ſed ſeruum eius agricultorē iuxta locū in quo Craſſus latebat adducēs, ſingulis diebus paratā cœnam eo deferre præcepit: eaq; ſupra ſaxū (qđ ibi aderat) poſita, cum ſilentio diſcedere iubet: nec quis accepturus eſſet: aut qua de cauſa id fieret vlterius exquirere. & mortē delicti pœnā futurā minatus eſt: ſiquid vltra q̄ præceptū fuerat attentaſſet: recte vero mādata exequēti libertatis præmium pollicitus eſt. Erat ſpelunca nō procula mari conſtituta: quā rupes ingentes ac locis pluribus rimoſæ claudebāt: tenue lumen ac leuem auram ſuſcipientes. Intus vero latitudo maxima pādebatur: pluraq; inter ſe peruia & quaſi induſtria fabricata habitacula. At ne quid omnino deeſſet qđ vſui neceſſarium fore videretur: perennes aquarum fontes ex præruptis ſaxis decurrētes inde interfluebant: atq; inde per ſciſſuram petræ qua maxime lumini patebat ingreſſus, in mare deferebātur. Hoc itaq; in loco quū Craſſus habitaret: quotidie quæ ad victū neceſſaria eſſent deferebātur a viro: quinam eſſent qui cibos acciperent, penitus ignaro. Nec enim eos qui in ſpelunca erāt conſpicere poterat: quum tamen ipſe ab eiſdem optime cerneretur: qui aduētus fui tps & horam diligēter obſeruabāt. Atq; omnia nō modo ad vſum, ſed ad voluptatē quoq; ſufficientia abunde ſuppeditabantur. Quūq; in omnibus quoad poſſet Craſſo gratificari ſubius niteretur: eūq; in adoleſcētiæ medio conſtitutū animaduerteret: vt voluptatū etiā quas ætas illa deſiderat copiam præſtaret, ancillas duas egregia forma & ætatis flore præſtantes ad eā ſpelūcæ partē, quæ ad mare conuerſa eſt, ducit: & per abrupta ſaxa aſcēſum demonſtraus maximis præmiis propoſitis ſpeluncā audacter ingredi iubet. Eas igitur per abrupta faxorum venientes: amici qui cum Craſſo erāt conſpicati, primo ne proditus ac patefactus eſſet locus timuere. Deinde quidnā quærentes aut cuius rei cauſa veniſſent percontari, quum ille, vt a lubio inſtructæ fuerāt, dominū illic latētem ſe quærere reſpondiſſent: intelligens Craſſus lubū erga ſe colēdum amorē ac diligentiam, lęto animo puellas ſuſcepit: ac deinceps reliquum omne tēpus, quo in ſpelunca verſatus eſt Craſſus, ſecum permāſere: ſæpius ad lubiū ſiquid vſus poſceret mādata deferētes. Ex eis vnā iam ætate confectam ſe vidiſſe Feneſtella teſtatur: ſæpiuſq; hæc omnia, vt acta fuerāt, ordine ab eadē narrata audiſſe. Octo igitur mēſes eo modo Craſſus in ſpelunca deliteſcēs permanſit. Poſtea quum de Cinnę morte nuntium accepiſſet: ſpelunca digrediens, magno ad eum facto concurſu ſumma alacritate exceptus eſt. Inde duorum milium & quingētorum hominū exercitu coacto, plurimas Hiſpaniæ ciuitates per luſtrauit: & earum vnā Malacam nomine militibus diripiendam conceſſit: vt quidā hiſtorici tradidere: q̄uis ipſe talia negare, grauiterq; aduerſus eos qui id diſſererent, iraſci cōſueuerit. Poſt hæc nauibus collectis in Libyam traiecit: & ad Metellum Piū virum per id tēporis inſignē ſe contulit: qui cū exercitu validiſſimo Libyam tenebat. Nec diutius ibidem cōmoratus, ſeditione cum Metello facta ad Syllam profectus honorifice admodum exceptus eſt. Quūq; in Italiā redire Sylla ſtatuiſſet: omnes qui ſecum erāt adoleſcentes negotio aliquo implicare cupiens, alia aliis peragenda mandauit. Craſſum vero in Marſos ad parandā expeditionē profiſci iuſſit. Quūq; abeo Craſſus in itinere cuſtodes peteret (erat enim ſibi non procul ab hoſtibus iter faciendum) ſubitatus aliquātulū Sylla, ego tibi inquit cuſtodes eſſe iubeo patrē ac fratrem tuū: amicos inſuper & affines: quos iniuſte a cōmunibus hoſtibus interfectos ad pſens vlciſci contendimus. His vocibus vehementer accēſus & irritatus Craſſus, a Sylla digreſſus eſt: & per medios ferme hoſtes ad quæ tēdebat loca profectus, validiſſimū coegit exercitum. cuius egregia opera Sylla poſtmodū maximis in periculis vſus ē. A tq; ex his rebus quas circa Syllā vterq; geſſit, laudis & gloriæ adipiſcēdæ cauſa æmulationē inter Craſſum & Pompeium exortam ferūt. Erat enī Pompeius minor natu q̄ Craſſus: patre inſuper ortus infami: quiq; extremo odio ciuibus ſuis peroſus fuerat. Nihil tamen his aduerſantibus in dies maior & clarior habebatur: & ei Sylla honores plurimos q̄uis admodum iuueni exhibebat: quos æqualiū ſuorum neminiferme vel paucis omnino impēdere conſueuerat. Nam & venienti Pompeio aſſurgere, & caput aperire, & imperatorem appellare dignabatur. Quę res Craſſum vehementer angebat: atq; eius in dies augebant indignationem: q̄uis merito prę ferendus Pōpeius iudicio omnium videretur: primo q̄ in rebus gerendis non ſatis expertus Craſſus habebatur: tum q̄ magnā ſuis factis gratiam innata ſibi vitia adimebant: auaritiæ ſcilicet morbus: & in minimis etiam rebus ſupra q̄ ſatis eſſet habita ratio vtilitatis ſuæ. Quū enim Tudertū Vmbriæ ciuitatē cepiſſet, multa clanculum ſurripuiſſe cōpertus eſt: ex quo magnā Syllę indignationem in ſe contraxit. In ea vero pugna quā maximam & eandem extremam Sylla circa Romā pugnauit, quū ea parte cui Sylla præerat, loco mota acies pelleretur, Craſſus alterius cornu præfectus egregie aduerſarios: ſuperauit: fugientesq; ad noctem vſq; inſequutus eſt: indeq; caſtra reuerſus victoriæ nuntiū ad Syllam miſit: qui rem oēm quo geſta fuerat ordine enarraret: ac militibus ſuis ab eodem cœnam expoſceret. In proſcriptione quoque ciuium Romanorum & bonorum publicatione, magnam infamiam ſubiit: res multas ac præclaras exiguo admodum prętio mercatus: & munera ab omnibus acrior exigens: ſiqui vlla de cauſa eius opera indigerent. In Brutiis vero diuitis cuiuſdam bona proſcripſiſſe ferunt: ignaro ac minime id iubente Sylla: q̄ quū re iam peracta negotiū reſciuiſſet: grauiter indignatus, nullum ad negotium publicum deinceps

Craſſus in ſpelūcā q̄ dālatuit in Hiſpania.

Malaca Vrbs Hiſpaniæ.

Pompeius Craſſo erat minor natu & patre infami ortus.

Tudertum Vmbriæ ciuitas a craſſo capta.

Craſſi auaritia, & iauarosinfectatio.

Crassum adhibere constituit. Fertur & hoc illi natura insitum fuisse: q quũ esset ipse omniũ auarissimus, grauiter tamen maledictis auaros insectari, & odisse sui similes homines consueuit. Vehemẽter autem eius animum cruciabant ingentes honores ad Pompeium delati: & assidua sine interuallo, magistratuũ gerendoꝝ concessa potestas: & ante q̃ in senatu legeretur permissa triumphandi licentia: magnicp a ciuibus vltro cognomen delatum. Itaq; quũ aliquando ex Romanis quispiam dixisset: iã aderit Pompeius magnus: & quantusnã inquit: arridens cũ indignatione Crassus. Quũ se igitur militari gloria inferiorem animaduerteret: ciuilibus studiis q̃maximam posset authoritatem & potentiam comparare nitebatur. Itaq; potentibus omnibus præsto aderat: officiis, patrociniis, pecuniarum etiam mutuis dationibus, quoslibet ex populo adiuuans: vt sibi vires & gloriam quæreret: quibus Pompeii conatibus posset obsistere. Magnam enim Pompeius a militibus, qbus præfuerat imperator, beniuolentiã consequutus erat: & absentis nomen in dies maius habebatur: ob insignem rei militaris peritiã. Præsens vero nunq̃ a Crasso in honorum petitiõibus superatus est propter summã quã sua præsentia concitabat inuidiã: quũ ex forma & habitu corporis fastus quandam significationẽ prę se ferret: nec facile multitudini congrederetur: operam vero suam ac patrocinium difficilius cuiq̃ præstaret: quasi vires ad res maiores obeundas sortitus, q̃ vt supplices aut damnatos in iudicio defenderet. Crassus autẽ in his studiis assidue versabatur: & frequens in cõcione ac foro aderat: atq; omnibus facilem & peraffabilem se præstabat: adeo vt in medio etiã rerũ gerendarum cursu, poscẽtibus aliquid amicis aut clientibus, aurem non grauate pręberet. Corporis autẽ dignitas ac sermonis elegantia, tũ frontis hilaritas quędã, facile ad se amãdũ homines alliciens, pat in vtroq; fuisse traditur. Ambitio quoq; & honorum cupiditas eadem æmulationis cuiusdam, non tñ odii aut maliuolentiæ causas prębuit. Dolebat enim frequenter Crassus, Cæsarẽ sibi Põpeiũq; in honoribus præferri. Nec eã sane inter se animorum alienationẽ dissimulare penitus poterant. Itaq; Cesar in Asia a prædonibus captus, & in vinculis & custodia detentus, magna voce vt plęriscp audiretur, clamauit: quantas inquiens Crasse prædonibus habebis gratias: quũ de captiuitate mea certior factus fueris. Non multo tñ post amicitia coniuncti sunt: & inuicẽ in gratiã rediere. Quũcp in Hispaniã Cæsari profecturo pecuniæ quas exercitibus daret defecissent: fœneratoribus tñ pecuniæ Cæsaris nomine credere recusantibus: atq; ea de causa profectionẽ differre Cęsar cogeretur: Crassus octingentoꝝ ac triginta talentoꝝ spõsor fœneratoribus intercessit: Quũcp vniuersa ciuitas in partes diuisa esset: quarum vna Cæsaris, altera Pompeii, tertia Crassi appellabatur. Nam Cato magis iustitiæ & bonitatis opinione, q̃ potentia valebat. Quũ omnes qui optimi ac sapientes habebantur, Pompeii partes sequerentur: turbulenti vero & qui maximam in ciuitate licentiã habere cupiebant, Cæsaris opibus fauerent: Crassus inter vtroscp medium sese gerebat. At modo huius modo illius partibus inhærens, sępe in reipublicæ administratione mentem sentẽtiaq; mutauit: quum nulli in amicitia satis firmum, nec rursus asperum nimis inimicum se pręberet: sed facile admodum ac leui momento, vt magis in rem suam conferre arbitrabatur, amorem simul & odium permutabat. Itaq; eorũdem hominum patronum, & accusatorem, & legum earundem suasorem, & dissuasorem breui tẽporis interiecto spatio fuisse cõpertum est. Timore autem magis q̃ gratia ad populũ posse existimabatur: quapropter sollicitudines maximas incutiebat his: qui sub sua potestate tenebantur: quoties magistratum aliquẽ gereret. Vnde & Sicinius multa in quoscunq; probra iacere consuetus, aliquando rogatus, cur soli Crasso in cõuitiis parceret: Fœnũ enim inquit in cornu gerit. Mos autẽ Romanis fuit: vt cornupetarum boum cornua fœno circumligarent: quo obuiã procedẽtes sibi ab illis cauendũ esse monerentur. Interea gladiatorum seditio per id tẽporis excitata est: & eorum per omnem Italiã discursus prędabũdus insequutus: quem plęriq; Spartacum bellum appellarunt: atq; illũ huiusmodi habuisse principium ferunt. Lentulus quidã cognomine Bartiatus magnã gladiatorum familiam Capuæ nutriebat: quorum maxima pars ex Galatia & Thracia erant oriundi: non ob aliquod perpetratum ab ipsis scelus, sed tñ propterem ptoris impietatem necessario gladiatorem exercere coacti. Ex eis aliquot fugiendi consilium quum iniissent: anteq̃ fugæ cõstitutus dies aduenisset, proditi ac patefacti fuere. Duo tñ & octoginta, quũ reliqui timore impliciti cunctarent, effugere: atq; e cognaria taberna verubus ac bipẽnibus abreptis, quũ cętera arma deessent, e ciuitate digressi sunt: forteq; in currus gladiatoꝝ armis onustos: q̃ ad aliã ciuitatẽ deferebant: incidere. Illa igitur auidissime rapientes seipsos armarunt: quũcp munitũ locũ quẽdã occupassent: tres inter se duces cõstituere: quoꝝ primus Spartacus vocabatur: vir ex Thracia oriundus: ac nõ minus prudẽtia, q̃ corporis robore & viribus præstans: facilitate insuper ac mansuetudine, tum virtutibus omnibus supra fortunę & conditionis sortem ornatus: vt græcus potius q̃ barbarus videri posset. Fertur quũ primũ Romam venalis delatus est, draconem sub dormientis capite in spiram complicatum apparuisse: quẽ Thracia itidem mulier conspicata, quũ vaticinandi peritissima haberetur: & Dionysii sacris esset initiata: signum hoc esse dixit magnę cuiusdam & formidabilis potentiæ futurę: quæ tamen exitum habitura esset infortunatum. Eam semper ad se mulierem & conuiuiorum deinceps & itinerum comitem Spartacus habuit. Con-

Crassꝰ quur Põpeium odio habebat.

Cęsar captus a prędonibus.

Crassus Cęsari spõsionẽ fecit pro octingẽtis triginta talentis.

Sicinius ꝓbra iacies Fœnũ i cornu gerit.

Gladiatoꝝ seditio.

Bellũ Spartacum.

Lentulus Bartiatus

Spartacus.

cursu igitur primum ab his qui Capuæ fuerãt ad Spartacum facto, ac subinde paulatim cõfluẽte multitudine, quum sibi armoꝝ copia ex oppidis quæ ceperant suppeditaretur, gladiatoris armis tanq̃ barbaris & inutilibus abiectis, seseq; militaribus armis instruxere. Aduersus eos cum tribus militibus armatoꝝ Clodius missus imperator in monte quodam asperrimo deprehensos obsedit. Erat mons undiq; vastis atq; abruptis rupibus septus: in quem vna tãtum ex parte peruius aditus, atq; is satis angustus patebat. Eum locum Clodius egregie custodibus operibusq; muniuit: reliqua vt dictum est abscissæ rupes ac præcipites claudebant: quæ quum dumis asperrimis, tũ agrestibus maxime vitibus vestitæ, digressum penitus negare videbantur. Veꝝ qui obsessi erant, quum iam acrius necessitate rerum omnium premerẽtur: quum cæsos vitium palmites mutuis nexibus colligassent: sese per abruptas rupes expeditos dimisere: vno tantum derelicto: qui digressis cæteris arma paulatim quũ deiecissẽt, ipse quoq; ad suos descendit incolumis. Inde Romanos nihil tale suspicãtes circunuecti a tergo inuaserunt: ac repentino timore perculsos facile in fugã vertere castra quoq; nullo ferme labore ceperunt. Huius victoriæ fama vulgata, multi ad Spartacum vndiq; ex agris confluxere pastores: bubulci: fures: homicidæ: ac variis sceleribus homines inquinatiꝫ quibus aliquot Spartacus armis instructos in milites elegit: quosdam vero inermes & expeditos ad præcursandum esse voluit. Romani interea. P. Vatinium secũdum aduersus Spartacum imperatorem fecere: cuius legatum Furium cum duobus milibus armatoꝝ proficiscentem aggressi hostes in fugã verterunt. Inde Cossinium alterum legatũ maioribus copiis cõtra se missum obseruãs Spartacus, q; se apud Salinas plerũq; lauare consueuerat, nõ multũ abfuit quin viuũ atq; inermẽ caperet: quũ q; exercitũ deducens incolumem vix periculum euadere potuisset, hostes impedimentis omnibus potiti. Inde Spartacus fugientem exercitum prosequutus magnã stragem intulit. Ipse etiã Cossini usin ea pugna occisus est. Postremo imperatorem ipsum Vatinium leuioribus antea præliis nonnullis superatum, vna tandẽ ingenti pugna vicit atq; fugauit: & lictores omnes atq; equũ quo imperator ipse vehebat cepit. Tantis igitur prospero euentu rebus gestis, magnum iam atq; terribile apud omnes Spartaci nomen habebatur. Ipse vero secundis rebus modũ adhibere volens, quũ esset suaꝝ virium cõscius, non eouscq; cunctandum arbitrabatur: quoad omnem in se Romanorũ potentiam cõcitaret. Itaq; ad Alpes exercitũ admouere cõstituerat: eo consilio: vt superatis Alpibus exercitũ demitteret: atq; alii in Galatiam, alii in Thraciam ad suas quisq; domos remearẽt. Verum milites multitudini iam & viribus suis fidentes, eius verbis obtemperare noluerunt: sed mediam peruadentes Italiam, incendiis & populationibus cuncta vastarunt. Quod postq̃ Romæ auditũ est: indignatione maxima patres atq; oẽm populũ accendit: non tm̃ rei turpitudine atq; indignitate cõmotos: sed imminens etiã reipublicę periculũ formidãtes. Itaq; tanq̃ ad maximũ ac difficillimum bellum consules ambo proficisci decreuere: e quibus Gellius parum caute in hostes ruens, quum plurimũ Germanoꝝ viribus fideret, e quibus maxima pars exercitus sui constabat, oẽs fere copias amisit. Lentulus vero alter consul circũducta exercitus parte medios hostes clausisse putabat: verum illi a tergo consulem adorti, cõmissa pugna, legatos superarunt: & castra cum omnibus simul impedimentis cepere. Inde ad Alpes (vt antestatuerant) proficisci cõtendunt: quibus venientibus Cassius qui circa Padum oram Galliæ cum exercitu Prætor obtinebat, obuiã profectus est: ac pugna cõmissa, pluribus e Romanis interfectis, Cassius ipse vix euasit incolumis. Hæc Romam vt gesta fuerant per nuntios delata, magna aduersus consules iracundia senatum incendere atq; illis bello abstinere iussis, Crassum imperatorem cõtra Spartacum delegit: cuius gratia & amicitia nobiles quidã adolescẽtes cõmoti, cum eo ad exercitum ire comites statuerunt. Profectus igitur Roma Crassus, in agro Piceno substitit: venientem Spartacum ibidẽ cõmoratus. Interea Mumium legatũ cum duabus legionibus hostem a tergo circũuenire iubet: & eius vestigia q̃ maxime posset sequentẽ a pugna sese penitus abstinere præcepit. At ille quum primũ ad hostes peruenit: magna suaꝝ virium opinione inflatus, pugnã conseruit: in qua multis Romanis cæsis, reliq; abiectis armis fugientes euasere: qui quũ ad Crassum peruenissent, grauiter admodum summaq; ignominia excepti sunt: ac Mumius præsertim: qui pugnandi author exiterat. Militibus tũ Crassus iterũ arma cõcedens, sponsores ab eis seruandorum armoꝝ postulauit: & ex eis quingentos qui primi fugã in acie ceperant, quisq; aliis timendi fuerant authores: in quinquaginta decurias partitus est: inde ex earum qualibet vnũ sorte delegit: quem in totius exercitus oculis vltimo affecit supplicio: peruetustum sane Romanorum puniendi morem in consuetudinem reuocãs: qui non minorem damno ignominiã cõtinet plurimumq; aspicientibus horrorem incutit. Eo modo cõfirmatis militũ animis ad hostes exercitũ ducit. Spartacus vero, sub eius aduẽtu per Lucaniã paulatim retro cedens, ad mare se cõtulit. Forte per id tpis piratæ Cilices in Siculo freto versabãtur: quoꝝ opibus & auxilio Spartacus fidens, duo milia e suis in Siciliam transmittere cogitauit: qui vixdum sopitũ illic seruile bellũ excitarent: quod sane non multis egere stimulis videbatur. Pacta igitur mercede, Cilices quicquid veller se facturos spopõderũt. Inde mercedis parte & muneribus insup acceptis, abrupta quã dederãt fide abierũt. Spartacus igiẽ ea spe destiturus, rursus a mari digrediens in Rhe-

Clodi⁹ missus ĩpator ĩ Spartacum

Clodius a Spartaco superatur.

P. Vatini⁹ impator cõtra Spartacũ missus.

Furi⁹ Vatinii legatus cũ duob⁹ armatoꝝ milib⁹a Spartaco fugat.

Cossini⁹ alter Vatinii legatus a Spartaco victus & occisus.

P. Vatiniuꝰ vincit & fugat a Spartaco.

Gelli⁹ & Lẽtul⁹ Romanoꝝ consules vincunt a Spartaco

Cassius prętor a Spartaco vincit

Crassus ĩperator cõtra Spartacũ p fectus est.

Mumius Crassi legatus a Spartaco superatus est.

ginorum Chersonesо exercitum statuit. Est autem Chersonesus terra in insulæ modū mari circūdata: vno tm̄, coq; angusto spatio, quod Isthmus appellatur, cōtinenti adiuncta. Igitur aduenies Crassus, & loci naturam diligenter contemplatus, Isthmum muro claudere, & illos a cōtinenti disiungere statuit: vt simul hostibus egrediendi facultatem, & militibus suis otiū adimeret. Erat opus magnum sane atq; difficile: attamen gloriæ cupiditate incensus Crassus, rem tantam aggredi nō dubitauit: ac breui tpis spatio ex trāsuerso Isthmi, vtrinq; ad mare pertingētem triginta stadiorū fossam, quindecim pedum latitudine, atq; altitudine totidē duxit: superq; eā murum cōstituit: robore atq; altitudine mirandum. Ea primo Spartacus contēnere, ac nullius omnino momenti ducere simulabat. Inde vero deficientibus cōmeatibus quū iam nihil in Chersonesо supereſſet quod ad victum suppeditaret: noctē obseruans nebulis obscuram, & vehementer ventoq; flatibus turbulētam, non magnā fossæ partē absciſſis arboq; ramis ac superiniecto aggere cōpleuit: atq; eo pacto iam tertio Romanos exercitus frustratus euasit. Quod postq̄ Crassus animaduertit: citato itinere abeuntis vestigia pſequutus est: veritus maxime ne Romā petendi voluntas illum & animus subiret: quum præcipue ad id agendū impelli viderentur: q; sibi magis in dies singulos vires augebant: quum plurimi ex Crassi militibus propter ortam seditionem ad eum confugiſſent: multi etiam ex finitimis agris ad illum confluerent. Interea Spartacus iuxta Leucanidis paludem consederat: quā variatis tpum vicibus modo dulcem atq; potabilē, modo salsum atq; amarum præbere saporem ferunt. Apud hanc igitur Crassus hostes assequutus, eos a palude submouit: atq; eorum vagas discursiones & cædes aduentu suo cōpressit. Quumq; arduū omnino atq; difficile videretur Spartacū superare: q; ille fugiendo magis q̄ pugnando bellū gereret: & modo nusq̄ conſpectus, subito in superatus adesset: Romā literas ad senatum misit: opus esse dicens Lucullū ex Thracia, & ex Hiſpania Pompeium accersiri. Ipse interim quoad poterat ante eoꝝ aduentū bellum conficere nitebatur. nec enim ignorabat his aduenientibus perfecti belli gloriā ad se nō peruēturā. Quū igitur omnino sibi pugnandū esse statuiſſet: militibus quibus. C. Cassius & Caninius præerant & seorsum a reliquo exercitu castra habebāt, præcepit: vt cum sex milibus armatoꝝ locū quendā insidiis aptiſſimum occuparent: ibiq; q̄ occultiſſime poſſent delitescerent. Illi vero diligenter ac modum manda ta seruantes, quum galeas frondibus operuiſſent: ne illarum fulgore deprehendi poſſent: ad cōſtitutum locum deuenere: nec eos omnino quisq̄ præter duas mulieres conſpexit: quæ quū rē ad hostes detuliſſent, in extremum diſcrimen illos adduxerant: ni propere Crassus cum exercitu superueniens asperrimam pugnā iniiſſet. In qua duodecim milibus ac trecentis hostibus cæſis, duos tm̄ a tergo vulneratos fuiſſe cōperti est: reliqui conuersis in Romanos frontibus & in acie stantes ceciderē. Spartacū vero post eā pugnā ad Petilinos montes fugientē, Quintus Crassi legatus, & Scrofa quæstor perſequuti sunt. In eos Spartacus magna vi conuersus, omnes in fugam vertit: & gra uiter saucius quæstor vix e manibus hostiū a circunstantibus ereptus est. Hæc res egregie ac proſpero euentu a Spartaco gesta euersionis suæ causam præbuit. Fugitiuorū enim seruorū manus, quæ maxima sub eo militabat, nimium iam de suis viribus sperare ausa, vlterius iam fugiendo bellū gerere, & imperatoris dictis parere indignabatur. Quūq; in tuta iā loca euaſiſſent: præfectos vt se retro per Lucaniā contra Romanos ducerent, coegere: vt q̄primū soli Crasso congrediendi copia fieret. Iā enim adeſse Pompeiū nuntiabatur: multiq; eorū qui Romæ comitiis aderāt, eius belli victoriā Pompeio deberi dictabāt: q; statim suo aduentu bellū confecturus putareꝫ. Coactus his de causis pugnare Crassus quū locandis castris fossam & aggerē statueret: irruentes magno ipetu serui, in tentos operi milites inuaſere: ac primo leuis pugna cœpta est: inde superuenientibus vtrinq; militibus, augeri prelium cœpit. Tandem vrgente neceſſitate Spartacus copias oēs in aciem deduxit. Quūq; sibi ex astantibus qdā equū adduceret: gladiū educēs, victor inquit plurimos & optimos ex hostibus equos habiturus sum: victo autē ne huius quidē mihi opus erit. His dictis, equū gladio transuerberatū interemit: inde in Crassum per confertiſſimos hostes ruens, multis perfoſſus vulneribus, Crassum contingere minime potuit. At vero Cēturiones duos q iuxta illū astabant interfecit. Tandē oībus q secū aderāt in fugā verſis, quū solus derelictus fuiſſet: ingenti circa eū globo Romanoq; facto, multis vndiq; irruētibus telis laceratus ē. Itaq; quū Crassius bellū tā graue cōfeciſſet: corporis ēt proprii subiiſſet periculū: nō tū Pōpeii gloriā potuit obscurare: nā q Crassi opibus adiuuabantur, res quoad poterāt gestas verbis minuere tentarūt: & Romā ad senatū scripſere: nō ni si fugitiuos aliquot aperta pugna a Crasſo fuiſſe superatos. Pō. eiusq; de Hiſpania atq; Sertorio splēdidiſſimū triūphū duxit: Crasſo aūt pmiſsum vt ouans vrbē intraret. Perindignū enim esse dicebāt de supatis seruis triūphare. Quid vero triūphus ab ouatione differt: & vnde vtriuſq; dictū sit nomen: in ea quā de Marcello scripſimus vita, diſputatū est. Post hæc autē quū ad consulatū Pōpeius Romā accesſereꝫ, Crassius vero collegā se illi fieri vehementer cuperet: nec oīno impetrare q̄ ad populū habebat gratiā differet: attamē quo facilius qd optabat, aſsequereꝫ, suppliciter ad hāc rē peragendam a Pompeio auxilium implorauit: qui etsi Crasſo non mediocriter infensus esſet: studium tamen suum & operam egregie impendit: atq; in concione palam retulit: non tam se de adi-

Chersonesus quid. Isthmus quid.

Spartacus Crassū frustratus abeius obsidione euasit.

Leucanidis palus.

Cesa supra duodeci milia ex Spartaci exercitu a Crasso Quintoq; legato Crassi & Scrofa q̄ stora Spartaco fugati

Spartacus fortiter pugnās a Romanis interfectus ē duce Crasso.

Pompeius consul.

piſcendo cõſulatu ſollicitũ eſſe: q̃ vt Craſſum in eo magiſtratu collegã habere liceat. Ambo igitur conſules facti non diu in ea, quam ſimularant, beniuolentia permanſere: ſed in omnibus rebus in uicem diſſidentes ferme deſertam eſſe rempublicam paſſi ſunt: eaq; de cauſa nihil ab eis in conſulatu memoria dignum geſtum eſt: præterq; q̃ Craſſus Herculi ſacra faciens, populo Romano epulũ publice dedit: & tres minas in ſingula ciuium capita contulit. Quum iam ad finẽ peruenĩſſent conſulatus: & comitiorum habendoꝝ cauſa in cãpo Martio conſedĩſſent: Gnatius Aurelius vir quidẽ ex equeſtri ordine oriundus, vita autem omnino rudis atq; agreſtis habitus maxima celeritate in fortũ accurrens clamauit: Iouẽ ſibi in ſomnis viſum monuiſſe: vt hoc palam ad populum ferret: ne ante conſules magiſtratu ſe abdicare paterentur: q̃ ſimul in gratiam amicitiaq; rediĩſſent. Hæc ille ſumma voce quum e pulpito vociferatus eſſet: ac populus in gratiam redire conſules iuberet: Põpeius nec voce nec loco mutatus eſt. At vero Craſſus aſſurgens & collegæ vltro dextra porrecta, nihil humile inquit arbitror, aut paruum me dignum factuꝝ Quirites: ſi prior ad amicitiã gratiãq; cum Pompeio conciliandam ſurrexero: quem vos adhuc impuberem magnum cognominaſtis: cuiq; nondum in ſenatorum ordinem aſcito, triumphum decreuiſtis. Atq; hæc a Craſſo in conſulatu geſta ſunt: quæ quidẽ digna memoratu viſa fuerint. Cenſuram quoq; ab omni officio imunẽ atq; otioſam geſſit. Neq; enim ſenatũ luſtrauit: nec equitũ notauit quenq̃: aut eoꝝ omnino rationẽ habuit: non etiam ciuium capita cenſuit. Et in eo magiſtratu collegam habuit Luctatiũ Catulum, virum Romanorum omnium manſuetiſſimum. Itaq; quum Craſſus initio magiſtratus acerbiſſimum ſe futurum declaraſſet: & Ægyptum tributariã Romanis facere tentaſſet: ſumma audacia Catulus obſtitit. quapropter orta inter eos ſeditione, ſponte ſua non multo poſt ambo ſeſe magiſtratu abdicarunt. Cõiurationis eius, quæ Catilina authore cœpta oẽm pene funditus euertit rẽ publicã, cõſcium atq; participẽ fuiſſe Craſſum nõ parua ſuſpitio fuit. Nam ex coniuratis quidã magna voce Craſſum compellans auditus eſt: attamen eius verbis nemo fidem adhibuit: & M. Cicero coniurationis vindex aperte ſatis in oratione quadã, in Craſſum & Cæſarem coniurationis illius non minima ex parte cauſam refert: eam tñ orationem nunq̃ niſi poſt vtriuſq; mortẽ edere auſus eſt. In illa vero quã de ſuo conſulatu habuit, Craſſum ad ſe noctu veniſſe refert: epiſtolã a Catilina miſſam tenentem: qua illum quaſi conſcium ad firmandam coniurationem hortabatur. Atq; hac de cauſa ſp in poſterum Ciceronis inimicus Craſſus eſt habitus. Q dvero palam illum non in ſectaretur, filius impedimento fuit: qui quũ ſtudioꝝ ac diſciplinæ amantiſſimus eſſet, vehementer Ciceronem diligebat: eiuſq; congreſſu ac familiaritate plurimum vtebatur: adeo vt quũ exilio damnatus eſſet Cicero, Publius Craſſi filius vna cum eo veſtem mutauerit: atq; alios adoleſcentes cõplures idem facere compulerit. Tandem vero patrẽ etiam Ciceroni cõciliauit. Quum Cæſare prouincia reuerſus conſulatum petere ſtatuiſſet: animaduertiſſetq; Craſſum & Pompeium inuicem cõſulatus gratia certaturos: ipſe ne alteri fauens alterius in ſe offenſam cõtraheret, ſumma cõtẽtione illos inter ſe cõcordes facere laborauit: admonens nihil aliud inter ſe diſſentiẽtes efficere: q̃ vt Ciceronis, & Catuli atq; ẽt Catõis vires ac potentiã augeãt: quoꝝ opes nullum põdus habituræ ſint: ſi ipſi inter ſe concordi animo atq; ſententia amicoꝝ atq; affinũ adhibitis auxiliis rẽpublicã gubernare voluerint. His illi veriſſimis rationibus cõmoti rurſus in gratiã & concordiã rediere. Itaq; horum triũ veluti quadã cõſpiratione facta, inuicta quædã & inexpugnabilis conſtituta eſt potẽtiæ magnitudo: quæ ſenatus & populi Romani vires cõminuit atq; pfregit. Nec tã illoꝝ vires Cæſar confirmare tentauit: q̃ eoꝝ opibus ſeſe tutiſſimum ac maximũ conſtituit. ſtatim enim vtriuſq; cõſenſu creatus conſul magnũ in populo nomen & gloriã conſequutus eſt. Nã quũ egregie cõſulatũ gereret: imperator factus & prouinciã Galliã ſortitus, quaſi in arce ciuitatis ab eiſdẽ impoſitus eſt. Ipſi vero ſe pro arbitrio facturos nullo aduerſante opinabantur: ſi Cæſaris q̃maxime potentia augeretur. Et Põpeiũ qdẽ ĩmenſa ambitio ad hæc incitabat: ad Craſſi vero vererem auaritiæ morbũ, triumphorũ ac trophæorum ſumma cupiditas acceſſerat: quã præclariſſima Cæſaris geſta omniũ fama & conſenſu celebrata excitauerãt: quibus ſeſe inferiorẽ eſſe, quũ cæteris in rebus ſuperior haberetur, haud æquo animo ferre Craſſus poterat: nec ante cupiditati huic finem impoſuit: q̃ ſe ad turpiſſimam mortẽ ſumma ignominia ac detrimento populi Romani præcipitauit. Nã quũ Cæſar e Gallia Lucã veniſſet: multi ad eũ viſendũ Roma profecti ſunt: inter quos ẽt Põpeius & Craſſus venere: multaq; inter ſe remotis arbitris colloquuti, maioraiam animis concipientes, vt oẽm in ſe Romani ĩperii potentiã tranſferrent agitare cœperunt: quod ita ſe demum conſequi poſſe arbitrabantur: ſi Cæſar quidẽ vt cœperat cũ imperio in armis pmaneret: Craſſus vero atq; Põpeius quicquid ſupereſſet, exercitũ, & reliquas prouincias inter ſe partirẽtur. Ad quod vna tñ patere via videbatur: ſecundi ſcilicet cõſulatus Põpeio Craſſoq; petitio: cui maxime Cæſarẽ fauere poſſe animaduertebant. Hac igitur ingredi quũ ſtatuiſſent: Romam Cæſar ad amicos hac de re literas ſcripſit: & ex militibus q̃plures vt comitiis intereſſent eodẽ miſit. Multi enim ex his qui ſub Craſſo militabant, eadem de cauſa Romã venere. Quapropter magna apud omnes ciues eſt exorta ſuſpitio: & iam crebertimus in populo rumor verſabatur: quẽ illi inter ſe diuturnum congreſſum feciſſent;

Craſſus cõſul epulum publice dedit.

Gnatiꝰ Aurelius.

Craſſus cẽſor fuit.

Luctatius Catulus cẽſor.

Craſſus ſuſpitiõe Catilinariæ cõiurationis non caruit.

Publiꝰ Craſſi filiꝰ Ciceronis amãtiſſimus.

Cęſaris: Põpeii: & Craſſi amicitia.

nihil reipublicæ bonũ aut salutare futurum continere. Quũ in senatu Marcellus ac Domitius Pompeium rogassent: in proximis ne comitiis consulatum petiturus esset: ille dubiũ responsum dedit: forte inquiens petam: forte non petã. Rursus vero itidẽ interrogatus, a bonis inquit ciuibus petã: a malis vero minime. Quũq; hæc superbe nimis & ambigue responsa viderent: multaq; audientiũ animis suspitiones inferrent: Crassus eadem rogatus, si quidẽ inquit reipublicæ profuturũ esse iudicauero, petã: sin minus, a petitione desistam. Hoc eius responso nonnulli excitati, petere eũ & ipsi statuerunt. inter quos præcipue Domitius extitit. Nã quũ alii Pompeii Crassiq; minis & occultis denuntiationibus territi ab incepto destitissent: Domitius Catonis hortationibus confirmatus in sententia perstitit: quũ illũ Cato suis viribus non diffidere, sed audacter pro cõi libertate contẽdere iubet. Neq; enim consulatũ, sed tyrannidẽ Pompeiũ Crassumq; petituros descẽdere: nec vero magistratus aut honores, sed prouinciarũ atq; exercituũ diripiendoꝝ facultatẽ affectare. Hæc atq; huiusmodi Cato palam ad populum vociferans, inuitũ pene Domitium candidatum in comitia deducebat: quẽ primo aduentu multi comitiis assurgentes circunstetere. Nec parua sane admiratio plerosq; tenebat: quæna causa ad secundã consulatus petitionem duos illos principes ciuitatis impelleret. Deinde cur ambo, tũ ẽt cur pene soli peterent: quum in ciuitate complures essent: digni, q quum Crasso aut Pompeio magistratum gererẽt. Hos rumores quũ Pompeii fautores accepissent candidatorum neminem palam prohibere sunt ausi: sed occultis artibus inuadentes illos ab incœpto desistere compulerunt. Domitium vero noctu cũ amicis in cãpum descẽdentẽ aggressi, seruum quilumen pferebat trucidarunt: multisq; ex circunstantibus vulneratis, inter quos ẽt Cato fuit, reliquos intra domũ retrusere: & custodibus ne egredi possent circa fores appositis comitia habuere. quibus Põpeius & Crassus consules renũtiati sunt. Qui deinde initio magistratus armati in cãpũ venientes, nonnullis eorum qui suis voluntatibus aduersabant interfectis, & Catone extra concionẽ electo, Cæsari imperium in lustrum alteꝝ progauere. Sibi vero Syriam & Hispaniã prouincias decreuerũt: quas sorte demum inter se partiti sunt: & Syria quidem Crasso, Põpeio vero Hispania obtigit. Fuit autẽ omnibus inuisa Pompeii sortitio. neq; enim illum pcul ab vrbe abesse multitudini placebat: & ipse magno vxoris amore incensus domi perlibenter versabat. Crassus vero sua sorte vehementer exultans, nihil sibi per id tpis fortunatius accidere potuisse arbitrabat: tanq̃ in alieno solo magis q̃ domi, & in externis potius rebus q̃ in domesticis inuenturus quietem. Multa igit inania ac puerilia pꝛeter authoritatis & ætatis dignitatem iactans, quũ minime ad ea vitia natura ppensus esset, non Syriam aut Parthos felicitatis suæ terminos statuebat: sed quasi puerilẽ ludũ fuisse dictitans Luculli aduersus Tygranẽ, & Pompeii contra Mithridatẽ bella peracta, ad Bactra vsq; & Indos vltimos extremi fines oceani ingentem animi spem platauerat. Itaq; quũ tanta flagraret. Crassus eundi cupiditate, multi profectioni eius aduersabant: q nihil ea lege quẽ de consulatu eorũ lata est, de peregrinis bellis gerendis cautum esset. Magna pꝛeterea suspitio plærosq; tenebat: quũ tantopere ad hoc bellũ Crassus properaret: tum q ẽt e Gallia Cæsar ad Crassum scribens pluribus verbis animi fortitudinem laudabat: ac summo studio ad peragendũ opus hortabatur. Hęc igit (vt ante dixi) populo suspectam Crassi profectionẽ faciebãt. Itaq; quũ iã extesturus esset, Acteius tribunus plebis profectionẽ impedire aggressus est: multosq; secum e populo fautores ducebat: qui grauiter indignabant: q Crassus sperandi cupiditate ad eos populos oppugnandos, pficisceret: qui amicitia & societate cum populo Romano conjuncti essent. Horum igit vim Crassus pertimescẽs, Põpeium, vt secũ pgrederet, orabat. Magna enim erat Pompeii apud multitudinẽ authoritas. Itaq; quũ plurimi Crasso aduersari, & voces edere grãdiores inciperẽt: placido vultu atq; hilari fronte respiciens ad eos Põpeius, tumultũ oẽm sedauit: ira vt facile abeũtibus iter præstarẽt. Acteius tñ obuiã veniens, voce primum retinere Crassum, atq; obtestari nitebat. Inde vbi se nihil eo modo proficere animaduertit: viatorem ad Crassum comprehendẽdum misit. Id quum alii tribuni prohibuissent: Acteius in vrbem citato gradu accurrens, in via p quam Crassus iter facturus erat succensam cratem constituit. Quũq; ad eum locũ Crassus peruenisset: assistẽs, Acteius, & sacra quædã ac libationes faciens, diras admodum atq; horrendas execrationes obnũtiauit: Deos quosdam inauditos antea & horrendos nomine appellans. Has imprecationes Romani Diras appellant: & iã quasi vetustate obsoletas hanc vim obtinere ẽiunt: vt qui illis obnoxius fiat, grauissimas pœnas dare cogat: & maximo infortunio affici necesse sit. Quamobrem nõ temere in quẽq̃, nec leuibus de causis illarum vti obnuntiatione consueuerunt: multiq; propterea Acteium grauiter incusabat q ob eam quam priuatam cum Crasso simultatem gerebat, tanta mala reipublicæ esset imprecatus: eamq; tam dira atq; inexpiabili religione astrinxisset. Attamen Crassus Roma pfectus Brũdusium venit: quumq; nondum satis ab hybernis tempestatibus mare pacatum esset: cunctatim tamen, aut diutius moram trahere noluit: sed milites q̃primum nauibus impositos traiicere properauit: & nõnullis nauibus amissis, copias omnes in litore deposuit in columes. Inde supplemẽtis firmatum exercitum per Galatiam ducebat. Quumq; Deiotarum regem extrema iam senectute confectum, nouam tamen vrbem ædificantem comperisset; talibus verbis in eum iocatis est:

Domitius candidatus

Pompeiꝰ & Crassus itertũ cõsules.

Cesari iperiũ in alteꝝ lustrũ prorogatum.

Crasso Syria sorte obtigit.

Pompeius Hispaniã sorte accepit.

Acteius triple. Crassũ retinere conatus ẽ ne in Syriã pficisceretur.

Direq̃ qd sit.

Deiotarus.

Crassus pficiscit in Parthos.

Orex inquiens quidnam hoc est negotii: q tibi duodecima iam diei hora quum adsit, nouam vrbem ædificare incipis. Ad hæc subridens Deiotarus: Tu vero inquit imperator quũ sis haud quaq satis vt videre videor matutinus, tamẽ in parthos cum exercitu pperas. Sexagesimum autẽ per id tpis annum ætatis suæ Crassus agebat: sed longe vetustiorem præ se ferebat ætatem. Quum itinere confecto, in hostiles terras pueniſſet: eam rerum conditiõem offendit: quæ maxime eius animũ ad spem summam incendere atq; inuitare posset. Primum enim ponte super Euphratem constituto, facile vniuersum traiecit exercitum: & multas Mesopotamiæ ciuitates vltro sese dedentes in fidem recepit. Vnam vero quæ Xenodochia a Græcis dicta est, cui tyrãnus Apollonius dominabatur, per vim captam militibus diripiendam concessit: & captiuos oẽs vẽdidit. Quumq; ob id a militibus imperatorẽ se appellandũ fore putasset: eumq; spes frustrata esset: incredibile est: quantũ animũ demiserit: q̃q; ad maiora etiã capessenda languidior factus sit. Indæ præsidio ciuitatibus, q̃ ad se desciuerant, impositio, ipse in Syriam ad hybernandum concessit: filium ibidem moraturus: qui e Gallia a Cæsare veniens mille equites lectos, & alias quasdam copias deducebat. Atq; id primum inter Crassi errata connumeratur: quum plurima in ea expeditione deliquerit. Nam quũ maturato accelerare opus esset: & Babyloni, aut Seleuciæ primis Parthoq; ciuitatibus exercitũ admouere: atq; hostes sparatos inuadere: dum inanio tio tempus conterit: colligendi animum, ac sese parandi spatium hostibus dedit. Omne autem quod in Syria temporis versatus est, cogendis pecuniis magis q̃ militari disciplina exercitum coercendo cõsumpsit. Neq; enim recensendis militib⁹ aut eoq; corporib⁹ aliquo studio exercẽdis intendebat: sed acerbius a ciuitatibus exigẽs vectigalia: & omniũ ẽt minimoq; rationẽ subducẽs, quãto poterat studio pecunias coaceruabat. Quũq; finitimis populis atq; principibus, militũ quos ad se mitti vellet numeroq; imperasset: accepta pecunia, militiam illis remittebat. Itaq; segniter omnia ac summa negligentia ministranti, prodigia ẽt non satis fausta cuentũ portendere. Quorũ prima eadẽq; clarissima seu Venus seu Iuno ab incolis Dea nuncupata, quæ nascentibus rebus principia conferre putat, haud obscuris ambagibus dinoscenda mõstrauit. Nã quũ peractis sacris, eius tẽplũ Crassus egrederet: filius ante fores tẽpli offenso gradu iter pede pstratus cõcidit: quẽ statim pater eodẽ casu lapsus sequutus est. Quũ iã ex hybernis copias educeret, legati ab Arsace breuia quædã in hãc fere sententiã mandata portãtes superuenere: Si quidẽ a senatu populoq; Romano missus contra nos exercitum ducis ingens profecto bellũ & summo odio atq; omnino infensis animis gerendum censemus. Q d si aduersante atq; inuita patria (vt audiuimus) priuatæ tm̃ cupiditatis ac lucri causa, Parthis intulisti bellũ: & iã regionis nostræ particulã occupasti: nõ sane tuas vires aut exercitũ magnificamus. Itaq; moderatius tecũ actũ & senectutis tuæ rationẽ habiturũ Arsacẽ nũtiamus: & Romanis cõdonaturũ viros quos in Mesopotamia inclusos magis q̃ aliena custodiẽtes habeat. Hæc sibi ab Arsace vt nũtiarẽt atq; sciscirent, mãdata fuisse. Ad ea indignatus & iactabundus Crassus, in Seleucia se respõnsum his mandatis datum dixit. Tunc Agisis legatorũ vnus q cæteros ætate & authoritate anteibat, sublata manu mediã palmã ostentans, prius in hac palma setæ nascentur inquit, q̃ tibi Seleuciã conspiciendi sit potestas. His dictis legati discessere: & Orodẽ regẽ adeuntes: vix p ea tẽpora bellicę virtutis gloria insignẽ, ad bellũ capessendum cõpulere. Interea milites nonnulli ex vrbibus quę in Mesopotamia Romanorum pfidiis tenebant, ad explorãda hostiũ cõsilia dilapsi, haud aspernãda quædã ad Crassum detulere: hostiũ enim multitudinẽ innumerã parari nuntiabant: quoq; extremũ robur ac fortitudinẽ in vrbiũ expugatione experti essent: quicq; fugientes magis q̃ insequentes essent timendi: pterea q temere ab eis emissa tela oculo hostiũ quasi de industria peterent: & priusq̃ cõspici aut vitari possent, corpus intimũ penetrarẽt: eqtes vero cataphractos mirũ in modũ instructos habere: qui ad maxima quæq; subeunda pericula paratissimi essent. Hæc in exercitu passim audita vehementer animos Romanoq; turbarunt: atq; omni spe & audacia destitutos reddidere. Nihil enim antea Parthos ab Armeniis aut Cappadocibus differre putabant: quos arbitrio suo Lucullus agens aut vexans fatigabat. Quũq; pcipuã belli difficultatẽ itineris lõgitudinẽ fore iãpridẽ animis destinassent: tunc certaminis ac periculi iminentis magnitudine terrebant: ita vt multi Romanoq; ac præcipue Cassius quæstor, Crassum ab incœpto desistere suaderẽt. Multa enim vates in sacris dira portendi nuntiabãt. Quibus oibus neglectis, Crassus his solis aures prębebat: qui aduersus hostes q̃propere ducẽdũ exercitũ esse suadebãt. maximeq; in hac cum sententia rex Armenioq; Artuasdes cõfirmauit: q sex milia lectorum equitum ducens ad Crassum in castra venit: eos circa se custodiæ tm̃ causa sp tenere dictitans. Decẽ milia insuper cataphractorum equitũ ductuq; se pollicebat: ac pecuditũ electorum triginta milia: quos assidue domi nutriebat. Is Crasso persuadere nitebatur: vt p Armeniã ducens in Parthos traiiceret. facile enim se cõmeatuum copiã præstiturum. Iter præterea tutissimum fore: atq; equitibus ea parte maxime peruiũ: quũ aliunde assiduis vndiq; altissimoq; mõtium iugis Parthorum regio claudat: quæ quum aditus vix equitibus accessibiles præbeant, magnum Parthorum regioni tutamen præstant. Hac Crassus benigne auxiliorum pollicitatione susceptra, ac regis erga se beniuolentia collaudata, p Mesopotamiam traducere exercitum constituisse

Xenodochia vrbs a Crasso capta, & militib⁹ diripiẽda cõcessa.

Babylon, & Seleucia Parthorũ vrbes.

Venus vel Iuno q̃ nascentib⁹ rebus principia confert

Prodigium Crassi.

Legati Arsacis ad Crassum.

Agisis legatus Arsacis

Orodes rex

Artuasdes rex Armeniorum.

respondit: q illic magnã & optimã copiarũ suarũ partẽ dimisisset. His igitur auditis, Artuasdes domũ discessit. Crassus vero ex hybernis exercitũ mouit. Quũq; ad fluuiũ quendã puenisset: ac milites facto ponte traiicerent: miræ magnitudinis exorta tonitrua, & in aduersa militũ ora micantia fulgura, quasi transitu prohibere milites videbant. Ventoq; insup magno impetu ruens pcella põtem quẽ ad traiiciendũ militẽ ratibus iunxerat, disiecit: & pluribus in locis pfregit. Castris etiã ponẽdis destinatus locus duobus fulminibus pcussus est. Equus præterea imperatorius egregie phaleris præditus, cæteris ornatus, quasi percitus furore quodã, summa vi contra nitente auriga influuiũ desiliit: ac subito fluctibus obrutus, & astantium oculis subreptus, nusq; apparuit. Tradit etiã eum q primã aquilã in exercitu ferebat, nullo reuocante: retrocedere cœpisse. Quũq; Crassus apud exercitũ concionẽ haberet: vox horrenda quædam exaudita totius exercitus animos vehemẽter turbauit. Iubebat enim: vt quẽ in fluuio pontẽ fabricauerant, subito rescinderent: ne qs eorum penitus regredi posset. Præterea quum Crassus, vt moris erat, sacrificio instituto lustraret exercitũ: porrecta ab aruspice viscera e manibus cecidere: qd quũ grauiter omnes qui astabãt perturbasset: arridens Crassus, talia nobis inquit incõmoda senectus affert: attamen arma nunq; e manibus ceciderunt. His pactis Crassus secundũ flumen ducebat exercitum. Erant autẽ peditum legiones septẽ: & equitũ quatuor milia: ac totidẽ velites. Interea exploratorum qui præmissi fuerant aliquot ad exercitũ redeuntes, nuntiant regionẽ se vbiq; hominibus vacuã cõperisse: plurima vero quasi fugientiũ equorũ offendisse vestigia. Hoc nuntio magnopere lætatus Crassus: passim apud milites Parthorum ignauiam & imbecillitatem criminabatur: quasi manus conferere, aut secum cõgredi trepidãtium. At vero exercitus principes qui Crasso aderant, longe contraria sentire: ac iugiter admonere: vt in ciuitate aliqua eaq; quas suis præsidiis firmatas hẽbat, exercitum exitinere fatigatum reficeret: quoad certi aliquid exploratũ de hostibus haberet. Sin minus id consilii placeret: saltem iuxta fluminis ripam iter faciens ad vrbem Seleuciam duceret. Sic enim facilem cõmeatuum copiã fore. Rutius quoq; iuxta flumen iter factuq; quũ nullæ ex parte fluminis essent insidiæ metuendæ. Quũ Crassus hmõi sentẽtias agitaret: & quid sibi potissimũ agendũ esset consuleret: Arimanes quidã Arabum princeps ad eum venit: vir quidẽ ad fallendũ aptissimus, & oĩum quæ contra Crassum fortuna parauerat vltimum ac supremum exitium futurum. Hunc multi eorũ qui sub Pompeio militauerãt: amicũ illius fuisse recordabantur: & quasi Romanorũ amatorem præcipuum colebant. Is tunc a Parthorum regibus ad Crassum missus fuerat: vt eum cõprocul a flumine dimoueret: & in vastas solitudines & patentes campos deduceret. Omnia enim Parthi facere ac perpeti malebãt: q cõminus collato pede cum Romanis pugnare. Arimanes igitur a Crassum veniens (vt erat in dicendo promptus, atq; ad persuadendum aptissimus) Pompeium vehementer laudare: ac patrẽ & benefactorem appellare cœpit. Tum Crassi vires ac potentiã extollere: cunctationem vero ac moram in apparãdo exercitu accusare: quasi armis vtendum arbitraretur, ac non potius manuum & pedum velocitate, cõtra eos viros: qui cum omnibus rebus suis: ac liberis etiam & coniugibus in Scythas aut Hyromos fugere præ timore iam pridẽ cogitauerint. Summa igitur velocitate properandũ: vt priusq; omnes vires in vnũ Parthi coegissent, manus consereret. Surinam enim & Syllacem cum magnis equitũ copiis ad reliquum exercitum pficisci: quos facile si velit intercipere posset: quum alteri Parthorũ exercitui eorũ aduentus ignotus sit. Hæc aũt omnia falso nũtiabat. Hyrodes enĩ ac Surinas statim ab initio copias inter se ita partiti fuerant: vt Hyrodes Artuasdi Armeniorum regi bellum inferret: Surinas vero contra Romanos proficisceret. Id non ea de causa (vt quidam ferunt) Hyrodes instituerat: q Romanos contẽneret: Crasso præsertim imperatore: quitunc facile inter Romanos princeps eminebat: sed periculi magnitudinem reformidans cum Artuasde bellum gerere maluit: Surinam vero Romanas vires experiri. Erat Surinas non humili sane aut obscuro loco inter Parthos oriundus: sed q diuitiis genere atq; gloria secundus a rege numerabat: corporis aũt robore ac fortitudine ætatis suæ Parthorum omniũ potentissimus: forma vero ac magnitudine corporis supra cæteros omnes admirabilis: magnaq; in castris pompa & apparatu vtebatur. Siquidem mille cameli impedimentis, quæ suo dũtaxat vsui seruiebant, onusti, quacũq; iter faceret sequebantur. Ducebat etiam pellices circiter ducentas: Mille præterea Cataphractos equites, ac totidem leuiter armatos, custodiendi corporis gratia, circa se cõtinue detinebat: peditũ vero ac seruorũ ingẽtẽ numerũ. Hic pulsum domo Hyrodem in regnum restituit: electo rege qui per fraudem Parthorũ regnum occupauerat: primusq; in pugna quẽ apud Seleuciã gesta fuit, ciuitatis murum conscẽdit: atq; vrbẽ ipsam captã Hyrodi tradidit. Nec vero consilio minus: & calliditate q robore valebat: multum ẽt ausu atq; audacia poterat. quibus rebus non minus q viribus Crassum superauit. Interea suis artibus Arimanes a flumine pcul distractũ Crassi exercitum in patentes cãpos ac vastas deduxerat solitudines: via quidẽ leni primo ac pfacili: sed quæ in dies asperior atq; intolerabilior fieret. Iã enĩ in arenas pfũdissimas veniebant: & cãpos aquis herbis arboribusq; carentes: quorũ nullus vsq; terminus cõspiciebatur: vt nõ solũ itineris labore ac siti conficerẽtur, verũ in tuitu ipso miserabili deficerent: quum nullus vsq; tumulus: nullus fluuius: non deniq; virescens aliquod germen aut hær-

Prodigia multa Crasso visa.

Exercitus Crassi cõtra Parthos habẽs peditũ legiones septẽ, equitũ q̃tuor milia ac totidem velites.

Arimanes Arabũ princeps Crassum dolosis verbis aggreditur.

Surinas.

Pellices ducentę in castris. Surinæ.

ba appareret: sed vestæ tm̃ solitudines exitu intolerabili eos exciperent. Tunc igitur Arabis dolos ac fraudes agnoscere, qui cum Crasso erant cœpere. Legati etiam sub id tẽpus ab Artuasde Armenioꝝ rege superuenerunt nuntiantes: Artuasdem ingenti bello ab Hyrode oppressum auxilia mittere nequiuisse. Verum pro veteris amicitiæ ac beniuolentiæ iure, monere atq; hortari Crassum: vt relicto quo cœperat itinere, per Armeniam proficisceretur: atq; coniunctis secum copiis cõtra Hyrodem bellum gereret. q; si id facere nolet: campestria saltem in proficiscendo loca vitaret: & q̃proxime vicinis montibus iter faceret. Ad ea Crassus ira atq; indignatione furens nihil aliud respondit: q̃ sibi tunc otium non dari: vt Armeniis digna responsa prẽberet: verum non multo post in Armeniam se venturum: vt debitas proditionis pœnas a rege reposceret. Hoc tam superbe tamq; inhumaniter responsum omnes qui cum Crasso aderant, perindigne tulerunt: & verbis quoad potuerant ipsius iram lenire conabantur: seorsum aũt grauiter Ariamanem accusabant: Quis te dicentes malus, dæmon scelestissime nobis proposuit: qui quasi veneficiis quibusdam atq; incantationibus imperatoris mentem peruertisti: vt per vastas ac desertas solitudines iter faceret: non quasi Romanus ac disciplinæ militaris peritus imperator: sed tanq̃ latronum ac fugitiuorum ductor! Hæc in se vulgo iactari quum barbarus audisset: vt erat ingenio & calliditate promptissimus, varie pro cuiusq; moribus talia iactantibus respondebat: & aliis quidem auxilium leuamẽq; polliceri: alios verbis lenioribus consolari: nonnullos etiam grauius accusare quosdam vero iocis ac salibus aggredi: an nos inquiens per Campaniam facturos iter putabatis: vbi & fontiũ & riuoꝝ ingens copia vos exciperet: balneis quoq; multifariam emanantibus & variorum fructuum copia abũdare tis! non vos in Assyriorum atq; Arabum fines pueniſſe meminisſtis! His atq; huiusmodi verbis diu tius exercitum atq; imperatorem frustratus, anteq̃ dolus palam cunctis innoteſceret, fugam arripuit: non occulte quidem a Crasso digrediens: sed ab hostes se pfecturum dictans: vt eos attibus quibusdam ac dolis peruertens facilius in eius manu ac potestatẽ deduceret. Fertur eo die Crassum non purpureũ (vt Romanoꝝ imperatorum mos erat) sed nigrũ paludamentum indutum ad milites processisse: idq; admonitum ab amicis subito pmutasse. Interea ex his q exploratum premissi fuerant, citatissimo cursu pauci quidam redeuntes nuntiant: cæteros qui secum ierãt: ab hostibus interfectos fuisse: se vero illoꝝ vix potuisse manus effugere: eosq; magno impetu ad pugnandũ paratos irruere: & numero & robore formidandos. Hoc nuntium vehementer animos militum perturbauit. Crassus vero stupore ingenti a repentino tumultu vix mentis compos, huc atq; illuc furibundus excurrens, vix satis imperatoriũ munus exequebatur. Primo igitur milites in ordine statuens, vt horum voluntari morem gereret, q̃latissime poterat aciem extendit: & campi q̃plurimũ complecti nixus est: ne facile ab hostibus circunueniri posset. equites prẽterea in cornibus vtrinq; collocauit. Inde mutato consilio paulum aciem contraxit: & spatia quædam militibus vacua tãq̃ portas aliquas pluribus in locis reliquit: & vniuersam aciem in ordines duodecim partitus est: atq; turmam equitum cuiq; ordini tribuit: nequa pars equestris esset expers auxilii. Cornu autem vnũ Cassio dedit: alteri vero iuniorẽ Crassum filium suum præfecit: ipse mediam aciem tutandam accepit. Sic igitur instructi Romani procedentes ad fluuium qui Balissus dicitur peruenere: cuius occursus exercitui pergratus extitit ingenti æstu atq; siti laboranti: quã diu propter aquæ inopiam perpessus fuerat. Plurimi igitur ex his qui cum Crasso erant, ibidem castra ponere ac pernoctare suadebant: quoad de viribus & numero hostium certi aliquid explorarent: vtq; in diem posterum pugnã differrent hortabantur. At Crassus filio & his qui secum erant equitibus, ab ordinibus non discedere: atq; in acie stantes cibum caperent iussit. Interim non penitus dissolutis ordinibus, nec satis ad pugnam rursus dum instructi: sedato gradu ductabat exercitum: quoad hostes improuiso ante oculos apparuere: neq; numero primum neq; aspectu formidabiles. Hos de industria Surinas ante acies incõpositos pmiserat: & vestibus aut pellibus superiniectis armoꝝ fulgorẽ iusserat occultare. Vt primum igit Romanis appropinquantes pugnandi signum ab imperatore acceperunt: horrẽdo clamore vniuersos cãpos compleuere. Neq; enim cornibus aut tubis sese ad pugnam animare Parthi consueuerunt: sed ingentia tympana & ferrea quædam tintinnabula quatientes, tũ clamores edentes horrisonos, audientium animos turbare soliti sunt. Hoc igitur sonitu Romanoꝝ animis perculsis, quũ vestes quibus arma tegebant deiecissent, galeas ac thoracas margiano ferro micãtes subito ostendere: equi etiam ferreis atq; æneis tegumentis precti apparuere. Surinas vero inter cæteros magnitudine ac specie prẽstans, Medorum more atq; habitu ornatus, longe mollius q̃ virum deceat: pfricata facie, atq; ad normam discriminatis comis versabatur: quum Parthorum cæteri sicut Scythæ penitus incultis atq; intonsis de industria crinibus vtantur: quo aspectu etiam & facie maiorem videntibus terrorem incutiant. Quum iam igitur ad manus vẽtum esset: primo grauibus contis Romanorum aciem propellere Parthi tentauerunt: sed posth̃ clypeoꝝ dẽsatã testudinẽ, ac viroꝝ stabilẽ & ad pugnãdũ firmissimã aciẽ, tũ etiam ad soluendos, ac de integro instaurandos ordines paratissimam conspexere: quã poterant occultissime circũuenire aciem tentauerunt. At Crassus primo leuiter armatos milites in hostes emisit: qui multis sagittis vulnerati subito

Arimanis doli.

Baliſſꝰ flu.

Suriné aſtꝰ

Parthorũ mos in pugna ineũda

Scythę & Parthi ſculti atq; intõſi.

subito retrocessere: & reliquis turbationis atq; timoris dedere principium: quum telorum ingentē impetum ac vires intuerentur: quæ pfossis armis totum etiam corpus penetrabat. Atq; adeo viris densata erat Romanorum acies: vt ne volenti quidem frustra sagittandi potestas esset. Itaq; p cul astātes Parthi vim maximam sagittarum effundebant: quæ fortiū atq; magnorū arcuum viribus contortæ grauissimis Romanorum corpora vulneribus sauciabant: ac sorte perimebant miserabili. Stantes enim in acie vulnerabantur: nec manus cōserendi facultas aderat. Si quādo enim in hostes impetum fecissent, illi subito terga vertentes fugiebant: nec fugiētes minus q̄ stantes inferebant calamitates. Namq; in fuga etiam sagittas emittere Parthi cōsueuerūt: idq; post Scythas omnium optime facere norunt. Romani igitur quoad eos phareтras exhausisse putarunt immota acie permansere. Quū vero camelos plures sagittis onustos aiaduertere: vt affatim quibus tela deessent, suppeditarent: nec vllum Parthis sagittandi finem affuturum: vehementius trepidare ac suis rebus diffidere cœperunt. Q d pergrauiter ferens Crassus ad filiū nuntium misit: iubens vt impetu facto Parthorum aciem prorumpere conaretur: priusq; corona ab eis circumuenirentur. Iam enim plurimū obequitauerant Parthi: & circūuenire Romanos parabant. Audito igitur patris monitu iuuenis mille ac trecentos equites capiens, intet quos & illi erant qui a Cæsare fuerāt missi, quingentos insup sagittarios & scutatorum cohortes octo, & q̄ latissime poterat illos circū ducens, in hostes impetū fecit. Parthi vero siue timore perculsi, siue illi vt filiū q̄procul a patre dissiungerent retrouersi, fugā arripuere. Tum spei & alacritatis plenus adolescens fugientes hostes magnis incusare vocibus cœpit: Quin statis inquiens & virorum cōgressum nō toleratis? Erant vna cum adolescēte comites. Cn. Plancus &. C. Censorinus: quorum hic qdem cōsilio atq; prudentia, ille tobore & animi magnitudine plurimū poterat: pterea beniuolentia & ætatis æqualita te coniunctissimi erant adolescenti Crasso: nunq; illum casu aliquo deserere parati. Magno igitur impetu equitibus hostes insequentibus, nepedites quidem otiose sequebantur: sed alacritatis & spei magnitudine incensi illorum pene celeritatem adequabāt: & ad oēs casus paratissimi aderāt: ac se iam fudisse hostes ac vicisse arbitrantes eo vsq; persequuti sunt: quoad non vltra fugientibus Parthis, tādem illoq; dolos ac fraudes agnouere. Conuersi eni in eos Parthi qui eatenus fugam simulauerant, atq; vndiq; supueniēres alii, sese ad pugnam parauerunt: atq; equites cataphractos Romanis equitibus opponentes, reliquū equitatum nullo ordine passim Romanis circūfudere. Ita vndiq; per planitiem discurrentes ingentē vim puluеris excitabant: vt neq; se mutuo videndi, nec inuicem colloquendi Romanis facultas esset: sed mutuis etiam vulneribus seipsos interimerent. Multi etiā attrahendi spiritus angustia pene suffocati, & sagittis insup cōfossi, miserabiliter in puluere volutabantur. Nec vulneratis eximendi teli potestas aderat: siquidem curuatis vncis in structę sagittarū cuspides nōsine maxima neruorum & carnium laceratione diuelli poterāt: quūq; non multi admodum eo pacto interficerentur, ceteri metu atq; horrore torpebant. Quūq; pedites Publius in cataphractos equites ipetū facere hortaretur: implicitas manus clypeis ostentātes pedes vero aræne cumulis altius inhærentes, neq; ad pugnādum, neq; ad insequēdum satis idone os se esse monstrabant. Quapropter ad equites cōuersus Publius eos quāto potuit impetu in hostes imisit. Erat autē pugnandi forma omnino dispar: quum Galatæ milites, quoq; præcipue viribus Romani nitebantur, paruis & debilibus hastis ferreos thoraces, aut ex corio fabrefactos incassum peterent: ab hostibus vero grandioribus contis petiti nudapene corpora ad ictus præberent. Qui vero grauiter armati pugnabant: contorum ictibus exequis deiecti, immobiles humi iacere cogebant. Multi etiam sponte sua ex equis desilientes media illorum viscera pfodiebant qui vulneris dolore perciti huc illuc furibundi currentes sessores pariter & hostes conculcando pimebant. Interea Galatæ æstu & siti quorum ea gens est impatiētissima vehemēter deficiebant: & eorum plurimi ex equis desilierant. Acriter igitur instantibus Parthis, referre pedem cogebantur: & sese in secūdam aciem recipere: præsertim q̄ Publiū grauiter vulneratū, & iam in extremis laborantem ex hostium manibus eripere conabantur. Itaq; tumulū aliquāto supra reliquam planitiē eminentem conspicati, ad eum confugere: & equis in medium cōiectis, clypeis vero quasi pro muro exteriori ex parte circūpositis, facilius barbaroq; impetū se euasuros eē arbitrabantur. Verū id longe secus illis euenit. Nam quum in edito loco cōstituti essent: primi nequaq̄ posteriores occultare aut pregere poterant sed oēs pariter propter loci inæqualitatem, in hostium cōspectu positi, ac nullo tegmine protecti patebant ad vulnera. fugiēdi præterea nulla dabatur facultas. Itaq; passim sagittis confossi interficiebātur: ea tm̄ de causa iniquo aio mortem oppetentes: q̄ manus conserendi potestas non aderat: sed tanq̄ ignaui ac desides trucidabantur. Erant circa Publium greci duo Hieronymus & Nicomachus: qui per id temporis Acarnis habitabant. Hi Publium quibus poterant rationibus hortabanť: vt secū in ciuitatem Romanis amicam, quæ Ichne vocabatur, atq; inde non procul abetat, fugā arriperet. Quibus ille collaudatis, nullū est inquit tam graue mortis genus: q̄d iam Publius reformidet: aut cuius metu viros optimos qui pro me in acie ceciderunt relinq̄re velim. Postea illos amicissime amplexatus a se dimisit: ipse vero manus ambas

Pugna inter Parthos & Romanos

Parthi sagittas ēt in fuga mittunt.

Publi⁹ crassi fili⁹ in hostes iuehit. Parthorū fuga. Cn. Plācus. C. cēsorin⁹

Galatę sitis ęstusq; ipatientissimi.

Hieronymus Nicomachus Ichne ciuitas.

grauiter vulneratus, quũ illis vti non ualeret, armigero transuerberandum latus p̃buit. Eodẽ modo Censorinũ obiisse ferunt. Plancus vero sibiipsi mortẽ consciuit. Idem & optimatum fere oẽs facere. In reliquos aũt barbari irruentes multos cõtis vulneratos interfecere: adeo vt viuos nõ amplius quingentis in hostium ptãtẽ venisse tradant. Parthi demum Publii & optimatũ qui simul ceciderant capita cõtis superfigentes, magna celeritate ad Crassum cõtendere: q̃ postq̃ a filio fugatos hostes audierat, eos q̃ secum aderant audaciores factos aĩaduertens, quo ad poterat suos in vnum cogens in patentissimos campos dimiserat: filium ab insectatione hostium iamiam reditur⁹ expectans. Interea citatissimo cursu nuntii a Publio venientes aderãt summo illum in discrimine versari afferentes: ni magna subito mittant auxilia. Atq; hos iam sero ac pene re confecta venisse cõstat. Primi enim quos miserat Publius, vt imminens periculũ nũtiarent, ab hostibus intercepti fuerãt: posteriores quoq; quum in hostes incidissent: vix eo⁹ manus effugere potuerunt. Multa igit̃ Crassum turbabant: ita vt mẽte nihil prospicere, aut recte cõsulere posset. Nam & de totius pugnæ metuebat euẽtu: & filio quoq; opem ferre cupiebat. Tandem vero in vnum vires cogere statuerat: vt filio q̃ celerrime ferret auxilium. Vix ea satis aĩo firmarat: quũ subito clamore horrisono cuncta cõplentes hostes aduenium: & maximus tympanoq; strepitus Romanorum aures circũstrepebant: atq; id alterius pugnæ initium fore arbitrabantur. Illi vero Publii caput hastæ infixum portantes aderant: & Romanis q̃proxime accedentes, contumelioſe quonã ortus genere Publius fuisset, scitabãtur: neq; enim ex imbelli atq; ignauissimo patre tam generosum atq; omni virtute præditũ filium ortũ esse posse. Hoc tam dirũ spectaculũ supra omnia quæ in ea pugna calamitosa contigerant, Romanorum animos perfregit: nec tamen ad iram & vltionẽ (vt par erat) excitabãtur: sed horrore ac timore perculsi obtorpuerant. At Crassus nihil tanto dolore deiectus, oĩum quæ in eo bello gesserit, præclarissimum hoc virtutis testimonium præbuit, omnes enim ordines circunuectus, Meus est hic priuatus dolor Romani clamitabat: mea hæc calamitas: meus hic ac propius luctus: publica vero ciuitatis salus & gloria in salute vestra posita est. Q d̃ siqua vos tanto taliq; filio patris orbati miseratio tangit: hanc in vlciscendis hostibus patefacite: auferte ab eis tanto scelere partam lætitiam: vindicate tam efferam immanitatem: nolite malis succumbere: aut aĩos demittere. Et siqua vos magnarum rer⁹ gloria pmouet, recordemini: neq; Tigranem a Lucullo, nec a Scipione Anthiochũ fine cæde & vulneribus fuisse superatos. Ducite in memoriam: maiores nostros mille nauiũ pro adipiscenda Sicilia iacturã fecisse: multosq; in Italia duces: imperatores: atq; exercitus amisisse: quoq; nulli nisi relicto spiritu victoriã hostibus cõcedere voluerũt. Nec vero tam fortunæ prosper euentus Romanoq; potentiam auxit: q̃ egregia virtus: ac summa in laboribus aspera risq; rebus tolerantia aduersis casibus succũbere nescia. Hæc atq; huiusmodi vociferans Crassus, ac milites excitans, nõ multum animos cõmoueri illorum sensit: quumq; illos clamorem tollere iussisset: postq̃ dissonũ ac debilem sublatum audiuit, grauiter exercitus ignauiam accusans, rebus iam suis diffidere cœpit. At Parthi clamore ingenti excitato pugnam renouarunt: atq; ex transuerso latere inuecti equites sagittarum copiam immẽsam pfudere. Qui vero in prima acie pugnabãt, contis ingentibus aduersos ferientes in angustum spatium Romanos cogebant: e qbus pauci admodum in vnum cõglobati in confertissimos hostes irruere, & cõminus pedem conferre tentabant: verũ iaculorum ac sagittarum multitudine obruti, ptim etiam contis transfixi cito petiere. Tãtus enim erat telorum impetus: vt idem sæpe iaculũ eodem ictu duos etiam viros iterficeret. Hoc itaq; modo pugnantes barbari, quum vsq; ad finẽ diei certamen protraxissent, discessere: vnius noctis spatium ad lugendum filiũ Crasso concedere se velle dictitantes. Nec procul tamẽ ab hostibus cõstituti noctem cantibus & tibiis insomnẽ ducebant. Romani vero multis curis anxii, neq; sepeliẽdis mortuis animum adhibere: neq; sauciis curandis intendere: sed quisq; ppriam sortem ingemiscens, magno cum timore futurum diem expectabant: tandemq; ex eo loco migrare statuerũt: sed magnam atq; ambiguam curam sauciorum multitudo præbebat. Nam neq; secum deferre posse animaduertebant: q̃ magnam fugientibus moram & impedimentum allaturi essent: nec relinqui facile posse videbantur: q̃ clamore atq; vociferatione abeuntes alios essent prodituri. Crassi præterea, q̃uis malorum omnium causa esset: vocem ac iussum omnes desiderabant. At ipse solus in abdito atq; obscuro loco iacebat: ingens vulgo instabilis fortunę, sapientibus autem stoliditatis & ambitionis futurus exemplum. quibus vicissim agitatus, non satis esse putabat: si inter tot hominum milia præcæteris excellentissimus haberetur: sed quia duobus tantum aliquanto videbatur inferior, omnia sibi deesse arbitratus, tantas res aggredi non dubitauit. Tuncigitur Cassius & Octauius ipsum circunstantes excitabant: & bono animo vt esset hortabãtur: quem postq̃ omnino fractum & desperantẽ aĩaduerterunt: ipsi centurionibus atq; ordinum ductoribus conuocatis, postq̃ abeundi consilium ab illis p̃bari senserunt quanto poterant, silentio castra mouere. Et res primo quidem egregie procedebat: at postq̃ saucii & hi qui ad p̃ficiscendum inhabiles erant, se derelinq; atq; hostibus p̃di intellexere: clamoribus atq; vlulatibus oĩa complerũt. Magna igitur proficiscentes turbatio, multusq; terror p̃cedentes inuasit: itaq; sæpe velut iminẽtibus hostibus vertebãt ordi

Publii Crassi filii iterit⁹ Cẽsorini & Planci interitus.

Crassi fortitudo i mor te filii.

Cassius. Octauius

nes: sæpe etiam quasi paulopost pugnaturi struebant aciem. Sauciorũ autem quicunq; vadentes sequebantur, alios suscipiebant: alios quos tollere non possent, relinquebãt. atq; ita maximam p̃ fectioni tarditatem afferebant. Inter hæc L. Egnatius cum trecentis eqtibus, qbus ipse præfectus erat, media nocte Carrhas Mesopotamiæ vrbem præuectus, Romano sermone custodes appellans, Componio vrbis præfecto nunciari iussit: magno prælio Crassum cum Parthis conflixisse Nec plura loquutus, aut se quisnã esset prodere volens, citato cursu ad pontem, quẽ supra fluuiũ relinquerant, peruenit: seque ac suos seruauit incolumes. artamen iusta reprehensione nõ caruit: q̃ imperatorem atq; exercitum deseruisset. Nec sane parũ eius vox Crasso attulit adiumẽti: quũ enĩ Componio renuntiata fuisset: nihil illam p̃speri fuisse arbitratus, propter nuntii breuitatem ac festinationem, suos q̃primum arma capere iussit: atq; vt primũ Crassum aduentare sensit, obuiam p̃gressus illum excepit: & castra intra vrbem ponere suasit. Parthi autẽ q̃uis nocturnam Romanorum fugã sensissent, non tñ illos noctu insequi voluerunt: sed quum iam dies illuxisset: primo ad castra Romanoq; venientes, quatuor milia ferme sauciorum qui relicti fuerant, interficere multos deinde per desertos cãpos errãtes consequuti peremerũt: quatuor etiã cohortes q̃ itineris errore a reliquo exercitu discesserant, & legato Varguntcio duce, tumulũ quẽdam occupauerant, ad vnum perdidere: præterq̃ viginti viros qui nudatis gladiis per medios hostes vadentes, quum illi eorum audaciam & fortitudinem admirarentur, Carrhas incolumes peruenere. Interea falsus ad Surinã rumor delatus nuntiarat: Crassum cum totius exercitus robore fugã arripuisse: reliquã vero inutilẽ turbam atq; imbellem Carrhis consedisse. Ratus igitur victoriæ præmiũ e manibus ereptum esse: nec tamen rumoribus satis credens rei veritatem perquirere constituit: vt quid sibi potissimum agendum esset, statuere posset: an scilicet intra Carrhas Crassum obsideret: an vero Carrhis homissis Crassum insectaretur. Igitur ex familiaribus quẽdam vtriusq; linguæ peritum ad muros ciuitatis submittit: qui Surinę nomine Crassum ad colloquium vocet. Hæc quum amici qui circa Crassum erant accepissent: lętо aĩo colloquiũ oblationẽ suscepere. Nec multo post duo Arabes a barbaris missi ad muros venerunt: qui se Crassum & Cassium egregie nosse asseuerabãt. Hi quum muris supstantem Crassum fuissent conspicari: dicunt Surinam sacris faciẽdis occupatum nuntiare iussisse: pacem se cum Romanis facere velle: quũq; regis amici Romani habeantur nihil aliud ab eis petere: q̃ vt relicta Mesopotamia discedant. hoc enim vtriusq; magis expediens videri: q̃ extremam pugnãdi necessitatẽ experiri. Has Cassius suscipiendas cõditiones arbitratus, locũ & tp̃s in quo Surinas & Crassus ad colloquendũ coirent, statuere iubebat. id se ita facturos barbari dictitrantes abiere. Surinas igiẽ quum Crassum in ciuitate clausum accepisset: sese ad obsidionem parans, postero die instructos milites ad pugnãdum ad mœnia duxit: qui multa in Romanos cõuitia iacientes, ita demum pacem impetraturos p̃dicabãt: si Crassum & Cassium vinctos Surinæ tradidissent. Itaq; meruentes Romani, & Carrhensium fidei non satis credẽtes, qd si bi agendũ esset vehemẽter dubitabãt. Nam ab Armeniis, quæ sola sperari poterant, auxilia expectare, longum sane nimium videbatur: itaq; fugã oẽs (si qua insciis Carrhensibus euadendi p̃bere tur occasio) suadebãt. Inter hæc Andromachus vir oĩum pfidissimus, quũ eiusmodi consilia Romanos agitare sensisset: ad Crassum veniens se itineris ducem fore pollicetur. Hoc igiẽ duce Crassus noctu cum exercitu ciuitatẽ egressus est: nec eorum quicq̃ oĩno Parthos latuit: quũ oĩa ad illos Andromachus detulisset: sed quia noctu pugnare religiosum a pud Parthos habetur: nihil se loco mouerunt. Verum Andromachus nunc huc, nũc illuc agmen circũducens, nec quicq̃ tñ in itinere p̃grediẽs, & alias aliis causis nectẽs, tãdem in altas paludes & loca magnis amfractibus circũsepta, eos qui sequuti fuerant p̃duxit. Multi enĩ iam ab initio nihil recte ab Andromacho fieri suspicati, & itineris p̃plexitatem veriti, mõ huc modo illud agmiẽ circunuerterẽtis, ipsum p̃sequi noluerant: sed Cassius retro vnde discesserat Carrhas redierat: quũq; Arabes quos itineris duces habebat, ibidem moram trahere iuberent: quoad luna Scorpii signum relinqueret: at ego inquit sagittarium magis formido. Inde in Syriã cum quingentis ferme equitibus traiecit. Plurimi vero fidos itineris duces sortiti, ad montes q̃ Sinnacha vocantur puenere: ibiq; tuto constituti diẽ expectarunt. Fuerunt vero ad q̃nq; milia hoĩum: qbus vir optimus Octauius præerat. Crassium vero insidiis Andromachi oppressum, tum angustiis, & circunstantis paludis impedimento circunuẽtum supueniẽs dies offendit. Aderãt cum illo cohortes quatuor: ac pauci admodũ equites: ac lictores q̃nq;. His copiis comitatus, quum iam adesse hostes nuntiarentur: & ipse duodecim tm̃ stadiis ab Octauio procul abesset: in tumulum quẽdam conscendit: equitibus sane inaccessibilem: & lõgo vertice Sinnachis coniunctum atq; subiectum: ita vt ab his qui cum Octauio erant: facile conspici posset: qui quum imminens periculum Cassio intuerẽtur, primus Octauius magna voce milites cõpellans, reliqui deinceps alter alterius ignauiam castigantes, e superiori loco imperu facto hostes loco dimouerunt: Crassumq; in mediam receperunt aciem: & clypeatis militibus extrinsecus q̃s pro muro constitutis, nõ prius ad imperatoris corpus tela peruẽtura clamitabant: q̃ oẽs ad vnum sagittis confossi ccidissent. Surinas igitur magno suoq; detrimẽto futurã esse pugnam

Luci⁹ Egnatius. Carrhæ vrbs. Cõponius.

Cęsa quatuor milia Romanoq; sauciorũ a Parthis. Vargũtei⁹ cũ quatuor cohortib⁹ a Parthis cæsus.

Crassus in carrhis obsidetur cũ exercitu.

Andromachus.

Parthis religiosum est noctu pugnare.

Sinnacha montes.

consp̃icatus: simulq; noctis aduentum ptimescens: ac ne Romani mõtes capesserent veritus: vbi difficilis admodum esset insequutio: dolis iterum Crassum statuit circũuenire. Quosdam igitur q secum in exercitu fuerant, dimittẽs, in Romanorũ castra nũtiare iubet: audisse se hmõi apud Parthorum p̃rices haberi colloquia: nequaq̃ regi placere inexpiabile cũ Romanis bellũ esse: sed pacem facile cõciliari posse: modo Crassus regis amicitiã nõ aspnaretur. Interea Surinas pugna suos reuocauerat: & cum primoribus in aduersum tumũlũ pfectus remissum arcũ añ pedes piecerat & inermẽ dexterã ptendens noie Crassum appellabat: atq; vt secum loq; vellet hortabat. Earenus enim regis vires illum expertũ fuisse: nũc aũt benignitatem & mansuetudinẽ erga saluẽ ppriã (si voluerit) pbaturũ. Has voces magna cõtentione Surina clamitãte, oẽs qui cum Crasso aderãt lętis aĩs excepere. At Crassus nihil eoꝝ fidei credẽdum ratus, quorũ sæpius iam esset pfidiã expertus, quũ tam repẽtinæ mutationis nullã subesse causam aĩaduerteret, pugnæ intẽtos milites suos esse iubebat. Illi vero vna reclamare: atq; in Crassum cõuitia iacere cœperũt: eius ignauiã accusantes: qui ne inermibus qdem hostibus cõgredi audeat: quibus armatis eos velit obiicere trucidandos. Quũ ad ea respondere Crassus pararet: ac reliquũ diei spatium tolerare precaret: quoad supueniẽte nocte in mõtes euadẽdi daret facultas: vbi locoꝝ p̃sidio tuti futuri essent: ac manu simul viã ostẽtaret: qua non pcul in pacata loca, & amica transitus pateret: beneq; de salute sua sperare hortaretur: illi altius iam vociferari. Tunc perterritus metu Crassus, eoꝝ parere voluntati, & ad collo quium pficisci statuit: atq; inrer eundũ ad suos cõuersus Octaui ingt tuq; Petroni, cæteriq; quot quot adestis Romani ciues, pfectionis meę necessitatẽ consp̃icite: meq; meoꝝ militũ violentia ad hoc fuisse coactũ mihi testes apud Deos atq; homines estote. Verum superstites dicite, non me a meis ciuibus pditũ, sed hostili fraude deceptũ interisse. His dictis cœptũ iter ad hostes psequebat. Tunc Octauius quiq; secũ aderant, solũ pficisci nõ vltra sustinuere: sed e tumulo descẽdẽtes illi se comites adiunxerũt: sequẽtes aũt vna lictores Crassus a se remouit. Quũq; nõ multũ spatii pgressus esset: duo exmisto Parthoꝝ & Græcorũ genere oriũdi illi obuiã venere: atq; ex eqs desiliẽtes pbe nigne Crassum græco sermone salutarunt: & aliquos præmittere hortati sunt: qui Surinã & oẽs qui cum eo aderant inermes aduentare intuerentur. Ad ea Crassus si vel minimã ingt vitę meę rationem duxissem, nunq̃ pfecto me vestris manibus aut fidei credidissem. Duos inde fratres Roscios noie p̃misit intuituros, quot secum comites Surinas duceret: & simul aliquid ad eum nuntiare mandans, eos ad se cum venissent, deph̃endi & vinctos retineri Surinas iussit. Ipse interea cũ Parthorum optimatibus equo insidẽs ad Crassum veniebat. Quũq; iam haud pcul abesset: qdnam hocrei est Surinas ingt: pedes ne quũ Romanus imperator gradiat: ego equo vectari patiar? His dictis: equũ Crasso adduci iubet. At Crassus illum cõscendere nolens: nemo ingt nr̃orum aberrauit: quũ primo vterq; more & cõsuetudine seruata, ad colloquium venerit. Tum Surinas certum iam nobis cũ Hyrode fœdus ac pacẽ esse minime ambigatis Romani velim: sed ad p̃ximũ fluuiũ descendentes æquas pacis pacis cõditiones p̃scribamus oportet: neq; enĩ oĩno pactorum memores estis Romani. His dictis dexterã porrigens: quũ Crassus equũ a suis poscꝛet, nihil opus est illo Surinas inquit: hunc enĩ & velocitate & pulchritudine p̃stantem tibi rex Hyrodes dono mittit: & simul equum phaleris aureis atq; aureo fræno insignẽ adduci iubet: atq; in hunc Parthi q circum aderãt pene vi sublatũ Crassum imposuere. Inde ĩtimulis equũ grauiter vrgere cœperũt. At Octauius prius habenis comp̃chensis equũ retinebat: itidẽq; Petronius facere cœpit. At cæteri gcũq; ex Romanis aderãt, globo facto Crasso circũstetere: equũ sæpius pfodere conati: & simul Parthos qui vtrinq; Crassum vrgebãt, quoad poterãt submouẽtes. Turba itaq; primo, & cõrtio, post etiã pugna exhorta est. Nam Octauius barbari principis aurigam gladio traiicit: post vero barbarũ alius assistens Octauiũ perfodit. Petronius aut̃ qui thoraca indutus processerat, multis incassum barbarorum telis petitus incolumis tũ in equũ p̃siluit. Ad Crassum Parthus quidã Pomaxartes nomine interfecit: licet alii nõ ab hoc interfectum Crassum, sed iacenti cadaueri caput ad dextera abscissam tradãt. q̃q̃ hęc cõiicere magis q̃ p veris affererelicet. Nam eoꝝ q pugnę interfuerũt, alii circa Crassum pugnantes cecidere: alii statim pugnæ exorto principio: retro in tumulũ vñ discesserant rediere. Ad quos Parthi veniẽtes Surinę noie referunt: Crassum qdem meritas audacię ac sceleris pœnas dedisse: reliqs pbenigne salutem indulgeri: ac liberos abire pmitti. Eoꝝ verbis non nulli fidem adhibentes, quũ e tumulo descẽdissent: a barbaris capti & in vincula cõiecti sunt. Alii noctis aduentum in tumulo expectantes, passim p agros, vt cuiq; visum est, sese sparsere: quos errantes Arabes eqtes insequuti ceciderunt: ita vt pauci admodũ incolumes superfuerint. Feruntur in eo bello viginti ferme hoium milia interẽpta: & decẽ milia capta fuisse. Post hęc Surinas Crassi caput & dexterã ad Hyrodẽ, q tũc in Armenia bellũ gerebat, misit: quosdam vero Seleucią pficisci iussit: q nõ occisum, sed viuũ captũ esse Crassum passim vulgarẽt: & illũ nõ multo post Seleucią captiuũ venturũ. Interea põpam ridiculã sane, verũ magno reꝝ oĩum apparatu cõstituit: quã ignominię causa appellauit triũphum. Quẽdam enĩ ex captiuis Pacianũ noie facie & habitu corporis Crasso p̃similẽ Parthicę mulieris vestẽ indutũ equo insidentem circũagi iussit. Huic omnes qui

Roscii fratres duo.

Crassus Parthorũ dolis & pfidia captꝰ, ĩ hostiũ manꝰ puenit.

Pomaxartes Crassũ interfecit Crassi interitus.

Cęsa ex Romano exercitu viginti milia hominũ in bello Parthico p Crassum gesto capta decem.

Pacianus.

circum aderant parere: & imperatorem appellare præcipit. Ante ipsum tibicines & lictores aliquot camelis vehebantur: sacculos quosdã fascibus appensos gestantes. His pxime sublimibus hastis in fixa nobilium Romanoꝝ capita portabant. Post hæc Seleuciæ meretrices veniebãt: multa in Crassi mollitiem & imbecillitatẽ ineõditis quibusdam carminibus decãtantes. Seleucioꝝ deinde senatum Surinas cogens, libros quosdam ostendit Aristidis: qui Milesii appellantur: de luxuria & deliciis compositi. atq; multa in mores Romanoꝝ conuitiatus est: qui nec etiam in exercitu talibus lasciuiis abstinerẽt: atq; eiusmodi secũ libros in castris etiam gestarent. fuerunt enĩ inter Roscii cuiusdam impedimẽta reperti. Interea Hyrodes pacem cũ Artuasde Armenioꝝ rege cõposuerat: eiusq; sororem Pachoro filio cõiugẽ desponsauerat: multaq; inuicem conuiuia summa lasciuia ac maximo reꝝ oĩum apparatu celebrabãt: plurimaq; in eis græcoꝝ more cantantes. Neq; enim græci sermonis ac literaꝝ Hyrodes ignarus erat. Artuasdes vero Tragœdias etiam scripsit: & orationes plurimas edidit: historiã etiã cõposuit: quaꝝ aliqua in hodiernũ vsq; diem superextant. Quũ nuntius a Surina missus qui Crassi caput ferebat, ad Hyrodem peruenisset: forte regem conuiuio accubantem offẽdit: & Iason Trallicẽsis fabulaꝝ actor, remotis iam mẽsis, Euripidis fabulam de furiis Agaues actitabat. Quũq; ab omnibus summa iocũditate ac lętitia probarent: Syllaces Crassi caput in mediũ proiicit: & magno clamore a Parthis propter lætitiã sublato. Syllaces regis iussu a famulis e medio. summotus est. Iason vero dimissis quæ tunc in manibus gestabat luctus insignibus, Crassi capite in manibus sumpto, quasi furens debacchari cœpit: ac multis caput illud telis perfodit: versus e tragœdia huiusmodi decãtans. Ferimus e montibus Hinuli prædam felicissimã, atq; hoc spectaculo vehementer omnes qui aderant gauisi sunt. Multis inde alterius versibus decantãdis, quidam ex his qui choꝝ agebant magna voce clamauit: Meus est hic honos. tunc in mediũ prosiliens Pomaxartes, qui forte inter cœnãtes aderat, Crassi caput in manibus sumpsit: ac se maxime talia verba decere testatus est. Hyrodes igitur præmia quæ pro talibus gestis more patrio pberi cõsueuerunt, liberaliter illi largitus est: Iasonem vero talento donauit. Hunc finem igitur Crassi expeditio quasi tragœdia quædam sortita est. Non tamen ita multo post & immanitatis Hyrodes, & perfidiæ Surinas debitas pœnas dedere. Nanq; Hyrodes Surinæ gloriæ inuidens eum dolo peremit. Ipse autem quum filium Pachorum expulisset: q; bello a Romanis fuerat superatus: morbũ incidit hydropicum: cui filius alter Phraartes insidias machinatus venenum quasi medicamentum ad leuandum morbum tradidit: quod quum profuturum ægritudini videretur: iamque corpus nonnihil conualescere cœpisset: breuissimam interficiẽdi viam aggressus, propria manu spiritu præcluso illum suffocauit.

Milesiii libri Aristidis de luxuria & delitiis cõpositi.

Pax Hyrodis cum Artuasde.

Pachorus.

Artuasdis doctrina.

Iason fabulaꝝ actor.

Surinę iteritus.

Phraartes.

Hyrodis interitus.

COMPARATIO NICIÆ ET CRASSI.

ELIQVVM: Vt de Niciæ & Crassi inter sese comparatione pauca dicamus. Ac primo quidem si quis vtriusq; diuitiis parandis modũ animaduerterit: Niciam longe minus vituperabilem comperiet. Sigdem eius diuitias ex metallorum effossione in qua captiuos barbaros permultos assumpsit, incrementi plurimũ accepisse constat. Crassus vero si ad Syllæ immanitatem conferatur, humanior sane videri poterit: quum tamen ex eius incendiis atq; proscriptiõibus quasi ex fœnore aut agricultura lucrum palam quæsierit. Maximoꝝ autẽ criminum, quibus obnoxium fuisse Crassum pmulti asserunt, quæq; ipse acerrime denegare consueuit, ne minima quidem suspitio Niciam attigit. Neq; enim lucri causa sniam i senatu dixisse, aut facinorosos homines subtraxisse iudiciis, aut sociis auaritię causa bellum intulisse, ne calumniator quidem vllus vnq̃ Niciam isimulauit. Qd vero maximam pecuniam timiditatis cã calumniatoribus Nicias dederit: etsi Pericli aut Aristidi non conueniẽs opus eẽ merito videri põt, ei tñ necessariũ fuisse iudicabitur: quũ ad tolerandas inimicitias in repu. non satis animi ac roboris a natura sortitus eẽt. In eo quoq; Lycurgus orator multis post annis gloriari ẽt ausus est: cui quũ ab aduersario fuisset obiectũ: q; se pecuniis a calumniatore redemisset: minime inficiatus est: sed interorãdum maxima voce populũ appellans, bene se habet inquit viri Athenienses: qñgdem p tot annos in reipublicæ administratione versatus, non accepisse me, sed dedisse pecuniam obtrectatores criminantur. In sumptibus faciendis melior, & ad ciuilem vsum accõmodatior Nicię q̃ Crassi ratio videt. Illeenim in exhibẽdis populo spectaculis, & in Deoꝝ cultu celebrando: & gymnasiorũ & palęstrarũ cõducẽdis pceptoribus pecunias maximas erogauit. Hic aũt tam multis hominum milibus publice epulũ dedit: ac insuper ad quottidianũ victũ copiã suppeditauit: vt oẽs in vnum coacti Nicię sumptus, ne minima qdem expte sint Crassi sumptibus comparandi. Igitur quũ horum virorũ mores animaduertã: vehementer ab illis dissentire cogor: qui vitium inæqualitatẽ mẽtis ac dissidentiã eẽ negãt: quũ tñ hosce hoĩes videãt tam turpiter in parãdis diuitiis versatos, i ero gãdo tã faciles ac benignos esse, & de diuitiis qdem hactenus. In reipublicæ vero administratione

Lycurgus orator.

nihil vnq̃ callide, nihil iniuste, nihil violẽter a Nicia factũ reperitur: sed quũ esset Alcibiadis pẽtia & fraudibus circũuẽtus, summa cũ modestia ad populũ quasi iniuriarum vindicẽ futurũ cõfugit. Crassi vero magnã in pmutãdis amicitiis pfidiam deprehendere licet. Consulatũ aũt per vim vsurpasse, ne ipse qdem negare cõsueuit: qppe qui milites mercede cõduxerit: q Catoni atq; Domitio manus afferrẽt. In ferẽda quoq; de sorriẽdis puinciis rogatione, quũ multi vulnerati fuissent, quatuor etiã interfecti, Crassus ipse Luciũ Manliũ rationi aduersanrẽ pugno grauiter in faciem p cussit: multoq; sanguine fœdatũ coegit e turba discedere. Atq; vt Crassus vituperandus videt: q violẽtum quẽdam ac tyrannicũ in administrãda republica morem teneret: sic Nicias pauidus & supra q̃ deceret formidolosus & vilissimis qbusdam hoibus obnoxius iusta pfecto reprehensione nõ caret. Accedebat adhæc: q nõ aduersus Cleonẽ paruis de rebus Crasso certamẽ erat: sed aduersus recentissimã Cęsaris gloriã: & tres Pompeii triumphos decertans, nulli eoq; cedẽs, vtrũq; supe rare nitebatur. Et Põpeium qdem censoria dignitate supauit. qđ magnã pculdubio laudẽ meret. Oportet enĩ in maximis rebus & rerũp. administrationibus, nõ penitus inuidiã formidare: sed magno aio ad præclarissima quæq; adniti: & virtutis ac potẽtiæ magnitudine inuidiã supare. Qđsi cui penit⁹ oĩpiculo carẽtẽ securitatẽ, atq; aĩ requiẽ sectari placet: & Alcibiadis ĩ cõcione vehemẽtiã reformidat: aut ĩ thermopylis Lacedæmonũ ęrũnas, aut ĩ Thracia Perdiccę labores extimescit: latissimus ĩ ciuitate patet cãpus ad otiãdũ: vbi ignauus cõsidẽs atq; otiosus segnitiei coronã suo capiti cõtexere possit: vt sophistaq; qdam dicere cõsueuerũt. In quo genere forte Niciam aliqui cõnumerarent. fuit enĩ pacis & otii amantissimus: & soluendis aut componendis bellis aptissimus. quæ virtus propria Græcoq; esse videtur. Atq; in hoc nulla ex parte Nicias est Crasso comparandus: q caspiũ pelagus, atq; Indicũ oceanum, Romani imperii terminos fore destinauerat. Neq; vero decet quũ te virtute ac potẽtia superiorẽ: intelligas, deterioribus cedere: neq; principatu indignos viros adgubernãdum rempu. adsciscere: neq; maximis de rebus improbis atq; infidis viris fidem pręstare. In quibus oĩbus deliquisse Niciam non obscurum est: q Cleonẽ garrulũ sane & clamosum rabulam, impudentissimum pterea atq; audacissimum virũ, magni exercitus imperatorem deligi fecit. Nec Crassi in bello spartaco celeritatẽ laudo: q festinationis magis q̃ se curitatis rationẽ ducens, manus conferre pperauit: ne superadueniẽs Pompeius pfecti iam ppe modum belli gloriam auferret: vt Mũmius Metello apud Corinthum bellũ gerẽti abstulerat. Sed illud Niciæ nõ parum delictũ videri debet: qui nõ aduersariorum opibus aut potẽtia deterritus, sed militandi laborem ac periculũ reformidans, maluit quũ res suas in tuto collocasset, remp. periclitari: q̃ suo periculo salutẽ reipu. quærere: q̃uis Themistoclis factum intueri possit: qui bello Persico, quum non idoneum imperatorem creatũ aĩaduerteret, atq; illum regi gerendæ imparẽ iudicaret, ne demens vnus atq; improbos vir totius ciuitatis salutẽ in discrimen abduceret pecunia data sese vt imperio abdicaret effecit. Cato aũt quo tpe motus maximos ac pturbatiões reip. instare cõspicie bat, tribunatũ petiuit. Nicias vero contra Minoam & Citheram ac Milesios imperatorem se fieri passus, cõtra Lacedæmonios bellum gerere noluit: sed imperatoriũ exuẽs paludamẽtum, Cleonis dementię atq; audacię viros, arma, naues, & totius reipub. imperiũ cõmittens nõ modo ppriam gloriã, sed defensionẽ patrię atq; salutẽ neglexisse videt. Quapropter non ita multo post inuictus atq; reluctans cõtra Syracusios bellum gerere coactus est: quũ non vtilitatis aut dignitatis causa, sed aĩ mollitie atq; desidia, quãtum in se esset obstare videret: quo minus potẽtissima Sicilię ciuitas Atheniẽsium imperio subiiceret. Quã q̃ hoc nõ minus ignauię ac secordiæ, q̃ immẽse virtutis & bonitatis testimoniũ videri poteſt: q; quũ semp ab illis gerendis fuerit alienus: eũ qui semper imperandi munus detrectauerit, nun q̃ populus quasi virum optimũ ac peritissimũ ducẽ ad maxima quæq; bella suffragiis deligere cessauit. At Crasso, quũ belli semp & imperii fuisset auidissimus, nũ q̃ nisi bello seruili: populi ſponte imperiũ accipere cõrigit: q; per id tẽporis Põpeius, Metellus, atq; ambo Luculli bellis aliis impliciti tenerentur: & tũc tũ opibus & potẽtia magnus Crassus habeba tur Verum illud comici poetæ dictũ præclare sibi cõuenire etiam amicissimi fatebanr. Vex illum cæteris in rebus, q̃in clypeo gestãdo optimũ esse. Neq; satis tũ hæc opinio Romanis pfuit: amicorum multitudine, & ambitionis excessu, maximũ exercitum ei tradere coactis. Athenienses enĩ inuitũ ac renitẽtem Niciã ad bellũ impuluere. Crassus vero inuitos ac abnuentes Romanos eduxit ad bellũ: & propter hunc qdem ciuitas, ille aũt ppter ciuitatem maximũ infortunium subiit Atq; magis in his rebus laudare Niciã, q̃ vituperare Crassum licet. Ille enĩ prudentis imperatoris ratione vtens suorũ ciuiũ spem nõ frustrabatur: sed metus causa, vt ab Sicilia abstinerent: hortabatur. Hic aũtẽ tan q̃ facilimum opus bellũ Parthicum aggressus, vehemẽter quidam ab eo quod proposuerat: aberrauit: magno tamẽ animo concepisse iudicatus est: quũq; Cæsar occidentis populos Celtas: Germanos & Britanniam insuper domuisset: ipse ad orientis imperium cõparandum intenderat animum: & Asiam omnem Romanis subdere conabat. quod etiã Pompeius affectabat. Lucullus vero vtriq; aduersabatur. Itaq; quũ Pompeio Asię imperium a populo mandaretur senatus obstitit. Cæsarem quoq; quum trecẽta Germanorũ milia cecidisset, Cato hostibus

L. Mãlius p cussus a Crasso.

dedendum|atq; eius capite oẽm deorũ iracundiam ob violata fœdera cõtractam expiãdam censu|it. At vero populus Catonis sententia cõtempta, quindecim dieꝝ supplicationes in eius victorię honorem decreuit. Quantã igitur futuram lætitiam: quantaq; sacrificia arbitramur: si Crassus ex Babylone literas ad senatum mittens, Mediã|Per fidem|Hyrcaniam|Susas|& Bactra Romanorũ quincias esse nũtiasset? Oporter eni(vt Euripides inquit(eos qui in otio degere, quiꝝ suis rebus eẽ contenti nequeunt, qñ aliis iniuriam inferre volunt, nõ Scandeã aut Mendim vilissimas insulas in uadere: nec patriam fugientes Æginetas: & tanq; aues regionẽ mutãtes persequi: sed magna iniu|stitię prędia quærere: quibus iustitiæ facta iactura, non quidẽ paruæ aut contẽnendę rei pensetur. Nec illi satis recte iudicare videntur: qui quũ Alexandri laudent expeditionẽ, Crassi audẽt vitupe|rare conatus. Neq; enĩ decet ex euentu rei iudicia facere. Sed nos ad instituta redeamus. Niciam per multa in bello præclara facinora edidisse constat: multis enim prędiis hostes superauit: & a capien|dis Syracusis paulum quid abfuit. Nec quę tanta errata sunt, oĩa eius culpa euenere. magnũ enim rebus gerendis aduersa valetudo impedimentum attulit: plurimũ etiam ciuium, q domi erant, in|uidiam accusare licet. Crassus aũt propter innumeram errato; multitudinem: nullum fortunę vi superandę locum reliquisse videtur: atq; sola eius appareat accusanda stultitia: quã non tantũ Par|thorum virtute, quantũ aduersa Romanorum fortuna superatam fuisse putandum est. Præterea quũ nullum diuinitioni signum Nicias aliquando neglexerit: hic autem omnia penitus deo; por tenta contempserit: vtriusq; idem ferme exitus fuit. Difficilis sane res ad iudicandum: licet illi mi|nus vituperandi videntur: qui peruicacię & superbię crimen fugientes, veterum opinionẽ atq; au thoritatem sequuti propter nimiam religionem delinquunt. In morte vero Crassus laudabilior: q nunq; timori aut labori succumbens, sed amico; precibus & voluntati obtemperans tã etiã ho stili fraude deceptus interiit. Nicias autem turpi & infami spe salutis ductus, supplex ad hostium genua procumbens, turpiorem sibimet ipse mortem effecit.

Euripidis nobile dcm

CAGESILAI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.



Non sũ equidem ne scius diffi|cillimũ esse Agesilai vir tuti & glo|riæ parẽ cõ|mẽdationẽ iuenire pos|se. Verũta|mẽ aggredi endũ esse censeo: qm̃ ratiõi minime cõ sentaneũ foret: eũ nec iferiorẽ laudem assequi debere: ꝓpterea ꝙ ad summum pfectæ probitatis culmen puenerit. De ipsius igitur generis nobilitate, qd ma ius, quidue præstãtius dici posset: q̃ ꝙ maioribus eius in hodiernum vsq; diẽ nomine dinumeratis, & eis quidẽ non priuatis viris, sed regibus: & regũ filiis, quotus ab Hercule fuerit: memoria facile colligitur? Neq; tñ de iis quiq̃ hoc nomine queri possit: ꝙ regnũ quidẽ possidebãt: sed vrbis parum illustris. Nã sicut eorum genus totius patriæ honestissimũ est: ita & vrbs ipsa vniuersæ Græciæ celeberrima: adeo: vt nõ inter secundos primi, sed inter principes principatũ obtineãt. Illud quoq; haud est silentio præ tereundũ: qd ad cõm|& patriæ|& sui generis laudẽ pertinet: ꝙ scilicet nunq̃ ciuitas eorũ regnum excidere conata sit: ideo ꝙ ipsos honore cæteris anteferri inuidia torqueret. Nec ipsi reges maiora vnq̃ affectauerunt: q̃ ab initio regni sui possedissent. Quocirca quum nullam adhuc gubernandi rationem cognouerimus: neq; popularem, neq; paucarum potestatum: neq; tyrannidem, neq; re|giam dignitatem: quæ stabilis & absq; interruptione perseuerarit: hoc tamen solum regnum assi|due succesiiueq; durare cernimus. Agesilaum vero etiã anteq̃ regnum sit adeptus, imperio dignũ fuisse|hoc facile argumento dignoscitur: ꝙ quum rex Agis diem suum obisset: Leotichidesq; hinc vt Agidis, hinc Agesilaus|vt Archidami filius, pro regia dignitate contenderent, vniuersa ciui|

Agesilaus ab Hercule originẽ tra xit.

Leotychi|des.

Agesilaus rex creatus

tas Agesilaum|& genere|& virtute minus repulsa dignũ iudicauit:& eundẽ regem cõstituit. Quare quũ in vrbe potentissima ad excellentissimum deligi munus ab optimis meruerit:nulla alia coniectura opus est|eius virtutẽ|qua etiã ante regni adeptionẽ præditus erat|comprobare. Quæcũq; aũt in regno suo gesserit,iam deinceps ꝯbreuius potero pcurram. Nam ex reb⁹ gestis|ipsius quoq; mores oprime,vt opinor,spectare licebit. Quũ igitur Agesilaus iuuenili adhuc ætate florẽs regnũ assequutus esset:haud longo post tpe vulgatum est,Persarum regem tanꝯ aduersus Græcos ingẽtem terra mariq; exercitum cogere. Qua quidẽ de re consultantibus Lacedęmoniis|sociisq;, Agesilaus sibi Spartanos quinquaginta:ingenuos:quos illi Neodomadas vocant,tria milia,conflatos vero sex milia tradidisset,in Asiam traiecturum:& faciendæ paci operã se daturũ recepit: vel si bellare barbarus maluerit,tantũ se illi negotiũ exhibiturum:vt ei cõtra Græcos exercitũ mouere nequaꝯ otiũ supet. Quo audito,hilari statim animo plurimi concupiuerunt:vt postꝯ rex ad tea in Græciam traiecerat,eodẽ modo aduersus ipm copiæ transportarentur:& id diligendũ:vt abinuadente potius,ꝙ expectante cũ eo depugnaretur atq; hostiũ potius,ꝙ Græcoꝝ agri bello vastarẽt:qdq; oium maximũ:videbaꝫ vt nõde Græcia,sed de Asia dubiũ certamẽ cõstitueret. Postꝙ vero in Asiã cum exercitu nauigauit:quemadmodũ imperatoriã artem exercuerit,haudquaꝯ ego dilucidius ꝙ cõmemorandis rebus gestis replicari posse arbitror. In Asia igitur hoc primũ gestũ est: Tissaphernes Agesilao iureiurando affirmauit:si secum inducias tantisp vellet|dum redirẽt quos ad regẽ mitteret oratores,ei se effecturũ:vt Græcorum vrbes quæ in Asia erant,liberæ ac suis legibus degerent. Cui cõtra Agesilaus inducias integra fidefacturũ se iurauit:ꝓfinito tamen ad id agẽdum triũ mensium spatio. Tissaphernes quæ iurauerat statim ementitus est. Nam quũ de pace authorẽ se pmisisset,ingentẽ a rege exercitũ præter copias quas secũ habebat|depoposcit. Agesilaus vero etsi hæc omnia præsentisceret,fœdera tñ apud se inuiolata esse voluit. Quapropter hoc primum ab eo egregie factũ mea sententia iudicari debet:qp quũ Tissapherne periurũ esse demonstrasset,effecit:vt apud neminẽ fidem mereretur. Quumq; scipsum & iusiurandum magnifacere & conuentiones minime fallere aperte iã declarasset,eo puenit:vt nec Græci|nec Barbari quocunq; iure secum inire fœdus vererentur. Cæterũ quũ recepto nouo exercitu Tissaphernes elatior factus,Agesilao,nisi ex Asia decederet,bellum indixisset:& cõfœderati:& Lacedæmonii qui ibi aderant,non mediocriter rristari videbãtur:qp Agesilaum:regio apparatu viribus imparẽ esse censerent. Agesilaus vero hilari admodum fronte per legatos Tissapherni nuntiat:ei nõ paruam se gratiam habere: qp periurio suo deos sibimet infensos vendicasset:Græcis vero ꝓpitios:& suaꝝ partium fautores reddidisset. Militibus dehinc|tãꝯ in expeditionẽ|castra mouere imperat:vrbibus vero:ad quas sibi cũ exercitu Cariam petenti pueniendum erat,vt cõmeatus præparent|edicit. Similiter in oĩbus Æleis & Hellespõtiis per epistolam iubet:vt socios ad se in Ephesum mittãt. Tissaphernes igit,tum ga Agesilaus equites nõ habebat,quũ equitatu Caria minime sit pmeabilis,tum quia sibiipsi ꝓpter fraudẽ iratum eẽ censebat,existimans re vera in Suã quæ in Caria erat,demũ facturũ impetũ: omnes quidem pedestres copias eo transmisit:equites aũt ad Męandri campũ circumegit:sperans se Græcos prius equitatu circũuentuꝝ,ꝙ ad loca equisinuia peruenissent. Sed Agesilaus quũ Cariã petere prædixisset:mutata statim sentẽtia,in Phrygiam se conuertit:assumptisq; socioꝝ copiis,in itinere ei occurrebat:& vrbes subuertebat:& ante expectatum inuadens|infinitam pecuniam diripiebat. Quare hoc quoq; imperatorium nauasse mihi videtur:qp postꝙ indictum est bellũ:& aduersari crimine factum est:vt iam & sancte|& iuste decipere liceret: Tissaphernem quidem puerilis simplicitatis hominem esse fraude illa demonstrauit:amicos vero eodẽ in loco prudentissime ditauit. Nam quũ ob prædæ magnitudinem gratis ferme omnia vęnderentur,amicos vt ea emerent monuit:significans se mox cum exercitu ad mare descensurum. Ipsis vero spoliorum vændendorum præfectis iussit:vt quanti quisq; emeret,scripturæ quidem mandarent:pretium tamen in præsentia remitterent. eo pacto amici eius nihil præsoluentes,nec tamen publicum defraudantes,maximam pecuniarum vim consequuti sunt. Siqui præterea ad regem(vt verisimile est) transfugientes bona sua clam subducerent,ea p amicos deprehendi curabat:vt ditiores simul & gloriosiores euaderent. quibus quidem rebus ꝙplurimos ex suggestu amicitiæ suæ auidos effecit. Cæterum quum cognosceret deprædatum ac desolatum agrum diu exercitum sustentare non posse:frequentem vero incolis ac seminatum perpetuo sibi cibum suppeditaturum. studere cœpit:vt non tantum aduersarios vi caperet:verum etiam benignitate ad se alliceret. Nam sæpe militibus suis in conciõe prædixit:ne captiuos vt iniustos cruciarent:sed vti homines seruarent. Sæpe etiam dum castra trãsferret,si paruos mercatorũ infantes,quos in militia|aut portãdi incõmodo|aut alendi inopia vęndebant|de relinqui audiret,eos aliquem in locũ cõportari curabat. Eodẽ modo & captiuorum,qui obsenium destituerentur,curam suscipi mandabat:ne a canibus|lupisue erepti|discerperentur: Quibus quidẽ ex rebus effectũ est:vt eum nõ modo qui hæc audirent,sed etiam captiui ipsi maxima beniuolentia pfequerentur. Quascũq; vero vrbes vendicaret:iis seruilia omnia detrahẽs|ea institutebat:in quibus liberi principibus parere consueuerunt. Ita mœnia quæ nulla vi capi poterant|hu-

Neodomadæ.

Tissaphernes.

Tissaphernis perfidia Agesilai fides inconcussa.

Phrygiã diripit Agesilaus.

Agesilai pietas.

manitate suas in manus dirigebat. Postq̃ vero in Phrygia exercitũ ductare propter Pharnabazi eq̃ tatũ nõ valebat, sibi quoq; equites cõparandos esse duxit: ne tanq̃ subterfugiens bellare cogeretur. Omnibus igitur vrbiũ illaq; opulentis viris: vt equos alerent | imperauit: quicunq; tñ equũ & arma & peritũ virum præbuisset, huic vt a militia ipse vacaret licere edicto præfatus est. Necsecus ad hoc prompte faciendum singulos induxit: ac siquis pro se alterum libenti moritur; animo indagaret. Vrbes ẽt instituit: ex quibus parare equites oporteret: existimans vrbes in qbus alũtur equi, statim vel maxime ob equitatũ elatiores fidẽtioresq; fieri. Miro igitur quodã modo equitatũ euestigio | & validissimum | & strenuũ habuit. Postq̃ aũt ver appetebat, oẽm exercitũ in Ephesum coegit: quem quum exerceri cuperet, turmis siquis optime equitaret: peditibusq; siquis egregio corporis robore præstaret, præmia proposuit. Scutatis itidẽ & sagittariis munera declarauit: qui se ad debita opera maxime idoneos demonstrassent. Hinc cernere erat gymnasia viris se exercentibus, & equorum stadia equitãdi studio decertantibus referta: iaculatores vero & sagittarios in ordinẽ procedentes cõtinebat: totã vero vrbem spectaculo dignã reddidit. Nam & forum variis armis | equisq; vẽnalibus plenũ erat: & ærarii fabri | ferrarii | coriarii | fullones | omnes bellica parabant instrumenta, ita vt vere vrbẽ illam, quasi quandã belli officinam existimares. Illud quoq; cuiusq; animũ nõ mediocriter ad bene sperandũ cõfirmasse. Quũ primũ quidem Agesilaũ ipsum, deinde reliquos milites in tueri liceret: quũ gymnasiis regrederentur coronas | quibus coronati fuerant | Dianæ offerentes. Nã vbi viri deos colant: bellica autẽ exerceant: & imperatoris obedientiã meditentur: nonne ibi verisimile est: omnia spe bona repleta esse? Existimans præterea ex hostiũ contẽptu robur quoddam & fidutiã militibus ad pugnã ingenerari, per præcones palam edixit: vt barbari, q; a prædõibus capti essent nudi venderent. Quocirca milites quũ eos q; nunq̃ exuerentur, candidos, pingues vero & ad laborẽ inertes, quia curribus assidue veherentur, esse cernerent: nihilo series differre bellum censuerunt q̃ si contra fœminas pugnandũ foret. Hoc quoq; militibus prędixit: statim q̃brcui itinere ad munitissima eius regionis loca cum exercitu profecturus: vt hi iam illic veluti decertaturos, & animo & corpore paratos se præberent. Tissaphernes vero hæc ab eo fingi ratus est: tanq̃ rursus decipere, & vere tunc in Cariam facere impetũ vellet: ideoq; pedestres copias, vt prius, transmisit in Cariã: & equitatum in Męandri campo collocauit. Nec tñ Agesilaus mentitus fuit: sed vt prædixerat, confestim Sardianũ locum occupauit: ttiduumq; deserta hostiũ permeans, multũ exercitui cõmeatum suppeditauit. Quarto autẽ die hostiũ equites cõtra processerunt: eorũq; dux impedimentoq; præfecto Pactolum traiicere, & trans fluuium castra metari: iubet. Ipsi quum Græcoq; aliquot pedites circa prædam occupatos cernerent, illos magna ex parte trucidarunt. Quod quũ Agesilaus intelligeret, ab equitatu opem afferri imperat. Perseq; auxilium conspicati | sese in vnum cogunt: & vniuersas equitũ turmas cõtra explicãt. Agesilaus quũ peditatum hostibus nondũ adesse, sibi vero nihil ad huiusmodi rem agendã deesse cognosceret, conserendę pugnæ tempus, si fieri posset, esse dixit. Facta igitur re diuina, in equites ex aduerso collocatos phalangem recta ducit: ex militibus quoq; pubes vna secum cõcurrere, scutatos itidem incursare, & equites inuadere iubet. Ita factum est, vt vniuersus eũ subsequeretur exercitus. Primũ q; Persaq; validi erãt, equitũ impetum exceperunt: sed quũ aduersa & extrema oia eius incũberẽt, ipsoq; acies inclinauit. Eoq; alii statim in flumẽ irruere: alii fugã capessere. Insequentes Græci castra capiunt: scutati: vt par erat, ad prædã cõuertũtur. Agesilaus quũ iam: & amica: & hostilia omnia quaquauersum possideret, castra posuit. Quũq; inter se turbari audiret: q; adeo rerum gestarum culpam sibi inuicem imputarent: cõfestim contra Sardas mouit: ibiq; circa vrbẽ omnia igni vastat & populatur: simulq; p præcones clara voce pronuntiati iubet: Si qui sunt qui libertatis egeant: vt ad se tanq̃ socium: cõfœderatũq; conueniant. Siqui vero Asiã suã asserant, il pro libertate armati ad certamẽ prodeãt. Postq̃ neminẽ contra exire videt: iam intrepidus vltra progredit: quũq; nonnullos cerneret Græcos: qui antea adorare coacti erant, nũc ab eisdẽ a quibus cõtẽnebãtur: hortari: & alios deoq; quoq; cultum est vendicare haud indignum existimantes: effecit: vt ii Græcos ne intueri quidem recta facie sustinerent. Quũq; amicoq; agrum a præda direptionibusq; immunẽ præstaret: hostili sic fruebatur: vt biẽnii spatio Delphis plura q̃ centũ talenta deo decimã cõsecrarit. Cæteq; Persarum rex hoq; maloq; causam in Tissaphernem cõferens, Titraustam misit: q; eius caput obtruncauit. Barbarorum tamen res ex illo tempore in peius semper ferri: Agesilai vero indies melius validiusq; se habere. Ab omnibus enim gentibus pro ineunda amicitia legati mittebantur. Multi quoq; libertatis auidi adeum descíscebant: adeo vt iam non Græcorum modo, sed Barbarorum innumerabilium dux esset Agesilaus. Ob hoc etiam ipsius continentiã vehementer admirari licet: quum infinitas in continenti vrbes suo imperio subditas haberet: insulasq; nõ paucas: quãdoquidẽ ciuitas ei classem addiderat: quumq; ad summum & gloriæ | & potẽtiæ culmen euectus esset: posseq; multorum ac robustissimoq; opa ad quamcũq; rem vti: rem prę terea arduam magnificamq; versaret animo: sperareq; exercitum funditus tollere: qui prius aduersus Græciam militauerat: a nulla tamen harum rerum est superatus. Sed vbi a magistratibus ei nuntiatum est: vt patrię succurreret: ciuitati non secus paruit: ac si in lectica so-

Pactol⁹ flu. Pugnæ victoria Agesilai contra Tissaphernem.

Titraustas. Tissaphernis interit⁹.

lus apud quin queuiros fuisset constitutus: illud apertissime declarãs: q̃ neq; vniuersum terrarũ orbem patriæ: neq; nouos & nup vẽdicatos amicos veteribus: neq; turpia absq; piculis lucra honestis & laboriosis anteponeret. Donec autẽ in magistratu pmansit, hoc etiã regis laude dignissimũ opus nauauit: q̃ quũ vrbes reciperet: ad quas imperaturus enauigabat: quia mutuo statu postq̃ regere Athenienses desierant, seditionẽ mouebãt: curauit: vt dũ ipse adesset, absq; exiliis & cædibus in concordia & felicitate summa degerent. Itaq; qui in Asia erant Græci: nõ vt principe, sed vt parente & socio suo abeunte tristabant: q̃q; nõ fictam erga ipsum amicitiã gererent, aptis demũ indiciis ostẽderunt. Eo nanq; pro Lacedæmone auxilia petẽte plerũq; præstiterunt: q̃n etiã aduersus potẽtiores pugnãdum esse nõ ignorarent. Rerum igitur in asia gestarum hic finis extitit. Post aũt Hellespontũ traiecit, easdẽ gentes pficiscebat: p quas infinita iam classe Persarum rex iter habuerat: quã vno anno viam barbarus confecerat, eandẽ breuiori q̃ mẽsis spatio expediuit Agesilaus: studens, ne post necessitatẽ patriæ succurreret. Sed quũ ex Macedonia in Thessaliam transiret, ei officiebant insequẽtes a tergo Larissei: Cranonii; Scotussenses: Pharsalii: q̃ Bœotiis confœderati erãt: omnes præterea Thessalii præter illos qui ea tẽpestate exulabãt. Ipse interim quadrato agmine ductabat exercitũ dispartitis: & a frõte: & a tergo eqtibus. Aũt vbi incumbẽribus a tergo Thessalis, vltra pgere phibebatur: & anteriorẽ exercitus partem: & nõnullos e stiparoribus suis transmisit ad posteriores. Postq̃ vtrinq; structę acies: Thessali haud cõueniẽs esse rati, vt contra pedites equitatu decertarẽt: auersi gradatim retro cedere. At illi temere insequi. Sed Agesilaus quum vtrumq; errorem intelligeret: ex equitum numero, qui circa eius latera constituti erant, validiores præmittit: vt & reliquos secum ire iubeant. & ipsi omnibus viribus insequebantur: ita vt fugientibus hostibus nulla detur retrouertendi copia. Quos ex insperato super ingruentes quum Thessali conspicati essent, alii nullo pacto reuertebantur: alii conuertere se conati, superuenientibus exobliquo equitibus, comprehendebãtur. Vnus tñ equitum præfectus: noie Polycharmus Pharsalus: & se retrouertit: & vna cum suis diu pugnans tandẽ interimitur. Quo facto, indecens & ineffrẽnata fit pugna: alii cæduntur: alii viui cõprehenduntur: nec prius substitere, q̃ in Anthracio rum montes sese contulerũt. Tunc Agesilaus Anthracium atq; Nartheciũ trophęũ cõstituit: ibidemq; mansit: nõ medio critetea de causa exultãs: q̃ eos, qui eqratu maxime gloriantur, cum equitibus a se primũ comparatis superasset. Postridie Achaicos Physciæ vrbis mõtes emẽsus, ad Bœotiorum vsq; confinia pamicas regiones pcessit. Ibi quum interclusum iter a Thebanis: Atheniensibus: Corinthiis: Emanibus: Euboicis: & vtriusq; Locris offendisset, nequaq̃ cunctatus: ex aperto aciem contra struxit: quũ vnum & dimidiũ tm̃ Lacedæmoniorũ ordinẽ, cohortium vero eius loci Phocẽses solum & Orchomenios, ac deinde reliquũ, cui prærat exercitũ secum haberet. Nectñ hoc dicturus venio: q̃ parui manu: imbecillioribus militibus conflixerit. Nam si hæc dicerem: & Agesilaum temerariũ: & meipsum stultũ declarare mihi viderer: si eum qui grauia pericula absq; causa inuaderet: laudibus extollerem. Immo magis hoc admiratione dignũ arbitror: q̃ nõ inferiores hostibus copias compararit, armaritq;: ita vt oĩa ærea, oĩa purpurea apparerent: curaritq; vt laborẽ milites ipsi sufferent: & eorũ aĩos tãta audacia cõpleuerit: vt aduersus quẽcũq; pugnã nõ reformidarẽt. Suis quoq; æmulationem quandã iniecerat: vt quisq; fortissimus videri studeret. Spem insuper oĩbus fecerat: fore eos multarum ac pretiosissimarum regũ ditissimos, si virorum fortium officio fungerẽtur. Militibus enim hunc in modũ aĩatis, pmptissime validissimeq; manum cum hostibus cõserturũ se existimabat: nec eum sane fefellit opinio. Narrabo igit pugnã ipsam: cui parem ætas nostra nullã vidit. Cõuenerant enim in cãpum Coroniæ adiacẽtem Agesilai quidem milites a Cephiso: Thebanoq; vero ab Helicone: æquales vtrinq; phalanges inter se conspiciebantur: equitatus itidem vtrinq; numero fere par erat. Agesilaus dextrũ cornu curabat: Orchomenii in sinistro extrema turabantur. Contra, Thebani a dextro, Argiui a sinistro stabant. Congredientibus illis mirum vtrinq; silentiũ tantisper fuit: dum ad stadii interuallũ abessent. Ex inde vero Thebani sublato clamore cursu cõminus ferebãtur. Quũq; iam tribus iugeribus dirimerentur, ex aduerso pcurrerunt ab Agesilai acie domestici milites: quibus Euripides prærat: successiueq; Cyriorũ aliqui: & Iones: & Æolei. & Hellespontii: iisq; oĩbus ad teli tactum appropinquantibus qui oppositi erant in fugã verterunt. Argiui haud quaq̃ Agesilai militem excepere: sed protinus in Heliconem confugerunt. Hoc in loco extremi milites Agesilaum coronarunt: cui interea nuntiatur: Thebanos cęsis Orchomeniis inter impedimẽta versari. Is acie flexa ad illos iter pergit. Sed Thebani quũ suos in Heliconem pfugisse cernerent, enixe eodem salutis auidi sese cõferunt. Hic Agesilaum vere magnanimũ sine controuersia licet appellare: q̃ tutissimã rationẽ minime sequutus est. Nam quũ fugientes cedentesq; insectari & facile manu capere posset: a fronte prœuenire: & in Thebanos irrumpere maluit. Confligentes phalanges impelluntur: pugnant: interimunt: cadunt: clamor nullus erat: nec tamẽ silentium: sed vox qualem ira simul & pugna ederet. Thebani maiori ex parte in Heliconem fuga secedunt. Multi tamen inter secedẽdum opprimuntur. Postq̃ in Agesilai parte victoria steterit: sauciusq; ipse ad phalangem relatus est, citi equites denun-

Larissei. Cranonii. Scotussęses Pharsalii. Pugna Agesilai cũ Thessalis.

Polycharmus Thessalius pręfectus interficitur. Anthracii. Tropheũ Anthraciũ & Nartheciũ ab Agesilao constitutum.

Pugna inter Agesilaum & Thebãos ad cãpum Coroniæ. Agesilaus Thebanos superat: & ipe saucius ad suos relatus est.

iant circirer octoginta ex hostibus armatos in templo esse. Ille tametsi vndiq; vario telorũ genere cõfossus esset, deos tñ minime neglexit: sed quo vellet dimitti, & ab iniuria seruari iussit: misitq; insup equites qui eos in tuta comitarent. Finito deinde certamine cernere erat, quo in loco manu cõ seruerant, sanguine cõcretam terrã: iacentiũ & socioq;, & hostiũ promiscue cadauera: cõtritos clypeos: pfracta inuicẽ tela: pugiones euaginatos: aliquos humi quosdã in ipsis cadaueribus: nonnullos adhuc in manibus. Quũ aũt iã aduesperasceret, cibo somnoq; corpora procurarunt. Prima de inde luce Syllo belli profecto impat: exercitu instructo trophæũ cõstituere: vniuersos in dei honorẽ coronari: tibicines omnes modulari. Quæ dũ ab ipso gerunt: Thebani p præconẽ inducias fieri, & suoq; cadauera sibi sepelienda reddi postulant. Factis itaq; inducijs Agesilaus domũ rediit: magis vi delicet cupiẽs, in qbus licitũ esset, domi imperare: & in aliquibus parere: q̃ in Asia potẽtissimus esse. Sub idẽ tẽpus quũ aduerrisset Argiuos rebus suis frui: & Corinthum tanq̃ bello gaudentes sibi vẽdicare, aduersus eos exercitũ agit: & muros ad Lecheum vsq; prorẽsos occupat: patefactisq; Peloponẽsi portis, domũ ad Zacynthia reuersus, quo in loco a chori præfecto institutũ fuerat, vna cũ reliquis deo pæana cecinit. Subinde cũ in Peræo Corinthios armenta omnia custodire, ipmq; Peræũ seminare, & ex eo fructũ colligere audiret: maximũ id esse ratus: q; Boeotii quoties ex Creusi motũ pararent, facile Corinthiis adiungi possent: Peræo exercitũ admouit: quod quũ a multis non secus ac si ciuitas intromissa esset asseruari cerneret, sumpto prãdio ad ipsam vrbem copias traduxit. Sed vbi vniuersos sub noctẽ ex Peræo vrbi succurrere sensit, reducto rursus exercitu, Peræũ ipsum iam presidio destitutum, prędãq; oẽm prima luce rapit: & prostratis muris: in patriã regreditur: Achæis post hæc ad societatem prompte inclinatis: rogantibusq; vt eis contra Acarnanian opitularetur. Quũ. n. Acarnanes ipsi p angustias inuaderent, ipse missis leuis armaturæ militibus, loca quę supra illoq; caput erant: occupat: & collato marte: obrrũcatisq; plurimis, trophæũ statuit. Nec prius destitit, q̃ Achæis amicos Acarnanas: Ærolos: Argiuos: sibi vero ipsi socios cõfœderatosq; reddidit. Deinde quũ ab hostibus de pace legati missi essent, Agesilaus tantisper aduersatus est: dũ Lacedæmonios, qui ea tempestate exulabant, a Corinthiis & Thebanis domũ reduci coegit. Posterius etiam Phliasios, qui Lacedæmoniorũ causa extorres erant, ipsemet militũ vi intra Phliuntem restituit. Quæ si quis forte ratione alia quapiam reprehendere voluerit, saltem quæ sociorum gratia fecit: vera & aperta esse fatebit. Etenim quum Lacedæmonis fautores qui intra Thebas erant, aduersa factio interemisset, eis succurrendi studio exercitum contra Thebas mouit. Sed quum iter, & fossis: & tignorum obicibus munitum: in rercluſumq; comperisset: Cynocephalas transgressus: oẽm agrum ad vrbẽ vsq; ferro atq; igni deuastauit: assidue faciens: & in plano: & in mõtibus: Thebanis pugnandi copiam. Sequenti etiam anno rursus cõtra Thebas bellauit: supergressusq; ad Scolimi fossas simul & vallum reliquũ Bœotiæ depopulatus est. Hactenus igitur ipse cũ ciuitate quæ retulimus felicirer gessit. Si quid vero ex eo tẽpore siniſtri a ccidit: nemo erit qui Agesilao duce id gestum affirmet. Accepta igitur in Leuctris clade: quũ amicos: hospitesq; eius qui in regno erant aduersarii vna cum Mantinensibus trucidassent: cõspirãtibus iam insuper Bœotiis omnibus: Arcadibus & Eleis: statim cum sola ciuitate vindicaturus illuc perrexit: multis existimantibus Lacedæmonios agrum suum diu post nõ egressuros: nec anrea domũ rediit: q̃ eorum q; amicos trucidauerũt agrũ penitus deuastauit. Inuadentibus post hæc Lacedæmona Arcadibus: vniuersis Argiuis: Eleis: Bœotiis: & cũ his vna Phocensibus: & vtrisq; Locris: Thessalis: atq; Emanibus: atq; Acarnanibus, & Euboicis, seruis insuper rebellantibus: multis finitimis vrbibus: quũ ex ipsis quoq; Spartiatis nõ pauciores in Leuctrica pugna occidissent, q̃ superfuissent: vrbẽ tamẽ: & quod maius est: nullis cinctam muris ab impetu hostiũ tutatus est. Nã vbi prærogatiuã hostes haberẽt: minime prodibat. Vbi vero ciues omnino prędaturi essent: audacter in aciẽ descendebat: putãs si in apertum exiret: vndiq; se iri circundatũ: sinautem in angustiis & commodissimis locis expectaret: se prorsus fore superiorem. Post q̃ vero exercitus rediit: seipsum suamq; operam ad ciuitatis vsum benignissime præstitit. Nam licet eum: seu pedestrem: seu equestrem militare senecta prohiberet: partiam autem ad euocãdos belli socios pecuniarum indigam cerneret: ad has tamen suppeditandas seipsum præparauit. Domi etenim quæcũq; poterat excogitabat & conabatur: vbi vero opus esset peregere vagari: nõ recusabat: nec verebatur: si publicæ vtilitatis gratia qui imperator esse consueuerat: legatus proficisceretur: q̃uis tamen in legatione ipsa summi plærunq; imperatoris functus fuerit officio. Nam & Antephradates quũ in Asso Ariobarzanẽ societatis iure Lacedæmoniis colligatũ obsideret: Agesilai aduentu territus: profugit: & Cocis quũ Seston Ariobarzanis itidẽ imperio subiectam circũsideret: dimissa obsidione recessit. Itaq; non iniuria & in legatione de hostibus trophęum staruere potuisset. Mausolus tamen quum vtraq; hæc loca centũ nauibus obsideret: nõ equidẽ Agesilai terrore: sed persuasione cum omni classe domum discessit. Rem igitur admiratione dignissimam perfecit: vt & qui beneficium ab eo suscepisse se existimabant: & qui eius metu profugerant: vtriq; pecunias contribuerint. Ipse quoq; Mausolus hospitii iure: quo Agesilao coniunctus fuerat: Lacedæmoni pecunias contulit. Iiq; omnes egregio comitatu eum domum dimisere. Annos de-

Syllus prefectus Agesilai.

Agesilaus Corinthiis bellũ parat.

Acarnanes vincunt ab Agesilao.

Phlius phliuntis oppidum.

Cynocephalæ.

Scolimi fossæ.

Antephradates. Ariobarzanes. Cocis. Mausolus.

inde circiter octoginta natus quũ animaduertisset Ægyptiorum regẽ Persæ bellum inferre cupientem: multo sꝙ & pedites & equites ac infinitas pecunias possidentem: nõ molestè tulit ab eo se acersi: maxime quum summũ exercitus imperium sibi polliceretur. Eadem enim opera & Ægyptio pro beneficiis ab eo pro Lacedæmoniis collatis, gratiam relaturum: & Græcos, qui in Asia erant, tursus liberaturum se arbitrabatur: ipsi vero Persarum regi pœnas irrogaturum priorum facinorꝝ: & ꝙ denuo socium se esse prædicaret, vt Medus descisceret, tentabat. Cęterum vbi Ægyptius, qui eum accersiuerat, exercitus imperium dare denegauerat: Agesilaus vt vehementer deceptus, quidnã agendum esset, animo versare: quum ecce externi primũ Ægyptiorum milites, ac deinde reliqui omnes a rege deficiunt. Rex ipse in Sidona Phœniciæ meru profugit. At Ægyptii seditione turbati, duos deligũt reges. Hic Agesilaus quum diu multumꝙ cogitasset: si neutri faueret, neutrum Græcis mercedem persoluturum: neutrumꝙ cõmeatus præbiturum: & vter victor euaserit, hunc sibi fore inimicum: vtri vero opem ferret, hunc accepto beneficio (vt par est) amicum futurum: ei tandẽ adhæsit: qui Græcis magis beniuolus esse videbatur: & vna cum illo pugnans: infensum Græcis alterum prælio superior captiuum facit: alterum regem constituit: eoꝙ in amicitiam Lacedæmoni coniucto, recepta pecuniarum vi non parua, domum media ꝙis hyeme repetit: studens: ne futura æstate contra hostes patria torpesceret. Hactenus quæ plurimis testimoniis egit narrauimus. Talia enim nequaq̃ egent argumentis: sed ea solum commemorare sat est: & statim creduntur. Deinceps autem animi virtutem, per quam hæc agebat, per quam & honesta appetebat, & turpia fugiebat, ostendere aggrediar. Agesilaus sic diuina colebat: vt hostes quoꝙ iusiurãdum, inducias ꝙ eius fideliores, q̃ suas ipsorum amicitias esse censerent. Nam in contrahendis inter se rebus plęrumꝙ in vnum conuenire formidabant: in Agesilai vero manum seipsos sponte subiiciebant. Quod ne quis incredibile forte opinetur, volo ex his clarissimos recensere. Spithridates siquidem Persa sciẽsꝙ Pharnabazus regis filiam vxorẽ ducere tractaret: suam vero absꝙ matrimonio vellet: contumeliam hanc esse ratus, seipsum cum vxore & liberis, cũꝙ omni potentia Agesilao tradidit. Cocis Paphlagonũ dux regi quidẽ quoꝙ pollicenti haudquaq̃ paruit: veritus ne postea ab illo captus, vel pecuniarum vim magnã psoluere, vel interire. Hic tamen Agesilai fretus induciis: & in eius castra puenit: & societate inita cum eo militare elegit: tametsi ipse duo equitum, peltiferorũ vero quatuor milia suo sub imperio gubernaret. Pharnabazus quoꝙ cũ Agesilao ĩ colloquiũ venit: eiꝙ aperte profiteri ausus est: nisi totius exercitus impator cõstitueretur, a rege se defecturum: Si vero imperator eligeret, se cõtra Agesilaũ q̃maxime suppeteret vires: validissime bellaturꝝ. Quæ quũ diceret: cõfidebat tñ nihil se cõtra inducias passurum: adeo magna pulchraꝙ est possessio: quũ omnibus reliqs, tũ maxime viro quõdam imperatori, pium fidelemꝙ: & in præsenti esse: & in præterito fuisse cognitũ. Ac de rebus qdem ad religionem pertinentibus hactenus. De iustitia vero circa pecunias quænã iis maiora indicia afferri possent! Nunq̃ enim ab Agesilao quisq̃ se spoliatum est criminatus: multi tamen ab eodem beneficiis se affectos sæpe sunt testati. Qui aũt res suas ad hominũ vtilitatẽ erogare delectẽt, quonã pacto velit hic cum dedecore aliena suscipere! Nam si pecuniaꝝ foret auidus, multo sane facilius esset suas seruare, q̃ alienas deprędari. Rursus qui gratia neminem velit fraudare: cui abnegare nulla constituta est pœna: quonã modo velit hic ea, quæ legibus prohibẽtur, auferre! At Agesilaus non solum gratiam non referri, verũ etiã si potẽtior maiorẽ non redderet: in iustum esse censebat. Rempub. vero peculatum esse quis eum merito accusabit: quum eas quæ sibi debebant gratias, ad patriæ fructum vtilitatemꝙ cõuerterit! Quando insuper patriæ & amicis beneficium pecunia propria præstare vellet: quũ eisdẽ prodesse alieno ære liceret: nonne id maximum est in pecuniis cõtinentiæ argumentum! Bene sane. Nam si gratiam vendidisset: vel beneficia mercede fœnarasset: ea nemo se quicq̃ debere existimasset. At qui gratis beneficia recipiunt ii benefactori semper libenti animo deseruiunt: & quia secum bene actum sit: & quia digni sint habiti: qui gratia depositum seruarint. Similiter qui generose minus q̃ iniuste plus possidere deligit: nonne verisimile est hunc vehementer lucri turpitudinem effugere! Quum igitur a ciuitate iudicatum fuisset: vt omnia quæ Agidis fuerant, in eius manum peruenirent: ipse cum cognatis suis quos paupertimos videbat: omnia ex æquo benigne * dimisit. Quæ quidẽ vera esse, vniuersa Lacedæmoniorum testis est ciuitas. Pollicẽti enim ĩnumerabilia munera Titraustæ: si ex eius agro discederet, Agesilaus hunc in modum respondit. Apud nos O Titrausta prędarus cẽsetur: si exercitum magis, q̃ seipsum imperator ditauerit: elaborarit ꝙ: vt ab hostibus spolia potius, q̃ arma capiat. Nemo est præterea: qui ab vlla voluptatum quæcunq; mortalibus dominantur, superatum nouerit Agesilaum: qui ab ebrietate, & gulæ improbitate: cibisꝙ intempestiuis non secus atq; ab ingenti flagitio abstinendum esse putabat. In conuiuiis etiam quũ duplo maiores acciperet epulas, nõ itidẽ illis vescebatur: sed eas distribuens: neutram sibi ipsi partem relinquebat: existimans videlicet regibus non satietatis gratia: sed vt hac etiam re quos velint honorare valeant: epulas duplicari. Somno quoꝙ vtebatur non domino, sed actionum suarum subdito: ac nisi vilissimum omnium aliorum lectulum haberet: apertissima pudoris edebat indicia. Arbitrabat quippe oportere prin-

Agesilai religio.

Spithridates.

Pharnabazus.

Cocis Paphlagonũ dux.

Agesilai iustitia.

* diuisit.

Agesilai cõtinentia.

cipem non mollitie, sed tolerantia priuatis esse superiorem. Nō tñ pudebat: si in æstate caloris, in hyeme frigoris maiorem partem sufferret. Nam siquando exercitui laborare cōtingeret: laborē ipe super alios sponte subibat. hæc omnia non mediocri militibus consolationi esse iudicans. Atq; vt summatim perstringam, Agesilaus laboribus quidem gaudere: otiū vero & segnitiem penitus fugere. De sua in venereis cōtinētia si nulla alia ratione, saltem admirationis gratia disserendum esse censeo. Temperare enī seipsum a rebus, quas minime concupiuerit, humanum sane dixerit quispiam. Astquum ipse Megabatæ Spithridatis filii amore teneretur: vtpote ad summā pulchritudinē diligendam naturali quodam ductus instinctu: vellet; Megabates eum osculari de Persarum more: qui eos osculanť quos honorant: omnibus viribus illum ab osculo reiecisse: nonne cōtinentiæ etiā vehementissimæ & quasi insanæ maximū esse indicium! Cæterum vbi Megabates iniuria se affectum ratus, nequaq̄ deinceps osculari tentabat: Agesilaus vnum ex illius sociis rogat: vt Megabatem ad se rursus honorandum verbis inducat. Interrogante autem socio, si forte Megabatæ p̄ suasum id fuerit, an osculum sit ipse admoturus: hic Agesilaus quum aliquantū reticuisset, hūc in modum respondit. Neq; si statim omnium hominū pulcherrimus: validissimusq;: atq; celerrimus esset euasurus: rursusq; eodem modo repugnaturū me deos omnes testor potius, etiam q̄ vellem oia quæ intuear mihi fieri aurea. Scio plærosq; hac de re suspicaturos: ideo q̄ facile plures reperiantur: qui hostes, q̄ qui talia superare valeant. Cæterū ea quum pauci testes adsunt, multis non credere licet: at hæc neminem fugiunt: quoniā quæ ab amplissimis viris agūtur, ea minime in obscuro taceri possunt. Verum si quis Agesilaum tale aliquid perpetrantem aut vidisset: aut imaginari se affirmasset, nequaq̄ fidem meritus esset. Nunq̄ enim in domo aliqua: vel in priuata quidem peregrinatione: hospitatus est: sed semper vel in templo, vbi talia agere impossibile est: vel in propatulo: vbi cunctoq; oculos modestiæ suæ testes habiturus esset. Quæ si ipse mentirer: vniuersa Græcia oppositū cognoscens non vtiq; illum laudari, sed me potius vituperatione dignū deprehēdi censeret. Fortitudinis quoq; non obscura p̄buisse mihi videtur indicia: q̄ assidue contra validissimos & patriæ: & Græciæ hostes bellandi negotium susciebat. Præterea in præliis, vbicūq; hostes cum eo cōfligere vellent, inaciem primus p̄dibat. Nec hostibus in fugam terrore conuersis, victoriam assequebatur: sed in pugna aduersa fortiter vincens trophæum cōstituebat. Quā q̄dem ex re quū immortalia suæ virtutis monumenta posteris relinqueret: nō minus tamen sibiipsi certissima virtutis in pugnando animi testimonia vendicabat: adeo: vt eius animū nō ab eis q̄ audissent, sed spectassent, probare liceret. Agesilai trophæa non quot ipse statuerit, sed quoties militauerit, dignum esset cōputare. Nam q̄ hostes interdū cū eo confligere nollent, non ideo minor hæc erat victoria: sed patriæ ac sociis: & tutior, & vtilior. In agonibus enim hocidem obseruari cernimus: vt nō minus corona donent̄ qui aduersariū non inueniunt, q̄ qui certando victores euasetint. Eius sapientiā nulla non ipsius facta declarant: qui patria sic vtebatur: vt sociorum auxilio vbicunq; opus foret, prōptū se exhibēs, paratissimos & nulla excusatione tergiuersantes amicos vendicaret. Erga milites vero se talem p̄stabat: vt eorum obedientiam pariter & beniuolentiam facile cōsequeretur. Nullo enim pacto validiorem effici phalangem intelligebat: q̄ vt p̄pter obedientiam ordinem seruet: & per suam in ductorem beniuolentiā fidelis existat. Hostes sui nō eum quidem vituperare poterant, sed odisse cogebantur: ideo q̄ socios illis potentiores sp efficiebat: decipiens vbi locus esset: p̄ueniens vbi celeritate opus fuerat: latens vbi id cōduceret. Rerū contrarietates aduersus hostes magis, q̄ contra amicos exercebat. Nā nocte tanq̄ die, rursusq; die tanq̄ nocte vtebatur: ignoratus sępenumero vbi esset, quo intenderet, qd ageret: adeo vt quæ munita erant, īmunita hostibus redderet aliqua: aliqua committens: aliqua transcendens: aliqua occulte diripiens. Quoties iter suscipiebat (quia pugnandi copiā inter eundū fieri hostibus cognoscerer) exercitum ita structum ducebat: vt maximo sibiipsi auxilio esse posset. Quiete tanq̄ modestissima virgo p̄cedebat: putans ea in re tranquillitatem securitatemq; esse nullum metū, nullum tumultum, nullum errorem, nullū difficillimū deniq; insidiis aditum. Quæ quū faceret, hostibus terrorē, suis fidutiā & robur generabat: ita vt ab inimicis minime cōtemptus, nulla a ciuibus iactura, nullis amicoq; q̄relis insectatus, plurimū ab omni mortalium genere dilectus, plurimūq; laudatus vitam ageret. Quantopere patriam diligeret, longum sane esset p̄ singula recensere. Nullā enim rerum ab eo gestarum, quæ ad hoc nō spectat, esse arbitror: atq;, vt breuiter perstringam: nemo est qui ignoret: Agesilaum: vbicunq; patriæ se pro futurū speraret, non labores omisisse: nō pericula detrectasse: nō pecuniis parsisse: nō corpus: nec senectā excusasse: quinimmo regis optimi officium esse ducebat: q̄ plurimis subditos bene ficiis afficere in rebus quibus maxime ciuitati prosint. Id quoq; nō in postremis locandum censeo: quū in patria porētissimus esset: legibus tñ seruire apertissime cognoscebatur. Quis enim reluctari auderet: vbi regem maxime optemperantē cerneret! Quis minus se habere existimans minimi qd moliri aggrederetur: vbi regē sub legibus se cōtineri nō aspernantē cognosceret! Ad eos quoq; qui in ciuitate inter se disceptabant, tanq̄ parrem se p̄bebat: siqd errarent: increpare: siqd agerent: honore prosequi: siqua calamitas accideret: cōsolari: nullum cuem habere inimicum: collaudare oēs

Megabates Persarum mos osculari quos venerantur.

Agesilai cōstantia.

Taceri nō posse q̄ ab āpliſſimis viris agunť Agesilai fortitudo.

Agesilai sapientia.

Agesilai in patriam amor.

Seruator, legum.

vniuersos seruare lucrũ existimabat. Siquis enim minimus interiret, in damno reponebat: si vero in legibus quieti degerent, felicem semp fore ciuitatẽ apertissime ratiocinabatur: tunc autẽ validissimam: quũ græce, modestẽq; se gererent. Si vero pulchrũ est ab eo qui Græcus sit: Græcos diligere quẽ ducẽ excepto Agesilao nouimus: q; vnde prædã speraret, vrbes nollet capere? vel q; de bello, qd aduersus Græcos cogeretur, victoriã reportare minimũ esse cẽseret? Ille igitur quũ nuntius esset allatus in prælio apud Corinthũ gesto, Lacedæmoniorũ octo tm̃, Corinthiorũ vero decẽ fere milia deleta, nullũ lætitiæ indiciũ præ se tulisse visus est. Atq; adeo in hæc verba prorupit: Heu certe miseram Græciã: qñ q; nunc periere, ad Barbaros penitus delendos viui satis esse potuissent. Trãsfugis deinde Corinthiorũ effecturos se vt vrbs dederetur pollicentibus, machinasq; quibus capi mœnia cuncti sperabant ostendentibus, eam tñ inuadere noluit: asserens Græcas vrbes non in seruitiũ redigi, sed castigari oportere. Nã si nostros ingt peccãtes deleamus: videndũ est, ne postea desint quo rũ auxilio Barbaros superemus. Rursus si pulchrũ est Persarũ regẽ odisse: tum quia superiori iã tẽpore exercitũ eduxerit tãq; Græciã redacturus in seruitutẽ: tum quia nunc iis potissimũ iũgeretur: quo tũ societate magis se nociturnũ speraret: illis autẽ donaret: quos acceptis muneribus plurimũ Græcis obfuturos crederet: ei postremo parti faueret: ex qua nosmetipsos inuicem bello decertaturos putaret: quũ hæc vniuersi cognoscerent: nemo tñ vel quo pacto natio aliqua a rege descisceret, vel quæ desciscet, quo pacto incolumis perseueraret, vel omnino quẽadmodũ cũ rege sic male ageret: vt Græcię negotiũ nõ exhiberet: nemo in quã præter Agesilaũ curã adhibuit. Quin etiã tũ quũ ad uersus Græcos pro patria bellaret, Græcorũ tñ rẽ cõem minime neglexit: fed quãtis potuit viribus Barbarũ vlturus enauigauit. Dignũ est gratiosus etiã ipsius mores silentio nõ inuoluere. Eũ siquidẽ quũ honore potentiaq; præditus esset: atq; insuper regnũ, nec id quidẽ insidiis attentatũ, sed omnibus acceptũ possideret: elatũ nemo cognouit: omnibus aũt rebus cõtenrũ & amicorũ cultorem esse: ẽt nõ ꝯtentes plane intelligere potuissent. Nã & iocosis sermõibus libẽtissime vtebatur: & amicis quibuscũq; in rebus pśto aderat. Quia vero bonę spei & assidue hilaris erat: effecit: vt multi nõ modo vnius cuiuspiã rei perficiendę, sed totius vitæ iocundius indies traducẽdæ gratia sibi adhæretur. Quũ de se nãq; magnifice loqueretur, iactabundos tñ & seipsos laudãtes non iniquo animo audiebat: putans se nihil eo iure illis nocere: & polliceri eos viros fore primarios. Quã rẽpestiue tñ animi altitudine vteretur, non est omittẽdũ. Allatã siqdẽ a rege epistolã, quam vir Persa vna cum Callea Lacedæmonio de hospitalitate amicitiaq; cũ eo iungenda attulerat, aperte legit: allatorẽq; insup hæc regi nuntiari iussit: nõ oportere priuatim vllas ad se literas mitti. Si enim Lacedæmonii amicus, vniuersaq; Græciæ beniuolus esse palã itelligeretur: ei se omnibus viribus amicũ fore. Sin autẽ insidias inquit exercere dẽprehendatur: nequaq; me sibi amicũ, neq; si infinitas acciperẽ epistolas, futurum existimet. Ego igitur in Agesilao id sane cõmendo: q; vt Græcis placeret, regis contemptit hospitalitatẽ: hoc tñ nõ minus admiror: q; nõ vter plures pecunias possideret, pluribusue hominibus imperaret, sed vter melior & esset & haberetur, maiorẽ iudicandũ esse ducebat. Illud quoq; eius prouidentiæ vehemẽter probo: q; vtilissimũ existimans, si cõplures Satrapæ a rege ad Græciam deficerent, nullis muneribus, nullaue regis potẽtia vt ei hospitalitate iungeretur vinci potuit: sed id semper obseruauit: ne rebellare volentibus: insidiis dephẽderetur. Hoc vero quis non admiratiõe prosequatur: q; quũ Persarũ rex animum induxisset: si maximam pecuniarum vim haberet: suo se oĩa subditurũ imperio: ac propterea quicquid inter mortales auri, quicquid argenti, quicqd ptiosissimarũ rerũ eẽt, cogere apud se conaretur: Agesilaus tñ contra sic domum parabat: vt nihil tm̃ modo deesset. Quæ si cui forte incredibilia videãtur, intueatur quali domo contentus erat: eius fores inspiciat: illas pfecto esse opinabitur: quas Aristodemus Herculis filius quum suo in reditu cõpersisset, extruxit. Interiorem quoq; ornatum tentet inspiceret: cognoscat quẽadmodum in sacrificiis coronabatur: audiat insuper vt ciuili iumento sarcinario Amyclas vsq; perexerit. Sic etenim sumptus prouẽtibus accõmodãs, nihil cogebatur pecuniaꝝ gratia iniuste agere. Præclarum equidem mihi videtur mœnia hostibus insuperabilia expugnare: multo tamẽ pclarius iudicio, animũ suum & pecuniis & voluptatibus & timori insuperabilẽ cõstituere. Quẽadmodũ etiã mores suos regis insolẽtiæ oppositurum, iã modo explicabo. Primum ille in hoc sibi placebat: si raro conspicien dus exiret. Agesilaus vero assidue in probatulo & omniũ oculis versari gloriabatur: putans videlicet obscœnis actionibus tenebras cõuenire: honestę aut vitæ lucem maiori esse ornamẽto. Deinde ille difficilẽ ad se aditũ pbere gloriosum esse censebat. Hic oẽs intromitti gaudebat. Ille in rebus lente peragendis sibiipsi molliter nimis indulgebat. Hic maxime lætabatur, eos qui se adirent statim voti cõpotes remittere. Quanto etiam facilius copiosiusq; omnia æquo animo Agesilaus tulerit: haud indignum est recensere. Q đenim rex iocunde bibat, vniuersum terrarũ orbẽ inquirendo pererrabant infiniti: etiam quid iocũde comesturus sit, arte pparabant: vt autem molliter dormiat quãtopere elaborent, difficile dictu esset. Agesilaus vero quia laboris esset patiens, oĩa quę aderant iocunde bibere: omnia sine discrimine iocunde manducare: vt autẽ suauẽ caperet somnũ quisq; locus id efficere aptus erat. Nec solum hæc quũ faceret gaudebat: verũetiã quum animo cogitaret, in

Agesilai mores gratiosi.

Callea.

Aristodemus Herculis filius.

Tenebras obscœnis actionibus conuenire. Lucẽ honestæ vitæ ornamẽto esse.

media se rerū iocunditate & voluptate versari vehementer exultabat. Nā regē videbat si haud diu ter victurus erat, oportere ab vltimis terrarū finibus suaue viaticū vna secum conuehere. Hac ēt re nō mediocriter delectabatur: q rebus quas dii in mediū pparassent, absq; vlla molestia frui se posse illū vero pp animi mollitiem tum calores tum frigora euitantē, non viroꝝ fortiū, sed belluarū debilissimarū vitam imitari intelligebat. Illud quoq; & splēdidi & magni animi vnicuiq; videri debet q quum ipse quidem domū suam virilibus operibus & possessionibus ornaret: multoſq; venaticos canes & bellicosos equos aleret: sorori vero Cunsæ ceruos educare persuaderet: tñ eidē declarare non desinebat: q si victoriam reportaret, nutricatio illa non probitatis indicium, sed diuitiarū fo/ret ostentatio. Quāprudēter & hæc pro sui animi generositate putauit: q licet priuatos curuli cer/tamine superaret: non ideo maius nomen cōsequeretur: sed si ciuitatē supra reliquos beniuolam, multoſq; preterea per totum terrarū orbē amicos excellentes sibi vendicaret: si patriam socioſq; be neficiis, hostes autē vindicta superaret: qm̄ eo pacto pulcherrimorum haud dubie magnificentissi morūq; certaminum victor esset, glorioſus & in vita & post mortē futurus esset. Iis igitur in rebus Agesilaum cōmendo: quæ nō eiusmodi sunt: vt siquis forte in thesaurum incidens opulentior qui dem sit: sed melior paterfamilias minime: aut si peste hostilem exercitum vexante victor euadat for tunatior quidē, nō tñ artis bellicæ peritior fiat. At ille quū primas tolerantiæ partes vbi laborādū erat subiret: fortitudinēq; vbi viribus agendum esset, & mentis aciē vbi consilio foret opus, exerce/ret: merito mihi videtur omni ex parte vir optimus iudicandus. Si vero præclarū inuentū apud ho mines est examen bene viuendi & regula quędam: Agesilai vtiq; virtus eximiū bene operari volen tibus censeri debet exemplar. Quis est enim qui quū vel deoꝝ cultorē imitetur, impius: vel iustum iniustus: vel modestū, violator: vel continentē, incontinens euadat? Neq; tam reliquis q̄ sibi impe rare: nec tā aduersus hostes, q̄ ad omne virtutis genus ciuibus se ducē esse gloriabatur. Cęterꝝ nemo sermonē hunc meum, quia mortuus laudetur, luctum esse, sed laudationem potius arbitretur. Prī mū etenim quæ de eo viuente ferebantur, eadē & in presentia de ipso exponūtur. Deinde quid ma gis a luctu alienū est: q̄ & vita inclyta & mors speciosissima? In laudationibus autē quid excellenti/us: q̄ & victoriæ pulcherrimæ, & gestæ res illustrissimæ? Iure etiā ille beatus appellaretur: qui quum statim a puero glorioſus fieri cupiuerit, id supra cæteros ætatis suæ homines egregie assequutus ē: quiq; quum a natura honoris fuerit studiosissimus: postq̄ regnū adeptus est: inuictus omnino vitā exegerit: ad lōgissimūq; humanæ vitæ terminū puectus, & apud eos quoꝝ dux erat, & erga hostes abſq; omni crimine ad extremū vſq; spiritum vixit. Volo iā nūc summatim & per capita ipsius vir/tutes percurrere: vt laus quoq; in memoria prōprius faciliusq; conseruet. Agesilaus sacra inter ho/stes ēt colebat: putans scilicet oportere deos non minus in hostili q̄ suoꝝ agro secundos & fauto/res habere. Deoꝝ supplices ēt si hostes forent, minime violabat. Haud enim rationi consentaneū iudicabat: eos qui sacra peculentur, sacrilegos nominari: q vero ab aris supplices distrahebant, eos pios haberi. A diuinis hymnis nūq̄ vacabat: vtpote qui deos crederet nō minus sanctis operibus, q̄ castris tēplis delectari. Quoties secunda fortuna vteretur, nō supra hominē elatus erat: sed grati/as diis agebat: pluraq; fidens & in tuto positus sacrificauit: q̄ reformidans vouerit. In metu hilari/tatē pre se ferre: i secunda fortuna benignus esse consueuerat. Ex amicis non eos qui potentissimi, sed q prōptissimi essent, omni studio cōplectebatur. Oderat animo non eum qui acceptam vlcisce retur iniuriā: sed & qui acceptorum beneficiorum immemor deprehenderetur. Gaudebat animo quū turpes homines inopia laborantes intueretur: iustos vero diuites redderet: cupiens videlicet iustitiam iniustitia vtiliorē cōstituere. Cum varii generis hominibus versari quidē: sed tamen non nisi bonis vti solebat. Quoties vel laudari vel vituperari quēpiam audiebat, non minus eius qui dicebat, quā de quo verba fierēt: mores se discere opinabatur. Eos qui ab amicis fraudarentur, mi/nime carpebat: qui vero ab inimicis, eos omnibus modis increpabat. Incredulos decipere sapien/tiæ opus cēsebat: credulos impium. Ab iis probari lætabatur: qui & turpia improbare parati essent. Audacter & aperte loquentiū neminē habebat infensum: mentis dissimulatores nō secus atq; in/sidiatores aspernabatur. Calumniatores quā fures maiori odio persequebatur: maiorem & enim iacturam esse putabat amicis quā pecuniis orbari. Priuatoꝝ errata æquo animo ferebat: Regum in tolerabilia rebatur. Ex illoꝝ enim peccatis pauca: ex horum vero quāmulta mala euenire iudicabat Regiæ dignitati non astutiam, sed bonitatis excellentiam conuenire putabat. Quum plurimi vel lent sui corporis simulacrum gratis effingere: nunquā id fieri passus est: animi vero monumenta posteris relinquere nunquam destitit. Nam illud sculptorum, hoc suum: illud diuitum, hoc bono rum esse opus arbitrabatur. Pecuniis nō iuste modo, verum etiam liberaliter vtebatur. Iusto enim satis esse: si ab alienis abstineat: liberali de suo quoq; ad vtilitatem hominum erogandum esse cre/debat: Fortunam eontinue metuebat: putans eos qui bene viuant nondum fortunatos: qui vero glorioſe interierunt eos iam beatos esse. Maiorē censebat esse miseriā a cognoscēre, quā ab ignaro, virtutē & bonas actiones negligi. Nullam cupiebat gloriam, nisi eius ipse propria nauassēt opera. Non ferre quidem, sed æquo animo omnia sufferre (q̄d paucissimi mea quidem sententia faciūt)

Cunsca.

Agesilai vir tutes sum/matim.

Iacturama ior est ami/ci q̄ pecu niæ.

Beati q̄ dici possint.

virtutem opinabatur. Lętari sane magis ꝙ laudem, q̃ ꝙ pecuniam consequeretur. fortitudinẽ tñ sę pius consulto, q̃ temere & cũ discrimine ostendebat. Sapientiã re magis q̃ verbis exercebat. Amicis quũ benignissimus foret, inimicis tñ horribilis esse. Quũcꝙ laboribus repugnaret: sociis tñ libẽtissime obtẽperabat: pulchrorũ scilicet opeꝝ q̃ pulchrorũ corporũ auidior. In secũdis rebus modestũ se prębere, in aduersis bene sperare nouerat. Gratiosus esse nõ scõmatibus, sed morum lepore studebat. Magnanimitate nõ in inferenda, sed in remittenda iniuria vtebatur. Elatos itaꝙ contemnẽs, mediocribus humiliorẽ se prętabat. Ex hoc enim ornamentũ sibi quærebat: vt corpus quidẽ suũ tenui apparatu, exercitũ vero ornatu splendido insigniret. Atꝙ vt ipse quidẽ q̃minime indigeret: amicis vero q̃maxime prodesset. Acertimus in prelio pugil, placabilis & facillimus victor existebat. Ab hostibus difficillime decipiebatur. Amicorum fidei credulus erat. In amicoꝝ rebus tute constabiliendis, hostiũ vero delendis, assidue laborabat. Eũ cognatorum studiosum cõsanguinei nũcupabãt: qui eius opera vterẽtur inexcusabilẽ: qui eũ in seruissent, memorẽ: qui iniuriã passi essent, adiutorẽ: qui in eodẽ periculo vna cũ ipso obuersarentur, post deos: saluatorẽ. Hoc quoꝙ solus omniũ aperte declarasse mihi videtur: vim qdẽ corporis senescere, animi autem robur in pstãtibus viris in senescibile pmanere. Itaꝙ magnã & honestã gloriã appetere nũq̃ defessus est. Animi sui magnitudinẽ corpus etiam sustinere poterat: quo effectum est vt iuuenilem ætatẽ, ipsius senecta superauerit. Quis enim viridi adhuc ætate florens tãto fuit hostibus terrori: quãto Agesilaus: quũ ad longissimũ ætatis spatiũ prouectus esset! Quis morte sua tantã hostibus lætitiam præbuit, quantã Agesilaus: etsi iã in extrema * necessitate obisset! Quis tantã sociis fidutiã fecit, quãtã Agesilaus ẽt in vitæ obitu positus! Quid magis noui amici optauerunt, q̃ Agesilaum: tametsi senex defunctus esset! Demum vir ille tã conducibilẽ patrię vitã egit: vt etiam post mortem non parum ciuitati vtilis in æterna habitatione permansurus sit: virtutis quidem suę monumenta per totum terrarum orbẽ adeptus regale autem in patria sepulchrum consequutus.

* senectute Agesilai interitus.

ℂ POMPEII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

Prometheꝰ Strabo Põpeii pater Romanis odiosus.

Strabonis auaritia.

Pompeius quibus causis a Romanis amatus fuerit.

Pompeius Alexander appellatus.

L. Philippꝰ.

ℜga Pompeiũ mox ex ipso initio videt populus Romanus affectꝰ: quẽadmodũ Prometheꝰ Æschyli aduersus Herculẽ. Apud n. Æschylum liberatus ab Hercule Prometheus inquit: Inuisi patris hoc mihi dulce est pignus. Nullũ quippe aut maiꝰ odiũ, aut acrius Romani in alium ducem ostẽderunt: q̃ in patrẽ Pompeii Strabonẽ. Dũ enim vixit, eius potentiã armis ptã extimuere. Nam vir fuit bellicosissimus. Quum vita cessisset fulmine ictus, elato funere, eius cadauer e lecto abstraxere: ac in summis probris habuere. Non tamẽ populi beniuolentiã, aut citius incœptam, aut validiorem in rebus lætis, aut in labẽtibus diuturniorẽ Romanoꝝ qsq̃ habuit, q̃ Põpeius. Illi odii causa vna est habita inexpleta auaritia. Huic beniuolentiæ plures: vitæ continentia, armoꝝ peritia, linguæ persuasio, morum fides, & conueniendi modestia. Vnde absꝙ tristitia neminem rogauit: absꝙ alacritate nulli est obsequutus. Aderat. n. eius gratiis: nihil cum fastu dare: nihilꝙ nisi ample suscipere. A pueritia ipsa, aspectum habuit non mediocriter populari gratiæ accõmodatum: & qui vocẽ ipsam anteiret. Q d. n. in eo ad amorẽ alliciebat: non sine dignitate & pgrata humanitate fuit. Quũ iuuenili floreret ætate, extẽplo mores & verendi & regii eluxere: nisi ipsius coma paululum protensa. Ex oculorum lineamentis aclenitate, ad simulacra regis Alexandri, licet dictu magis q̃ prospectu, similitudinẽ reddidit. Vnde in ipso initio non defuere plærique qui Alexandri nomen ei adiicerent. Quidam etiam postea per iocum Alexandrum eum appellauere. Ex quo. L. Philippus vir consularis in

ſularis in quadam Pompeii defenſione, Nihil inquit ſeſe indignum agere, quum ſit Philippus, ſi Philalexandros ſit. Floram meretricẽ dicunt iamiam ſenescentem grate atq; pie ſemper meminiſſe conſuetudinis: quam cum Pompeio habuerat: dicẽtem q; ab ipſius concubitu ſine morſu abire eum non erat. Narratur præterea eam retuliſſe: Geminiũ Pompeii familiarem, q; amore ſuo flagraret, ſollicitando moleſtias plurimas ſibi intuliſſe: ſed ea reſpondente ob Pompeiũ haud illi ob ſequuturã, Geminius Pompeio rem aperit: qui ob ſequutus Geminio, deinde cõſuetudine & aſpectu Floræ abſtinuit: licet ſedulo eam amare videretur. Q; d Flora nõ meretricio dolore tulit: ſed exingenti mœſtitia, viriq; deſyderio, nõ paruũ tps elãguit. Hoc ſcortũ aiunt formoſitate ſua adeo efflоruiſſe: adeo etiã fuiſſe celebre: vt quũ Cecilius Metellus ſtatuis picturiſq; Caſtoris & Pollucis tẽplum ornaret: illius ſimulacrũ pulchritudine inſigne affixerit. Demetrii coniugẽ qui Pompeii libertus plurimum apud ipſum poterat, que cenſum trium milium talentorum reliquerat, Pompeius præter naturæ ſuæ mores, nõ humane, nõ liberaliter habuit: timens ne ab illius pulchritudine, quę vulgo in expugnabilis habebatur, victus videretur. Sic ergo Pompeius, quũ in iis longe, quibus peccare poſſet: non tñ ab æmulis effugit infamiã: ſed in nuptiis male audiebatur: quaꝝ gratia in republica omiſiſſe multa fertur. De viuẽdi ſobrietate atq; facilitate hoc exeo memoratur Medicus languenti ipſi & ad cibũ ſe male habenti, turdum dari mandauit: hunc aũt quũ vẽnalẽ nõ inuenirent (non enĩ tum eos ferebat tẽpus) cognitum a quodã eſt: apud Lucullum ipſos inue niri poſſe: qui eos per integrum annũ alebat. Ad quæ inqt Pompeius, ſine Luculli illecebris ipſe non viuam! Inde dimiſſo medico ex cibis facillime cõparatis quoddam ſumpſit. Sed hic poſtea adhuc oino adoleſcens ſub parte militans q aduerſus Cinnam ducẽtabat exercitũ. L. Terentiũ comitẽ contubernalẽq; habuit. Hic Terentius pecuniis a Cinna ſuaſus, Põpeium ipſe interfectus erat. Cuius rei indicium quũ circiter cœnam a Pompeio habereſ: nil exterritus eſt: ſed philari tatem potũq; Terentium habens, mox vt adquietẽ vertẽdum fuit, clam e ſtatione ſe pripuit: latuitq;. Præſidium deinde quũ circa parrẽ locauiſſet, accubuit. Terẽtius vt opportunitatẽ adeſſe exiſtimauit: enſe ſtricto imminẽs Pompeii veluti dormiẽtis cubiculo, q; plures fruſtra adegit ictus. Interhæc ob odiũ ducis, fit maximus motus: & ad defectionẽ magnus militũ impetus: contubernia paſſim armaq; diripiẽtium. Dux tumultuantiũ metu corã haud pfectus: Põpeius in medium ſeſe ingerens, illachrymãſq; furori finem orare: tandẽq; ante valli ipſius portã ſe, pſternẽs, ſe obicẽ furẽtibus dare: Cumq; gemitu ſeſe peſſundari ab egrediẽtibus iubere. Quilibet ergo pudore captus ceſſit: oẽſq; pręter octingẽtos milites mutatis aĩs tum duci cõciliati ſunt. Defuncto Strabone patre, extẽplo Pompeius peculatus accuſatus eſt. Qui quũ plurima ex ablatis reperiſſet: libertũ etiã vnum noĩe Alexandrum, qui multa furripuerat, prætoribus detexit. Ipſe ob retia quædã venatoria, libroſq; quos ex Aſculo rapuiſſet, criminabatur. Sed hęc capto Aſculo ab ipſo patre ſuſcepe rat: quæ poſtea amiſit in reditu Cinnæ: quũ illius ſatellites Pompeii domũ diripuiſſent. In huius cauſę iudicio in accuſatorẽ non pauci Pompeio cõcertauere: inter quos & pſpicax & pręter ętatẽ adeo compoſitus viſus eſt: vt cum gloria gratiã beniuolẽtiamq; reportaret. Ex quo Antiſtius prętor, qui cauſæ præſidebat, Põpeii beniuolẽtia captus, eius filiam vxorem ſpopondit. Deinde pro eo neceſſarios amicoſq; perorauit. Q; d quũ ſuſcepiſſet Pompeius: & occulta quędam fœdera inter ipſos inita eſſent: tñ ex diligentia ſtudioq; Antiſtii, plæroſq; res ea non latuit. Sed quũ ſentẽtias tãdem iudicum efferret: turba veluti præmonita nuptiale illud verbũ Thalaſſium ex vetuſto ritu ac clamauit. Mos hic inde initiũ cœpiſſe memoratur. quũ Sabinæ quę ad Romana ſpectacula venerant, a primoribus vrbis raptæ fuiſſent: ignobiles qdam viri opiliones ac bubulci puellã pmagnã eximiæ pulchritudinis adducẽtes captã, ne a quoq; e primis obuiã forte facto prędã ſpoliarent cur ſitando, Thalaſſiũ acclamauere. Erat Thalaſſius vir inter oẽs notiſſimus, atq; lepidiſſimus. Vn de eius noĩe audito, cum plauſu lætitiaq; exultabant oẽs, alacri clamore Thalaſſium repetẽtes. Ex hoc dicunt quũ Thalaſſio id cõiugiũ maxime felix fuiſſet, voce hac fauſtum ſimileq; cõnubiũ cum riſu iocoq; nouis nuptis optari. in his quæ ferũt ex clamore Thalaſſii, hoc magis credendum eſt. Paucis deinde diebus poſt Pompeius Antiſtiam duxit. Ad exercitũ Cinnæ pfectus, ex illato quodam crimine, falſo licet, calumniaq;, metu actus clam inde abſceſſit. Quo in exercitu haud eſſe cognito, crebruit inter milites rumor: adoleſcentẽ Cinnã interfeciſſe. Quare qui veteri odio in Cinnam æſtuabant, impetum in eũ fecere. Diffugiẽs ergo Cinna a quodã cõprehẽſus eſt: qui inſidias ipſi locauerat: quiue ſtricto enſe eum pſequebatur. Captus ante genua perſe quutoris pcubuit: bullamq; quã pretii permagni habebat, illi obtulit. Sed ille inſolẽter nimis, non inquit venio fideiuſſionem obſignaturus: ſed deſcelerato & iniquiſſimo tyrãno vindicaturus: moxq; eum trucidauit. Cæſo Cinna, Carbo crudelior q; Cinna tyranni rebus ſucceſſit: tũq; ob p ſentia mala deſydera tus a plæriſq; & Sylla erat. nõ enim parũ fore bonũ exiſtimabant: q; mutarꝛtur dominus. Eo nãq; ciuium clades vrbem impulerant: vt deſperata libertate ſeruitutẽ mitiorẽ quæreret. Põpeius hac tempeſtate apud Picenum diuertebat. Poſſidebat illic agros: præterea quod maius erat, beniuolẽtiam ac amicitiam ciuitatum: quam a patre ſibi relictam conſuetudine præſentiæ ſuæ adaugebat.

Flora meretrix egregia a Pompeio amata Geminius.

Cecilius Metellus. Demetrius libertus.

L. Terẽtius

Pompeius peculatus accuſatur. Alexander libertus.

Antiſtius.

Thalaſſius

Cinna fugiẽs capiẽ, ac trucidatur. Carbo tyrannus. Pompeius in Piceno agros poſſidebat.

Illic ira q̃ aſpiciẽs ciuium optimos clariſſimoſq; propria deſerere: & vndiq; in caſtra Syllana, veluti ad portum quẽdam, cõfluere: ſeſe indignũ ratus eſt: q̃ veluti fugitiuus conſilii haud expers preſidiiq; nõ inops gerem ageret: neq; tanq̃ vir cui benemerita aderant, cum copiis ſplẽdide ad Syllam iret. Picenũ igitur omne cõmouit: prætẽtans viros; aios. Sed hi auide ei paruere: proq; Carbone pfectos haud admiſere. Qua in re dicẽte Vidio q̃ exludo pædagogi Pompeius populi princeps cõfeſtim emiciſſet: adeo illorum mẽtes indignatione motæ ſunt: vt impetu in eũ facto, ipſum ne cauerit. Pompeius iam tum tertiũ & vigeſimũ annũ agẽs, prætor a nullo deſignatus in Auximo, ciuitate quippe ampla, ſeipſum in ſubſellio medio in foro poni iuſſo cõſtituit: deinde geminos fratres Ventidios, qui primores in ea vrbe fuerãt, quiue Carbonis partes aſſerebãt, quũ ciuitate dãnatione ſua eieciſſet, delectũ militum habuit. Centuriones hinc decurionesq; iuſtæ militię ornamenta quum præfeciſſet delectui, cęteras circũ ciuitates pariopera ambiuit. Ex quo quũ cederent ii, qui hactenus cum Carbone ſenſerãt, & voluntarii alii ſe quum Pompeio cõmitterẽt, parua mora legiones tres cõparauit. Quibus quũ cõmeatum, vaſa, currus, cæteroſq; apparatus neceſſarios apparauiſſet, ad Syllam cõtendit: nõ quippe pperans, q̃ ea latere haud optabat: ſedin itinere ipſo moram agens, acerrime hoſtes inſequẽdo. Præterea quoq; per Italiã iret, oĩum animos ſolicitabat: vt a Carbone deficeret. Tantiſper igit tres ſimul duces, ſimulq; hoſtes in Pompeium ſurgũt Carinnas, Celius, Brutuſq;. Hi non ab vna fronte impetũ parãt: ſed tripartito agmine Pompeiũ ambire conaẽ: veluti ipſum ſuaq; laceraturi. Nõ extimuit tñ ille: ſed cunctis copiis aduerſus Bruti agmen egtatum eduxit. in quo ducis partes ipſe egit. Ceterũ quũ pariter & ab hoſte Gallicus equitatus irruiſſet: præfectum egtum vnũ, eundẽq; robuſtiſſimũ præuentẽs Popeius, eum grauihaſta ictum ſtrauit. Cæteri tum in fugam verſi peditatũ adeo turbauere: vt idẽ oĩum fugæ eſſet impetus. Ob hæc ducibus in ſeditionẽ verſis, quo ſors dedit abierunt oẽs. Pompeio diſſipatis metu hoſtibus ceſſerunt ciuitates. Deinde quũ Scipio, qui tum erat conſul, Pompeiũ adoriret: anteq̃ phalanges ſub ictum telorũ iſſent, milites Scipionis Põpeianis ſalutaris a duce defecerũt: Scipioq; ipſe fugam arripuit. Carbone demum iuxta Arſum fluuiũ frequentes equitum alas aduerſus Pompeium cõcitante, cum robore obiectus illi Põpeius, terga dantes omnes in anguſta quedam eqti inuia pſequẽdo egit. Ex quo illi ſalutis ſpe amiſſa, cũ armis ſe dedidere. Hæc ad aures Syllę nondũ peruenerãt: ſed ad primũ nuntiũ rumorẽq; Pompeio timẽs, tot tantiſq; ducibus hoſtibuſq; impli cito, approperat auxiliũ laturus. Põpeius appropinquare Syllã quũ audiſſet: oẽs copias in armis militarię apparatu eſſe iuſſit: vti pulcherrime ſplẽdideq; ſe venturo imperatori oſtentent. Præmia nãq; magna, honoreſq; amplos ab eo ſperabat: q̃bus etiã maioribus poſtea potitus eſt. Vt ergo Sylla veniẽtem Pompeium aſpexit: militeſq; incredibili aſtare robore: & ob pugnas ſtrenue geſtas elatos hilareſq; eſſe: equo exiliens, & imperator de more appellatus, Põpeium & ipſe imperatorem contra ſalutauit. Q d̃ præter oĩum ſpem fuit: vt viro iuueni necdũ in ſenatum admiſſo, id nomẽ Sylla cõmunicaret: p quo cum Scipionis Mariiſq; certauerat. Cætera colloquii ac beniuolentiæ Syllæ haud fuere his diſſimilia: ſubaſſurgẽris aduenięti Pompeio, caputq; enudantis: quæ erga alium haud facile fieri cernebantur, licet iuxta ſe plures & optimates viri tum circum adeſſent. His tñ Pompeius nihil elatus eſt: ſed cõfeſtim in Celtiberiam mittitur: quam puinciam habebat tum Metellus: nihilq; in ea apparatu ſuo dignum egerat. In hac prouincię deſignatione ferunt Pompeium dixiſſe: æquũ non eſſe virum ſeniorẽ & gloria clarum priuari exercitu: ſed ſi Metellus annuerit iuſſeritq; : vt curæ ſocius ſit : tum ſe id prompte ſuſcepturum. Q d̃ quum ſuſcepiſſet Metellus, eumq; proficiſci ſcriptitaſſet, Pompeius prouinciam adortus præclaris ſuis geſtis floruit : vires præterea Metelli: quas hactenus feruẽtes audaceſq; pugnando habuerat, tum ob ſenectam extinctas excitauit calefecitq;. Quemadmodum ęra ab igne liquefacta ſi, frigido firmoq; æri infundãtur, magis magiſq; ignes illud molliunt diſſoluuntq;. Sed vt in athleta qui princeps inter fortiſſimos habeatur agnoſcq; vndiq; glorioſe vicerit, nulla habeẽ ratio puerilium certaminũ: quæ alicuius memoriæ digna nõ exiſtimãtur: ſic geſta quæ tum geſſit Pompeius p ſeſe admirãda ſtupẽdaq;, pre magnitudine copia ve eorun quæ poſtea egit, obſcura, ac obruta ſunt. Ea igit pſequi timeo: ne his immorãdo initiis, abſcedamus quæ ampliſſima mores & habitum viri maxime oſtendant. Quũ ergo viciſſet Italiam Sylla: ac dictator fuiſſet appellatus, cęteros quidem exercitus ſui prefectos inſigniuit meritis: hos ad diuitias: alios ad dignitates, magiſtratuſq; prouehens: alios vt quẽ q̃ decuit abunde donis erexit Pompeii vero virtutem admiratus, magnumq; præſidium ſibi fore eum exiſtimãs, affinitate ipſum iungere ſibi curat. Cui tei quum Metella vxor ſuo nutu conſilioq; faueret, Pompeio ſuadent: vt Antiſtia dimiſſa, Æmyliam Syllæ priuignã e Metella Scauro genitam ducat. Hęc nuper viro copulata fuerat: & ex eo grauida erat. Vnde hoc cõiugium tyranniciũ magiſq; tẽpeſtati Syllanę congruens q̃ Pompeio viſum. Ad ſeipſum ergo per domeſticũ quẽdam Æmylia ducta eſt: repudiata Antiſtia improbe miſereq;: quę nuper ob virum orbata patre fuerat, iugulatus namq; Antiſtius nuper in ſenatu exteritat: q̃ ob Pompeium Syllanã factionẽ ſeq; videbatur. Hoc repudium quũ Antiſtiæ mater agnouiſſet, mortẽ ſibi conſciuit. Vnde noua quędam

Vidius.

Auximus vrbs. Ventidii expulſi.

Carinnas. Celius. Brutus.

Scipionis milites deficiũt ad Põpeium. Arſus flu. Carbonis milites deficiunt.

Nudare caput.

Profectio Pomp. in Celtiberiã.

Sylla dictator. Metella Syllæ vxor. Antiſtia. Æmylia. Antiſtius. iugulatur.

in tragicoꝝ materia hæ nuptiæ visæ sunt: quũ etiã nupta ipsa apud Pompeium mox ex partu obiisset. Inter hęc Perpenna nuntiatur occupauisse vi Siciliam: & in Syllanam factionẽ insulam hanc propugnaculũ quoddã præparari: Carbone illic cum classe instructo: & Domitio in Aphricã irruente: aliisq; etiã illuc fugitiuis affluẽtibus, magnis atq; pręclaris viris: quotquot Syllanam proscriptionẽ pręuenere. Ad hos motus comprimẽdos cum amplo apparatu Põpeius missus est. Ex quo extemplo Perpetua Sicilia cessit: Pompeiusq; ciuitates afflictas ad se recepit: easq; oẽs prȩter Messanam clementissime habuit. Mamertinis enim eius dicendũ a Põpeio petentibus ex eoꝝ institutis antiquis a populo Romano concessum: non definitis inquit Pompeius instituta recitare succincti gladiis. Visus est etiã Pompeius ĩ Carbonis cladeimmitius se extulisse. Si enim oportebat (quẽ admodũ forte oportuit) eũ occidere: extemplo captum perdere debuit: iubẽtisq; id opus videri poterat. Sed Pompeius illum vinctum produxit in mediũ: viꝝ triplici insignẽ cõsulatu: cũq; coram stantẽ ipse tribunitio subsellio sedens damnauit. Hoc grauiter qui aderant indigneq; ferentibus, damnatũ, deinde, procul abductũ interfici iussit. Hic quippe Carbo quũ ad cædem duceretur: ferẽ (vt ensem strictũ sibi imminere conspexit) locum & horam petbreuẽ orauisse: q; onere ventris molestaretur. S. Oppius vir Cæsari consuetus, memorat Pompeiũ etiam minus pie. Qu. Valerium habuisse. Quũ enim ipsum nouisset virum philosophũ, in primisq; eruditum: vt coram adductus ẽ: factis simul quibusdã spatiis, & percontante Pompeio, illoq; respondente, mox satellitibus iussit, vt inde abductũ occiderẽt. Sed Oppio de hostibus Cæsaris aut beniuolis narranti nimiũ percaute credendum est. Põpeius hostes Syllę gloria claros ac manifeste comprehensos necessariis affecit suppliciis: alios quotquot licuit, latere passus omisit. quosdam etiam nõ sine presidio suo abire iussit. Himereoꝝ vrbem quũ mulctare censuisset: quia cum hoste senserat: Srenis eius populi princeps petita ad defensionem venia, non inquit Pompeium iure factuꝝ: si nocentes dimittat, & condemnet innocuos. Hunc autem quũ interrogasset Pompeius: quem nocentẽ diceret: meipsum inquit: qui beniuolis ciuibus meis hæc persuasi: inimicos vero coegi. Admiratus tamen Pompeius viri fidutiam ac dignitatẽ, eũ crimine primũ liberat: cæteroq; deinde omnes. Post hæc audiens Pompeius milites suos, quũ iter agerent, inepte & absq; ordine ire: omniũ gladios obsignauit: q; signum nõ obseruabat illæsum, mulctabatur. Dũ hæc in Sicilia ciuiliter administrat, decretum senatus ac a Sylla literæ datæ: quibus iubebatur in Aphricam traiicere: omniq; manu oppugnare Domitiũ: apud quẽ omnes hæ cõuenerant copiæ: cũ quibus nuper Marius ex Aphricain Italiã rediens rempotitus erat tyrannus ex exule factus. Extẽplo igitur Põpeius omni apparatu in expeditionẽ extructo, præfectũ Siciliæ Mummiũ sororis suæ viꝝ instituit: eq; insula ipse soluit cũ viginti & centum nauibus longis: onerariisq; ad frumentũ, tela, pecunias, atq; machinas, octoginta. Hæ quum partim ad Vticam, partim ad Carthaginem applicuisset: septem milia hostiũ ad Pompeium defecere: qui & ipse sex integras legiones ducebat. Rem hic periculam ei obtigisse memorant. Quidã enim milites (vt aliq; assolet) quum obruto cuidam thesauro incidissent, frequentes pecunias inde nacti sunt. Eo cognito visum reliquis omnibus est: eũ locũ plenũ esse pecuniaꝝ: quas Carthaginenses quondã exactis cladibus terra condidisset. Ex quo pluribus diebus nulla suorum militum opera frui Pompeius potuit: omnibus ad perquirendum thesaurũ vacantibus. Subridẽs vero eos ambibat: aspiciens totsimul virorũ milia ea loca pfodere, eaq; vndiq; incredibili ferme ipetu euertere. Fessi tãdẽ & spe elusi sese, vt quocũq; dux eos ducere vellet, præbuere: vt qui stultitię suæ pœnas daturi essent. Domitius aũt cõtra istructo exercitu vallem quãdã grauẽ & asperrimam superaturus ab hymbre validissimo ventoq; qui matutinus spirabat, detentus est. Vnde ea die pugna desperata a Domitio ad stationes reditum est. Sed Pompeius ratus id tempus sibi conducere, agmine cito vallẽ euadit. Tum hostes tumultu facto, nullo ordine manere: neq; omnes plane subsistere. Ventus præterea circũ instabat: procellãq; coram propellebat. Nihil tamen minus & ea hyems Romanum perturbauit: q; sese mutuo aspicere haud poterãt. Ipse etiã Pompeius q; ferme incognitus fuisset, fere periit: q; roganti militi signũ tardius dedisset. Quũ hi tamen cæde multa hostem vrgerent. ferunrur enim ex viginti milibus hostium tria tantũ milia effugisse. Pompeius imperator appellatus est. Sed dicente eo honorem hũc haud sesuscepturum, quouisq; vallum hostile staret: siq; dignũ se tali appellatione existimarent, illud deiecerent: mox impetu facto, in vallum irruere. Quo in conatu Pompeius priori periculo monitus, absq; galea certauit. Vallum tandem captum est: periitq; Domitius. Ciuitatum aliæ confestim paruere: aliæ vi captæ. Hiarbas rex tum comprehensus: q; cũ Domitio bellum inierat: cuius sceptro deinde Hiempsal successit. Prospera ergo fortuna Pompeius frætus, ac robori militum fidens, Numidiam impetit: in qua, q; diebus pluribus peragrandum erat, agmine concitato excurrens, ea subegit omnia, quibus obuiã est factus. Quũq; Barbaris eius regionis populum Romanum extimescendum ostendisset & potentissimum: non oportere inquit feras Aphricam incolentes felicitatis roborisq; Romani expertes linqui. Vndeĩ venatiõibus leonum elephantũq;, dies licet non multos, triuit. Omne vero belli Aphricani tempus atq; victoriæ ex quo domitis hostibus regionem subegit. quadraginta dierum fuit. Quo in spatio frequens etiã

Perpenna

Carbo occiditur.

Qu. Valerius interficit.

Stenis.

Põpeius in Aphricam traiicit.

Mummius Classis nauiũ lõgarũ. cxx. onerariarũ octoginta.

Septẽ milia militum a Domitio deficiunt.

Domitius vincitur.

Pompeius imperator appellatur.

Domitii mors.

Hiarbas rex.

Hiempsal.

inter reges factus arbiter, multa iudicauit: annũ tum quartum & vigesimum agens ætatis. Redi tu in Vticam facto literę ei a Sylla sunt reddite: quibus iubebatur: vti reliquo dimisso exercitu, cũ vna legione succesſorem expectaret: inquibus tacite ipse tristatus est: ægreq; id tulit: sed manifesto totus exercitus indignatione est motus. Deinde orãte Pompeio iussa pfici, obtrectare Syllam cœpere: Pompeiũq; haud permisere: vt absq; sese abire speraret: tyrãno credẽdum nõ esse aiẽtes. Tentauit primo Pompeius eos ratiõs mollire, admonereq;, vti iussis cederent: sed postq̃ suadere id nequit, e subsellio descendens in stationem mœstus illachrymansq; cessit. Sed arreptũ milites in suggesto reponunt. Hac in altercatione plurima diei pars absumpta: iubentibus illis manere eum ac imperare: Pompeioq; contra exhortante: vt Syllæ iussis absq; seditione cederent. tandem nõ desinẽtibus illis, sed acrius vrgentibus, preceſq; cum clamore admiscẽtibus, iurauit Pompeius seipsum interfecturum: si vim afferrent. quo etiã pacto eos vix acquiescere coegit. Cæterum ad Syllã primum nuntium allatum est, Pompeium defecisse: in quo ad domesticos versus dixisse fertur: fato vtiq; sibi imminuisse: vt seni cum pueris certandum esset. Qd ob Marium iuniorem etiam dictum cõmemorant: a quo grauia q̃ multa pertulerat: & ferme ad extrema fuerat compulsus. Re

Pompeius Magnus appellatus.

postea certius cognita, cõpertoq; vt aduenientem Pompeium vndiq; viri oẽs exciperent, exq; beni uolentia cum ampla pompa pſequerentur, præuenire eum accellerauit. Profectus ergo & illi obuiam factus, q̃ latissime dexteram iunxit: eumq; ingẽti voce magnum salutauit: iussitq; omnibus qui tum aderant, vt similiter Magnum eum appellarent. Alii dicunt cognomen hoc primum in Aphrica ab vniuerso exercitu illi inditum: deinde vim atq; cõsuetudinem ex hac Syllæ affirmatione habuisse. Pompeius tñ ipse omnium postremus, longoq; tẽpore post proconsul in Iberiam ad uersus Sertorium missus, se in epistolis suis actisq; Magnũ Pompeiũ inscripsit. Iamiam enĩ ex ipsa consuetudine id cognomen inuidia carebat. Vnde merito quis admirari maxime potest, Romanoq; priscos non hos solos qui pręclara cõfecerant bella, quiue strenue manu vsi fuerant: sed eos etiã qui rẽpublicã cõsiliis virtutibusq; suis decorarunt, huiusmodi cognomẽtis sępe exornauisse. Duos enim populus Romanus cognominauit maximos: Valeriũ, q̃ patres a plebe dissidentes conciliauit: Fabium Rullũ: q̃ diuites quosdã viros ex libertis genitos e senatu amouit. Põpeius deinde triũphum petit: cui se obiicit Sylla. Consuli enĩ aiebat, aut duci, triũphum lege tñ permitti. Vnde superior Scipio magnis & arduis pręliis quũ in Hispania superauisset Carthaginenses, triũphum nõ postulauit. Non enĩ tum erat consul: aut id bellũ suis gerebatur auspiciis. Addebat præterea Põpeii triũphũ, q̃ vix pubescebat, que ob ætate necdũ in senatu admissus fuerat, oĩno gloriã inuidiosam illi pariturũ: principatũq; suũ ab vniuersis ciuibus ægre perferẽdum. Hæc aduersus Pompeiũ Sylla colloquẽbat: veluti illi non assensurus: sed contentione sua impediturus rogationem. Non tamen ob hoc territus Pompeius est: sed Syllæ subiecit: plures eos esse qui orientem venerarentur solem, q̃ occidentẽ: veluti potẽtia sua tum cresceret, Sylla vero minui & extingui videretur. Quæ Sylla plane nõ aĩadduertit: sed quũ adstãtes vidisset, & ex vultu & ex gestu in admirationẽ actos, quid dictũ esset rogauit. Quo cognito, admiratus Põpeii fidutiã, bis acclamauit, ergo triumphato. Qua in re quũ indignatio plures caperet: grauiterq; id ferretur: optans Pompeius grauiori mœstitia eos afficere, conatus est curru quatuor elephãtibus ducto triũphum ducere. Inter alia quæ ex Aphrica adduxerat, horũ nõnullos captiuos duxerat. angustiori tñ porta vrbis phibitus, eqs vsus est. Interhæc milites q̃ nõ potirẽtur quæ sperauerãt, quũ molestiores fierent, & appararẽtur ad tumultum, nihil curæ sibi esse Pompeius inqt: triũphum mittẽdum magis q̃ eis blandiendũ. Ex quo Seruilius homo clarus, que Pompeio in triũpho obstiterat, tũc inqt, se videre Pompeium merito magnũ, & triũpho dignissimũ. Manifestum q̃ppe tum etiã fuit: Pompeium si voluisset, in senatu rum potuisse admitti: sed neglexisse hoc ferter: rem gloriosam cupiens ex minus gloriosa venari. Non enim id erat nouum ob ætatem expertem senatus eum esse: sed perglorioſum & splendidum, virum nondum senatorium triumphum agere. Quod etiam ei popularẽ beniuolẽtiam q̃ multã attulit. Peracto enĩ triũpho copioſus plebis numerus Pompeiũ inter equestres inuẽtum laudibus maioribus ornare: eiq; cõgratulari. Sylla tum qdem tristari: inſpiciens ad quẽ potẽtiæ cumulũ atq; gloriæ ille ascendisset: sed pudore captus impediendi silentiũ agebat. Vi tñ & inuito eo Pompeius Lepidũ ad cõsulatum euexit. Comitia quippe habuerat: & plebis suffragia, quę sibi ipsi inuigilabant, Lepido inclinauit. Quo facto quũ aspexisset Sylla Pompeiũ multitudine sẽptum p mediũ abire forum, video te inqt adolescens ob victoriã lætari. Quomodo non magna & pulchra hæc sunt: Catulo virorum optimo, Lepidũ omnium miserrimũ in cõsulatu plãtum fuisse, te suffragia etiam præbente? Cauene dormias: quin rebus animaducrte. Validiorem enim aduersarium tibi constituisti. Maxime etiã ostendit Sylla se minus beniuole cũ Pompeio habere ex testamento. Aliis enim munera legauit: alios filii curatores instituit: sed Pompeium oĩno omisit. Tulit tamẽ hoc pompeius modeste nimis, placideq;. Vnde obstãte Lepido cæterisq; nonnullis, ne in cãpo Martio Sylla tumularetur, neue publica efferetur impensa, Pompeius præfidio suo gloriã simul defensionẽq; funeri attulit. Defuncto Sylla postq̃ ciuium præsagia ac conie

Magni q cognomi nati sunt. Maximi q appellati sunt.

Triumph⁹ Pompeii ex Aphrica.

Seruilius.

Lepid⁹ eue/ctus ad con sulatum.

Catulo Le/pidus plat⁹ in cõsulatu

ctationes palam fuere: & Lepidus confestim se Syllanæ factioni caput prætitit: nec id ficte, aut simulate, seu indagine quadam: sed palam arma efferendo, priores seditionis reliquiæ, quæ diu exangues Syllam prætererãt, ab ipso collectæ cõmotęq. Eius collega Catulus saniorem vrbis partem, patrũq; plebisq; asserebat. homo enim authoritatis integritatis, æquitatis, tum ciuiũ olim primus. Videbarur aũt hic vir ciuilibus negotiis ĝrei militari cõmodior: & res ipsę desyderate Põpeium agnoscebãtur. Quare Põpeius qui extẽplo bonis sese addiderat aduersus Lepidum dux declaratur. Hic enĩ iam tum in Italia multa occupauerat: & citeriorẽ Galliam per Brutum supatam vi derinebat. Cętera Pompeius facile vicit. Sed quũ rediret, Brutũ per lõgiusculam moram Mutinæ obsedit. Quo in spatio Lepidus ad Romã vectus, extra mœnia locatus secundũ consulatum petit: metu ac tumultu nõ paruo intra vrbẽ iniecto. Pauorẽ tũ hunc Pompeius per epistolam soluit: nuntians se absęq; congressu, hostiũ victorem esse. Nam Brutus seu spõte, seu a militibus proditus, mutatis ad defectionẽ ais, salutẽ suam militũq; Pompeio cõmisit. Deinde egribus quibusdã præmissis, ad quoddã castellum iuxta Padum absessit: eoq; post diem vnã quum Geminius Pompeii iussu peruenisset: Brutus occisus est. Cuius cædis Pompeius crimen haud euitauit. In ipso enĩ murationis initio ad senatum scripserat, Brutum se voluntariũ dedidisse: deinde confosso eo, alias per epistolas acrius Brutum criminabatur. Ex hoc Bruto genitus est Brutus ille: qui cum Cassio in Cęsarem conspirauit: vir quippe patri similis: qui nec pugnans, nec vita fessus: obiit: vt antea diximus. Amissa igitur Italia Lepidus in Sardiniam fugit: vbi morbo inreriit: mœstior nõ ex aduersa, vt aiunt, fortuna: sed q̃ in literulam quamdam incidit: ex qua adulteram vxorem agnouit. Cæteram Sertorius qui tum Hispaniam tenebat, Lepido dissimilis, ac timẽdus Romani populi hostis erigitur: veluti vltimus in testini belli morbus Pompeio destinaret. Multos enĩ minores duces quum supasset Sertorius, Appio Metello tum implicitus erat: viro qdem claro ac bellicoso: sed q̃ tunc ob senectę grauitatem pigrius pugnãdi occasionem cõsequebatur. Celeritate quippe & impetu Sertorii, belli cõmoda plerũq; Metello ablata, ex improuiso enim & tãq; ad latrocinĩũ Sertorius Metello obiiciebatur. Præterea insidiis ac incursionibus virum inqetabat: legitimũ arhletã certaminũ: & exercitus grauis, firmiq; ducem. Pompeius itaq; quũ in armis esset, animum inclinabat ad præsidiũ Metelli sese destinandum. Q d suadẽre Catulo a spe nõ abfuit: sed in armis circa vrbẽ sedulo esse materiã quærere: neq; desistere, quousq; exoptata ei cura mandata est. L. Philippo in senatu orante. Qua in re fertur quum inter partes admiraretur quis, rogarerq; Philippũ, an dignũ existimaret Pompeium proconsulẽ in Hispaniam mitti: Non pconsulem inqt: sed pro cõsulibus veluti tum vterq; consul nullus esset. Quum Hispaniã Pompeius attigisset: qualia ad iunioris ducis rumorem contingere assolẽt, vulgo efferebantur. sed spe hostes eluſi. Populos Sertorio parum beniuolos quum sollicitaret: & quosdam ad defectionẽ quum adduxisset: fertur Sertorius insolentissime scõma id prulisse: virga & loris opus sibi esse ad puerum: ni vetulã extimesceret: de Metello se ne loquutus. Hæc verbo licet iactitaret, factu tamen prenimium erat solito cautior: metuq; Pompeii cautius in hostem ferebatur. Metellus enim, quod incredibile ferme erat delitiis omnibus ac voluptati propemodum frẽna laxabat: ingensq; in ipso fuit rerum erat mutatio ex subito luxu, magnoq; impense profluuio. Vnde crescebat Pompeii gloria, ac beniuolentia: in ea disciplina milites tenẽtis: quæ haud permagno egebat sumptu. Natura enim sobrius fuit: & cupiditatibus lõge abstinẽs. Cęterq; (est enĩ fortuna belli varia) nõ parum indoluit Põpeius Sertoriũ Lauronẽ vrbẽ vi cepisse. existimarat enĩm se hostẽ circũuentuq; : in quẽ hæc gloria elatus multa iactauerat: quũ cõfestim ipse circũobsessus est Castra ergo mouere extimescens, vrbẽ suo in conspectu inflãmatã aspexit. Quũ Herẽnium atq; Perpẽnã viros præclaros magnosq; apud Sertoriũ duces, q̃ ad eum confugerant, illic se belli addiderãt socios. apud Valẽtiam vrbem fudisset: vltra decẽ milia hostiũ cecidit. Qua elatus victoria, mox in ipsum festinat Sertoriũ: ne gloriã Metello ĩperiret. Iuxta ergo Sucronẽ amnẽ, soleiam vrgẽte, copias ad pugnã ambo istruxere duces: timẽtes vtriq; ne prælium ꝑueniret Metellus. Pompeius vt certaminis solus gloriã haberet: Sertorius vt cum solo pugnaret. Commissa itaq; pugna est: tãdemq; æquo marte dirẽpta. Vterq; enim alterę cornu strauit. Verę ex ducibus maiori gloria eluxit Sertorius. Nam solus aciem oppositam in fugam vertit Et Pompeii cornu vir pmagnus in peditatu Sertorii, tñ eques aggressus, postq̃ cum Pompeio ipso ad ictum ensium venit, vterq; gladius dissimili tñ plaga in manũ vtriusq; corruit. Põpeius fauciustñ est: sed hosti manus amputata. Hic tñ, quũ in ipsum plerique Pompeianis impetũ facerẽt, & suoę fuga iam cœpta esset: se ex insperato recepit: equo hostibus dimisso, phaleris auratis ac ornatu quo amplissimo fulgebat: quæ quũ fortirẽtur milites, non absq; mutua militũ pugna relicta sunt. Quãprimũ vero postea illuxit dies, ambo duces iterũ struxerũt acies: ꝓxime pugnæ victoriã quisq; suam fuisse asserens. Sed aduentu Metelli soluto exercitu abiit Sertorius. Hi digressus congressusq; itereę virorę horum extitere. Sæpius enim Sertorius nunc solus errare, nunc veluti turbu lentus torrens quindecim ferme milibus militũ coactis in acie structa esse: Pompeius ea peracta pugna, quum obuiã Metello fuisset: iamiã cõuenturus, lictori fasces summittere iussit: Metellum

Lepidus factionis Syllanæ caput Catulus q̃ vir.

Põpeius aduersus Lepidũ dux declaratur.

Brutus Mutinæ obsessus.

Geminius.

Bruti cædes.

Brutꝰ Brutifilius.

Lepidi mors.

Sertorius.

Pompeii sobrietas. Laurõ vrbs incẽsa & capta a Sertorio.

Herennius Perpẽna.

Cæsa decẽ milia ex sertorianis a Pompeio.

Sucron flu.

Sertorii fortitudo.

veluti ampliori dignitate venerandū sibi concilians. Sed ille id vetuit: & in hoc & in cæteris omnibus æquus bonusq; vir nihil sibi plus dari passus: q̄ q; veluti consulari viro & seniori signum, quū æquum imperium esset, ab se vno prodiret, Persępius tamē binis metabātur castris. Seiungebat. n. ipsos hostis varius vagusq; ac parua in mora solitus se diuersis in locis ostēdere: & eos ab vno prælio confestim in aliud traducere. Tandē hos duces Sertorius cōmeatu prohibēs vndiq; regionē depopulatus: præterea q; pelagi esset potētior, vtrūq; coegit ea parte Hispaniæ, quā obtinebāt, excedere. His itaq; angustiis victi in aliena prouincia se recipere. Cæterū Pōpeius, quū priuatim q̄multa ad hoc bellū expositisset, pecunias a Senatu postulat: addēs ni mittāt, se cū copijs in Italiam reuersurū. Lucullus tū consulatum gerebat: qui vir licet a Pompeio dissentiret: quoniā in Mithridati cum mitri bellum affectabat: in mittēdis stipēdijs studet: timēs ne Pōpeio redeundi materia esset: qui dimisso Sertorio etiā quærebat Mithridatē inuadere regē gloria splēdidum: hostēq; (vt videbatur) perfacile tractādū. Inter hæc Sertorius moritur: a domesticis dolo cæsus: inter quos Perpenas excellētior est habitus: in illū & alias id perficere conatus: sed eisdē quibus Perpēnas innixus viribus, eiusdēq; apparatu ac partibus studēs, quo id fieri commode posset non habuit. Pōpeius igiē extēplo exercitum eduxit: cognitoq; q; Perpēnas rebus excellentissime tumeret, decem cohortes in escam hostium iussit paulatim per agros inaspectu Perpennæ euagari. Ex quo quū Perpēnas rerū insciis illas passim insequereretur, Pompeius stricta acie irruēs, cōmissa pugna omnium victor fuit.

Sertorii interitus.

Plęriq; hic primoq; tūc absumpti: Perpēnam ad sese ductū Pompeius occidit: non ingratus, aut eoq; immemor, quæ in Sicilia obtigerāt: quēadmodū a nonnullis criminatus est. In huius captura maxima arte in omniū salute Pōpeius est vsus. Perpēnas enim quū in potestatē literas omnes cęteraq; Sertorii monumēta habuisset, epistolas quorundam clarissimorum ciuium Romanorum propalauit: qui ad res vrbis innouandas clanculum studēres in Italiam Sertorium vocabant Pōpeius ergo timens ne ex his maiora suscitarētur bella, q̄ quę iam restrinxerat, Perpēnā trucidauit: & epistolas omnes minime inspectas incēdio tradidit.

Perpenna i terficitur.

His peractis Pompeius quum apud Iberos diuertisset: quousq; tumultus oppressisset innatos: incēdiaq; rerum extinxisset: in Italiam duxit exercitum: peropportune vtiq; delatus: quum bellum seruile iam tum maioribus viribus fluctuaret. Vnde Crassus qui dux id gerebat bellum, manus cōferre accelerauit: lętoq; euentu potitus est: hostium duodecim milibus atq; trecētis gladio cæsis. His tamē præclaris gestis fortuna quæ Pompeium sibi adoptauerat, Pompeium abesse noluit: quum hostium quinq; milia a pugna euaserāt, illi vincēdos reseruauit: quibus absumptis Pompeius ad senatum scripsit: Crassum in acie gladiatores fudisse: se vero bellum ab imis extirpasse. Norat enim Romæ ingenti assensu hæc audiri celebriq; Hispaniam atq; Sertorium nemo vel iocando alius præter Pompeium vicissē dicebat: eiusq; omne id fuisse opus asserebatur. In hac tamē tam excelsa viri & gloria & expectatione, suspitio metusq; fuit, ne exercitum dimissurus eēt: sed plane per exēpla Syllę dominationē armis occupaturus. quare pauciores ob metum, q̄ ob beniuolētiam obuiam ei salutatum prodibant. Sed postq̄ eā suspitionē ab animis illorum exuit: se iaendo post triūphum velle exercitum ponere: vnum obtrectatoribus locum tātummodo liquit: sese magis plebi q̄ senatui patribusq; dedere. Sylla nempe quum dignitatem senatus oppressisset, statuit Pompeius obsequiis suis gratiā plurimam venari. Quod vtiq; clare compertum erat. Non enim insanius quicq̄ animi plebis exoptare visi: q̄ dominationē illam iterum aspicere. Vnde hoc ciuilis administrationis tēpus longe fortunatum Pompeio fuit: qui nullo munere alio beniuolentiam plebis recuperaturus erat: si eam alius quis ei præripuisset. Decreto autem secundo triumpho ac consulatu, non ob hanc magnitudinē præstās visus est: sed illud eximii splēdoris insigne habitum est: q; Crassus tum vir omnium ditissimus maximusq;, qui Pompeium ipsum cæteros q; omnes fastu exuperabat, consulatum petere non ante est ausus: q̄ petendi veniam a Pompeio efflagitasset. Qua re Pompeius summe lętatus cessit: materia ante diu perquisita: qua benigne cum illo ageret. Dexterā ergo Crasso quum auide iūxisset: plebis suffragia illi orauit: manifeste nuntians: se non minus gratum habiturum se Crassi collegam creari: q̄ magistratū assequi. Quum ambo tamē consulatum inissent, contētiones graues inter ipsos dissensiōesq; varię emersere. Apud patres potētior erat Crassus: sed apud plebem Pompeius. Tribunatū nāq; plebi restituit iudiciaq; quæ ad equestres iterum translata fuerant. Dulcissimum etiam plebi spectaculum ipse fuit: quum bene actę militię iudicium subisset. Mos nāq; Romę apud equestres est: quū per legitimum tēpus a quo q̄ militatum sit, equum per medium forum duci corā viris duobus publice præsidentibus: quos Censores nuncupant: illisq; quēlibet ducum ac imperatorum, sub quibus militatum sit, recenseri. Deinde Cēsorum iudicio subiici: qui iuxta cuiusq; meritum vel laudē vel infamiā tribuunt. Huic præfecti curæ tum erant censores Gellius & Lentulus viri dignitate ornatuq; insignes: insidebantq; curuli. Ad hos quum equites quidam subituri iudicium ritu prodissent. cognitum est Pompeium in foro descēdere: qui alia sui magistratus īsignia secum afferēs equū tamen manu perducebat. Vt vero appropinquans notior est factus: iussit lictores cedere: equūq; iuxta curulē sistit. Erat tum ingens populo admiratio ac silentium. Censores ad tantæ rei conspe-

Cęsa a crasso hostium duodecim milia & trecenti.

Pōpeius & Crassus cōsules.

Gellius. Lentulus.

ctum & reuerentia & lętitia opprimit. Deinde eorũ alter qui senior erat, incipit. Interrogo te Põpei Magne: militias omnes iuxta disciplinã absoluisti? Tum Pompeius pmagna voce: omnes inquit iuxta disciplinã militarem absolui: oẽsq; sub me ipso imperatore. Q̃d quum audisset circunfusa plebs, acclamauit. Non enĩ ob ingẽtem lętitiam tam tum voces reneri poterãt. Vnde surrexere Censores: domũq; illum psequuti sunt: plaudẽti plebi assequẽtiq; cõgratulantes. Iamiã quũ consulatus ppe instaret finis: & cum Crasso discordiæ in diem auctę fuissent. S. Aurelius vir ex ordine equestri natus, cui potiũ vita fuerat, frequẽti in cõcione pro rostris ingt: per quietẽ Iouẽ sibi loquutũ: iussisseq; vti cõsulibus referret: ne antea magistratu se abdicarẽr, q̃ in mutuã beniuolentiam rediissent. Quibus expositis, stans Pompeius silẽtium dixit. Crassus porrecta Pompeio dextera colloquiũ hoc cœpit: Nihil o ciues, nihil mihi puto turpe: nihilq; me indignũ existimo: si priorem me Pompeio ingero, quẽ vixdum pubescẽtem vos magnũ appellauistis: cui ve nondum in senatũ admisso binos decreuistis triũphos. Ex hoc in amicitiã redintegrati, magistratu se abdicauere. Crassus quem viuendi morẽ hactenus tenuerat, illũ plane seruauit. Pompeius defensionẽ causas, quibus pmultis vexabatur, repulit: forumq; paulatim deseruit: & in curiã perraro pficisce batur. Cum multis vero semp priuatim erat: nec ci fere sine magno comitatu existẽti obuiam fieri licebat: ipsumq; cõspicere. Suauissimus multis & in ampla corona semp dulcissimus inspectus est: venustatem vultu grauitatẽq; prẽferẽs. Cum multis autem cõuenire publicis in locis, & cõsuetudine publica frui, haud oportere existimabat ad dignitatẽ illęsam ample tutandã. Vita nãq; togati ciuis gloria armoq; efflorẽtis, ad ignobilitatẽ atq; cõrẽptũ lubrica est: prætereaq; populari ęquitati iniquior. Hi enĩ quẽadmodum in exercitibus, ita & in foro se primos esse dignũ existimari iudicãt: sed vulgus id quidẽ minus. Igitur intolerabile eis fit, nihil eos apud turbã prævalere. In foro enĩ quũ virũ bellis præclarum triũphisq; ornatũ suscipiũt, cõsuetudine ac familiaritate mãsuetum ipsum efficiũt: eũq; deiiciũt. Homini vero qui ab hac vulgi frequẽtia se abstineat, partę glorię decus potẽtiaq; absq; inuidia cõseruatur. Hoc res ipsa post paruũ tẽpus plane aduersus Põpeiũ ostẽdit. Piratarũ nãq; vis edocuit. Hæc e Cilicia primũ erupit: initiũ paruũ & ferme incognitũ nacta: fastũ vero & audaciã bello Mithridatico sumpsit: regiis fręta remigiis. Romani deinde exules ob intestinũ bellum, quũ vsq; ad portas ipsius vrbis irruerent, paulatim illi allecti pductiq; sunt: Deserto mari prędiiis, hi iãiam nõ solũ nauras inuadere ausi: sed insulas, vrbes, litoraq; ampla in festi tenũere. Vnde iam homines diuitiis clari, & genere splẽdidi, ac dignitate in primis habiti, ad hęc latrocinii cõmercia ingressi, se socios addidere: ceu gloriam quandã decusq; hoc facinus pareret. Erãt iam in locis pluribus ipsoq; piratarum stationes: naualia: maritima etiã prędisidia munita. ad hos iam totæ cõfluebãt classes: nõ tm̃ ex stremuoq; virorũ copiis, nõ ex gubernatorũ artibus, nõ exipsarũ leuitate atq; celeritate nauiũ, vel exercitatiõe timẽdę: sed q̃d terrorẽ exuperabat omnem, incredibili luxu fastuq; intolerabili execrãdę. His enim aurati erãt rudẽtes: vela purpurea: remi sub argentei: veluti nequitia hac delitiis oĩbus obtegerẽt: facinusq; suum egregia ambitione exornarẽt. Buccinę cantus, ebrietates, peroĩa passim litora audiri: ingenuorum corporũq; principũq; rapinę, & captiuarũ vrbiũ redẽptiones vndiq; aspici. quæ oĩa in cõtumeliã dedecusq; imperii Romani esse. Ad hoc tam nefandum latrociniũ naues vltra mille haberi: captę ciuitates ab ipsis quadringẽrę teneri. Templa hactenus inuiolata, asyla, adytaq; vastare: Clariũ: Didymeiũ: Samothraciũ: in Hermione Phanũ Telluris: in Epidauro, Æsculapii: & in Isthmo & Tęnaro atq; Calauria Neptunii: in Actio & Leucade Apollinis: in Samo, Argiscq, ac Lucania, Iunonis. Ipsi noua quędam sacra apud Olympiũ agere. Mysteria cũ arcano quodã ritu inire. Horũ quæ apud Mithrum adhuc seruãtur, hinc initiũ accepisse memorãt. Contumelias Romanis & aliis plures contulere. E pelago enim egressi vias earũ quasdã infestauere prædæ: nõnullas villas ipsi vrbi vicinas vastauere. Prætores duos Sextilium & Belinũ in ipsis prętextis cũ ministris lictoribusq; ac cęteris eius magistratus insignibus captiuos adduxerunt. Filiũ etiã Antonii triũphalis viri in agro euntẽ rapuere: quẽ multo censu postea redemptũ reddidere. Hoc autẽ maxime cõtumeliosum habitũ est. Aliquando enĩ e captiuis quis, quũ se Romanum esse diceret, nomẽq; pferret, terrore metuq; ingẽti simulato, femur percussi, coram captiuo pcidere: veniamq; perhumiliter petiere. Persuadebãt tum captus: & supplices illos orãtesq; aspiciẽs lętabatur. Inter hæc alii calceos, alii togam ipsum induere: ne forte iterum incognitus fieret: quumq; per nõ modicũ spatiũ viro per ludibrium sic frẽti fuissent, ad medium tandem pelagus scalas extẽdebant: iubebantq; illum has lętantem ascendere: abireq; volentem impulsu ipsi suo obruebant. Occuparat potẽtia hac passim omne interius mare. Vnde nemini cõmercia libera: sed omnia inuia, omnia clausa erãt. Maiorẽ tum in modũ angustia victus ad animaduersionẽ tãtę rei Romanũ impulit: ipsaq; annonæ caritas, ac expectatio in diem peior animos mouit ad Pompeiũ mittẽdum: qui piratis mare expurgaret. Sabinus igitur vir Pompeio beniuolus rogationẽ tulit: qua non naualis pugnę princeps creatus est: sed imperator potestate amplissima in homines vniuersos, omni prouocatione libera. Iuxta enĩ legem maria omnia vsq; gaditanũ fretum in prouinciam illi cessere: prætereaq; quicquid continẽtis, q̃d a litoribus quingen-

S. Aurelius

Vita togati ciuis i armis florẽtis lubrica ad cõtẽptum.

Piratarũ e Cilicia origo, & eorũ audacia & luxus.

Templa variis in locis culta.

Piratarum, cõtumeliæ in Romanos.

Sabinus.

tis abesset stadiis. qđ spatium perpauca Romani imperiiloca exuperabãt. Vnde maximi populi, maxime nationes, potẽtissimi reges sub eius imperio includebãtur. Ad hæc viros quindecim senatorios potestas eligẽdi data quos: quocũq; oporteret, fas fieret legatos destinare. Deinde cẽsum ex ærario vectigalibusq; in potestatẽ habere. Ducentę hinc naues: quas delectu militũ remigibusq; cõmuniret. Hæc recitata quum fuissent: auidissime e plebe suscepta sunt: maximis vero patrũ optimisq; hoc omni inuidia maius visum est: metuq; dignũ immensam potestatem licẽtiamq; tribuere. Vnde præter Cæsarem rogationi obstitere: is enim legi suffragia tulit: parũ ob Põpeii gratiã: sed plebi ab initio ipso obsequi cupiens: illãq; sibi cõciliare. Alii Pompeium ꝓbris lacerare. Vnde alter cõsulum dicere: Põpeium ꝓ exempla Romuli gradiẽtem, eundem finem non euitaturũ. quæ quũ plebi nota forent: ferme consul discerptus est. Catulo autẽ rogationi aduersanti, primo ob pudorem a plebe silẽtium factum est: sed postq̃ is pmulta benigne & absq; inuidia in Põpeiũ orasset: dixissetq; sentẽtiam: vti viro parcẽdum: neq; eum tot piculis totq; bellis obiiciẽdum: adderetq; præterea: si Pompeium amitterẽt, in quo alio spes reponerent? vnanimiter indignati sunt: oẽsq; vna voce inter ipsos murmurauere. Catulus deide plebe haud pspuasa cõricuit inde. Roscius quũ orare cœpisset: a nullo auditus est. Digitis vero is ostendit Pompeium nõ primũ, sed secũdum ducem creandum esse. Ex quo ferunt plebem indignatione motã ita acclamauisse: vr superuolãs cor uus oculis captus in mediũ forum ceciderit. Vnde manifeste noscitur ex aeris scissione, ex qua forte vacuum fit, volatilia haud labi: sed potius ob ictu vocis percussa: quũ vehemẽtior pulsu veloci in aerem pfertur. Ex his tñ soluta frequẽtia est. Qua deinde die quũ pro lege ꝓmulganda iterum conuenissent: Pompeius in agrum profectus est. Quum vero legem intellexisset ꝓmulgatam: nocte in vrbẽ rediit inuidiam ex incredibili multitudine, quæ sibi obuiam fieret, vitans. Vt autem illuxit dies: in medium profectus sacra egit. In concione deinde ꝓductus, operam dedit: vt alia legi adderentur apparatu propemodũ duplici. Quingentæ etenim naues ei cõpletę: peditum centum & viginti milia: equitũ milia quinq. E senatu præfectos legatosq; quatuor & viginti ipse delegit. Quæstores duo traditi. Ob hæc vænalia quæ in pretium æquiuisiam tum redacta fuerant, lętæ plebi sermonem præbuere: q̃ solo Pompeii nomine bellum dissolutũ esset. Nihilominus maria partitus Pompeius omne interius pelagus in tribus & decem regionibus diuidit: & parti cuiq; naues ducemq; dedit. Vnde copiis circũlocatis piratas insequutus venatoris exẽplo aggregatos ambiuit. Sed illi disiungi accellerantes, veluti apum examen ab omni parte Ciliciam repetunt: antequam quos Pompeius ipse sexaginta nauibus lectis instructis fertur. Non tamen inipsos antea nauigat: q̃ omnino cętera ipsorũ latrocinia deleuisset: mareq; Tyrrhenum, Lybicum, Sardoum, Cyrnęum, siculumq; lustrauisset. Quæ omnia diebus quadraginta confecit: se se labori indefesso subiiciens: ꝓfectisq; vtens diligentissimis. Interea in vrbe consul Piso iracundia atq; inuidia per motus, apparatum naualem soluit: militesq; stipendiis liberat. Vnde Pompeius classe ad Brundusium missa, per Hetruriam Romam accedit. Eius in aduentu oẽs vndiq; a mœnibus vrbis effusi sunt: veluti non paucis ante diebus eum fuissent prosequuti. Culmen vero lætitię ipsis fuit tantæ victoriæ insperata celeritas: omniumq; commeatuum copia. Ex Pompeii profectu ferme Piso cõsulatu se abdicare coactus est: Sabino iamiam rogationem scriptam afferẽte. Sed hoc vetuit Pompeius: qui quum etiam alia quædam benigne clementerq; egisset: vt opus fuerat: Brũdusium delatus hinc nauigat. Inde tempori rebusq; sollicitus, quum ciuitates cæteras ꝓtermitteret Athenas tamen insalutatas non dimisit. Vrbem enim ipsam ingressus, rite rem sacram egit: & populo pro concione habito extemplo abiit: prænotatis duobus versibus sibi ipsi inscribus vrbis inscriptis. Horum alter qui in aspectu interioris vrbis erat, latine translatus hic fuit: Quantum vltra viros cernis, tantum deus ipse es. Alter qui ab exteriori parte valuæ figebatur, sub iis erat verbis: Te miramur, & te videmus, comitamur, colimus. Cæterum quum piratas quosdam adhuc per maria vagantes precibus victus clementer habuisset: eorumq; nauibus corporibusq; deditis, nihil eos offendisset: reliqui spe ducti alios euitauere duces: Pompeioq; petito, cum liberis coniugibusq; se illius potestati mandauere. His omnibus impunitas data: perq; hos maxime viros vestigia reliquorum hostium latebrasq; perscrutate: veluti qui seipsos certe cognoscerent. Plurimi tamen horum & hi potentissimi proles suas substantiasq;, præterea turbam bello inualidam in ꝓfidiis castellisq; munitissimis apud Taurum montem condiderunt: ipsiq; munitis nauibus apud Coracesium Ciliciæ aduenientem Pompeium excipere: cum quo inita pugna profligati, obsessi sunt. Tandem summa ope salute petita, sese ac vrbes, insulasq;, quas præsidiis arcibusq; firmissimas, præterea accessu difficillimas tenebant, dedidere. Confectum itaq; hoc bellum est, horum latrociniis vndiq; absumptis, haud longiori trium mensium spatio. Naues cæteras q̃multas, rostratas vero nonaginta cepit. Viros qui plures viginti milibus erant perdere non censuit: mittere vero sparsos qui egeni & bellicosi se iterum iungerent, armarentq;, haud vtile existimauit. Ratus igitur hominem natura animal non indomitum nec omnino insatiabile: sed qui præter ingenium malitia vteretur: quique ex locorum & victus mutatione mansuescceret: quem-

Catuli oratio ad plebem.

Coruus in medio foro cecidit magnis clamoribus aere scisso.

Põpeius imperator cõtra piratas electus.

Classis qui gẽtaq; nauiũ contra piratas.

Exercit⁹ habẽs peditũ. cxx. milia equitũ qui/q̃, cõtra piratas.

Bellũ piraticum quadragita diebus absumptũ Piso cõsul.

Naues rostrarę nonaginta a Põpeio ex piraticis capę, & alię multæ.

admodum feræ: quæ ex consuetudine vitæ mitioris asperitatem ac ferotiam ponunt: viros statu/it e pelago ad terrestrem victum traducere: illosq; ad agrorum cultum habitationemq; vrbium, quę dulcioris vitę sunt, assuefacere. Quosdam ergo ipsoq; paruę & subdesertæ quędam ciuitates Cilicię susceperę: ipsisq; regionis suę loca promiscue partita sunt. Soliorum vrbem propemodum a Tigrane Armeniorum rege ciuibus vastatam Pompeius assumēs, illorum multos in ea locauit. Multis etiā Dimen ciuitatem Achęorum tum cultoribus viduam & agri vbertate fœcundā colo/niam dedit. Hæc nōnulli obtrectatores tū improbauere: & gesta quę Metellus in Creta egerat, licet etiā Metellum ipsum minus amarent, laudibus efferebant. Is enim Metellus illius necessarius, qui equo imperio cū Pōpeio i Iberos pugnauerat, a senatu fuerat prius in Cretam missus: q̄ ad aduer/sus piratas Pompeius designaretur. Hæc enim insula post Cilices fons secundus piratarū erat: mul/toq; in ea prędones a se comprehensos Metellus perdiderat multiq; etiā tum in ea adhuc erant su perstites: qui obsessi & in deditionem Pompeii venire flagitantes, supplices ad insulā Pompeium aduocabant: veluti ea prouinciæ suę pars foret: & vndiq; sub maritimo eius imperio decerneretur. His igitur in curā susceptis, Pōpeius Metello scribit vti ab eorum impugnatiōe sese abstineret. Ci uitatibus etiam insulę mandat: ne Metello pareant: legatum pręterea e prefectis suis. L. Octauium eo mittit. Quo Cretā appulso, mœnia obsessoq; piratarum cum prędis ingressus, cū ipsis aduer/sus Metellum pugnat: seq; non solum grauē atq; molestum hostem Metello prębuit: sed Pompeiū virum ridiculum ostēdit: qui cū scelestis & nefandis viris nomen suum immacularet: & gloriā velu ti veneno quodā inficeret: ex ambitione & immoderata in Metellū inuidia. Nonenī aiebant Achil lem viri opus agere: sed insani cuiusdā adolescentis & omnino ad gloriam atroniti quum cæteros prohiberet ferire: Hectorem: ne ablata cædis hectoreæ gloria, ipse posterior fieret. Pompeium vero dicebant cōmunium hostium salutem esse: vt triumphum Metello auferret imperatori claro: & cui in ea ipsa cura labores permulti obuenerāt. Non tamē cessit Metellus: sed obsessos ad deditionem compulit: deq; eis supplicium sumpsit. Octauium vero in castris per contumeliam & ignominiā habitum postea dimisit. Hoc confecto bello, & Pompeio ad vrbem Romā reducto, quum deinde per otium vicinas ambiret ciuitates, Mallius tribunus plebis rogationē tulit: vti quotquot loca in prouinciam Lucullus obtinebat, ea omnia Pompeio obuenirent: cum omnibus illius copiis. Præ/terea Bithynia, cui tum Glabrio præerat, accepta, aduersus Mithridatem regem atq; Tigranē dux belli gerendi Pompeius declaretur: additis etiam sibi maritimis viribus, nauali q; apparatu: quē admodū proximo piratico bello sortitus fuerat. Quod nihil erat aliud q̄ vniuersum Romanum imperium sub vnus potestate fieri. Prouincias enim quæ sibi ex priori lege minime obuenerant, Phrygiam, Lycaoniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, Colchidem superiorem, ac Armeni/am ex noua legis rogatione obtinebat. Quibus addebātur exercitus & copiæ omnes: qbus Lucul/lus Mithridatē atq; Tigranem ferme debellauerat. Hac in rogatione quum Lucullus rerum a se ge/starum gloria priuari videretur: & magis successorem triumphi, q̄ belli censeretur habiturus: nul/la promulgandæ legis apud optimos ratio acceptabatur. Iniusta enim & iniqua eum virum perpe/surum norat. Præterea potentiam Pōpeii grauiter ferebant: veluti in manifestā euasurā tyrannidē. Constituerunt igitur inter sese priuatim promulgationi obsistere: neq; ferre libertatē publicā pro/di. Verum quum rogationis dies affuisset, alii plebis metu animis fracti silentium egere: sed Catu/lus multa in legem inuehens, legēq; dissuadens, nō vno crimine, sępius pro rostris acclamauit: iu/bendo & hortando patres: vti maiorum exemplo mentē reposcerent ob libertatem publicam vin/dicandā. Promulgata tū omnibus (vt fertur) cēturiis lex est: & omnia ferme quæcūq; armis belloq; hactenus Syllæ delata fuerāt, sub potestatē Pompeii cōgesta sunt. Hic tum ab vrbe absens, quū de/creta hæc ex literis senatus accepisset: circūgratulātibus amicis, superciliū contraxisse fertur: curreq; a se percussō, velut qui dominari grauiter ferret, principatūq; abhorreret. Heu infinita inquit certa/mina: q̄ satius fuerat ignobilē nasci: si a militari cura nunq̄ desinendū est: siq; hac exutū inuidia, in agro degere cum vxore fas non sit. Quo in sermone eius proximi ironiam non admisere: sed quū nosceret dominandi cupiditatem natura illi insitam, fomitē esse contentionis aduersus Lucullum exortæ, summe lętabantur: illum simulare dolorem existimantes. Et quippe res ipsa eius animos ex templo detexit. Quocunq; enim literis confestim missis, milites ad se vocare curauit: principesq; ac reges omni studio sibi allexit. Regionem hostilem ambiens, nihil ex Luculli actis immotum liquit. Multas plærisq; remisit: aliis prędmia abstulit: & omnino singula agebat, quæ palam Lucullum nullius fuisse authoritatis ostenderent. Quæ quum quereretur Lucullus cum vtriusq; beniuolis, visum salubre est: vt ambo conuenirent. Vndeiuxta Galatiam conuentū est per imperatores ma ximos: qui maxima prędare gesserunt. Lictores laureas & erectos fasces vtriq; ferentes, alteri al/teris occurrerunt. Lucullus ex amœnis & vmbrosis accesserat locis: Pōpeius per aridam & arbo/ribus sterilem tellurem forte erat profectus Lictores ergo Luculli, quum vidissent Pompeiano/rum frondes pallere fermeq; esse aridas: e virentibus suis recentibusq; Pompeii fasces exornauere: currūq; illius frondibus implcuere. Quæ permutatio portendere visa est: Pompeium proficisci prę

Soli vrbs.

Dime vrbs Metellus.

Mallius trib. plebis. Glabrio.

mia atq; victoriam Luculli sibi acquisiturum. Erat quidem Lucullus in ordine consulatus Pompeio prior: ac ętate senior: sed Pompeii dignitas clarior. duobus insignis triumphis. In prima tamē salutatiōe (sicut decuit) amice comiterq; mutuo loquuti sunt: alter alterius lætari gestis: eaq; extollere: q̄ strenuitati congratulari. Verum inter longiorem orationē, ambo in nihil modestum: nihil salubre irruere. Hic Lucullum auaritiæ incusat: Lucullus Pompeium ambitionis. sicq; in aperta proditum est iurgia: vt vix ab amicis disiuncti fuerint. Lucullus Galatiam veluti prouinciā a sese captā administrauit: munera honoresq; quibus voluit partitus. Pōpeius haud longa distātia metatus castra, prouinciam patere illi vetabat: militesq; illi prę terea omnes prę ter mille ac sexcentos illi abduxit. Hos ob animos q; pertinaciam sibi inutiles, & Lucullo difficiliores fore existimauit. Luculli prætera factis detrahēs, illū dicebat tragicum & vmbratile quoddā bellum cum regibus gessisse: sibi vero certam atq; sobriam hostium vim ad expugnationē reseruatā esse: quum Mithridates ad clypeos ad ensēs, & ad equos confugisset. Ad quæ Lucullus simulacra & vmbras belli Pompeium accessisse expugnaturum aiebat: suetū veluti volucrē alieno cadaueri celerē aduentare: reliquiisq; bellos q; insurgere. Sic enī Sertorio, & Bruto, & Spartanis insutrexisse eū dicebat: quum alia Crassus, alia Metellus, alia Lepidus bella strenue gessissent. Vnde se non admirari inquiebat: si homo ille gloriā Armenios q; & Pōticorum certaminū extenuerat: q; seipsum fugato quidē hosti triūphum ingesserat. Post hæc Lucullus inde traiecit: Pompeius vero postq̄ tota classe omne pelagus qd inter Phœnicē am & Bosphos q; panditur prę sidiis firmasset, aduersus Mithridatē cōtendit: qui cum triginta milibus peditum duobusq; equitū milibus munitus erat: sed qui pugnā conferere haud audebat. Eius aduentu, Mithridates editum atq; inexpugnabilē quendā collem, in quo cum copiis forte insederat, ex aquarū anguſtiis liquit. Hunc Pompeius mox occupat: coniectāsq; ex fructibus natura ibi pullulātibus prę terea exercētibus spissisq; fossis locum subterraneis manare fōtibus, iussit vndiq; eū fodi. Ex quo consestim exercitui aquādi copia data: admiratusq; Pōpeius est omni in tēpore hoc Mithridatē latere potuisse. Deinde hostem circūueniens muro cinxit. Sed ille postq̄ quinq; & quadraginta diebus clausus fuisset, clanculum cum robore effugit: imbellibus ægrisq; ante cæsis. Hunc insequutus Pompeius, eum ad Euphratē adeptus est: castraq; illi viciniora posuit. Deinde extimescēs, ne prę ueniret ille, Euphratē q; transiret: mediā per noctem copias aduersus hostem producit. Quo scilicet tempore ferunt Mithridatem per quietem imminens iāiam fatum manifeste præcognouisse. videbatur enim secundo vēto Ponticum nauigare pelagus: & iā inspecto Bosphoro congratulari nauigātibus: veluti excerta atq; præoptata cōmuni salute alacrior. deinde extemplo omnium vacuus parua quadam scapha vehi visus. qui dum talia in somnio agitaret: a proximis cum tumultu expergefactus est: Pompeium imminere ferētibus. Necessitate ergo inire pugnā pro ipsis visum est castris. Quare quum produxissent copias duces, acies struxere. Sed Pōpeius hostiū apparatu cognito, dubitauit ob nocturnas tenebras se periculo obiicere. Quāobrem censuit salubrius fore: hostē circūambire: vt fugam intercluderet: deinde prima luce omnibus copiis eos adoriri: spei certus (qm̄ exercitu prę ualebat) se illos expugnaturū. Dum hæc mente agitat, seniores castrorum tribuni militum morā pugnandi improbāt: Pompeiumq; exorant: vti pugnæ signum canat. non enim omnino nox tenebrosa erat: sed luna in occasum vergens adhuc tenuē licet: corporum vmbram porrigebat. qd quippe regis milites magis magisq; elusit. Dum enim eos miles Romanus in uadit: habens a tergo lunā iā subeuntem occiduum: corpos q; vmbrę q̄ longissimæ in aduersos protē debātur hostes. Vnde illi distantiam Romani irruentis haud clare intueri poterant: sed in vmbras pro corporibus missilia iactantes, frustra vtebantur viribus. Quod quum Romanus intellexisset: ingenti clamore in ipsos concitatius irruit: eosq; nihil manere ausos, sed terga prębētes ita passim cecidit: vt longe vltra decem milia hostium trucidata fuerint: castra prætera capta. Ipse Mithridates ab initio ipso prælii cum octingentis equitibus in confertissimos sese hostes intulit: eosq; euasit. A quo disiunctis cæteris, palatisq;, ipse cum sociis tribus relictus est: inter quos erat Hypsicratia eius pellex: fœmina quidem semper virilis, audaxq; : ob quod Hypsicratem Rex eā appellabat. Hæc tum viri perfici habitum habēs, equumq;, neq; ex lōgo cursu corpore fatigabatur: neq; ad regii corporis curam regisq; equi segnior: quousq; ad castellum Inoram in quo regis gaza condebatur, peruentum est. Hinc Mithridates vestes haud ignobiles sumēs, eas partitus his est: qui ex fuga ad eum concurrerāt. Proximo prætera cuiq; mortiferum ferre venenum dedit: vt nemo nisi voluntarius in potestatē hostiū veniret. Deinde ad Tigranem regem in Armeniam mouit. Sed ille quum a Mithridate desciuisset: & talenta centum pretium ipsius cædis statuisset: Mithridates fontes Euphratis exuperans, fugam per Colchidem agit. Pompeius tum Armeniam petit: a Tigrane iunio re accersitus. Hic enim iam a patre defecerat: iuxtaq; Araxem fluuium obuiam Pompeio est factus Id namq; flumen ex eisdem quibus Euphrates oritur locis: sed ad ortum solis versus, in mare Caspium effunditur. Hi ergo vna progredientes, & castella vrbesq; passim captabant: rex vero Tigranes a Lucullo ferme in extrema deductus, audita Pompeii clementia moribusq; vrbanitate egregia refertis, in aulam arcemq; regiam necessarios & quosq; proximos locat: ipseq; vt Pompeio

Pōpeii īimicitiæ & Luculli.

Mithridates a Pompeio muro cinctus effugit.

Mithridatis somnus.

Pugna inter Pompeiū & Mithridatem. Cæsa decē milia a Pompeio ex Mithridatis exercitu.

Hypsicratia Mithridatis pellex.

Inora castellum.

Mithridatis fuga.

Araxes flu.

se dedat adit. Vt Pōpeio castris regem iāiam adesse nuntiatū est: lictores duo pōpeiani egressi, ipsum ab equo descēdere, pedestrēq; proficisci iubēt. Neminē nanq; aiebant Romanis castris equo insidentē tpe aliquo inspectum. His facile paruit Tigranes: pręterea ensem quē tum enudauerat, illis tradidit. Tandē quum ante ora Pōpeii accessisset: e capite corona sumpta, eā iuxta illius pedes propere ponit: deinde qđ turpissimum fuit, se ad genua Pompeii declinabat: ni pręuenisset. Pompeius qui eum dextera porrecta erexit: iussitq; apud sese ęquа eum sella insidere: filio deinde in parte altera locato, ipse medius. Cæterum inquit Lucullum incusare liceat: ab illo nanq; Syria, Phœnicia, Cilicia, Galatia, Sophene vobis ablatę sunt: quæ ab eo ipso vobis conseruari fas fuit, ea integra habetote: mulcta sex milium talētorum ob violatū fœdus Romæ soluta. Sophene pręter ea filium regnare iubeo. His Tigranes grate acquiescēs, clementiā approbat. Inde Romanis regē eū salutantibus lętior factus, se dono datuꝝ pollicitus est militi argētei nūmi dimidium: cēturioni argēteos denos: tribuno militari talētum. Quæ filius quū ægre perferret: ad cœnā vocatus, non inquit sibi opus esse Pompeio: qui tā magna impēsa hæc existimaret. Romanoꝝ alium se facile inuenire posse ait. Quibus dictis extēplo vinctus est: & ad triumphum decretus. Paruo deinde tpe post Phraartes Parthicus ad Pompeiū misit: adolescētē reperēs: vt sibi generum: addēs se dignū existimare Romanos imperii ipsoꝝ finē in Euphrate ponere. Ad quæ Pompeius respōdisse fertur: Tigranē patri magis curę fore, q̄ socero: finem autē Romani imperii sese ęquum impositurū. Prędidē hinc Armeniæ quū statuisset Affraniū, per occulta Caucasi montis loca Mithridatē prosequit. Maxime in his finibus gētes Albani & Iberi sunt. Sed Iberi montē incolunt Taurū: & in Pontū vsq; vergunt. Albani eoū tenent: & ad mare Caspium inclinantur. Hi primū postulanti Pompeio transitū dedere: deinde quū in regione exercitū hyems cōprehēdisset: saturnalibus diebus Romanos inuadunt: amne Cydno exuperato: qui ex Iberoꝝ mōtibus cadens, Araxe ab Armenia labēte suscepto, duobus & decē ostiis in Caspium pelagus funditur. Pōpeius licet impedire posset, ne fluuiū euaderēt, id neglexit: trāsitūq; tacite pertulit. Post capto tpe, in cōfertos eos irruens, cū strage maxima eos in terga coegit. Rege deinde pacē orāte, legatis missis Pōpeius iniuriā mittēs: fœdus percussit. Hincq; in Iberos cōtēdit: qui neq; pauciores numero: & longe Albanis bellicosiores habiti: quę enixius Mithridatis gratia in Pōpeium bello accingebātur. Hi quippe nō Medis persis ve vnq; paruere. Macedonū etiā dominationē euitauere: Alexandro q̄citius Hyrcaniā egresso. Hos tū Pōpeius aeri cōmissa pugna fudit: cæsisq; ex eis sunt ad nouē milia: capti ad milia decē. Quibus expeditis dū in Colchos fertur, apud Phasim amnē Seruilius ei occurrit cū nauibus quas ad Ponti pśidium habuerat. Verū hic Mithridatis fuga, q̄ in bosphoranas ac Mæoticas gētes se protripuisset: Pompeio angustias plures intulit. Albanos pterea a Pōpeio defecisse nūtiatū est, in quos & iracundia & indignatione Pōpeius versus, Cydnū vix astu arteq; exuperat. A barbaris enim longissima eius ripa fudibus vallisq; prærmunita fuerat. Vnde aquarum angustia, quibus Pōpeium intercludebāt, ferme inuiū prębebat iter. Sed Pōpeius decē milibus vtrium aqua plenis castra in hostes mouit: quos tandē apud Abaurē fluuiū ad sexagita milia peditū & equitū duo & decē milia nactus est attonitos armatosq; vilissime. ferarū quippe dorsa plęrisq; pro armis habita. Hoꝝ dux regis frater erat: & Cosis nomine appellabatur. Is commissa pugna impetu sese in Pōpeium agens, telo qua duplex erat thorax Pōpeium ferit: sed Pōpeius ferro stricto eū adortus occidit. In hac pugna dicuntur Amazones barbaris cōmilitasse: a montibus profectæ: qui fluuio Thermodōti superiacent. Dū enim Romanus miles in spoliis barbaroꝝ obuersabatur. Amazonicq; peltæ cothurniq; reperti sunt: muliebre tū corpus nullum inuentū. Hę Caucasum mōtē habitant: qua parte ad hyrcanum protēditur pelagus: nō Albanis finitimę: sed Gelę ac Leges media [illegible] triusq; gentis tenēt. His illæ quotannis ad menses binos eodem repetito loco apud Thermodō[illegible] tē admiscētur. Deinde digressæ & ad propria reditu acto, solitā vitā repetunt. Expedita ea pugna [illegible]ompeius in Hyrcaniā ad mare caspium castra mouit: sed quum ab optato triū dierum itinere [illegible]beller: ex copia pestiferorum reptilium retro actus, in minorem Armeniā iter tenuit: in quā qt [illegible] Elymeorum Medorūq; reges ad eum legatos missi sent, amice respōsum tulerunt. Parthum [illegible] q̄ in Gordianā hostiliter excurrisset: infestaretq; Tigranis populos, per Affranium cum copiis [illegible]ssum fugauit: eūq; vsq; Arbielitica persequutus est. In his pręliis ex quotquot Mithridatis pellicibus captæ fuissent, nulli se miscuit Pōpeius: sed omnes aut eorum parētibus aut necessaris illibatas remisit. Pięręq; autem filiæ aut coniuges magnorum ducum aut principū erāt. Stratonice vero quæ maxime in primis dignitate pręcellebat, quę ve ditissimā omnium arcē gazaq; ingēti referam curæ habebat, histrionis cuiusdam auralias hominis fortunati, senis autem filia fuit. Hic q̄ eam regio potui assidere nosset: Regeq; in ea oblectari: ipsam ei adduxit. Ex quo lętior factus Mithridates quietē duxit: senē autem omisit mœstum grauiterq; ferentem: q̄ rex eum nihil grate clementerq; habuisset. Is tamen vt circiter primam lucem somno experrectus est: apud se interius vidit mensas argenteis atq; aureis vasis onustas: strepitu etiam seruorum, eunuchos atq; domesticos intellexit vestes ingentis pretii ad se ferre: præterea equum ante portas splendide sibi ornatum adstare: velut ex amicis regis & ipse esset. Cre-

Tigranes se Pōpeio supplex cōmittit.

Tigranes vinctus & triūpho decretus.

Phraartes.

Affranius Armenię p̄fectus cōstitutus.

Albani.

Iberi.

Cydnꝰ flu.

Iberos Pōpeius bello petit.

Cęsi a Pōpeio ex Iberis ad nouē milia. capti ad decē milia.

Abaures flu.

Cosis Albani exercitus dux.

Amazones quæ loca incolant.

Elymeoꝝ & Medoꝝ reges.

Arbielitica Pompeii cōtinentia: Stratonice.

dens ludibrium hoc esse iocumq; cum impetu portas ad fugam posc̃it: sed ipsum prœuenientibus seruis, dicentibusq;, q diuite quodam nuper defuncto, Rex illius domum ei donauerat: q ea oia paruæ essent primitiæ reliquæq; diuitiæ: vix persuasus, purpuream vestem induit. Equum deinde insiliens, per vrbem ibat concitatius: ea oia sua esse clamitãs. inde ad irridentes versus, non id mirã dum esse dicebat: sed potius q obuios lapidibus non feriret: præ alacritate insaniẽs. Huius generis huiusq; sanguinis Stratonice fuit. Hanc ille ciuitatẽ Pompeio postea tradidit: munera ꝓterea multa adiecit: quorũ omnium Põpeius sæ tantum quæ ad ornatum sacrorũ, & ad triumphi decus fore aspexit: sumẽs, Stratonicẽ reliqua habere permisit. Rege pariter Iberoq; spondã, mẽsam, sedemq;, quę ex auro erãt, ad Pompeium mittẽte, orãteq; vt ipsas vsui suo sumeret, redigendas in ærarium quęstoribus dedit. In noua eiusdẽ loci arce, quibusdã arcanis scriptis epistolisq; Mithridatis Pompeius incidit: quæ quum affectum Regis aperirent, nõ sine voluptate a Põpeio perlecta sunt. Ibi. n. cõmentaria deprehensa venenorum: quibus & multos, & ipsius filium Arriaritem necauerat: Alcenũq;, ꝓterea Sardianũ: q in agitatione equoq; is regẽ improbauerat. Somniorũ etiam interpretationes repertę: partim q ipse Rex partim quę fœminę quędã viderãt. Præter hęc impudicę quędã epistolę Momines peramatę mulieris ad eũ: quędã regis ad ipsam datę. Memorat Theophanes i his repertã esse orationẽ: qua Rutulius Mithridatẽ exhortabatur ad cædẽ Romanorum: qui tum in Asia fuerãt. Q d plerq; plane existimabãt affectum Theophanis fuisse: nõ ob Rutilium: quẽ. Theophanes odisse nõ videbaf: sed decẽtius ob Pompeium: cuius patrẽ Rutilius in eius historia virum iniquum ostẽderat. Cæterum Pompeius hinc ad Amisum profectus ex ambitione in odiosum affectum incidit. In multis enĩ improbarat Lucullũ: inquiens viuẽte hoste nõ decere prouinciã ordinari: munera honoresq; partiri: quę cõfecto bello victores facere cõsueuissent. Quæ & ipsum apud bosphorũ Mithridate prœualẽte, & maiores struente copias prouincias ordinasse: muneraq; diuisisse: ac si bello finẽ dedisset, egisse contigit: multis ducibus multisq; principibus, duodecim ꝓterea barbarorũ regibus ad ipsum confluentibus. Vnde & horũ gratia ad Parthorum Regem scribens, eum quẽadmodũ cæteri regem regum appellare haud dignatus est. Ipsum etiam cupiditas quædã inuasit Syriã occupare: atq; per Arabiam mare rubrum attigere: vt vndiq; qui orbem cingit oceanus trophæis suis impleretur. Etenim primus in Libya vsq; exterius progressus est pelagus. In Hispania apud Atlanticum mare fines Romani imperii protendit. Tertio hic Albanos persequẽs ferme ad Hyrcanum pelagus progressus est. Veluti ergo orbis ambitum coniuncturus, exercitum mouit. Mithridatem nanque armis male comprehendi posse videbat: illumq; fuga q̃ prælio grauiorem. Ex quo ratus validiorem illi hostem famem futuram, q̃ exercitum, nauales copias instituit aduersus negotiatores: qui per bosphoranum nauigarent fretum: necemq; in comprehẽsos edixit. Deinde frequentibus copiis exercitus sui assumptis iter cepit. In quo obuiam his factus: qui cum Triario aduersus Mithridatem infeliciter dimicauerant, qui adhuc inhumati fuerant, eos splendide decoreq; tumulauit. Quod quũ neglexisset Lucullus: non iniuria odii materia est nactus. Inde quũ Afranio duce, Arabas, qui iuxta Ammanũ incolunt, in potestatem egissẽt: & inde descendisset in Syriã: regionẽ hanc veluti legitimis carentẽ regibus prouinciã populi Romani egit. Hinc Iudęa subacta, regẽ eius Aristobolũ cepit: ciuitates etiã quasdam condidit: aliasq; seruitute liberauit: earum tyrannis supplicio affectis. Plurimũ autẽ tempus triuit: dũ arbiter inter vrbes regesq; iudicat. Quas in partes ipse non ibat, beniuolos eo destinabat, vt ad Armenios Parthosq;, qui de finium litibus iudicarent. Tres enim arbitros eo misit ad eos conciliandos. Magnã enim vim tũ nomen Põpeii habebat: nihil etiã minor & virtutis & humanitatis rumor. quibus omnibus plurima domestico; atq; beniuolorũ suorum delicta obruebantur. Non enim a natura ipsi datum prohibere: aut suppliciis delinquẽtes afficere. Seipsum his rebus quibus versabatur, talẽ prębebat: vt eoꝝ cupiditates grauesq; affectus toleraret facillime. Quorũ plurimũ apud ipsum poterat, Demetrius libertus perhibetur: non in cæteris adolescens inurbanus, sed nimiũ fortuna insolenter vsus. De eo hoc memoraf: Cato philosophus adhuc annis iuniꝰ, ad expectationẽ permagnã de se prębẽs, famaq; iã insignis & dignitate, in Antiochiam profectus est: cupidus absente Põpeio eam vrbẽ studiose diligenterq; inspicere. Hic quẽadmodũ, semper cõsueuerat, tũ etiã pedes ibat: eius proximis q iter illud secũ agebãt equo inuectis. Quũ aũt ante eius vrbis portas hominũ cohortẽ in niuis astare vestibus vidisset: & a parte altera ephebos, ab altera pueros inter sese lectos: indignatione motus est: existimans hæc ob honorem quendãsibi apparari: qui horũ nihil optaret, nihilq; prœsciret. Comites tamen ab equis iussit descendere, secũq; ire. Quũ vero appropinquasset: tũ iuuentutis illius magister, qui ea omnia cõponebat, coronã virgãq; gerens, obuiam venientibus factus, vbi Demetriũ dimiserint rogat: & qũ ipse venturus sit. Tũ Catonis beniuoli in risum omnes effundi. Cato O miseram inquit ciuitatẽ. aliud nil respondens ꝓterijt. Sed aliis quidẽ hũc Demetriũ Pompeius minus inuidiosum reddidit: fastum eius illecebrasq; indignatione nulla perferens. Dicitur enim quũ Põpeius sæpius in amicorum crebris salutationibus staret: ac alios atq; alios immorãdo susceret: illum tum molliter insolenterq; iacuisse, caput vsq; ad aures obtegẽtem. Hic nondũ in Italiã

Arriarites Mithridatis filius.

Alcenus. Momine. Amisus.

Syria facta Romanoꝝ prouincia. Aristobol⁹ Iudęæ rex capt⁹ a Põpeio. Demetrius libertus.

profectus, amœnissima Romæ suburbana est nactus: præterea diuersoria pulcherrima: hortos etiã pretii multi possedit: qui Demetrii nuncupati sunt. Atqui Põpeius ipse vsq; ad tertiũ triũphũ modice atq; incomposite habitauit: pulchrũ deinde quõ illud Theatrũ a Romanis longe diffamatũ cõstruxisset, splendidiorẽ domũ veluti a Theatro appendicẽ ædificauit: quia etiã ab inuidia tactus est. Vnde post Pompeii excessum, eius domus possessor eam ingressus in admirationẽ venit, rogauitq;, vbi Põpeius Magnus cœnauisset. Hæc ita feruntur. Cæteq; rege eorum Arabũ qui apud petrã Arabiæ circũincolunt, nulla hactenus existimatione Romanoq; facta, non paruum tum in modũ metuente, scribenteq; q; in omnibus obsequi Pompeio statuisset: Pompeius vero mentẽ experiri volens, castra ad petram mouit: non sine ferme omniũ quærela. Putabãt enim Mithridatis persequutionẽ Põpeium euitare: & in Mithridatẽ ipsum fore dignius vt totis viribus conuerteretur: vetereq; scilicet & præcipuũ hostẽ: qui, vt nuntiabatur, redintegratis animis viribusq;, per Scythas ac Peonas in Italiam expeditionẽ præparabat. Sed Põpeius existimans sese aut facile illius potẽtiam absumpturq;, si pugnãdi copia fieret: aut fugientis potestatẽ habiturq; nolebat frustra in persequendo tps terere. Vnde alia bella non obtrectabat: nec inuitus morã trahebat. Veq; fortuna oĩa soluit. Non enim a petra lõgius aberat, quũ positis castris inter equestre certamen, quod iuxta exercitum ludi gratia agebat, apparuere tabellarii, qui literas lætæ nuntiantes e Ponto afferebant. Cognitis ex tẽplo hi fuere grata nuntiare ex iaculoq; cuspide. Lauri enim frondibus coronabantur. His visis mites q̃primũ ad Põpeium cursitare: ipsumq; præcingere. Sed eo agonem imperfectũ deferre volente, quũ acclamarent illi, equo dissiliit: literasq; suscepit. Eminentior tum aberat suggestus: & miles in illius structura haud peruenerat. Fieri quippe is solet: excisum cespitem excisõ accumulando cespiti. Propere ergo iumentorũ sellas afferens miles, editum erexit tumulum: quẽ quũ ascendisset Põpeius: ex literis recitat Mithridatẽ per filii Pharnacis seditiones mortẽ sibi cõsciuisse: ac omnia quę ipse possederat, Pharnacem sibi sortitum: deq; his gestis Pharnacẽ ad se, Romãq; scripsitasse. Quibus auditis, omnis exercitus (vt fas fuit) summa alacritate effusus est. In sacris deinde conuictuq; obseruari cœptũ: veluti in vno Mithridatis pectore, innumeri hostes extincti essent. Põpeius postq̃ vidit gestis & expeditioni suæ ferme ex insperato caput datum, confestim ex Arabia exercitũ mouit: statimq; medias egressus regiões ad Amisum peruenit: vbi munera q̃multa a Pharnace splendidius ornata accepit: multa etiam corpora ex regis assumpsit. Ipsum etiam Mithridatem apprehẽdi iussit defunctũ: & ex facie ipsa haud plane notum (latuerat quippe ministros illius cerebrum liquefactũ fuisse.) Ab exploratoribus tñ ex cicatricibus plene præcognitus. Ipse vero Pompeius illũ minime intueri tolerauit, scelus abominãs: defunctũ ad Sinopem misit. Quã vero portabat vestẽ, armorũq; magnitudinẽ: splẽdoreq; admiratus est. Gladii thecam quadringentoq; impensa talentorum instructã Publius furatus, eam Ariarithi vẽndidit. Cidarim Caius Mithridatis cõmensalis dam Fausto Syllæ filio petenti dedit. Erat hæc admirãdi & incredibilis operis. Hæc tũ Põpeium latuere, a Pharnace vero postea cõperta re, qui hæc abstulerunt pœnis affecti. Põpeius rebus illic cõpositis pacatisq; iter sumpsit: festos cõtinuo agẽs dies, ad Mytilenẽ profectus, Theophanis gratia ciuitatẽ liberat: ibiq; scẽnicos poetas insp exit: iã tum ipsius gesta materiã habentes. Hic Theatri formã admiratus, eius similitudinẽ, typũq; stilo expressit, persimile Romæ cõditurus: licet maius atq; speciosius. Quũ Rhodi adesset, professores liberaliũ omnes audire curauit: & præceptori cuiq; talẽtũ dono dedit. Hinc Posidonius philosophus ad Hermagoram oratorẽ scripsit: Põpeium se audiuisse: singulaq; virille narrauit: quæ tum in ea cõuentione quæsita fuere. Eadẽ in Athenis circa philosophos egit. Inde ad ornatum vrbisq; eius architecturã quinquaginta talentis dimissis, in Italiã festinat: sperans omniũ splẽdidissimus illã attingere: sed quod fieri solet plærũq;, inter præclara hominũ gesta: vt fortuna semper infaustum quiddam afferre curet: id iãdiu præparatum fuerat ad illius reditum tristius agendum. Mutia enim post Pompeii absessum ignominia domũ turbauit: Põpeiusq; dum in remotis ageret, id neglexit: sed Italiã quum iam attingeret: impensiori cura rumori insistens, q; (vt opinãdum est) causam magis apprehendit: repudium illi dedit: neq; tũc neq; postea cur eã repudiasset fassus. Huius tamen rei causa apud epistolas Ciceronis patet. Cæteq; de reditu Pompeii varii rumores vrbẽ compleuere: tumultusq; hinc non paruus exortus: q; ducturus hic in vrbem esset exercitum: & monarchia extẽplo ineunda. Crassus etiam liberis pecuniisq; ad se receptis ab vrbe abiit: seu vero compulsus metu: seu (vt magis creditum est) ad prætendum rumori & obtrectationi fidẽ: inuidiãq; in. Põpeium exasperandam. Põpeius autem Italiam ingressus, militibus ad concionẽ vocatis, quum eos ornasset laudibus, rei accõmodata loquutus, per ciuitates ac municipia disiungi iussit: & ad propria quẽq; verti: admonens tamen triumpho omnes cõuenire. Sic ergo soluto exercitu, admiratio omnium animos oppleuit. Ex quo quũ viderent vrbes Põpeiũ Magnum armis positis cum paruo proximorũ suorum comitatu prodeũtem, nec expeditionem eam præferentẽ, beniuolentia effusæ eum maioribus copiis Romã assequutę sunt: enixius paratæ: seu mouere bellum ipse cuperet, seu rebus studeret innouandis. Ex lege deinde quũ cautum esset: ne minem ducẽ ante triumphum vrbem ingredi: ad senatũ oratũ mittit: vti cõsularia comitia differ-

Horti Demetrii.

Suggestus quomodo fieret. Pharnax.

Corpus Mithridatis defuncti. Gladii Mithridatis. theca pretiosa. Cidaris.

Theatrum Mytileneũ.

Põpeii liberalitas in professores.

Mutia repudiatur a Pompeio.

Lege cautũ ne quis dux ante triumphum vrbẽ ingrederet.

rentur: vt liceat præsenti sibi cum Pisone comitia inire. Cui rei quũ obstitisset Cato: Pompeius animis frustratus est. Admiratus autẽ Catonis audaciã atq; constãtiã, quibus manifeste æquitatis gratia vsus ille fuerat, ipsum sibi affinitate cõiungere curauit. E sorore ergo Catõis quũ esset geminę sibi alterã, filioq; alterã vxorẽ postulat. Sed Catone rẽ sus|pectã habẽte, veluti perditionis suæ materiã, q; illius affinitas dolo cõpararet, coniunx solorq; id grauiter tulere: Põpeiũ magnũ affinẽ haud
Affranius. repellendũ aientes. Inter hæc optauit Pompeius ad consulatũ Affraniũ prouehere. Vnde pro inclinãdis suffragiis, argẽtũ cẽturiis impẽsum est: idq; suscepisse eos, qui tũ ipsius Pompeii hortos ingressi essent, cognitũ est. Itaq; quũ res hæ passim vulgarẽtur: in Pompeium obloqui cœptũ: q; am
Triũphus Pompeii. plissimũ eam magistratũ, in quo tot strenua egisset: venalem illis instituere t, qui virtute assequi eũ non possent. Hæc Cato mulieribus refert: ostenditq; in quã incidissent contumeliã, si cum Pompe|io affinitatem inissent: quibus auditis petiuere veniã: plane salubribus Catonis fuisse cõsiliũ fatẽtur. Cęterq; triũpho, licet eum in binos dies partitus esset, non satisfecit tempus: sed apparatuũ tot in eo prætermissa sunt: quot alteri triũpho sat fuissent præ illorum dignitate ornatuq;. Ex prænotatis autem literis clare cognoscere erat, ex quo genere gẽtiũ triũpharet. Erãt quippe regiones hæ: Põtus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia. Præterea hi q; circa Phœniciam & Palęstinã incolunt, Iudæi, Arabes: Piratarq; etiam quot|quot genera terra mariq; debellata erãt. Inter hæc notabãtur castella haud pauciora q̃mille capta: ciuitates ferme noningentæ: piraticæ naues octingentæ: Vrbes præsidiis Romanis firmatas esse vndequadraginta. His quoq; addebat vniuersa Romanæ vrbis tributa ante id bellũ quinquagies decies centena milia fuisse: cum his vero quæ populo Romano ipse quęsiuit, octuagies & quinges decies centena milia. In ærariũ pręterea vasa: aurq; argentũq; signatũ ad viginti milia talẽtorq;: præter quæ militibus diuisa sunt. quorq; qui minus accepit, mille & qngentos æreos tulit. Captiui post principes piratarq; in triũpho ducti: Tigranis Armenii filius cum vxore filiaq; ipsius regis: Tigranis Cosmiæ coniunx: Rex Iudęorq; Arist obolus: Mithridatis soror cum liberis quinq;: Scythaq; quoq; q̃multę mulieres: Albanorq; & Iberorq; ac regis Comagenorũ obsides ducti. Trophęa quoq; q̃plura notata: omnia prędiorq; munera ęqua: quę aut se duce aut per legatos adeptus erat. Maximũ verO ac splendidissimũ fuit: & qđ Romanorq; nemini hactenus obtigit: q; trinum e trina vniuersi orPõpeius trinũ e trina vniuersi orbis parte triũphũ duxit. bis parte triũphũ duxit. Nã licet tres ex hac vna parte antea triũphauerint: ipse tñ primũ ex Aphrica: secundũ ex Europa, tertiũ hunc vltimũ ex Asia ducẽs triũphum, quodammodo visus est ex vniuerso ambitu orbis triũphasse. Eius tum ætatem, qui ipsum Alexandro persimilem dicunt, cumq; illi in omnibus æquare inuitunt: nondũ quatuor & triginta annorq; fuisse tradunt. Sed qđ est verus, quadragesimũ tum attingebat annũ. O q̃ ipsi fatius: si quousq; Alexãdri fortunã nactus fuit: vita excessisset. Vlterior enim ætas felicitates ipsi inuidas, & clades quoq; intolerandas attulit. Quam enim potentiam ex eius virtute digne cõparauerat, hac iniquius in alios vtens, quãtum virium illis ipsis addebat: tm̃ glorię sibi abstulit. vnde insciis robore ac magnitudine sua clã repulsus. Quẽadmodũ enim quũ validissimæ ac munitissimæ ciuitatum partes hostes admittunt: adiiciunt hosti
Põpeii ad uersę fortunę primę causæ. robur: sic ex Põpeii potentia elatus Cæsar, his armis quibus in cæteros vtebatur: eisdem Põpeium authorem euertit. Res nãq; sic acta est. Lucullus ex Asia quum rediisset: a Põpeio per contumeliã habitus: a senatu splẽdide exceptus est. Qui deinde ab optimis monitus Põpeio etiã prędente animũ ad rẽpu. iniecit. huius enim robur ac natura ipsa iamiã obtũdi: fugereq; negotia: inerti otio opũq; delitiis dedita. Quum aurem Põpeium inquietare cœpisset: & recta in eum versus: acta quæ. Põpeius resciderat: sanciri obtinuisset: Catone secum in senatu certante: reiectus Pompeius cõfugere ad
Clodi⁹ trib. pl. audaciss imus & detestandus. tribunos plebis coactus est: & sese adolescentibus addere. Horum in primis detestandus: & omnium audacissimus erat Clodius: qui Põpeio suscepto, eum plebi subiecit. Inde per medium forum eum habens iuxta sese: prętereq; dignitatem ipsum circũducens, in suffragiis eo vtebatur: & in gratia blandimentisq; plebis. mercedem etiam ab ipso expostulauit: veluti non ex probris, sed exbeneficiis Pompeius obnoxius illi foret. Solutum id postea pretium est: quum Pompeius Ciceronem virum sibi amicum atq; beniuolum, & qui plurima Põpeii arbitrio in repu. gesserat: neglexit. Quũ enim Cicero extremo in periculo Põpeii oraret auxilium: ille Ciceronem coram venire haud passus est: sed vestibulo accedenti clauso: ipse postico egressus clam est. Inde Cicero iudicii metu in exilium abiit. Inter hęc Cęsar militia functus repu. sese ingessit. Vnde hic rerum status tum beniuolentiam maximam: & in posterum potentiam permagnam ei attulit: Pompeium vero maxime oppressit. Consulatum deinde Cæsar petit. Qui animaduertens Pompeii Crassiq; contentiones: q; si alteri ipsum amicitia iungeretur: alteri inimicus fieret: ad amborum conciliationem vertitur: opus alias pulchrum ciuileq; sed ex vili causa compositoq; dolo patrarum. Vrbis enim potenCęsar cõsul tia quemadmodum in cymba: cuius onera vtrinq; æquata sint: in vnum congesta vnaq; facta, robur omne ciuitatis: qđ in diuersis altercationibus scindebatur: Cæsari addidit. Ex quo Cato in ciuili postea bello inter Cæsarem & Pompeium conflato: falli eos dicebat: qui horum discordias dicerẽt causam euersionis rep. esse. Nõ enim illorq; seditionẽ, nõ illorũ inimicitiã, sed illorum concilia-

tionē atq; concordiā primū & maximū hoc ciuile malū vrbi peperisse. Cęter⁹ Cęsar cōsul designatus, cō̄stim ad pacādos inopū & egenor⁹ animos cōuersus, de deducēdis coloniis, agriſq; diuidū/dis rogationē tulit: egrediens quodāmodo magistratus dignitatē: & ad tribunatū consulatum du/cens. Cui rei quū collega Bibulus obsisteret: & Cato in suffragiis validissime cum Bibulo sentiret: Cæsar manifeste ad rostra Pompeiū produxit: ibiq; eum appellans, ab ipso quæsiuit, an legē pba/ret. Annuente Pompeio, quid inquit Cęsar, siquis aduersus promulgationē vim afferat, nōne ad plebem auxilium laturus accedes? Accedā equidē ait: & aduersus eos qui cum ensibus vobis mini/tentur, ensem & clypeum feram. Hoc dicto, Pompeius vsq; in eam diem neq; acerbius quicq̄ dixis/se, neq; feciſse visus est. Vnde eius beniuoli purgare eum parati, verbum illud aiebāt ex īprouiso Pō/peium effudisse. Post hæc tamen manifeste cognitus est oīno in repu. se tradidisse Cæsari. Iuliā etiā Cæsaris natam Scipioni pactā, iamq; nuptui dicendam, id minime sperans, post dies paucos Pō/peius vxorem duxit. & ad pacandam Scipionis iracūdiam, filiam Fausto Syllæ filio antea locatā, ipsi tradidit. Ipse vero Cæsar Calpurniā duxit Pisonis filiam. Ex hoc tpe Pōpeius repleta vrbe mili/tibus, rem omnē vi tenuit. Discedente in foꝝ Bibulo cū consularibus insignibus. Lucullo ac Cato/ne comitantibus, irruentes hi desup fasces illi effregere. Ex his etiam aliquis fimi cophinū in verti/cem & ora Bibuli iecit. Duo præterea tribuni, qui comitādo præcesserant consules, saucii. Sic ergo ab his foro deserto, atq; ab aliis qui legem impugnaturi erant, de diuidendis agris promulgatum est. Ex qbus animi plebis illecti, ad omnia illorum gesta quiescere: nihilq; animo obuersari cœptū: sed silentio rogationes quasq; perferre: sentētiisq; annuere. Acta ergo quibus Lucullus in Pompeiū altercabatur rescissa. Decreta Cæsari vtraq; Gallia cū illyricis ad quinquennium, in prouinciā ces/sit, cum quatuor legionibus. Creati in proximū annum consules sunt: Piso Cæsaris socer, ac Ga/binius vir inter oēs Pompeii adulator egregius. His perfectis Bibulus se domi claudens, octo men/sibus consulatus curam omisit: literas vero dabat, obtrectans criminansq; Cæsarem Pompeiūq;. Cato veluti veris admonitus somniis, & diuinatione certa, imminentē vrbi atq; Pompeio cladē predicere in senatu. Lucullus curis fessus quietē agere, veluti reipu. ineptus ciuis. Ex quo id a Pom/peio manauit: cōmodius esse seni delitiis obuersari: q̄ reip. administrationi. Extēplo tamen & ipse amore sponsæ lenitus, nuptæ q̄maxime cessit: in agris hortisq; cum ea victitans: neglecto foro & reip. cura. Vnde Clodius tum tribunus plebis audacissimus, intentus rebus, illum omittit, quum enim eiecisset vrbe Ciceronē: & Catonē captata præfecturæ materia: in Cyprum destinasset: Cæ/sarēq; expeditionē in prouinciā agentē videret: plebēq; in oibus haberet obsequentē: quū in eius gratiam suo in magistratu studuisset: extēplo quædā ipsius Pompeii acta rescindere conatur. Qua in re Tigranē quē vinculis diripuerat, comitē habeat. Beniuolis præterea quibusdā Pōpeii crimē iniicit: in ipsis Pompeii potentiā experiri volens. Demū quū Pompeius defensioni cuidā forte ades/set: Clodius sceleratorū & impudicorū hominum multitudine septus, in edito loco se collocat: de inde sic rogat: Quis imperator impudicitia laborat? Quis vir virum quærit? Quis vno digito ca/put scalpit? Ad quæ illi veluti chorus quidā cum plausu, discutiente Clodio togam, ad vnūquodq; magno clamore, Pompeius, respondent. Hæc ingenti mœstitia Pompeium afficiunt: insolitū ma/le de se audire: & huiuscemodi pugnæ inexpertum. Tristabatur etiā magis: q; senatum nouerat hac in causa cōtumelia lætatū: Ciceronianæ proditionis pœnas exprobrantē. Hinc quū in foro pla/gas vsq; ad vulnera prodisse contigeret: & quidā ex domesticis Clodii, turba summota, se ad Pō/peium tulisset: gladiū a circunstantibus inferre cognitus: Pōpeius quousq; Clodius magistratū eū gessit, in forū haud ingressus est. Causam absentiæ Pōpeius hāc ferebat. Sed Clodii iurgia & obtre/ctationes, certior erant (vt fertur) testis: vt Pompeius in publicū nō prodiret. Domi ergo se conti/nens, cum amicis consultabat, qua ratione iracundiā senatus posset exuere. Dicēte Culleone Iuliā dimittendā esse, & ab amicitia Cæsaris ad senatū redeundū, non acquieuit. His vero qui censebāt Ciceronē ab exilio reuocandū, q; vir esset Clodio inimicissimus, senatuiq; pergratus, annuit. Vn/de Ciceronis fratrē quū in medio foro mágna manu produxisset: cæsis ibi qbusdā, nōnullisq; sauci/is, Clodiū superauit. Quare Cicero ex. S.C. rediit, qui cōfestim Pōpeio senatū cōciliauit: quiue dein de pro lege orās frumētaria, quodāmodo iteꝝ oīs terræ omnisq; pelagi populo Romano subiecti potestatē Pōpeio integrā dedit. Ea. n. lege portus oēs, negotiatorq; cōuentus, frugū dispēsationes: & vnico noie oīa nautica, atq; terrestria Pōpeio subdita. Clodius legē hāc a senatu prodisse ob anno/næ caritatē, aiebat: sed angustiā annonę emanasse: vt lex promulgaret: veluti nō ferēte Pōpeio po/tētiā suā extingui: sed ex nouo quodā magistratu excitare eā sp q̄rītāte. Alii dicūt hoc cōsulē Spinte/rē machinatū esse: conantē ad magistratū pmouere Pōpeiū: vt ipse ad regē Ptolemæū auxilio mit/teretur. Verū Canidius rogationē ad tribunos ple. tulit: vti Pompeius sine exerciru cū gemino li/ctore ad Ptolemæū cū Alexādrinis cōciliandū destinaretur. Cui rei Pompeius non grauiter hæsisse visus: sed senatus id omisit: causa honeste reddita: q; viro timeret. Cęterū in senatu & apud forum proiectę quædā literę repertę sunt: qbus notabatur: Ptolemęū orare: vti p Spintere Pōpeius dux ad se mitteret. Timagnes vero Ptolemęū sponte inquit fugisse & reliqsse Ægyptum Theophanis

Bibulus cō/sul.

Iuliā Pōpe/ius ducit vxorem. Calpurnia.

Lex de agris diuidendis lata a cęsar/ Piso & Ga/binius cōsu/les creati.

Clodius in/ Pompeiū inuectus

Culleo.

Spinter cō/sul. Canidii ro/gatio.

ſuaſu: qui materiã quærebat: vt ſenatus Pompeium cũ exercitu eo deſtinaret: noua belládi cauſa p/quiſita. Sed hoc ipſe aſtus Theophanis non tam credibile fecit: quãtũ natura ipſa Pompeii incre/dibile: qui ambitionẽ non tam vafram, neq; tam ſeruilem habebat. Deſignatus itaq; Pompeius rei frumentariæ dux, diuerſa in loca legatos amicoſq; mittit. In Siciliam ipſe atq; Sardiniã deinde in Aphricam nauigans, vim permagnã fruméti apparauit. Repetiturus Romã, quũ mare procellis infeſtaretur: & gubernatores ſe alto cõmitteretimerẽt: primus nauem ingreſſus ancoram ſoluit iuſ/ſit: clamitans nauigare eſt neceſſe: viuere neceſſe non eſt. Hac audacia & animo vſus læta cum for/tuna omne forum frumento, & omne mare nauibus impleuit. vnde & cęteris extra vrbem incolen/tibus hic apparatus ſuperabundans etiam fuit: veluti e fonte quodã immenſa frumenti copia ma/naſſet. Inter hæc res gallica maxime Cæſarẽ extulit: qui in remotiſſimis locis quũ eſſet: & bellũ ad/uerſus Belgas Británoſq; cõſereret: ob dignitatẽ & humanitatẽ ſuã non animaduertẽte Pompeio: apud populum grauiſſimaq; etiam reipu. rerum curam gerebat. Corpore quidẽ circa rem militarẽ non aduerſus Barbaros, ſed veluti venator in agonibus ſe frui videbatur: & ſeſe inexpugnabilẽ ti/mendũq; præparare. Aurum præterea, argentũq;, ſpolia, cæteraſq; diuitias ex hoſtibus partas (tan/ta horum aderat copia) magno in numero Romã miſit. Horum deinde largitionibus animos ci/uium tentans, ædilibuſq; ad ſpectacula tribuẽs, prætoribus quoq; atq; conſulibus eorũq; donans vxoribus: multos ſibi allexit. Quare in reditu ſuperatis Alpibus, quũ apud ciuitatẽ Lucanã hyber/naret, omniũ virorũ & matronarũ magnũ numerũ eo acceſſiſſe memorant: cũ plauſu lætitiaq; ingẽ/ti ſeſe offerentiũ. Cõſulares viri eo profecti ſunt ducenti: inter quos Põpeius & Craſſus fuere. Pro/conſulũ quoq; ac prętorũ centum & viginti faſces ante Cæſaris fores inſpecti. Alios qppe oẽs ſpe/doniſq; repletos Cæſar dimiſit: cũ Craſſo autẽ atq; Põpeio fœdus initum: vti petant ipſi conſulatũ Cæſarq; eis auxilio ſit: ad ſuffragia frequentes mitẽs milites. Deinde quũ declarati cõſules fuiſſent: vt extemplo prouincias exercituſq; decernerent: Cæſariq; Gallias in aliud obſignarent quinquẽ/nium. Hæc quum vulgarentur, grauiter ab optimis habita. Ex quo Marcellinus magna in populi frequentia ambos coram interrogat: an conſulatũ proximis in comitiis petituri eſſent. Cui quum a pleriſq; reſpondere iuberentur: prior inquit Pompeius, ſe forte petiturũ, aut non. Craſſus mitius re/ſpondiſſe fertur, inquit enim ſe factuꝝ: qđ in vſu reip. fore exiſtimaret. Marcellinus itaq; quũ nõ eſſet æquo in Pompeium animo: ſed vehemens obtrectator fieret: q; minus grate reſpõſum ſibi fu/iſſe videbatur: omniũ inquit Pompeius Marcellinũ iniuſtiſſimũ eſſe: gratiã non habet: q; ex muto eloquens factus ſit: & ex famelico crapulam exhalans. Cæteris deinde a petitione conſulatus abſi/ſtentibus. L. Domitium Cato exhortatus eſt, ne cederet. Non enim pro magiſtratu aiebat, ſed pro libertate publica cum tyrannis eſſe certamen. Vnde Põpeii fautores hunc Catonis tonum extime/ſcentes: & ne omnis Senatus illi inclinaretur: plebiſq; immutarẽtur animi: nõ permiſere Domitiũ in forum deſcẽdere: ſed viros armis munitos mitrẽtes ipſi obuiam, Melitum qui cũ lampade præ/bat, trucidauerunt: alioſq; verterunt in fugã. Cato fugientiũ vltimus, dextrũ cubitũ ſaucius abut: victus dum Domitium palam vindicat. Hac igitur via dominationẽ aggreſſi, non honeſtius cæ/tera adminiſtrarunt. Sed primũ quũ Catoni prætura populus decerneret: ſententiaq; proferret: Põ/peius incuſatis auguriis concionẽ dimiſit. Antiam poſtea & Vatinium corruptis largitione centu/riis elegerunt. Deinde tribuno plebis Trebonio rogationẽ tulere: vti Cæſari (hoc enim ei ex priua/to fœdere debebant) ſecundũ quinquẽnium in gallias decerneret: Craſſo Syria & expeditio in Par/thos: ipſi Põpeio Aphrica & vtraq; Iberia cũ quatuor legionibus. Quibus peractis, Pompeius ex his legionibus petenti & oranti Cæſari duas ad bellum gallicũ conceſſit. Craſſus conſulatu dimiſ/ſo, in prouinciam profectus eſt. Põpeius cõſtructo theatro: gymnaſia alia atq; alia: ſed in eius con/ſecratione muſicũ exhibuit: venatiões prętcrea: quibus quingenti leones cæſi: elephantes deinde: horrẽdum quippe dirũq; ſpectaculũ. Ex his iterum in admirationẽ populi atq; beniuolẽtiã ductus permagnã in ſe cõflauit inuidiam: q; veteribus amicis militiã prouinciaſq; decernẽs, ipſe per amœ/na Italiæ loca tũ hic tũ ibi vxori cedebat. Non enim ſiue amãs ſiue amatus diſiungi patiebat. Hoc quippe ferebatur: vulgatũq; erat: ſponſam virum prænimium amare: quę immature catere eo neq; bat. Sed huius cauſa fuiſſe videtur viri cõtinentia: qui non niſi illi admiſceretur: modeſtia etiam cõ ſuetudinis domeſticæ: res quippe pergrata, & qua mulierum genus maxime oblectatur. Continen/tiæ vero credẽdum erat: ni Flora ipſa ſcortum periurio criminetur. Ferrus comitialibus ludis, quũ ſaucii quidã cęſiq; nonnulli ad Pompeium veniſſent: eumq; ſanguinis contactu cruentaſſent: ve/ſtem mutandã petiiſſe. Qua in re quum tumultus ſeruoꝝ illam portantium, curſuſq; permagnus fieret: ſponſa quæ tũ erat grauida, toga inſpecta cruenta, collapſa ſemianimis eſt: vixq; id tulit. Ex hac turbatione metuq; immature ferunt partũ editum. Qui ergo Cæſaris atq; Pompeii amicitiã querebantur, mulieris amorẽ maxime incuſabant. Iterum ea grauida facta fœminam peperit: atq; e dolore pariendi mortem obiit. Nata etiam nõ multos poſt dies matrem ſequuta. Pompeius quũ coniugem apud Albanum tumulare appararet: a plebe coactus in campum Martium funus extu/lit: in quo magis ſponſæ miſeratio cognita eſt, q; Cæſaris, ſeu Pompeii gratia. Verum ex duobus

his magis

Cæſari obuiã e gallia redeũti du cẽti viri cõ ſulares ſalu taturi pro/ceſſerunt. Marcellin⁹.

Melitus in/terficitur. Cato ſau ciatur. Antias. Vatinius. Trebonius trib. pleb. Diuiſio ipe/rii iter cęſa rẽ: Põpeiũ: & Craſſum. põpeius qn gentos leo nes exhibu it. Iuliæ mi/rus amor i Põpeiũ ma ritum.

Iuliæ inte ritus.

his magis absenti Cęsari, q̃ pręsenti Pompeio honores tribui visum est Cõfestim enĩ tumultuari ciuitas cœpit: resq; oẽs in sano discordiq; sermone versari: veluti hactenus magis occuluisset ingenium, q̃ extinxisset, virorũ horũ affinitas. Non multum deinde post Crassi clades apud Parthos accepta Romæ nuntiatur. Is quippe quũ magnus esset ob ex belli intestini, defunctus viris frena laxauit. Ambo enĩ eum timuerant, eoq; viuente gsq; viro insidebat, vt vero fortuna obstaculum illud certaminis abstulit, extẽplo (vt ingt comicus) alter in alterũ vngitur: & in arena manus fricat. tam parũ fortuna humanę naturę cõfert. Ea enĩ nihil cupiditatẽ implet: vbi tãta imperii amplitudo diuersarũq; magnitudo nationũ locorũq; duobus sat nõ est viris. Audiẽtes legẽtesq; oĩa abeis tripartita quõdam fuisse: ac vnũquẽq; sua sortitũ acquieuisse: Romanũ imperiũ sibi nõ sufficere arbitrati sunt. Atq; Pompeius p concione ingebat: magistratũ oẽm se antea assequutum q̃ speraui sset: eumq; deposuisse citius q̃ speratũ esset. Et Hercule certissimũ sibi testimoniũ erant exercitum dimissiones. Quũ vero Cæsar copias dimissurus nõ videretur: quærebat Põpeius publicis magistratibus aduersus Cæsarẽ se munire: aliud nihil tñ innouabat: volẽs oĩno nõ credere: sed dispicere magis ea negligereq;. Cęteq; vrbilata comitia sunt, ciuibus largitione corruptis: Pompeiusq; interregnũ despexit: rumor extẽplo ad dictatorẽ exortus in vrbe est. Hunc Lucilius tribunus plebis primũ efferre est ausus: plebi suadẽs, vti Pompeium dictatorem declararẽt. Verũ quũ his obsisteret Cato: Lucilius fere se tribunatu abdicare coactus est. Pompeiũ tum amicorũ multi excusauere: q; magistratũ illũ nõ quæsiuisset: p eo nil obsecrauisset: eũq; haud voluisset. Quæ quũ laudauisset Cato: Pompeiũ exhortatus est, ad reip. curã recapessendã. Ob quæ veritus Catonẽ ille, ad priorem ornatum vrbis versus est: creatiq; cõsules sunt Domitius ac Messala. Sed quum postea res ad interregnũ rediisset: fermoneq; multi de dictatore iterum excitarent: vim extimescens Cato censuit legitimũ quẽdam magistratũ Pompeio dandũ: & impuram illã dictatoris potẽtiã atq; tyrãnidẽ abolẽdam. Qua in re Bibulus Pompeio inimicus prior in senatu rogationẽ tulit: vt vnicus consul Pompeius decerneretur. Aut enim ingt resp. ab instante turbine salua fiet: aut optimo parendũ erit. Hæc sentẽtia quũ ppter oratorẽ monstrosa videret, surgẽs Cato, expectationẽ prębẽs q; Bibulo cõtradicturus esset, silẽtio acto, eidẽ innixus est: a sese illã inquiẽs minime afferẽdã fuisse: sed ab alio illatã cõprobare: iuberecq; in ipsam iri: quẽcũq; magistratũ magis eligẽs, q̃ neminẽ: Põpeiũ q; existimãs ea tẽpestate salubrius q̃ aliũ esse pręfectus. Quo a senatu suscepto, decretũ est: vti Põpeius cõsul creatus solus magistratũ gerat: ficq; collega opus esset, nõ ante duos mẽses experimẽto doctus collegã sumeret. Sic ergo p Sulpitiũ interregẽ Põpeius cõsul fact⁹, Catonẽ grata beniuolẽtia salutat: gratias se illi habere fassus: eũq; orauit, vti priuatim in eo magistratu cõsilii curam secũ gereret. Sed Cato Põpeium gratias sibi habere haud dignũ existimauit. ob eũ enĩ nihil se dixisse respondit, sed ob reip. causam. Priuatim vero rogatus cõsultor fieri, et si minime id rogeẽ, publice se dicturum ingt: quę in rẽp. fore iudicauerit. Huiusce modi in oĩbus erat Cato. Põpeius in vrbẽ pfectus, Corneliã Metelli Scipionis filiã duxit: nõ virginem sed viduam: nupertime relictam a Publio Crassi filio: qui apud Parthos defunctus eam virginẽ duxerat. Aderant quippe puellæ, præter etiã formositatẽ, multę amoris gratię. Circa enim literas pulchre perita: circa fides: circa geometrica: pręterea consueuerat philosophicis sese saluberrime pbere. Mores deinde oĩ fastu & importunitate mundi. quæ duo iunioribus obuersari fœminis solẽt: in easdẽ disciplinas ductis. Pater & genere & gloria haud pudendus. Id tñ cõiugiũ, quia incõgruũ ętate videbat, multi improbauere. filio enĩ Põpeii illã fore magis copulãdã ea ætas admonebat. Honestiores vero ciues rẽ romanã tũ pcellis vectãa Põpeio despici aiebãt: quẽ populus liberatorẽ vrbis cõstituerat: eũq; vnicũ ei curę pręferat. Sed ipse sertis (ingebant) coronatur: nuptiasq; celebrat: quũ cõsulatũ ipsum rẽ infortunatã sibi fore existimare deberet: q; haud sibi ita pter legẽ mãdatus esset, si floruisset patria. Cęteq; quũ in reos ambitus ac ex largitione corruptos psideret, leges scribens per quas iudicia ferebant, in cęteris se honestũ integrũq; seruauit: pręsidiũ ornatũq; simul, quietẽq; in curia, suo cõsensu suisq; armis pbẽs: in Scipiõe tm̃ socero, qui tũ dãnari videbat, crimẽ nõ effugit. apud enĩ sese sexaginta ac trecẽtis iudicibus domi cõuocatis auxiliũ illi attulit. Quare accusator ab rei impetitione destitit: quũ Scipionẽ vidisset medio in foro a iudicibus pcomitatũ. Iteq; & male de se Põpeius audiuit: q; quũ leges statuisset: ne p reis laudes fierẽt: ipse ad iudices ingressus est, Plãcum laudaturus. In quo Cato (erat enĩ ex iudicũ numero) aures manibus obstrues, nõ velle ingt sese habere laudes, præter legẽ auditurq;. vnde Cato prius q̃ sentẽtiã ferret, eiectus est. Plancus tñ iudicũ sententiis est damnatus: nõ fine Põpeii rubore. Post paucos etiã dies Hypseus vir cõsularis iudiciũ virãs, cognito Põpeium ad cœnã lotũ pficisci, eius genibus accubuit: eũq; obsecrare cœpit. Sed Pompeius cũ fastu eum pręteriit: illum ingens cœnam sibi disperdere: aliudq; cõclusit nihil. Sic ergo iniqor esse visus, pbris laceratus est. Cætera autẽ oĩa ordine cõposuit: collegãq; sibi socerũ ad reliquos quinq; mẽses delegit. Deinde decreto senatus puinciæ sibi in aliud quadriennĩũ datæ milleq; talẽta quotannis sumere: qbus exercitũ teneat, alataq;. Quibus cognitis, amici Cęsaris dignũ existimauere, & de Cæsare rationem habendam esse: qui pro Romano imperio tot bella tractabat. Aut enim di-

Põpeii apparatus in Cęsarem. Lucili⁹ trib. plebis.

Domitius. ac Messala consules

Põpeius cõsul solus.

Cornelia a Pompeio ducta. Metellus Scipio.

Plancus.

gnum eum dicebant ſecundo potiri conſulatu: aut militię tempus ſibi progandum: ne dux alius ei ſuccedēs gloriam laborum ipſi auferret: ſed ipſe honoris præmia iniret. Circa id quū altercatio orta eſſet: Pompeius veluti ex beniuolētia pro Cęſare inuidiam eſſet excuſaturus, ſe literas habere a Cæſare inquit: quibus optabat ſucceſſorem: & ſe ab expeditione liberari. Ius tamen petēdi conſulatum dari ſibi licet abſenti, equū eſſe cenſere. His quū obſiſteret Cato, Catoniſq; factio: iuberēt q; Cęſarē dimiſſo exercitu priuatū accedere: atq; id demū cōmode obtinere poſſe: Pompeius nulla contētione facta, ſed veluti victus, ſuſpitionē de ſe maiorem prębuit: q; ægre in Cæſarem ſentiret. Miſit deinde pro legionibus quas Cæſari cōmodauerat: eas repetēs, rebus parthicis ſimulatis. Sed Cæſar licet noſſet, qbus ex cauſis milites repeterētur, ipſos remiſit grate ample; donatos. In ter hæc quū Pompeius apud vrbem Neapolim cum vitæ periculo elanguiſſet, cōualuit. Hinc Praxagoræ ſuaſu eius vrbis ciues ſacra pro ipſius ſalute duxerunt: quos quum imitarentur finitimi: & deinde quū res hæc ſic Italiam omnem ambiret: quæq; magna & quæq; parua ciuitas dies q̄plures feſtos egit. Præterea vndecunq; ſibi ſic obuiam proditum eſt: vt p numero nullus ſatis eſſet locus: ſed viæ, oppida, portus oēs, paſſim victimis ac libaminibus repleri. Multi pręterea ſertis ornati ſub lāpadibus eum ſuſcipere: flores in eū iacere: gradiētem q; vſq; comitari. Vnde ipſius cultū p fectūq; pulcherrimū ac ſplendidiſſimū ſpectaculū eſſe, inter alias belli cauſas: nō minimā fuiſſe ferunt. Subiit enim faſtus illi exuperans cum magnitudine ſimul lætitiæ omnem agendo; rationē Præterea felicitates geſtaq; ſemp turo in loco ponens, obq; id deſinēs cautior eſſe, in impurā audaciam contemptumq; incidit de Cæſaris viribus: q; non armis, non aliquo induſtrio opere ſibi opus foret: ſed multo facilius Cæſarem eſſet abſumpturus: q̄ eum antea ſublimauiſſet. His addebatur Appii reditus: qui legiones Cæſari conceſſas Pompeio e Gallia adduxerat. Is enim maxime res gallicas Cæſaris extenuauit: & in Cæſarem male dicacem exercuit linguam: ipſumq; Pompeium dicebat ſuarum virium nominiſq; ignarum eſſe: qui aliis armis in Cæſarē muniretur: quē eiſdem Cæſaris copiis perditurus erat: quū primū inſpiceretur. tū eſſe odium aiebat: qđ milites in Cæſarem ſeruabant: tantūq; eſſe deſideriū: qđ aduerſus Pompeium tenerēt. His ergo Pompeius elatus eſt: ac huiuſcemodi contēptus obingentē fiduciam ita plenior factus eſt: vt eos qui bellum extimuiſſent, eluderet. Quūq; dicerēt quidam ad inuaſionem Cæſaris ſe non videre, quibus viribus ſe Pompeius tueatur: ſubridēs vultuq; pfuſior, eos haud id curare admonuit. Quū enī inquit terrā Italiæ pede pulſabo, ſcatebūt pedeſtres equeſtreſq; copiæ. Sed Cæſar validius iamiam rebus imminebat: qui quū nōdum longe Italiam attigiſſet, ſedulo ad vrbē deſtinabat milites: vt comitiis adeſſent. Multos hic tum ciues pecuniis ſibi allexit: multos etiam primorum munere placauit. Inter quos Paulus cōſul, ob mille & quingenta talēta mutatus eſt: & Curio tribunus plebis a Cęſare ingenti ære alieno liberatus: ac. M. Antonius ob amicitiā Curionis eo; quæ Curio debebat particeps. Improbatus tum inter hæc Cæſar eſt: q; quū quis ex his q ab ipſo venerāt, ſtans iuxta ſenatum audiſſet: q; Cęſari progatio nō daret: manu enſis capulo pcuſſo, inquit: At hic dabit gladius. Hęc itaq; acta, apparatuſq; in hanc mētem inclinabātur: Curionis tamē ſententię preceſq; pro Cęſare magis populares videri. E duobus enim vnū æquū fore cenſebat: aut a Pōpeio repetendum exercitum: aut Cęſarē ab expeditione nō reuocādum. Aut enī priuatos iuxta eos ppeſſuros dicebat: aut æmulos in his quæ publice obtinent quieturos. Sed hic alterū inualidū facere moliens, quā timet potētiam geminat. Ad hęc quū conſul Marcellus prædonē appellaret Cęſarē: iuberetq; eum a ſenatu hoſtem iudicari: ni arma ponat: Curio comite Antonio ac Piſone ſenatum redarguere ſtatuit. Iuſſit enim eos q cenſerent Cæſarē tm̄ arma ponere, Pompeiūq; in magiſtratu eſſe, e loco tranſferri. & maior eo; numerus in alteram curię partē trāſlatus eſt. Poſt autē quū iuſſiſſet tranſferri eos: qui cēſerent ambos pro armis amouēdos: nulloq; eſſe in magiſtratu: p Pōpeio duo & viginti tm̄ ſenſere: Curioni vero oēs hęſiſſe viſi. Ex quo hic veluti victor ſplendidus ſęſuſq; ad plebē puectus eſt: atq; ab ea cū plauſu iniectuq; ſertoꝝ florūq; ſuſceptus. Pōpeius tum in ſenatu nō aderat. Exercituū enim ducibus vrbē ingredi haud mos fuit. Marcellus inter hæc ſurrexit: ſe ingens ſedēdo orationes nō audire. Deinde quū video, inqt, decem legiones iam Alpiū iuga exuperātes: vado & ipſe virū miſſurus, q pro patria eis obiiciatur. Hinc veſtes veluti publico in luctu mutauere: Marcellus aūt ad Pompeiū p forū graditur: ſenatu ſubſequēte: q coram illo cōſtitutus, iubeo te inqt Pompei patriā defendere: fruiq; præparatis copiis: & aliaq; delectum habere. Eadem dixit Lentulus: alter in pximū annū tum conſul deſignatus. Pōpeius inde quū cœpiſſet delectum agere, alii nō paruerunt: alii (& hi pauci) ſegni fragilique animo dictis acquieuerūt: pleriq; vero militiæ ſolutionē acclamare. Antonius enim Cæſaris epiſtolā inuito ſenatu apud plebē recitauit: affectus populari gratiæ accōmodatos cōtinētem. Orabat enī ambos, quinciis excedere: & exercitibus dimiſſis ſub plebe ambos conſtitui: plebiſq; iudicio ſubiici. Lentulus iam inito conſulatu ſenatū haud habebat: Ciceroq; nuper e Cilicia profectus, cōciliationē amborum agitabat: vt Cęſar Gallia decedēs, reliquo dimiſſo exercitu, cū duabus legionibus apud Illyricos alterum expectaret conſulatum. Quibus dedignante Pōpeio pſuaſi ſunt beniuoli Cęſaris alterā legionē etiā

Praxagoras. Sacra habita ob Pompeii ſalutē.

Appius.

Paul⁹ cōſul a Cęſare pecunia captus.

Curio trib. ple. p Cęſare intercedens.

Marcellus cōſul pdonem. Cęſarē appellabat.

Mos ducibus exercituū fuiſſe nō ingredi vrbem.

Lētul⁹ cōſ.

dimitti, sed aduersente Lentulo, iterūq; acclamāte Catone falli eos: Pōpeium decipi: cōcordię finis nemo datus. Dū hæc aguntur, nuntiatur Cæsarem Ariminū ciuitatē amplā Italiæ apprehendisse: ac palam cū omnibus copiis Romā impetere. Sed hoc falsum erat. proficiscebatur enī maiorē nō habens manū q̄ trecentorū equitū, & quinq; milium peditū. Alias enī copias quę trans alpes tum erant, non expectauerat: irruere extemplo turbatis rebus improuisiq; magis eligens: q̄ tps hosti p̄buisse ad pugnę apparatū. Ad fluuium igitur Rubiconē profectus, qui prouincię suę limes erat, silentio subsedit mente anceps. Secū enim voluebat magnitudinē audaciæ. Deinde veluti qui in vastam profunditatē a p̄cipitio se inducunt, animo mussans, & ad ingentē rem stupidus, quum ad adstantes versus, hoc solū grę ce exclamasset: Iacta alea. Sic exercitum traiicit. Huius rei rumor quū primū in vrbem irruisset: eāq; palam cōpleuisset: metus tumultusq; qualis nunq̄ antea terrorē passim iniecit. Patres extēplo ad Pōpeium delati: oēsq; magistratus simul concurrere adesseq;. Deinde interrogante Tullo de exercitu, deq; apparatu: & Pōpeio subtrepide aiente, a Cæsare profectos p̄ sto se habiturum: putareq; priorem delectum quem celere egerat, ad numerū fore triginta milium: exclamauit Tullus, elusisti nos Pōpei: legatosq; ad Cęsarem mitti cēsuit. Faonius vero ī cæteris homo haud improbandus, sed licētia atq; iurgiis q̄sępe conatus audaciam Catonis imitari, tum iussit Pompeium terrā pede pulsare: quas promiserat copias conuocantem. Quā intēperātiam Pompeius modestę tulit. Cato inde quū Pōpeium admoneret eorum quę in ipso initio de Cæsare sibi prædixerat: respondisse Pōpeius fertur: diuiniora illa fuisse quę Cato vaticinatus fuerat: sed mitius ab se peractum extitisse. Hinc Cato sentētiā dixit: vti Pōpeius dux imperatoria potestate deligeret: addens, huiusce modi virorum esse, magna efficere mala, eadēq; fugare. Hic aūt extemplo in Siciliā profectus est. Eam enim prouinciam ipse sortitus fuerat: aliorūq; quisq; vt sors dedit aliam sibi designatā petiuit. His ergo omni ferme Italia cōmota, quid agendum esset | cuiq; in dubio erat. Alii fuga Romam repetiuere: alii ab vrbe foras efferri: linquentes: vrbem tot procellis tanroq; turbine infectam: habentēq; quod in vsum foret, perfragile: qd vero euitādum validius: ducibusq; ipsis p difficile. Non enim fas erat metum soluere: neq; finebat quis rōne Pompeium vti: sed omnis qua perturbatione affectus fuerat, territus, aut mœstus, vel anxius, eadē illum opprimebat: eadēq; die diuersa innitebatur in consilia. De hostibus nil Pompeio audire certum erat: quū nuncuparent multi quæ casu perecepissent: deindeq; postea re aliter comperta: negaretur fides. Ergo quum statuisset huiusce turbationis certior fieri: omnes iubēs patres se sequi, prænonito q; qui remāsisset, vir Cæsaris existimaretur, vrbem circiter diluculum liquit. Consules tū nullis peractis sacris quēadmodū in bellos; auspiciis fas erat, effugerunt. Inter hæc ipsa pericula consideratus Pōpeius est magna virorum beniuolentia. Quū enim multi obtrectarent militiā, repertus nemo est, qui ducē odisset: sed certū erat plures eos eē qui Pōpeium linquere haud possent: q̄ qui ob libertatē tutandam fugerēt. Paucis inde diebus post, Cæsar Romæ quum castra admouisset, eam apprehendit. qui cęteris placide benigneq; pertractatis, vni tantū Metello tum tribuno plebis q; ex ærario Cæsarem assumere censum vetuisset, necem cōminatus est: minisq; addidit oratiōem etiam asperiorem. Inquit enim, non magis id sibi dictu q̄ factu graue. Ergo Metellum quum inde amoueri coegisset, capto pro opportunitate censu | Pompeium persequitur: eum ab Italia eiicere properans: anteq; ex Hispania copiæ illi coniungerētur. Pompeius aūt Brundusio suscepto, potitus classe, cōsules cōfestim traiicit: cūq; cōsulibus cohortes triginta Dyrrhachiū p̄mittit. Scipionē vero socerū, ac Cn. filium in Syriā misit ad classem cōstruendam. Ipse vallo Brundusii portas muniens, præterea in mœnibus instituens leuis armaturæ q̄multos milites, iubensq; Brūdusinos absq; metu domi esse, omnē interius ciuitatē effodit: vallauitq; : acutisq; fudib⁹ impleuit oēs ipsius vicos: p̄ter duos: p quos ipse ad mare descēdit. Tertia deinde die cæteram multitudinem in nauibus magno silētio locatam habuit: quo facto, murorum custodibus dato signo, quum eos accelerantes' susceperisset, extemplo cū omnibus nauigat. Cæsar cum derelicta ab hoste mœnia vidisset: fuga intellecta: parum ferme abfuit, quin ī fudes fossasq; præceps inferret. Sed rem aperientibus Brundusinis, Cæsar inspecta ciuitate, circūq; ambita, soluisse oēs inuenit: præter milites paucos: q cū duabus superfederant nauibus. Alii hunc Pōpeii absessum inter eius præclara rei militaris opera reponunt. Sed Cæsarē admiratio cepit: q Pompeius qui ciuitatē p̄munitam habebat, quiue copias expectabat ab Hispania, pelagiq; tū erat possessor, ita Italia relicta absessisset. Incusar & ipsum Cicero: q Themistoclis militiā magis imitatus esset: q̄ Periclis: quū res ipsius huius magis q̄ illius gestis simílitudinem agerēt. Inter hæc Cęsar, quoniam tempus aduersum extimescebat, studiosissima pacis opera ostendit. Capto quippe Numerio Pompeii beniuolo, Brundusium eum misit: rogans æquo in iure conciliari: sed Numerius cum Pōpeio abnauigauit. Cæsar igitur diebus sexaginta Italia absq; cæde potitus, de persequēdo hoste consultat: sed defectu classis mutatis animis, castra ad Hispaniam mouet: optans copias quæ illic Pompeio militabant, ad sese ducere. Dum hæc aguntur: magnæ vires Pompeio cōueniere. Vis enim maritima ferme inexpugnabilis affuit: quingente naues ad pugnam expeditæ: & in ampliori numero speculatorię liburneq; : equitum Romę ac Italię flos milia septem: non genere,

Ariminum captū a Cęsare.

Rubicon flu.

Faonius.

Trepidatio in vrbe maxima.

Pōpeius cū patrib⁹ vrbē reliquit.

Roma capitur a cęsare

Metellus trib. pleb.

Cęsar pōpeiū psęgtur.

Dyrrhachium.

Brūdusiū.

Numerius capitur.

Classis & exercitus pōpeii.

non opibus, non dignitate infimus: peditatum vero, ꝙ is ꝓmiscuus erat, & egebat exercitationis in Iberiam subsidens exercebat: nō quidem piger: sed veluti prima florēs iuuētute, gymnasiis frui.

Pōpeii virtus in re bellica.

Magnum ꝙppe tum erat ad aiorum fiduciam: Pompeiū Magnū aspicere duodesexaginta annos natum, pedites prio, deinde eqtes i armis exercere: nudareq; pstrenue ensem equo curreti vectum: conderecq; poportune: ptereain iaculatu non agilitatem tm̄, sed robur pro tpe ostentare: quem ex iunioribus pleriq; haud exuperabant. Ad ipsum cōfluxerunt & reges, & nationum principes: atq; a Roma tot primoq; : vt circa se numerus pfecti senatꝰ eēt. Accessit & Labeo Cæsare relicto: cū quo lōga frętꝰ amicitia i gallos militauerat. Deide & Bru. eiꝰ Bru. filius q i gallia cesus fuerat: vir qdē magnanimus, & q Pōpeio nil de accessu ꝓdixerat, anteaq; Pōpeiū nūq̄ salutauerat, ceu patris interfecto tē: ei tū ille sese subiecit: vt duci q ꝓ libertate patriæ arma sumpsisset. Cicero ēt licet aliter scripsisset, cēsuisset q; tū pudore est captꝰ: nō esse in eoq; numero qui pro patria se periculis obiiceēt. Delatus & Sestius huc est: homo ætate decrepitus: cui alterum in Macedonia crus mutilatum fuerat. Huic quum ipsum eluderent cæteri, riderētq;, Pompeius primo in cōspectu assurrexit: occurritq; magnū existimans sibi testimoniū fore: viros, præter ætatem virilesq;, pro libertate commune periculum cum ipso subire. Habito deinde senatu: & Catone sententiam dicente: quum statuissent neminē ciuem extra aciem interimēdum: neq; ciuitatem Romæ sociam diripiēdam: tum magis Pompeii partes amari cœpte. Quibus enim belli nullum cōmercium erat: vt ꝙ procul incolerēt: aut ꝙ ex eorum fragilitate negligerentur: hic cum animis, fauore, & oratione æquitati concertare: putantes deorum hominumq; hostem illum esse: qui cum volūtate Pompeium victorem esse non optaret: Nihiltamen minus & Cæsar beniuolum sese vincendo pbere: qui Pōpeii copias, quū in Hispania superauisset; captiuasq; duxisset: earū duces abire dimisit: militesq; sibi adiunxit. Deinde iterum alpibus exuperatis Italiam percurrens, ad Brundusium delatus est: quū iam dies breuissimi anni forent. Pelago hinc superato ipse ad Nericum mouit: Iubiūq; virum Pōpeio amicum captiuum hūs ad Pompeium mittit: eū prouocās vti in vnū ambo conueniant: tertia inde die copias oēs soluturi: amiciq; facti iureiurando obnoxii in Italiā redeant. Hęc Pompeius dolum itę esse existimauit: celerq; ad pelagus profectus, loca omnia oppidaq; apphēdit: quæ vel receptacula ad pedestres copias haberent: vel stationes aut signa quædam nautis essent. Vnde quocunq; spirante vento, aut frumentum, aut milites, aut pecunię Pompeio afferebātur. Cęsar interim terra mari q; locoq; angustiis oppressus, necessitate victus pugnam exoptabat. Hinc aggressus sæpius hostium munitiones, eosq; lacessens leuibus prælliis, plęraq; earū cepit. In his & obtigit: vt fere pessundatus Cęsar fuerit: omnēq; amiserit exercitum: Pompeio strenue certamen ingresso: ac vsq; oium fugam cum cęde duorum milium psequente. Qua in re quū vi irruere, aut cōgredi, aut nō timere nesciuisset Pompeius: Cęsar dixisse fertur: ea die victoriā apud hostem fuisse: si vincētem hostē habuisset. His itaq; Pompeii milites elati: rem omnem ferro decerni studebāt. Pōpeius Regibus, ducibus, vrbibusq; externis veluti confectum esset bellū nuntiauit: a periculo, autē pugnæ longe ab horrebat: putās & tempore & angustiis sese viros expugnaturum: viros armis inuictos: scutosq; annis q̄ multis simul vincere: & ad aliam militiam erroresq; ac mutationē, castrorūq; fossas, murorumq; erectiones ob senectam tardos, obq; id congredi manūq; cōserere celeres. Nihil minus paratumper antea Pompeius ad suos versus, vt manerent exhortatus est. Quum vero post pugnā Cęsar ob angustias cōmeatus castra mouisset: & per Tamanos Thessaliam peteret: Pompeianorum animi haud amplius contineri potuere: sed fugere Cęsarem clamantes, alii ipsum mox psequendum, alii in Italiā transeundum censebant. Seruos alii amicosq; Romam destinauere ad domos iuxta forum cōducendas: veluti cōfestim magistratus inituri. Voluntarii etiam multi Lesbum ad Corneliam nauigare: nūtiantes bellū finem habere. Illuc enim Pompeius ipsam sub destinauerat. Frequente vero senatu Affranius sententiā dixit: Italiam fore tenendam: eam enim esse maximū belli ꝓmium: statimq; his qui eam habuissent aiebat addi Siciliā, Sardiniam, Corsicā, Hispaniam Galliāq;: præterea oēs ipsius patriæ ꝑces plurimū ad Pōpeium ferri: manus ppemodum ad eum ptendētis: pulchrumq; nō esse eam despicere propulsatam: famulātemq; seruis: & tyrānorum adulatoribus. Ipse vero Pompeius non splēdoris sui existimabat Cæsarem fugiētem non psequi fortuna id dante: præter ea indignū iniquumq; censebat: Scipionem ꝛinquere: alios q; consulares viros circa Græciam ac Thessaliam confestim in potestatem Cæsaris venturos cum censu copiisq; permagnis. Romæ satis eos errare inquiebat: gremotissimis locis bellū pro ipsa gererent: vt quieta malorumq; expers libera vincentem expectaret. Hæc quum statuisset, Cęsarem psequitur: animi quidem certus pugnam nō inire: sed obsidione ambire hostem: propiusq; insequēdo eum angustiis cōmeatus cōterere. Hoc enī maxime sibi cōducere & alia ex causa putabat. Sermo enim inter equites sparsus erat: ꝙ cōfestim pfligato Cæsare decreuisset priuatus esse. Dicūt alii Pompeium huius rei metu nulla in re alicuius digna opera Catonis vsum fuisse: sed ꝙ in Cæsarem proficiscēs maritimi apparatus pfectum eum liquisset: trepidus ne Cæsare cæso, ab eo confestim cogeretur magistratum ponere. Quietus ergo quū hostes insequeretur: in crimine obtrectationeq; erat: ꝙ

Labeo. Brutus.

Cicero.

Sestius.

Iubius.

Cęsar pene pessundatꝰ.

non contra Cæsarē militiā duceret: sed in patriā senatūq; vt omni in tpe dux esset: & abesset nunq̄ ab his qui eū dominari optabāt: ac ministorum satellitūq; vsu. Domitius autē Barbus Agamēnonē eū & regē semp appellare solitus, inuidia ipsum purgebat. Phaonius ꝓterea nō minus infestus erat: vir summæ audaciæ & maledicaci lingua potēs: viri enim, acclamabat, hoc non licebit anno ficus in Tusculano carpere. Lucius ēt Affranius is qui in hispania copias amisit, proditionis haud intactus Pompeium tunc aspiciens pugnā detrectare: mirari se eos dicebat: qui eum incusabāt: cur ad institutorē prouinciaq; profecti nō pugnent. Hæc huiuscemodiq; alia multa oblocuti Pompeiū virū fama & pudore aduersus notos inferiorē vi cōpulere: vt optatibus & illorum spei obsequerēt: optimāq; suā rationē omitteret: qd nō vnicæ nauis gubernatori, nedum tot militum & copiarū amplissimæ potestatis ducī tolerandū fuerat: Hic qppe medicos qui nunq̄ cupiditati obsequerent, laudans, longiori ipsę militiæ cessit: veritus ne in salute mœstior fieret. Qua enim ratione diceret quis illos fuisse sospites: quū alii iamiam cōsulatus ac ꝓturas alii, ꝓ castra circūducti ambibāt? Scipioni ac Spinteri Domitioq; de pontificatu Cæsaris cōtentiones altercationesq; ac conciliabula erant: veluti aduersus sese Tigranes Armenius, aut Nabatheoq; Rex militaret: non Cæsar ipse: Cæsariq; illius copiæ: cū qbus mille vrbes vi cepit: regionesq; trecētas subegit: a gallis germanisq; pugna inuictus: q prēlia plura gessit, q̄ recensere quisq̄ posset: q decies centena milia hostiū psequēdo cecidit. Hi tū pugnā exoptare ausi, tumultuq; ei imminere, cū in pharsalicum campum descenderisset, Pompeium senatum habere coegerūt: in quo Labienus equitum ꝓfectus post rostris primus se iurauit non antea a pugna reuersurum: q̄ hostes in fugam egisset. Eam & oēs sententiam iureiurādo affirmauere. Cęterum per quietem visum Pompeio est: ad Theatrum se proficisci: inq; eo plebis vulgus sibi longe applaudere. Ipse Veneris victricis templū multis exornare spoliis videbatur. Ex quibus prębuere hæc fidutiā, hæc terrorē iniecere: trepido: ne generi Cęsaris qd a Venere ductum est: gloria splēdorq; ex sese fieret. Seduli deinde p tumultū strepitus eum a sumnio excitauere. Vltima hinc vigilia ipso in diluculo quietē pmagnā agente, in castris Cæsaris ingens flāma emicare visa, supra Pompeii exercitū aduolauit. Hoc se vidisse Cęsar affirmat: quū vigilias circumambiret. Prima deinde luce quum vasa colligi iussisset: & cōtubernia raperent milites: ac impedimēta pmitterēt: aduenere exploratores nuntiatum: se arma multa aspexisse in hostiū castris circūferri: motū q; ac tumultū eum virorq; esse: q ad pugnam mox exituri essent. Post hos affuerunt alii afferentes, iam primos in aciem strui. Tum Cæsar exoptatā ingens aduenisse diem: in qua cū viris, non cum inedia, nō cum egestate pugnādum esset: extēplo coram cōtubernio tunicā rubrā poni iussit. Hoc enim Rōanis pugnę signū est. Milites id quū aspexissent: cū clamore atq; alacritate dimissis cōtuberniis, ad arma inferunt. Ducibus deinde designatæ intēris aciei, quisq; veluti chorus qdam absq; tumultu cū meditatu qteq; instruit. Pompeius dextro pśidet cornu: qd Antonio oppositū erat. Mediam aciem Scipioni socero locauit. Aduersus Albinū Lucium sinistrū cornu. L. Domitius tenuit: qd robore equitū maxime cæteris pstabat. Huc enī cōfluxerunt oēs: veluti irrupturi in Cæsarem: & legionē decimā pcussuri (vt plurimus erat rumor) bellicosissimā: in qua Cæsar ipse instructus pugnare cōsueuerat. Sed Cæsar quū sinistrū hostium cornu cōspexisset: tot munitū egtibus, timens armaturę splēdorem sex cohortes legionibus eductas legioni decimæ a tergo locauit: iussitq; eas quietem agere: hostibusq; ignotas esse. Sed quū irruerent equites: per ꝓpugnatores egressos admonuit: q; neq; vt solitum esset, iacerēt pila festinantes quēadmodum robustissimi ad strigendos enses: sed ferire altius eos iussit: oculosq; frontesq; hostium ad vulnera impetere. nō enim pmansuros eos fulgētes floridosq; insultatores inquit: neq; contra ferrū inspecturos in oculos illatum. In his obuersabat tum Cęsar. Pompeius vero acies ab equo aīaduertēs: vt hostes nouit cū silentio cōgrediendi tps ex ordine expectare suūq; exercitū sine strepitu nō esse: immo turbulentum & imperitia tumultuantē: extimuit: ne in ipso pugnæ initio penitus dissolueret. Vnde acierū primos monuit: vt in cōgressu stātes, manentesq; solidissime hostes exciperēt. Cæsar vero strategma improbat. Plagarum. n. ictus impetu cursuq; illatos subsistēdo restingui inqt: insultūq; in multorum cōgressu hostiū furore ac ipetu vectū augere ex clamore cursuq; aios: quo ablato molliri ac refrigerari viros. Cum Cęsare ferūt viginti & duo milia militum: cū Pōpeio vero multo plures q̄ bis totidem fuisse. Signo igitur ambobus ex vtriq; castris dato: & tuba vt insererēt manus iā canere quū cœpisset: e turba qsq; vni sibi intentus erat. Pauci vero & hi ciuium Romanorq; primi, & ex Græcis q aderāt qdam extra aciem, q̄ primū periclitatio iminuit, ambitionem cōtentionēq; meditari in cœpere: quo ardorē dominādi afferēt. Cognata etenī arma, acies fraternæ, signa cōmunia, vnius ciuitatis robur copiæq; inter sese irruere: plane ostendentes, humanū ingenium cupiditate actum cæcum qdem, furiosumq; esse. Quiete enī si dominari, fruiq; rebus iam comparatis voluissent: plurimā optimāq; terrę ac pelagi partem habuisse licebat. Si tropheorum ac triūphorum amori quid vltra tribuere ex optatū esset: erat & sitim restinguere Parthorum Germanorūq; bellis. Multū in Scythia opus superat: multū & in India: & ad cupiditatē explēdam non in gloriosa materia bat baras nationes assuefacere. Qui Scytharum equi, aut quæ Parthorū sagittæ, aut quis Indorū cen

Domitius Barbus. Phaonius maledicax. L. Affrani.

Cęsaris gesta.

Labienus pfectus egtum Pompeii sōnium. Prodigia cęsari victoriam indicantia.

Tunica rubra signum pugnę Romanis.

Cęsaris astus maximus. Exercitus cæsaris & Pōpeii.

ſus ſeptuaginta virorum milibus ferro inſtructis obſtitiſſet: Pompeio & Cæſare ducibus: quorũ nomen prius apud eos auditum fuerat: q̃ Romanum? Sic immiſtas, ſic varias, feraleſq; nationes victores ſuperauiſſent. Sed hic vt ſimul pugnarẽt, tum ambo cõuenere: nõ ipſorũ gloriã, ob quã patriæ pepercerant, miſerati: qui vſq; in eã diem inuicti appellabãtur. Eorum enim affinitas, & Iuliæ amores, ac illæ nuptiæ extẽplo doloſę, ſuſpectęq;. Pignora nãq; opportunæ tum cõuentionis, nõ verę cuiuſdam amicitiæ illa fuere. Vt ergo Pharſalicus cãpus viris equis armiſq; cõpletus eſt: & ab vtriſq; ſigna pugnę data: prior e Cæſaris phalãge ꝓcurrit. G. Craſtinus decem alaꝝ ductor: qui permagnam ſpẽ victoriæ Cæſari dedit. Quẽ vt primum Cæſar e caſtris vectum ꝓſpexit: eum appellans, quid de pugna ſentiret interrogat: Tum ille dexteram ꝓtendẽs clamauit ſplẽdidius: Vinces Cæſar: me aũt hodie aut viuũ aut mortuũ laudabis. Horum itaq; memor, impetum in hoſtes fecit: multoſq; ipſorum ſtrauit: in cõfertiſſimam aciem inuectus. Quũ tamẽ certando adenſes p uentum eſſet: pluribus cæſis, innitentem eũ contra, obuioſq; concidentem ſubſiſtens quis, p oraenſem illi adegit: cuius cuſpis in oppoſitum euaſit latus. Craſtinus itaq; quũ e vulnere cecidiſſet: æquo marte pugnari cœptum. Dexterũ vero cornu Pompeius nõdum eduxerat: ſed oculos circũuoluens, ęqtumq; operam expectãs immorabaꝰ. Illi aũt iam turmas ꝓduxerant circum obſeſſuri (vt putabant) Cæſarem: ac eqtes prima in fronte inſtructos, q̃ pauci propemodũ erant, inpha|langem impingunt. Sed a Cæſare dato ſigno: eqtes quidem redeunt, præmonitæ aũt cohortes, tria milia viroꝝ ad circumlationem mox procurrere: hoſtiq; aduerſari: ęqtiq; obſiſtendo, quẽadmodũ ꝓdocti fuerant, longis iaculis frui: frõteſq; hoſtiũ oculoſq; petere. Tunc illi veluti huius pugnæ oĩno iperiti: quiue id pugnãdi genus haud expectarãt, ꝓſciuerantq;, nihil audere: nihil plagas in ore oculiſq; adactas tolerare: ſed auerſi manibus ꝓtegẽdo oculos fœde terga ꝓbuere. Hos fugiẽtes Cęſaris copiæ neglexere: cõfeſtimq; in peditatũ eruperũt: qua maxime parte cornu hoſtiũ eqtibus nudũ circũambire cingereq; eos ſatagebat. Sed hi pariter eoꝝ irruptionem vtriq; actã, ꝓterea impetũ decimæ cohortis Cæſaris a fronte vectum haud tulere: cõſiſtereq; nõ auſi ſunt: videtes id qd inferre ſperarent. Hoſtes qppe circũuenire: ſeſe tum perpeti. His in fugã itaq; verſis: vt vidit puluerem Põpeius, cladẽq; equitũ cõiectauit, quo aĩõ fuerit difficile dictu eſt. Similis aũt inſano attonitoq; eſt viſus: nedũ magnum Põpeium ſe exiſtimaret. Nemine inde ſalutato in caſtra abiit nimiũ poetico illi cõgruus: Iuppiter ipſe pater currus exterruit alto Aiacis: ſtetit ille amẽs: clypeũ q; tumẽtem Tergore ſepteno poſt terga ĩania iecit. Hinc oculos voluẽs mœſtus ſe vertit ab armis. Talis ſtationẽ ingreſſus Põpeius, veluti inuitus incubuit: quouſq; vlciſcendo plurimi cũ fugiẽtibus ſimul cõciditſſent: in his vocẽ tunc vnicã hãc emiſit: ergo ad caſtra. Aliud nil locutus fugit: veſteq; ſumpta ꝓſenti cladi accõmodata, caſtris egreſſus eſt: in fugã & cæterę legiões verſæ: cædeſq; in caſtris permagna facta miniſtroꝝ: eorũq; qui cõtubernia defenderent. milites tñ ad ſex milia cecidiſſe refert Aſinius Pollio: qui in ea cum Cæſare militauit. Caſtris direptis hoſtium ignorãtiam leuitatẽq; admirari fuit. Omne enĩ cõtuberniũ myrto coronabaꝰ: oẽ ſtratũ floribus plenũ meſæ vaſis graues: crateres vina vndiq; ſpumãtes: apparatus ornatuſq; litãtium ad feſta ducẽtiũ magis is erat: q̃ vitoꝝ ad certamẽ ſe ꝓparãtium. Sic ergo inani ſua ſpe eluſi ꝑditiq;, & inſanæ cuiuſdam temeritatis pleni, ad pugnã ꝓfecti fuerãt. Põpeius quũ parũ a caſtris ꝓgreſſus eſſet, equũ dimittit: paucos ꝓpemodũ viros circa ſeſe habens: vt ſequẽtes clã euitaret. Abibat & cũ ſilentio ac meditatu grauis: quẽadmodũ virũ eſſe decet annis quadraginta vincere ac ſubigere oſa ſolitũ: & cõflictus atq; fugæ tũ primũ in ſenectute experiẽtiam captãtem. Is tum ẽt cogitãs ex quot certa minibus belliſq; hora vna amiſiſſet auctãgloriã atq; potẽtiã: qbus paulo antea tot armis, tot eqs, tot claſſibus ſeptus fuerat: abit ita tenuis nuduſq;: vt ingrentes plane lateret hoſtes. Lariſſam trãſgreſſus: vt ad tẽpe puenit: ſe in ora ꝓſternẽs, ſitiẽbũdus e fluuio hauſit: ĩdeq; exurgẽs p tẽpe gradiẽt: quouſq; ad mare delatus. eſt. Hic in tugurio quodã piſcatorio p reliquã noctis partẽ quũ qeuiſſet, circiter diluculũ cymbã fluuialẽ ingreſſus eſt: aſſumptiſq; in ea qeũ ſequebanẽ ingenius, ſeruos iuſſit ad Cęſarẽ ire: nihilq; timere: deinde iuxta litus delatus, pmaximã nauẽ onerariã ĩſpicit: ſoluiq; iã paratã. Huius gubernator Romanus erat homo haud nimiũ Põpeio conſuetus: ſed aſpectu notus: Petitius noĩe. Huic ꝓxima nocte obtigerat p qerẽ Põpeium vidiſſe nõ quẽ ſępius aſp exerat ſed humilẽ mœſtũq; ſecũ colloquẽtẽ. Q̃d nautis quẽadmodũ de huiuſcemodi rebus ſermo fieri ſolet inter hoſes otioſos, vix narrauerat Petitius: quũ extẽplo nautarũ qs ſe videre inqt fluuialẽ ſcaphã a litore adremigare: ꝓterea quoſdã veſtẽ excutere: manuſq; ad ſe ꝓdẽre. Subſiſtẽs igitur Petitius cõfeſtim Põpeiũ qualẽ in ſomniis viderat agnouit. Genas inde pcuſſus, nautas iuſſit ſcaphã excipere: dexteraq; ꝓfẽſa Põpeium appellat: iam ex geſtu pcipiẽs ſifelicitatẽ, viriq; mutationẽ. Nullis deinde ꝑcibus factis, nullo acto colloquio, ſed ſuſceptis quotquot cũ ipſo adire Põpeius iuſſerat (Lentuli qppe vtriq; aderant. ac Phaonius) nauẽ ſoluit. Suſceptus & parum poſt rex Deiotarus eſt: in litore certa re cognitus. Cęterũ quũ cœnę tps affuiſſet: & apparuiſſet gubernator quæ tũ aderant: vidẽs Phaonius Põpeiũ abſq; ſeruoꝝ miniſterio ſcipſum abluere, pcurrit: eũq; abluit: vnxitq;. Deinde in poſteꝝ ei ſedulo eſſe, eiq; ſeruire quẽadmodũ ſerui dñis, vſq; ad pedũ purgationẽ,

Pharſalicꝰ campus. G. Craſtinus.

Pugna iter Cęſarem & Põpeiũ in cãpis Pharſalicis.

Põpeiano rũ equitum turpis fuga

Homerici verſus.

Cæſa ad ſex militũ milia ex Põpeianis a Cęſare.

Põpeii fuga

Petitius gubernator nauis i quã Pompeius poſt fugã conſcendit Deiotarus. rex. Vnctioãte. cœnam.

ccenęq; apparatū, haud destitit. Vnde liberalitatē ministerii nudi ac infecti aspiciēs, quiso inquit generosis q̄ decora sunt oīa. Sic ergo p̄ter Amphipolim nauigās: ad Mytilenē trāsiliit: optās Corneliam, filiūq; inde suscipere. Quum insulę hæsisset iuxta litus, ad ciuitatē nūrium mittit: nō quale, expectabat Cornelia: pro his quæ ob gratiā scripta nuntiataq; sibi fuerāt. Sperabat enī ex bello apud Dyrrhachiū gesto opus Pompeio tm̄ vnū supesse: Cæsarē fugiētem persequi. In qbus eā ob uersantem cōprehēdit nuntius: qui salutare eā minime cōpos, sed plurima malorūq; maxima lachrymis magis q̄ verbo exprimēs, festinare ipsam iussit: si Pōpeiū aspicere optaret: naui sola: eaq; aliena inuectū. Hæc quū Cornelia audisset terræ sese strauit: multāq; in horā amens mutaq; iacuit. Post vix cōpos mētis quū facta esset: nosset q; id tēpus nō querelarū nec lachrymarū esse: p vrbē ad pelagus pcurrit. Pompeio inde obuiā ei facto, eaq; vlnis suscepta sordida terręq; illabente, Video inquit vir non tuę fortunę opus: sed meæ: vna te naui vehi: q ante Cornelię nuptias quingētis nauibus hoc adnauigabas pelagus. Quid me inspicere pfectus es? Quid me inuisę non liquisti fortunæ: quę teipsum clade tāta impleui? Quā felix qppe fuissem mulier: si ante Publii obitū, cui viridis sponsa fui, vitā amisissem. Innocēs post illū quēadmodū pces optarūr, mori debui: sed Pōpeio Magno vt misera fierē, seruata sum. Hæc Corneliā dixisse aiunt. Quibus Pompeius: vnam qppe fortunā respōdit Cornelia meliorē quę te æque decepit agnouisti: q; ea me per maius tps, q̄ mores eius sint, expectauit. Sed & ista hoīes ferre oportet: fortunāq; etiā experiri. Nō enī desperandū est: ex his cladibus illā ereptura virū in hæc infausta p̄cipitatū. Cæterę Cornelia seruitia pecuniasq; e ciuitate petitas nacta ē. Mytilenęi Pōpeio salutato, ad vrbē eū ingredi petiuere enixius: qbus non annuit: sed eos victori parere suasit: inq; eo fidere. Clementē enim æquūq; eē Cęsarē ingr. Inde ad Cratippum philosophū versus (descēderat enī ille e ciuitate desiderio Pompeii) post querelas breuia de p uidētia intulit. A qbus subterfugiēs Cratippus, eū ad spem mitiorē adduxit: ne austerus, neue contradicēdo maioris mœstitię causa illi fieret. Interrogabat. n. Pompeius: de p uidentia: illeq; contra ostendebat ob reip. mala in monarchiā res Romanas labi oportere. Deinde quō ingt Pōpei, quoue signo asserimus: melius tecū fortunā egisse: si Cęsaris victor fuisse? Sed hæc quidē mittēda sunt: quoue etiam mō se deoq; facta nūc habeāt. Pōpeius suscepta cōiuge, amicisq; nauigat. sese figēs in locis, hærensq; ad aquandū, cōmeatumq; captandū cōmodis. Primā astt ciuitatē Attaleā Pamphiliæ ingressus ē, post eius fugā: vbi triremes q̄dam sibi obuiā e Cilicia aduenere: militesq; hic quidā aggregati sunt: pręterea iteq; ordinis senatorii viri sexaginta. Inde audiens classem adhuc sospitē eē: Catonēq; militibus multis ad se collectis in Aphricā traiicere: lamentatus cū amicis ē: seipsum incusans: q; inuitus cū peditatu cōcurrisset: q; validiores copias absq; pugna nulla in re amisisset: q; classem nullo statuisset in loco: vt si aduersa terrestris pugna fuisset, extemplo maritimas vires, copias, roburq; tam ingens contra oppositurus esset. Nullū enī Pōpeii maius crimen neq; Cęsaris strategema melius fuit: q̄ id plium a maritimis abstraxisse auxiliis. Nihil tū minus coactus ob p̄rē rē qd decernere agereq; ciuitates circū nuntiis sollicitat: quasdā ipse accedit: pecunias quirens, supplemētūq; ad naues. Cęterę hostis ingeniū ac celeritatē extimescēs ne apparatu p̄ripere, inuasus, absq; classem fugā p̄meditat. Prouinciaq; nulla tuta cognita est fuga viris aio cuncta euoluēribus. Regionū, Pōpeius ipse asserebat Parthicam impsentiaq; ad se suscipiendū aptissimā esse: eāq; se per fragiles recreare, iterūq; erigere posse: plurimisq; copiis in hostes armare. Alii in Aphricam ad regē Iubam mentem inclinauere. Theophani Lesbio insanum qddam videbat, qgyptum linquere: triū dierum nauigatione absentem: Ptolemęumq; non adire: ętate quidem puerum: sed beniuolentia beneficiisq; a patre susceptis Pompeio obnoxium. Insanum p̄terea visum est se Parthis cōmittere generi infido: viroq; Romano quondā affini: apud quē si secūda pati posset, cæteris prior hēret, nō fidere: eiusq; modestiā experiri nolle: ac Arsacē magis dominum sibi cōstituere: q; Crassum viuētē ferre nō potuit. Deinde iniquū censebat cōiugem iuniorē ad Barbaros ducere Scipionis genere ortā: q; cum cōtumeliis ac impudicitia æque licentiā metif. Si enim hæc nil patiat: dum modo pati posse videat: pergraue est inter eos ipsam obseruari: qui facere iniuriā posse videantur. Hoc solum (vt aiunt) Pōpeiū ab itinere Euphratis auertit: siquidē Pōpeii ratio, nō fortuna ipsa iter illud animad uertisse potuit. Igit vt decretum est in ægyptum fugere, e Cypro triremem Seleucię cum coniunge soluit. Comitū hi in lōgis pariter nauibus, alii in onerariis simul vehi. Pelagus hinc tuto p̄teriit: audiens inde Ptolemęum apud Peluſiū cum exercitu esse: aduersus sororem bellum gerentem: eo erigitur: nuntio ad regem exorandum p̄misso. Ptolemęus p̄nimis erat iunior: sed qui regnum administrabat Photinus, senatū primoq; coegit. Erant enī hi primi: quos ipse volebat: qbus coactis, qd quisq; sentiret dicere iussit. Graue qppe tum fuit de Pompeio Magno consulere Photinum eunuchū: & Theodotū Chium p̄ceptorem in facultate oratoria mercede cōductum: Achillāq; ægyptium. Excellētissimi hi qdē cōsultores inter cubicularios cęteros aluīnosq; tū erāt. Pompeius horū de cretū ancoris infixis iuxta regionē innixus expectabat: indignus qppe ob salutis gr̄am Cæsari deberi. Alioq; sniæ inter sese ita diuersæ prolatæ sunt: vt hi Pōpeiū expelli iuberent: hi pulchrū dicerēt virū suscipi. Ad quę Theodotus eloquentię vim ostētans, neutrū satis tutum fore demōstrauit. Si

Mytilenę q̄ & Lesbos.

Corneliæ cōsternatio

Mytilenęorū liberalitas i Corneliā & Pōp. Cratippus philosoph⁹

Attalea vrbs Pāphiliæ.

Theophānes Lesbius. Parthi infidi.

Ptolemęus, Photinus eunuchus. Theodor⁹.

enim fuscepissent, se Cæsarem hostē habituros, Pompeiūq; dominum aiebat. Si repulissent: cum Pompeio electionis crimē subituros, Cæsari causam pſequutiōis p̄bere. optimū itaq; esse virum accitum occidere. Beneficiū enim inqt hinc Cęsari se allaturos: metuq; Pōpeii seseliberaturos. Ad didit p̄terea subridēs (vt aiunt) hoiem mortuū non mordere. Hæc quum decreuissent: Achilę fa-
Hominem mortuū nō mordere. Achilas. cinoris cura mādata est. Hic Septimum quēdam sub Pompeio duce quōdam tribunum militum & Saluium Centurionem quum assumpſisset socios, p̄terea tres aut amplius quatuor satellites, puppem ad Pompeium mouit: ad quem tum e suis connauigantibus primi p̄stantioresq; omnes
Septimius. Saluius. descenderant: vt rem euentumq; inspicerēt. Hi ergo vt classem non regiam, non cultam, non iuxta Theophanis spem| Pompeium recipiendum viderūt: sed paucos admodum homines vna in scapha adremigare: confestim id vilipendium habuere suspectum: Pompeiumq; admonuere: vti nauem in interius ageret pelagus: extra hostis sagittę ictum. Interea scapha iam cum ꝓpior esset, p̄-
ueniens Septimius surgit: Romanoq; eloquio Pompeium imperatorem appellauit. Achilas Pō-
peio græce salutato, ipsum admonet in scapham cōscendere. Iimum enim esse q̄ multum inquit nec profundum, quod triremi ad nauigandum supperat: quū mare perarenosum sit. Vix hæc di-
xerant, quum naues quasdam regias instructas aspexere: litusq; ab armatis obtineri. vnde cuncta fore inuia ad regressum cognoscebantur. Præterea ob absessum erat & percussoribus ius p̄sta-
re in scelere infidelitatis atq; nequitiæ persequendæ. Corneliam ergo quæ iam viri finem lamen-
Philippus Pompei libertus. tabatur, Pompeius quū vltimo complexus esset, duos centuriones in scapham ingredi iussit: & ex libertis vnum Philippum: seruūq; Se rem nomine. Inde quum Achilę comites dextris eum suscipe-
re appararent: ad vxorem filiumq; versus, Sophocleum illud iambicum ꝓtulit: Quisq; domū ty-
ranni proficiscitur, fit illius seruus: licet liber sit. Hæc postrema ad suos loquutus, scapham ingre-
ditur Continuo inde spatio a triremе ad litus interposito: vt vox nulla pia humanaq; inter naui-
gandum ad ipsum est acta, ad Septimiumq; inspiciens, Non ego te inquit cōmilitonem quondā
meum agnosco! Ille nulla salutatione data, nulloq; grato colloquio, tantum capite annuit. Dein de quum iterum multum fieret silentium: Pompeius parūo in libello orationem ab se græce pscri-
ptam ad Ptolemæum oraturus legere incepit. Vt litori propius fiunt: Cornelia quę in triremi Pō-
peii anxia erat, finem tacite animaduertens, quū multos aspexisset ex regiis descendere: veluti ob
Pompeii interitus. gratiam salutesq; viri conuenissent, fidere incœpit. Inter hæc Pompeius quum Philippi forte ma-
num apprehendisset: vt facilius surgeret: Septimius tergo instans, prior ense eum transfigit. Inde
post eum Saluius, postq; Achilas gladios nudauere. Pompeius vtraq; manu roga super fronte ob-
ducta, nihil seipso indignum, aut loquutus est, aut fecit: sed tantum susp irans se ictibus præbuit:
vnde sexaginta annos natus: vitamq; claudens die natalem suum insequēti. Qui in nauibus erāt,
vt aspexere cędem, vlulatu ad litus vsq; emisso, ancoris celerrime eductis effugere. Inde pelago al-
tius petito, ventus adeo vehemētior flauit: vt ab ægiptiis persequi satagentibus auerterentur. Cæ-
terum Pompeii caput ab humeris vulsum: reliquū vero corpus e scapha nudum in litus eiecere: ac
inspectaculum cuiusq; reliquere. iuxta autem id permansit Philippus quousq; adstantium oculi
abunde implerentur. Is postea mari ipsum quum circum abluisset, quadam suimet tunica id circū
uoluit. Deinde quum cæteris caruisset: litore circum inspecto, reliquias paruę scaphæ reperit: vete
res quidem: sed quæ corpori nudo satis essent: quæue necessariam pyram integro totoq; cadaueri
haud præbuissent. Hęc quum afferret ille, struereteq;: homo occurrit Romanus ætate iam senex: q;
ue primas militias quondam iuuenis cum Pompeio simul peregerat. Hic quis homo inquit es: q
magnum tumulare Pompeium accingeris! respondente illo: se libertum esse: sed nō tibi vnico di
xit hoc decus obtinget: at me huius piissimæ sortis in partem habebis: ne in omnibus peregrina
tionem meam pro multis miseriis conquerar. Huic ergo quum occurrerim, palpare me hoc fini-
to: manibusq; meis circum inuoluere maximum Romanorum omnium imperatorē. Sic tumu-
L. Lentuli interitus. latus Pompeius est. Postera vero die. L. Lentulus horum ignarus e Cypro nauigans iuxta litus ve
ctus, vt funeream pyram inspexit, Philippumq; iuxta insidere: nondum eo ab aspectu cognito,
quis vtiq; inquit satis hic peractis quiescit! parumperq; amens factus, ductis post suspiriis, forte in
quit, tu hices magne Pompei. deinde paulum quum desedisset, comprehensus obiit. Hic magni
Pompeii finis. Cęterum non multo post Cęsar in ægyptum sic perturbatam prouinciam profe-
ctus, afferentem Pompeii caput (vt scelus) execratus est: oculosq; ab ipso auertit: gemmam vero
Theodot? a Bruto tru cidatus. Pompeii quum susc episset: illa chrymauit. eius gemmę signum erat ensifer leo. Achilam autē atq;
Photinum iugulauit. Ipse rex pugna victus, iuxta fluuium euanuit. Theodotus sophista Cæsaris
supplicium euasit. ægyptum enim quum, effugisset, humili miseroq; in gestu pererrauit: odii metu
M. Brutus is qui Cęsarem occidit, eum apud Asiam inuentum comprehendit: omniq; cruciatu
afflictum trucidauit. Pompeii reliquię ad Corneliam delatę apud Albanum positę sunt.

ALEXANDRI MAGNI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERO NENSEM VERSA.

Regis Alexandri Cæsariscq, qui Pompeium profligauit, vitā in hoc volumine scribere orsi, ob ppositā rerum gestarq; magnitudinē: nihil aliud q̄ excusationē lectori prefari ducimus: vt si amputatis plurimis, haud vnamquāq; rerq; famosissimarq; in numerum explicamus nenos: carpat quippe quum non historias, sed vitas perscribere in animo sit. Prēterea non vsquequaq; clarissima gesta virtutem flagitiaq; declarant: veium exigua persæpe res, ac verbum, locusq; quispiam, mores magis aperit: q̄ hostes infiniti prelio cæsi: ingētes acies: & expugnata oppida. Quēadmodū igitur pictores neglectis cæteris partibus: ex facie ac vultus forma, vnde morum indicium extat, similitudines capiunt: sic & nobis indulgēdum est: vt animorum signa in eamus: per ea vtriusq; vitam significātes: eorum amplitudines ac res bellicas aliis relinquentes. Porro credendum est: paternam Alexandri genus ab Hercule per Caranum, maternum vero ab Æaco per Neoptolemum extitisse. Philippus quum adolescens esset, vna cum Olympiade in Samothracia sacris se initiasse traditur: quā puellam parentibus destitutā adamarat: eāq; Arriba fratre consentiente cōnubio sibi coniunxisse. Illa igitur desponsata, priori nocte qua in cubiculo se viro commiscuit, existimauit facto tonitru sibi in vterum fulmen illabi: ex cuius ictu quū magnum, emiscuisset incendium, postea in late diffusas flammas abiit. Philippus quoq; post nuptias per quietem visus est coniugis aluo insignem affixisse bullam: cuius scultura, quēadmodum is existimauerat, leonis habebat imaginem. Ob quod somnium quum cæteri quidam coniectores attentiori custodia obseruandam esse Philippo coniugem interpretarentur: Aristander Milētensis grauidam esse mulierem affirmauit. haud enim solere vacuis sigilla rebus affigi. animosum quoq; & leonis natura preditum infantem pariturā. Quōdam iuxta dormientis corpus Olympiadis draco accubuisse conspectus est: quæ res amorem charitatemq; Philippi vehementer extinxisse dicitur: adeo vt illius persæpe concubitus euitauerit: siue aliquas magias & veneficia reformidans: siue illius consuetudinem & contubernium cuiquā deo ex quadam religione permittens. Alii sunt qui de hisce rebus sic perhibeant. In ea regione mulieres vniuersas, quas Dodonas ac Mimallonas cognominant, ex vetusto ritu Orphei ac Bacchi numinibus afflatas, multa sicut Edonides, & quæ Æmi rupes incolunt Thressæ, perpetrare: a quibus Thresceum, hoc est deos ample seduloq; venerandi nomē exortum videt. Olympias hisce afflari numinibus auidissima, eorum solennia sacra horribiliori quodam modo atq; barbarico producebat. Ad thyasos enim eximiæ magnitudinis & mansuefactos quidem trahebat angues: qui multoties per hederas & mystica illabentes ventilabra, fœmineosq; thyrsos atq; coronas amplexi, viros terrore simul ac stupore conficiebant. Philippus autem quum post illa causa Cheronem megalopolitanum Delphos misisset: hoc a deo relatum est oraculum: Iubere enim Hāmoni rem diuinam facere: & hunc in primis deū venerari: ipsum exoculis alterum amissurum: quo in draconis forma concumbentem deum Olympiadi per ianuæ rimam aspexerat. Olympias quoq; (sicut inquit Eratosthenes) soli proficiscenti in expeditionem Alexandro genitura detexit arcana. proinde dignos genitore animos fouere iussit. Alii tradunt ipsam id deuitasse: ac dicere solitam: Non desinet Alexander inuisam me Iunoni facere. Natus igitur est Alexander circa idus augusti. Ipso natali die templum Ephesiæ Dianæ concrematum est: sicut Egesias ille Magnesius vociferatus est: cuius adeo truculenta exitit inclamatio: vt ipsum extinguere debuerit incendium. Ex iure enim Dianæ templum arsisse inquit: quæ in Alexandri ortu perq̄ diligens accurataq; fuit obstetrix. Vniuersi vero magi ac sa-

Alexandri magni genus.

Olympiadis Alexandri matris somnium. Aristander

Dodones. Mimallōes. Threscesi.

Cheron. Oraculum Philippo redditum Alexander quo tēpore natus.

Tēplū Dianę Ephesiæ cōcrematū in Alexādri ortu.

Alexandri corporis statura. Lysippus solus Alexandri imagies effinxit.

cerdotes ephesii alias per hoc incendiũ portendi calamitates plagiẽtes, pcussa facie vociferãtes discurrebant: ea die magnam Asiæ pestem simul ac pnicie exoriri. Eodem ferme tempore quũ Philippus Potidæam cepisset vrbem, terni ad eum simul afferuntur nũtii: & Illyrios ab eius duce Parmenione ingenti prelio profligatos: & suũ ad olympia victorem equũ extitisse: tertius natum Alexandrum esse. Quas ob res lætum Philippum vates magis ac magis ad spem erexere: qp infãtem tribus ortum victoriis insuperabilem futurum affirmabant. Corporis statura egregie a Lysippo factæ declarant imagines: a quo solo dignum duxit effingi. Eum multi quũ amici, tũ succesores posterius sunt sequuti. Ceruix quidem adlequã paulum acclinatior. humectantes etiã oculos mirificus ille artifex diligẽter cõseruauit. Appelles aũt quum fulmẽ gestantẽ pingeret, haud colorem imitatus est: siquidem fuscum & facie sordidum fecit: quẽ colore candido fuisse perhibent. Mistus candori rubor vultum ipsius ac pectus illustrabat. In Aristoxeni cõmẽtariis legimus: eius membra atq; ostã suauissimũ odorem exhalasse: vt & interiores tunicæ mirabili fragrantia complerent. Cuius rei causa fortasse fuit quædã corporis tẽperies innato calore feruẽtis. Quũ enim (vt Theophrastus æstimat)

Alexãder bibax & iracũdus fuit.

humor a vapore digeritur, suauis gignatur odor oportet. Eapropter arida atq; torrida orbis terrarum loca plurima & pstantissima ferunt aromata. Sol enim putredinis materiam humorem exhaurit: qui rebus abundat extrinsecis. Alexandrũ ab ipso calore corporis bibacem iracundumq; fuisse constat. Eo adhuc adolescẽtulo sua effulsit modestia: qui quum cæteris quidẽ in rebus exertus propensusq; ferretur: ad corporis voluptatem cõtinẽs atq; immotus omnino perstabat: eas multa cũ temperantia pertingẽs. Honoris cupidus, pter ætatem grauitatem quandã & animi magnitudinẽ sapiebat. Non enim omni exre omne gloriæ genus, quemadmodum Philippus affectabat: qui dicendi vim a sophisticis comparabat ornamẽtis: tũ curules Olympioq; victorias nummis insigniebat. Quũ ex eq̃libus nõnulli ex eo percontarent: ad olympicum nunquid tadium libẽs decertaret (plurimum enim pedum celeritate pollebat) Libẽs equidẽ inquit: si decertaturos mecum reges haberaturus essem. Is autẽ q̃q̃ ab omni prsus athletarum genere auersum alienatumq; habuisse videatur animum: plurima tamẽ non tragœdorum modo, tibicinum, ac citharœdorum, verumetiam heroicoq; vatum edidisse certamina traditur: venationes item multifarias: & clauaq; pugnas, Pugilum vero & pancratiastarum spectaculis nullo studio vel interfuit. Olim quũ forte absente Philippo legati ab Persarum rege venissent: eos quũ hospitio, tum cõsuetudine captos iocũdissima sibi familiaritate coniunxit: admirãtes qp is nihil aut puerile aut humile sciscitaretur: verum aut viarum longitudines, aut superiorum modos itinerum sedulo perquirebat multa nunc sup rege qualis in hostes esset: nunc super Persis, quæ vires, aut quæ esset potentia rogitabat. Quas res admirati legati: & late diffusam Philippi grauitatẽ nihil prẽ huius pueri cupiditate ac magnificẽtia ducere.

Pãcratiastæ

Quoties a Philippo aut nobile quoddã captũ oppidũ, aut memorabili plio pta victoria nuntiabat, haud magnopere lętabat: cæterq; ad suos aiebat æquales: Omnia pueri genitor occupabit: ita vt ne vobiscum grande vllum ac insigne facinus ostentare mihi sit reliquum. Non enim ipsum vlla illecebrarum aut pecuniæ, sed sola virtutis ac gloriæ cupido tenebat: quoq; maiores a patre facultates acciperet, eo se minora gesturum existimabat. Quocirca crescente dominio, gerendarum rerum exhaustam sibi materiam ratus, nõ opes, nõ delitiarũ, vsus, verum certamina & pugnas ardebat: & vnde sibi gloriã cõpararet, principatum affectabat. Quã obrem ipsius cura compluribus (vti par erat) nutritoribus: pedagogis: ac pceptoribus mãdata. Pręerat vniuersis Leõidas: vir quũ mog̃ seueritate cõspicuus, tũ Olympiadi necessitudine iunctus. Is quũ pædagogatus nomẽ, cuius cõmodũ atq; clarissimũ opus existit, abhorreret a cæteris quũ ex hois dignitate, tũ vero ipsa necessitudine alũnus ac dux Alexãdri vocabat. Lysimachus aũt natiõe Acarnan, & re & noie pedagogus erat. Qui quũ nullũ aliud vrbanitatis genus haberet: nisi qp se Phœnicẽ, Alexandrum Achillẽ, Phœnicem vero Peleũ nuncupabat, amabat: & iam secundũ proinde sibi locũ vendicarat. Inde quũ Phœnicus Thessalus Bucephalum Philippo tribus ac decẽ talentis emisset: experiundi gratia ductus in cãpũ equus ferox admodũ & rebellis visus est: vt qui neminẽ ex his qui circa Philippũ versabant tergo sessorem admitteret: nec plaudentis vocem sufferret: cunctos passim reiiciens. Id grauiter tolerante Philippo, equumq; perinde omnino ac indomitum abiici mandãte, Alexander quum forte adesset: qualem ingt equum amittunt: dum eo pperitiã ac mollitiẽ vti nequeũt: Q d dictum primo Philippus tacitus tulit: eodem sæpius obloquente, ægreq; ferente, maiores natu increpas ait: tãq̃ &, prudentior & in hoc domando equo longe potentior? Tum ille, hunc saltem inquit, me commodius q̃ cæteri pertractaturũ affirmo. Sin id non feceris: quã p hac insolentia pœnam lues? Ego Iouem obtestatus inquit, equi pretium soluam. Sublato risu, simulac inter eos argenti modus definitus est, festinabundus Alexander correptum habenis equum contra solem conuersum statuit. Animaduerterat enim equum dum prolapsam ante se vmbram agitari conspiceret, pertur-

Leonidas Alexandri alumnus. Lysimachꝰ Alexãdri pædagogꝰ. Philonicꝰ. Bucephalus equusꝰ Alexandri.

bari. Inde ipso nonnihil molliter circunducto, blandeq; iuba manibus attrectata, vbi nihilominus animosum afflantemq; naribus cernit: reiecta sensim clamyde se iuueniliter attollit: equum q; secutus ascendit. Quem nullis fatigatum verberibus aut calce: quum loris attractis minas po-

fuisse,& magnopere cursum appetere cerneret:laxat habenas: & ipsum acrius vociferans infestis uret calcibus. Tacitum primo Philippū angebat sollicitudo:vt vero lętus & gesticns versas retor sit habenas,ęterorq; quidem ingens clamor insequitur:pater vero prę gaudio illachrymasse tradi tur:descendētisq; caput osculans dixisse:Aliud tibi pariam regnum quęre.nec enim teiam Mace donia capit.Cæterū quū iam peruicacis Alexandrū ingenii,& ne vi superaret summopere conten dentē cerneret:qui tū ad virtutē rōne facile inducerēt:persuadendo magis q̄ iperando secū agere ni tebat.In eo quoq; cōmonefaciendo ac erudiendo paruā musicæ ac liberaliū artium pceptoribus fi dem habēs:q; ei maiori quadā opera ac diligētia &(ut Sophocles inqt)fręno pariter & clauo mul tiplici opus existeret,accersit cūctoq; illustrissimū & clarissimū & doctissimū philosophoq; Aristote lē:pulchra quidē illi, & pro ipsius dignitate disciplinę pretia cōstituens.Destructā enī ab se Aristote lis vrbem Stagiram exædificauit:ciuesq; tum dissipatos,tum seruos restituit.Eis igitur scholam ac gymnasiū in Nymphęo,qđ in o ppido Meza extat.assignauit.Vbi vsq; in nostrā ętatē Aristotelis sedes marmoreæ,vmbracula:& deambulationes visunt.Constat aūt Alexandrū non ethicæ tātū ac politicæ, verūetiā occulte magisq; arduę disciplinæ præcepta cāparasse:quā peculiariter specu latiuę cognitionis scientiā appellantes,haud multitudini impertitā edocebant Etenī quū iā Alexander transisset in Asiam:& nonnullos de hisce rebus ab Aristotele libros editos accepisset: ad cū quandā de philosophia paulo liberius scripsit epistolā:cuius hoc extat exemplū.Alexander Aristo teli facultatē.Haud abs re recte factū est:q; speculatiuas ediditis disciplinas.Qua enim in re cęteris iam nos ipsi pręcellemus:si ea quibus eruditi sumus studia oībus cęperint esse cōia!Mallē enim sin gulari disciplina,q̄ ptāte pręstare.Vale.Hāc glorię cupiditatē ita consolatur Aristoteles, vt q eos libros editos perinde ac nō editos excusaret.Et profecto Metaphysicoq; opus,quū ad docendū, tū ad perdiscendū,nihil vtilitatis habens,his qui ex initio eruditi sūt,exemplar quoddā perscriptū ē. Aristoteles aūt Alexandri gratia præcipuum medicinæ studiū operāq; dedisse videt. Eius enim artis nō solū contēplandæ studiosus extitit: verūetiā ægrotantibus amicis opem artulit: & remedia quædā ac cibos;obseruationes instruxit:sicut ex ipsis pcipi licet epistolis.Is & discēdi & legendi cupidus,Iliadē quā rei militaris viaticū existimare ac appellare solebat, Aristotele exponente pdidicit:eā semp vna cū pugione sub puluino iacentē(quēadmodū Onesicritus tradit) tenere solitus. Quū insuperioribus locis libroq; copia sibi deesset:ea causa dimisit Arpalum:a quo Philippi codices,multas Euripidis,Sophoclis,& Æschylitragœdias accepit:præterea Telestę & Philoxeni dithyrāmbos.Principio Aristotelē summa prosequens admiratione dicere solebat:se illū nō minus q̄ genitorem amare.Ab hoc enī viuendi,ab illo aūt beneuiuēdi rōnem & causam se assequutū. Posterius aūt cōcepta de illo suspitio est:nullo tamen eū affecit incōmodo:veq; enim quū vehemēs illa iocunditas & immensus amor remitteret, alienati animi signa proferebat.Ille tū ingenitus pariterq; innutritus phīæ zelus ardorq;,haud quaq; expectore dilabebat.Cuius rei testimonio ē redditus hono Anaxarcho:& missa Xenocrati quinquaginta talēta.item Dādamis & Calanus,quos studiosissime coluit.Inde bellū aduersus Byzantios gerente Philippo,Alexandro tum sextumdecimū ętatis annum agenti rei Macedonicæ ac regni administratio relicta est.Tunc deficientes ab eo Megarenses prælio fudit.Capto mox oppido,expulsus vi barbaris,mistos ad id habitandum induxit incolas:ciuitatem Alexādropolim appellauit.Ei quoq; pugnę quæ contra Græcos gesta est in Chæronea:cum copiis affuit:primusq; contra sacram Thebanorum cohortem irrupisse dicitur.Hodie quoq; vetusta penes Cæphesum quærcus ostenditur quam proinde Alexandri quercum vocant: q; ibi castra posuisse fertur.Nec longe Macedonum extat sepulchrum.Quas ob res Philippus summa filio,vt æquum est beuiuolentia,affectus erat:q̄ maxime vero lętari:q; Macedones Alexandrū quidem regem,Philippum autem imperatorem vocabant.Cæterum qūū ex amore ac nuptiis Philippi domesticæ seditiōes exorirentur:ita vt regia vxor & ceterę mulieres ægre se inuicem ferrēt:magnę interius querimoniæ|iurgia|ac discordiæ versabātur:quas Olympiadis asperitas,zelotypia,& animorum ferocitas augebat:Alexādrumq; lacessebat.Aptissimāq; præsertim inter Cleopatrę nuptias inimitiarum causam adhibuit Attalus:quā quum immaturam Philippus adamasset virginem,mox vxorem duxit.Auunculus enim puellæ Attalus in ipso conuiuio temulentus Macedones exhortabat:deos orarent:vt ad regni successionē legitimus ex Philippo & Cleopatra crearet hæres.Quare excādescēs Alexāder,O iprobum caput inquit:nos vero tibi nothi videmur!simulq; in eum raptum misit poculum.Insurgēs inde Philippus cōtra Alexandrum nudato mucrone fertur:fauente vtriq; fortuna tum furore tū vino,ictus inanis excidit.Tunc Alexander cōuitiis adortus,hic est ille inquit viri:qui ex Europa in Asiā trāsitū instruēs,& ex toro in proximū trāsgressus toro pronus cōcidit.Post eam vmariā disceptationē, Alexander vbi receptā secū Olympiadem in Epiro reliqt, ipse in Illyrius obseruabat. Ea tēpestate Demaratus Corinthius hospes Philippo perq̄ familiaris, ingenuā quādam dicēdi præ se ferens audaciā ad eum peruenerat.Q uē post iunctas dexteras blandosq; sermones interrogāte Philippo, quonam modo Græci mutuā inter se agerent concordiam: Tua minimū interest inquit philippe Græcię curā suscipere: qui tot discordijs atq; cala

Stagira aristotel' vrbs. Nymphęū Meza oppīdum.

Speculatiua scientia. Alexādri epistola ad Aristotelē.

Illiadē Homeri Alexāder sub pulūo tenebat Arpalus Alex. amor in Aristo.

Dandamis Calanus.

Cleopatra Attalus. Philippus Alexandrū mucrone petiit.

mitatibus propriã cumulasti regiã. Quocirca resipiscens Philippus Demaratum misit: q precibus Alexandrum reuocauit. Inde quũ Pexodorus Cariæ præpositus p amicitiam inita cum Philippo societate, maiorem natu filiam Arideo Philippi filio coniugẽ dare concupiscereter: in Macedoniam misit Aristonicũ. Eam ob rem quum amici, tum mater ingentes cum Alexandro seditiones: & colloquia serebant. Philippum enim splendore nuptiarũ & rerum amplitudine ad capessendum regnũ Arideum cõfirmare. Quibus rebus perturbatus Alexander Pantomimũ tragœdiarum Thessalum mittit in Cariã: q Pexodorum inducat: vt repulso Arideo q & nothus est, & minime mentis compos existit, id secũ matrimoniũ cõficiat. Ea res Pexodoro lõge magis q̃ prior est complacita. Id vbi Philippus sensit amicum quendam admodũ familiarẽ ipsius, Philotã Parmenionis filium secum assumens, cubiculum ingressus Alexandri illum acriter obiurgauit: & asperis carpsit cõuitiis: degenerẽ & præsentibus indignũ bonis appellãs: q Cario homini & barbari regis seruo se generũ affecter ascisscere. Dehinc ad Corinthios scribit: vt ad se vinctum pedicis Pantomiũ Thessalum mittant. Cæteros aũt æqualis Arpalum | Nearchum | Phyrgium | Ptolemæum ex Macedonia coegit excedere: quos posterius Alexander reuocatos per summos habuit honores. Cæterũ quũ Pausanias Attali & Cleopatræ consilio cõstupratus nullam assequi posset vltionem, Philippũ obtruncauit. Cuius cædis vel maxima in Olympiadem causa relata est: q̃ furentem adolescentem exhortata magis atq; magis lacessisset. Non nulla etiã Alexãdrum attigit calũnia. Nam dum post id stuprũ obuium sibi Pausaniã multa cõqueritũ habuisset: illud Medeę Iambicũ ptulisse traditur: Socerq; simul maritũq; ac sociã tori. Cõscius tñ insidiarũ postea pquisitos pœnis affecit. Eo deide foris absente, quũ Olympias Cleopatrã suis manibus crudelissime necauisset, indoluit. Alexãder annos viginti natꝰ plenũ inuidia & grauissimis odiis ac periculis vndiq; circũseptum assequutus est imperium. Nec. n. vicinæ barbaroꝝ puinciæ & nationes modeste seruitutẽ ferebant. Auita vero dominia patrioscp principatus affectabant. Occupata enĩ armis Græcia, Philippus nullũ eius cõponendæ pacãdęq; tẽpus nactus, cæterum mutatis tantũmodo prturbatisq; rebus & ingenti pcella p insuetas nouitates fluctuãtibus, diem obierat. Ea tẽpestatis conditio quũ grauẽ Macedonibus metũ icuteret: opus esse censebãt: vt Alexander Græciæ rebus omissis vim nullis afferret: & barbaros qui ab eo desciuerant, per comitatẽ ac clementiã ad se reuocaret: nouaꝝ rerum initiis pro tẽpore meditatis. Huic ad uersatus sentẽtię Alexander regnũ potius audacia & animi magnitudine tueri & cõseruare statuit. Siqd enĩ excelsi & elati animi remisisset: mox se a cũctis pessundatũ iri. Itaq; barbarorũ motꝰ ac bella cũ exercitu aduolans cõfestim ad Histrũ vsq; cõpescuit. vbi Syrmũ Triballorum regẽ cõmisso in genti ꝓlio superauit. Post modũ quũ Thebanos ad defectionẽ cõcitari, socioscp illis Athenienses ac cepisset, p Thermopylas statim copias adduxit: sese virum pro Athenienſium muris declaraturum dictitans: quẽ Demosthenes puerũ quidẽ dum in Illirũs ac Triballis versaretur, mox vero in Thessalia adolescentulum appellare solebat. Thebanorum igitur muris admotus, eis vt facti pœniteret. spatium exhibẽs, Phœnicem & Prochitem sibi tradi poscebat: ac modo sibi conciliarentur, liberta tedonatos p præconẽ declarabat. Cõtra Thebani Philotham & Antipatrũ deposcebant. Inde q̃s quis liberam vellet esse Græciã, socias sibi iungere acies publico monent edicto. Tũ Alexander Macedones ad bellũ instruxit. Ab Thebanis aduersum hostes & longe qdẽ plurimos, summis viribus ac virtute impigre decertarũ est. Interim Macedonibus q̃ custodiæ arcis. præerãt, a tergo inuadẽtibus, circũuenti Thebani in ipsa pugna cecidere. Capta ciuitas & direpta. vrbs euersa funditus est. Qua qdẽ in re ea spes idq; cõsilium extitit Alexandro, vt huiusce modi casu ac terrore perculsi conpressiq; Græci, quietẽ agerent: quum alioqui incusantibus Thebanos socĩis, morigerari gratificariq; cõcupisceret. Phocenses siqdẽ & Plateenses Thebanoꝝ insimulatores aduentasse cõstat. Preter sacerdotes aũt, hospitesq; Macedonũ, ac Pindari stirpem, quiq; defectionẽ illã dissuasserant: vniuersos triginta milia numero vænundedit: plures sex milibus oppetiere. Dum grauissimis ciuitas calamitatibus agitaret: Thraces qdam excisa Tymocliꝫ domo, clarissimę sane ac pudicę matrisfamilias, fortunas diripuerũt. Illoꝝ vero dux ipsam p vim cõstupratã diligenter interrogabat: si cubi aurum aut argentũ defossum habebat. Ea vero se habere confessa, solum perduxit in hortũ: & puteũ ostendens ibi captã vrbe inquit pretiosissimas seopes depositasse. Inclinatum Thracem, locũq; accuratius considerantem, pone constituta mulier voluit in præceps: eumq; saxis frequenter iniectis exanimat. Illa dehinc a Thracibus ad alexandrũ in vinculis producta (aspectu qdem acincessu maximę dignitatis & amplitudinis signa dabat) secura & inter duces intrepida scisscitanti postea regi quænã foret matrona, Theagenis sororẽ se fuisse rñdit: q in Chęronea impator istructis aduersus Philippũ aciebus p Græciæ libertate ceciderat. cuius respõsionẽ clarũq; facinus admiratus Alexander, liberã cũ filiis abire iussit. Cũ Athenięsib⁹ pacẽ egit: q̃q̃ Thebanoꝝ casum haud modeste ferẽsib⁹ Quũ. n. solẽnia istarẽt mysteria, ei⁹cã mœroris omissa sũt: qcp Athenas cõfugerãt, sũma hũanitate sũt excepti At siue kõis more iã furoꝫ saturat⁹, siue crudelissimæ rei clemẽtissimã gfam adiicẽs voluerit: nõ solũ nihil Athenięsib⁹ succẽsuit: veꝝ ẽt res Græcoꝝ curę hãe iussit: solos siqd ei aduersi accideret, futuros Græciç principes. Eũ quoq; posterius Thebanoꝝ sępenumero calamitas afflixisse dici

Pexodorus Cariæ præpositus Arideus.

Philotas.

Pausanias. Philippi interitus.

Cleopatræ interitus.

Syrmus rex Triballorũ

Thebæ captæ ab Alexandro & funditus euersæ.

Thebanorũ .xxx. milia ab Alexandro vænundata: cæsa sex.

Tymoclia matrona egregia.

Theagenes

tur:eorũq; cõpluribus ſummã clementiã impartiſſe. Clyti vero cædẽ inter vina ꝓpetratã, itẽq; repudiatos in India Macedones, vt qui imperfectam adhuc militiã detrectarẽt, ipſiuſq; gloriam abiicerent, ad liberi patris iras omnino referre ſolebat. Hoc ſane conſtat neminẽ Thebanoꝝ poſt hac ei vacuas adiiciſſe preces. Hæc quidem de Thebis. Cæterum coactis in Iſthmo græcis, ac expeditionẽ in Perſas decernẽtibus, Alexander imperator appellatus. Qui quum pluris philoſophos & prima tios in ciuitate viros ſibi obuios & cõgratulantes habuiſſet: idẽtidem facturum Diogenẽ Sinopenſem exiſtimauit: qui per id tempus Corinthi verſabatur. At is pauci faciens Alexandrum, in Cranio diuerſorium habebat. Quo tum pergens Alexander ad ſolem apricantẽ offendit. Ille vt tã illuſtris aduentare viros vidit, paulum ſedit Alexãdrum ſuſcipiẽs. Eodem familiariter ſalutato, rogat Alexander rei ne cuiuſq; indigeat: Cui Diogenes, parũper ait ab ſole mihi ſecedas. Qua in re ꝙis regium ſplendorẽ amplitudinẽue nihil fecerit, adeo delectatum admiratumq; ferunt Alexandrum: vt eo diſcedẽte quũ amici irriderent & per iocum morderent: dixerit: Ego profecto niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe vellem. Volens autem illius gratia expeditionis diuinũ conſulere oraculũ, Delphos venit. Tum forte nefaſti dies agebantur: in quibus ne fari quidẽ illi mos eſt oraculo. Quãobrẽ quũ ipſam primo vatẽ reluctantẽ, ſeq; lege tuentẽ oraſſet: ipſe inuitã trahens tẽplum aſcẽdit. Ea vero ſtudio ac hominis ſportunitate victa, inuictus es inqt fili. Qua voce accepta Alexãder haud alio ſibi opus eſſe vaticinio dixit: verum aſſequutum ſe quod ab ea cupiebat oraculum. Eo deinde ad exercitũ ꝓficiſcente, quum alia deoꝝ viſa prodigia: tum vero Orphei ſimulacrum, quod in Libethris ex cupreſſo extat, per id tẽꝑs ſudorẽ emiſiſſe tradit. Vniuerſos eo ꝓdigio terrefactos bona ſpe eſſe iuſſit Ariſtander. ſempiternæ nanq; memoriæ illius geſta futura: ſudorem maximũ laboremue poetis ac muſarũ cultoribus allatura. Copiarum numerum q minimum aſſerunt, tricena milia peditũ ac equitũ quinq; fuiſſe tradunt: q vero plurimum, peditũ quadraginta milia, equitum autem quatuor extitiſſe ſcribunt: qbus Ariſtobolus non niſi ſeptuaginta talentorum cõmeatũ fuiſſe prodidit. Duris triginta ſolum modo dierum cibaria. Oneſicritus etiam ducenta æris alieni talenta cõflaſſe Alexandrum. Qui tametſi tot cõpreſſus rerum anguſtiis, tam ardua moliret: non ante nauẽ conſcẽdiſſe tradit: q̃ rebus amicoꝝ penſitatis, huic qdẽ agrũ, illi villã, alteri domorum puẽrum, nõnullis portoria elargitus eſt. Abſumptis & ferme diſtributis regiis opibus, qd tibi rex ſupereſt? Perdicas inqt. Cui Alexander, ſpes ait. Tum Perdicas: Hęc nobis cõmilitonibus tuis futura communis eſt. Obſignatum igit̃ ſibi ꝓdium recuſante Perdica, qdã idẽtidem examicis factitarunt. Cæterum qſquis aut acceperit, aut poſtularit, ei promptiſſimo gratificatus eſt animo. Rebus hoc pacto Macedonicis conſumptis partiſq;, tali conſilio ac animi diſpoſitione concitus Helleſpontũ traiecit. Inde petens Ilion, ꝓfecto ſacrificio, Minernæ, ſemideiſq; parentauit. Deinde ad Achillis ſtatuã vna cũ ſociis vnguento delibitus nuduſq; de more circũcurrens, eã coronis ornauit: felicem illũ appellans, ꝙ viuo qdem tam fidum amicum, mortuo autem tã magnũ contigit habuiſſe præconẽ. Eũ ciuitatẽ poſtmodũ perluſtrantẽ ac viſentẽ interrogauit quidã, Alexandri ne Paridis citharam videre cuperet. eã minime ſibi curæ eſſe reſpondit: Achillis vero citharam quærita ſſe: qua ille fortiſſimorum geſta virorum, & res inclytas decantare ſolebat. Interea quum Darii præfecti magna manu coacta acies pro Granici tranſitu, perinde ac Aſiæ portis, diſpoſuiſſent: intrare volentibus nõ niſi pręlio cõmiſſo irrũpere licebat. Subinde profundi ac vndoſi amnis impetus & ripę vlterioris aſperitas: quæ non ſine collato marte ſuperanda erat, plurimos terrore confecerat. Quidam etiam Iunii menſis obſeruandam religionem exiſtimabant: quippe quum eo tempore exercitum deducere haud Macedoniæ regibus mos ſit. Quam rem facile correxit Alexander: ipſum ſecundum vocitari Maium edicens. Quũq; Parmenio ea minime tentare pericula ſineret: ꝙd q̃ſerum tempus eſſet: futurę inquit vt Helleſpontus erubeſceret: ſi eo ſuperato Granicum extimeſceret. Quo dicto raptis ſecum tribus ac decem ordinibus equitum, flumen irrumpit. Vbi quum ſeptos armis equites contra prę rupta loca hoſtileſq; ſagittas vrgeret, raptante ac obruente fluminis vortice, amentia magis furere q̃ ratione aut conſilio militiam gerere videbatur. Poſtq̃ euaſit, vix dum ripam ſummo labore ac difficultate tenuerat (erat enim locus quum vdus, tum cœno lubricus) quum e veſtigio confertim aduerſus irruentes, prius quam ſuos pro acie locare faculras eſſet, conferre manum coactus eſt. Illi enim clamore incumbentes, equoſq; equis conſerentes, haſtis agebant: quibus fractis mucronibus decertabatur. Cæterum aduolantibus in eum plurimis (erat enim tum pelta, tã caſſidis iuba inſignis: quam circum candidiſſimę vtrinq; mirum in modum pennę ſurgebant) ab vnius iaculo ſub thoracis lamina ictus. haud ſauciatus tamen eſt. Inde cum Triſacem ſimul ac Spithridatem regis prefectos in ſe concitos ferri cerneret: deuitato Spithridate, Triſacẽ petit: qui quũ thoracem induto haſtam infregiſſet, gladiũ criſpat. His itaq; confertis, ex obliquo adacto Spithridates equo auide inſurgens, conum barbarica bipenni diſſipat: altera penna deiecta. cuius ictui pene ceſſit galea: adeo vt crines altera bipennis pinna perſtrinxerit. Spithridatem alteram librãtem plagam magnus ille Clytus occupat: & mediũ telo tranſfigit. Triſaces quoq; Alexandri gladio vulneratus exanimis cecidit. Inter huiuſmodi rerum diſcrimina equeſtri pugna cõſtituta, tra-

Diogenes Sinopenſis Cranium.

Nefaſti dies

Orphei ſimulacrũ ex cupreſſo in Libethris. Ariſtãder. Exercitus Alexandri.

Achillis ſtatua. Alexander Achillẽ felicẽ quur appellauerit.

Granicus fluuius. Iunii mẽſis obſeruatio Macedonibus.

Pugna iter Perſas & Macedões.

Triſaces. Spithridades.

Cęsa ex Parthis ab Alexandro xxii. milia.

Sardis capta ab Alexandro. Alicarnassus. Miletus. Fons Lyciæ Xanthiorũ oppidum.

Phaselis vrbs. Theodectæ Pisidæ. Gordium. Alexandri nodũ ex corni libro gladio cecidit.

Mẽnõ classis Darii pfectus. Exercitus darii habẽs sexcẽta hominũ milia Darii sõniũ

Cydnus fluuius frigidissimus. Philippus Acarnanꝰ.

fecerat Phalanx Macedonica: pedestresq; simul aderant copiæ: quocirca haud diutius (q̃q̃ acer) stetit hostis: at cuncti terga verterunt: Græcis duntaxat exceptis. hi stipendarii quidem milites in quẽdam euadentes tumulum, Alexandri fidem implorabant. At ille furore magis q̃ consilio eos adortus, equum non Bucephalum quidem, gladio per ilia trãsfixum amisit. Ibi plurimus sauciorum & cadentiũ numerus fuit: quippe cum desperatis ac bellacissimis viris collata pugna fuerat. Siquidẽ barbarorum militum. xx. M. duo equitum cecidisse tradunt: quum ex Alexandri exercitu quatuor & triginta cæsos, ex quibus nouem pedites, Aristobolus refert. eis æreas statuas Lysippi opus attolli iussit. Ex hac victoria Græcis exuuias impartitus, Athenienſibus quidẽ trecentos ex captiuis clypeos transmisit: cæteris passim spoliis illustre hoc iussit inscribi. Alexander Philippi, & absq; Lacedæmoniis Græci, hæc ab incolis Asiæ barbaris. Pareras vero hostium, cæteraq; id genus ad martẽ ferme cuncta transmisit. Ea pugna magnum ad res Alexandri momentũ peperit. Sardis enim mari timi barbarorũ imperii tutamen & propugnaculũ cepit: multaq; ad eum defecerunt oppida. Solæ contra illũ Alicarnassus, & Miletus perstabant: quas inde vi adortus cepit. Subactis finitimis omnibus, dubius animi ad ea quæ gerenda supererant, fuit. Interdũ enim contra Dariũ summo studio ferebatur: vt de rei summa periculum faceret: interdum maritimis intẽtus erat: vt in eis primũ exercitatus ac stabilitus ipsum postmodũ inuaderet. Lyciæ fons iuxta Xãthiorum oppidum extat: e quo p incrementum funditus verso tabellas quasdã æreas sua spõte dilapsas fama est: in qbus antiquissimarũ characteres literarum indicabant regnum Persarum a Græcis destructum periisse. His elatus maritimam oram ad Phœnicią vsq; Ciliciá subigere maturauit. Excursio vero Pamphilię in gentẽ q̃multis historicis scribendi materiã ad immensum vsq; stuporem exhibuit: q; diuina quadã sorte mare ipsum alio qui sæuum semp & procellosum cesserit Alexandro: quum rarissime contingere soleat: vt præcipitia præruptaq; iuga: glacie modica tenuiq; conteganrur. Declarauit id Menãder in comœdia: dum ad admirandum facinus alludens ait. Quã Alexandro sum hoc ingt, si quẽpiã quærito: Is vltro p̃sto fiet mihi: Si quẽ maris superier locũ iã oporteat mihi, Huius cõtinuo facilis reddit tranſitus. Alexander autem in epistolis suis nihil tale monstri simile perscribens, se pcognominatã scalam iter habuisse, pq; Phaselidem trãsisse asserit. In qua vrbe cõplures versatus dies; quũ interea loci Theodecti p̃mortui (erat autem Phaselide oriundus) erectã in foro statuã conspexisset, ibi post cœnãmero pfusus lasciue saltauit: mulrasq; sparsit coronas: non ingratũ homini p iocum reddens honorem: quem inter philosophiæ studia sub p̃ceptore Aristotele socium habuerat. Post hęc rebelles cepit Pisidas: Phrygiam domuit: & oppidum Gordiũ antiqui Midæ regiam: vbi vulgatũ illud ex corni libro innexum plaustrum aspexit: de quo ex barbaris passim creditus sermo manarat: quisqs eius nexum soluisset, illi orbis terrarũ imperiũ fata portendere. Quum igit cæca nexuũ capita, obliqsq; inter se spiris obuoluta Alexander soluere nequiret: nodum gladio cecidit. Quo itaq; cęso, multa apparuisse rradunt capita. Aristobolus autẽ facillime ipsos soluisse nodos affirmat: dempto siqdem clauo: quo temoni iugũ annectit, mox iugũ subduxisse. Hinc Paphlagones Capadocesq; subegit. Audira interim Mẽnonis morte: q clarissimus classis Darii pfectus p multas turbas & obstacula Alexandri victorias retardabat, de ductãdo ad supiores partes exercitu sese magis magisq; confirmauit. Hæc agente Alexandro, Darius magnitudine copiarũ elatus, e Susis castra deducit. Sexcenta enim holum milia agebat. Cõfisus ẽt somnio quodã tradit: qđ ad gratiã magis q̃ veritatẽ coniectores exposuerunt. Visa. n. lare fuso igne Macedonica phalanx depasci: Alexandrumq; sibi ministrare: ea amictus stola, quãis olim regi seruiens gestare solebat. Eũ postea quum belli tẽplũ inrrasset, e cõspectu euanuisse. Hisce rebus portendisse deum opinor illustrissima atq; famosissima futura Macedonũ gesta: Alexandrũ regno Asię potiturꝰ: quẽ admodũ ex ministro rex factus Darius vendicauerat: cæteraq; vitã mature summa cũ gloria relictuꝰ. Maior itẽ illũ spes extollebat: q; Alexandro in Cilicia diutius cõmoranti timiditatẽ obiectabat. Cõmorandi vero causa erat aduersa valitudo quã immensi labores adduxerant: vel (vt quidã perhibent) Cydnus amnis: quẽ gelidissimũ is se leuandi causa intrauerat. Ad cuius quidẽ remediũ cæteris desperantibus medicis, & quauis ope validius imminere periculũ ratis, & rein contrariũ versa, calũniam Macedonũ reformidantibus, Philippus Acarnanus accessit: qui tametsi dura impendere animaduerteret: tamen amicitia frętus: qua in eo regis discrimine nõ cõmune etiam per extrema experimẽtorum genera susciperepericulum iniquũ ducebat, remediis adortus est: eiq; (modo perferat) ad pugnam proximam anhelanti, breui salutem potionibus pollicetur. Interea ex castris a Parmenione missa redditur epistola: qua regem, vt ab insidiis Philippi caueret, admonebat. Magnis enim largitionibus a Dario corruptum: desponsatam pręterea eius filiam: vt Alexandrum necaret. Quam vbi perlegit: nemini ex æqualibus indicatam sub puluino collocat. Ingredientibus autem familiaribus, simulq; Philippo calice potionem afferente, Alexander tradita illi epistola: poculum intrepidus ac fecurus accepit. Præcipuę vero admirationis spectaculum erat: quum eo legente, hic poculũ haurire: inde mutuo haud eodem se gestu conspicerent. Alexandri quidem erga Philippum amœna & aperta facies, beniuolentiam fidemq; declarabat: ille autem ea percitus calumnia, nũc inuo-

catis numinibus obtestatisq; manus tendebat in cœlum: nunc lectulo collabens Alexandrũ sibi audire, & bono animo esse sollicitus orabat. Ea vis medicaminis interius recepta, initio corpus ita depressit afflixitq; vt intercepta voce, & intercepto ac'perexili admodum sensu, illum ferme aïus de ficere videret. At paruo post tpe pristina salute recepta, collectisq; viribus, Macedonibus videndũ se præbuit. Non enim prius sese discruciãdi finem facturi videbant. Eratin castris Darii transfuga Macedo Amyntas nomine: haud Alexandri naturæ inscius. Is vbi festinantem Darium, vt Alexãdrum inter angustias adoriret, cernit: supplex deprecatur: vt ingentibus copiis aduersum paruam manũ prælium initurus in latissimis locis & planissimis cãpis hostem expectet. Vereri se Dario respondente: ne Alexander ac hostes effugiãt: huius rei gratia solue metum inquit: ille enim ad te vltro aduentabit: aut in præsentia fortassis aduentat. Haud ramen regi placuit Amyntę consiliũ: verum in Ciliciam castra mouit: Alexander contra illum contendit in Syriam. noctis tenebris haud obuii inter se facti, vbi illuxit reuertunt. Quã rem hũc in modum obtigisse lætus Alexander, hostẽ in angustiis obuiũ habere curabat. Nec minus exultabat Darius: q; eductis iam ex montium faucibus copiis, prior castrorũ loca metauerat. Iam enĩ ipsorũ cõmoditatem locorũ itellexerat: q; ea quũ mari ac montibus vicina, tum influenti Pindaro amni equitatui minus idonea peragrarat: cæterum quaquauersum cõfragabilem hostium paucitati situm habebant. Alexander locum suppeditante natura, longe melius q̃ fortuna pbuerat, ad quęrendam victoriam acies instruxit. barbarorum numero inferior, ne ab eis circũuenireť addextrum hostium cornu obliq; læuum opponẽs, in fugam barbaros conuertit. Vbi inter primos prælium capessenti mucrone coxa vulnerať: & vt Cares pdidit a Dario. Eos enĩ manibus congressos refert. Alexander aũt quũ de ea pugna scriberet Antipatro, a quo vulnus acceperit haud significauit: quũ tũ sauciam gladio coxam sine periculo fuisse scribat. Ea gloriosa extitit victoria: quippe quũ cæsa, tũ capta supra vndecim milia hostium. Dariũ p quatuor aut quinq; stadia fuga præripuit. Cętorum illius curru arcuq; potitus, rediit in castra: vbi Macedonas ĩmẽsas barbarorum diuitias quũ ferentes, tum congerentes ĩuenit. Qui quo expeditiores ad plium essent: omnia ferme Damasci impedimẽta apparatũq; reliquerant. Tentorium Darii pecunia splendidissimisq; ornamentis ac ptiosa supellectile, refertum excerpserãt Alexandro. Inde exutis armis balneum intrans, eamus inquit, in Darii balneo sudorẽ pugnæ loturi. Cui familiaris quidam, minime per Iouem ingt Darii, ast Alexãdri: Fortunas enĩ victi & esse & dici bona victoris oportere. Cæterum aquarũ ductus, hydrias, peluis, & alabastros, cuncta auro lita plurima conspicatur: vnguenta simul ac aromata diuinum quendam interius spirabãt odorem. Post hæc sublime cubiculum magnifice cõditum subiens, vbi stratum, mensas, cœnaculum: miroq; in structas ornamento perspexit: ad socios conuersus, Hoccine inquit imperare erat! Ei postmodũ cõnaturo nuntiať: matrẽ ac vxorẽ Darii, geminasq; simul filias virgines captiuas adduci: easq; viso curru & arcu, Darium periisse ratas, se plangere lamentariq;. Alexander diu cunctatus, ipsarum magis fortem miseratus, q̃ suis elatus successibus, p Leonatum renũtiat haud interiisse Darium: & ne quicq̃ ab Alexandro reformident, adhortať. Se enim pro regno cum Dario dimicare: eas omnia, q̃ ex Dario imperãte, insignia dignitatis assequuturas. Quæ quũ mulieribus & captiuis qdẽ, clemẽs & amœna apparuisset oratio: non minoris humanitatis opera respõderunt. Quoscunq; enim Persas voluerunt sumptis ex præda vestibus & ornamentis sepeliendi potestatẽ dedit. Nihil cultus aut honoris pristini illis ademit: quin longe magnificentiores solito reg; vsus habebant. Quod vero pulcherrimũ & gratia regali dignissimũ extitit: mulieres ingenuas modestissimasq; & captiuas qdẽ nullũ ex eo turpe vel audisse, vel intellexisse, vel expectasse contigit: nec eas peride ac intra hostium castra, veŗ ẽt in sacris ædibus castisq; virginum cubilibus conseruatas, & nullius pspectas oculis vixisse. Et pfecto Darii coniugẽ vniuersas decore ac forma reginas anteisse: quemadmodum & Darium cunctos specie ac proceritate viros superasse: memoriæ traditũ est: simillimasq; parẽtibus fuisse puellas. Alexander seipsum magis q̃ hostes domare regium opus existimãs, non has aut quãpiã ante suam cõiugẽ pter Barsenen attigit. Hæc post Memnonis obitũ vidua Damasci capta est: mulier Græcis erudita literis: suauissimis erat moribus: pater Artabazus regia stirpe editus. Hanc Alexander incitate Parmenione genere quippe & pulchritudine egregiam cõpressit: sicut tradit Aristobolus. Cæteras quũ Alexander captiuas aspiceret: dicere per iocũ solebat: dolores oculoŗ Persicæ sunt puellæ. Contra dum eaŗ formis suæ continentiæ & modestiæ specimen ostendebat: ipsas velut exanimes starnas prætermittebat. Præfecto classis Philoxeno apud se Tarentinũ Theodorum eximia facie pueros vęnales habentem diuertisse scribente: & num emere vellet percontante: persæpe vociferans æquales rogauit: quidnã olim tã obscœnũ de se Philoxenus animaduertisset: vt hęc illi probra compararet. Scribens etiam ad Philoxenum post multa in illum maledicta & conuitia, ipsum cum suis mercibus Theodorum malam in rem mittere iussit. Quendam etiam adolescẽtẽ Agnonem nomine quum ei se egregia forma Crobilum ex Corintho emere, & ad illum deferre vel le scripsisset: ingentibus affecit conuitiis. Damonem & Timothcum Macedonas quorundã stipendia sub Parmenione merentium temerasse mulieres audiens, ad eum scribens mandat: vt si conuĩ

Amyntas Macedo.

Pindarus amnis. Alexander vulnerať in coxa. Alexander Persas in fugam vertit Cęsa ab alexãdroex Darii exercitu supra vndecim milia.

Darii mr & vxor, & fiię captiuę.

Darius vir pulcherrimus. Barsene. Artabazus

Philoxenꝰ præfectus classis. Agnon. Crobilus. Damon. Timotheꝰ.

Alexander cibis tẽperatissimus. Ada.

cti sint, eos tanq̃ perniciosas humano generi belluas sæuis trucident modis. In ea epistola hoc pacto de se verbum ex verbo scripsisse liquet. Ego enim Darii vxorem nedum aspexisse aut aspicere dereuisse: sed eorum qui eximiã illius formã prædicant, ne verba quidem admisisse comperiar. Seq; duabus potissimũ rebus mortalitatẽ intelligere aiebat: sopore ac coitu: quas sola naturæ infirmitas pareret. Ventris quoq; cibiq; tẽperatissimus. quod quũ multis aliis, tũ verbis suis ad Adan declarauit: quam sibi in matrẽ assumptã Cariæ reginã designauit. Illa enim vt maiorẽ in eum chartatem ostenderet, multa opsonia & delicata ferculoꝝ cõdimenta, postremo sollertissimos coquos ac pistores ad eum transmittente, his haud sibi opus esse dixit. Nã meliores se coquos quos sibi, Leonidas pædagogus cõparauerat habere. ad prandia enim nocturna itinera: ad cœnas vero prandio rũ parcitatem. Idem quum lectum ingrederetur: discussis accurate vestibus, num quicq̃ hic aiebat superuacanea refertum mollitie mater administrauit? Ad vinum quoq; longe minus q̃ credebatur pronus. Quod secus id circo creditum est: q; maius colloquendo q̃ potando tempus ad vnũquẽq; calicem protrahebat: semper longius sermõe deducto: & hoc quidẽ dum multa otio facultas esset quippe quũ a rebus gerendis illum non vinum, non somnus, non iocus, non nuptiæ, non spectaculũ: quẽ admodũ cæteros imperatores abstraxerit. Indicio est breuissima quã vixit ætas: quã infinitis omnino rebus amplissimisq; referit. Quũ vacuus erat: primum vbi exurrexisset, pacta re diuina sedens prãdebat. Postea diẽ aut venatu consumebat, aut componendis rebus impartiebat: aut mitibus ius dicebat, aut lectitabat. Sin haud nimis vrgentẽ viam vaderet: interdũ aut sagittare, aut cõcitatos currus ascendere descendereq; perdiscebat. Multotiesq; ẽt vulpes ioco venabatur: aueq; sicut p eius diaria percipi licet. Cæterum metatus vbi se vnxerat ac lauerat, cum præpositis coquorũ atq; pistorũ de sumendis epulis rationem habebat. sero postmodũ ac multam in noctem cœna turus accumbebat. Mirabilis autem illius cura & respectus in distribuendis dapibus fuit: nequid inique aut parum accurate partitus videretur. Potum (sicut prædictum est) longius inter confabulandũ producebat. Idẽ nullius iocunditatis expers quum cæteris in rebus, tũ consuetudinis comitate vniuersis excellens regibus, iactantia & elatione infestus ad arrogantiã vsq; vti miles quispiã ferebat: itaq; vt assentatoribus sese calcandum & equitandũ ferme permitteret. quẽ res gratissimos eius familiares fere perdidit: qui quũ assentari nollent, non laudare non audebant. illud enim turpitudinẽ, hoc vero discrimen afferebat. Interdum quum se post potum lauisset, quieti se ad meridiẽ vsq; dedebat. Nonnunq̃ etiã totum dormiendo diem agebat. Exquisitorum quoq; ita ciborum abstinens: vt sæpenumero quũ rarissima ad eum ex mari opsonia, aut pisces deferrent: eis inter amicos partitis, nihil reliquum esset. Cœnarum magnificis semper apparatus: & aucto pariter imperio sumptuosiores. Postremo quum ad decem milia drachmarum processissent: ibi modus factus est: & his qui Alexandrum inuitabant, præfinita summa. Post commissam in Isso pugnam, Damascum mittit: qui pecuniam, supellectilem, liberos vxoresq; Persarum ad eum redigerent. Ex quibus maximã in equites Thessalos ad id de industria missos portionẽ contulit: q; viri strenui & egregii bellatores erant. Reliquum etiam ditauit exercitum. Tũ primũ Macedones gustato auro: argento: mulieribus: & barbarorum delitiis, veluti canes odorata semita venari ac per vestigia Persarum opes indagare cœperunt. Post hæc Alexander ad occupandum maris imperium versus, Cyprũ & cunctã excepta Tyro Phœniciã: tradentibus regibus: recepit. Tyrũ obsidere statuens, aggeribus & machinis ducentisq; triremibus a mari mensibus septem cinxit. Interim Alexander per quietẽ vidit Herculem: postq̃ illum crebro vocasset e muro sibi dexterã porrigentẽ. Compluribus etiam Tyriorũ in somnis Apollo dixisse visus est: se ad Alexandrũ proficisci. Non enim sibi quæ in ciuitate perpetrarentur placere. Eapropter perinde ac transfugam hominẽ plane deprehẽdissent, eius simulacrũ catenis ac clauis ad basim alligatũ Alexandrinũ appellabant. Aliud dormienti Alexandro euenit insomnium. videre se Satyrum existimabat: qui procul ei iocabundus applauderet: quũq; ipsum capere vellet, fugiebat. Postremo quum multa versatus oraret: in manus venit. Consulti vates partim nomine longe credenda dixerunt: Sa hoc est tua Tyrus est. Adhuc fontem ipsum ostẽrant: quẽ penes Alexander Satyrum cernere videbatur. Ea durante obsidione, in Arabes, qui circa Antiliba num incolunt, expeditionem egit. In qua ob Lysimachum pædagogũ nõ paruum vitę periculum adiit. Subsequutus enim est: quũ se Phœnice neq; peiorem neq; natu maiorẽ esse diceret. Postq̃ ad montes ventũ est missis equis pedes ire cœpit: & iã cæteri procul abscesserant: quum intercipientibus tenebris ac propinquis iã hostibus, Lysimachum ætate grauẽ ac labore fessum nunc hortãdo, nunc iuuando haud deserere sustineret: longe ab exercitu (q; minus intellexerant) cum paucis relictus est comitibus: ita vt per frigus immensum horrentibus in locis noctẽ exegerit. Tũ multa sparsim eminus inimicorum conspicatus incendia, vt aliqua ex parte Macedones in rerum inopia cõsolaretur, corporis agilitate & quottidiano cõfisus labore, ad ppriores cursu pucnit. Ibi duobus assidentibus foco barbaris ense obtrũcatis: torre correpto reuertit ad suos. Magno itaq; facto nõnulli ex hostibus metu attoniti terga dedere: quidam eos aggressi verterunt in fugam. reliquum nocti securi duxere. Hæc quidem Cares refert. Tyriorum obsidio talem habuit euentum. Quũ Alexander post

Tyr⁹ obsessa ab Alexandro.

Alexandri insomniũ

Alexander expeditio in Arabes sumit.

xander post multa prelia maiorē copiaꝝ partem quieti dedisset: paucis tamē, ne otiosus foret hostis, p̄ muroꝝ statione relictis: aruspex Aristander mactatis hostiis signa perspexit: quibus audacior factus ad circunstantes presagiit: eo prorsus mense ciuitatem in eorum potestate futurā. Quare quum ingēti cachinno irridere cœpissent (ea enī extrema mensis dies erat) subdubitantē cernēs hominē Alexander: vt qui sua plurimi semp fecerat vaticinia: eam necdum trigesimā: at quartam. kl. adnumerari iussit. Deinde signo tuba dato, enixius q̄ antea cōstituerat muros adoritur. Qua re strenue inchoata, & exercitu ad ferendū auxiliū mature concurrente, quū desperatio Tyrios frāgeret, ea die potitus oppido est. Post hæc Alexandro amplissimā Syriꝫ vrbē Gazā expugnanti, auis q̄ dam ex alto demissa | cespite perstrinxit humerū. Ea deinde quū super quodā machinamento cōsedisset: inter funiū nodos iucunda cōplicatur. Quāobrem Aristāder humeri vulnus & potiēdę victoriā ciuitatis auspicatus Alexādro est: itaq; euenit. Inde quū Olympiadi, Cleopatre, amiciſq; hostilis exuuias mitteret: spei cuiusdā puerilis ætatis admonitus Leonidæ pedagogo quingenta thuris, & centena myrrhę talenta trāsmisit. Olim quum Alexāder inter sacrificādū vtraq; manu thura vaporandis deis exciperet: tū Leonides, Alexander ait, quū ferētibus aromata terris imperitabis, hoc pacto copiose adeo vaporibus, at in presentia rebus vtere parcius. Tū igit̄ Alexander ad eū ita scribit: Ad te thus myrrhāq; abunde trāsmissimus vt cū deis parcus esse desinas. Delato ad eū scriniolo: quo nulla iter opes Darii sumptuosior & ornatior fuisse res videbat. amicos sciscitat: qdnā in eo p̄tiosum digne collocādū existimēt. Multos eius vsus aliis demonstrantibus, hic optime inquit Ilias dis Homeri custodię dabit. Hanc quippe rem cōplures haud paruæ fidei authores affirmant. Cęterum, si vera sunt, quę Alexandrini Heraclidem sequuti tradiderunt, non segnem, non consilio vacuū cōmilitonē Homerum Alexandro fuisse censuerim. Nā potitus Ægypto, de vrbe Græca condenda quā magnificam populosam & ab se cognominandā relinqueret, agitabat. Quam quidem ad rē magnū soli ambitū, quantū superiori tpe nullus architectoꝝ cōsilio, meratus erat. Dehīc noctu p̄ quietē mirabile vidit insomniū virum quū canicię plurima, tū statura venerandū astare sibi existimauit: hos illi versus recitantē: Præterea vnidisono quędam iacet insula ponto: Quam pharon appellāt: Ægyptia littora contra. Confestim igit̄ consurgens. Pharū adit: quæ illa tempestate paululū supra canopicū ostium insula erat: nūc vero per aggerem in cōtinentē recepta. ea īstat coronę Isthmos erat: parem quaquauersum pro rōne latitudinē habens. Ingens in ipsa lacū & moriens mare portus amplectit̄. Egregiā' loci naturā contemplatus Alexander, Homerus profecto inquit, quum cæteris in rebus admirabilis, tū sapientissimus extitit architectus. Dehinc vrbis formā pro illius loci similitudine designari iussit. Quā ad rē tellus quū alba deesset, in nigri cāpi planicie gytatū farina signū deducunt: cuius actę rectius velut ex fimbria lineę chlamydis instar interiorē efficiūt vrbē. Eius formā summa cū delectatiōe spectāte rege: infinitę multitudinis & generis omni fariam aues e proximo lacu ac flumine in eum repente locū in nubis modum prouolāt: ita vt nec farinā ipsam attingerent. Id Alexandrum perturbauit augurium: ast illum bona spe esse aruspices monent. Ab eo enim vrbē condi: quę feracissima variis hominibus futura sit educatrix. Post hæc cōmissa operis cura, ipse ad Iouem Hammonē pergit: longe sane iter durum ac laboris plenum, gemino præsertim discrimine: aquaꝝ inopia: qua non paucoꝝ spatio diez deserta regio est: alterum si per apertam & profundam euntibus arenam rapidus incūbat auster: quēadmodum de Cambysis exercitu tradit̄. Is enī ingentes arenarum aceruos attollens fluctuāte planitie quinquaginta hominū milia obruta necauit. Hæc quū vniuersi ferme aiaduerterent: Alexander tū quicquid incōpraret deterreri nō poterat. Fortuna enī suis propitia cōatibus promptiores ei reddebat animos: & donec agenda nauaretur, inuicta ferebat animosa cōtentio: qua non hostes modo, verum & loca & tpa violentus vrgebat. In ea p̄fectione multa p̄ incōmodis assequutus est adiuuantia: quæ a Ioue missa fuisse posteriora cōfirmant oracula. Quin ea quodāmodo fidē ipsis vendicāt oraculis. Primū quidē aquaꝝ multitudo & diuturni ībres a Ioue demissi satis soluere metum: & hummectātibus arenis siccitatem extinxerunt: quibus in se condensatis, & suaues spiritus. & purior impendebat aer. Inde quū ductores confusas amisissent metas: iamq; errare cœpissēt: dispersis ex ignoratione comitibus, coruos q̄ præuolātes eis iter mōstrarent, & tardius subsequentes p̄stolarentur, apparuisse constat. Quod vero longe mirabilius est: tradit Callisthenes noctu palantes cantu ac vocibus ad sequenda comitū vestigia reuocasse. Superato deniq; deserto, vt tēplū intrauit, Hāmonis antistes illū Iouis perinde ac patris noīe saluere iussit. Illo rogāte num q̄sq̄ ex patris interfectoribus impunis effugerit: saniora loqui iubet antistes. Nec enim parentem illi mortalem eē. Murato dehīc sermone: cūctos ne Philippi interfectores vltus sit, p̄contaē: & datum ne ei sit: vt vniuersos ditione mortales sit moderaturus? Cui & hoc ipsum dari: & plene peractam Philippi vltionem esse diuinū respōdit oraculū. Quamobrem pretiosis deum donariis, & pecuniis ipsos ditauit antistites. Hæc sunt quæ de Hāmonis sortibus plurimis tradiderunt scriptores. Alexander autem scribens ad matrem se quędā occulta inquit accepisse vaticina: quæ quum redierit ad eā solā explicabit. Asserunt, quidā: sacerdotē dum grāce ipsum saluaret: & blandius παιδιον hoc est filiole compellare vallet

Aristander aruspex.

Gaza vrbs Syrię.

Scriniolum Darii p̄tiosissimum.

Alexādri in somnium.

Pharus.

Alexādria vrbs ab alexandro cōdita.

Hāmonē Iouē Alexāder perit.

Cābysis gn quagita milia hoīm hārēa obruta.

Corui Alexandro duces p loca i cognita.

Alexander Iouis filius appellatus.

Sāmō philosophus.

per barbarismum pro. n. abusum. ſ. παιδίον id est Iouis filii pronuntiasse. illū vocis errorē Alexādrum libenter pinde ac omen audisse. Quocirca cōfestim vulgatum est: eum ab oraculo Iouis filium appellatum. Quē rumorē vbi p Sāmonē Ægypti philosophum audiit, magis pbasse ferē q̄ois inquit hoies sub dei imperio esse: principatiq̄ ac imperitare diuinū qddā affirmabat. Quibus de rebus acrius philosophari ac disputare solebat: deū cōmunē qdem mortalibus patrē, optimū quēq̄ peculiarē sibi filiū adoptasse. Cæterum Alexander quum se deo genitum pſuasum haberet, in ipsos insolentior erat barbaros. Ad Græcos vero modestius ac parcius de ſua diuinitate sermonem habebat: excepto dū ad Athenienſes p Samo scriberet. Ego qdem (inquit) haud liberam vobis tam inclytam ciuitatē tradidissem: quā ab eius tūc dño, quē parētem meū appellabant ſuſceptā habetis: Philippū intelligēs. Postremo quū ſagitta ſaucius doloris accerbitate collaberet: Amici dixit hunc, plane curorem morraliū, at nō diuorum vulnera ſpargūt. Dum ingens tonitrus cōſternasset vniuersos: forte pſens Anaxarchus, plius tu quoq̄ Ioue genitus nū q̄q̄ talepages? Ad quæ ridens ait: Nolo, vti iubes, amicis esse terrori: qui meas p conrēptum cœnas habes: q̄ nō ſatraparum capita, ſed piſces in mensa mihi cernis appoſitos. Et pfecto Ephęſtioni miſſi a rege piſciculis Anarchus eum pruliſſe ſermonē traditur: ranq̄ eos aſpnaretur & carperet: qui p magnos labores & pericula illuſtres & claras res pſequētes, nullam aut p exiguam ſibi voluptarem cōparātes, nihilomagis q̄ reliqui iocūditatis fructū adipiſcūtur. Ex his q̄ ſuperius enarrata ſunt, liq̄t: Alexandrū nō per ſupbiam aut cōtumeliā, ſed grauitatis opinione cęteros ſubiugaſſe. In phœniciā ex Ægypto reuerſus ſacra diis feſtoſq̄ dies celebrauit. Tū ſtata certamina & ludos ſcænicos edidit: nō apparatu modo, ſed etiā certātibus pmagnificos. Eis pfecti ſunt Cypriq̄ principes: quēadmodum & Athenis q̄tribus ſortiūtur. Decertatū eſt mirifice ac ſplēdide a Salaminio præſertim Nicreunte & Solio Paſycrate. His vt nobiliſſimis præeſſent hiſtrionibus, ſorte obuenit: Paſycrati q̄dem Athenodoro, Nicocreōti āt Theſſalo: cui ſtudioſiſſime fauebat Alexāder: nec tñ ſuū ante ſtudium patefecit: q̄ oībus fere ſuffragiis victor Athendorus declaratus eſt. Tunc abiēs ſe qdem iudices approbare dixit: verūeniuero ne ſuperarum vidiſſet Theſſalum, regni portionē plibēter amiſſurū fuiſſe. Poſtea vero quū Atheniēſes Athenodorꝝ, q̄ Dionyſiis nōinterfuiſſet, mulctaſſent: eo regem vt p ſe ſcriberet obſecrante, id facere noluit: at mulctā remiſit. Quū Lycō Scarphei filius lepida quædā ageret in theatro: inter recitādum comœdiā verſum quo decē talētorum petitio ſignificabat, inſeruit. Quod ridens Alexāder, ea præberi iuſſit. Deinde miſſi a Dario legari pro redimēdis captiuis, cum regiis literis peruenerūt: qbus decē milia talētorū, cunctam Meſopotamiā, ac filiæ matrimoniū pollicebatur: tū amicū ſe ſociūq̄ futurꝝ. Quibus inter æquales ſuos cōmunicatis, Parmenio ſi Alexāder ingr eſſem, has ego cōditiones accepiſſem. Cui ſubinde Alexāder, & ego mediuſſidius ſi Parmenio. Alexāder itaq̄ Dario vt ad ſe veniret reſcripſit: cūcta exeo humanitatis operā cōſequuturus: q̄ ſi recuſauerit, ad eum mox ſe pfecturū. Et cōfestim incœpri piguit: eo in iti nere vxor Darii dolore partus correpta diē ſuū obiit. Cuius rei mœrorē nec diſſimulāter tulit: quia maximam benignitatis ſuæ declarādæ occaſionem amiſiſſe videbatur. Ipſam igit hominem magnificis humauit ipenſis. Erat iter eunuchos reginę cubicularios vna captiuos, qdā Tyreus noīne: is ex caſtris profugus ad Darium equo puolās, vxoris obitum renūtiat. Quo nuntio accepto, Darius quū p multas lachrymas caput planxiſſet: Pro Perſicam ingr fortunā: ſi regis vxorē ēdemq̄ ſororem captiuā nō modo vixiſſe, ſed etiā deceſſiſſe regiis priuatam funeribus cōrigit. Excipiēs Tyreus, At enī mi rex ait, pfecto funeris gratia & cuiuſq̄ p regia dignitare honoris nihil q̄ peſſimā Perſarum fortunā incuſes habes. Nanq̄ Statyræ reginæ ſuperſtiri itemq̄ matri & puellis nuſq̄ priſtinus opem ac rerum vſus, ſplēdorq̄ defuit: niſi vt tuæ claritatis columē aſpicerēt: quod denuo potēs reſtituet Oromaſdes. Nec ea moriēs vllius generis ornamētorū expers fuit: qppē quum ipſius obitum hoſtiles etiā lachrymæ decorarint. Alexander enim ſicuti prelio terribilis, ita parta victoria clemēs. His rebus auditis Darius animi ęgritudine ac perturbatione vexatus, indigniſſima ſuſpicans, eunucho ad intimā rentorii parrē adducto, Niſi tu quoq̄ cum ipſa ſimul fortuna inqt Macedonice factionis es: ſi me tuū appellaſh ærū: per hoc ingens te ſollis iubar ac regalem dextrā obteſtor ac oro: hæccine minima ſunt Statyræ mala q̄ lugęo: an illius vitæ lōge magis miſerā dappetimur: & vltra dignitatem fæuior nos afflixit calamitas: q̄ inſuper in crudelem acerbumq̄ hoſtem incidimus! Nam quod honeſtatis & caſtimonię ſignum eſt: virum ætatis integrę hoſtis vxorem tam multis honoribus decoraſſe! Eo adhuc loquēte, Tyreus ad eius ſe pedes demittēs, vt meliora diceret ſupplex horrabat: ne & iniuriis Alexādrum laceſſeret: neu defunctę vxori eidemq̄ ſorori turpes inureret maculas: neue afflictis in rebus maximo ſeſe orbaſſe ſolario videatur, preſtātiorem q̄ creauerit natura victorem habuiſſe. Verumenimuero admiratione proſequendum Alexandrum: q̄ maiorem erga Perſarum mulieres continentiam, q̄ in viros fortitudinem declararit. Eaq̄, ſimul & cæteram Alexandri modeſtiam terribili iureiurando confirmauit. Tum ad familiares egreſſus Darius, cenſis in cœlum palmis ita oraſſe fertur. Natales regaleſq̄ dii dare obſecro: vt quemadmodum lætiſſimam olim fortunam accepi, ita reſtitutam ac diuitiis incolumen poſteris

Anaxarchꝰ philoſophus.

Certamia & ludos Alexander exhibuit.

Lycō Mimꝰ

Literę a Dario ad Alex.

Statyrā. vxor Darii morif partꝰ dolore.

Tyreus eunuchus.

Oromaſdes Perſarū deꝰ

ſelinquam: quo parta victoria quas ab Alexandro p domeſticorum ꝯumnā gratias accepi, ęquā li ſoluam merito. Q d ſi deorum ira fatale hoc tps ingruit: quo pmutādum iam Perſicum ruet im perium: neminē niſi Alexādrum in Cyri ſolio ſedere pcor. Hæc plurimi ſcriptores ſic dicta factaq; cōmemorāt. Alexander omni intra Euphratē regione ſubacta, cōtra Darium decies centenis milibus militum deſcēdentē caſtra mouit. Interim iocoſum quippiā in exercitu fieri renūtiatur: Commilitones in geminas ſe p iocum partes diuiſiſſe: atq; vtriq; ducē ac imperatorem præfeciſſe: vocaſeq; alterum Alexādrum: alterū vero Dariū. Quūq; mutua certaminis præludia, primū glebis, deinde pugnis inchoaſſent: eo diſceptationē excāduiſſe: vt iam a multis ſaxa ſudeſq; res agi cœpta ſit: ita vt ne ſedari quidē queat. Tum Alexāder ipſos imperatores ſingulari prælio decertare iubet. Ex ꝙbus ipſe quidē Alexādrum: Dariū vero Philoras armauit: inſpectāte rē exercitu: quaſi quoddā futurorum auſpicium. Acri pugna cōmiſſa, is quē Alexādrum appellabāt, victor euaſit. Is igitur ab Alexādro duodecim vicis & Perſicę ſcholæ vſu donatus eſt. Hæc Erathoſtenes ait. Ingens deinde cū Dario prælium nō in Arbelis, vt quidā phibent verum in Gaugamelis cōmiſſum eſt. Id aūt vocabulum Cameli domū ſignificat: quā olim rex quidam quū hoſtiū manus dromedario eſugiſſet, Camelo ibi cōdidiſſe traditur: & ad eius curā & impēſam quorūdam virorū puentus deſtinaſſe. Menſe Iunio quū Athenis myſteria inchoarent, luna defecit. Vndecima poſt nocte in mutuo conſpectu cōſtitutis exercitibus Darius ſuas in armis copias tenuit: eaſq; lampadibus obibat. Alexāder quieſcētibus Macedonibus, ante tentoriū cum Ariſtādro vate ſacra pagebat: & hoſtias Phœbo mactabat. Vt vero familiares ſui grādiores natu, tum vero Parmenio, oēm qui inter Niphatem & Gordianoꝝ mōtes iacet agrū barbaroꝝ collucere facibus vident: præterea incertū quē dam clamorē terribilēq; ex caſtris tumultū, velut ex vaſto reſonare pelago, eoꝝ multitudinē admirati colloga inter ſe habuerūt. Ingens quippe ac arduum opus impēdere: ſi aperto cōgreſſuri marte tam magnā capeſſere pugnā audebūt. Inde pfectis ſacris, regem adeūt: vt q; hoſtem noctu inuadat hortātur. Hoc enim modo maximū impendētis pugnę terrorē p tenebras occultatuꝝ. Ille vero vulgatū illud, Non ego victoriā furor: ait. Quod dictū nōnulli iuuenile nimis ac inane iudicabāt: q; in tāto rerū diſcrimine cauilareť. Quidam in prſentia ſpe ac fidutia elatū recte futuroꝝ euētū diuinaſſe putabāt: nec vllam Dario præbere occaſionem voluiſſe: vt ſupatus aliā denuo bellādi fidutiam attentaret: in hoc noctē incuſaturus ac tenebras: quēadmodū ſupiori prælio, mare, mōtes, & anguſtias increpitauerat. Neceni inter tot copias, tam lata regione valētem Dariū, armoꝝ aut hoīum ſopia pugna detrectatuꝝ: niſi apta cōgreſſione ſummis dimicando viribus victis, ſpē ac feroces deponūt ſpiritus. Illis poſtmodum diſcedentibus, rex intra tabernaculum accubuit, vbi in reliquū noctis, prēter cōſuetudinē ſuā: tam pfundo preſſus ſopore dicit: vt ipſi ductores mirarent: & illuceſcēte iā dilucullo: militibus vt corpora cibo curarent edixerūt: poſtea ſollicitante tē pore, ingreſſus parmenio, quū lectulo aſtitiſſet, bis illum terq; noīne cōpellauit. Quē experrectum hoc modo pcōtatus tradit. Quidnā hoc malum inquid: vt non iāiam dimicaturus maximo prēlio, ſed victor eſſe videaris: qui tanto ſomno ſecurus dormias? Tum ſubridēs Alexāder, nōne nos ait viciſſe putas: qui peregre ac per abrupta loca detrectātem pugnā Darium perſequi deſinimus? Non ſolum igitur añ prælium, ſed & in ipſo diſcrimine, magnā animi cōſtantiā ac fidutiā ſui declarauit. Nam quū Bactrianoꝝ egregatus cōtra Macedones magno impetu & ſummis ferret viribus: in ſiniſtro cornu cui præerat Parmenio, ingēti fluctuatiōe dimicatū eſt. Subinde. Mazeus ex acie miſerat egres: q; impedimētoꝝ & ſarcinarū cuſtodię relictos adoriretur. Turbatuſq; vtriq; Parmenio ad Alexādrū qui renūtiet mittit: niſi ex prima aciei frōte fortes eueſtigio auxiliarii ad poſtremos ſuccedāt, vallum|res|ac impedimēta|diripi. Per id ferme tps Alexander ſuis ad egrediēdum ſignū dabat. Tum accepto Parmenionis nuntio, virum deſipere, nec animi conſtare dixit: ac per cōſternationem oblitiſci: q victores quidem & hoſtium fortunas vendicabūr. Sin victi erunt: non ſupellectilium, non pecuniæ, nō mancipiorū habenda cura eſt: ſed quo pacto ſtrenue dimicando glorioſam mortem oppetant. Hæc vbi ad Parmenionē reſponſa dedit: galeam impoſuit: aliā quidē armaturā intra tentoriū induerat: Siculum in primis amiculum: inde linteum thoraca duplicē: quē ex Iſſi ſpoliis acceperat. Ferrea caſſis erat puro lucidior argento: Theophili opus: ceruicis tutamen ferreū gemmis inſertum. Enſis quū tēperatura, tum leuitate mirādus: quem ab Cypriorum rege dono ſuſceperat: eo quū pugnas obibat, vti ſolitus. Inſigne enim ferebat Epiphorema egregia magis illius arte q cætera delectatus armatura. Antiqui nāq; opus Eliconis erat. Idē preterea ob ciuitatis Rhodiorum gloriā a qua eo donatus fuerat, geſtare videbatur: quum ipſo etiā inter prælian/dum vteretur. Cæterum Alexander donec aut acies inſtrueret: aut milites adhortareť: aut concionem haberet: aut luſtrans obequitaret: vt Bucephalo parcius vteretť, alium ſumebat equū: quoniā is ætate iam grandior erat. Quum igit congrediendū eſt: eo adducto, ſtatim aſcendit: ac ire pergit: magna ad Theſſalos ac Græcos habita prius oratione. Qui vbi robur ais addiderūt: ſeſe in barbaros agi certatim clamitāt: tum haſta in lęuam recepta, dextera (vt Calliſthenes tradit) deos precatus eſt: vt ſi vere Ioue natus exiſtat, ſuis auxilium atq; robur addat. Vates Ariſtander cādido in

Exercitꝰ Darii habēs decies cētena milia militum.

Gaugamelis quid.

Mazeus.

Alexandri armatura. Theophilꝰ Elicon.

Pugna inter Alexandrū & Darium Perſarum regem.

dutus amictu, & coronā gestās aureā secū cōminus equitās, sublimē supra Alexādri verticem aqui lam ostēdit: aduersus hostes recto volatu delabētem. Eo auspicio plurimū spei & alacritatis cun ctis increuit: quare sese inuicē exhortari equites in hostes cursu ꝓcedere. vndātem vero phalāga di ceres. Ante primā cōgressionē inclinati barbari: fugiētibus victores instant: Alexāder ad mediam aciem, vbi Darius erat, victos insequitur. Ipsum enī eminus cōspicatum inter cōfertissimos regię cohortis emicātem agnouit: vię formosum: ꝑcurum: sublimi curru incedētem: & rutilātium equi tum caterua stipatum: qui circa currum ꝑ acie stabant: parati hostem excipere. At cōminus terri bilior conspectus Alexander, vbi intra resistentiū globū feriētes īmisit: plurimos cōsternatione cō ficit ac dissipat. Strenui ac fortissimi ante regis ora cæsi: mutuoq; cadētes fugā inhibebāt: ita vt cō globata moriētiū agmina equos circūuallarēt. Dario grauissima concta obuersabanē oculis: cæ sa manus quā circa se præsidii causa locauerat: currus oīno immobilis verti neqbat: tāta obtrun catorum strages rotas immerserat. Equi etiā tot inserti cadaueribus saltibus aurigā deturbarant. Darii fuga. Inter hæc Darius relicto curru armisq;, effœtā (vt fertur) equam ascēdens, salutē fuga cōparauit, Quitū haud euasurus videbat: nisi denuo missa Parmenione eqtes Alexandrū reuocassent. Nam quum ingētes inueherentē copiæ: nusq; hostes cedere. In eo prelio sunt q segnē imbellēq; fuisse Par menionem carpāt: siue languescente iam ob senectutē audacia: siue ꝙ (vt Callisthenes refert) cre scētem Alexādri potentiā grauiter & inuide ferebat. Quamobrē mœstus Alexāder dissimulato mi litibus dolore, vt a cędibus tēperaret, nec insequi velle se finxit: & pinde ac iam pugnā nox dirime ret, receptui cecinit. Inde quū laborātibus auxiliū laturus pgeret: in itinere ꝑfligatos oīno hostes fugato scp accepit. Huius prælii exitu omne Persarum imperiū funditus excidisse credit. Tum Ale Persę vin cuntur ab Alexādro. xāder Asiæ rex Appellatus, sacrificia magnifica struxit impēsis. Dehinc amicis diuitiis|domos| ac principatus largit: maxima etiā in Grecos vtēs munificētia, vniuersas aboleri tyrannides, testi tui omnibus libertatem, ac suis viuere legibus se velle scribit: precipue Plateēsium vrbem exedifica rī iubens ꝙ eorū patres olim ꝑ tuēda libertate se socios Græcis ascīuerāt. Ad Crotoniatas quoq; in Italiam magnā exuuiaꝝ partē trāsmisit: ob Phyali decus & gloriā impigri & fortis athletæ: qui Phyalus. Medico bello quū Græcos cæteri destituissent Itali, propria triremi Salaminā nauigauit: illius pe riculi cōmunicationem susceпturus. adeo oīa virtutis opera summo studio & beniuolētia obserua bat. Postmodum Babyloniꝝ regionē ingressus oībus in potestatē redactis: ibi in Ecbatanorum agro telluris hiatum assidue ignē ranq; ex fonte scaturientē miratus est. Haud ꝑcul inde Naphtha magno inundat fluctu: q bitumini perq; similis, tātam igni cognationem habere videt: vt priusq; flāmā attingat, ꝑ ipsum luminis splendorē, mediū psæpe aerē incēdat. Cuius vim atq; naturā volē tes oīstēdere barbari: quū angiportū, q ad regiū ducit domiciliū, ea re pauli sp irroassent: primo cre pusculo extrema in pte cōstituti, faculas guttis admouere. Vixdū primis incēsis, haud sensim flā ma depascās, vnico mētis intuitu finē inuasit alterius: ita vt angiportus ppetuō foret incēdium Naphtha fluuius. Atheno phanes. Stephanus Erat, Atheniēsis qdā noīe Athenophanes: q regis qdē corpus vnguēto ac lauacris curare: eaq; ve ro ꝑ iocos & oblectamēta ducere solebat. Is quū intra balneū adstantē Alexādro pusionē, cui no mē erat Stephāo, aspectu qdē ridiculū ac suauissime cātātē aspiceret: vis inq; rex hoc in Stephano pharma cū experiamur! Si.n.eo incēso extīgui neq;at: pollētēvtiq; ac inexpugnabilē illius cē natu ram affirmauerim. Quā qdem ad rē impigrū se præbēte puero, vixdū puncto ac lumine cōtacto, tāta emicuit e corpore flāma: tūq; pullulauit incēdiū: vt ancipitē Alexādrū subtrepidasse constet. Q d nisi forte cōplures aquæ vasa manibus tenētes affuissent: nō ante ferri auxiliū poterat: q̄ totū ignea vis occupasset: quū hoc etiā modo pueri corpus vndiq; inardescēs, maximo labore vix po tuerit extingui. Veꝝ mēbris post hæc debilitatū vixisse certū est. Iure igit nōnulli salua fabulamē ti veritate, hoc esse venenū affirmāt: quo Medea vulgatā in tragœdiis coronā & palliū punxisse tra dit. Nec enī ab eis spōte sua ignē emicuisse: nisi quū admota flāma celeri tractu clādestina irrepsit. Medea. Radios enī ac fluxus igneos lōgius allatos aliis qdem corporibus lumē tūmodo atq; calorem cō stat adiicere: aliis vero pinguē quēdam ac ppetuū habētibus humorē siccitatē afferre spirabilē. hi collecto feruore celeriter in eis mutant materiā. De huius generatione dubiū est: si potius æstuās p id humidum flāma sufflat: quæ ex illa tellure pinguem igni genāq; habet naturā. Est enī Babylo nia vaporibus vehemēter obnoxia: ita vt posita humi sæpe hordea in sublime ꝑiliāt: quasi ea lo ca lāguore quodam tumētia saliētem pulsum habeāt. Incolæ quoq; ꝑ æstus immensos super ple nis aqua vtribus somnos capiūt. Harpalus cui eius vrbis expoliendę: cura relicta fuerat, regias ac deambulationes Græcis ornarat arbusculis: quum cæteræ adoleuissent, solam hederā nunq; tel lus adoptauit: at cōtinuo necauit: q illā minime ferret tēperiē. Illa nāq; feruida regio est: hæc vero locis amica frigidis. Has quidē excursiones quū modeste fiunt, minus forsam importuni carpūt. Babylonię tract⁹ vapo ribus maxi me obnoxi us Harpa lus. Susa ab Alexādro capta Her mionica purpura. Alexāder subactis Susis, ex regia quadraginta milia æris talenta, itemq; pretiosam supellectilem cepit: cuius in explicabilis oīno numeris. Ibi & Hermionicæ purpuræ quinquaginta milia talen ta reperta traduntur. Ea ab annis ferme ducētis reposita nouū adhuc & recētem floris seruabat co lorem. Cuius causam fuisse perhibēt: qui rubræ quidem tinctūram melle, candidæ autem albo cō

fectam oleo aiunt. in his enim quũ par tempus habent, purus ac lucidus splendor cernitur. Dinon refert eos reges ex Nilo atq; Istro aduectam aquam solitos Gazæ recõdere: vt hoc pacto regni magnitudinem assererent: quũ * omnium domini apparerẽt. Cæterum quũ Persidis fines, quũ locorum asperitate, tum impigerrimis Persarum aditum statione tenentibus, Alexander intrare nequeret (iam enim Darius effugerat) ducem quendam nactus est: qui eum paruo ĩtroduceret anfractu. Is geminæ nationis homo: patre quidem Lycio matre vero creatus Persica. De quo quum adhuc puer Alexander esset, Pythicum prędixit oraculum: pficiscenti in Persas Alexandro ducẽ fore Lycium. Ibi locoꝝ potitus, ingentẽ captoꝝ hominũ cædem commisit: quos idcirco suo iussu necatos scribit: q; ita sibi ad rẽ cõducere existimabat. Ibi quantũ Susis, tantũdẽ pecuniæ cõperisse se refert. Diuitias vero & reliquũ instrumentũ, mulorꝝ iuga' dena milia, & quinq; camelorꝝ vexisse dicũtur. Dein ingentẽ Xerxis statuã conspicatus: quã intra regiã irrumpentiũ multitudo ignominiose subuerterat: ad eã subsistit: & pinde ac viuẽtẽ alloquutus, Vtrũ ne ingt ꝑpter eam quã aduersus Græciam expeditionẽ egisti, collapsum te sinemus: an ꝑpter animi tui magnitudinẽ, aliasq; virtutes iacẽtem attollemus? Deniq; diuturno secũ silentio meditatus excessit. Inde militũ corpora curare volẽs (hybernũ eni tps erat) quatuor ibi menses egit. Quũ Alexãder subaurea primũ regii tribunalis testudine consedisset: Corinthius Demarathus ei beniuolentia affectus, & paternus olim amicus, se nilibus effusis lachrymis ad eũ ita loquutus fertur. Quã magna Græcos voluptate priuatos: quibus anteaq; in Darii throno sedentẽ spectauerint Alexandrũ, expirasse contigit. Hinc Dariũ insectatus amicis se p iocũ largiore prębuit vino. In ea lasciuia mulieres accitæ a suis amatoribus affuere: inter quas famosissima Thais genere Attica: quã inferiore tpe regnans Ptolemæus scortum habuit. Ea Alexandrũ nũc lepide eollaudãs, nũc ioco demulcens, inter potandũ in quendam incidit ser monẽ: q; tametsi patriæ suæ ritũ consuetudinẽq; decerneret, haud muliebris tamen extirit animi. Eoꝝ eni laborũ quos in Asiam peragrãdo ptulerat illa se die gratissimũ suscepisse fructũ dixit: q; in tra superbissima Persarũ palatia tam delicatũ cõuiuiũ celebrasset: at vero longe maiorem sibi voluptatẽ futurã: si Xerxis regiã, qui suas olim concremarat Athenas, ipsa quoq; p hilaritatẽ incenderit. Tum spectante rege, ipsa facẽ accendit: vt diuulgaret: q; quæ cum Alexandro fœminæ fuerant, maiorẽ p Græcia vltionẽ accepissent: q̃ superiores illi tum maritimarum, tum terrestrium copiarũ duces. His dictis plausus simul ac tumultus exoritur. Sociis inde ad tam magnum facinus exhortãtibus tractus Alexander exiliit Is coronatus lampada tenens ductor erat: cæteri clamore ac petulãtia consectantes regiam incendentes circuibant. Quod vbi sensere Macedones, alacres cum facibus concurrerunt. Sperare enim eum iam rebus patriæ animum aduertisse: nec amplius inter barbariem obseruari debere. proinde ea ignibus atria vastare. Hęc quidã iniussũ regis: quidam ita vt dictum est, ꝑperata memorant. At enim mox piguisse, ac restingui incendium iussisse, haud ĩcertum est. Cęterum quũ Alexander natura munificentissimus esset: eo magis liberalitatẽ, quo & latius ipsum ꝑpagauit imperiũ. Aderat quędam in dandis alacritas: qua sola gratificari beneficus potest. Qua de repauca verum egregia meminisse sat erit. Pæonum ductor quũ hostis a se truncati caput ei ostendisset: Rex ait, his apud nos donis pretiũ aurecũ solet esse poculum. Tum ridẽs Alexãder, vacuũ qdẽ inquit: ast ego id mero plenum tibi propino. Dum quidam ex Macedonibus mulum regium ferentem aurum ageret: defatigatumq; iumentum esset: is sublatum onus ferre cœpit. Quem sub pondere pressum conspicatus Alexander: vbi re cognita depositum videt hominem: ne reliquo defatigeris itinere dixit: hoc ad tutum deferes tabernaculum. Deniq; renuentibus q̃ postulantibus tristior, ad Athenienſem Phocionem scribens, eum minime existimaturũ deinceps amicum asseruit: si sua repudiet congiaria. Serapioni cuidam adolescẽti, qui pila secũ luserat, quia nihil ꝓposcerat, nihil exhibuit. Post ludente Serapione, iacta ad cæteros pila, mihi nequaq̃ prębes dicenti regi, non petis Serapion inquit: huic quũ Alexander arrisisset: g̃multa elargitus est. Erat Protheas quidam vir sane facetus, & in sympotis haud illepidus: cui quum Alexander succensere videretur: obsecrantibus amicis, ipsoq; collachrymante, secum in gratiam rediisse dixit. Tum ille: quodam mihi primæ fidei pignus præsta. confestim ei quinq; erogari talenta iussit. Quantas autẽ familiaribus, & his, quos sui corporis præsidio habebat, amplissimas facultates impartierit: Olympiadis ad eum declarat epistola: Alioquin amicos beneficia confer: & cũ gloriæ splendore confice: at in præsentia vniuersos sibi pares reges efficis: quibus quũ multas amicititias cõpares, teipsum destitutum reddis. Talia quum persæpe scriberet Olympias: is occultas seruabat literas: semel duntaxat excepto: quum Ephæstion solutam de more illi lectitaret epistolam, haud palam inhibuit: vero dempto sibi anulo, illius ori gemmam apposuit. Inter Darii proceres dignitatis amplissimæ Mazeus extiterat. Huius filio quandam habenti satrapiam, alteram adiecerat Alexander: quam recusans adolescens, Mi rex inquit, olim vnicus erat Darius: tu compluris Alexandros effecisti. Parmenion Bagoi domicilium vendicauit: in quo ex Susorum manubiis mille talentum vestem offendisse traditur. Scribens ad Antipatrum, vt exquisitam corporis sui custodiã haberet admonuit: q; ei insidias parari diceret. Ad matrem cõplura transmisit munera: quam nimiũ gerẽdis imꝑicari nego-

*amnium

Xerxis statuta.

Demarathꝰ Corinthiꝰ.

Thais Attica.

Hetxis regia ab Alexandro cremata.

Alexãdri. munificentia.

Serapion. Protheas.

Ephęstion.

Parmenon

Agnon Teius. Leonatus. Phylotæ luxus.

Seruile diuitias amare. Regiũ insudare laboribus. Craterus Leochares. Regiũ ẽa q bꝰ male audias, in eos magis esse beneficum.

Peucestas.

Ichneumõ Alexippus medicus.

Pausanias medicus. Ephialtes. Cyssus. Euryloch⁹.

Bessus Datium cepit

eiis,& bellicis immiscerirebus vetuit. Aqua quum grauius increpareturipsius asperitate æquõ p ferebat aio. Semel quoq; scriptam ab Antipatro cõtra matrẽ plixam epistolam lectitãs, ignorare dixit Antipatrum: q vnica matris lachryma innumeras delebit epistolas. Suos postea delitias ac illecebris oĩno soluros sumptuosissimeq; viuentes aiaduertens: ex qbus Teium qdem Agnonem argẽteos sub crepidis ferentẽ clauos:cõplures Leonato camelos puluerẽ ad gymnasia ex Ægypto vsq; transferentem: Phylotam quum venaturus erat, p stadia centum aurea & pretiosa disponentem tabernacula:plures etiã inter vngẽdum ac lauãdũ ptiosis odoribus quasi oleo vtẽtes cubicularios secum ac vnctores circũagere: cunctos benigne ac philosophoꝝ more obiurgatos, hunc in modum admonuit: Mirari se inquit eos tor tantisq; cõfectis certaminibus,haud meminisse:q ipsis victis longe mollius victores dormiãr:neq; cernere se Persaꝝ moribus suos æquiparasse Seruile quippe amare diuitas: apprime regiũ insudare laboribus. Quonã modo suũ qspiã curabit equũ: aut hastam exercebit:aut cassidem iduet:quũ p desuetudinẽ ne chariſſimũ qdem corpus manibus attingat! An ignoratis hunc esse victorię finẽ: ne hostium motus ac opera in nos transtulisse videamur! Eos magis ad virtutẽ inflãmabat:quũ vel militiæ,vel venatibus cunctos in pferẽdis malisac laboribus suparet. Quũ Alexãder eximiæ magnitudinis leonẽ sterneret: Spartanoꝝ legatus q forte aderat,pulchrum erat mediusfidius ait Alexãder:vt p imperio cũ leone decertasses. Hãc venationem ęreis cõflatã imaginibus Craterus Delphis appẽdit. Canes inerãt: Leonẽ Alexãder adoriens: Craterus adiutãs:partem Lysippus,partẽ Leochares effinxit.Hoc pacto Alexãder vt se simul laboribus exerceret, ac suos ad virtutẽ incitaret,quũ multa subiret discrimina:eius amici fortunis elati,illecebrisq; ac otio magis intẽri: tot militias peregrinationesq; molestepferre:inde sensim ad cõtumelias & male dicta tendere. Quę ille p quãdam mãsuetudinis abundãtiam modeste ac comiter tolerabat: regium esse affirmãs: vt a qbus male audias, in eos magis sis beneficus. Quæcũq; in amicos vel pusilla cõmulit: ea ingẽtis benuolẽtiæ honorisq; extãt indicia.Ex qbus pauca expositisse sat erit. Quum Peucestas vrsi morsu vulneratus, id qdem aliis, Alexandro vero minime signifi casset:ad eum multa cõquestus scripsit. At nunc quonã te habeas modo scribe inquit: & siquis sociorum inter venãdum te destituerit: vt debita luat supplicia. Absceti ob res gerendas Ephæstioni scripsit: dum ipse ac nõnulli Ichneumonem per iocum infestarent: Cratęq; Perdicæ iaculo occurrentem in vtraq; coxa vulnus accepisse. Audiẽs exægritudine quadã pristinę restitutę incolumitati Peucestã, Alexippo scribẽs medico magnas egit gratias. Dum Craterus aduersa valetudine teneret: ob quoddã insomniũ:nõnulla p eo sacra peregit:eũq; vt itidẽ faceret, admonuit.Pausaniæ quoq; medico, quũ Cratero pararet elleborũ,postq; p aĩ sollicitudine multa scripsisset, quo pacto antidotũ propinaret,admonuit.Ephialtem & Cyssum qui primũ Harpali fugã nuntiauerat, in vinculis habuit: q ipsos de eo viro falsa obloquutos diceret. Quum infirmis ac senectute cõfectis remedii potestatem faceret: Eurylochus ægęus se inter ægrotos inscripsit: postmodũ vbi nulla infirmitate detineri deprẽhensus est,amore Thelesippę captũ se cõfessus est: eãq; discedẽrem ad mare vsq; consectari velle dixit. Eius fœminę cõditionem pcontatus Alexãder,vt ingenuũ esse scortũ accepit,nos inqt Euryloche in hac p amãda socios habes: pinde aut largitionibus, aut vetbis, vt ad pmanẽdum inducas, vide:qũquidẽ ex libera ortam affirmas.Hunc sæpenumero virum admirari licet: q amicoꝝ gratia p rebus huiusmodi operã & accuratã qdem in scribendis dederit epistolis. Qualia hæc: Seleuci puerũ, q in Cilicia pfugerat, diligẽtissime iussit inquiri. Peucestam quoq; laudibus psequutus est: q Crateri seruũ Niconẽ cõprehendisset. Seruus qdam in asylo refederat: quãobrẽ ad Megabyzum literas dedit: vt illum e tẽplo si queat elicere, corripiat: intra sacrã ædẽ nullã vim afferat. Principio quũ in causis capitalibus ius diceret : otãte accusatore alterã manu aurem solebat occludere:vt ipsa reo pinde ac vt oĩs expers calũniæ cõseruaretur. Posteriori tpe ad calumnias q̃q̃ falsus ac verisimiles vehemẽter excandescebat:præcipue quũ de se male audiebat ita vt sæuiẽs inexorabilisq; desiperet:adeo vitę ac imperio gloriã anteponebat. Inde quũ tertio cõgressurus prælio aduersus Dariũ castra moueret:is captus a Besso nũtiatur:tũ præter stipẽdia Thessalis duũ millũ talẽtum erogãs donatiuũ, eos domum dimittit. In psequendo aũt Dario asperis atq; lõgissimis exactis itineribus: vno enĩ decẽ diebus tria milia & ducẽta stadia equo emensus est: vniuersum ferme exercitũ per loca præsertim aquaꝝ expertia labor affecerat:vbi quædam Macedonum manus mulis aquæ plenos ex fluuio subuehens vtres, Alexãdro sit obuiã. Quẽ vrgẽte in meridianum tps die,ob sitim ægre se habẽtem cõspicati,extẽplo implerã aqua galeã attulerunt. Ei de inde percũctãti:ad quos eos pferrẽt latice:ad suos respondere liberos: quos si nunc amiserimus:tibi (modo vita superstit)alios creãdi facultas erit.His auditis vbi galeã in manus cœpit:circunspiciẽs quos circa se habet eqtes:demisso capite & fixis in potũ oculis:ingustatã reddidit lymphã: p batisq; virisi solus bibero inqt,hos mœror instigabit.Eius cõtinẽtiam & aĩ magnitudinẽ quũ inspexissent eqtes:eundum esse magna cũ spe certatim acclamarũt: statimq; pedes eqs subdunt. Nõ enim laborẽ perferre: nõ deniq; mortalitati sese obnoxios existimare: donec talẽ eis regẽ adesse cõtigerit. Vna itaq; cũctorũ sedulitas & aĩ promptitudo fuit. Cęterum quũ sexaginta tm modo (vt

aiunt) viri fusa iã Darii castra irrupuissent: disiectum grãde auri & argẽti pondus calcãtes, multos quoq; puerorũ & mulierũ currus aurigis destitutos aspernati, pceres solũmodo fugientes in qbus Darium esse arbitrabãtur psequi cõtendunt. Vix tãdem cõpluribus cõfossum vulneribus Darium in vehiculo iacẽtem fereq; expirãtem offendũt: is quũ frigidã aquã præbẽte Polystrato potasset: qs quis es mortaliũ inquit, hoc mihi extremũ vniuersæ calamitatis genus accidit: vt p tãto in me beneficio dignas tibi referre grates nequeã: at referrat Alexander: Alexãdro vero dii: pro eius summa in matrem, vxorẽ, ac liberos meos humanitate, ac clemẽtia. Cui hoc dextræ pignus p me dabis. Hęc dicẽtem accepta Polystrati manu, vita destituit. Ad eum pueniẽs Alexãder ipsius casum p maximam doloris acerbitatẽ haud dissimulãter tulit: dẽptaq; sibi chlamyde illius corpus ornauit. Polystremo in potestatẽ redactũ Bessum grauissimo cruciatu dissipauit: quod disphendomena vocant. Proceris nanq; in vnũ curuatis arboribus, quũ vtriq; corporis partes alligasset: eas tãto concitatas impetu remisit: vt laniata passim mẽbra disiecerint. Tum Darii corpus regiis ornatũ insignibus ad matrem deferri iussit. Eius fratrem Exathrem magna sibi familiaritate deuinxit. Inde cũ robustissimis copiis pfectus subegit Hyrcaniam: vbi maris sinum haud ponto minorẽ, cæteris aũt maribus dulciorem cõspicatus, quũ nihil ex eo certi pdidicisset: quãdam Mæotidis paludis partẽ esse cogitauit. Huius tamẽ rei veritas haud latuisse physicos videt: qui diu ante illam Alexãdri expeditionem memoriç pdiderũt: ex quatuor exterioris oceani qui mediterraneũ irrumpũt: sinibus: Hyrcanũ pelagus quod Caspium vocant, ppinquũ magis esse botæ. Ibi quũ quidam ex inspecto barbari stabularios suasissent: equũ abduxere Bucephalum. Quã rem imodeste adeo tulit: vt nisi restituissent se cũctos eorumq; liberos obtruncaturũ per præconem interminatus sit. Quocirca equũ mox referẽtes, suasq; ciuitates in eius potestate faciẽtes affuere. Quos oẽs benigne allocutus equi captiui præmia reddidit. Hinc castra mouit in Parthiã: vbi intẽtus otio, barbarã primo stolam induit: siue vt probatis illoq; legibus ipsos p quãdam sibi cõsuetudinem cõciliaret: q; ad mitigandas hosium mẽtes plurimũ patrii moris valeat cõsuetudo: siue vt hoc pacto Macedonũ tentaret aios: quos paulatim ad spnendos patriæ ritus assuefacere nitebatur: quo illum adorari modestius pferrent. Nunq; tñ vt Medoq; amictũ barbarũ nimis & ab se alienũ assumeret induci potuit: semp Anaxyridas, Candyn, Tiaramq; repudiãs: at mediũ quẽdam inter Persicum & Medũ habitũ aptissime tẽperãs, q vt illo iocundior: hocita erat augustior. Eo primũ vsus est in barbaroq; cõuentu: ac domi, cum æqualibus: dehinc passim seu egtaret, seu ius diceret, eodẽ spectabat ornamẽto. Quod q̃q̃ Macedonibus triste spectaculũ esset: reliqui tñ eius virtutẽ ingẽti admiratione psequentes quædam illi ad voluptatẽ gloriã ue cõcedendã existimabãt. Is q̃q̃ accepto nuper in tibia sagittæ vulnere, ita vt saucius exciderit: itẽq; lapidis ictu pcussus in collo, adeo vt aborta caligo diu oculos oppresserit: haud tñ sibi tẽperauit: quo minus audẽtius ante alios picula primus iniret. Superato Orexarte fluuio, quẽ is Tanain existimabat, Scythas fudit: & ad stadia centũ vsq; fugauit: vlteriusq; insequ fluxu ventris inhibitus. Ibi occurrisse illi Amazonẽ multi phibẽt: ex quibus sunt Clitharchus, Policritus, Oneſcritus, Antigenes Histros: Aristobolus aũt, Cares Hysangeleus, Ptolemęus Antidides, Philon Thebanus, Philippus Hysangeleus, præterea Hecatæus Erethrieus, Philippus Chaleidensis, & Duris Samius id figmentum fuisse referũt. qbus testimoniũ Alexander videt afferre: qui quum ad Antipatrum vniuersa perscriberet: Scytharum regem ei filiã despondere ait: Amazonem vero ne cõmemorauit quidem. Posteriori tempore quũ regnanti Lysimachoquartum librum Oneſcritus in quo de amazone illa perscriptum est, ageret: Lysimachus paulum subridens dixisse fertur: & tunc vtiq; ego aderam. His quisq; fidẽ aut habeat aut deroget, haud Alexandrum pterea vel minori vel maiori admiratione prosequetur. Veritus autem ne macedones in posterũ militię pertęsi fathiscerent: cetera quidẽ dimissa multitudine, ipse cum flore copiarum. xx. M. peditum, & tria eqtum secũ ducẽs, in Hyrcaniã pficiscit. Quibus p cõcione habitis, nũc se barbaris velut insomniis ostẽdisse ait: q si perturbatis tmmodo Asię rebus abierimus, in nos illico tanq̃ in mulieres impetũ facient. Verũenimuero quisq; abire cupiat, excedat ingr: obtestatus se amicoq; eorũ q; qui eam secũ pferre expeditionẽ velint, viribus|vniuersum terraq; orbem Macedonũ impio subditurum. Hęc epistola quadã ad Antipatrũ his ferme vocabulis cõscribũtur. Addit pterea cunctos milites quocũq; terrarum ageret sequuturos sese libẽter acclamasse. Hi quũ Alexãdri conatus aio susceppissent: reliqua ductu facilis turba consequtur. Tum ritũ indigenaq; ppensius imitatus ad Macedonicos quoq; transtulit mores: eoq; tẽperata cõmunicatione: facilius beniuolẽtia q̃ vi rerũ imperiũ cõparare ratus: præsertim quũ pcul abesset. Itaq; triginta puerorq; milibus delectis, eos græcarum disciplina literarũ instrui & Macedonico more armoq; vsibus versari præcepit: cõpluribus ad eam rem magistris institutis. Roxanen cõspicuæ formæ mulierem olim in cõuiuio cõspicatus ad amauit: quod rerũ gerẽdarum ppositio maxime cõduxisse visum est. Eius enĩ matrimoniũ sublatos ad spem barbaros plurimum Alexãdro fide beniuolẽtiaq; cõiunxit: in quo tãta vsus est castimonia: vt cuius vnicæ amore fœminæ victus est, eam nõ nisi cunctis solẽni more pactis attigenit. Eas res quũ summus eius amicus Ephęstion approbaret: paribusq; vteretur ornamentis: Crate-

Darii interitus.

Polystratꝰ Alexandri pieras.

Disphẽdomena.

Bessus ab Alexãdro dilaceratus

Exathres fratẽ Darii.

Hyrcaniã Alexander subegit.

Bucephalꝰ Alexandri equus abducitur.

Anaxyridꝫ.

Candys.

Tiara.

Orexartes fluuius.

Scythę fusi ab Alexandro.

Roxane ab Alexãdro amata.

rus aũt in retinendis patriæ moribus ꝓgeret: per illũ barbaris, ꝓ hunc Græcis, & Macedonibus, re/
ſpõſa dabat: iuſq; dicebat. Deniq; quũ Ephęſtiona vehemẽter amaret: Craterꝙ honoraret: illũ qdẽ
Alexãdri, hunc vero regis amicos, vocare, ac exiſtimare ſolebat. Quapropter quũ multas haberẽt
ſimultates: ſępenumero diſceptabãt. Semel in terra India nudatis enſibus cõferre manus cœpẽrãt:
ſuccedẽtibus dehinc ad ferẽdũ vtriq; auxiliũ amicis, celeriter intetuenit Alexãder: & Epheſtionẽ ap
tis carpſit cõuitiis: vecordẽ, inſanũq; vocitãs: q dempto ſibi Alexandro, nihil ſe prorſus eſſe intelli/
gat. Seuocatum quoq; Craterꝙ ꝓ acerbiſſimas habuit cõtumelias. His inde cõciliatis Hãmonẽ cęte
roſq; deos obteſtatus, ſe illos cunctoꝝ amiciſſimos hominũ hſe iureiurãdo cõfirmauit. Verũenim
uero ſi eos ĩ poſterꝙ diſceptare ſenſerit: vtrũq;, aut q inchoarit necatuꝝ. Quãobrẽ hi poſtea qcquã
neq; ꝓ io cũ dixiſſe, neq; inuicẽ ꝓpetraſſe traduntẽ. Erat Parmenionis filius Phylotas ampliſſimę iter
Macedonas dignitatis: vt qui fortiſſimus ac robuſtiſſimus haberet: & munificus, ac benignus, quã
Phylotę virtutes tum poſt Alexãdrũ nemo. Quũ ex familiaribus quidã argentũ ex eo peteret: iſq; erogari ꝓcepiſſet:
ſe diſpenſatorẽ hſe negauit. Cui Phylotas, quid ais inquit: neq; poculũ neq; veſtẽ habes: Elatiõe ani
mi diuitiaꝝ amplitudine, corporis ornamento, & nonnullis vitæ modis ſup priuatoꝝ morẽ odio
ſius vtebatur: ita vt per quendã excelſi faſtum animi, inſipidũq; ac ingratũ cũctis inceſſum magnã
ſuſpitionẽ inuidiãq; contraxerit. Quocirca ei nonnũq; Parmenionẽ dixiſſe fertur: paulo mihi dete/
rior eſto. Cæteꝝ hic Alexãdro iampridẽ in ſuſpitionẽ venerat: nã poſt ſuperatum in Cilicia Dariũ,
correptãq; Damaſci ꝑdam, quũ multa captiuoꝝ corpora referrẽtur in caſtra: cõperta eſt ſerua q̃dã
Antigone. Phylotas in Alexandri ſuſpitionẽ venit. genere Pydnea facie decora noĩe Antigone. Hanc Phylotas aſſequutus, quum inter potãdum ſibi,
vt adoleſcens amicæ, multa rei familiaris magnifice geſta paulo liberius iactaret: qcqd ſtrenue fcm
eſt, ſuum aut pris opus eẽ demonſtrauit. Alexãdrum quoq; quẽ ille adoleſcentulũ vocitabat, p eos
nomen tenuiſſe regium. Id vbi mulier amatori cuidã ren untiaſſet: ille alteri: vt fit: deniq; ſermo ma
nauit ad Craterꝙ: ille mulierẽ adduxit ad Alexãdrum. Qua audita, iubet vt cũ Phylota conſueta fa
cere pgat: ex eo quicqd excuſſerit, ad ſe renũtiatum eat. Neſcius Phylotas huiuſcemodi ſe circũuen
tum inſidiis, cõtubernium frequentabat Antigones: multa interim contra regem verba per indi
gnationẽ atq; iactãtiam ineptiſſime ꝓfundens. Alexander tametſi aduerſus Phylotam id q̃efficax
vehemẽſq; foret indiciũ: tacitus tñ perferre ſeq; cohibere ſtatuit: ſeu magna in ſe Parmenionis beni
uolẽtia frætus: ſeu ingentem ipſoꝝ gloriam ac potentiam reformidans. Ea tempeſtate Macedo q
Dimnus Chalaſtri/nus: dam ex Chalaſtra nomine Dimnus capitales Alexãdro ſtruebat inſidias. Quam qdem ad rẽ iuue/
nili ætate Nicomachũ, cuius amoribus tenebaẽ, ſocium adſciſcebat: quod ille aſpnatus, rem fratrĩ
Cebalino aperit, Qui ꝓcedẽs ad Phylotã, ſe introduci rogabat ad Alexandrũ. Ipſe vero neſcio qd
cogitãs (incertũ enĩ eſt) eos minime introduxit: q regem maiora quædam agitare negotia diceret.
Quod & ſecũdo factum eſt. At illi ob Phylotę inſolentiã ad aliũ ſe vertunt: a quo mox ad Alexan/
drũ admiſſi: quũ primũ Dimnum accuſaſſent: Phylotæ factũ indicãt: q a ſe bis appellatus eos vſq
paruipenderit. Ea res Alexandrũ vehementer inflãmauit. Miſſus deinde vt captũ ageret Dimnũ: ip
ſum reluctantẽ, ſeq; defendentẽ obtruncat. Quare magis atq; magis Alexander excanduit: qm illũ
hoc pacto ne ſuæ detegerenẽ inſidiæ effugiſſe ſuſpicaret. Mox vbi acerbiſſimũ in Phylotã odiũ pa/
tefecit: illius inimicos excuit: palã dictitantes eã regis ignauiã eſſe: ſi Dimnũ Chalaſtrinũ hominẽ
tantũ in ſe facinus audere puteꝛ: cęterũ eum miniſtrũ quẽdã, immo vero maiori ſinſtrumentũ eſſe
potẽtiæ. In illis ipſam diſcutiẽdã cõiurationẽ: qbus hæc latere plurimũ cõducebat. Quũ ad hmõi
ſermões atq; ſuſpitiões regię patuiſſent aures: inumerabiles aduerſus Phylotã calũnię afferebanẽ.
Capt⁹ itaq; Phylotas in qõnibus habitus eſt: pñtibus amicis: extrinſecus autem e tabernaculo au
Phylotas ĩterficitur. Parmenio ĩterimitur. diẽre Alexãdro. Quoad Ephęſtionem miſerabiles; ac ſupplices emittente eiulatus dixiſſe ferũt Ale/
drũ. Quum mollis adeo effœminatuſq; eſſes Phylota, tãta receptabas facinora! Occiſo Phylota, e
veſtigio miſſus in Mediã Parmenio ibi ĩterficit: vir cõpluriũ reꝙ geſtaꝙ: Philippo ſocius: q ſolus aũt
ex natu gtãdiorib⁹ pcipue Alexãdrũ, vt ĩ Aſiã trãſiret, accẽderat. Ex tribus liberis quos ĩ ea expeditio
ne habuerat, duo pridẽ ante ora parẽtis pliãdo cęſi: ipſe vna cũ tertio periit ĩteremptus. Eas ob res
quũ multis Alexãdri familiatib⁹, tũ Antipatro vehemẽs terror incutit. Ætolis vltro citroq; dataac
ceptaq; clãdestina fidei pignora. Hi ob deſtructos Emadas Alexãdrũ extimeſcebãt. Qui eius deſtru/
Clyti caſus ctiõe gẽtis audita Ætolos nõ Emadũ filiũs, veꝙ ſibi ſupplicia daturos obteſtat⁹erat. Hadlõge poſt
Clyti caſus cõſeqt: quẽ ſiqs accurate ĩtellexerit, maioris ſęuitię q̃ Phylotę fcm iudicabit: ſin tps cau
ſaq; rõne ppẽderit nõ magis cõſilio, ſed ifelicitate ppetratũ inueniet: quũ ꝑ irã ac ebrietatẽ ſuo facto
Clytus materiã occaſionẽq; ꝑbuerit. Hoc mõ geſta res eſt. Quidã ex ora maritima græca ad regem
Cleoman tes ariolus. poma detulerãt: quoꝝ cõſpicuã maturitatẽ admiratus, Clytum vt cõmonſtraret & imperaret ac/
cerſit. Ille ſacrificia peragebat: quibus omiſſis regem adiit. Tres illũ ex imoládis hoſtils cõſequũtur.
Q d ꝓdigium conſpicatus Alexander, accitis ariolis Ariſtando & Cleomanti Spartano aperit. his
dira portendi affirmãtibus, illicet ꝓ Clyro inſtaurari ſacrificiũ iuſſit. Tertio ſiqdem ante die horrẽ
dum per quietẽ viderat inſomniũ. Exiſtimarat enĩ Clytũ inter Parmenionis liberos atris ſedere ve
ſtibus: omneſq; exanimatos. Nec dũ litato. Clytus poſteaq; Dios curis, id eſt caſtori & Polluci Ale/

xander immolasset, venit ad cœnã. Postq̃ exẽpta vino sitis est: Pranichi, vel (vt qdam aiunt) Pieronis carmina decantarẽt: q̃ ille cõtra ductores Macedonũ nup a barbaris pfligatos, p risum & ignominiã ediderat. Quã rem quũ natu grãdiores molestе ferrẽt: poetæq; simul & cantorẽ p cõtumelias improbarẽt: Alexãder & nõnulli cũ eo magna cũ voluptate audientes, canentẽ exhortabantur. At Clytus iam vino grauis, natura ferox, & indomitus, id ægre tolerabat: indignum esse affirmans: inter hostes barbaros, maledictis carpere Macedonas viros ipsis longe præstantiores, irrisoribus: tametsi minus secunda fortuna obtigerit. Tum Alexander: nihil a se discrepare Clyton inqt: qui Macedonum formidinẽ, minus secundã appellet fortunã. Insurgens Clytus: hæc inqt formido te diis genitũ, iáq; Spithridatis gladio terga vertẽtẽ, leto eripuit: Te Macedonũ cruor, te vulnera hæc eo peruexerũt, vt Hãmonẽ vsurpãs: genitorẽ Philippũ asperneris. Inflãmatus his Alexãder, Quũ hæc de nobis insandũ caput obloqueris: Macedonẽ ad seditionẽ instigãs: alacrem te futurũ existimas? Tũ Clytus: neq; vero in pſentia sumus alacres inqt Alexãder: talia laborum pœnia cõsequuti. Felices vero quibus ante contigit oppetere: q̃ Macedones Medoq; virgis pcussos, nosq; vt ad regem ad mitteremur Persas obsecrantes, aspicerẽt. Hæc atq; talia Clyto liberius dictante, cæteri q Alexãdrũ circũsteterant, exurgere: & cõuitiari: longæui aũt senes exorientẽ sedare tumultũ. Conuersus ad Xenodochũ Cardianũ, Arthemiũq; Colophoniũ Alexander: nonne græcos inter Macedones inqt, tanq̃ semideos inter belluas ambulãtes cernere videmini? Clytus haudquaq̃ obsequutus, Alexandrũ quodcũq; velit in mediũ proferre iubet: at viros ingenuos & loquendi fiduciã habentes, ne in cõuiuiũ voces ait: vecẽ cũ barbaris atq; mãcipiis vitã exigas: q̃zonã pſicam candidũq; adorent amicum. Irarum impatiens Alexander quum proiecto pomo Clytũ pcussisset: gladiũ pquirebat, quẽ satelles qdã Aristophanes prior subduxerat, Inde quũ cæteri pcibus detinerent: prosiliit: Macedonico sermone clypeatos vocãs milites (Id vero ingentis signum tumultus erat). Subinde iusso canere tibicine, perinde ac tardius agenti, tubamq; detrectãti, pugnis insultauit. Is postremo collatus est: q; portissimũ ne castris tumultuaretur obstitisset. Clytus quum nullo pacto cederet e triclinio: vix tandẽ ab amicis explosus, subinde p alias irrupit fores: iambicũ illud ex Andromacha Euripidis p summam cõtentionẽ temeritatẽq; pronuntians: Hæu q̃ truces in græciã mores veniunt. Vlexander arrepto ex satellitis manu spiculo, occurrentẽ sibi Clytum, iamq; aũleum ianuæ subducentem transuerberat. Eo ingenti clamore ac suspiritis corruẽte, statim lymphaticus cõquieuit animus: qui vbi secum facinus reputans, tacitos cernit astãtes: ex occisi vulnere telum raptim eductũ, in suum vertebat iugulum: ni satellites correptas ipsius manus a cæde retraxissent: ipsumq; vi intra cubiculum intulissent. Eam noctẽ nunc vociferans, nũc clamẽtans, sæuis exegit luctibus: adeo vt malis fessus, nullis editis vocibus, postridie iaceret elinguis: graues tm̃ emittens gemitus. Ipsius æq̃les ea veriti silẽtia in cubiculũ irrũpũt: vbi cæteroq; quidẽ verba minus admittebat. Quũ aũt vates Aristander tum insomnio Clyri, tum aliis ex prodigiis, ea iampridem ex fatorum serie obtigisse memorasset: sedari nõnihil dolor visus est. Quãobrem intromissus est Callisthenes Aristoteli nec̃essarius: & Abderita simul Anaxarchus. Callisthenes qdem honestatis rationibus per quandã sua uitatẽ adortus, sermone circuito mœrorẽ leniter excerpebat. Anaxarchus principio quandã philosophandi viã sibi vendicauerat: qua insolens & æqualiũ cõtẽptor existimabatur. Is igit q̃primũ ingressus clamirabat: Hiccine est Alexander: quẽ quũ orbis terraq; perspectet, is more mancipii luget abiectus: hominũ leges & ignominiã reformidans: qbus ipse se legẽ & iustitiæ metã cõstituisse deberat: p illã quã victor obtinet maiestatẽ: nõ aũt inanis cuiusdã glorię cupiditate victũ, seruilẽ animũ induere! An ignoras inqt proindefas iusq; cõminus assidere Ioui: vt qcqd reges ppetrauerint, licere iustũq; esse intelligas! Hac vsus oratiõe Anaxarch⁹ ægrũ qdẽ regis leuauit aium: ac ipsius mores cõpluribus in rebus nefarios mollioresq; reddidit: eiq; miro se mõ deuinxit: Callisthenis cõsuetudinẽ alioqui ex illius seueritate ingratã reprobans. Olim quũ inter cœnandũ de anni partibus, & cœli tẽperie orta disputatio esset: dicẽtibus, hic asperiora q̃ in græcia ad hybernandum loca esse: Anaxarchus p cõtentionẽ aduersabat: Tũ Callisthenes: At qui hæc illis longe frigidiora cõfitearis oportet inqt. Istic enim lacerna velatus vniuersam exigebas hyemẽ: hic aũt tribus inuolutus tapetibus accũbis. Ea res Anaxarchũ acriter irritauit: reliquos vero sophistas & assentatores dolore iurebat. Qui quũ ab adolescẽtibus pp sermonis elegãtiã summo studio colerẽt: nõ minus natu maiores oblectabat: q; ad bñ honestęq; viuẽdũ seipso cõtẽtũ vię cerneret: suę quoq; pegrinationis vulgatã occasionẽ cõfirmabat: q; reducendo q; ciuiũ, inhabitãdæq; cã patriç, p quãdã animi magnificẽtiã ad Alexãdrum cõmigrasset. At enim ob eius gloriã & opinionẽ inuidio sus obtrectatoribus interdũ inter se obloquendi materiam pbuit. Nã quopiã inuitatus persępe repudiabat: in sodalitiis p grauitatẽ atq; silentiũ nullũ probare factum: nihil deniq; placere significabat. Itaq; Alexãdrum ei dixisse tradũt: Odi sapientẽ: qui sibi sapiat nihil. In ipso cõuiuaq; cœtu iussus aliqñ inter pocula laudes explicare Macedonũ, tanto eloquẽtiæ fluuiore ipsam exornasse ferũt: vt surgẽtes vniuersi secũdo in eũ plausu coronas sparserint. Tũ Alexander: profecto quisq; (vt ait Eutipides) ppulchrã nactus ẽ in dicẽdo materiã, ei haud imẽsum est opus bene ornatęq; dicere. Cæterũ quo magis eloquẽtię tuę vi

Xenodochus. Arthemi⁹.

Alexãder clytũ interimit.

Callisthenes. Anaxarch⁹

Callisthēis eloquentia.

res ostētes inqt: ipsos accusa Macedonas: vt hi sua nosctes errata, viros sese meliores istituāt. Callisthenes igit, quū ad palinodiā sese cōuertisset: multa Macedonū delicta liberius explicās, pp grecię seditiōes atq; discordias Philippi auctū imperiū fuisse demōstrat. Venit honos sceleri: miltera vt dī scordia regnet. Quæ res aduersus illū acerbā grauēq; Macedonū conflauit inuidiam. Tū Alexāder Callisthenē nō orandi grauitatē, sed summū cōtra Macedones odiū cōparasse inqt. Hæc qdē Stroibum Callisthenis lectorē Aristoteli narrasse, pdit Hermippus. Postmodū Callisthenes quū alienatum ab se regis amorē intelligeret: ei bis ac ter hūc ptulit versū: Occidit & Patroclus vir te pstātior olim. Nō ab re igit Aristoteles dicere solebat: Callisthenē magnā in dicendo potētiā assequutū, mētis inopē esse. Quū ergo quadā phię acrimonia & rigiditate adorādū dissuaderet. Alexandrū: solus ea palā dictitabat: quę Macedonū pceres apprimeq; seniores p grauem aī indignationē taciti pferebat. Quare quū illū adorādi morē auertisset: effectū est: vt magna qdē grecos, maiori aūt Alexādrū infamia liberarit: sibi perniciē cōparās: vi magis q̄ psuasione regē absterrere conatus. Cares āt Mytilenęus memorię pdidit: Alexādrum in cōuiuio quodam quum epotauisset, phialam cuidam exfamiliaribus porrexisse: qua recepta illum ad lares versum surrexisse: primūq; vt epotasset adorasse: postea exosculatū Alexādrū discubuisse: qđ quū oēs in numerū effecissent: Callisthenem accepta phiala post potū vt regē oscularet accessisse: q cum Ephęstione colloquēs minus aīadueterat. Tū Demetrius cognomēto Phydō ad regem, ne osculere inqt: te enim solus hic haud adorauit. Quapropter Alexāder osculū deuitasse ferturat Callisthenē alte vociferantē dixisse: Vno igit minus habens osculo discedā. Talibus alienati signis aī habita Ephęstioni fides est: quū Callisthenē qdē adorare pollicitum, promissa vero mētitum diceret: inde Lysimachi, hinc Agnones pullulare: qui virū affirmarent ad labefactādas imperii vires pceciter obeuntem. Ad illū concurrere adolescētes: fauere solū hunc inter tot milia ingenuum appellare. Iccirco deinde aduersus Alexandrum Hermolai cōiuratione detecta, illud ei verisimilius obiectare crimen visi sunt. Siquidē pcontanti cuipiā: quonam modo illustrissimū se virum faceret: si illustrissimū interemeris inqt. Dūq; ad perpetrandū facinus Hermolaū exhortaret: ne aurea fulcra formidaret, admonuisse: cæteq; se hostem morbos ac vulnera patientē inuadere reminiscereť. Exipsis aūt Hermolai complicibus neminem vel extrema necessitate adduci potuisse constat: vt quicq; aduersum Callisthenē loqueret. Alexander quoq; ad Craterum, Attalū, & Alcetā statim scribēs ait: Adolescentes qdem habitos in quæstiōibus eas res inceptasse cōfessos: se vero cōscium habuisse neminem asseuerantes. Postremo scribens ad Antipatrū, post multa Callisthenis cōuitia, iuuenes qdē inquit ex Macedonibus saxis obrutos: ipsum aūt philosophum, quicq; illū emiserunt, quicq; meos intra oppida susceperunt insidiatores, ego supplicio afficiam. In quibus se contra Aristotelem aperte detexit: apud quē ob generis ppinquitatē educatus erat Callisthenes. Eius siquidē mater Hero cōsobrina fuit Aristotelis. Ipsum ab Alexādro cruci suffixū vitā finisse quidā phibent: Alii in vinculis morbo correptū expirasse. Cares refert eum postea q̄ captus est: vt corā Aristotele in senatu cōdēnaretur, septem mensibus in compedibus obseruatum: quūq; Alexander in Malyxoxidracis Indiæ oppido vulnus accepit, Callisthenē ob nimiā aruinā cōcreto pædore ac sordibus supmū obiisse diē. Hæc posteriori tpe contigerunt. Demaratus Corinthius ętate iā confectus studio ac voluptate profectus ad Alexādrum quū illum viseret: q̄ magna priuatos amœnitate græcos inquit quibus priusq̄ in Darii solio sedentē conspexissent Alexādrū, vita excessisse contigit. Nec amplius regiæ fructū beniuolentiæ cōsequutus, aduersa correptus valetudine diem suum obiit. Eum Alexāder funere extulit magnificentissimo: exaggeratus est sibi ab exercitu tumulus ambitu quidem amplissimo: altitudine vero octoginta cubitorum: reliquiæ aūt ornatissima quadriga ad mare vsq; delatæ sunt. Deinde castra moturus in Indiam, quum pdę magnitudine onustū tardūq; cerneret exercitū: vt primū illuxit dies, suos ac familiariū currus paratos priores incendit: postea cæteros Macedonum subiectis vrere flāmis edixit. Cuius rei quū grāde primo consiliū videret: maior extitit euētus: paucis enim dolore perculsis, cęteri perinde ac numine afflati, voces, clamoresq; alacres attollere: vsibus tm̄ necessaria capere: reliqua velut supuacanea succendere. Quæ res impetu alacritateq; refertū magis atq; magis Alexādrū concitauit. Iā enim suis esse terrori cœperat: in exorabilis ad errata castigator. Nā quendā ex æqualibus suis Menandrum nomine castelli custodię præfectum, ob desertam stationem nece mulctauit. Orsodatem barbarū q̄ ab illo defecerat, ipse sagitta cōfixit. Interea ouis qdā agnū qui colore ac forma tiarā capite, gemelosq; vtrinq; corymbos habebat, enixa est. Id abhorrēs pdigiū, qbusdā babyloniis quos ea de causa de more secū adducebat, purificādū se pbuit. Tū ad amicos nō sui, verū ipsoq; cā turbari atq; sollicitari dixit: ne post se vilissimū ac degenerē quēpiā regni fastigio fortuna pficiat. Qua in re haud tū diutius animi pēdēs extitit: postea enim lętius apparēs, pdigiū: oēm postea soluit tristitiā. Quū enī sarcinaq; custodiæ vir pfectus Macedo Proxenus noie regio locū tabernaculo ppe Oxon amnē foderet: pinquis fontem liquoris aperuit. Quo primū hausto, clarus, ac lucidus, scatens, non odore, non gustu, quicq̄ ab oleo differre videbat: quin eiusdē omnino splēdoris ac pinguedinis: qtoq; magis mirere, oleam illa nusq̄ fert regio. Oxi quoq; fluminis adeo pinguis aqua traditur: vt quiin

Demetrius Phydon.

Hermolai cōiuratio i Alexādrum

Callisthenis mors. Malyxoxidraci oppi. Demarati obitus. Alexander ad pfectionē in Indiā accingitur. Menander morte mulatus. Orsodates sagitta ab Alexandro confixus. Prodigiū Alexandro visum. Proxenus. Oxi flu. aq̄ pinguis.

eo lotrifuerint, cutim eis ac corpus inungat. Ex eo autem prodigio quantum admirande voluptatis Alexander ceperit: ex his quæ ad Antipatrum scribit, maxime declarat: qui hoc a diis immortalibus q̃amplũ susceptisse munus existimat. Vates autẽ eam expeditionẽ tũ clarissimam tũ asperã & casibus refertã significabant. Oleũ nanq; ad leniendum corpus a deo tributũ est mortalibus Multa igitur illi inter pugnas obrigere discrimina: grauia recepta vulnera vehementissimã quoq; suis per niciem inopia rerum attulit. Aspera cœli intemperies magna ex parte confecit exercitum. Ast ille quũ fortunã audacia vireſq; virtute superare studio gloriæ niteret: nihil fortibus in domitum: nihil ve ipsa loci natura munitũ timidis tutum esse ducebat. Quum Sisimetri vrbem rupis inaccesse obsidione cinxisset: tristes conspicatus milites percontatus Oxiarthen dicit: qd animi gestaret Sisimetres: respondente Oxiarthe timidissimum illum esse hominum: petram inquit capi facilem nobis refers: q̃nquidem immunitũ ac imbecillẽ ipsius inquis esse principem. Ita factũ est. Ea enim terrefacto minis Sisimetre potitus est. Quũ alteri in rupæ quadam oppido iuuentutem Macedonicã admouereret: quendam Alexandrum noſe compellans, tua interest inqt, vel ipsius virtute cognomines, strenui gesta militis conficere. Dehinc quum ipse fortissime dimicans adolescens oppeteret: nõ mediocriter animum perculit Alexandri. Postmodum in aggredienda Nysadum pauore torpent milites: siquidem profundum ei oppido flumen allabit: emicat Alexander: & odeterrimus inquit ego: qui nunq̃ nare didici: moxq; rapto incumbens clypeo traiecit. Ibi cõsummato prælio ex obsessis vrbibus supplices aduenere legati: qui primum in armis terribilẽ cõspicati virum stupore pculsi steterẽ: allata postmodum sella, grandæuum quendam noſe Acuphin sedere iussit. Tum eius splendorẽ ac clementiam admiratus Acuphis, interrogat quidnã facturi tuã assequi beniuolentiã possumus? Cui Alexander: si suũ te ciues principem creauerint: & ad me centũ pstantissimos miserint viros. Tum ridens Acuphis, maiori cum dignitate imperabo inqt: si nequissimos ad te misero. Erat præterea Taxiles insignis vir sapientiæ: sub cuius imperio maior Indiæ pars, quã vniuersa ambit ægyptus, tenebat: Pingue solum pabulo & lęrus ager frugibus. Hic quũ salutatum venisset Alexãdrũ: qd mutuo decertandũ est nobis bello inqt: si nõ aquã aut necessarium nobis cibum interceptus aduentasti: pro quibus duobus strenuos ac sapientis belligerare viros decet? Equidẽ si te ditior aut locupletior sum, in dandis ad re beneficiis paratus aduento. Sin inferior existo: tua in me conser officia. Ego vero dignas habere tibi gratias non recuso. Ea re lętatus Alexãder, virum comiter amplexus, Atqui puras ait sine bello hac sermonũ familiaritate nos amicitiam assequutos? Arqui ne superes faxo. Ego enim hoc vno tecum bellandi genere enixissime decertabo: ne q̃uis frugi vir & cõspicua benignitate existas, in gratificando vincat abs te. Inde Alexander multis ex illo susceptis pluribus vero redditis muneribus postremo mille ei æris talenta transmisit. Quę res suorum aios vehemẽti dolore conficiens, maiorẽ in modũ pronas in se barbaroq; mẽtes effecit Postq̃ stipendia rii quidã & bellacissimi Indoq; milites eoq; præsidio ciuitates egregie tutarentur: magnas Macedonũ copiis strages inferentes, Alexãder cũ eis intra quoddã oppidũ pactis induciis, postmodum abeuntes in potestatẽ redactos cecidit ad vnum. Id qdem facinus bellicis illius rebus, alioqui iuste & regia cum dignitate cõfectis, quãdã inussit maculã. Nõ minori illi impedimento quidã fuere philosophi: q fauẽtes Alexãdro, reges deteriorẽ in partẽ vertebãt: & ingenuos quosdã populos ad defectionẽ sollicitabant. proinde cõplures illoq; suspẽdio affecit. Bellũ aũt qd aduersus Poq; gessit, sue declarant epistolæ. Scribit enim quũ inter castra medius fluat Hydaspes: Portũ elephantibus pro frõte locatis trãsitum assidua statione tuẽtem: se vero p quottidianos strepitus atq; fragores, suos, ne barbaros reformidarent, assuefecisse. Indep hybernæ noctis tenebras cum delecta peditum ac fortissimorũ equitum manu procul ab hostibus in paruã quandã traiecit insulã: quo quum primum euasit: magno cũ turbine desup fundi imbres: ignes, ac fulmina aduersum milites demissa cõplures incẽdere ac dissipauere. Quæ cõspicatus Alexãder excedẽs insula in oppositã contendit ripã. Asperat Hydaspes: & hybernis tumens imbribus: ita vt magna ex parte ruptis aggeribus sibi viã effecerit: qua ingens fluminis cursus ferebatur. Huc delatus Alexander, quũ modo labens, modo vndis allatus, vix tandẽ vadũ teneret: dixisse fertur: Fidẽ ne pstabitis Athenięnses: nos p cõparanda ex nobis gloria, huiusce modi suscepisse pericula? Hæc qdẽ Onesicritus. Ipse aũt Alexãder refert: milites omissis rebus ratibus p medias mamillas tenus vndas cũ armis ruptũ superasse aggerẽ: ipse cum equitatu viginti stadiis pedites antecessit. Nec id ab re cõsiliũ extitit. Si enim hostes adorirentur: equis eos facile superaturũ. Sin phalãx cedere cogeretur: mox subsidio affuturos pedites. Euenit aũt alteq;. Nam quũ mille occurrissent egribus: ac sexaginta curribus: eos in fugã vertit: & captis curribus, quadrin genti cæsi equites. Porus vbi traiecisse Alexandrum accepit: totas in eum cõcitauit copias: relictis qui transitu arcerent Macedones. Alexander elephantos hostiumq; multitudinem timens, ad labefactandum alterum cornu contendit: cæteris dextrum iussis aggredi. Inclinati vtrinq; hostes pedẽ ad elephantos referunt: vt violentius incursantes auerterent. Ita commissa pugna octaua vix hora fusi hostes. Hæc quidem Alexander suis tradidit epistolis. Plurimi scriptorum Porum quatuor cubitis & palmo procerum extitisse cõsentiunt. Pari: id est maximo pro corporis magnitudine]

Sisimetri vrbs.

Nysa vrbs.

Acuphis.

Taxiles.

Porus. Hydaspes.

Alexãder Indos superat

Porus rex. capitur.

Philippꝰ de signatus satrapa quīq; miliū oppi. in India.

Bucephalꝰ Alexandri equus moritur.

Bucephalea vrbs.

Pertha.

vrbs a cane Alexādri dicta.

Gāges flu.

Gāgaridæq; ac Persioꝝ reges.

Androcotꝰ Persiorum reges.

Alexander oceanū videre cupiēs rates parat.

Malli populi Indiæ.

Alex. saucia tur sub māma & mallei ictu in ceruice.

Limnicus Peucestas.

Gymnosophistæ.

Saba ciuitas.

Quæstiōes ab Alexandro Gymnosophistis factæ.

insidebat elephanto: cuius admirabilis quædam prudentia & indulgentia perspecta est. Rege nāq; adhuc incolumi: hostes furens vastabat proterebatq; vt vero cōplurimis iaculis saucium sensit: ne is defluēret veritus, sensim humi se genibus submittit. Inde paulatim ex corpore tela p̄boscide eximebat. Capto Poro, quū ex eo scisciteret Alexander, quonā modo eū pertractaret: p regia dignitate rūdit. Rursus interrogante: nū quicq̄ aliud diceret: vniuersa inquit regia dignitas cōtinet. Quāobrem eū non modo solitis imperitare terris siuit: verū insuper eius auxit imperium. Deinde plurimos vastat: in qbus quindecim nationes suis legibus institutisq; viuentes esse traduntur: egregia p̄terea oppida quinq; milia numero viciq; cōplurimi: in quibus æqualem suum Philippum satrapā designauit. Ex eo p̄lio bucephalus non statim, sed vt plurimi p̄didere, post longas vulnerū curationes expirauit. Refert Oneſicritus eum senio ac labore cōfectū occubuisse. Triginta nāq; annos natus moribūdus iacuit: cuius mortem acerrime indoluit Alexander: amicū quēdā ac familiarē amisisse se existimās. Sup eo penes Hydaspem conditā vrbē Bucephaleam appellauit. Cane etiam Perthanoie a se nutrito, quo plurimū delectabat, amisso, vrbē sui nois ædificauit. Hoc Socyō a Lesbio Potamone accepisse se refert. Ex eo p̄lio obtusior Macedonibus factus aius. Quæ res illos ne ad interiora Indiæ penetrarent, reprimebat: haud immemores quāto cum labore viginti peditū milibus duobus equtū, instructissimas Pori acies p̄stigauerint. Proinde Alexander cū eos ad traiiciendū Gāgem traheret: totis refragabant viribus. Eius quidem fluminis latitudinem duoꝝ & triginta stadiorū, profunditatē vero passuum centū esse audierāt. Aduersas p̄terea ripas armis, equis, ac elephātibus, in sessas. Ibi enim Gangaridarum ac Persiorum reges cum octoginta milibus equitū, viginti peditū, octo curruum, sex bellacissimorum elephantum operiri rumor nec inanis quidē erat. An drocotus nāq; paulo post imperitans Seleucum quingentis donauit elephantis. Idem vniuersam peragrauit Indiā sexcenta hominū milia ducens: quibus victor cuncta subegit. Alexander igit primo se intra tentorium, ira, ac dolore, cōtinere: nullā militibus nisi Gangē trāsmitterent, reꝝ gestarū gratiā habere: reditū vero apertam cladis acceptæ confessionem esse. Qua in re præsto amicos adesse: eumq; consolari: subinde milites lachrymis & eiulatu ad fores supplicare. His rebus placatus Alexander, retro castra duxit: multa prius ad cōparandā gloriam dolosa ac simulata cōmentatus. Maiora enim arma, sublimiora equorum præsepia, frena etiam grauiora sparsim reliquit. Deorum aras condidit: quas in nostram quoq; ætatem Persioꝝ reges p̄tereundo, veneranē: sacraq; ritu græciēsi p̄ficiunt. Androcotus quū adhuc impubes esset, Alexādrū viderat: is postremo sæpe dicere solebat: reꝝ prope potitus Alexandrū fuisse: verū enimuero suis p̄improbitatē degenerantibus odiū cōtētionēq; cōtraxisse. Inde oceanū videre auidus, istructas remis carinas, cōsertasq; rates ad quosdam trāsmisit fluuios: quibus paulatim deueheret. Ea nauigatio haud omnino tranquilla & imbellis, Alexandrum multis excepit p̄liis. Vrbes adortus omnia in deditionē recepit. Apud Mallos, quos Indorum pugnacissimos fama est, fere trucidatur. Nā oppidanos e muro sagittis profligatos quū deturbasset: per scalas prior muꝝ ascendit. Quibus fractis, quū dispositis interius sub muris hostibus, vulnera ex inferioribus accepisset: cū paucissimis in medios se prouoluit hostes: vbi quū forte steriſſet: micantia crispans arma barbari se quendam humana augustiorē forma spectare rati, palantes profugere: vt vero illum duobus tūmodo clypeatis militibus stipatū vidēt: ipsum armis sese obtegentē hastis atq; ensibus vndiq; occurrentes petūt. Quidā eminus arcū adducens sagittā in illū tantis viribus, tantoq; emisit impetu: vt trāsuerberato thorace sub māmæ ossibus infixa p̄manserit. Quo vulnere quū remissum corpus collabereť, eius author ictus velox affuit: barbaricum enudans gladium. Contra Peucestas atq; Limnicus sese pro rege opposuerūt: ex quibus quū saucio vtroq; Limnicus occubuisset: solus Peucestas propugnans perstitit. Alexander aūt quū barbarorum plures obtruncasset, multis saucius vulneribus mallei ictu in ceruice recepto, muro corpusita vt hostes conspicarentur applicuit: donec illum circūfusa Macedonū manus arriperet: & amisso sensu, referēt in castra: vt mox per exercitū sermo manarit: regē expirasse. egre aūt ac magno cū labore resectis hastilibus: thorace vix tandē exuto: medici in diuellenda ferri acie, quæ osse penitus insederat, accinguntur. Cuius quidē latitudo triū digitoꝝ: longitudo vero quatuor fuisse perhibetur. quamobrem fugiente anima vitam pene mors oppēssit exempta tamē cuspide reparatis sensibus discrimen euasit. Quū eius sāguor domi p̄ ciboꝝ obseruationem ac medicamēta diutius agret: a Macedonibus tumultuarii in castris cœptū est: qui suū visere regem cuperēt. Id vbi sensit Alexāder sumpta trabea diis imolauit: ac rursum in tabernaculum rediit: inde lectica delatus loca plurima & magnas euertit vrbes. Decē quoq; gymnosophistas qui Sabā maxime ad defectionē sollicitauerant, plurimisq; Macedonas malis afflixerant, in potestatem redegit: qui ad succincte respondē dum acuti ac perspicaces erant. Dubias quasdam exeis quæstiones scisciturat: q haud recte primo responderit, cæteros q; deinceps se necaturꝰ præfatus est. cui quidem rei ex his quendam ætate maturissimū p̄fecit arbitrū. Interrogatus ergo primus: Vtrum ne plures viuentes an mortuos esse cēseat: Viuentes inquit. necenim amplius esse mortuos. Secūdū quū interrogasset: Maiores ne terra beluas an mare nutriret: Terrā respondit. eius nāq; portionem mare esse. Tertium: Quodnam cal-

lidissimū existat aial: Q d necdū homo noscet inquit. Quartū: quo cōsilio Sabā ad defectionē solli citasset: Se illū egregie viuere, aut strenue mori maluisse ait. Quintū: Vtrū diem an noctē priorem extitisse putet: Diē inquit die vna. Quōq; rex admiraretur: Friuola perscrutanti, friuola quoq; referri oportere dixit. Eapropter pmutata sentētia, sextū rogat: Quonā pacto quispiam late imperitās maximā contrahere beniuolentiam possit: Ne sit terribilis inquit. Ex reliquis tribus vnum pcōratus. Quomodo mortalis quispiam se in deorum numerū referret: Si hūanis maiora viribus opera gesserit. Alteq;: Vitam ne an mortē fortiorē opinetur: Vitam dixit: quę tot aduersa & calamitosa perferat. Extremum: Quousq; viuendū homini est? Donec mortem vita potiorē esse ducit. Inde conuersus ad iudicem sentētias dicere iussit: qui quū vnū altero deterius respondisse affirmasset: Tu itaq; moriere primus inq;: q talia iudicaueris. Minime vero ait. O bone rex: nisi te mendacem exhibeas: qui eum in primis qui pessime respondisset, tenecatuq; iebas. Eos tandē multis ornatos muneribus dimisit. Tum Oneſicritus mittitur: qui ad se quosdā longe maioris famę tranquillam degētes vitam philosophos acciret. Erat autem Oneſicritus philosophus: qui Diogeni cynico operam dederat. Is refert se a Calano per acerbas admodum contumelias iussum indumenta deponere: vt eius verba nudus audiret: alioqui se illum affati minime velle: vel si ex ipso Ioue demissus adesset. Dandanum vero maiori eum comitate loquutū tradit: eumq; quum multa de Socrate, Pytha-
gora, Diogeneq; accepisset, ipsos prę cipui quidem viros ingenii cōmendasset: at eos legum verecundiam nimium veritos. Alii referunt nihil prorsus nisi hoc solū dixisse Dandanum: qua gratia Alexander horsum tam longe confecit itinera? Taxiles Calano, vt Alexandrum adiret, persuasit. Cęterum ei Sphines nomē erāt: Verū quum pro salue, Cale Indorum lingua omnibus diceret ob uiis: ei Calani cognomentum indidere grę ci. Hic est qui Alexandro de principatu similitudinem quandam proposuisse fertur. Nam quum aridam ac tabentem in medium byrsam pertulisset: eius oras calcare pedibus cœpit. dum pars vna deprimitur, rel: quæ tolluntur in altum. Eam sic inter pſandum ob ambulans quicquid ex ea refactum obtingeret iudicabat: donec occupato byrsæ medio, cunctas subsidere partes coegit: quasi per eam similitudinem significare vellet: impetenda esse regni media: nec Alexandro tam longinquis peregrinationibus aberrandum. Inde per fluuios ad occeanum nauigans septem mensium tempus absumpsit. Eo nauibus ingressus ad quandam desertur insulam: quam ille Sylluſtrin: cæteri vero Pſytulcyn appellant. Vbi descendens quum peractis sacrificiis maris naturam ac litoris quantum adiri licet contemplatus esset: deos precatus est: vt nemini suæ terminos expeditionis superare daret in posterū. Dehinc reuersus classem circa tertiā Indiam obnauigare dextro iubet: ducē Nearchum, præfectum autem instituens Oneſicritū. Ipse terrestre iter per Oritas ingressus, ad extremā deductus rex inopiā, magnū exercitus numerum amisit: ita vt ex India ne quartā quidē copiaq; partem reduxerit: cum peditum centum & viginti milia equitum quindecim habuisse constet. Eos nauiq; graues morbi, victus acerbus, æstus aridissimi, ac dura absumpsit inedia. Incultam enim & sterilem peragrabāt regionē: hominū ferino more degentium. Hi paucos admodū & degeneres alunt ouium greges: quæ marinos solitæ pisces depasci, tabentē odoris tetricarnē habent. Ea loca labore maximo sexaginta tū diebus emensus, in Gedroſiam peruenit. vbi reges ac satrapæ magnam rerum copiam vniuerso cōparant exercitui. Hic pro re focillandis curandisq; militibus septem dierum sodalitia p Carmaniam egit. Erat prę terea quadratā mensa in sublimi extructa: quā octo inuectā equis Alexander sodale sue noctu pariter ac dieiocundis celebrabant epulis. Multa subinde carpenta sequebantur: partim purpureis ac variis instructa velaminibus: partim recētes arbusculas & virides ferētia ramos: quibus familiaribus regiis coronarisq; proceribus: dū potaſ: vmbracula fierent. Nusq; vero peltam, cassidem, sariſſamue conspiceres. at phialas: pateras: atq; tericlia: & rota semita ingentibus doliis crateribusq; proluentes sese milites: inq; vicem tum eundo tum cubando propinantes. Comessationes fistularū ac tibiarum cā tibus, tum carminibus, & lasciuis mulierum saltibus passim agebanē. Fusos autē & vagantes p cuiusdam bacchanalis petulātię iocū Alexander cū phialis insectabatur: & procacē turbā quasi deus ipse lōgo pmittebat ordine. Profectus intra Gedroſiorum regiam, denuo cum exercitu festos instituit dies: vbi quū ad spectādos decertantium cœtus post largiorē potū interesset: Bagoas ludorum præfectus quē amabat vnice, post reportatā victoriā ornatus p mediū incedens theatrū penes Alexandrū consessum se tulit. Q d cōspicati Macedones ingentibus acclamauere plausibus: vtq; illum suauiaret certatim exhortabanē: donec illum Alexander p longa suauia cōplexatus est. Interea redeunte Nearcho lętatus: vbi eius nauigationis memoranda cognouit: ingenti per Euphratē classe statim ferē. Inde Arabiam ac Lybiā emensus, per herculeas colūnas mediterraneū ingredi adortus, multimodas moliri naues Thapsaci cœperat: nauras vndiq; gubernatores q; contrahens. Verū quū superiorum locoq; expeditio compluribus affecta cladibus, inq; Mallorum expugnatione magna copiarū internicio vulgaretur: nulla etiam Alexandri ex vulnere accepto incolumitas speraretur: subditi ad defectionem susciti, duces & satrapæ per auaritiam & supbiam cūcta violare: prorsus omnia perinde ac salo turbata permiscēri: nouarum cupido rerum exoriri. Tum Olympi

Oneſicritus Calanus Dandanus

Sphines. Cale quid sig nificet in dor lingua Byrsa cor

Sylluſtris i sula oceani vel Pſytul cis.

Gedroſia.

Carmania.

Tericlia.

Bagoas.

Arabiā ac Lybiā Alexander emē sus est.

Macedoni ci regni di uisio inter

Olympia dem.

Cleopatrã & Antipatrum.

as & Cleopatra aduersus antipatrũ mota seditione, regnum diuisere. Olimpias quidẽ Epirũ, Cleopatra vero Macedoniam inuaserat. Q d vbi renuntiatum est Alexandro: præstãtius inquit matris extitisse consilium. Nec enim Macedonas fœminæ imperium æquo passuros animo. Eapropter cũ ẽtam oram maritimam hostibus compleri sentiens, rursus ad mare Nearchũ cũ classe misit: ipse reuertens in flagitiosos quosdã prefectos acriter animaduertit. Ex Abuliti filiis vnum Oxiarthẽ nomine satisfa transuerberatum occidit. Ipse Abulitus quũ nullũ ei cõmeatũ pparasset, tria milia nũmũ talenta attulit. Id argentũ equis apponi iussit Alexander. Quibus minime gustantibus, q̃nã in qt tui cõmoditas apparatus: confestimq; trusit in carcerẽ. Hinc pfectus in Persas numismata mulieribus erogauit. Is nanq; mos erat regibus: vt quoties in Persas irent, mulieribus aurum distribuerẽt. Quã ob causam quũ quidã raro, Occhus nunq̃ in Persas isse traditur: qui ob tenacissimã vilissimæ rei parcitatem se patriæ extortẽ fecerit. Postea Polymachum, q; Cyri sepulcrũ demolitus esset, necauit: q̃q̃ pollens & vir illustrissimus foret. Eius epigrãma quũ legisset: græcis insculpi literis edixit. Id aũt erat. Quisquis es mortaliũ & vnde cũq; aduenis: Aduenturũ enim te scio: Cyrus sum qui Persis imperiũ quæsiui. Hoc igit humi paululum quo meum corpus obtegitur, mihi ne inuideas. Ea res Alexandri animum vehemẽter affecit: quum incertum ac permutabilẽ rerum contẽplaretur exitum. Hic Calanus haud dudum aluo vexatus strui sibi pyrã orauit: quo delatus equo postq̃ adoratis prece numinibus sibi ipsi parentauit: tonsumq; crinem vti primitias quasdã iniecit: prehẽsos dextera Macedonas obsecrauit: vt illã letitiæ diem cum rege simul portantes exigerent: quem paucis post diebus Babylone visurum se dixit. His dictis pyram ascendit: vbi ita opertus occubuit: vt propius admota iam flamma nullum omnino corporis motum dederit. At eo quo lapsus erat gestu perpetue conseruato, patriæ ritu ac suorum instituto Philosophorum seipsum imolauit. Hoc itidem compluribus annis post alius Cesaris comes nudus Athenis fecit: & adhuc ipsum cernitur monumentum: quod Indi sepulcrũ nominatur. Cremato Calano Alexander cõuocatis amicis ac principibus solenne conuiuium instituit. In quo vinariæ potatiõis certamen & coronã victori proposuit. Bibacissimus omnium Promachus quatuor ingurgitans cãtharos palmã meruit: & vnius talenti coronã accepit: tribus tm̃ postea superstes diebus: cæteros vnum & quadraginta potando spiritũ eructasse Cares tradidit. Cõstat enĩ ei symposio acerrimũ intercidisse frigus. Post hæc sociorũ coniugia Susis celebrat. Darii quidẽ filia Statyra in matrimonium accepta, primarias optimaribus collocat. Reliquis quoq; Macedonibus qui iã pridem vxores duxerant, cõmune instruxit epulum. Cui quum nouem milia conuiuarum iter esset: vnũquẽq; ad peragẽda libamina, aurea donasse phiala dicit. Ad cætera miro quodã splẽdore munificentissimus. Æs enim alienum creditoribus soluit. Cuius qdem impẽsæ summa nouem milium octingẽtorum ac septuaginta talentum fuit. Monoculus Antigonus quũ grandẽ se mutuatũ pecuniã falso diceret: subornatum creditorem adduxit: qui se victui illã mutuasse affirmaret: quã e vestigio restituit. Eum inde mendacii conuictũ ira pcitus Alexander eiecit ab aula: & præfectura priuauit. Erat aũt clarissimus bellator Antigonus. Is dum adhuc iuuenili esset ætate: Perinthũ obsidente Philippo, missa in eum e catapulta sagitta transuerberauit oculum: quã parantibus nõnullis eximere, prohibuit: nec ante pugna excessit: q̃ fusum intra mœnia fugasset hostem. Cæterum ea ignominia tãto dolore percussus erat Antigonũ: vt nemini incertum foret: quin sibi mortẽ consciscaret. Hoc veritus Alexãder, ira posita: illi iussit argentum reddi. Interea puerorũ, quos triginta milia numero, studio, ac disciplina exercẽdos reliquerat, robusta excreuerant corpora: egregia erat indoles: hiq; ab exercitatione prõptissimi mirã quandã & strenuã præ se ferebant agilitatẽ. Quæ res Alexandro voluptatem & lætitiam: Macedonibus mœrorẽ metumue pepererat: q; minori se regi curæ futuros existimabant. Quã obrem quũ imbecilles, manci, & bello inutiles domum dimitterentur: se per contumeliam ac virtutis perium negligi dictitabant. Se per omnes antea præliorum vsus ductos: nunc cum dedecore emeritos patriæ ac parentibus reiici: quos olim haud tales acceperat. Proinde cunctos dimittat aiebãt omnisq; Macedonas imbelles vocet & inutiles hosce iuniores nactus Pyrrhicham saltaturos cum eis peragret: orbis terrarum imperium quæsiturus. Ea grauiter ferens Alexander, post multa conuitia vehementer illis succensuit: & reiectis ipsis, corporis sui custodiam Persis credidit: Persas satellites, Persas apparitores instituit. A quibus quum Macedones stipatum Alexandrum se vero ignominiose reiectos cernerent: non modo mitiora loqui, sed & æmulatione & iracundia insanire cœperunt. Vnanimi tandem consilio positis armis interiori duntaxat retenta tunica, regis tabernaculum clamore & lachrymis adiere: se illius potestati quocunq; vocaret condonare: sese iniquos ingratosq; fateri. & haud tamen ipsos tametsi magna ex parte placatus admisit. Hi nihil absistere: & geminos adesse dies ac noctes totidẽ: fletibus lamẽtisq; suũ appellare regẽ. Tertio progressus die miserando afflictoq; conspicatus habitu diu illachrymasse traditur: eisinde nũc modeste incusatis, nunc comiter appellatis, cõplures bello inutiles exauthorauit: magnificẽtissimeq; donatos dimisit. Scribẽs etiã ad Antipatrũ eis ad spectãda certamina priores in theatro sedes obsignari, coronatosq; sedere iussit. Defunctoq; quoq; liberos pupillos paterna contrahere stipendia volu-

Oxiarthis ĩ teritus.

Abulitus.

Mos regibꝰ eũtibꝰ in pſas aurꝫ mulieribus diſtribuere.

Occhus.

Polymachꝰ

Epigrãma ĩ ſepulcro Cyri.

Calani iteritus.

Indi ſepulcrum.

Promachꝰ bibaciſſimꝰ

Statyrã Darii filiã ĩ matrimonium Alexander accipit.

Antigonꝰ pfectura priuatur.

Alexander triginta milia puerorũ militiæ in ſtrui fecit.

Alexãdri liberalitas in exauthoratos milites.

it.Hinc ad Ecbatana Mediæ profectus:vbi neceſſaria regni diſpoſuit:ſpectacula denuo & ſolennes indixit dies.Quas qdem ad res tria hiſtrionũ milia ad ipſum exgręcia miſſa peruenerant. Illis forte diebus fabricitabat Ephęſtion:qui quum ætate integra & militari cõſuetudine ſubductũ per abſtinentiam cibũ ferre nequiret:Glaucũ medicum in theatro nactus abſentem,caprum prædit aſſatum:& ingentem vini pſyctẽ hauſit.Quamobrem inualeſcẽte morbo, paucis poſt diebus moritur.Hunc tam acerbiſſimum caſum Alexander nulla ratione aut modeſtia pertulit.At continuo in eius luctu equis muliſq; tonſis finitimaq; vrbiũ pinnacula diruit:miſerabilẽ vero medicum cruci ſuffixit.tibias & cętera inſtrumenta diu in caſtris canere vetuit:donec ex Hammone delatũ oraculum Ephęſtioni tanq̃ ſemideo diuinos honores ac ſacrificia indixit.Ad mitigandũ doloris magnitudinem ad prędium perinde ac hominum venationẽ egreſſus:Coſſeorum ,gentẽ euertit: vniuerſis pætatẽ trucidatis.Id factũ Ephęſtiõis inferias appellauit.In eius funere tumulo & huiuſmodi ornamentis decẽ milia talentũ dedit:vt qui artificio & magnificentiſſimis apparatibus oẽm impẽſam ſuperare magnopere cuperet.Staſicratẽ maxime dilexit inter artifices:cui tũ ſupertbã operis magnificẽtiã pollicenti haud aim aduertit.Is eſt q; Thraciæ monte Athon in hoīs ſtatuã maxime formari exculpiq; poſſe dicebat.Proinde ſi iuſſerit ei perpetuam ac nobiliſſimam ex illo imaginem effingere velle.Cuius læua vrbẽ Myriãdron id eſt quæ dena milia hominũ capiat amplexeſ:dextra vero labẽtis ad mare fluuii abũdãtiſſimos libaret latices.Id neglexit Alexander: vt q magis ardua lõgeq; magnificẽtioris induſtriæ cum ipſis agitaret architectis.Et poſtmodum Babyloniã petenti veniens obuiã Nearchus(Is enim ex magno rurſus mari in Euphratem iam nauigauerat)in quoſdam incidiſſe ſe Chaldeos inquit:qui Alexandrum vt procul Babylone abeſſet,admonebant.Q đ quũ paucifaciens procederet:propinquus vrbi cõplures altercantes ſeq; mutuo ferlentes coruos aſpexit:ex quibus nõnulli penes illum delapſi ſunt.Inde quum Babylonis pfectus Apollodorus p eo immolaſſe renũtiaretur:accitus aruſpex nomine Pythagoras ita factum affirmauit:hoſtię modum conditionẽq; percõtanti Alexandro,ſine capite iecur extitiſſe reſpondit. Papę inquit dirum hoc prodigiũ. Inuiolato dein miſſo Pythagora,Nearcho nõ optemperaſſe pigebat.Subinde pluri mum tẽporis extra Babylonis mœnia interdum per Euphratẽ nauigans terebat.Cæterum mulra ipſum prodigia pturbabant.Ex his enim quos educabat,leonem quẽdam eximiæ magnitudinis ac formæ manſuetus aſellus calcibus exanimarat.Alexãder poſitis vt vngereſ veſtibus, dehinc pila luſit:poſtea quum colludentes adoleſcentuli ſuos receperũt amictus,ſedentẽ in ſolio tacitum cõſpicanẽ hominem:diademate ac regia ornatum ſtola. Illi quum ex eo quiſnam mortaliũ eſſet, diligenter perſcrutarentur,diu manſit elinguis. Vix tandem ad ſe rediens, Dionyſio ſibi nomen eſſe, ſeq; genere Meſſanum ait ob quandam criminationẽ horſum ex mari delatum longum in vinculis tps exegiſſe.Nuper ad eum acceſſiſſe Serapin:ipſumq; laxatis cõpedibus hoc in loco conſtituiſſe ac diciſſe:vt accepto diademate ſimul & ſtola ibi ſedens conticeſceret.Hæc audiens Alexander, iubentibus hariolis hominẽ perdidit.Tum ſpe deſtituras grauiter angebatur animo:iã deos, & familiares ſuſpectos habens:& prędertim Antipatrum eiuſq; filios reformidans:quorum Iollas pincerna regius erat.Caſſander nuper aduenerat:qui quoſdam barbaros regem adorare conſpicatus: vt qui inter mores educatus græcienſes tale nihil antea aſpexiſſe cõſueuerat,ſoluitores effudit cachinnos.Quapropter ira ſtimulatus Alexander vtraq; manu comprehenſa iuuenis cęſarie:parieti caput illidit.Rurſus quũ incuſantibus nonnullis Antipatrum, contradiceret Caſſander, eum refellens Alexander,quid ais inquit:nihilo violatos homines tam longis confectis itineribus calũniatum veniſſe?Aſſerente Gaſſandro id eſſe calumniarum indicium:q; longo ne redargui queant prociſcantur itinere:Id ridẽs Alexander,Hæcilla inquit Ariſtotelis ſunt ſophiſmata:quæ vtriq; plorabunt:ſiquẽq; a vobis violatum eſſe comperto. Qua ob cauſam tã impreſſus Caſſandri animo pauor inſederat:vt quum poſteriori tempore ille ſuperata Græcia Macedonię imperans Delphos veniſſet:ibiq; deambulans quaſdam contemplaret ſtatuas: Alexandri occurrit imago : cuius aſpẽctu tanto terrore perculſum repente concuſſumq; corpus eſt : vt diu poſt vix ea ſedari mentis trepidatio potuerit.Alexander igitur quum diuinis intenderet rebus:perturbatus ac cogitatione perturbatus, omnia noua & inſueta q̃q; perexilia, monſtra quędam prodigiaq; ſuſpicabatur. Proinde hinc immolantes,illinc expiantes,inde vaticinantes vniuerſam complerant regiã Vſq; adeo graue eſt incredula mens hominum & contempta numina.Rurſus graue eſt tanta ſupſtitio: quæ inſtar aquæ ſemper ad ima & decliuia vergens,deliramentis ac vano timore quemadmodum eo tẽpore Alexandrum,imbuit.Cæterum diuina de Ephęſtione allata vaticinia omnem compeſcuere luctum atq; triſtitiam.Quapropter inſtauratis ſacrificiis & ſympoſiis, Nearcho ſolennes apparatus epulasq; inſtituit:poſtea more ſuo lotus quum quieti ſe daret,Midius interuenit. quo exorante pergit apud illũ:per iocum atq; laſciuiam comeſſationem acturus.Ibi quum poſterã nocti diẽ potando iunxiſſet:epoto rondum Herculis Scypho,nec cæteris adhuc de more menſæ pfectis, æſtuare cœpit ob febrem:quũ tantus repente dolor inuaſit:vt tranſuerberatus haſta ſpinam videretur. Hæc nonnulli perinde ac extremum ingentis fabulæ actum tragicũ quidẽ & calamitoſum edentes

Ephęſtiõis mors.

Pſycter, vaſis genus.

Glauc⁹me/dicus cruci ſuffixus ab Alexandro.

Coſſeorũ gens.

Ephęſtiõis inferiæ.

Staſicrates artifex.

Myriãdros.

Apollodo/rus Babylonis pfectus.

Pythagoras aruſpex.

Serapis.

Iollas.

Nidius.

scribēdum cēsuere. Aristobolus tradit illum quum per febris sęuitiē sitim collegisset, vinū potasse. Quare mentis impotē factum suum obiisse diem: pridie kal. quintiles. In diariis de ipsius ægritudine scriptum inuenio: ipsum quartodecimo kal. quintiles intra balneas ob febrem cubasse: postridie autem lotum in cubiculum relatum: inde cū Midio, in talorum ludo totā consumpsisse diē. Vesperi autē loto vbi rē diuinā perfecit, sumpto cibo noctu febrē inualuisse. Tertio die simulac se iterū abluisset, sacrificiū de more peregisse. Subinde in balneo accubātē Nearchū diligenter audisse dicit, quum suæ nauigationis, tum res magni maris explicantem. Post hæc vndecimo kal. per summos æstus grauissimam noctē ꝑpessum die quoq; in sequenti vehemētissimis oppressum febribus. Postmodū ad ingentē in balneo peluim trāslatū esse: vbi de confirmandis ordinibus qui duce carebant lōga ad primates habuit colloquia. Octauo q̄q̄ vrgente febre quū sacrificare vellet, ad sacrificia delatus est. Amplissimos in de principes in atrio adesse iussit: Centuriones reliquosq; præfectos foris excubias agere. Septimo kal. in alteram traductus regiā, publio sopore quieuit: haudquaq̄ interim se remittēte febre. Aduētantibus eo proceribus vsq; ad insequentē diē nullā propsus edidit vocem. Quā ob cām quū mortē obisse crederet, fremitu ac minis fores obsedere Macedones. Quas postq̄ vi reseratas irrupissent: vniuersi, solis interioribus induti tunicis, eius lectum circūdedere. Ea die Pythone atq; Seleuco ad Serapis oraculū missis, ꝑcōtantibusq; illuc ne Alexandrū ferre deberēt: sinendū esse eo in loco deus ipse respondit. Decessit aūt quarto kal. Quintilis circa solis occasum. Hæc in ipsius diariis fere verbū ex verbo scripta cōperi. Tū nulla veneni extitit suspitio. Sexto post anno quū de illo renuntiatū est, Olympias cęsis cōpluribus, Iollæ præmortui cineres dissipasse traditur: ꝙ is venenū tēperasse crederet: Quidā Aristotelem ꝑhibent eius facinoris cōsiliū Antipatro dedisse: & omnino illius afferēdi veneni authorē extitisse. Hæc Agnothemis quidā narrasse dicit quæ ex Antigono rege audisse cōstabat. Ipsum aūt venenū gelidissimā quādā esse aquā, ex Nonacriæ petra sudantē ferūt. Quā in roris tenuissimi morē colligentes in equi reponūt vngula: cætera nullo modo vasa sufferre: quin ob tāti vim frigoris scissa fathiscant. Quidā ficta prorsus esse, quæ ad veneni potionē dicūtur, affirmāt. Quibus haud ꝑuū extat indiciū: ꝙ multis post ea diebus, quū inter primores de rerū summa disceptarent, corpus ꝑ loca calida ac exæstuātia neglectum iacens, nullum veneni signum habuit: verum recens immaculatumq; permāsit. Roxanen quia grauida erat: Macedones tunc præcipuis ꝓsequebantur honoribus. Ea ob æmulationē Satyræ infensa, ipsam per quandā epistolā dolo circūuenit: qua illā ab Alexandro acciri simulauit. Eā adductā cū sorore necatā deiecit in puteū: ipsasq; conscio atq; adiutore Perdica multa tellure iussit obrui. Statim enī Perdicas cū ingētibus aderat copiis secum Arrideū veluti quoddā regni munimen trahens. Is autem ignobili scorto natus, ob aduersam corpis valetudine non natura aut casu accidentē: parum mēte constabat: verum quum ab ineunte ætate gratiosos admodū & liberales mores significaret, datis ab Olympiade venenis debilitatus animi vires amiserat.

Alexandri interitus.

Python. Seleucus. Serapidis oraculum. Olympias Iollæ cineres dissipat Aristoteles in suspitionē venit veneni Alexādro afferendi. Aqua Nonacrinæ petræ. Satyræ obitus. Arrideus.

¶ C. CÆSARIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO PER IACOBVM ANGELVM DE SCARPARIA IN LATINVM VERSA. VEL PER GVARINVM VERONENSEM, VT ALIÆ IMPRESSIONES HABENT.

Cornelia.

Iulia Cæsaris amita Marii maioris vxor. Cęsar sacerdotiū petēs repulsus est

Inne Dictatoris Filiā Corneliā a Cæsare distrahere potit⁹ rerū Sylla voluit: qđ quum aut metu aut spe efficere neqret, eius dotē publicauit. Inimicitiarum vero Cæsaris & Syllæ causa Marii affinitas erat. Iuliam Cæsaris amitā vxorē maior habuit Mari⁹: ex qua Cæsaris cōsobrinus minor creat⁹ Mari⁹ Quū aliis intēto Sylla, post editas in eius dominatu plurimorū cędes Cæsar ab ipso se negligi cerneret: haud tamen destitit: quo minus in petitione sacerdotii vixdū pubescēs populū adiret: a quo mox aduersante Sylla repulsus est. Dehinc de ipsius exitio deliberāte Sylla, fuere quidā: quibus iniquum esse

quũ esse asserentibus talẽ necare puerũ, eos amẽtes esse inqt: nisi in hoc puero multos insipicerent Marios. Hæc vbi ad Cæsarem perlata vox est, aliquãdiu in Sabinis quagatus|delitescebat. Postea dum p singulas noctes, q̃q̃ p aduersam valetudinem, in alteꝝ se transferret domicilij: in Syllanos incidit milites: q per ea disquirẽtes loca latitantes corripiebãt. A quorum duce Cornelio duobus se talẽtis redemit: mox ad mare descendẽs| in Bithyniã ad regem Nicomedẽtraiecit. Apud quẽ nõ diu versatus, inde discedẽs circa Pharmacusam insulã a piratis capitur: q per id tps nauibus magnis & immensis classibus mare occupauerãt. A q̃bus quum primũ p se redimẽdo viginti deposcerentur talẽta, derisit: cp qualem cepissent virũ ignorarent: pinde quinquaginta se daturum pollicitus est. Postmodum suos, alium ad aliã ciuitatem p expediẽdis pecuniis dimittens, apud immanissimos Cilicas mansit cũ vno amico|& ministris duobus. Eos aũt adeo p cõremptũ habuit: vt quoties geti se dederet, qui silẽtiũ illis ediceret|miserit. Ibi multa cũ licẽtia duodequadraginta versatus dies, eos nõ vt custodes, verũ vt famulos & satellites habens, nunc ludis, nunc certaminibus provocabat: interdum carmina| orationesq̃ cõscribẽs, ipsos ad audiẽdum inuitabat: q̃bus nõ admirantibus, palam imperitos|barbarosq; vocabat: eos inter ridendum se cruci suffixurum sæpemini tans. Quibus in rebus hi magno pere lætabãtur: eam loquẽdi libertatẽ ioco ac simplicitati cuidã attribuentes. Allatis ex Mileto traditisq; ad se redimẽdum pecuniis liberatus, cõsessim ex Miles|orum portu instructis nauibus prædones aggressus est: quos adhuc circa insulã cum classe p otiũ subsidẽtes maxima ex parte in potestatẽ redegit. Rebus pecuniisq; direptis, viros Pergami in vinculis posuit: dein Iulium prætorẽ Asiam puinciam administrãtem adit: cp pinde ad eum ex captis supplicia sumere ptineret. Cæterum is adiectis ad pecunias oculis (nec enĩ modicæ fuerãt) de captiuis cõsiliũ post hac habiturũ se inquit. Eum igit per otiũ valere iubẽs Cæsar, Pergamũ pfectus prædones ad vnũ patibulo affecit: sicut eis multoties secũ in insula cõmorãs ioco prædixerat. Post hæc tabescentibus Syllanaꝝ partium viribus, quũ domũ ab amicis vocaret, Rhodũ nauigauit: vt ibi per otiũ Apollonio Moloni (cuius etiã auditor erat Cicero) operam daret: modestissimo q dem viro & clarissimo dicẽdi magistro. Cæsari elegãtissimã quãdã ciuilis eloquẽtiæ vim a natura insitam fuisse phibẽt: in qua eũ splẽdidissime adeo elaborasse cõstat: vt secũdum absq; vlla cõtentione locum obtinuerit: priorẽ minimæ cõsequutus: dũ dicẽdi rationẽ, ad quã habilis & natura p nus ferebaꝫ, omittens, rei militaris & vrbanoꝝ magistratuũ curam susceperit: q̃bus ex rebus in Respublica princeps euasit. Ipse posterius ad Ciceronẽ suos cõscribẽs Anticatones|militaris hoĩs eloquentiã cũ grauissimi oratoris ingenio|& in ea plurimũ versati cõparari debere negat. Romã reuersus Dolobellam repetũdarunt postulauit: quã quidem ad causam cõplures Græciæ ciuitates ei testimonia derulerũt. Dolobella tñ absolutus est. Cæsar aũt Græciæ ciuitatibus| vt ob eaꝝ pmptitudinem parẽ referret gratiã, suũ contulit patrociniũ: dum. P. Antonio sub Macedoniæ prætore M. Luculllo diem dicerẽt: cp susceptis largitionibus iudicia corrupisset: vbi eũ tñ eualuisse liquet: vt Antonius ad tribunos plebis puocarit: inique secũ actũ esse cõmentus: si sibi cum Græcis in Græcia disceptãdum sit. Romæ quũ in porãdis causis magnus ei cum gratia splendor obtigisset: mox lenitate|clemẽtia|cõsuetudine|studio|magnam ex plebe, quam præter eius ætatem colebat, beniuolentiam cõparauit: iamq; sensim, quũ epulis & comessationibus, tum splẽdidissimis in omni vita moribus nõ mediocrẽ sibi in Repub. potẽtiã auxerat: quam principio inuidi deficiẽtibus matu re pecuniis|quũ mox exilem futurã arbitrarẽtur, florẽtem illam in plebe paruifaciẽbãt. Quũ vero ingens adeo|vt nõ facile aduersari possent increuisset, eam ppalã ad res pmutãdas tendentem| sero quidem intellexerunt. Verũtenimuero nulliusrei tam paruũ existimãdum initiũ est: quod non assiduitas statim amplificet: præsertim cum incuria ne obsistatur, efficit. Primus igit Cicero quum ea Reipub. perinde ac quædam pelagi ridicula nõ sine timore cerneret: tantãq; morũ grauitatem sub illa latitantem humanitate pdiciss̃et: cæteris quidẽ illius insidiis & meditationibus dominãdi cõsilium introspicere se dictitabat. At vero quũ molliter adeo pẽdentes comas|eumq; vnico dũtaxat sese scalpentem digito, inqt, aspicio: haud pfecto hunc hoĩem ad tñ facinus aĩum inducere posse existimo: vt Romanæ Reipub. moliat exitiũ. Hæc qdem posterius. Primũ hoc erga se fauoris & beniuolentiæ popularis accepit indiciũ: quum. C. Pompilium tribunatus cõperitorem natus, prior delignatus est: secundum vero manifestius: quum amitam suam Iuliã Marii vxorem defunctam luculenta laudauit oratione pro rostris. In efferendo ipsius funere| Marii statuas tum primum post Syllæ dominatum visas producere ausus est: iamdudum illius factionis hominibus a senatu hostibus iudicatis. Idnanq; Cæsaris factum reclamantibus nonnullis, populus lætis excipiens plausibus| clarissime refragatus: hunc vel præcipue virũ admirantes: cp longo post tempore decora Marii tanq̃ ex inferis in vrbem reduxisset. Cæterum grandiores natu matronas defunctas laudare mos Romanis patrius est: q in iunioribus haud obseruari solet. Primus Cæsar mortuæ vxoris laudationem edidit. Quæ tres quandam illi gratiã attulit| popularemq; cõtraxit benẽuolentiam: cp virum idcirco humanitate ac modestia refertum censerent. Post vxoris sepulturam| quæstor cum Tuberone prætore in Iberiam profectus est: quem honorifice semper coluit: ac eius

Nicomedes Bithyniæ rex. Pharmacusa insula. Cæsar capitur a piratis.

Cæsar piratas victos i vincula cõiecit. Iulius prætor Asiæ præfectus. Apollonius Molo. Cæsari secũdus locus i eloquentia Dolobella a Cæsare repetundarũ accusat⁹ & absolutus ẽ

Nihil tam puĩ qđ nõ assiduitas augeat.

C. Põpilius Cæsaris oõ habita i morte Iuliæ amitæ. Mos Romanis matronas natu grandiores defunctas laudare.

Cæsar quæstor creatus Põpeiã Cæsar ducit vxorem.

insuper filium prætor factus|quęstorẽ creauit. Ex eo reuersus magistratu Pompeiã tertiã duxit vxorem: ex Cornelia suscepta iam filia Iulia: quam postea Pompeio Magno in matrimonium collocauit. Ad impensas aũt profusior breuem ac momentaneã sibi gloriã tam magnis opibus permutare videbatur: quũ re tñ vera paruis amplissima cõpararet. Antea vero q̃ vllum inierit magistratũ, mille trecentorum talentum æs alienum conflasse dicitur. Commissa dehinc illi Appiæ viæ cura in gentes prodegit pecunias. Ædilis. xx. ac. ccc. gladiatorum paria exhibuit. Circa spectacula pompas atq; cõuiuia profusissimis vtens sumptibus|vniuersas superiorũ munificentias obliterauit. Quas ob res affectam sibi adeo plebem reddidit: vt vnusquisq; nouas dignitates|nouosq; excogitaret honores: quibus pares illi gratias referrent. Duæ enĩ Syllanorũ ac Marianorũ quũ Romæ partes eẽnt: pollentibus adhuc maxime Syllanis, disiecti subtrepidiq; Mariani depressam admodũ|humilemq; vitam exigebãt. Has attollere stabilireq; Cæsar volẽs quũ ædilitiũ munus edere magnificentissime instituisset, cõflatas clam Marii statuas|triũphalisq; victorias noctu in Capitolio erexit. Vt primũ illuxit: cũcta auro micantia & magnificis instructa artificiis cernebantur. Trophęa subinde Cymbrica insculptis indicabãtur literis. Quo circa is q; in illis restituendis audax adeo fuisset, nõ parum timeri cœpit. haud enĩ in occulto res erat: cæterũ dispersus rumor statim ad spectandũ cõtraxit vniuersos. Ibi nõnulli cõtra Cæsarem voces spargebant: vt qui iam diu legibus ac senatusconsultis sepulta restituens insignia, ciuitatis sibi dominationẽ instrueret: hisce illum rebus experiri populum q̃ tantis talibusue magnificentiis demollitus|mitigatusq; sit: quã quidẽ ad rem nouella quædã hęc exhiberi præludia. Mariani aũt sese inuicem exhortari: quorum immensa repente multitudo pdierat: & magno cũ plausu Capitolium occupare. Multis quũ Marii faciem intuerentur, præ gaudio manare lachrymæ: tum Cæsarẽ magnis attollere laudibus: hunc solum Marii necessitudine dignũ esse virũ. Eas ob res coacto senatu, Catulus Luctatius vir ea tempestate plurimę inter Romanos authoritatis: multa in Cæsarem acerbissima præfactus, vulgatum illud inclamauit: Non per cuniculos Cæsarem, verũ iam machinamentis. Remp. occupare. At vbi psuaso senatu obiecta in se refellisset: longe magis q illum colere admirariq; cœperãt: efferebãtur: cumq; ne cuiq; mentis elatione & animorum magnitudine cederet hortabãtur. Futurũ enim: vt studio & fauore populi superatis vniuersis, princeps existeret. Interea defuncto Metello pontifice maximo, quũ pontificatum studio & disceptationibus plenũ Isauricus & Catulus: clarissimi viri: & in senatu potẽtissimi peterent: haud ꝓpterea Cæsar quin & ipse cãdidatus descenderet, cessit: cæterũ pari vndiq; fauore ac studio apparente, Catulus quo amplior erat dignitas, eo magis euentus incertitudinẽ reformidãs misit, q̃ grãdi pecunia Cæsarem, vt ab ea contentione desisteret: inducerent. Quibus ille grãdiorẽ se mutuaturum: certatim q; enixius petitũ esse respondit. Instãte comitiorũ die, quũ mater eũ ad fores vsq; lachrymis profequeretur, illã complexatus dixisse fertur. Mater hodie: aut pontificem: aut exulem tuum videbis filium. Efũtibus igitur certatim in suffragia tribubus, superior declaratus: nõ paruum se natui & optimatibus terrorem incussit: tãquã ad omne audaciæ genus plebẽ adacturus. Quapropter Ciceronẽ Piso & Catulus incusabãt qui inter Catilinarios tumultus occasionẽ nactus, neci Cæsaris pepercisset. Catilina nanq; non solum Remp. mutare: verũetiã omnia cõfundere: & vniuersum delere imperium machinatus: quũ priusq̃ extrema ipsius detegerentur cõsilia, in paruas q̃dam cõiecturas incidisset, vrbe excessit: relictis in ciuitate Cethego & Lentulo: q̃ coniurationis vices obirent: quibus si qua in re clam adiutor exhortatorq; Cæsar extiterit: incertũ est. Deinde detecta prorsus coniuratione, quũ consul Cicero vnũquẽq; de cõsociorũ pœna sententias rogasset: cæteri quidẽ dedendos neci homines censebant: donec insurgens Cæsar grauissimã & accuratissimã super ea re concionem habuit: iniquũ nec patrii moris esse dictitãs, clarissimos stirpe ac dignitate viros, vel vltimę necessitatis tpe indicta causa necare. Q̃d si donec Catilina debellatur, ipsi per ea Italiæ municipia, quæ Cicero ipse delegerit: custo diãturin vinculis, postea sedatis pacatisq; rebus senatui de omnibus statuere licebit. Qua in re quum magnis dicendi viribus peroraſſet: tantã præ se ferre humanitatem videbatur: vt non modo qui secundũ se, verũetiã qui antea dixerãt, repudiãtes prior̃a: ad suam trãstulerit sententiã: donec res ad Catonem Catulumq; peruenit. Quibus enixissime resistentibus, Catone insuper illis grauissimam pro concione suspitionem infligente, homines vt nece mulctarentur traditi. Egredienti deinde curiam Cæsari magna iuuenũ manus, qui Ciceronẽ p̃ fidii causa circunstabant, occurrere, nudos intentantes gladios. Tum Curio obiectu togę complexus eum eduxisse traditur: Cicero quoq; aspectantes deterruit adolescentes: siue ob plebis metum, siue q; impiam ac iniquã eam cædem duceret. Quod si verum est: haud scio quonam modo id vtiq; Cicero, quum de consulatu suo pscriberet, tacitus ptermisit. Verumenimuero haud rephensione caruit in posterũ: q; opportunissimo aduersus Cæsarem nequaq̃ vsus esset tpe: plebem reformidãs quæ illum mirãdum in modum ambiret. Paucis nãq; post diebus quum Cæsar in suspitionem venisset: ab ea se purgaturus curiã ingressus, in diros incidit tumultus. Diutius autem soliro sedente senatu, plebes magnis elata clamoribus curiã circũsedere: virũ efflagitantes: & missum fieri iubentes. Eapropter Cato inopes negd̃ rerũ nouarum molirẽtur' vehemẽtissime pertimescens, (hi enim

Cæsar erigit statuas. Mario.

Catulus luctatius.

Isauricus & Catulus de pontificatu cõtẽdentes.

Cæsar pontifex creat. Catilinę cõiuratio.

Curio Cæsarẽ obiectu togę tutatus est a cæde.

ſpem gerẽtes in Cæſare reliquam multitudinem ſuccendebant) ſenatui ipſuaſit: vt menſtruum in plebem frumentũ partiretur. Quæ quidem largitio cæteris annuis impenſis quinquagies eſſet tertium adiecit. Id manifeſte cõſilium magnum in præſentia terrorem extinxit: & plurimum ex potẽtia. Cæſaris tũ abſcidit, tum diſſipauit: eo præſertim tpe: quum præturam initurus, terribilior ex eo fieret magiſtratu: ex qua tñ haud turbulẽtum quippiã obtigit: tum Cęſaris domũ accerbus quidam caſus inuaſit. Erat. P. Clodius vir, quũ nobili genere ortus, tũ diuitiis | eloquẽtiaq; præclarus nulli aũt vulgariſſimorũ ad faſtidium vſq; hoíum | ſuꝑbia ac ꝑcacitate ſecũdus. Hic Cæſaris vxorem Põpeiã nec inuitã qdem adamabat: at ea diligẽti cuſtodia obſeruabat. Cæſaris enĩ mater Aurelia ſingulari pudicitia mulier vſquequaq; aderat: nurũq; excolebat: ita vt difficilẽ ac piculoſum illis congreſſum & colloqa faceret. Romæ Bona Dea colitur: quã Græci quidẽ Gyneciam nominãt. Eam Phryges Mydæ nepotes regis parentẽ aſſerũt. Romani Dryada puellã Fauni vxorẽ exiſtimãt. Nõnulli Græcorũ illam ex Liberi matribus eſſe: quãne fariliceat. Vnde & mulieres quum feſtos ei dies pagunt, tabernacula vitigineis intexũt ramis: ſacrum inſuper draconẽ deæ ſecũdum fabellã erigũt. Dũq; illi ſacra celebrãtur: neq; eo virũ accedere, neq; domi adeſſe fas eſt. In eis ſacrificiis ipſæ inter ſe mulieres multa Orphicis cõſentanea facere tradũtur. Quũ igiť ea inſtant ſolẽnia: vir ipſe, ſeu prætutã, ſeu cõſulare gerat imperiũ, cũctiq; mares vna cõmigrãt: vxor domũ ornatiſſime extruit: ibi maxima ſacrorũ pars noctu pagitur: ꝑmiſcua ſonis & cãtibus ioca lõgas exercẽt vigilias. Has eo tpe cerimonias celebrãte Põpeia, Clodius | cui nõdum genas prima lanugo veſtiebat (eam enim ob rem latere ſperauerat) aſſumpto pſaltrię amictu | apparatuq; illo cõmeat. tenereq; aũt vultũ puellæ diceres. Is igiť aptas offendens fores | ſecurus a cõſcia rerũ ancilla intromiſſus eſt. Quę ad Põpeiam vt rem apiret accurrens | quũ tradiuſcula rediret, interea loci Clodius expectationis impatiẽs, errabundus ſpatioſa luſtrat atria: lumina vſquequaq; fugiẽs. Cui obuia q̃dam Aureliæ pediſſequa, eũ pinde ac fœminam fœmina vt modularet ꝑuocabat. Recuſante vero, illa in medium ꝑtrahens, quænam & vnde ſi rogat. Clodius quũ ſe Põpeiæ ancillã, quæ ancilla quoq; noíe vocabatur, præſtolari diceret, voce ſua ꝑditus eſt. Quapropter ſublato clamore, pediſſequa ſtati ad lumina turbaſq; pſiliit: virũ cõperiſſe vociferans. Tũ trepidãtibus paſſim mulieribus, Aurelia interruptis occulatiſq; deæ ſacrificiis, ſimul ac fores clauſit, ardẽtibus cereis domũ circuit: Clodiũ veſtigãs. Is demũ in ancillæ cubiculo inuẽtus: quo ſimul ambo ꝑfugerãt. Hoc patefactum modo Clodiũ e ianua mulieres ꝑturbãt. Abeuntes inde matronę eadẽ cõfeſtim nocte rem ad ſuos exponunt cõiuges. Vbi illuxit, frequẽs per ciuitatem rumor it: molitũ impia Clodiũ: nõ ſolũ iis quos ignominioſe affecerat, verũetiã diis & ciutiati pœnas ac ſupplicia debentem. Quidam igitur ex tribunis plebis eum pollutarum cerimoniarũ poſtulauit. Aduerſus quẽ & potẽtiſſimi ex ſenatoribus viri aliarum quoq; libidinum & grauiſſimarum ꝑcacitatũ teſtimonia dixerũt: & ſororis inceſtum addentes: quam nuptã Lucullo, corruperat. Cõtra horum ſtudia ſeſe plebes oppoſuit: Clodi um obnixe defendens. Quam qdem ad rem vel id potiſſimũ conduxit: q̃ terrore multitudinis cõſternati iudices erant. Cęſar ſtatim repudiata Pompeia, quũ teſtis in reum citaret, nihil eo ꝓ quæ in Clodium obiecta dicunť, noſſe reſpõdit. Quod verbũ quum ꝓter aſtantiũ ſpem obueniſſet: interrogauit accuſator, cur igiť vxorem repudiaſti? Quoniã meam, inq̃t, neq; ſuſpitionibus obnoxiam eſſe oportere cenſui. Quidam hæc ita ſentiẽtem dixiſſe Cæſarem ꝓhibẽt. Quidam vt gratiã plebi ſiniret: quã ꝓ Clodii ſalute magnopere ſollicitam animaduertebat. Cæteum eam Clodius accuſationem euaſit: iudicibus maxima ex ꝑte cõfuſis adeo literis ſentẽtiam edẽtibus: vt ne ſi condemnaſſent multitudinis diſcrimẽ adirẽt: aut ſi abſoluiſſent, ex optimatibus infamiã cõſequerentur. Cæſar ex ꝓrata ꝓuinciam ſortitus Hiſpaniã, quum ꝓficiſcẽti creditores magnis clamoribus impedimẽto eſſent, cõfugit ad Craſſum: q̃ Romanoꝝ ditiſſimus aduerſus Pompeii in Repub. potentiam acri Cęſaris ingenio ac feruore ſimul egebat. Craſſo cõtra inexorabiles maxime ac impotunos creditores quũ triginta & octingentorũ ſpõſione talentoꝝ interueniẽte, Cęſar in ꝓuinciã abiit. In trãſitu alpiũ quum quoddam Barbaroꝝ oppidulum paucis admodum ac mœſtis habitatũ in colis ꝓterueheret, comites eũ ioco & riſu ita pcontati tradunť: Num hic aliquas eſſe putas principatus ambitiones | dignitatũq; certamina | & mutuã inter ſe potẽtum inuidiã? Quibus Cæſar ſerio: Mallem eqdem inter ipſos primus, q̃ inter Romanos eſſe ſecũdus. Itaq; in Hiſpania quũ otiũ nactus res quaſdam Alexãdri pictas pręgeret: ſecũ diu cogitabũdus | dehinc illachrymaſſe tradidit. Cuius rei cãm admirãtibus ſociis | Nõne, inq̃t, iure dolẽdũ arbitramini: q̃ huius ętatis Alexãder tot gẽres ſuo ſubdidiſſet ĩperio: qua nullũ adhuc ꝑclarũ facinus ipſe geſſerĩ? Quãobrẽ conti nuo rebus gerẽdis innitẽs | Hiſpaniã obiens, intra paucos dies cohortes decẽ cõparat: quas aliis viginti cõiungeret. Mox expeditionẽ cõtra Calæcos & Luſitanos agens, cũcta victor ad oceanũ vſq; ꝑdomuit. Proſtratas gentes tum primũ Romano ſubiecit imperio Bellicis. deinde rebus optime cõſtitutis ꝑfecto haud deteriusto gatas in pace diſpoſuit: ciuitatibus vſq; quaq; concordiam & amicitiã pagens: præcipue vero in medẽdis debitorũ & creditorũ diſceptationibus intẽtus, iuſſit: vt ex debitorũ prouẽtibus duas qdem creditor partes quotãnis deſumeret: reliqua dũs, quo ad æri

Clodius.

Aurelia Cęſaris mater Gynecia bonæ deæ ſacra.

Bonæ deæ variæ opiniones.

Pompeia a Cæſare repudiatur.

Cæſaris vxorẽ neq; ſuſpitioni, neq; obnoxiã eę oportet.

Cæſari Hiſpania euenit.

Craſſi ſpõſionẽ creditoribꝰ pCęſare octigẽtoꝝ &. xxx. talẽtorum fecit.

Cæſaris elatus acigẽs animus.

Cęſar Calęcis & Luſitanis victis, cũcta vſq; ad oceanũ pdomuit.

Cæsar a militibus imperator cõsalutatus ẽ Mos petendi triũphũ & cõsulatũ.

alieno satisfeciſſet, frueretur. His rebus magna ſibi gloria parta, & pincia deceſſit magis atq; magis opulentus factus: quũ ſuos quoq; milites ingẽti præda exuuiiſq; ditaſſet: a qbus imperator cõſalutatus eſt. Mos erat vt q triumphũ ducturi erãt, extra vrbẽ aliquãdiu morã protraherent: q vero cõſulatum peterent, neceſſario in vrbe præſentes adeſſent. Cæſar in huiuſmodi cõſtitutus ambiguitatibus, quoniam comitiis cõſularibus aduẽtarat, miſit q ab ſenatu impetrarẽt: vt p amicos abſenti etiã ſibi cõſulatum petere liceret. Eius poſtulatis primũ Cato cũ legis aduerſatus auxilio: mox vt cõplures a Cæſare delinitos aſpexit, rem tpis plixitate refellere cœpit: totam orando diem cõterẽs. Ea propter omiſſo Cęſar triũpho, ad cõſulatũ aĩum applicare ſtatuit: ſtatimq; vrbẽ ingreſſus, aſtutũ adorir cõſilium: quod præter Catonẽ vniuerſos fefellit hoſtes. Id aũt extitit: Põpeii | Craſſiq; potẽtiſſimoq; ciuiũ inimicitiaq; depoſitio. Quos vbi Cæſar ex ſimultate in Gratiã reduxiſſet: ex duobus non paruã in ſe potẽtiã tranſferens | magna pmutatione Remp. labefactauit: quod cæteros latuit: adeo plena humanitatis ipſius reierat appellatio. Nec enĩ, vt plurimi exiſtimãt, Pompeii ac Gæſaris inimicitia, ſed amicitia potius bellum ciuile pepit. Qui quũ ad diſſoluẽdam optimatum potentiam primũ vnanimes coiſſent: mutuas poſtmodũ inter ſe diſcordias & odia cõtraxerunt. Catoni ventura ſæpenumero pręuaticinãti euenit: vt eo qdem tpe importunus homo | & ſupuacanea diſquirens putaret: poſterius eius ſapiẽtiam atq; cõſiliũ optimũ qdem, ſed parũ pſpectum prædicabãt. Cæſar Craſſi & Pompeii amicitia vtrinq; munitus ad cõſulatus petitionẽ dedu ctus, cũ Calpurnio Bibulo conſul creatus eſt. Is vt magiſtratũ iniit, leges nõ cõſuli, ſed audaciſſimo cuipiã tribuno ptinẽtes, ad plebis gratiã & voluptatẽ tulit: nũc agri viritim diuidendi, nũc largitionis impartiũdę. Honeſtiſſimis aũt & præſtãtiſſimis in ſenatu viris obnixe refragantibus, Cęſar dudum occaſionis indigẽs, ſublatis clamoribus obteſtatus eſt, ſeſe ad plebẽ cõfugere: ad quam pcolendam non ſponte, ſed neceſſitate & ſenatus inſolẽtia & acerbitate cõpellebat: ad eãq; pſiliit: & aſſiſtentibus hinc Craſſo inde Põpeio, vtrũq; leges ne approbarẽt interrogauit. Quibus appro bare ſe affirmãtibus, orauit: vt auxilio adeſſent: & quos aduerſantis cernerent, minis & gladiis abſterrerent. Quod hi facturos ſe polliciti ſunt. Põpeius etiã adiecit: ſe nõ modo aduerſus enſes cum enſe affuturũ: verũ & clypeũ inſuper allaturũ. Id pictum haud paruũ optimatibus mœrorẽ iniecit: alienã ab ipſius vercũdia, & ea quæ ſenatui debetur veneratione indignã, quin furioſam potius & puerilem vocẽ audientibus. Hæ res magnã plebi voluptatem afferebãt. Cęſar vt maiorẽ in modũ ex Põpeii potẽtia ſtructũ legeret, filiã ſuam Iuliã Scipioni Seruilio antea deſponſatã | Põpeio deſpõdit: Põpeii filiã Seruilio ſe præbiturũ aſſeuerãs: nec illam quidẽ inde ſponſatã: quin Fauſto Syllę filio collocatã. Ipſe paulo poſt Calpurniã Piſonis filiam vxorem duxit: quẽ ſucceſſurum ſibi cõſulẽ ipſe crearat: obteſtãte | multumq; vociferãte Catone | rem haud ſane tolerãdam eſſe: præturas acimperia pnuptiaq; lenocinia vendicari: inq; vicẽ | puincias | exercitus | & copias, pper huiuſmodi mulieres, in ſeipſos traduci. Quumq; Cęſaris collega Bibulus fruſtra cõtra legum pmulgationẽ intercederet: & pſæpe vna cũ Catone in foro vitę diſcrimẽ adiſſet: ſeſe domi cõcludẽs | totũ magiſtratus tpũs exegit. Peractis nuptiis ſtatim Põpeius referro militibus foro, ad pmulgãdas leges ſocium ſe authoremq; præſtitit. Oẽm ſubinde Cæſari tranſalpinã | citeriorẽq; Galliã | adiecto Illyrico cum legionibus quatuor | in quinquẽniũ adminiſtrandam adiudicauit. Quibus rebus cõtradicẽtem ob noxius Catonẽ Cæſar in carcerẽ | adduci iuſſit: eũ ad Tribunos puocatuq; exiſtimãs. Aſt vbi Cęſar illum ne voce quidẽ emiſſa vadẽtem cerneret: nec ſolũ primores grauiter & inique ferẽtes, ſed & plebeios ob Catonis reuerentiã ac virtutẽ tacitos mœſtoſq; cõſequẽtes, vnũ ex tribunis plebis clam obſecrauit. vt Catonem e manibus lictorũ auferret. Dehinc ex ſenatoriis viris pauciſſimi ad eum in curiam cõueniebãt: reliqui moleſte tolerãtes | q̃procul abibant. Cõſidius quidã natu pergrandis idcirco nõ aduẽtare ſenatores dixerat: qm illius arma | militeſq; ptimeſcerẽt. Cui Cæſar: Quid tu, inqt, hæc quoq; reformidãs nõ te domi contines! At Conſidius: Senectus me facit intrepidum. Cui enim parũ vitæ ſupeſt | quid magna illi puidẽria opus eſt! Quod aũt in Cæſaris cõſulatu turpiſſime factũ iudicatur, creatus Trib. Ple. Clodius ille: q & rem vxoriã | & arcanas noctis cerimonias temeraſſe auſus eſt. ad Ciceronis aũt pniciem delectum fuiſſe cõſtat. Nec prius Cæſar in expedi tionem profectus dicitur: q̃ Ciceronẽ & Clodium turbulẽtis inter ſe altercationibus irritaſſet eũq; eiecciſſet Italia. Hæc qdem ante bellũ Gallicũ cõfecta traduntur. Tempus aũt bellorum quæ deinceps geſſit, & expeditionum, qbus pacatã reddidit Galliã, aliud quoddam vitæ principiũ ac gerẽdorum nouam quaſi vitã inſtituit: ita vt ſummorũ virorũ & clariſſimoq; ducum neminem huic | & bellatori | & imperatori præponẽdum cenſeas. Nam ſi quis Fabio | Scipiones | Metellos | & ætatis ſuæ: aut paulo ſuperioris duces, Syllam: Marium: vtrũq; Lucullum: & ipſum deniq; Põpeium cuius omnimoda in re militari virtus & gloria ad cœlum uſq; pfloruit, comparandos duxerit: profecto Cæſaris geſta ſuperant. Hunc quidem locorum aſperitate: in quibus ab eo decertatum eſt. Illum regionũ amplitudine: quas Romano adeptus eſt imperio. Aliũ ab ſe domitoq; hoſtiũ vi ac multitudine. Quendam pacataq; ab eo nationũ feritate atq; perfidia. Aliũ manſuetudine ac clementia quas erga victos exercuit. Aliquẽ gratia & munificentiis: quibus ſuos proſecutus eſt cõmilitones,

Cæſar Põpeius: & Craſſus vna amicitiã inierũt.

Cęſar creatur conſul cũ Calpurnio Bibulo

Cæſar Iuliam filiã Põpeio deſpõdit.

Cæſar ducit vxorem Calpurniã. Piſo.

Cato i carcerem ducĩ iuſſus a Cæſare.

Clodius tribunꝰ plebis creatur.

Cæſar in re militari oĩbus pferendus.

Vniuersos aũt vel hoc ipso supauit: ꝙ & longe plura cõmisit prælia: & plures in acie obtruncauit hostes. In Gallia siquidẽ nec totũ belligerans decenniũ | octingẽta viribus cepit oppida. Trecentos subiugauit populos. Aduersum trecentas ptim instructus myriades, centũ quidẽ ferro cæsis, totidem vitæ reseruatas captiuas habuit. Tanta aũt suoꝝ militũ charitate ac pmptissima vsus est opera: vt qui multum cæteris dimicando præstabant, ꝙ Cæsaris gloria & honore inuicti ac fortissimi grauissima cuncta subirent. Qualis Attilius: qui nauali apud Massiliã prælio hostilẽ ingressus puppim, absciſſa ei gladio dextra, vmbonẽ sinistra retinuit: eosq; hostes vultibus obterrẽs: vt prostratis omnibus, nauem victor occuparit. Et Cassius Scæua: qui pugna ad Dyrrhachiũ cõmissa, excusso sagitta oculo, traiectis p humerũ | cruſq; iaculis, cẽtũ ac triginta telorum ictibus acceptis in clypeo, hostes perinde ac se dediturus accibat: subeuntibus duobus, alterius quidẽ humerum ense ceci dit: alterum ore percussum vertit in fugam. Dehinc suoꝝ acceptus amplexibus tuto relatus est. In Britannia quoq; primis centurionibus in palustrem & aquosum incidentibus locũ, irruentes incubuere hostes. Tũ prelium inspectante Cæsare, miles quidã in medios irrupit: plurima cõspicuq; fortitudinis ostentans opera. Versis in fugam Barbaris, centuriones reduxit incolumes: ille egre cunctos euadens, in limosam sese deiecit paludem: quam nũc natans, nunc pedibus cõmeans: vix tandem omisso scuto, traiecit. Admirante deinde Cæsare | & magna cum alacritate ac clamore obuiũ excipiente, mœstus ille ante Cæsarem cõcidit: ex abiecto clypeo multis cum lachrymis veniã postulans. In Africa quũ Cæsarianoꝝ nauis, qua Granius Petronius quæstor designatus vehebatur, in Scipionis potestatẽ redacta fuisset: direptis cæteris, Scipio quæstori incolumitatẽ pollicebatur. Cui Granius, Cæsarianos, inqt, milites non suscipere, verũ præstare salutem solere. quo dicto seipsum pugione transfixum exanimauit. Hmõi tam feroces militum spiritus | & tam elatas animi magnitudines ipse Cæsar instruxit: ipse Cæsar aluit: eos quidẽ primũ honore ac liberalitate vberrime psequens: vſq; adeo vt ostenderet se diuitias, nõ voluptatis, aut suaꝝ gẽa delitiarũ ex bello cumulasse: sed cõia potius virorꝝ fortiũ præmia apud se cõseruata iacere: secꝙ aliqua ex parte locupletari, quoties illa beneme ritis militibus impertisset. Pręterea quũ illũ vnũquodq; discrimen sponte adiret | & ad nullũ laborꝝ genus defatigari cernerent, miꝝ in modũ in eius amorem incitabãtur. Eius ꝙpe in suscipiendis periculis studiũ haud adeo ppter ingentem quandã honoris | & gloriꝙ cupiditatem admirabantur. Tam magna vero in tolerãdis supra corporis vires laboribus patiẽtia, cũctos stupore cõficiebat. Erat enim corpis habitudine macilentus: candidus mollisq; frequẽti capitis dolore vexatus: comitiali morbo plærũq; obnoxius. A quo primũ Cordubę correptus (vt tradit) nõ mollitiei occasionẽ exipsa fecit ægritudine: quin ex militia ægritudini remediũ cõparauit. Indomitis nãq; viaꝝ difficultatibus, victus parcitate, assiduis vigiliis | & durissimis laboribꝰ | aduersus morbum dimicãs, inuictũ ac insupabile tutatus est corpus: plurimos somnos vehiculo aut lectica ducere solitus, quietẽ etiam adaliquid pagendũ reponebat. Interdũ vehebatur | castella | ciuitates | & castra obiens: assidente illi expuetis aliquo: ꝙ eo quopiam ꝑficiscente subscribendi causa simul adesse solebat: pone etiã milite qui gladium tenebat assistente. Tanta aũt celeritate itinera conficiebat: vt quum primo Roma excessit, octauo aduſq; Rhodanũ die peruenerit. Equitandi vsus ei ex pueritia facilis adeo extitit: vt reflexis in tergũ manibus, equũ velocissimis concitare cursibus sæpe consueuerit. Equo vehebat insigni: pedibus prope humanis: & in modũ digitoꝝ vngulis fissis: quem alterius minime sessoris patientẽ primus ascendit. In ea expeditione exercitationis gratia equitans dictabat epistolas: duobus simul librariis, vel vt Oppius perhibet: pluribus, abunde suppeditãs. Mutua amicoꝝ ꝙ epistolas colloquia primus excogitasse Cæsar dicit: quũ ob negotioꝝ multitudinẽ: & vrbis magnitudinem viuos vrgentium causaꝝ affatus haud tempus expectaret. Circa victum facilitas vel eo patet indicio: ꝙ Mediolani apud eius hospitẽ Valeriũ Leonem cœnans, quũ appositis asparagis Valerius ꝙ oleo vnguentum instillasset, facile cõmanducauit ꝰopiparę: idq; moleste ferentes sodales increpuit. Eis enim qui hoc improbãt, inquit: me vti satis esse debuit: quiq; hãc rusticitatem arguit, non nisi rusticus esse potest. Olim ex itinere vi tempestatis cuiusꝑiam casam paueris intrare cõpulsus, vt vnicum ibi cubiculum vnius vix capax inuenit, amicis inqt. Ex honorifico quidẽ loco decedendũ est potẽtibus: ex opportuno aũt iis, qui aduersa tenẽtur valetudine: simul ꝙ ibi requiescere iussit Oppium: ipse vero vna cum cæteris in priore tugurii pte apud fores recubuit. Cæterum primũ Cæsar in Gallia aduersum Heluetios & Tigurinos bellum fuit: qui duodecim eorũ vrbibus: vicisq; quadringentis ab se cõcrematis, vlterius ꝙ Romanoꝝ terras migrabant: quẽ admodũ antea Cymbri aut Teutones. qbus non audacia: non fortitudine, vlla ex parte inferiores erant Hoꝝ plane multitudo vniuersa trecentis milibus cõstabat: ex quibus centũ & nonaginta bellacissimoꝝ erant. Labienus a Cæsare missus Tigurinos penes Ararim fluuiũ profligatos attriuit. Cæsari vero ad quandã socioꝝ vrbẽ exercitũ agenti de improuiso Heluetii in itinere occurrerunt: Quos præueniens, in munitu quendã cõfugit locũ. Ibi collectis copiis, vt primũ acies instruxit, ei adductus equus est: quo inspecto, hoc inquit post victoriã in persequendis vtar hostibus: nunc in eos ꝙgrediamur: simulq; impetu facto pedibus ire cœpit. Aliquãdiu summa cum difficultate pulsa

Cæsaris gesta p decẽnium in Gallia

Attili militis fortitudo.

Cassius Scæua vir fortis

Granius petronius.

Cæsaris statura & valetudo ac ingenium.

Equus Cæsaris.

Cæsar primus epistas ad amicos excogitauit

Valerius Leo.

Oppius.

Bellũ cõtra Heluetios & tigurinos primũ fuit qd Cæsar in Gallia gessit.

Exercitus Heluetioꝝ & Tigurinoꝝ habẽs hoim trecẽta milia.

Aratis flu. Labienus. Heluetios Cæsar vicit Bellū cōtra Ariouistū Germanorū regem.

hostium acie, plurimis circa carros vallumq; labor extitit: quum hi non solum acres inde pugnarent: verumetiā pueri ac mulieres ad necem vsq; dimicātes obtruncati sunt. Quam ob causam vix nocte media finis prælio factus est. Pulchrum me hercule id victoriæ facinus fuit: at longe pulchrius quod adiecit. Centenis nanq; Barbaros milibus | q̄ ex prælio profugerāt | collectis, desertos prius ab se agros | vastasq; vrbes coli rursus coegit. Quod nō absq; metu | ab eo factum esse constat: ne Germani desolata incolis loca transeuntes occuparent. Alterum p Gallis palam contra Germanos bellum gessit: q̄q̄ antea cum eorū rege Ariouisto Romæ societatē iniisset. Hi aūt intolerādi Romanos subditis finitimi nō diutius quieturi videbantur: quin ad incolēdam habitādamq; trā sirent Galliam. Cæterum quū præfectos quosdā metu pulsos aīaduerteret: præsertim qui clarī ge neris adolescentes voluptatis aut quæstus gratia secum in eam pficiscebātur expeditionē: eos in cōcionem vocatos abire iussit: ne muliebres adeo & pauidi inuita susciperēt discrimina. Se vero in quit cum decima tantūmodo legione Barbaros inuasurū: quum nec aduersus fortiores Cymbris hostes | nec deterior Mario dux sit dimicaturus. Quapropter ad eum ex decima legione legati missi affuere plurimas illi gratias referētes: & suos improbitatē præfectorū exponētes. Dein aīosi ac pm ptissimi oēs facti, diebus pluribus eo vsq; cōfectati sunt: donec stadiis ducēris intra hostium regionem castra posuere. Id eqdem impetum Ariouisti magnopere perculsit & audaciā: vt qui Romanos nedū Germanis acies inferre, sed aduentātibus illis ne pstare qdem posse speraret. Ea igit res quum Germanos perturbasset exercitū: longe magis eorum obtundebāt aīos sortilegarū vaticinia mulierum: quæ fluuios cursus | vortices | strepitūq; cōiectantes, futura prædicebant: nec eos ante prælium committere sinebant, q̄ noua fulsisset luna. Quod vbi Cæsar accepit: qeto Germanos cōspiciēs, satius esse duxit trepidātibus cōgredi, q̄ idoneū illis tps expectātē sedere. Facto itaq; in eos munitiones | tumulosq; impetu, nō ante stimulare ac incessere destitit: q̄ ira deducti: pugnam capesserent. Eis in fugā versis, Cæsar stadiis quadringētis aduersq; Rhenū plequēs | campum oēm cadaueribus spoliisq; refersit. Ariouistus cū paucis præueniēs | Rhænum traiecit. Cæsorū numerum octoginta milia fuisse perhibent. His rebus ita cōfectis, dimissis in Sequanis ad hyberna militibus, ipse iis quæ Romæ gerebātur intētus | in circūpadaná descēdit Galliam: quæ cōmisse illi puinciæ pars erat. Fluuius enim Rubicon Galliam citeriorē a reliqua disterminat Italia. Ibi residens plebis aīos ad se perliciebat. Nam quū adeū multi concurrerēt, vnicuiq; tum postulata prębebat, rū spem ingentem addebat. In ea expeditione haud intellexisse Pompeius videt: q̄ Cæsar quū ciuiū Romanos armis hostes pfligaret, ciues hostili victos gaza capiebat. Dein potētissimos Gallos Belgas tertiam Galliæ partē incolentes defecisse audiēs, cōpluribus secum hoium milibus sub arma coactis, ad eos versus immensa celeritate cōtendit. Quos in socios Gallorum agris prędas cōuectantes adortus, maxima ex pte turpiter dimicātes fudit, cecidit q̄; ita vt paludes & pfunda quædam flumina pcęsorum stragem Romanis trāsitum prębuerit. Quo facto, ex iis q̄ antea

Sortilegæ mulieres apud Germanos.

Ariouistus germanos rex a Cæsare superat.

Rhen⁹ flu.

Cæsa octoginta milia germanos a Cęsare.

Rubicō flu.

Bellū cōtra Belgas.

defecerant cuncti ferme ad oceanum vergētes, nullo cōfecto prelio, imperata fecerūt. Postea contra efferētissimos & bellacissimos Neruios duxit exercitum: q̄ densissimas incolūt syluas. Hi igitur quum in pfundissimo nemore filios ac suppellectilē q̄ procul ab hoste collocassent, cū sexaginta milibus armatos cōtra Cęsarem repētinos fecerūt impetus: quē castra locantem | prelioq; abstinentem offenderūt. Et verso in fugā equitatu, septimā ac duodecimā legiones circūueniētes, vniuersos trucidauere centuriones: q̄ nisi Cęsar correpto scuto & his qui corā se preliabant detentis intra Barbaros irruisset: ac subinde quodam ex tumulo decima legio phostilis irrumpēs acies peruersas reciitanti succurisset: neminē euasurū in columē liquet. At virtute Cæsaris & audentia supra vires vt dici solet, decertātes, haud tm̄ Neruios dare terga coegerūt: verū fortiter repugnātes obtruncarunt. Ex sexaginta enī milibus | quingētos euasisse traditur. Ex patriciis aūt viris qui quadringenti numero erāt, tres superfuere incolumes. Hæc vbi senatui renūtiata sunt, per sacrificia | indictasq; solennitates | quindecim dierum supplicatio | quātum vna in victoria necdū superiori tpe obtigerat | diis immortalibus decreta est. Nam quum tot in vnū gentes erumperēt, ingens pfecto discrimen ingruerat. Victoriā autē eo illustriorē populi fauor & beniuolētia faciebat: q̄ a Cæsare parta fuerat. Inde Galliæ rebus optime disp̄ositis, in Cisalpina hyemauit: illic res vrbanas apparaturus. Non solum enī qui dignitates & magistratus appetebant, eo vtentes largitore, corrupto illius pecunia populo designabant: & quicqd ipsius potentiam augeret: pficiebāt: sed etiā clarissimi & amplissimæ authoritatis viri cōplures ad eum Lucam puenerūt: Pompeius | Crassus: & Sardiniæ p̄tor Appius: & Nepos Hispaniæ pconsul: ita vt lictores centū ac .xx. Senatorii ordinis circiter ducētos fuerint. Hi cōsilio constituto decreuerūt Crassum ac Pompeium designari cōsules oportere: pecunias Cęsari suppeditari: & belli administrationē in aliud quinquenniū progari. Quę res a prudentibus iniquissima iudicabatur. At qui tam grandem a Cæsare pecuniā susceperant, eum in digētem etiam senatui psuadebant: immo vero ob ea quę decernebant | eo angustiaq; senatum redigebant: vt longe magis cogere viderentur. Cato nanq; aberat: ita de industria missus in Cyprū. Eius aūt sectę Fannius quū nihil reclamādo pficeret, e foribus psiliit: multa vociferans in vulgū:

Bellū cōtra Neruios a Cæsare gestum.

Cęsa sexaginta milia Neruiorū a Cęsare.

Cęsarē sūmi Romanorum viri Lucam vsq; adierunt Cęsari in aliud quinquennium belli administratio p ducta.

Fānius Catonis sectę. Tenteritę.

aures interim adhibẽte nemine. Quosdam enĩ Crassi & Pompeii reuerẽtia deterrebat: plurimi vero spem vitæ gerentes in Cæsare|ipsius gratia quieti sedebãt. Reuertens itẽq; Cæsar ad exercitũ in Galliam|singens in ea regione bellum offendit. Duo enim maximi Germanorũ populi, quos Ipsas & Tenteritas appellant, ad quærendos agros nup ꝓfecti| Rhenũ traiecerãt. Debello aduersus eos confecto Cæsar in suis cõmentariis ita scriptum reliquit. Barbaros missis ad eũ legatis quũ inducias egissent, eum in itinere adortos. Quapropter octingentos eorũ equites|quinq; milia ex Cæsarianis ex improuiso in fugam vertisse. Postea missos ad se cõfestim alios subtexende fraudis gratia. Quibus retẽtis, cõtra Barbaros exercitum duxisse: demẽtiæ esse iudicãtem|vllam tam infidis ac p/iuris hoibus habere fidem. Calisius refert Catonẽ quum in senatu ꝓ ea victoria supplicatio decerneretur, sententiam dixisse: vt Cæsar hostibus dederetur quo pro ciuitate pfidiam expiarent: & exe/crationes in authorem verterẽt. Cæterũq; ex his q trãsierant, quadraginta milia ferro cęsa: paucos, re meantes excepere Sicambri. ea vero Germanica natio est. Hãc nactus Cęsar occasionẽ, quũ alioq; gloriæ cupiditate duceret, ꝙ primus oĩum Rhenum exercitu traiecisset: pontẽ instruxit. Erat per id tpis immensa eius fluminis latitudo vndis & æstu rapidissimi: Ingẽtes aũe opi ictus delata fluuio ligna & trunci infligebant. Ad quos excipiẽdos: vimq; simul fluminis refrænãdam: Cæsar in superiori parte maximas cõiugatas trabes præfixit: incredibile præbẽs spectaculum, intra decimũ diem ponte nauato. Tum obuiũ se inferente nemine, copias traduxit: pstantissimi Germanorũ Suevi sese in pfundissimis syluarũ cõuallibus abdidere. Cęsar in Germania duodeuiginti consumptis diebus, postq̃ hostium vicos & ædificia incẽdit: amicosq; populi Ro. ad spem cohortatus est: se iterum in Galliam recepit. Dehinc in Britanniã expeditionẽ agere contendit. Cuius facti audacia magnam illi gloriam peperit. Primus nanq; occiduũ classe ingressus oceanum, perq; Atlanticum pelagus ad belligerandũ transportans exercitũ, adnauigare cœpit. Incredibilis nanq; magnitudinis insulam, de qua nõ paũ inter scriptores & historicos discepatum est, quũ eam nõ re, sed verbo solum ac noie fictam nusq̃ extare cõtenderent, subiugare adortus: extra orbem terrarũ Romanum ꝓpagauit imperium. Eo ex cõtinẽti Galliæ bis adnauigans quum maiora hostibus damna, q̃ suis emoluměta cõtulisset: quid enim ex hominibus acerbissimo victu & summa laborantibus inopia pretiosum eriperet? At qualẽ aĩo cõceperat, bello finem imposuit. Acceptis autem ex rege obsidibus, & tributis imperatis, ex insula remeauit. Quũ nauem solueret: e Roma literæ illi redduntur: quibus ab amicis de morte filiæ certior fiebat: quæ Pompeio nupta pariẽs obierat. Quæ res & Põpeium & Cæsarem magnis affecit luctibus. Amicos autẽ præcipua affligebat perturbatio: quoniam quum cæteræq; reipublicæ partes ægrotarent: hæc ipsa necessitudo, quæ pacem concordiamq; conseruabat, soluta defecisset. Infans enim quum paucis matri diebus superstes fuisset, statim vita excessit. Populus Iuliam inuitis tribunis attollens, in Martium campum detulit: vbi tumulata iacet. Cæsar quum ingẽtes iam haberet copias: eas necessario in diuersa partitus hyberna, in Italiam vti cõsueuerat reuertitur: quũ interim Galli magnis irrumpẽtes exercitibus, vndiq; Romanos milites in ipsis trucidãt hybernis: castraq; simul expugnare conãtur. Ex his autẽ q̃ cum Ambiorige desciert, plurimi & fortissimi Cottam & Titurium cũ exercitu obtruncarũt. Ciceronis legionẽ fexaginta hoĩum milia circũueniẽtes obsederũt: paululũq; abfuere: qn eos viribus interciperẽt. vniuersis ferme vulneratis Cõtra a Romanis summa virtute ꝓmptissime pugnatũ est. Hęc quũ procul absenti nũtiata sunt Cæsari: haud pluribus septẽ milibus hoĩum in vnũ coactis statim ridens Ciceronẽ ab obsidione liberare cõrendit: qd minime obsidentes latuit. Itaq; perinde ac oĩa direpturi cõtẽptu paucitatis occurrunt. Cesar vsquequaq; cõsulto dolosa se fuga subripiẽs cõmodissimũ occupat locũ: ex quo paucis aduersus plures ꝓeliadi facultas esset: ibiq; castra cõmunit. Suis vt oĩno abstineãt ab ꝓlio edicit. Tum vallũ altius educi, portasq; obstrui timoris simulatione iubet: vt se ductoribus despectũ faceret: donec dispersos & temerarie subeuntes egrediẽs Cæsar fudit: & magna ex parte interfecit. Hęc victoria multas Gallorũ rebelliones sedauit. Ipse p hyemẽ quocũq; ꝓgrediẽs ne res innouarent acutissime puidebat. Confestim enĩ ex Italia ad cęsorum supplemẽtum tres ad se legiones venere: duas ex suis mutuãte Pompeio: aliam ex Cisalpina habito nup delectu cõtraxit. Procul inde ingẽtis ac piculosi belli primordia, quę dudum extincta videbantur, potentissimorũ virorũ inter bellacissimas nationes clandestinus furor alebat. Id magnis emicuit viribus. Ingens siquidem armatorũ ętate florentium vndiq; multitudo cogebat. Magnę in vnum opes cõferebãtur: validissima oppida: inaccessę penitus regiones. Tum hyberna glacies fluuios tenebat: niues saltus obduxerãt: campi torrentibus inundabãt. Profundissimę niues incertas reddebant semitas: paludes & stagnãtia flumina: vias & cunctos occultabant aditus. Quę res Cęsarem omnino ne contra desciscentes quicq̃ conaretur absterrere posse putabatur: gentes autem multę descierant: ex quibus longe pręstantiores Aluerni Carnutesq;. Totius rei summa administratioq; Vertingentorigi demandatur. Huius patrem olim regnũ affectantem necauere Galli. Is partitis plures in partes copiis, multisq; prefectis ducibus, omnẽ circũadiacentem oramq; Aratim vsq; vergit, sibi conciliat. Iam enim Romæ contra Cęsarem conspirantibus aduer

Cæsariano/rũ quinq; milia ex Ger/manus fugata.

Cæsa q̃dra/ginta milia ex Germa/nis a Cęsa/re.

Sicambri.

Pons a Cæsare in Rhenũ extructꝰ

Suevi Ger/manorum pstantissimi.

Britanos Cæsar cum exercitu petit: ac tributarios facit.

Iuliæ Cęsaris filię obitus.

Iuliã popu/lus Ro. iuitis tribunis in Martiũ cãpum extulit.

Galli defi/ciũt a Cęsare.

Ambiorĩ/ges.

Cotta & Tituriꝰ ob/trucanẽ cũ exercitu.

Q. Cicero.

Cęsar iterũ vincit Gallos.

Carnutes & Aluernia Cęsare de/ficiunt.

Vertingen/torix.

fariis, vniuersas Galliæ ciuitates ad bellum sollicitare videbatur. Quod si paulo post profecto ad ciuile bellū Cæsare gessisset: nō leuior sane q̄ Cimbrorum terror occupasset Italiam. At Cæsar quū ad omnē bellicæ rei vsum peritissimus, tum ad captādas temporis opportunitates optime a natura institutus, q̄ primū cognita defectione: prædictas ingressus est vias. Quibus per tam spatiosam hyemē vi ac celeritate superatis, intellexere Barbari insuperabilē & inuictum bellis exercitū ad se venire. Nam quo eius nuntios aut tabellarios diu penetrasset incredibile iudicatū erat: ibi cū totis cōspectus est copiis agros vastans: vicos diruens: oppida funditus euertens. Dehinc receptis in fidem quos facti pigeret, haud destitit quoad Eduorū gentē, qui aduersus eum bellum susceperant, deuicit. His superiore tpe fratres se Romanor̄ prædicantes magnificentissimis habebātur honoribus. Ea vero tempestate socios se defectionis ascisc̄entes, Cæsaris copias vehementer afflixerāt. Inde castra mouens in Lingonū fines transit: vt ad Sequanos in fide amicitiaq̄ permanērēs sese reciperet. Hi ex cætera Gallia Italiam versus incolunt. Ibi cū hostes adorti, multis armatorum milibus circū ueniunt. Quibus congressus terrore diuturno, ac fortitudine compressis Barbaris, cæteris quidē i rebus victor euasit: at initio minus prospere dimicasse visus est. Siquidem Aluerni suspensum in tēplo gladium cōmonstrant: tanq̄ captū ex Cæsare spolium: quem is posteriori tpe conspicatus subrisit: quūq̄ detrahere illum amici iuberent, nequaq̄ permisit: q̄ rē sacram existimaret. Cæterū complurimi vna cū imperatore fugientes in Alesiam sese vrbem recepere. Eam dehinc obsidenti Cæsari quū ob murorum altitudinem & ingentem repugnantiū numerum capi posse desperaret: quouis consilio & ratione maius extrinsecus discrimen incubuit. Trecenta enim armatorū milia Alesiam aduentabant: quum intra vrbem haud pauciora certū ac septuaginta bellator̄ milibus versarētur. Quāobrē intra ingens adeo bellū deprēsus & obsessus Cæsar, geminos obūcere muros cōpulsus est. Alter̄ cōtra vrbem: alterum contra hostis aduentū. Si enim hæ vtrinq̄ coniungerentur copiæ profecto de rebus Cæsaris actū esset. Non ab re igitur in eo prælio q̄dapud Alesiam gestū ē maximā adeptus est gloriā: in quo maiora profecto q̄ vlpiā audentiæ & fortitudinis opera egregie dimicādo declarauit. Præcipua vero admiratione prosequendū est: latuisse oppidanos quū Cæsar cum tot milibus exterius marte collato palmam reportarit: imo vero nec victoriam ipsos prius intellexisse Romanos: qui obiectum vrbi murum pro statione tenebant, q̄ oppidanorum luctum & plāgētes se mulieres audissent: quū altera ex muri parte præditos auro & argento clypeos, respsos cruore corocas, Gallica tentoria, pateras q̄ a Romanis in castra deferri cernerēt. Adeo mature tantus exercitus velut insomniū quoddā aut simulacrū euanuit, ad internitionē profligatus, & maxima ex parte pugnādo deletus. Qui Alesiam tenebāt post multa sibi Cæsariq̄ illata sæpius detrimēta tandem sese dedere. Totius autē belli dux & imperator Vertingentorix pulcherrima indutus arma ornatissimoq̄ delatus equo desiliit: & deiectis armis ad Cæsaris pedes tacitus sedit: donec triūpho destinatus custodiæ traderetur. Cæsar de Pompei destructione, sicut & Pompeius de illius, dudum mente conceperat, Crasso enim qui amborum medius insederat, apud Parthos interfecto, reliquum erat, vt alter augendæ gratia dignitatis amplissimum iam factum deleret: alter quo minus id pateretur eū quē pertimescebat matura præoccuparet ruina. Quāq̄ id Pompeius haud magnopere formidare videbatur: vsq̄adeo Cæsarem despicatū habēs: quasi vero non arduū opus esset, quem ad tantam extulisset fastigium denuo i stragem perniciēq̄ detrahere. At principio Cæsar cōtra aduersarios hoc inito consilio procul sese cōstituit: & more pugilis per Gallorum prælia vsum ac exercitationē vendicans, & potentiā simul instruxit: & rebus ab se confectis suam auxit gloriā. Quibus elatus sese magnificis Pompeii gestis adæquarat: occasionē quū ex ipso Pompeio, tum ex seua Romanæ reipublicæ tempestate nactus. Nam qui honores principatusq̄ petebant, omni abiecta prorsus verecundia, epulū publice largitionesq̄ distribuebant in populū. Quapropter corruptum mercede populū ad comitia descēdētem cerneres, non suffragiis, sed arcu: gladio: fundaq̄ p largitore decertantē, & tribunalia sæpenumero sanguine cadaueribusq̄ fœdantē, rem inter se petulantissime decernere: quū interim ciuitas amisso rectore, sicuti nauis relicto claua, fluctuans agitaretur. Idcirco qui animo & ratione valebant, satis fore existimabant: si ex ea hominum īsania & tanta reip̄ tempestate nihil truculentius q̄ monarchia tantisper emergeret. Erant qui asseuerare publice audērent: nullo pacto nisi delato ad vnius arbitrium principatu, curari medicari ve rempublicam posse. Ei vero medelā ex benignissimo medico adhiberi oportere: Pompeiū insinuantes. At ille bellissimis: quidē verbis repudians, re magnopere fatagebat, vt dictator crearetur. Qui cum Catone consentiebant de eo solo consule designando ad senatum retulere: vt quū iustioris appellationis singularem haberet principatum: de adipiscenda dictatura nequaq̄ viribus contenderet. Plurimiq̄ de propagāda illi prouinciarū administratione decernebāt. Duas enī obtinebat Hispanias, & vniuersam Aphricā quas per legatos administrabat. Ad alendos præterea exercitus mille quotannis talenta ex ærario publice sumebat. Tum Cæsar qui consulatum pro eo peterent, & suarum quoq̄ prouinciarū tempus dilatandum impetrarent, misit. Initio quidē tacēte Pōpeio, Marcellus & Lentulus alioqui odio Cæsarem insectantes, aduersari cœperunt: & Cæsaris tātum ignominiæ

Eduorum gens.

Lingones.

Alesia vrbs

Cæsar ī discrimē maximū venit a quadrigentis & septuaginta. Gallor̄ militibus circū septus.

Bellū apud Alesiā vrbē i quo Cæsar Gallos superauit.

Vertingentorix trium pho decretus.

Cæsar & pōpeius vt se inuicem de primāt isti tuere.

Principat⁹ pētes epulum & largitiōes publice distribuebant.

Marcell⁹ & Lētulus Cæsaris īmici.

ac de decoris auidi, necessariis haud necessaria adhibebant. Colonis enim quos nuper Cæsar nouũ Galliæ comũ deduxerat ciuitatem, adimere conabantur. Ex quibus quũ Decurio quispiam Romæ versaretur: eum consul Marcellus virgis pulsauit ea'se illi adiecisse prefatus insignia, vt se ciuem Romanũ nequaq̃ esse intelligeret: quũq; discederet: vt illa Cæsari cõmõstraret, imperauit. Postea Cæsar vberrimas Gallorum diuitias per omnes passim magistratus hauriendas dimittens, Curionẽ tribunũ plebis grandi fœnore obstrictũ liberauit. Paulo quoq; cõsuli mille & quingẽta sestertia præbuit. Ex quibus nobilissimã ille in foro basilicã Fuluiæ dicatã extruxit. Eos ita consentientes veritus Pompeius, iam ipse cũ amicis palã vt Cæsari succederetur efficiebat: quoscp illi ad bellũ Gallicum cõmodarat milites, repetiit. Eos remisit Cæsar: ducentis & quinquaginta viritim donatos drachmis. Qui hos ad Pompeium deducendos acceperant immites ac malignas, de Cæsare voces in vulgus spargere: Pompeium inani spe corrumpere: eum Cæsarianis militibus magno desyderio esse: quumq; Romæ ob gliscentem in reipublica inuidiam ęgre rerum potiatur, illic paratas profecto copias habiturum: moxq; vbi in Italiam transcenderit, eum sectaturas. Adeo illis Cæsarem multitudine præliorum odio esse: & ingentem insuper metu regni suspitionem contraxisse: Has ob res demollitus Põpeius, perinde ac nihil pertimesceret, de cõparandis exercitibus negligentius agebat: verũ nunc orationibus, nunc sententiis aduersum Cæsarẽ inuehebatur. Quę Cæsar nihil pẽdisse traditur: quin missus ab eo Romam Centurio quidam, quũ stans pro foribus curiæ tempus imperii minime a senatu Cæsari prorogati cognouisset, concusso manu gladii capulo, hic prorogabit inquit. Verũ enimuero Cæsaris postulatio clarissimã præ se ferebat ęquitatem. Se enim arma depositurũ idẽ faciente Pompeio. vtrũq; priuatũ boni quippiã a cituibus cõsequuturũ. At indignũ esse: vt detractis sibi copiis, Põpeio vires confirmẽtur quũq; alteri tyrannũ insimulent: alteri tyrãnũ instruãt. Hæc Curio pro Cæsare obtestatus ad populum perspicuis exceptus est plausibus: tum florentes in eũ coronas veluti fortissimũ pugilem iniecerunt. Postea super hisce rebus literæ deferuntur a Cęsare: quas tribunus plebis Antonius ad populũ extulit: & apud consules recitauit. Socer Pompeii Scipio sententiã dixit in senatu: vt nisi Cæsar ad diem certã arma deposuisset, hostis a senatu pronũtiaretur. Rogãtibus sententias cõsulibus, nũquid exercitũ a Pompeio dimitti oportere censeretur: subinde nonquid a Cæsare: illi quidẽ voci pauci admodũ: huic admodũ pauci dũtaxat exceptis, cuncti assensere. Deprecãte insuper Antonio: vt magistratũ vterq; deponeret: cuncti plane approbarũt. At violẽtius agẽte Scipione, & vociferante Lentulo consule, aduersus latronem nõ suffragiis, sed armis opus esse: dimissus est senatus. Dehinc ob intestinę seditionis mœrorem, obsoleta vestis indutа: delatis a Cæsare literis quibus modesta satis deprecabatur. Petebat enim vt omissis cæteris, cisalpina tm̃ Gallia Illyrieq; sibi cũ duabus legionibus vsq; ad secundi petitionẽ consulatus concederetur. Cicero quidẽ orator nuper ex Cilicia reuersus vtriusq; amicos cõcilians, Pompeium mitigare non desistebat: qui quum cætera concederet: exercitus illi denegabat. Cicero quoq; Cęsaris amicos induxerat: vt prędictis contenti prouinciis & sex tantũmodo militibus militum in pacẽ amicitiaq; conciliarentur. Inclinante Põpeio: qui cũ consule Lẽtulo cõspirabant nequaq̃ siuere: Antoniũq; & Curionẽ e curia propulsantes, summã cũ ignominia ex vrbe eiecerũt. Quæ res bellissimãq; honestissimã Cæsari occasionẽ prætextũq; attulit: vti suoq; aios militũ accẽderet: quũ elegantissimos viros atq; principes ostẽderet seruili veste: meritoria rheda: fugisse coactos. Eo nanq; habitu occultati per metũ, Roma excesserant. Erant cũ Cæsare sane plures egregijs trecentis: militũ vero quinq; milibus. Miserat autẽ qui relictũ trans alpes exercitum ad se dedu cerẽt. Quũq; ad eaq; rerũ initiũ ac impetũ quas moliebatur, haud impẽsentiaq; magna opus esse manu cerneret: quin terrore potius: & audacia, & tpis celeritate suscipiẽdã rẽ esse: vt qui pauorẽ citius quam vllam afferre vim posse crederetur: paratus accedens, duces quidem ac centuriones, absq; reliqua armatura, solos tenẽtes gladios pmisit: qui Ariminũ extra Galliã ciuitatẽ occuparent: a cędibus & tumultu q̃maxime possent abstinentes. Traditis Hortensio cohortibus: ipse in publico q dẽ diẽ exigẽs spectaculo, quo gladiatorũ munus edebat, interfuit: vespere autẽ curato paulisper corpore, triclinio ingressus cũ cõuiuiis discubuit. Vbi paululũ immoratus: in multã iã nocte exurgẽs, quosdã ex amicis benigne alloquutus, vt se mox reuersurũ pstolarẽtur edixit: cęteris vt per diuersa cõsectarẽtur pfatus. Ipse meritoriũ quoddã ascendens vehiculũ, alia primo viam ingressus, dehinc Ariminũ versus flexit iter. Vẽtũ erat ad fluuiũ Rubiconẽ: qui citeriorẽ vt diximus Galliam a reliqua disterminat Italia. Ibi reputãs se prope grauissima ferri: & iam ausuq; maxima: cursum cõpescuit: ac diu secũ tacitus animũ cogitationẽq; circũferebat. Plurima tm̃ cõsilia deliberationesq; permutans, cũ astãtibus amicis: ex quibus Asinius Pollio erat: cõplura disceptans: animaduertẽsq; quot malorum initiũ vniuersis hominibus ipse allaturus esset transitus: quantũ insuper de eo relicturi sermo nẽsint: deniq; impetu quodã animi perinde ac ex futuri cogitatione dimissus, quum id quod incertos ac audaces subeuntibus casus vulgo exordiũ esse soleꝛ|lacta sit alea: dixisset: flumen traiecit. Dehinc aduolans nondum illuescente die Ariminũ ingressus occupat. Nocte quam insequutus est Rubiconis transitus, impium vidisse traditur insomnium. Existimauit enim per quiem infando se

Curionem Cæsar grãdi fœnore obstrictum liberat.

Paulus consul basilicã Fuluię dicatam in foro extruit.

Antonius trib. plebs Scipio Põpeii socer.

Antoniꝰ & Curio ex vrbe expelluntur. Cæsaris copię.

Hortẽsius.

Asinius Pollio. Rubiconẽ Cęsar traiecit.

Somniũ a Cæsare visum.

matri permiſcuiſſe cõcubitu. Capto Arimino, iãq; latiſſimis belli portis terra mariq; patefactis cõ/ſuſis prouinciæ terminus, patriæ legibus perturbatis, nõ vt alias, viros & mulieres pauore conſter/natos Italiam peragrare putares: at totas ciuitates propriis exilijs & ſedibus mutua fuga diſtrahi. Roma cõfugientibus eo vndiq; finitimis, & vndaq; inſtar cõmigrãtibus referta, neq; facile parere pri/cipi: neq; vlla tõne detineri: at paq; abeſſe quin in tanta pcellæ cõquaſſatione, ex ſe ipſa ſubuerſa cõ/cideret. Contrarij nãq; affectus ac violenti motus oẽm detinebãt locum. Nec enim qui lætitia geſti/ebant quietem agebant: verum quos formidine ac mœrore cõfectos aſpicerent, illis perſæpe auda/ciſſime inſultantes de rerum vrbanarũq; euentu longas contentiones actitabant. Põpeium alioqui arroniti alii aliis ſermonibus perturbabant: eũ nãq; pœnas dare qui contra ſe ac rẽpublicam Cę/ſaris, vires auxiſſet. Alii acrius increpabant: q; quũ Cæſar ex ſua volũtate cederet: & modeſtas pa/cis conditiones afferret: Lentulũ per inſolentia reſtitiſſe permiſiſſet. Tum Faonius eũ terram pedi/bus pulſare iubebat. Is enim antea vt oẽm de apparatu belli curam ac ſollicitudinem patribus de/meret, per quandã magniloquentiã ita in ſenatu iactauerat: Quũ ſolũ pede pulſauero, plenã exer/citibus oẽm reddã Italiã. Eo aũt tpe maiores Põpeio q̃ Cæſari copiæ aderant: ſed vitum vti ſuis cõ/ſiliis nemo ſinebat. Itaq; quũ falſi vndiq; rumores ac metus ingruerẽt: perinde ac inſtante & cũcta occupãte iam bello: cedens ſimulq; omniũ ruina eiectus & imperu: turbationẽ rei; videre ſtatuit. Quocirca vrbe decedens, ſenatui ſe conſequi iuſſit: nec qui patriæ libertatem q̃ tyrannidem malit manere quempiã. Ita cõſules nec peractis ante digreſſum de more ſacrificiis, fuga ſe furripuere. Cõ/plurimi etiam conſulares viri ſuis perinde ac alienis quicquid occurriſſet raptim acceptis effugie/bant. Nonnulli Cæſarianarũ partium, q̃q̃ nihil ad eos tantus rerum attineret impetus, tamen ani/mi conſternatione cõpulſi vna efferebantur. Miſeranda vero ciuitatis facies erat: quũ deſperanti/bus in tanta tẽpeſtate gubernatoribus, ſicuti nauis quædã, ad oẽm ꝓceps casum deferebat. Ex qua quũ miſerabilis adeo hominũ cõmigratio fieret: fugã tamen ac exilũ præſente Pompeio patrios lares & cõmune domicilium exiſtimabant: Romam vero tanq̃ Cęſaris caſtra reliquerant. Tũc La/bienus maxima Cæſari deuinctus amicitia, qui bello Gallico legatus fortiſſime decertauit, ab eo tranſfugit ad Pompeium. quarete cognita Cæſar ei pecunias farcinaſq; tranſmiſit. Aggreſſus dein/de Corphiniũ, qđ Domitius triginta præfectus cohortum præſidio tenebat, ibi metatus eſt. Domi/tius quũ deſperatis rebus ab eius medico ſeruo quidẽ venenũ popoſciſſet, datum illico tanq̃ mo/riturus hauſit. Paulo poſt vt admirabilem Cæſaris humanitatem qua erga captos vtebatur audi/uit, ſe ipſum lugere & conſilii celeritatem improbare cœpit. Eum vero conſolante medico: qm̃ nõ mortiferã, ſed ſomniferam potionẽ hauſiſſet: alacer emicans ad Cæſarem cõrẽdit. Cuius dextrã am/plexatus, denuo ſe contulit ad Pompeium. Quæ Romę nuntiata tantam attulere voluptatem: vt quoſdã ex fuga reuocarint. Cæſar acceptis Domitii cohortibus, ac cæteris qui per oppida Pompeii nomine alebantur, delectibus iam potens, iam timendus, Põpeiũ perſequi ſtatuit. Qui haud expe/ctato belli impetu, Brunduſiũ cõfugit: præmittens deinde cũ copijs Dyrrachium conſules. Paulo poſt vt aduentare Cæſarẽ audiuit, nauibus euaſit: quẽadmodũ in eius rebus cõſcribendis ſingula/rim explicauimus. Eũ mox inſectari conatus defectu claſſis deſtitit. Dehinc Romam cõuerſus, die/bus ſexaginta, nullo cruore profuſo, cunctã in poteſtatẽ redegit Italiam. Romæ, cuius pacatorẽ q̃ ſperauerant ſtatum inuenerãt, multi obuerſabantur ſenatores: ad quos beniguiſſima & popula/ri habita oratione, demittendis ad Pompeium legatis, pro pace ac modeſtis eius poſtulatis exhor/tatus eſt. Cui neminẽ paruiſſe conſtat: ſeu deſertum ab ſe Pompeiũ reformidarent: ſeu non ita ſen/tire Cæſarem cogitarent: q̃uis ſpecioſa verborum vteretur venuſtate. Et poſtmodum pecunias ęra/rio demere conanti impedimento affuit Metellus tribunus plebis: cui leges afferenti, Nõ idẽ armo/rũ ac legũ tẽpus eſt inquit: q; ſi has ipſe res æquo aio ferre nõ potes in præſentia quidẽ, procul ab/ſcede. Nec. n. huiuſmodi loquendi fiducia bellũ indiget. At quũ peractis fœderibus arma depoſue/rimus: tunc rediens te plebis patronũ ages, Hæc tibi meo decedẽs iure loquor. Nam quum te reli/quoſq; mihi aduerſarios ceperim: omnes mei iuris factos liquet. Hęc Metello loquutus: ad ærarii ſe portas contulit. Apparentibus nuſq̃ clauibus, fabros acceſſit: q̃bus portas effringere iuſſis, Metel/lus ite; quibuſdã collaudantibus incitatus obſtare cœpit. Cui ſi moleſtus eſſe pergeret neceſſe cõmi/natus Cæſar, iſtud ingt, nõne ſcis adoleſcẽtule lõge mihi difficilius eſſe dicere q̃ facere! Quo dicto p territus Metellus abiit: & cætera neceſſariis bellorum miniſteriis ſtatim præbita. In primis Hiſpa/nienſem expeditionem egit: vt inde Affranium & Varronẽ Pompeii legatos expelleret: & redactis in poteſtatẽ copijs, atq; prouinciis, quũ nullũ poſt terga reliquiſſet hoſtẽ, Pompeiũ inuaderet. Ibi plura per inſidias ſubiens corporis diſcrimina, q̃uis ingenti fame vexaretur exercitus, nõ ante deſti/tit: q̃ nunc hoſtem inſequens, nunc ad pugnam prouocans, aut foſſa circũagens, caſtris potitus, copias quoq; in ditionẽ acceperit. Duces autem ſeſe ad Põpeiũ fuga receperunt. Reuerſum Romã Cæſarem ſocer eius Piſo rogare cœpit: vt ad Pompeium legatos pro pace mittere. Qua in re ob ſecundas Cæſari contradixit Iſauricus. Tunc dictator a ſenatu creatus exules reduxit. Eorum etiam qui Syllana tempeſtate proſcripti ſunt, filios admiſit ad honores, Abſciſſa fœnoris parte

Faonius.

Roma deſe/rtura Põ/peio & pa/tribus.

Labienus a Cæſare ad Põpeiũ con/fugit.

Domitius Gorphinii præfectus.

Pompeius Brũduſiũ ſe cõtulit.

Cęſar totã diebus ſexa/ginta capit. Italiam.

Metellus i/pedimento erat Cęſari ne ex ęrario ſumeret pe/cunias.

Cęſar expe/ditiõe ſum/pta Hiſpa/niæ Affra/niũ & Var/ronẽ expel/lit.

Piſo Cæſa/ris ſocer.

Iſauricus Cęſar dicta/tor a ſena/tu creatus.

debitoribus magnũ detraxisse onus visus est. Talia quidem populariter attingens, intra diem vndecimã deposita dictatura, se cõsulẽ ac Seruiliũ designauit. Tunc ad exercitũ conuersus reliquas in itinere post se dimittens copias, sexcentos delegit equites, & legiones quinq. Instabat hybernum tunc solstitiũ circiter Idus decembris: quẽ ab Athenienſibus Posideonem appellatum diximꝰ. Cũ iis igitur Ioniũ transiretans sinũ, Noricum & Apolloniam capit. Naues deinde ad traiiciendos milites qui tardiores in itinere erant, Brundusium remisit. Hi q̃diu iter habebant Cæsarẽ maledictis incessebant: vt qui effœto iam corpore ad tantam hostiũ ac bellorum multitudinem debilitati cederent. Quem tandem nobis modum vir iste constituet? quos in omni laborum vsu perinde ac in domitos & immortalis circũagit. Defatigatũ vulneribus iam femur est. Quænã thoraci aut clypeo in tanta diuturnitate requies? Nonne Cæsar se imperare mortalibus, nosq. mortis casibus & doloris subiacere, vel ex ipsis vulneribus animaduertit? Hybernos vero dies quũ mare flatus agitant, nec deus ipse violauerit: at Cæsar non sicut hostem persequens, sed fugiens, aperta suscipit pericula. Talia dicentes lente Brundusiũ ibant. Eo quũ peruenissent: transfretasse Cæsarem cõperiẽtes, permutata cõsectim sententia, seipsos incusare: se imperatoris proditores appellare: tũ vero præfectos carpere: qui nõ iter ocyus sollicitauerint. Cęlsis itaq. sedẽtes in collibus, nũc pelagus, nũc cõtinentem prospectabant: si naues vspiã quibus ad eũ traiicerent occurrebant. Cæsar Apolloniæ cõmorans, vbi satis copiarꝰ quibus pręliũ capesserer sibi deesse, cæteraq. ex Italia lente subsequi cernit: in magna reꝰ ambiguitate conflictatus: graue & periculosum iniit consiliũ. Nam quũ tantis hostiũ classibus mare teneretur: conscio nemine, paruã remorꝰ duodecim scapham ingressus, Brundusiũ transire decreuit. Nocte igitur clanculũ seruili ascẽdẽs, habitu, se vt vilissimũ quẽpiã tacitus abiecit. Annio flumine nauigiũ ad mare vsq. delatũ est. Soler is quũ matutina spirante aura fluctũ longe repellar, circa ostiũ trãquillus illabi. Ea vero nocte ingens ex ponto ventus perflarat: a quo extincta resederat aura. Cæreꝰ quũ aduersus procellas ac tempestatẽ acrius. flumen irrũperet: ingẽs attolleb atur sonitus: & rapidi confligebant vortices. Quãobrẽ gubernator postq. nulla vi supare sperat: retrocedere statuit. itaq. nauis vt remigationẽ permutarent iusserat. Quod vbi persensit Cęsar, se ipsum detexit: apprehensa deinde gubernatoris dextra, qui ad eius obstupuerat aspectum, perge in quit generose: perge: aude: nec extimesce quicq. Cæsarem vehis, ac Cæsaris fortunã nauigationis comitem. Tum obliti tẽpestatis remiges innixi remis promptissime fluminis impetũ superare cõtẽdunt. Quod vt frustra conati sunt: Cæsar multis obrutus fluctibus, & in ipso fluminis ostio magnis susceptis periculis: gubernatori vt rediret inuitus admodũ concessit. Ei postmodũ ad suos reuertenti multis querimoniis tristes occurrere milites: affligi se magnopere, nisi per se solos victoriã adipisci sar persuasum habeat: ac dolore angatur: & absentiũ causa ráta petar discrimina: quasi par uã pśentibus fidutiã gerat. Interim Antonius trãsmissis ex Brũdusio copiis aderat. Quibus factus audẽtior Cæsar, Põpeiũ prouocabat cõmodissime metatũ: vt cui terrestres ac maritimi cõmeatus abũde suppeterent. Principio Cæsar, quũ haud magnã inter copiã degeret postea maxima necessariorꝰ opprimebatur inopia. Interea milites radicẽ quãdã auellebant, & commista lacte vescebãtur. Interdũ ex ea panes inter hostiũ stationes prætercurrentes iniiciebant: addebãtq., se quoad huiusmodi radices terra produceret, obsidionem Pompeii non derelicturos. Eos autẽ & panes & sermones in vulgus proferri Põpeius vetuit: ne suorum animos refringerent: qui hostiũ immanitatẽ pertinacẽq. tolerantiã sicuti ferarũ exhorrescerẽt. Quortidie circa Pompeii vallũ tumultuariæ fiebãt pugnæ: cunctis Cæsar victor intererat: vna dũraxat excepta: in qua fusis magna ex parte suis, summo cũ periculo propemodũ totũ amisit exercitũ. Acies enim inferente Pompeio perstare cõtra nullus valuit. Replerę cęsis fossæ: nonnulli circa vallum & castra passim fugientes cedebant: quibus occurrens Cæsar fugam in hostem conuertere frustra conatus est. Signa etiam corripienti reiecerunt signiferi. Duo igitur & triginta in hostium potestatem venerunt. Ipsene interficeretur parum abfuit. Nam quum procera statura & robostissimo corpore virum penes se fugientem, iniecta manu cõsistere, & in hostem conuerri iussisset: ille terrore grauissimo perturbatus, eũ gladio vulnerare moltus est. Ictum autẽ Cæsaris scutifer occupat: eius abscindens humerum. Adeo vero suarum desperationẽ rerum ceperat: vt quũ Pompeius priusq. tam magnæ rei extremã adiiceret manũ, seu pietate, seu casu retardatus suos in castra reduxisset, Cæsar amicis discedens inquit. Hodie penes hostẽ victoria fuisset: si vincentem habuissent. Inde tentorium ingressus accubuit: vbi mœstissimam exegit noctem: quũ animaduertisset q̃ improbanda vteretur militia: qui fertilissimæ regioni & opulentissimis Thessaliæ & Macedoniæ ciuitatibus vicinis, illic dispergi ac vagari hostes sineret: & quũ aduersarii, late maria classibus teneãt: hic sedeat in litore: verius ab necessariorum penuria obsessus, q̃ armis obsidens. Tanta igitur inopia & pśentium grauitate distractus, contra Scipionẽ castra mouit: quẽ in Macedoniã iter agere cognouerat. Ita. n. aut Pompeium elicere: vbi maritimo pariter destitutus cõmeatu pugnã cõmitteret: aut desolatum subsidio Scipionem opprimere. Ea res Pompeii exercitũ, reliquosq. præfectos exciuit: vt perinde ac victum fugientẽq. Cæsarem persequerentur. Pompeius nãq. pro talibus pugnam detrectabat; & rebus suis vniuersis optime

Cęsar se cõsulẽ & Seruilium designat.

Posideon q December Cęsar capit Noricũ & Apolloniã.

Anni flu.

Cæsar scapha vectus magnis fluctibus agitatur.

Penuria maximaꝰ Cęsaris castris.

Cæsar totũ pene exercitũ amittit & ipse pene cæsus est.

Cęsar mouet castra aduersus Scipionẽ.

præparatis, vires hostiũ perbreuis quidẽ futuras tempore conteri debilitariq; censebat. Bellacissimę enim Cęsaris copię quũ militarẽ quidẽ scientiã, & indomitã dimicando fortitudinẽ haberent: tã tis erroribus, labore castrensi, oppidorum expugnationibus, nocturnisq; vigiliis defatigatæ, ac se nio confectæ erant: & iam corpore graues & perferendis laboribus imbecilles promptitudinem & audaciam amiserant. Tum etiã pestilens quidã morbus ab immanissimo victu creatus, Cæsaris ca stra vexare tradebatur: qdq; vehementissimũ erat: quũ neq; pecuniis polleret, neq; cibaria satis adesſent, mature per se periturus censebatur. Hæ res a cõmittenda pugna Pompeium abstrahebant. Qd solus vt ciuibus parceretur collaudabat Cato: qui vt hostes circiter mille prælio cecidisse con spexit: caput obuoluens effusis fecesſit lachrymis. Cæteri detrectantẽ pugnã Põpeiũ maledictis in cessebant: eum Agamemnonem & regum regẽ vocitãtes: vt qui deponere recusaret imperiũ: & tot stipatum ducibus, eius quottidie tabernaculum adeuntibus, gloriaretur. Faonius Catonis mo re dicendi licentiam assequutus insaniens ferme excruciabatur. O indignũ facinus inquit: si eo an no ob studiũ cupiditatẽq; imperandi Pompeii ne Tusculanas esse ficos liceret. Affranius quoq; (is enim ex Hispania nuper aduenerat) quũ re male gesta exercitũ pecunia prodidisse criminaretur, ro gauit: cur nõ aduersus eum depugnarent mercatorẽ: quẽ ab se prouincias mercatum assererent. Hi sce omnibus cõpulsus ad dimicandũ Pompeius, inuitus quidẽ: Cæsarem persequi statuit: qui reli quũ iter grauissimo labore confecerat: quũ ob acceptã nuper suorũ iacturã, & sibi cõmeatus inhibe rętur: & omnibus esset contẽptui. Vt vero Gomphos Thessaliæ oppidũ cepit: non modo exercitũ aluit, verũetiã ab ægritudine liberatũ mirabili quodã modo reddidit. Ingentẽ nãq; vini affluentiã nacti, quum largissime potaſſent, immodestis per vias saltibus debacchabantur. Inde reiecto ac p pulsato languore, alterã subinde corporis habitudinẽ receperũt. Ingressi postmodum ambo Phar saliam, castra locant: vbi Pompeius ad pristinũ rursus consiliũ mentẽ reflexit: quũ minus prospe ra illi occurrerent signa pariter & insomnia: inter cætera cernere se existimãti: suo se in theatro ma gnis Romanorũq; plausibus excipi. Nonnulli suorũ iam spe victoriã adepti eo temeritatis peruene rant: vt inter se de Cæsaris pontificatu cõtenderẽt. Domitius Spinther ac Scipio multos Romam præmiserunt: qui consulares ac prętorias domos cõdũcerẽt: perinde ac post bellũ continuo magi stratũ inituri. Pręcipua vero dimicãdi cupiditate flagrabãt eqtes lucidissimis armis insignes: saturis prouecti equis: prętera speciosis corporibus, & multitudine pstertim elati. Septẽ nãq; milia contra mille Cæsaris erãt. Nec vero par peditũ numerus. Quippe quadraginta quinq; milia, cõtra vigin ti duo instruebãtur. Cęsar conuocatis ad concionẽ militibus, duas ad nos inquit legiones Cornifi cius ducit: quẽ haud pcul abesse scio. Quindecim sub Caleno cohortes circa Megaras & Athenas resident. Hos ne opperiri, an soli præliari mauultis? Tunc sublatis vocibus ne opperiretur suppli ces orauere: quin confestim vt cum hoste congrediantur q̃ instructissimas arte locaret acies. Lustrã ti subinde exercitum quũ primũ immolasset hostiã, ariolus triduo inquit rem cũ hoste bello decer nes. Percontante deinde Cæsare, si quẽ lętũ conspicaretur euentũ: Tu tibi melius respondebis in quit. Magnã nãq; status permutationẽ ac rerũ prolapsum in contraria dii tibi portendunt. Itaq; si te in pśentia felicẽ existimas, deteriorẽ expecta fortunã: sin infelicẽ, pśtolare secundã. Nocte quam insequutũ est pliũ, circa noctis medium, stationes obeunti cœlestis fulgor ignis apparuit: qui desu per volitans vt supra castra Cæsaris astitit, late flãmatior factus intra Põpeii vallũ decidisse visus est. Matutina aũt vigilia intra hostilẽ exercitũ ingens, sed incertus sentiri cœptus tumultus: Cæsar tũ haud ea se die pugnam cõmissurũ crediderat: verũ ad Scotussam castra mouerat: quũ solutis iã tentoriis: pmissi speculatores hostes ad prælium descendere nuntiãt. Ea re lętus admodũ Cæsar diis primum adoratis phalangem instruxit: triplicem componens aciem. media quidem acie Caluinũ Domitium, sinistro cornu Antonium: dextro se constituit: in decima legione prelium initurus. Con tra hoc collocatos cernens hostium equites, eorum numerum ac splendorem veritus ex posteri ori acie sex clanculum venire cohortes iussit: quas post dextrum disposĭtas cornu quid opus esset fa cto præmonuit: quum aduersariorum aduentaret equitatus. Dextrum cornu Pompeius. sinistrum habebat Domitius: medio socer eius præerat Scipio. Totum vero pondus equitum ad sinistrum confluxerat cornu: vt dextro hostium circũuento egregiam circa ducem fugam ac stragem effi cerent. Nulla enim vel confertissimæ phalangis arma obluctari posse: quin omnia oppugnan tes obtererent: quum tantus simul equitum ingrueret impetus. Quum vtrinq; concurrendi signa data essent: Pompeius suis prœcepit: vt stantes & densa manentes serie: hostilem incursum ac ictus donec intra pili iactum essent: exciperẽt. Qua quidem in re Cæsar errasse Pompeium asserit: igna rum enim quẽadmodum feriendo: ita & initio confligendo: magnas vires impetu & cursibus adiici: & amicos perinde ac flatibus excitatos omni ex parte succẽdi. Cæsar quum aciem moturus pro grederetur: fidissimum vsq; quaq; centurionem suos ad strenue dimicandum exhortantem cernit. Quo nomine compellato: Quid spei nobis: aut quidnam audemus inquir. C. Crastine! Tum Cra stinus dexterã protẽdens: magno clamore: clarissime vincemus o Cæsar ait. Me. n. hodie vel viuũ vel mortuum collaudabis. Hæc quũ dixisset: centũ & viginti secum milites trahens: primus in ho

Faonius.

Gomphi Thessaliæ oppidum.

Prodigia bellũ Phar salicũ prędce dentia.

Exercitus. Pompeii & Cęsaris.

Flãma visa supra Cęsa ris exercitũ delapsa i Põ peii vallũ. Caluinus Domitius.

Pugna inter Cęsarẽ & Põpeiũ in Pharsalia. C. Crastini Cæsaris cẽ turionis mors.

stes procurrit: interfectisq; ab eo prioribus, vlterius magna cū strage violentius irrumpens obtruncatur: gladio per os trāsuerberatus: ita vt cuspis per neruos aduersi promineret occipitis. Confligēbus ita in mediū peditibus: iāq; prælio ex cornu ineuntibus: Pōpeiani equites turmas pertinaciſsime adigunt: vt dextrum Cæsaris cornu circūirent. At priusq; congrederentur immissæ a Cæsare cohortes procurrere: nec vt ante solebant pila iactare: nec hostiū cruta suraſq; manu percutere: verum oculos & vultus obnixe ferire. Ita. n. a Cæsare prēmoniti. Eos nanq; iuuenes coma & ætatis flore decoros parum bellis ac vulneribus assuetos tales maxime plagas deuitaturos: nec expectaturos in prēsentia: quū simul & discrimen & oris deformitatem reformident. Q d haud secus accidit: vehementia enim tela ne sustinere quidē poterant: vtq; ferē ante oculos versari cernebant, omnē protinus exuentes audaciam auertebātur: simulq; vt vultibus parceretur capita velabāt. Hi deniq; hunc in modū turbati, fugæ terga vertentes turpissimā in cunctos ēdidere stragem. Cōfestim enī corū victores, circūuento peditatu, a tergo inuadentes obtruncant. Parte alia Pōpeius, vt dispsos fuga vidit equites: non amplius ille qui quondā erat: nec se magnū esse meminerat: verū perinde ac deo aduersante vecors & diuina superat⁹ victoria obstupuit. Tum nullis emissis vocibus, pugna excedens in tabernaculum se contulit: ibiq; consedit euentū expectans: quoad cunctis iam in fugā versis hostis vallum ascenderet: & contra eos qui custodiæ relicti erāt, dimicarent. Tum quasi mentis inops factus, hanc solā (vt ferunt) emittens vocē: Igitur & ad castra: paludamentū & imperatoria exuit insignia: sumptoq; subinde fugacis amictu discessit. Qua autē in posterum vsus fortuna, quoue pacto se conferēs ad Ægyptios interfectus sit, de eo cōscribētes ostēdimus. Cæsar Pompeii castris potitus, quū strata hominū cadauera, alioſq; insuper necari conspicaretur: suspirans iquit: hoc voluerūt: huc me necessitatis adduxerūt: vt. C. Cæsar maximis confectis bellis ſiexercitus dimissem cōdemnatus vtiq; forem. Hæc Asinius Pollio eo tpe a Cæsare latinis quidē verbis pronuntiata, ab eo autē græce conscripta refert. Ex his qui in castrorū expugnatione perempti sunt, maximum seruorū numerū extitisse dicitūr: ex militibus quoq; non plures ſexmilibus cecidisse. Qui vi, ui in deditionē recepti sunt, plurimi in legiōes promiſcue redacti. Compluribus quoq; clarissimis viris veniā dedit: ex quibus Brutus extitit: a quo posterioti tēpore occisus est: quo primum nō comparente acriter indoluisse Cæsar dicitur: quūq; postmodum incolumis ad se peruenisse: summam cepisse lætitiam. Eius victoriæ cōplurima cōmemorantur signa: id clarissimum est quod Trallibus obtigit: in tēplo Victoriæ Cæsaris erat statua: circa quā locus natura solidus & durissimo desuper instratus lapide: ex eo penes statuæ basim palma fertur exorta. Patauii. C. Cornelius augurali scientia prēditus, Liuii quoq; historici conterraneus ac familiaris, ea die quū ad captranda sedisset auguria: primū vt Liuius dicit, pugnæ tps agnoscens astantibus inquit: iam res ipsa cōficitur: iam viri opus ineunt. Itēq; ad auspiciū cōuersus & signa cōtemplatus, more lymphati exilit: tum vociferās, vincis ait Cæsar. Ea res quū vehementē astantibus stuporem incussisset: ille detractam capiti coronā non ante reposituq; adiuratus est: q̄ res arti testimoniū adstipulare tur. hæc quidē Liuius ita gesta constanter affirmat. Cæsar ob victoriæ præmiū Thessalis libertate donatis, persequi Pōpeium statuit: dehinc attingens Asiam, Theopompi gratia, qui in vnū fabulas coegit, Gnidiis libertatē impartiuit: omnibus Asiam colētibus tertia tributorū parte remissa. Post occisum Pompeiū profectus Alexandriam, quū Theodotus ei Pompeii caput attulisset per summū fastidium auertit hominē. Accepto autem anulo, multas effudit lachrymas. Quotcunq; etiam illius socii ac familiares eā peragrantes regionem in regiā venerūt potestatē, vniuersos beneficiētia ac liberalitate prosequēs, magna sibi charitate cōciliauit. Romam ad amicos scribēs, maximū & iocundissimum colligere se fructum dicebat: q̄ ciues quos aduersarios sibi semper habuerat, conseruasset. Bellum Alexandrinū sunt qui nulla necessitate, sed amore Cleopatræ cum magno ipsius discrimine ac dedecore gestum asserant. Quidā in regios homines & potissimum in Eunuchum Photinum causas conferunt: qui plurimū potens occiso nuper a se Pōpeio, ejecta Cleopatra, clandestinas insuper Cæsari tēdebat insidias. Quapropter eū custodiæ corporis gratia nocturnas in conuiuiis vigilias ex eo inchoasse tempore commemorant. Photinus quū nihil in Cæsarem moliri palam sufferret: multa in eum cōuitiis & inuidia plena dicebat faciebatq;. Militib⁹ nāq; detertimū ac vetustissimū disptiēs triticū, tolerare aiebat & æquo ferre animo: aliena obligurientes bona. Vasis prēterea ligneis & fictilibus ad conuiuia vtebatur: q̄ cuiuspiam gratia crediti, aurea & argentea cuncta Cæsarem intercepisse diceret. Regis enim pater mille septingentas quinquaginta myriadas Cæsari debebat. Ex quibus quum reliquas antea Cæsar quidem filiis remisisset: mille tantum vnde exercitum aleret receperat. Hortante deinde Photino vt impræsentiarum discedens magnificas res adoriretur cū omnium postmodum gratia remeaturus: Ægyptiorum sibi consilio minime opus esse respōdit: continuoq; e regione clanculum Cleopatram accersit. Ea quum ex familiaribus solum absciſſet Apollodorum Siculum paruulum quendam ingressa lembum, dum primæ iam intenderent tenebræ, egiam adnauigauit. Vbi vero alio occultari pacto nequiret: sese intra culcitram protendit in longum: quam loro circūligans Adollodorus per fores intro tulit ad Cæsarem. Hic primum Cleo

Pōpeiano rū fuga.

Cesa sex milia ex Pōpeianis a Cæsare. Brutus seruatur.

C. Cornelius augur.

Cæsar Theopōpi gratia libertate Gnidios donat. Caput Pōpeii.

Bellum Alexādrinum a Cæsare gestum. Photin⁹ tē dēs Cesari insidias.

Apollodorus Sicul⁹.

patræ astus illexisse Cæsarem fertur. Cuius dehinc splẽdore formæ & quãdam sermonis gratia victus, ita eam fratri reconciliauit: vt pariter regni gubernacula teneret. Quibus in gratiam redeuntibus: dum publice celebrarentur epulæ, tõsor Cæsaris pauore quodã quo vniuersos anteibat homines, nihil indiscussum omitrebat: verũ vnũquodq; auribus captãs & accuratissima pscrutans in dagine, intellexit exercitus ducem Achilam, & Eunuchum Photinũ Cæsari insidias ordini. Id vbi Cæsar comperit: dispositis circa tricliniũ custodiis, Photinũ quidẽ interfecit: Achilas vero ad exercirum confugiens cum graui & periculoso implicabat bello. Cæsari nanq; ad tantam ciuitatẽ: tantasq; vires oppugnandũ, pauciss imæ aderant copiæ. In quo id primũ discrimẽ adiit: q; intercluſus aqua est: intersectis ab hoste cuniculis. Dein quũ eius classis circũsinderetur, coactus est igne propulsare periculũ: qui quũ ex naualibus late proserperet, ingentẽ illam consumpsit bibliothecã. Tertio constituta ad Pharum pugna, quandã ex aggere scapham insiliit: vt decertantibus ferret auxilium. Aduolantibus autẽ vndiq; in eum Ægyptiorum nauibus se in mare deiiciens summo cũ labore vix enatauit. Tunc quosdã tenens libellos q̃q̃ vndiq; peteretur mergeret ve, ne mississe qdem dr. At eis a mari sublatis in altũ, altera natasse manu: continuoq; scapha in fundũ est deiecta. Cæsar demũ ad hostes secedente rege, prælio cõmittens victoria potitus est: comparente nusq̃ rege, & cæsis vtriq; plurimis. Cõstituta dein Ægypti regina Cleopatra, susceptoq; paulopost ex ea filio, quẽ Alexandrini Cesarionem appellabant, contendit in Syriam. Inde proficiscens in Asiam, cognouit Domitium a filio Mithridatis Pharnace profligatum ex Ponto cũ paucis admodum profugisse. Post eam victoriã inexpleta quadam cupiditate vsum Pharnacẽ capta Bithynia & Cappadocia, animũ quoq; ad Armeniam minorem adiecisse: vniuersos insuper reges & tetrarchas expulisse. Cõtra quem tribus confestim legionibus vadens ingenti penes Zelã cõmisso prelio, regem quidẽ fugauit ex Ponto: exercitum vero funditus deleuit. Huius belli celeritatẽ quũ Romã ad eius familiarẽ Amantium nuntiaret, tribus prescripsit verbis: veni: vidi: vici. Postea traiiciens in Italiam, Romã perrexit. Exacto iam anno, in quem creatus secundo dictator fuerat: quũ superiori tempore nunq̃ ea in anni spatium cõferri dignitas soleret: cõsul designatur in posterũ. Quo tẽpore multa de se audire cõuitia cõtigit. Motis nãq; ad seditionẽ militibus: quũ duos prætores Cosconium & Galbam occidissent: tm̃ eos obiurgauit: vt ipsos pro cõmilitõibus ciues appellatos mille viritim drachmis donarit: & multa insuper Italiæ pdia forte distribuerit. In eius quoq; redigebãtur opprobrium: furor Dolobellæ: expilationes Amantii: ebrietates Antonii, atq; Cornificii. qui Pompeianæ partem domus perinde ac incommodẽ ac minus idoneæ demoliebatur: subinde rædificans. Quod Romanus populus iniquissimo perferrebat animo. Verumenimueto Cesar statum reipublicæ minime ignorans, hisce administris vel inuitus vti cogebatur. Post pharsalicã pugnã quũ Cato ac Scipio in Libyam profugissent: & ingẽtibus ibi coactis copiis, rex Iuba opem atq; auxilium subministraret: Cæsar contra eos expedirionẽ agere statuit. Hyberno itaq; solstitio hoc est. iiii. Kl. Ianuarias in Siciliam traiiciẽs, vt omnem morę & otii spem ducibus abscinderet, ita tabernaculum fixit: vt ipso alluetur fluctu. Mox inspirãte vẽto nauem conscendens in altum euectus est cũ tribus milibus peditumq;, equitibusq; pauciss imis. His in terram expositis, denuo clam mare repetiit maioribus timens copiis: quas quũ iã offendisset in pelago, omnes in castra deduxit. Cognito aduersarios vetusto quodam confidere vaticinio q; semper in Aphrica vincere fatale Scipionum generi foret: haud facile dictu est siue vt hostium imperatorem Scipionem per iocum quempiam floccipenderet: siue vt serio sibi id vendicaret augurium: quẽdam ex Corneliorum familia, hominem sane abiectũ & alioqui despectissimũ Scipionem cognomento Salutionem inter præliandum perinde ac exercitus ducẽ prępositi: ita vt inrerdum cum hoste congredi cogeretur. Quũ neq; militibus frumenti, neq; iumẽtis pabuli satis esset: ob necessitatẽ ex maris alga salsuginem abluebant: & gramine tãq̃ sapore ac condimento immisto equis pręponebant. Aduentantes enim & multitudine & velocitate conspicui Numidę regionem quaquauersus obtinebant. Cæsarianis olim equitibus otium agentibus, Libysticus homo interueniẽs compositis ad tybiam motibus mirabilem in modum saltebat. qua re delectati quum pueris equos commisissent assederunt. Tum hostes repentino aduolantes incursu nonnullos ibidem interficiunt: aliis intra vallum prępcipiti fuga compulsis, illi vna irrumpunt. Quod nisi Cæsar simulq; Asinius Pollio ex castris auxilium conferentes fugam inhibuissent: deeo ferme bello actum extitisset. Altero quoque prelio quum collatis aliquando armis prævaleret hostis: Cæsar fugientem aquiliferum detinuit: ciusq; collum obuoluẽs, hic hic sunt aduersarii inquit. Hisce victoriis elatus Scipio, rem prelio decernere statuit. Affranium igitur ac Iubam paruo inter se metatos interuallo dimittens, ipse penes Tapsum oppidum supra stagnum castellum communiuit: vt vniuersis perfugium & receptaculum esser. Eum in opere occupatum circa sylueſtria loca & difficiles ductu aditus incredibili celeritate superans Cæsar partim circũuenit, partim a fronte inuasit. Quibus fusis, occasione ac fortuna vsus, impetu cõtinuato statim clamore Affranii castra cepit: statimq; fugiente Iuba Numidarum castra diripuit: vna die modicis in spatiis trinis potitus exercitibus: in quibus quinq; hostium myriadas interfecit: ex

Photinus interficitur.

Cæsar se in mare deiecit.

Cleopatra Ægypti regina constituitur.

Cæsario cęsaris ex Cleopatra filio. zcla vrbs.

Pharnax vincitur.

Amantius.

Cęsar cõsul designatur.

Cosconius & Galba interficiunt.

Cęsaris traiectꝰ in Siciliam cõtra Scipionẽ & Caronem.

Scipio salutio.

Libysticus.

Affranius.

Iuba.

Tapsum oppidum.

Cæsar vno die tribꝰ hostium exercitibꝰ potitus est.

Cęsa ex Scipiõis & catonis exercitu a

suis virdum amissis quinquaginta. Hæc quidam de eo ita prodidere prælio: nonnulli Cæsarē ei negant interfuisse. Eum autem quū instructas locaret acies, subitus inuasit morbus: quē simul ac initio persensisset, priusq; vexatus & omnino correptus ab eo sensus esset, in proximā quandā turrim magna cum agitatione delatus quieti se dedit. Cæterum ex prætoriis & consularibus viris: q se fuga surripuerant nonnulli in potestatem redacti seipsos necauere: complures etiā captos Cæsar interfecit. Catonem vero vt viuentem reciperet enitens, summo studio cōtendit Vticam: quam quidem vrbem quum ille præsidio teneret, minime præsio interfuerat. Postq; virū sibi mortem cōscisse cognouit: acriter indoluisse certum est: quā autem ob causam, incertum. Tum tibi pro morte Catonis inquit inuideo. Nam & tu mihi pro salute inuidisti. Verumenimuero liber quem is aduersus defunctū iam vita Catonem edidit, haud sane beniuoli & placati hominis signa præ se ferre videtur. Quo enim pacto viuenti pepercisset: qui contra destitutū sensibus virum, tam magnā effudit iracundiam? Sed ob eam qua in Ciceronem, Brutum, & innumerabiles deniq; hostes vsus est clementiam, coniecturam faciunt: hunc librum non odio, non inimicitia, verum ciuili potius quadā contentione hac de causa fuisse cōpositum. Cicero Catonis laudationem scribens ei operi nomen Catonis indidit. Ea res plurimorū studio vti par erat comprobabatur: vt quæ ab oratore eloquentissimo pulcherrimā nacto materiam: cōfecta videretur. Hoc quum mœrore Cæsarem angeret: Hominis nāq; propter se occisi præconia, obtrectationes sibi ac ignominiam inurere existimabat: cōscripsit multa in Catonem crimina obiurgationesq; cōplectens: qui liber inscribitur Anticato. Opus vtrūq; Cæsaris & Catonis gratia multos habet adstipulatores. Romā ex Aphrica rediens ex ea victoria magnifice per ora populi ferebatur. Tm̄ enim agri ab eo in ditionem subactum: vt annuo prouētu perceptura fiscus esset Tritici quidem ducenta milia modium Atticorum: Olei vero trecentas myriadas. Aliquot inde triumphos egit: Alexandrinum: Pōticum: Aphricanum: nō de Scipiōe, sed de Iuba rege. Eius filius Iuba quoq; nomine infans, admodū in eo deductus est triumpho: fortunatissimā vtiq; captiuitatē: qua effectū est: vt ex barbaro. s. ac Numida, inter doctissimos scriptores cōnumeretur. Post triumphos ingentia militibus congiaria dedit. Ad cōciliandā sibi plebē spectacula edidit: cōuiuiaq; celebrauit: vno die in duobus ac viginti milibus triclinii epulum prębens vniuersis. Munus gladiatorium, ac nauale certamen filię Iuliæ dudum defunctæ adhibuit. Cē su deinde peracto, centum & quinquaginta hominū milia reperta: quū antea trecentū ac viginti fuissent. Tam magnā cladem tantasue populi strages intestina mala pepererūt: præter reliquas Italię ac prouinciarū vastitates. His itaq; peractis, quarto consul designatus, in Hispaniā contra Pōpeii liberos expeditionem egit. Qui q̄q̄ adolescentes adhuc, ingentibus cōgregatis copiis, dignas imperio vires & audaciam ostentabant: ita vt extremū Cæsari discrimē intentarint. Magnū pręlium ad vrbem Mūdam cōmissum est: in quo quū Cæsar suos opprimi, & ægre impetū sustinere cerneret: per medias armatorū discurrens acies elato clamore, si nihil pudoris inquit superest, corripite me: & in puerorum manus tradite. Magna vix prōpritudine & animi audacia repulsis hostibus, triginta eorum milia cecidit: ex suis mille fortissimos amittens. Post prælium excedens, ac familiares conuersus sæpenumero inquit pro victoria, nūc autem primū pro vita dimicaui. Hic victoriæ dies sacer bacchanalium agebatur: quo Pōpeius Magnus in prælium progressus traditur: quū iam quadriennii tps intercessisset. Ex Pōpeii liberis iunior sese fuga subripuit. Eius autem qui ætate prouectior fuerat paucos post dies caput a Didio relatum. Hoc vltimū a Cęsare gestum est bellum: de quo quū triumphum ageret, dolore permaximo Romanū afflixit populū. Non enim exteros ab eo duces aut barbaros in eo debellatos reges ait: quum optimi viri & certe Romanorum præstantissimi filios ac stirpem per quosdā fortunæ successus funditus delesset: inter patriæ miserias, pompas ac triumphum actitaret: quibus in rebus exultare iniquissimū erat. Quum tamen vna ad deos hominesq; sit excusatio: q̄ id ex necessitate gestum est: & eo magis q̄ partis antea de ciuili bello victoris, nō nūtios, non vllas publice literas miserit: quin pudore quodam eam semper gloriā repudiasse cōstat. In eius tamen fortunam proni ciues quum accepto iam fræno aliquā intestinis malis respirationē ex vnius principatu adhiberi posse crederent, eum perpetuo Dictatorem designauere. Ea vero confessa erat dominatio: quū perpetuitatem ipsa regnandi vendicasset impunitas atq; licentia. Postq̄ Cicero de conferendis illi primariis pro humano quodāmodo fastigio honoribus rogationem in Senatu tulisset: cæteri tamen immensos etiam certatim adiecere: vt ex rerum ei decretarum amplitudine ac fastu, inuisum ipsum & molestum vel modestissimis viris effecerint. Quibus decernendis non minus fauoris inimici, q̄ assentatores tribuebant: vt quāplurimis in eum causis & vehementissimis inniti criminibus viderentur. Finitis ciuilibus bellis, quum cæteris in rebus nullius se maledictis carpendum prębuit: tum vero Clementiæ tēplū a suis nequaq̄ moribus abhorrens suæ gratia mansuetudinis ei merito decretum esse videtur. Ex his enim qui bellum contra se gesserant compluribus dimissis, quosdam insuper: vt Brutum & Cassium, ad imperia & honores admisit: quorum vterq; præturam administrabat. Disiectas etiam Pompeii statuas haud contempsit: quin continuo restituit. Et vt ait Cicero, Cęsar dum Pompeii statuas reposuit, suas

Cęsare qui/q; hoium Nyriades.

Anticato liber a cęsare in Catonē scriptus.

Cæsaris triūphi.

Iuba puer i triūpho ductꝰ: & inter doctissimos postea cōnumeratus.

Cæsar epulo populo, gladiatores & certamē nauale in Iuliæ hōnorem tribuit.

Cęsar quarto consul creatꝰ it cō tra Pōpeii liberos.

Cesa triginta milia hominū de exercitu filiorū Pōpeii a Cæsare.

Didius caput filii Pōpeii refert Cæsari.

Cæsar perpetuo dictator designatur.

Templū clementiæ cæsari decretum.

confixit. Obsecrantibus amicis vt præsidio corpus muniret: multisq; ad id operam suam pollicentibus: facere noluit: satius esse inquiens mori semel: q̃ assidua expectatione pendere. Cæterũ vt sese beniuolentia pulcherrimo quidẽ ac stabilissimo receptaculo circũuallaret ad alliciẽdam plebẽ vertus, epulum multorties dedit: frumẽtũq; dimisit. Ad conciliandum etiam sibi militũ animos, quasdam deduxit colonias: ex quibus clarissimę sunt Carthago, atq; Corinthus. Hisce duabus obtigit vrbibus: vt quum superioribus annis simul in potestatem venissent, eodẽ etiam tunc restitueren-

Canini⁹ rebulus cõsul designatur.

tur tempore. Petentibus consulatus & imperia pollicebatur in posterũ: quosdã dignitatibus & honoribus demulcebat. Quum in petendis vltro magistratibus adiretur: spem omnibus ingerebat: ita vt mortuo consule Maximo, q̃q̃ vnica magistratui dies supereſſet, Caninium Rebulum cõsulem designarit. Ad quem congratulandi & associandi gratia euntibus multis: Cicero maturemus inquit: vt hominẽ ante sui consulatus exitum prꝫeueniamus. Cæsarem natura magnificum & honoris per cupidum quũ nulla rerum magnitudo gestaꝝ ad percipiendum ex præteritis laboribus fructum verteret: quinimmo audaciã ad futura magis atq; magis accenderet: maioꝝ in eo cogitationes operum, & nouæ cupido glorię pullulabat. Eapropter perinde ac vsu prꝫsentis laudis attreto, sibi ipsi tanq̃ alteri propẽsius æmulabatur: ita vt ea mentis agitatio quædam gestorum ad gerẽda fieret contentio. Idcirco expeditionẽ in Parthos agere destinarat: parabatq;. Quibus subactis p Hyrcaniã ad mare Caspium & Caucasum Pontum obire: dehinc Scythiam & adiacentia Germaniꝫ loca ingredi. Peragrata deinde Germania. per Galliam in Italiam remeare: & hũc ita gyratum imperii ambitum cõiungere: finibus eius quaquauersum ab occano complexis. Medio etiam expeditionis tempore Corinthiacum fodere Isthmũ enitebatur. Præmiditatus insuper erat: vt Anienẽ ac Tyberim ex vrbe statim profunda excipiens fossa, & ad Circæum vsq; deflectens, Tarrachinę ꝫmitteret mari. qua in re tutelam pariter & cõmoditatem negotiatoribus excogitarat. Nomẽtanas posthac Setinasq; effundens paludes cãpum aperiret: compluribus mortaliũ militibus opẽ atq; subsidium. Proximo Romæ mari clausꝰtra per aggerem inducturus, quũ cæca & malefida natibus saxa ex Hostiensi litore excidisset. portus & tanta dignas nauigatiõe stationes extruere versabat. Hęc quidẽ parabantur. Ordinandorũ autem ac corrigendorũ dierum: simul & discrepãtis temporis ratio ab eo quũ sapiẽter, tum gratiose plurimũ excogitata atq; perfecta iocundissimũ attulit vsum. Non solũ enim antiquissimis Romani temporibus confusis ad anni ambitũ mensibus vtebant: ita vt sacrificia & feriæ sensim decurrentes in contrarias anni partes caderent: verum quũ reliqui tunc etiã solis cursum ignorarent: soliq; ipsum tẽpus sacerdotes nosceront, repente sentiente nullo inter calarem mensem, quẽ Mercedonium vocabant: ascribebãt. Hũc prius inter cæsasse Numa dicitur: paruum sane, & ad eos emẽdandos errores nõ longe tendens adiumentũ comẽtus: sicut in eius vita perscriptũ est. Cæsar autem posthęc ea de re inter philosophos præstantissimosq; mathematicos proposita, discussisset: ob subiectas antea disciplinas: propriam quandã emendatione cum diligentia viam demonstrauit. Qua quidem in hanc vsq; diem vtentes Romani in tanta discrepantia minus q̃ cæteræ nationes videntur aberrare. Qd q̃q̃ ita sit: haud tamen efficere potuit: quo minus inuidi, quiq; hominis facultatem aut potentiam grauiter ferebant, id factum improbarent. Orator igitur Cicero quũ quidã cras oriri lunam diceret: ita est inquit, ex edicto: quasi vero & hoc ipsum hominibus necessario sit accipiendum. Regnandi vero cupiditas manifestũ præsertim odium & capitalem in eum conflauit inuidiam. Quæ res prima cõpluribus causa fuit: his autẽ qui veteres cũ eo simultates agebant, honestissimam prꝫstitit occasionem. Hi quoq; qui hanc Cæsari dignitatem comparabant, in vulgus spargere voces cœperunt: ex Sibyllinis portendi libris, res Parthoꝝ Romano subiugandas imperio: si aduersus illos rex cũ expeditione mitteretur: inuictos alio

Anni ordinatio per Cæsarem.

Mercedonius mensis.

Cæsar rex saluatur.

qui fore Parthos. Postea descendente in vrbem ex Alba Cęsare, regem salutare eũ ausi sunt. Tunc perturbata plebe indolens Cęsar, non regem, sed Cæsarem vocari se dixit. Tunc facto cunctorum silentio, non lætus magnopere, non beniuolus prꝫterut ectus est. Quum honores illi quosdam in Senatu humano ampliores fastigio decreuissent: eum forte in rostris sedentem, consules, ac prętores, cũctis simul cõsectantibus patribus, adiere: quibus haud assurgens Cæsar eo more respondit: vt principem infimæ conditionis hominibus responsa dare crederes: minuendos magis inquit q̃ amplificandos honores esse. Id non modo Senatoribus, sed & plebi magnum incussit dolorem: tanq̃ in patribus eam ciuitas contumeliam suscepisset. Idcirco quibus manere licebat, statim grauissimo cum mœrore discessere. Id vbi animaduertit, illico se domum conuertit: & deducta ex collo veste, ad familiares vociferatus est: sese cuicũq; volenti paratum prębere iugulum. Eius rei causas posterius in morbum reiecisse fertur: quo qui tenentur, quum concionem ad populũ habituri surgunt, eorum sensum quietem nusq̃ agere: quin statim conquassatum & circũagitatum vertigines accersere: immobilẽq; deprehendi. Res autem haud ita habuerat. Nam quum magnopere Senatui assurgere vellet: quidam eum ex amicis, quinimmo assentatoribus, Cornelius Balbus detinuisse traditur. Nonne te Cęsarem esse meminęris inquit: teq; perinde ac potentiorẽ coli reuereriq; duces indignum! Inter hęc rerum obstacula Lupercalium solennitas aderat: de qua multi scriptores

Cornelius Balbus.

Lupercalia.

prodidere:

prodidere: eam antiquis temporibus fuisse pastorum: & profecto Lyceis, quæ in Arcadia celebrantur, per q̃ similis est. In ea multi nobiles ac primarii adolescentes per vrbem nudi trãscurrunt: dense loris obuium quemq; per risum iocumq; cedentes. Complures etiam vxores procerum eis sese obuias de industria offerentes manus tanq̃ sub præceptore ictibus exhibent. Persuasum enim habent prægnatibus mulieribus pariendi, sterilibus autem concipiẽdi facultatem afferre. Hæc Cæsar triumphali habitu, aurea sedẽs in sella, spectabat e rostris. Antonius ex his qui sacrum agebãt cursum vnus: cõsulatũ administrabat. Is igitur quũ forũ intrauit, cedente populo: lauream tenẽs coronã perrexit ad Cæsarẽ. haud clarus, & is quidem ex apparatu modicus, subsequutus est plausus. Tum eam repudiãte Cæsare, vniuersus applausit populus: offerẽte rursus Antonio, applaudebant pauci: eo autem repudiãte, denuo cuncti fauebant. Patefacta hunc in modum experientia, surgens Cæsar coronam in Capitolium deferri iussit. Eius quoq; statuæ regium habentes diadema visæ sunt: quod tribuni plebis duo Flauius & Marullus detraxerũt: compertisq; qui primo regem Cæsarem salutauerant, eos in vincula duci iusserunt: quos magno cum applausu insectatus populus eos viros Brutos appellabant. Brutus namq; regum successione delata, summam rerum ex vnius principatu ad Senatum populumq; detulerat. Ea re instigatus Cæsar, Marullum dignitate priuauit: eius complices subinde increpans: vt populum quoq; vna obiurgaret: Brutos cerebro & turbulentos homines vocitabat. Hoc pacto multi sese ad. M. Brutum conuertunt: cui paternum quidem genus ab illo fuisse censetur: maternũ vero ex illustri Seruilii domo: Catonis quoq; generum: & ex sorore nepotem. Hunc quum per se ad regiam destruendam potestatem incitare tur: suscepti a Cęsare honores & gratiæ retundebant. Non solum enim bello pharsalico ex Pompeii fuga conseruatus, multis quoq; suorum salutem impetrauerat: verũetiam magna ei a Cæsare fides habebatur: clarissimã præturæ dignitatem assequutus erat: quartum in annum consul futurus, competitori prælatus Cassio. Tum ita Cæsar dixisse fertur: Iustiora quippe referte Cassium: & tamen haud Brutum pręterire licuerit. Quin confecta iam coniuratione, & nonnullis aliquando virum incusantibus, nequaq̃ fidem adhibuit: corpusq; manu tangens ad accusantes cõuersus, hoc inquit corpus Brutus expectat: vt qui principatũ virtute meruisset, principandi tamen causa nullum per ingratitudinẽ scelus admitteret. Quidam cõmutãdarum rerum cupidi in hunc solum aut primum spectantes: quum illi verba facerenusq̃ auderent: noctu tribunal ac sedem ex qua prætor ius dicebat, inscriptionibus huiusmodi replebãt: Brute dormis: &, Brutus non es. a quibus vt Cassius illius animi magnificentiam paulatim commoueri sensit: magis solito instare: viroq; stimulare. Nam priuatim quoq; nonnihil odii cõtra Cęsarem habebat: ob eas quas| quũ de Bruto scribebamus| causas explanauimus. Cæsari præterea suspectus habebat: idcirco ad amicos olim dixisse fertur: quidnam Cassium velle putatis? haud enim mihi magnopere placet is magnopere pallidus. Rursus delata ad se de Antonio & Dolobella calumnia, q̃ res innouarent: non hos inquit pinguis crinitosq; pertimesco: verum pallentis magis atq; macilentos illos: Brutum videlicet, & Cassium. Sed enim fatum præuideri q̃ euitari facilius potest. quũ admirãda quędam signa & prodigia apparuisse dicantur. Fulgores itaq; cæli & nocturnos strepitus per multa deferri loca, solitarias in forum aues delapsas, in tãta commemorare calamitate fortassis indignum est. Strabon vero philosophus scribit complures ignotos apparuisse homines. Extitisse quendam militis seruum: ex cuius manu ingentem emicuisse flammam: quod qui intuebantur, concremari hominem existimabant: vt vero extincta est, eum nihil mali habuisse liquebat. Ipsi quoq; Cæsari immolanti cornusq̃ comparuisse victimæ. quod dirum sane erat prodigium. Nullum enim animantium sine corde natura constare. Multi præterea tradidere ei a vate prædictum: vt magnũ idibus Martiis discrimen præcauere. Ea die Cæsar quum in Senatum iret, vatem salutauit: secumq; cauillatus Martię quidem inquit idus aduenere: cui ille summa voce, venere vtiq;, sed nondum præteriere, respondit. Pridie apud. M. Lepidum cœnas, quum discumbẽs quasdam de more subscriberet epistolas: incidente sermone, quænam optima mors esset: cunctos prœueniẽs magno cum clamore, inexpectata respondit. Illo deinde penes vxorem (vt assolet) dormiẽte, oẽs pariter cubiculi fores atq; fenestrę patefactæ sunt. Strepitu vero ac splẽdore (illuscebat enim luna) perturbatus Calpurniam sensit profundo sopore iacẽte incertas & voces & inarticulata somno suspiria emittentem. Ipsa vero se illum lugere existimabat: quem inter vlnas trucidatum haberet. Quidam hoc mulieri visum obtigisse negant: verum, vt Liuius refert, ante Cęsaris domum Sacellum quoddã instar tumuli decori ac venusti ex consulto Senatus instructum prominebat: hoc in somniis demolitum cernens Calpurnia maximis prosequi lamẽtis & lachrymis videbatur. Quum igitur illuxit dies, Cæsarem supplex orauit: vt si fieri posset, foras ne progrederetur: aut Senatum saltem differret. Sin sua paruifaceret in somnia: aliis diuinationibus & sacrificiis rei scisciteretur euẽtum. Iam vero quidam Cæsarem metus atq; suspitio ceperat: q̃ superiori tempore nullam fœmineo more superstitionem Calpurniæ obiectari posse cognorat: quam eo die hisce malis ægram afflictamq; videbat. Postq̃ multis peractis sacrificiis, male litari vates retulere: decreuit misso Antonio

Brutos Cæsar vocitabat sibi aduersos.

Bruti & cassii coniuratio i cęsarẽ.

Fatũ q̃uide ri facilius q̃ euitari põt. Strabõ philosophus. Prodigia q̃ cęsari smorẽ p̃cessere. Martiæ id⁹ venere: sed nõ p̃teriere

Calpurniæ somnium.

Deci⁹ Brutus Albin⁹.

Senatum dimittere. Interea Decius Brutus cognomento Albinus, cui magnam Cæsar fidem habebat, adeo vt secundus ab eo in scriptus hæres esset, aduentat. Ille alterius Bruti & Cassii in ea cõiuratione socius, veritus ne si eam Cæsar diem omitteret, res ipsa vulgaretur: & vates obiurgare, & Cæsarem nonnihil increpare cœpit: ꝙ Senatoribus qui irrideri se existiment, causas in se detractionis præberet & obloquii. eos namq; illo iubente venisse: prompta etiam omnium esse suffragia: vt ipsum cunctarum | præter Italiam | prouinciarum regem crearent: vtiq; per cæteras terras & maria diadema gestaret. Sin quisq̃ sedentibus illis dixerit: vt impræsentiarũ quidem abscedãt: denuo affuturi quum meliora Calpurniæ obtigerint insomnia: quos inuidorum fore sermones, aut quisnam suos tolerabit amicos: qui ea neq; seruituri, neq; tyrannidi facta esse condoce facerẽt? ꝙ si illam omnino diem abominaretur, aut suspectam auerteret: præstare inquit, vt ipse præsidens in curiam, appellatis patribus Senatũ in aliud tempus differret. Hęc dicens Brutus, simulq; manum Cęsaris apprehendens, ipsum deduxit. Is vbi paululum extra fores processisset: seruus quidem alienus eum alloqui vehementer nitebatur: vt vero superante populi frequentia retrudebatur: domum irrumpens, sese Calpurniæ quoad rediret Cęsar, obseruandum, custodiendumq; tradidit: vtpote magnas illi res propalaturus. Erat præterea Artemidorus natione Gnidius græcæ præceptor eloquentiæ: cuius rei gra quũ quosdã Bruti familiares consuetudine sibi cõciliasset: plurimam perpetrãdi facinoris partem agnouerat. Id Cæsari significaturus cum quodam libello peruenit. Videns autem Cæsarem, vniuersos quos suscepisset libellos eius ministris commendãtem, propius admodum accedẽs, Hunc inquit Cęsar confestim solus perlege. In eo enim magna & quę tua vehementer interfint cõscripta sunt. Quo accepto, quũ cum sępenumero Cęsar lege re eniteretur: ab colloquentium multitudine id facere inhibitus est. Eum tamen solum cum obseruatione manu retinens Senatum ingressus est. Quidam ab alio traditum hunc libellum asserunt Artemidorum etiam tota explosum via nullum in modum adiisse. Verum hęc profecto casus afferte: cęterũ ipsum cædis & certaminis locum in quo ea dies Senatus cogebatur, Pompeius intet alia ornamenta ante Theatrum dedicauerat. In eo præterea quædam Pompeii iacebat imago. Ea propter declaratum omnino est: id alicuius numinis opus extitisse: eo rem peragẽdam ducentis conuocantisq;. Cassius itaq; anteq̃ facinus adoriret, ad Pompeii statuam aspiciens, eum tacitus inuocasse dicitur: q̃q̃ haud multum ab Epicuri opinione foret alienus: verumenimuero quum terribilia iam ingruerent: consternationem tempus incusserat: & priorem subinde sententiam mentis ægritudo mutarat. Antonium fidum vsq; quaq; Cæsari & præcipua pollẽtem robustitate Brutus Albinus exterius detinebat: longum de industria sermonem iniiciens. Ingrediẽti deinde Cæsari honorifice Senatus assurgit: Bruti vero cõplices partim post eius sellam constiterunt: partim ei obuiam processere: vt vna cum Metello Cymbro pro fratre exule supplicanti intercederent, Sicq; magnis eum obsecrationibus ad sellam vsq; sunt cõsectati. Quum vero sedens rogantes submouisset: hi violentius imminebant: quod grauiter ferente Cæsare, Metellus comprehensam vtraq; manu togam deduxit ex collo id enim aggrediendi signum erat. Primus Casca iuxta collum ense percussit: vt tamen neq; graue admodum, neq; letale vulnus esset. Virum enim | vt par erat | ingentis audaciæ cœpta perturbauerant. Tum faucius Cæsar sese conuertens, vbi gladium eius apprehendit, apprehensumq; tenuit: latine simul inclamauit: Scelerate Casca quid agis? Ille autem vbi percussit: fratrem græco sermone vocans, Fer inquit frater auxiliũ. Ex orto tumultu, eos qui aderant rerum ignari, consternatio facti pariter & horror oppressit: ita vt neq; fugam capessere: neq; opem afferre: neq; voces emittere prorsus auderent. Ex his autem qui ad necem instructi venerãt, quum aduersi nudis circunstarent ensibus: ira vt quocunq; intuererur vulnera occurrerent: fertumq; per vultum atq; oculos agitaretur: inter omnium manus vt fera versabatur. Eius enim cædis initium vnicuiq; degustandum erat. Quocirca Brutus eum in inguine vno confodit vulnere. Tradunt quidam illum cæteris quidem repugnantem, huc atq; illuc corpus magno cum clamore ferentem, vt Brutum nudo mucrone consperit, contracta veste caput obduxisse. Tum siue casu siue obtrudentibus homicidis, ad quampiam se basim demisit: in qua Pompeii statua fuerat: quã occisi cruor magna ex parte respersit: adeo vt præside Pompeio, subiectum pedibus hostẽ pœnas dantem, & inter vulnerum multitudinem terram calcibus pulsantẽ existimares: quæ viginti tria numero is suscepisse dicitur. Vbi complures dum vnum in corpus tot intendunt plagas, sese mutuis consauciant ictibus. Mortuo Cæsare, quum Brutus de his rebus a se cõfectis relaturus in medium processisset: nequaq̃ immoratus Senatus, per portas effudit: plebem tanto tumultu & ancipiti terrore repellens: vt alii clausis domibus: alii relictis trapezis & numulariis officinis discurrerent. Quidam locum cædis inspecturi, quidam iam conspicati aduolabãt. Antonius & Lepidus Cæsaris amicissimi quum sese subduxissent: in alienas quasdam domos profugere. Brutus & reliqui sicut erant a cæde tepentes, nudis ensibus ex curia sese vna nõ fugiẽtium more in Capitolium receperunt: quin apprime alacres ac fiducia pleni ad libertatem populum conuocabant: obuios quosq; optimates congratulantes excipiebant: Nonnulli perinde ac operis participes compara

Artemidorus gnidius

Interfint.

Põpeii statua humi iacens.

Metell⁹ cõiuratiõis in Cęsarẽ particeps.

Casca primus cæsarẽ percutit.

Cæsaris interitus viginti trib⁹ vulneribꝰ in eũ illatis

tent, se illis consecendentibus admisceb ant: ex quibus. C. Octauius & Lentulus Spinther erant. Hi ab Antonio & Cæsare Augusto posterius interfecti, ostentationis & iactantiæ pœnas luere: quum interim ne gloriæ quidem, ob quam gloriabantur, fructum vllum percepissent. Nam nec eos ali/quod in ea re periculum suscepisse creditum est: quicp illos trucidabant, non perpetrari facinoris, sed voluntatis supplicia exigebant. Postridie descendens Brutus concionem habuit: cui eo se pacto populus attentum adhibuit: vt factum neq; grauius increpare t: neq; probaret: verum permulto si serio declarabat se quũ Bruti reuerentia, tum vero Cæsaris misericordia cõmoueri. Senatus vniuersis conciliatus, obliterandas statuit in imicitias: Cæsari quoq; diuinos decernere honores: ex his q̃ in suo principatu censuisset, ne minimũ quidem labefactãdum esse decreuit: Bruto reliquisq; tũ pro uincias, tum honores pro vniuscuiusq; dignitate distribuit. Quapropter omnibus & pacata res, & cõparationem accepisse virtus videbatur. Apertis autem Cæsaris testamẽtis, postq̃ ampla Romanis legata viritim esse cõpertum est: ac delatum per fo& corpus deforme vulneribus apparuit: nullus amplius rerum decor, nullus ordo vulgum detinebat. At congestis succensisq; circa cadauer ex foro gradibus, subselliis, cancellis, trapezis, ipsum concremauerunt. Ardentibus inde sublatis tot tribus ad percussorum domos vt eas incendio vastarent percurrebant. Alii per omnes vrbis regiones, vt captos discerperent viros, magna cum indagatione cõmeabant. Ex quibus in nullum prorsus (hi enim sese in tuto sepserant) inciderunt. Cinnę autẽ Cæsaris æquali superiore nocte durum quoddam obtigisse visum ferunt. Existimabat enim se a Cæsare ad cœnam inuitari: quod quum recusaret, inuitum ac reluctantem ab eo manu trahi. Quum vero Cæsaris corpus in foro cremari ac cepisset: exurgens vt eum decoraret, ibat: q̃q̃ & insomnii suspitione & febri teneretur. Eo in publicũ prodeunte conspectum: quum ex multitudine quispiam de illius nomine percõtaretur, ex alio certior factus. subinde alteri retulit, Cõfestim per omnes diuulgatum est: hunc hominem ex Cæsaris interfectoribus esse quidam enim eiusdem nominis Cinna inter coniuratos fuerat. Quem quum istum ipsum esse suspicarentur, eum magno cum impetu trucidarunt. Hoc veriti Brutus & Cassius paucis post diebus ex vrbe decesserunt. Quid autem hi gesserint, ac deinde pertulerint in vita Bruti scripsimus. Periit Cæsar sexto & quinquagẽsimo ætatis suæ anno: post Pompeium haud multo amplius quatuor superstes annis: cui ex ea dominatione & principatu, quem omni vitæ tempore per tanta insectatus erat pericula, nullus præter nomen & refertam inuidia gloriam ex ciuibus fructus obtigit. Magnus ille suus quo viuens vsus erat genius, eius quoq; defuncti necis vltor subsequutus est. Omnes nãq; terras & maria peragrans, eo vsq; inuestigauit: vt ex percussoribus neminem relinqueret: quin vniuersos aut operi manus inferentes, aut consilium impartientes in stragẽ dederit. Cæterum ex humanis quidem rebus id præcipue admirationis extitit: quod Cassio euenit. Eodem siquidem pugione quo in Cæsarem vsus fuerat, seipsum interemit. Ex diuinis autem stella ingens crinita, quæ quum post Cæsaris interitum ad septem vsq; noctes eximio fulgore apparuisset, postea nusquam visa comparauit: solis præterea lumen caligine obsessum: toto nãq; illius anni spatio pallens globus, & sine splendore oriens, imbecillem ac tenuem ex se calorem emittebat. Quare grauis ac dispertientis imbecillitate caloris obscurus aer, semicoctos edebat fructus: immaturos: & imperfecto flore collabentes, tantum aeri frigus inerat. Ingratam vero minimeq; deis cõplacitam Cæsaris necem præsertim factum Bruto declarat ostẽtum. id autem est eiusmodi. Ex abydo in alterum littus traiecturus exercitum, suo more intra tabernaculum nocturnæ se quieti dederat: haud dormiens verum futuri sollicitus. Hunc enim virum omnino longe imperatorum suapte natura vigilantissimum, nimium somno tempus impendisse tradunt. Interea circa fores quendam sensisse strepitum visus, quum ad inclinantis iam lucernæ lumen intueretur, horrendum cernit simulacrum hominis inusitata quidem magnitudine: & specie grauissima: quem vt nihil agentem aut pro loquentem, sed lectulo tacitum assistentem aspexit: primum attonitus quisnam esset interrogauit. Ei respondens simulacrum: tuus inquit malus sum Brute Genius. in Philippis me videbis. Tum Brutus summa cum fiduria intrepidus, videbo ait: continuoq; euanuit imago. Insequenti tempore Brutus in Philippis aduersus Antonium & Cæsarem pro acie dimicans, priori prælio ab sua parte victor, fugato ac fuso hoste, Cæsaris castra diripuit. Secundã deinde pugnam cõmissuro: nocte quadã eadem aduentat imago: ita vt nullum faceret verbum. Brutus vbi impendere iam fatum intellexit: sese discrimini obiecit: ei tamẽ in certamine cadere nequaq̃ euenit: at versis iam suis in fugam, ipse in præcipitem quẽdam se recipiens collem, nudo mucrone pectori incubuit: itaq; familiari quodã (vt fama est) dictum fortius adiuuante, moribundus cecidit.

C. Octaui⁹. Lentulus. Spinther.

Cæsari diuini honores decreti.

Cinnę visũ insomniũ.

Cinna trucidatur.

Cęsar sexto & qnquagesimo ętatis suæ anno periit.

Cassi⁹ se eo dẽ interfecit pugiõe: quo cęsarẽ. Cęsaris mortẽ q̃ ad mirãda sub sequuta sint.

Brutus vigilãtissim⁹. Bruto simulacrum mira magnitudine visum.

Bruti interitus.

¶ PHOCIONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Demades luxu & auaritia pdit⁹.

Iocundum quid sit.

Demadē Oratorē tradunt plurimum Athenis potentia & opibus valuisse: ob id maxime q̄ ī rep. administrāda nihil pręter Macedonū & Antipatri gratiā quæritabat. Hūc plæraq; multa cōtra patriæ dignitatē & cōmoda facientem, dicere solitū accepimus: Iure sibi veniam tribuendā qui naufragæ ciuitatis reliquias gubernaret. dictum nēpe temere imprudēterq; ab hoīe, sicut non prudente, ita & parum ītegro in rep. ciue. Id si ad Phocionis institutū & vitā, illiusq; sęculi mores retuleris: videbitur ab eo quidem non inepte falsoue dici potuisse. Nam Demadē ipsum reip. fuisse naufragium constat: ciuem luxu & auaritia perditum. In quem sæpe, quum esset fracta ætate corporeq; senecto, dicere solebat Antipater: Nihil ei perinde ac cæsis victimis, præter ventrem & linguā reliqui superesse. At non magnas Phociōis eximiasq; virtutes, iniquitate tēporꝝ, velut insuperabili quodā hoste deꝑhensas, minus ad consequendam gratiā idoneas effecere græcis calamitates atq; ꝓcellæ. Neq; Sophocli censeo adhibendas aures: quum virtutem fingit suapte natura & viribus imbecillā. Non enim infelicibus O rex inqt idē manet animus: q̄ florebat ante: sed languet, & sese ipse deserit. Ego vero fortunæ magno cuiq; ac forti viro aduersāti nihil plus tribuendū potestatis existimo: q̄ vt inuidiam possit pro laude, pro debita gratia odiū cōparare. Atqui plebem cōpertum est, tū solitā iniuriis benemeritos de se ciuis afficere: tū secūdis rerum flatibus: velut cæco quodam impetu pulsa feratur: q̄q̄ id ipsum interdum solet, vel afflictis reip. temporibus euenire. Nam calamitatis & miseriæ hanc esse causam sæpe perspicimus: vbi mortalium animos ad omnem irę impetum mobiles ac procliues reddit: a quibus nihil solet nisi qd̄ blandum sit, æquis auribus audiri. Mordet ecōtra aduersum omne tametsi ratione illud bonaq; mēte dicitur. Sic enim plane cōparatū est: vt quū calamitosi hominis erratū reprehēditur: miseria illi potius videatur exprobrari, q̄ culpa. Quo fit vt ei liberius patefacta veritas non tam monendi, q̄ obiiciendæ infelicitatis causa explicata putetur. Nā vt mel natura suaue quidē, hulceribus tamen salubriter admotū acerbos dolores cōcitat: ita & infelicē aduersi sermōes, vel si salutares sunt, mordent tñ: nisi prudēter admodū & aliqua cū misericordia proferātur. Recte igitur iocundum definiuit Homerus: qd̄ menti facile assentiret. Nec illi palā obsistere ex aduerso soli: qui oculoꝝ laborant valetudine: vmbrosa loca opacosq; reꝝ colores appetere: & ab omni paulo excellēti lumine abhorrere. Id quoq; ciuitatibus euenit grauiore aliqua ꝓcella sua p̄sertim culpa exagitatis. Quæ sicut assētationibus capiūtur maxime: ita perinique ferūt siqs illaꝝ peccata apertius improbat: siquis veritatē nudam, nulloq; adornatā fuco deprōpserit: siquis fortiter: grauiter: ac seuere afflictis rebus consulat. nihil salubre gratū illis est: si non idē aliqua fuerit adulatione cōspersum. Ego itaq; eiusmodi ciuitatem minime tutam, quin potius labentē & inclinatam dixerim: in qua is potest plurimum: qui neglecta ciuitatisq; posthabita salute, captādæ popularis auræ causa: ad gratiam pergat consulere. Eorū demū breuissima via est in qua sese pariter ac bonum quēq; fallendo ac mentiendo perditum eat. At operę pretium est in ciuitatibus & populis gubernandis solem ipsum imitari sapientissimū rerum, parentem & seruatorem. Hunc mathematici perhibent supremi orbis vi ac impetu raptum obsequi: nōnihil tamen contra tendere nitiq;: sed ea modestia & arte: vt illi nec omnino obsequi, nec obsistere cōtumaciter videatur. Nam quum intelligeret hinc superioribus cœli viribus parendum esse: illinc rerum naturam sine altero contrario motu haud posse consistere: cepisse illum aiunt iter ex transuerso oblique molliterq; deflexum: eaq; ratione nouum quoddam motuum ac temperamenti genus excogitasse: quo vno rerum ortui ac saluti perq̄ tute consuleret. Sic itaq; in ciuitatibus dura nimium & populari voluntati semper aduersa seueritas, contraq; item blanda & ad vulgi

tantum libidinē accōmodata facilitas, pari ciuitates labe ac periculo affecere. Qui vero in admi/
niſtrandis rebus ita verſantur: vt ad ſalutem publicūq; cōmodū velut ad metam aliquā ſua cōſilia
dirigāt: nōnihilq; interdū ciuium gratię & voluptati cōceſſerint: nec ſingula velut ad filium reda/
cta, velint ſeueritate potius & vi, q̄ māluetudine & humanitate cōficere: hi mihi plane videtur ſa/
pientiſſime ſeruandaq; rerum viā incedere. q̄q̄ exiſtimo haud parui eſſe negotii: ſeueritatem poſſe cū
comitate retinere. Q̄d qui nactus eſt, rem pfecto eſt aſſequutus: qua nulla eſt neq; harmonia cōci/
nior: neq; concinnitas ſuauior: neq; ſuauitas gratior aut vtilior. Ea eſt qua mundi molem hāc de/
us gubernare dicit: non tam vi frętus aut potētia: q̄ arte & ratione neceſſitatem parēdi demulcēs.
Hoc iuniori Catoni defuiſſe pditum eſt: homini ſeueriore ingenio prędito: & moribus ad popula
rem gratiam minime accōmodatis: cuius id fuerit ſemper in rep. inſtitutū: vt nihil vnq; aut aſſen/
tando, aut ambiēdo, aut obſequēdo in omni vita cōfecerit. Eapropter Ciceronē dicere ſolitum ac
cepimus: cōſulatu caruiſſe Catonē: quo in Romuli rep. viueret, quēadmodum fuerat in Platonis
politia viuendū. Mihi vero idem Catoni, q̄d in tēpeſtiuis & extra naturæ legem naſcentibus po/
mis, cōtigiſſe videt: quæ nō tam libēter homines comedere q̄ mirari, & iocūde cōſpicere ſolēt. Sic
priſca illa Catonis iāq; obſoleta & alte nimiū repetita viuēdi forma inter perditos ſui ſæculi mo/
res excellens, admirationē habuit illa quidē & gloriam ſingularem: fructum vero & vtilitatē mi/
nime certe parē. Eius enī virtus celſa nimiū eminenſq; haud vllo potuit pacto cum eiuſce tempe/
ſtatis pſtratis moribus adęquari. Cato ſi nō dirutam vel labētem patriā vt Phocion, at certe cre/
bris agitatā pcellis & fluctibus nactus eſt. Ecuius puppi clauoq; exturbatus, quū nihilo ſegnius ru
dentibus & vellis inniteret fortunæ: quæ ad obruēdum Romæ libertatem oēs vires ſuas intende
rat: vſq; adeo impedimēto fuit: vt ancipitē illi diuq; dubiā victoriā fecerit. Sceleſtorū itaq; ac pdito
rum ciuiū auxilio fręta Romanæ tandem libertatis ſplēdorem extinxit. nō id quidē cito facileue.
Nihil enim ppius factū eſt: q̄ vt Roma Catonis virtute cōſtantiaq; defenſa ex eo periculo ſuperet
ſet. Huic tanto viro Phocionē iure cōparandū duximus. Fuit enim in vtroq; morū, vitę, ingeniiq;
ſimilitudo: nō illa quidem remota & generalis: vt inter multos ſæpenumero fuiſſe legimus. Eſt enī
plærumq; fortitudinis ad fortitudinē diſſidēs quædam cōparatio: vt Alcibiadis, Epaminondæq;.
Quoſdā diſſimiliter prudētes fuiſſe accepimus: vt Themiſtoclē, & Ariſtide. Iuſtitiaq; itē in Numa,
aliter in Agēſilao eluxiſſe dicit. Phocionis autē Catoniſq; ſi non fortuna, at certe quū natura & in
geniū, tum multo maxime mores vident & inſtitutū ſic cōueniſſe inter ſeſe: vt oī vel tenui varieta/
te ſublata, vnā vterq; præſtiterit animi ſpeciem & ingenii lineamēta. Ambo etenim ſeueritatē cū
comitate, fortitudinē cum prudētia, alienę rei curā ſine ſui negligētia, turpitudinis odium cū ho/
neſtatis cultu ſic pari ęquaue lance miſtas habuere: vt in dignoſcenda: ſiqua eſt: varietate, ſubtili
quodam accuratoq; iudicio opus eſſe videat. Catonē nobili claraq; familia natū cōſtat. Phocion
aūt Atheniēſis haud certum habemus quo genere qbuſue parētibus fuerit. Ego tñ non abiecto illū
puto aut ignobili loco natum: tametſi Idomeneo placet, patrē eius Condariū fuiſſe opificem. Ex
tat enī Glaucippi oratio in Phocionē, & acris, & vehemēs: in qua cōplura in eum cōuitia & pbra
quū collegiſſet, nullū de genere aut parētibus maledictū attigit. Abducit me itē ab Idomenei ſen/
tētia eximia viri & præſtāſi oī vita, & modeſtia, ingenuaq; inſtituto, acliberalis: quē cōſtat ab ine
unte ætate Platonis primū deinde Xenocratis in academia fuiſſe diſcipulū: & optimarū artiū ſtu/
dia coluiſſe. Hūc Duris tradit fuiſſe mox grauitate cōſtantiaq; vt eodē oris habitu in oī vita ſerua
to, nec ridere illū quiſq̄, nec lugere facile viderit. Nunq̄ lauandi cauſa vulgares balneas eſt ingreſ/
ſus. indutus nunq̄ e pallio manū exeruiſſe viſus eſt. Ruri ac militiæ nudo ſemp inceſſit pede: niſi
hyems illū atrocior ad calceos impuliſſet. Idcirco ferunt inter iocātes milites nullū fuiſſe ſignificā/
di crudelis frigoris certius argumētū: q̄ affirmare calceatū Phocionē tūc fuiſſe. Erat ingenio miti
humanoq; ſed cuius lenitatē facies natura triſtis atq; ſeuera ita mētiretur: vt eius cōgreſſum nemo
nō familiaris aut ſolus aut libēs perierit facile. Inde Cares (vt erat orator nō inſulſus) quū in eius
ſupciliū feſtiue inter ōrādū inuectus vniuerſæ cōcioni riſum excitaſſet: in eū Hoc ſupciliū Phocion
inqt nihil mœroris vſpiam nobis o ciues intulit. At huius ſalibus & facetiis luctus eſt ſæpenume/
ro patriæ cōparatus. Fuit eius oratio grauis, vehemens: & præceptis, ſententiiſq; cōferta. Maxime
aūt præſtabat acuta quadā & ad faciēdam fidem apta breuitate dicendi. Siquidē Zenonē ſtocium
dicere accepimus ſolitū: philoſopho dignū minime eſſe id verbū: q̄d nō fuiſſet mēte prius & cogi/
tatione intinctū. Idipſum quoq; videt placuiſſe Phocioni: cuius erat ſermo verborū paucitate p/
breuis quidē: multus vero ſententiaq; magnitudine & grauitate. Polyeucto quoq; hoi graui & eru
dito ornatiſſimū oratorē viſum eſt fuiſſe Demoſthenē: in ſuadendo aūt vim maximam Phocionē
habuiſſe. Animaduertit idem orationi conuenire q̄d nummis: qui eo ſunt præſtantiores: quo in
minore materia plus valoris ac pretii complectantur. Sic optimum eſſe videtur orationis genus
illud, quo paucis multa ſunt grauiter, ſapienter, acute, ſignificata. Igitur Phocione apud popu/
lum aliquando dicturo, quum oppleto iam hoibus Theatro cogitabundus deambularet in ſcæ/
na: familiarem eius quempiam ferunt propius accedentem rogaſſe: quidnam iſtuc eſſet: quod ſe

Cato Iu/
nior.

Phocionis
gen⁹ incer
tū ac moreſ

Phociō ru/
ri & militiæ
pedib⁹ ſem
per nudis.

Phocionis
doctrina.

Polyeuctus

Oſonis q̄d
ſit genus
optimum.

cum tam accurate cogitaret. Tum Phocion ita me pol inquit, tam dudum cogito siquid ex ea pos sum ofone quã habiturus sum demere. Demosthenẽ vero fama est cæteris spretis oratoribus, siqñ dicturus sniam Phocion surrexisset, cõuersum ad amicos summisse dicere solitũ: En adest verbo rũ meo rũ gladius. Cæteru hoc non minus fortasse moribus q̃ eloquẽtiæ tribuendum. Etenim sæpenu mero cõpertum habemus: multas diserti homini argumẽtationes ingenio & arte instructas, vel vno viri boni verbo, vno etiã nutu facile fusas atq; dissectas. Phocion adhuc adolescẽs sub impera tore Chabria meruit: a cuius nunq̃ latere miro quẽdã discẽdi studio discedebat. Is ad discẽdas bel licas artes militarẽq; disciplinã magno Phocioni adiumẽto fuit. Nec minus ille sui ducis ingeniũ in re agenda non satis constans aut frenatum, suo cõsilio grauitate & prudẽtia gubernabat. Cha britas enĩ suapte natura ad ineunda pericula tardior, posteaq̃ cœpisset cũ hoste cõserere, ira nimia concitatus vehemẽter solebat accẽdi: imperatorii officii facile obliuisci: sese temere periculis obie ctare. Cuius audacia quo tãdem par erat euasit. Nã in pugna nauali aduersus Chios primus omni um in hostile litus inuectus, quum pro explicãdo in terrã milite in occurrẽtis hostes audacius proru isset, pugnãs confossus est. At vero Phocion & in cauẽdo periculo prudẽs, & in gerẽdo negotio im piger, illum & cunctantẽ incitabat, & cõpescebat nimia audentẽ. Chabrias vt erat ingenio docili, per humanoq;, illũ libenter audire: ei maxima quæq; credere. Siquid strenue, fortiter, sapienter eẽt obeundum: illius potissimũ vti opera: nihilq; prætermittere, quominus insignẽ viri virtutẽ omni Græciæ palã faceret. In eo prælio qđ aduersus Naxios secundo marte nauibus gestum est, maximã sibi Phocion & fortitudinis & prudẽtiæ laudẽ vendicauit. In quo dux Chabrias illũ oppositum dex tro Naxiorum cornu: vbi locatũ erat omne ferme militis robur. Prima illa nauali pugna pro græ cis ab Athenien sibus post vastitatẽ, pria vi, felicibusq; auspiciis cõfecta, longe charissimum Cha briam patriæ reddidit. Egregiam quoq; virtutẽ Phocioni iã dignã imperio cũcti summis laudibus affirmabãt. Parta est ea victoria quo die agebantur Athenis magna mysteria: eiusq; gratia Chabri as quoad vixit poculum quotannis attico populo dedit. Hic deinde Phocionẽ delegit: qui cũ vi ginti nauibus ad exigẽda insulaꝝ tributa proficisceretur. Tũ phocion ærarii potius paupertati q̃ suæ dignitati cõsulens: dixisse fertur, exiguas eas eẽ copias: si ad hostes pugnaturus emittitur: sin ad socios, sat sibi vel vnã fore. Ita vnica cũ trireme singulas adiens insulas, earũq; principibus sibi cõ ciliatis, cũ multis quas insulares ad cõuehenda tributa coegerãt: nauibus, Athenas venit. Mortuo Chabria, grati admodũ & beniuoli in illũ animi argumẽtum dedit. Nã quẽ viuum multo studio & obseruatione coluerat, extinctũ etiã omni quo potuit officii genere est prosequutus. Eius enĩ neces sariis nulla in re defuit vnq̃. Cteſippũ filium diligẽter ac per humane collegit: quo impuros adole scẽtis mores ipse cõponeret. eius tamẽ quum duro, tum minime liberali ingenio nusq̃ adduci po tuit: vt curã & laborem in illo instituendo dimitterẽt: cuius ineptias non modo pertulit patienter: verũetiam studiose tegebat. Quãq̃ semel aiunt Phocionis cõstãtiam importunitate leuissimi iuue nis superatã. Nam quum ille imperatorium quoddã munus studio accuratio obiret: Ctesippus vt erat futilis delirusq; grauissimum peritumq; imperatorem cœpit fatuis quibusdam interrogatiun culis obtundere: atq; illum quasi monẽs docẽsue importunius perurgere. Tum stoinachatũ Pho cionẽ dixisse fama est: O Chabria Chabria cumulatam tibi pro amore nostro gratiam nũc persol uo: qui nati tui deliramẽta sustineo. Vt vero animaduertit ciuitatis principes munera bellica & to gata inter se quasi sorte partitos. Quidam enim velut Eubulus, Aristophon, Demosthenes, Hype rides q; e foro tãtũ & curia dignitatẽ sibi & amplitudinẽ quẽritabant: alii vero bellicos magistratus & imperia sectabantur: hi erant Diopethes, Menesthenus, & Cares. Hæc inquã vbi animaduertit Phocion: visum est, sic munus vtrũq; sibi complectendum: vt in toga posset excellere: & nulli ducũ in armis esset inferior. Meminerat enim tales Periclem, Aristidem, Solonemq; fuisse: quorũ nemo (vt est apud Archilochũ) aut Martis opera sœui, aut placida musarum dona neglexit: Atq; Palladẽ ipsam bellicam simul ac ciuilem & esse & vocitari. Hoc instituto rempub. capessendam ratus, nihil tamẽ potius q̃ quietem pacemq; publicam cupere videbatur. Imperia habuit: quot quãtaq; nemo aut suæ aut superioris ætatis ducum Athenis est consequutus: e quibus nullum omnino aut ambi ens, aut vlla significatione cupiditatis est adeptus. Sed illa sicut populi volũtate sponte delata, ita repudiata nunq̃ repub. postulante. Certum est enĩ Phocionẽ quintum supra quadragesimum ges sisse imperium: quum nec semel ipse comitiis præsens iterfuisset. Quod eo solet videri maius: quo nihil eum in omni vita popularis gratiæ causa vel feciſſe certe, vel dixisse constat: quinimmo ab iis artibus tãtum abfuit: vt sæpissime plebi sit accerrime contumelioseq; aduersatus. Hoc nõnullis mi raculo fuit: qui parum populare leuitatẽ experti nõ intelligunt vulgarẽ turbã reges imitari solitã: quibus post epulas vbi Cerere & Libero læta mens diffluit, ioci tãtum & assentationes, posthabitis seriis in pretio sunt. Q̃ item in ciuitatibus, vbi plebs imperet, factũ videmus. Nam arridente for tuna trãquilloq; rerum cursu, in quo plus blanditiaꝝ & assentationis conspexerint, in hunc facile su os honores conferunt. Ast vbi intonuerit: vbi grauior aliqua tempestas illis velut crapulã & som nium abegerit: iam in gubernaturo non quæruntur blanditiæ: seueritas, iustitia, sapientia in ho

Phociõ ver boꝝ Demo sthenis gla dius.

Phocion adolescens sub Cha bria me ruit.

Chabrias i terfectus a Chiis.

Phociõ ad uersus Na xios se stre nue gessit.

Ctesippus Chabriæ fi lius.

Eubulus.
Aristophõ.
Demosthe nes.
Hyperides.
Diopethes.
Menesthe nus.
Cares.

Phociõ, xlv. gessit impe ria.

nore est:ad eos tum cõfugitur maxime:quos ante viderint erroribus suis fuisse vehemẽter aduersos. Habuerãt ex Delphis Atheniẽses oraculum:cuius erat hęc ferme sententia. Vnũ Athenis hominem esse solũ:qui aduersus ciuitatẽ sentirer:quũ cæteris tũ oĩbus idem esset in rempu. aius. Hoc vbi publice recitatum est:exurgẽs Phocion Definite ciues inquit, quẽnam deus ea voce significet, deinceps inquirere: Vnus enim is ego sum:cui placeat nihil eorũ quæ in repu. nunc gerãtur. Rursus quum inter orãdum eius sententiam vniuersa magno assensu cõcio accepisset:ad proximos versus me miserum inqt: vereor enim ne qd mihi stultũ verbum imprudẽter exciderit. Sacros ludos Atheniẽses instituerãt priuata ciuiũ collatione ornãdos:portionẽqꝫ suam cõtulerant cæteri. Tum inuitatus ad soluendum Phocion, a diuitibus inquit ista exposcite. puderet enim me:si eã, qua sum Charicti fœneratori obnoxius, pecuniã in hoste sumptus abstumerem. Quum vero importunius illi clamore instarent & minis: fabulam huiusmodi orsus est. Ignauus quidã milesin prælium pergit ire:illum grex cornicũ obscœna vociferatione circũuolat:eo quasi infausto omine perterritus miles, positis armis non vltra pgreditur. Silẽt aues: ille tela resumẽs ire cõstituit. Ingeminatur auium cantus de integro:tunc ad illas conuersus, vos inquit p vitibus clamabitis: me certe nũq̃ gustabitis. Ferũt. a militibus aliquãdo rogatũ, vt se in aciem pugnaturos educeret, illorũ diffisum animis ac viribus noluisse:tunc irati milites crebris illum maledictis incessere: trepidũ imperatorẽ effœminatũqꝫ vocitare: eum metui suo periculum vanũ prætendere. Ad hęc Phocion, O virorũ inquit fortissimi, neqꝫ vos me intrepidũ: nec ego vos item ignauos vnq̃ efficiam. Atqui sat nobis est nostra vtriusqꝫ nostrũ plane cognita esse ingenia. Re aliquando: militię: male gesta, accensa plebs, irãqꝫ in Phocionẽ euomẽs, pœnas ab eo male administrati imperii deposcebat. Quibus ille o felices inquit, saluti prius & periculo vestro cõsulite:deinde meis de criminibus per otium ista tuetis. Fuere nõnulli milites: qui quoad sub ipso meruerant, inter rubas & armoꝝ strepitum exangues ac cõsternari, hostis etiã longinqui cõspectum nõ sustinerẽt:hi pace facta, oĩqꝫ exacto periculo, feroces derepẽte audẽtesqꝫ facti sese iactabundi extollere: Phocionẽ ignauiæ insimulare: illum vnũ fuisse cuius fortitudinis victoria e manibus esset erepta. tũ ridẽs Phocion, O fortunatos vos milites inqt: qbus imperatorẽ fors dederit vestræ gnarũ virtutis arqꝫ ingenii: alioqui iampridem misere periissetis. Disceptabant Bœotii de agroꝝ finibus cum populo Atheniẽsi: quẽ quũ videret Phocion repudiatis arbitris ferro malle q̃ iure litẽ dirimere: Si sapiris inqt viri Athenienses verbis potius quibus prestatis, q̃ armis qbus impares estis, decernite. Orantẽ illum quũ obstrepens concio impediret:quo minus sententiam diceret haud illis oĩno gratam: Vestri inqt arbitrii ciues est: vt qd nolim a vobis coactus faciã:cõtra vero sentẽtiam meã vt eloquar, id pfecto hoĩum nemo facturus est. Sed interseramus nũc e multis pauca:, quę in oratores cõtrariarũ partium mordaciter ab eo feruntur. Quũ populũ aliquãdo paulo liberius incõcione reprehenderet: Demosthenes ait. Trucidabit te plebs Phocion:si paululũ insanierit. cui Phocion, quin re potius si paululũ resipuerit. Polyeuctus Sphecius longam de suscipiendo cõtra Philippũ bello orationẽ habuerat. erat aũt tunc æstas media. Hunc igit partim pinguedine corporis, partim solis feruore coactũ quũ vidisset sæpius ad recreandos oppressos anhelitus aquam sorbillare in rer orandũ:Dignã hercle rem inquit viri Atheniẽses:vt huic de gerendo bello credatur. quãta enĩ illum in medio marte sua galea & thorace factura existimatis:quẽ vel ipse loquẽdo labor in aię exhalãdæ diserimẽ impulerit! Lycurgus Phocionẽ multis in cõcione maledictis carpserat: quia Alexãdro decẽ ad supplicium ciues poscẽti dedendos cẽsuisset: cui Phocion meis inquit cõsiliis vtinã tãta fuisset habita fides:quanta erat in illis salus, arqꝫ vtilitas. Fuit ea tẽpestate Athenis Alcibiades quidam:cui ficti fucatiqꝫ mores Laconistę cognomẽ indiderãt. Hic authoritatẽ sibi nõ ram virtute, q̃ enutritę barbę prolixitate, graui supercilio, tardo incessu, lacernaqꝫ laconia quæritabat. Illũ igitur Phocion quũ sibi ad populum dicẽri parum fidei haberetur, dictorum suoꝝ inuocat testem:qui quũm populo vt assentaretur, veritatẽ negasset:cõtinuo accedẽs ppius Phocion, illiusqꝫ barbã in speciẽ mulcẽdi apprehẽdens, q̃ decuerat inqt hanc barbã & indumẽra boni viri insignia prius q̃ mẽtireris deposuisse. Nec illud Aristogitonis sycophantę prætereũdum:cuius cõciones nihil ferme pręter bellum sonabãt & arma:quiqꝫ suis populum orationibus in pericula sæpe compulerat. Is quũm intelligeret habere delectum: simulata valerudine eius obligat: baculoqꝫ innixus instar vulnerati claudicando prodit in publicum:quem Phocion a tribunali longe prospiciẽs vociferans inquit: Scribe Aristogitonem claudum, & eundem improbũ, ac mendacẽ. Hæc mecum interdũ repurãs mirari soleo hominẽ vsqꝫ adeo durum seuerũqꝫ Chresti hoc est frugi cognomẽtum esse adeptũ: q̃q̃ haud impossibile puto vt est in vino sic & in viro suauitatem esse cum austeritate cõiunctam: vti plerosqꝫ contra videmus primo statim cõgressu faciles videri suaueqꝫ ac perhumanos: quorum ingenium consuetudo longe detegit asperum intrectabileqꝫ. Propterea Hyperidẽ tradunt Atheniẽsibus dicere solitum:ne vellẽt an esset acerbus inspicere:sed an esset ab re pretuiterqꝫ acerbus. Vulgo etenim iusta odisse solẽt:& quos rei nõ publicę sed priuatę causa duros ac seueros cognouerint:& q in repu. ad cõrumeliam iniuriasqꝫ potẽtia & viribus abutãtur. At vero Phocionẽ ex oĩ ciuium numero nemi-

Phocionis dicta facta, q̃ multa egregia.

Charictes fœneraror. Fabula quę dam a Phociõe relata.

Phocionis dicta mordentia.

Polyeuctus Sphecius.

Lycurgus.

Alcibiades Laconista cognomie.

Aristogitõ sycophãta.

Chresti.i. frugi.

nem cõpertum est nõ modo priuatũ effecisse iniuria: sed ne odisse quidem: tametsi cũ multis sepius est ab eo reip. causa suscepta cõtentio. Atq; hac in re sic se cõstantẽ prębuit: sic acrẽ inexorabilẽq; vt nullo piculo, nulla gratia, nullis denię potuerit animus ab iuuãdæ patriæ instituto abduci: quũ priuatim tñ tanta in oẽs fuerit humanitate beniuolẽtiaq;, vt vel eos sæpe quos in repub. aduersos habuit tpibus & periculis nõ deesset. Quare quũ a suis reprehenderetur hoiem improbum in iudicio defendisset: At nemo bonus inquit eiusmodi patrocinio indiget. Aristogitonẽ sycophantam Athenienses damnatum vinculis coercebãt: is oratum Phocionẽ mittit: vt paululũ velit ad se vi-sendum accedere: assensus Phocion, quũ hanc eius facilitatẽ sui damnarent (erat enim sceleſtus Aristogiton flagitiosusq;) atq; illum conarentur ab itinere iam cœpto deflectere: Sinite inquit: nam vbi loco iocundius q̃ in carcere Aristogitonẽ viderim? Nec minore fuisse beniuolẽtia, q̃ authoritate & fide apud vrbes insulasq; socias ferunt. Nam siquãdo classis alio duce Athenis emitteretur: socii oẽs nõ tam amicos illos, q̃ hostes rati, loca oia aduẽtantibus eis occludere: portus molibus aggereq; munire: liberos | vxores | armẽta mãcipia in vrbẽ ex agro cõpellere: vt nihil loci illo rapinæ libidini q; pateret. Ast vbi Phocionẽ audissent classis esse præfectum: lõgius oẽs nauibus obuiam ire: sertisq; coronis, oĩq; lętitiæ significatione illũ excipere: vrbes, villas, portus, domos denię ipsas vacui aĩo patefacere. tãta de illius erat integritate & cõtinẽtia apud oẽs mortales existimatio. Ea tẽpestate renũtiatũ Athenis est: Philippũ traductis in Eubœam ex Macedonia copiis, vrbes aliquot allectis sibi principũ animis, primo statim aduẽtu occupasse. Tum Plutarchus Erethrieus legatos Athenas mittit: qui oppressę a Macedone insulæ opẽ efflagitẽt. Placuit mitti auxiliũ: & præfici huic expeditioni Phocionẽ. Cum parua igitur milites manu (spem enim in Erethrienſium viribus & fide locarat) in Erethriã extẽplo traiecit: vbi quum oĩa offendisset infida, pditionibus: auroq; vænalia: in magnũ rerum discrimen venit. Tunc locis oĩbus oculo ac mente lustratis, tumulum tandem cõspicit paululũ ex vna valle surgẽtem: quo patebat in planitiẽ, quæ circa Tamyna est, longe lateq; pspectus. eo cũ insigni robore militum ipse cõcessit. Nam ignauus quisq;, vel quibus ad pugnãdum deerat vires, vel frigebat aĩus, loci ac rerũ desperatione perculsi castris pfugerãt quorum discessu ne diffidant neue rem gerãt segnius, duces q aderant secũ hortaẽ. Fugaces enim illos si cum hoste cõserendum fuisset, nõ modo nõ vtiles, verũetiam forti cuiq; ac strenuo impedimento fore dicebat. Secũdum hæc, crebri de aduentu hostiũ afferũtur nũtii. Tum Phocion militem cõtinuo curare corpora, & arma capere iubet: atq; armatos pro castris qescere: quoad ipse rem diuinã absoluisset. In eo igit paulo diutius immoratus, seu quia nõ cito rite litasset, seu quo simulato metu ppius hostẽ alliceret, sociis ignauiæ ac desidiæ suæ suspitionem iniecit. Ergo Plutarchus Phocionẽ pugnam detrectare ratus: signis temere motis | impetum in Macedonas cũ peregrino milite fecit. Post hũc egratus oĩs incõdito turbatoq; agmine, nõ minori temeritate q̃ clade in hostem ruit. Primis itaq; facile pfligatis, cæteriq; subinde fusis dissipatisq;, Plutarchus & ipse tandẽ pedibus turpiter saluti suæ cõsulit. Macedo iam ppe debellatum ratus, vallũ cũ parte copiarũ adortus est cõtinuo: qd̃ dum excindi oĩ conatu parat, Phocion peractis interim sacris articũ militẽ magno impetu in hostem instructũ emittit. Atrox paro vallo initur pręliũ multa Macedonũ cædes editur: reliq; fusi fugatiq;. Inde Phocion receptui cani, sistiq; signa imperat: vt suos lõgius hostem insectatos, & peregrinũ priore impetu passim desectũ colligeret: collectos in ordinẽ disponeret: dispositoq; vniuersa dimicatione in hostẽ educeret. igit quũ aciem ploci ac tpis opportunitate struxisset: hostiũ castra pede citato petit. Ingẽs ibi de integro pugna oborit: vtrinq; diu est dimicatum: sicuti cruento Marte, ita & incerta spe, ancipitiq; victoria: Ingentẽ Macedonũ stragẽ edidere Talus Cedei filius, & Glaucus Polymedis, ante ipsum imperatorẽ instructi. In primis tñ Deophanis virtus insignis eo diæ, & clara fuit. Nam vt primũ fœdã eqtũ suorũ fuga agnouit: impressis equo calcaribus, singulos vt poterat adiens hortari, monere, pręcari: ne plus pedibus, q̃ manu fiderent: neu exercitum ac imperatorẽ in summo laborãtem discrimine fœde desererent. Nisi redierint: oẽs suorũ copias pariter cum Attica dignitate casuras: si steterint, salua oĩa fore: fessum iam & facile inclinaturum hostem esse. His verbis mutatus eques, quum animos recepisset, in hostem a fuga cõuersi, afflicto pediti rebusq; labentibus & opem & victoriam attulere. Secundũ hanc pugnã Phocion ex Erethria Plutarchum exegit. Zaretra deinde oppidũ locũ sibi peropportunũ occupat: in ea insulæ latitudo perstringitur: vbi coercentibus vtrinq; fluctibus, in angustum protracta insulę latitudo perstringitur. Græcos captiuos manu omnes emittit: veritus ne si in Athenienſium cõspectum venissent: plebs oratoriis stimulis concitata, in eos animaduertisset crudelius. His ita gestis, reuectus Athenas Phocion, ingens sui desiderium sociis ipse reliquit: & Athenięnsibus magno cum suo malo breues moræ ostendere: quanta in eo viro virtus: quantus esset rerum vsus atq; præstantia. Nam Molossus imperio subrogatus Phocioni, vsq; adeo infelici rem gessit cũctu: vt amisso exercitu, ipse viuus in Macedonũ venerit potestatẽ. Qua victoria elatus Philippus, ingẽti plenus spe, cõtinuo in Hellespontum infestum traducit exercitum: ratus vno se impetu Cherronesi, Perinthi, ac Byzantii potiturum. Terruit Athenienses eiusce profectionis nuntius: & eos

Phocionis humanitas

Plutarchus Erethrieus Phociõ ex peditiõi cõtra Philippũ prefici. Tamyna.

Plutarchi fuga.

Talus Cædei filius. Glaucus Polymedis filius. Deophanis virtus. Phociõ expellit Plutarchũ ex Erethria. Zarethra opa Phocione occupatum. Molossus Phocioni subrogatus amisso exercitu in hostiũ potestatem venit.

hinc socioꝝ fides, illinc suum periculum impulit: vt auxilium mature dubiis rebus afferrent. Charetem itaq; populus nō tam suo merito, q̄ oratorum ambitione, & studiis partium, huic expeditioni p̄ficiunt. Is magna cum classe profectus, nihil huic periculo aut apparatui par effecit: quin tā tum ab vlla sociis ope ferēda abfuit: vt sua illum libido & auaritia cunctis mortalibus ęque suspecta, ab oī prorsus socialium vrbium ingressu excluserit. Cæteꝝ etrabundus, amicortūq; rapinis ac p̄da locupletatus, & apud hostes contēptui, & formidini odioq; apud socios fuit. At vero plebs oratoꝝ incēsa facibus, in socios cœperat ob suum spretum imperatorem irasci: p̄oniteretq; auxilii: qd Byzantiis nuper miserāt. Contra phocion plebis indignationē lenire: innocētiam sociorū defendere. Nil esse p̄ter ducis libidinē & perfidiam accusandū. Non tam oportere nō credētibus sociis, q̄ imperatori iure non credito succēsere: ducum tantūmodo vitio Atticū nomen iam esse amicis omnibus inuisum atq; horrēdum. Nihil causę esse: quāobrē socii in tāto reꝝ & salutis suę discrimine sibi traditā opem aspernarentur: si modo potuissent sese & sua imperatoꝝ fidei tuto cōmittere. Sociorꝝ salutē minime oīum reꝝ oportere negligi: cū qua salus esset Athenaꝝ quoq; coniuncta. In hanc sniam multa quum grauiter & sapienter disseruisset: populus mutatis animis imperatorē Phocionem deligit ad opem sociis in Hellespōto mature ferēdam: iubetq; classem ad eā rem parari de integro. Fuit ea tēpestate Phocionis nomē illustre magnūq; nec fama tñ virtus fuit in expeditione inferior. Eius enim p̄sentia maximū ad tuendū Byzantium momentū tulit. Nam Dion vir in vrbe illa & genere & virtute facile princeps, Phocionicq; vsq; ab academia necessitudine & familiaritate deuinctus, quū Byzantiis pro continētia & integritate ducis vadē se p̄stitisset, haud sunt illū oppidani passi extra mœnia castra tenere: sed apertis portis, inuitū prope & sola modestia reluctantē: cū omni militę lęte ac periocūde excipiunt. Atticus miles sub aliis ducibus & rapax ante & perfidus, nunc sub Phocione Byzantiis passim immistus, sese nō modo in omni vita modestum, & integrū, verūetiam ob habitā sibi fidem inarcendis hostibus omniq; obeundo labore, & acrē in primis, & impigrum præbuit. Macedo potiundi Byzantii fructus spe, contētus Hellespōto cessit: neq; ad inferendum modo bellum, sed ne ad propulsandū quidē periculū satisidoneus habitus. Atticus interim aliquot ex Philippi captis nauibus, nōnullas insuper cum suis p̄sidiis vrbes vrbs in potestatē redegit: & crebris dissensionibus hostiles agros igni ferro omniq; depopulandi genere peruastauit: quoad acceptis ab hoste vulneribus, recipiendam Athenas classem existimauit. Haud multopost Megarēses clam nuntios ad Phocionē mittunt: qui se Atheniēsibus dedi paratos, si cum p̄sidio mature aduenerit, polliceātur. Veritus illene a Bœotiis (si id p̄sciissent) Megara p̄occuparetur: postridie vbi primū illuxit, concione habita, quum ea profecto populo placuissent, confestim a concione tuba cani, capiq; arma e vestigio iubet. A Megarensibus itaq; phumane exceptus, Nisęam cingit muro: & duabus salis ab arce ad nauale deductis, vrbem mari iungit vt ab omni terrestri impetu tuta via munitaq; Athenien sibus semp pateret a mari. Iam cum Philippo eo inimicitiarum ventum erat: vt bellum nō clam, aut dolo, vt ante, sed manifestis animis & viribus gereretur. Athenienses ei bello duces designarant absente Phocione: qui vbi primum e Megaris pedem in vrbem retulit: summopere populum conatur ab armis abducere: suadet vt de pace cum hoste agatur: quum eam & ipse Macedo videretur vehemēter expetere. Huic sententię magno studio aduersatum ferunt sycophantā quendā eoꝝ, qui circa Ilieam, id est Athenis tribunal, versari solebant: eumq; vt nimiam Phocionis licentiam exprobantē, ita dixisse. Tu neo Phocion is homo es: qui populum Athenien sem audes consulto iam captis armis, in hostem ruētem retrahere! Audeo inquit ille: atq; id quidē & volens & prudens facio: tametsi plane intelligo: in bello me tibi, in pace te mihi imperaturum. Demosthenis autem vicit oratio: elegātior certe q̄ felicior: vt bellum scilicet cum Macedone q̄ longissime ab atticis finibus gereret. Qua in re Phocion, per deos immortales inquit, Viri Athenienses: non vbi pugnetis, sed quo pacto vincatis inspicite: victoribus enī bellum vndecunq; abest longissimæ: victis autem etsi multum hostis abfuerit: proximum est omne periculum. Acceptaigitur paulo post a Philippo clade, factiosi & rerum nouarum cupidi Charidemū summæ rerum p̄fici volebāt. At optimus quisq;, cuiq; plus in salute publica q̄ in delectu & gratia pensi erat: accito in vrbē Ariopagi concilio, plebem supplices lachrymis & prece orare: ne labēti patriæ in tāto reꝝ discrimine desint: neu velint facinorosorum ciuiū libidinē suæ liberorūq; & coniugum saluti p̄ferre. Phocionē vnum esse ex omnibus cuius explorate iampridē fidei virtutiq; ciuitatē in tanta temporum difficultate tuto committāt. Vicit itaq; ambitionē & gratiam periculum imminēs: vt vrbis scilicet imperium ad Phocionē deferretur. Is inito magistratu de pace cum volente Philippo agēdum putauit. Tulit itaq; rogationē Demades: pacē eo dūtaxat pacto facturum iri: vt Athenienses & ipsi haberēt quas esset reliqua Græcia conditiones cum Macedone habitura: vnaq; pax esset cum reliqua Græcia pacis conditio. Refellebat eā sentētiam Phocion: stultū esse assueuerans, incertis & alieno arbitrio statuendis conditionibus pacem firmari: prius esse intelligendum quidnam sibi Philippus a cæteris græcis expeteret. Superior fuit temporum ac morum iniquitate Demades. Pace itaq; facta, quum populum animaduerteret Phocioni sui iam se-

Charetes mittitur cō tra Philippum.

Phocion dux iterum creatur. Dion.

Megara p deditionē Phocion recipit.

Phociō ob fidet Nisęā.

Iliea.

Demades.

ro pœnitere cõsilii (nam & equitatum & maritimas copias Macedoni mitti ex fœdere oportebat) Istæc inquit ego vobis initio metuens tãtopere Demadis cõsilio aduersabar: vosq; vt par erat animo hęc ante prospicere: nunc vero qm̃ ita vobis cum Philippo conuentum ẽ, & in fide manẽdum censeo: & ꝙquis hanc sortẽ animis esse ferẽdam. Sic maiores nostros accepimus, nuncimperando, nunc parẽdo, in vtraq; fortunę vicissitudine sapienter fortiterq; versatos: nõ modo vrbẽ hanc nostrã: sed & reliquã Græciã conseruasse. Nũtiata interim Philippi mors est: & ob id plęriscp placebat publica sacra, festosq; ludos diis immortalibus pro felici hoc fausto q; nuntio persoluendos. Refellebat hanc sentẽtiam Phocion: ignobilis ac demissi animi esse affirmãs ciuitatem amplissimam & belli gloria virrbusq; florentẽ manifesto gaudio petulantius exultare: quia tantæ hostium in Chæronea copiæ vno duntaxat essent homine imminutæ. Admouerat Thebis infestum exercitũ Alexander. Hunc sæpenumero quum Demosthenes priuatim publiceq; maledictis infectaretur: Phocionẽ ei dixisse tradunt Homericum illud: Desine iã demẽs sæuum stimulare leonẽ: Gloria quẽ torquet: regniq; immẽsa cupido. Vis ne hanc vrbem tanto tamq; vrenti rogo iniicere? Aſt ego, cui seruandę tantę ciuitatis cura commissa est, nusq̃ eos ciuis audiri patiar: qui sese alioſq; cęci & imprudẽtes perditum ire pergunt. Captis deinde Thebis, Alexander Demosthenẽ, Lycurgum, Hyperidẽ, & Charidemum sibi ad supplicium dedi flagitat: & Thebanos qui profugerant. Hæc quum ad populum essent relata: vniuersi in Phocionẽ vnum ora oculoſq; conuerterant. Qui vt sententiã diceret nomine sæpius appellatus, exurgens tandem, accitoq; ad se Nicode, quo nec amore sibi nec cõsuetudine quisq̃ fuerat charior, ita verba facit. Hi quos Alexander victor efflagitat viri Athenienses: ciuitatẽ nostrã in hoc periculũ compulerunt. Q d equidem pro sua magnitudine tanti existimo: vt Alexandro si vel hunc meum Nicodẽ sibi deposcat, vitandi publici periculi causa cõtinuo dedẽdũ cẽseam. Mihiq; ipsi si pro vestra patriæq; salute lux ista relinquẽda sit: summã mediocritatis incõpara bilẽq; felicitatẽ me cõsequuturum putarim. Mouet me insuper nonnihil eorum misericordia: quos ęrũnis deformatos videmus deletis Thebis in nostram fidẽ vnicũ sibi portum confugisse. Iam satis est viri Athenienses, iã Græciæ satis est, vnas Thebas earumq; excidium deplorare: liceat nobis illarum exemplo, de capite & fortunis nostris consulere. Ego neq; hos calamitosos profugos negligendos duco: atq; multo maxime publicã salutem in tanto rerum discrimine paucorum gratię prę ferendã arbitror. Victoriq;, qm̃ ita nostra fors tulit, ita pericula postulãt, gerere morẽ malim: q̃ pugnando simul vniuersa fortunę committere. Primum igitur Psephisma missum ab Atheniẽsibus fama est: Alexandrum cõtẽnẽtẽ abiecisse: statimq; vertẽtem ad legatos terga per cõtumeliã abiisse: id ipsum vero secundo per Phocionẽ ad se delatum perhumane admisisse: a maioribus natu admonitum: Phocionẽ ob eximiã eius laudẽ & virtutẽ, a Philippo semper singulari honori habitũ. Quę igitur ille legationis nomine petiisset, in his facilẽ sese Alexander exoratũq; præstitit, & priuatim nõ eius modo vsus est familiaritate congressuq;: verũetiam consilio & sententia. Nam quũ a Phocione quęrisset: quidnã potissimum in vita sibi cẽseret agẽdum, consuluisse primus omnium dicitur: vt arma exercitusq; dimitteret: si tranquillitatẽ sibi securãq; expeteret vitam. Sin vero gloriam, nominisq; celebritatẽ: in barbaros quos ei natura fecerat hostes, nõ in græcos vires suas virtutẽq; explicaret. Multos prętera fertur ad eius ingeniũ institutũq; accõmodatos sermões habuisse: atrocesq; iuuenis animos inflexisse: & ab Athenienſium odio in beniuolentiã ita traduxisse: vt per Phocionẽ Athenienses monuerit: rebus suis ita prospicere: vt siquid sibi contigisset aduersi, Græcię imperiũ vẽdicarẽt. Eum sibi priuatim & hospitem fecit, & amicum appellauit. Cui honoris tm̃ authoritatisq; tribuit: quantũ nemini ferme omnium quos apud se habuit vnq̃. Nam Duris historicus Alexãdrũ tradit posteaq̃ profligato Dario magnũ sese cognominari voluit, nulli mortalium in epistolis dixisse salutem: prętereq̃ Phocioni, Antipatroq;: quos duos honoris causa semper initio literarum saluere iubebat. Hoc ipsum & Chares rerum scriptor: memorię prodidit. Fama est prętera Alexãdrum ex Asia cẽtum Phocioni talẽta dono misisse: atq; Phocionẽ vt erat auri minime auidus, nuntios qui ad se illa detulerant rogasse: quidnã esset causę, quãobrem se vnum Alexander inter tot claros prestãtesq; Athenis viros donãdum potissimum delegisset. Respondẽtibus illis: quia te vnũ ex omnibus virum bonum & honestum iudicat: Sinito igitur inquit qualem me iudicat talem & esse & videri perpetuo. Illi domũ Phocionẽ subsequuti ingressiq;, vbi domestica viri paupertatẽ inspiciunt ędes videlicet vacuas, pinsentẽ vxorẽ, & illum sibi lauandis pedibus aquã haurientem: hęc inquã vbi conspiciunt: vt pecuniam accipiat rogãt importunius: indignũ esse dicentes: regis amico eidẽq; primario in omni gratia viro vitam vsq; adeo abiectam & inopem esse. Conuersus tum Phocion: quum medicum quendam senem vidisset sordido amictu prętereuntem: illos rogat num minoris se existimarent q̃ istum. Precantibus vt diceret meliora: at qui paucioribus inquit q̃ ego vixit ille: cui sat est quantulumcunq; quottidianus labor adiiciat. Desinite igitur me frustra obtundere. Ego enim argentũ in cassum sumpsero: si sumpsero: pro eius amplitudine non vtar: si vero vtar, dignã ego cũ rege ipso inuidiam & suspitionẽ non euit abo. Nũtii perspecta viri cõstantia: ad regẽ cũ auro redeunt: omnem vero Græciã celebris eiusce rei fama peruasit: atq; per disputantium philo-

Philippi interitus.

Alexander Demosthenem Lycurgũ, Hyperidẽ, & Charidemũ ad supplicium flagitat.

Phocionis oratio in concilio habita.

Phocion factus amicus Alexãdro.

Alexander Magnus salutẽ nemini in epistolis dixit nisi Phociõi & Antipatro

Alexandri dona Phociõ respuit.

Phocionis constantia.

sophorum scholas increpuit quæstio: vter esset ditior: is ne qui aurum obtulisset: an qui in summa auri egestate aurum contempsisset. Indignatus Alexander munificentiam suã Phocionis frugalitate & continentia superatam: longe plura mittit de integro: illud adiiciens: amicũ neminẽ sibi putare: qui ab se non accipiat. At Phocion quum nihilo segnius hoc auri respuisset: ne regis tñ videretur aspernari liberalitatẽ: pro auro petit, vt Echecratidem sophistã, simulq; Athenodorum Imbriũ duosq; itẽ Rhodios, Sparathonem & Demaratum vinculis solueret: quos variis accusatos criminibus Sardibus coercuerat. Hos Alexander continuo carcere liberatos dimisit. Et pauloante q̃ e vita migraret proditum est: imperasse Cratero in Macedonias venienti: vti ex quatuor his Asiæ vrbibus Chio, Gergitho, Mylasis, & Eleaminis, deligẽde Phocioni faceret optionẽ: adiiceretq;, si oẽs ille repudiasset, graue id admodum & permolestum sibi futurũ. Nec tñ potuit vel muneris amplitudo, vel dulcedo sumẽdi, hominis continentiã & pectoris firmitatẽ labefactare. Extant adhuc in Melita Athenarum vico Phocionis ędes æreis adornatę laminis: alioqui parce & nullo splendore aut luxu elaboratę. Geminas eum habuisse vxores literis mandatum inuenio: primã Cephi Sedoti filii, quã sororem: eamq; nulla insigni laude celebratã. Alterius vero pudicitia modestiaq; haud minus illustris, q̃ viri virtus Athenis fuit. Aiunt enim quum ad spectandas nouas tragœdias frequẽs populus in Caueam conuenisset: vnum ex Tragœdis reginæ personam introducturum a Melanthio ludorum præfecto quum plures petiisset ancillas cultu magnifico exornatas: & quum Melanthius tot se daturum negasset, iratum Tragœdum in theathrum noluisse procedere. Tũ præfectus Tragœdo vi protracto in mediũ quãta voce potuit clamauit: Vides ne improbe hominũ, vxorẽ Phocionis vnica cum ancilla muliere semper prodire in publicum? iã nimiũ ineptus es: nimium muliebri fastui tribuis: corrũpis exemplo tuo Athenienſium matronarũ mores & modestiam. Hæc a Melanthio dicta ingenti plausu ab omni theatro excepta sunt. Ferunt insuper nobilẽ quandã mulierẽ genere Ionicam Athenas profectã quũ in vxoris Phocionis amicitiam venisset, aureos illi tot ques variisq; gẽmis distincta monilia: mundũ sui corporis, ostentasse. Tum illa meum vero inquit ornamentum est Phocion Atheniẽsium iã vigesimũ imperator. Filium ei Phocion nomine fuisse perhibẽt. Is quũ cuperet equestrẽ certare ludũ: quẽ Apobatẽ Attici vocãt: permisit pater: nõ tam victoriæ desiderio, q̃ vt adolescentis corpus lõge prius vsu & labore exercitum, & robustius & agilius redderetur: vt illum ludorũ delectatione pellectum, a priori vita si fieri posset abduceret. Erat enim in tẽperans Phocius: & vini immoderatius appetẽs. Potitus est adolescẽs victoria: vnicę ex ęqualibus suis quum tñ id plęriq; oẽs peterent, parandi ob victoriam epuli munus traditur. Cœnę itaq; tpe Phocion stratis iam triclinĩis veniens: quum plęraq; offendisset paulo delicatius splendidiusq; parata: in primis Aruisia vina vario mista aromate pedibus lauandis apposita: Quid finis inquit o Phocia architriclinum hunc tuã hoc luxu fœdare victoriam? Intemperantiam vero filii quum nulla posset arte ad ingenuos mores transferre: Lacedæmonẽ illum tãdem instituendum adducit: & in adolescẽtium locat ordinẽ: quem Agogen græco vocabulo nuncupãt. Visa est ea res Athenienſiũ animos incendisse: arbitratos. Atticam dignitatẽ atq; doctrinã summis vbiq; laudibus celebratã, sperni contẽniq;; q̃ grauissimus homo, idẽq; primarius ciuis, peregrinam disciplinam illorum moribus prętulisset. Tunc Demadẽ ita Phocioni loquutũ aiũt. Ẽn qd phibet o Phocion, quo minus populo Atheniẽsiũ in aĩum inducamus: vt laconicã disciplinã in hanc ciuitatẽ excipiant? velintq; patrios mores ad illorum formã & institutũ traducere? me pfecto si eadẽ tibi mens est, & ferendę & suadẽdę legis principem fore polliceor. Quid ni feras & suadeas Phocion inquit? qñ quidem nemo te magis est ad eiusmodi laudandã legẽ idoneus. Nam tibi vni maxime omnium ciuitas iure crediderit: homini vnguẽtato, & myrtũ vndiq; redolẽti: quoue nẽo videri cupiat aut in vestitu splẽdidior: aut domi lautior: aut in oĩ luxus genere delicatior. Tibi inquã ciuitas iure crediderit: quum de frugalitate, de continentia, de neglecto corporis cultu, de labore, de vigiliis, de paupertate, de durissimis deniq; Lycurgi legibus earumq; laudibus disputabis. Ea tẽpestate Alexãder triremes ex fœdere sibi debitas ab Atheniẽsibus postulabat. Ei postulationi rhetores Attici magno sunt studio aduersati: tum Phocion iussus sententiam suam dicere, Ego inquit vobis aut armis vincẽdum sentio: aut victoribus plane obtemperãdum. Pytheas homo tunc nouus erat: & nuper in rempub. quum largiendo, tum populum blande salutando ascitus: cuius quum quottidiana dicacitate conciones obtunderentur, Phocion ingt: tacebit ne vnq; homo hic nouus, & populi Athenienſis emptitius? Harpalus ab Alexandro fugiens cum ingenti auro ex Asia Athenas traiecerat. Ad hunc certatim continuo cõfluit magna ciuium vis: auri magis q̃ hominis amore compulsi: in primisq; oratores, & hi qui quęstum ex pulpito faciebant. Hos Harpalus exigua largitione pellectos facile sibi emptitios effecit. Vbi vero Phocionis: quem ante omnes beneficio sibi deuinctum cupit: integritatẽ constantiamq; intelligit: validiori rete ad huiusmodi aucupium opus esse ratus: septuaginta illi dono talenta mittit: oratq;, vt sese suasq; fortunas in fidem & clientelam accipiat. Indignatus Phocion ad nuntios versus: auferte isthęc inquit hominũ improbissimi: meoq; nomine mœrorẽ & luctum renuntiate Harpalo: nisi a corrumpenda ciuitate manum abstineat. His verbis sibi me-

Melita vicus Athenarũ. Phocioni duæ vxores Melãthius ludorũ præfectus.

Phocionis filius Phocionis. Apobates .i. ludi equestris.

Aruisia vina.

Agoge .i. puerorum ordo.

Pytheas.

Harpali furtiuus ab Alexandro

Phocionis constantia.

tuēs Harpalus, neminē deinceps auro est oppugnare adortus: paulocp post plane perspexit plus sibi ex largitionibus detrimēti, q̄ commodi cōparasse. Mox enim quum de illo apud populū agerēt: eos ois, quos donis labefactare quæsierat: vt se sumpti auri suspitione eximerēt, suę causę palā adsuersos habuit. Contra Phocion haud minus veritatis cultor, q̄ eiusmodi criminatiōis intrepidus, Harpalum aperte defendere: affirmare tāti viri non esse salutē aspernandā: e repub. se putare vt ille vitam Athenis degens ciuitatis temporibus si casus dederit pręsto adesse possit. Harpalus his audi tis, gratiam Phocioni quoquo modo referre conatus, vbi hominem vidit omni vndiq; explorato aditu, velut munitissimā arcem, donis inexpugnabilē stare: ad eius generum Charidē sese cōuertit: hominē sicut ingenio parum integro, ita cito in malā famā ex Harpali consuetudine lapsum. Harpalus itaq; multa Charidem familiaritate cōplecti: ei se suaq; omnia facile credere. Si quid facto cōsultoue opus esset: eius opera & sententia potissimum vti. Feruntq; mortua Pithonica nobili scorto, quā Harpalus amore insano deperibat, condendi magno sumptu sepulcri curam Charidi Harpalū tradidisse. Erat ea procuratio genere ipso abiecta & sordida: & ignominiam auxit ipsius tumuli tenuis & mentito sumptu minime respondēs ornatus. Extat enim adhuc sepulcrū illud: secus eremū: qua in Eleusinā ex vrbe est iter: in quo nihil omnino cōspicitur dignū triginta talentis: quū tot Charides reddita impēsæ ratione ab Harpalo exegisset. Harpalus deinde morbo oppressus naturę tādem concessit. Eius filia quā Pithonica partu ediderat, in Phocionis Charidisq; tutelā relicta: & diligēter ab his & perhumane educata est. Et quū Charides male administratę Harpalianę pecuniæ accersitus reus, frustra oraret socerū: vt suę causæ patronus adesset, Ego te Phocion inquit: honestis tm̄ in rebus genęq; mihi adsciui. Alexandri mortē Asclepiades primus omnium Athenis renuntiauit: cui Demades credendū esse negabat: quia tanti odore cadaueris primo die impleri orbē terrę par fuerit. Quum vero populū videret Phocion res nouas molientē: surgentes motus omni studio cōpescebat: ad tumultuosum quēq; accedebat: hortabatur: vt certiorē huius mortis nuntiū expectarēt. Et quum multi tam ignari veritatis q̄ nouādarū rerū cupidi pro concione clamarēt Asclepiadē vera dicere: Phocion ait: Si hoc hodie verū est, & eras erit, & perpetuo deinceps verū. Quare per deos immortales viri Athenienses vos oro: ne precipites in noua ruamus consilia: sed grauiter tuēq; ita de repu. statuamus: vt nostri posthac cōsilii nō pœniteat. Ea tēpestate Leosthenis erat Athenis amplissima authoritas. Is ad inferēda reliquę Græciæ arma populū quottidianis stimulis concitabat: qui quū Phocionē sibi aduersantē per contēptum rogaret: quidnam toties imperator reipu. profugisset: haud paq; equidē Phocion ait: qui ciues meos vt propriis tumulis cōderētur, effeci. Huic quoq; superbe multa & varia de se iactāti, Sermones inquit tui cupresso sunt plane similes: nā magni sunt, & nullos fructus ferunt. Et quum exurgens Hyperides sic Phocionē interpellasset: Quo igitur tēpore gerēdum a nobis bellum cēsebis? Tunc inquit quum milites videro suos ordines non deserere: diuites libēter tributū conferre: & oratores a peculatu penitus abstinere. Leosthenes igitur dux tandē ei bello prefectus, quum ingēris copias coegisset: & multi mortales eū numerū, tum militis ornatū admirarētur: rogatus Phocion qualis sibi ille exercitus videretur: belle me Hercules inquit ad stadium decurrendum instructus: longiorē vero belli cursum expaueo: q̄ ciuitati nostrę intelligo neq; naues, neq; militē, neq; pecuniā in supplementū super esse. Quibus verbis paulopost astipulatus est ipse rerum euētus. Vt primū enim est eductus exercitus: secundo Marte pugnatū est: Bœotii collatis vtrinq; signis profligati: Antipater in Lamiā fugatus & cōclusus. Ea prima fortuna ciuitatē nō minori spe q̄ gaudio inflatā extulit. Ludi per vrbē passim instituti: Templis oībus & delubris supplicationes gratiæq; diis benefauētibus habitæ. Inter hæc nonnullos ferunt a quibus Phocion de mouendo bello dissenserat, eū exprobrādi gratia rogasse: nunquid hæc vellet non euenisse. Quibus ille, minime quidē inquit: nec me propterea consilii pœnitet mei. Et quū frequētes e castris nuntii super aliū alius prosperū aliquid quotidie nuntiarēt: nunq̄ ne inquit finē his victoriis faciemus? Mortuo in ea expeditiōe Leosthene, veriti quidā ne Phocion si illi subrogaretur, bellū in pacē verteret: hominē quendā adornant: sicut ignobilē fama & genere: ita pulchre ad mētiendū instructū. Hic dum imperatoria haberētur comitia, exurgēs ait: Se teneris ab annis Phocionē non vulgariter dilexisse primāq; pueritiā sub eodē prœceptore, & reliquā deinde ętatē secū familiariter exegisse: se quū beniuolentia, tum illius virtute adductum de salute hominis sollicite cogitare. Tāti viri vitæ ac laboribus esse parcēdum: illū angustioribus reipu. tēporibus seruādum: cui neq; simile ciuitas, neq; proximū quenq̄ haberet. Abunde idoneū esse Antiphilū: qui huic imperator bello prefici at. His cōmentis quū populum in suā sententiā traduxisset: accedēs ad eum Phocion, Ego te inquit nulla ętate condiscipulū, nulla familiarē aut cognitū habui. At amicū ex hoc die perlibenter accipio: quē intelligo quaqua ratione adductum, & cōmodis & saluti meæ consuluisse. Athenienses ira perciti arma vidēbātur in Bœotios esse moturi. Cœpit Phocion per id tēporis imperator, incēsę multitudini primum obsistere: tunc nonnulli eius capiti metuentes, illum hortari: vt ab incœpto desisteret: cædē ei paratam esse: si insanę plebi semper aduersus cum illius ira & furore pugnauerit. Quibus Phocion: iniuria equidem peream: si pro salute reipub. certans cecidero. Si

Charides Phocionis gener. Pithonica scortum.

Harpali in teritus. Harpali filia in tutelā Charidi & Phociōi relicta.

Asclepiades nūtius Athenis primus de morte Alexandri.

Leosthenes

Leosthenes dux pficię bello reliquę græciæ inferendo.

Leosthenes moritur.

Antiphil⁹.

vero contra iure & magno meo occumbam merito. Ast vbi vidit nihil se cõsilio aut verbis profi/
cere: populumq; furẽtem in bellum & arma ruere: altu illos cohibẽdos ratus, q̃primũ edici p præ/
conẽ iubet: oẽs qui intra septuagesimum annũ ac pubertatẽ essent, statim dimissa concione arma
tos affore: sumptoq; .v. diẽq; cõmeatu, sese cõsestim in Bœotiam seq. Ortus cõtinuo tumultus est
Nam hi quos iam ętate cõfectos inualidũ corpus ipsaq; naturæ lex emeritos fecerat, edicti crude/
litatem acrius incusabãt. Quibus Phocion. Quid hoc intemperiarum est! quidnam ego iniuriæ
vobis facio: si & ipse octogenarius in armis adero! Hac siquidem arte mutatos illos a belli impetu
ad quietem otiumq; traduxit. Sub idem tps nuntiatum est Mitionem cum frequenti Macedonũ
manu: multoq; item mercenario milite oram maritimã crebris excursionibus deuastate: & ad Rha
musium vsq; progressum omni belli clade adiacẽtem agrũ peruadere. Tum Phocion raptim coa
ctas educit copias: Macedoni q̃celerrime occursurus. Castris itaq; intra conspectũ hostiũ positis,
quum plæriq; ex suis aliunde alius ad eum cõcurrerẽt: atq; officio velut imperatorio fungentes di/
cerent: hic quidẽ pximum esse tumulum pedite occupandum: ille Macedonem equite circũueni/
endum: alius aliunde hostem adoriendum: stomochatus tandem O Hercules inqt, vt multos hic
imperatores hodiæ video: vt paucos milites. Suis deinde in aciem explicatis, vnum ex militibus
videt relicto ordine aliquanto longius in hostes prodire. Hic deinde conspecto Macedone, qui
acer in armis sibi pugnaturus occurrerat, pedem metu referens: sese continuo in pristinum loc̃ re/
cipit. tum Phocion: Num te, inquit, hominũ ignauissime bini iam deserti ordini, pudet nã & quẽ
impator locum tibi decreuerat: & quẽ tute tibi locũ delegeras: reliquisti. Conserto itaq; prælio, bre/
ui mora pfligatum hostem longe lateq; disiecit. Fuit ea victoria quõ ipsius Mitionis, tum aliorum
nobilium cædeinsignis. His ita gestis, Leõnatus accitis ex Asia Macedonibus, Græcas quoq; copi/
as in Thessalia cũ Antipatro iungit. Pediti præerat Antiphilius: Memnon Thessalus equiti. Hos
Phocion cruento marte superatos fudit. Cecidit in eo prælio Leõnatus infesto telo acriter dimi/
cando traiectus. Secũdũ hãc Craterus cũ ingenti militũ vi ex Asia traiecit in Græciã. Cũ eo quoq;
instructis copiis in Cranone pugnatũ est. Anceps diu certamen fuit: cessitq; tandem Græcus viri/
bus aliquanto inferior: haud magna tñ accepta clade: pauciscq; ferro absumptis: q̃q̃ Græci paulo
post in Antipatri potestatem sua culpa redacti sunt: tum ob cõtemptos ab se duces: quos nec ętas,
nec rerum vsus: nec gubernãdi peritia imperio dignos fecerãt: tum etiã ob ipsoꝝ ignauiã: q; vt An
tipatrũ viderũt suis admotũ mœnibus, vano metu pterriti: & vrbes & libertatem pariter tradide/
re. Post hæc antipater infesto agmine Athenas petiturus videbatur: tum Demosthenes: Hyperi/
desq; capitis metu ex vrbe cesserũt. Erat ea tempestate Demades: & senatu: & omni publico electus
munere: cui neq; comitiis interesse: neq; vlli cõsilio publico tũc licebat: quia pecuniam qua illum
Atheniẽses mulctauerãt (septies enĩ falsi damnatus fuerat) nõdum soluerat ob inopiã. Is igitur
ptistina sibi ob iniquitatem temporũ vsurpata licentia tulit ad populũ vt legati ad Antipatrũ de
pace acturi cum imperatoria potestate mitterẽtur. Plebs metuens ad Phocionẽ studiose cõfugere
eius opem & cõsilium implorare: illi vni suam: patriæq; salutẽ cõmittere. Quibus Phocion, Si mi
hi creditum, inqt, esset tunc quũ otiosis vobis cõsulebam: haud nũc pfecto tumultuãtes cõsulere/
tis: cui potissimũ: vos: vestraq; credere debeatis. Quum Demadis ergo sentẽtia populo placuisset:
Phocion oĩum cõsensu legatus ad Antipatrũ mittit. Hic tunc in Thebano statiua habebat: refici
endo armãdoq; militi intentus: vt indein Atticum agrũ irrumperet. Phociõ primũ oĩum ab An/
tipatro petit: vt Atticis finibus, quoad agatur de pace, abstineat. Craterus iniuste id a Phocione
peti dicebat: negabat enim prudẽtis esse aut boni imperatoris exercitu ex socioꝝ agris atq; opibus
alere, quẽ tuto liceat hostili præda pastum locupletare. Tũ Antipater apprehensa legati dextera,
danda est inqt hæc Phocioni nostro gratia. Inde quũ de pacis cõditionibus est cõuentum, Athe
nas rediẽs Phocion, vbi populi cõsensu firmata sunt oĩa, Thebas cõtinuo aliis cũ legatis emittit.
Horum principẽ constat Xenocratem fuisse philosophũ: cuius de vita: moribus: virtuteq; tanta
fuit mortaliũ ea tẽpestate opinio: tãta nominis apud oẽs: famæq; celebritas: vt vulgo crederet:
nullum esse hominis tam crudelẽ, nullum ita ferum & cõcitatũ aĩum: quẽ nõ vel solus Xenocratis
conspectus ad mãsuetudinẽ: suiq; venerationem: & amorẽ traduceret. Sed fefellit hãc hoĩum opi/
nionem ingrata quædam Antipatri: & bonis infesta malignitas. Nam cæteros legatos humane
complexus, hunc vnum: non dico non salutare, sed nec aspicere quidem sustinuit. Tum Xeno/
cratem bene secum agi dixisse ferunt: si se vnum Antipater suæ in Athenienses ingratitudinis: &
perfidiæ vereatur testem. Eum deinde dicere incipientem tacere tandem quum obstrependo, tum
aduersando & comminitando coegit. Phocion itaq; quum post Xenocratem suæ ciuitatis cau/
sam peroraſſet, Antipater in amicitia se populi Athenienſis manſurum respondit: permiſſurum/
q; vt ibi patriis legibus viueretur: si Demosthenes sibi & Hyperides dederentur: si item illi e Repu.
excluderentur: qui nihil: vbi opus erat: conferrent in publicũ: si suum præsidium in Munychiam
hoc est in Athenarum arcem accepissent: si deniq; absumptam eo bello pecuniam: acceptaq; dam
na resarcirent. Has cæteri legati conditiones q; læto excipiunt animo: at Xenocratem dixisse fa/

Mitio Ma/
cedonũ dux
Rhãnusius
ager.

Phociõ cõ/
misso plio
Macedo
nas supat.
Leõnatus.
occiditur.
Craterus a
phocione
superatus.
Cranon.

Demades
senatu, eie/
ctus: & falsi
septies dã/
natus.

Phociõ ora
tor ad Anti
patrum.

Xenocra/
tes phus.

Munychia
id est arax
Athenarũ.

ma est: Seruis illas adeo belle modestas fore: liberis vero sicuti durissimas, ita & repudiandas omnino. Quum aũt Phocion oraret Antipatrũ: vt arcem vellet: eiusq; præsidiũ in Athenienſium manere potestate: nõnulli Antipatrũ ita respondisse tradunt. Volumus equidẽ omnia tua gratia facere: his exceptis: quæ aut tibi perniciei: aut nobis periculo venire possint. q̃q̃ alii non hęc dixisse scribũt Antipatrũ: sed rogasse Phocionẽ, vellet ne vas esse p Athenienſium fide & cõstãtia: spõdereq; populum, si atcem illi & præsidium reliquisset, in pace suaq; amicitia permansuꝝ: nihil tumulti posthac contra se excitaturꝝ. Tacente Phocione, & repetenti hæc verba Antipatro nihil præterea respondẽte, Carabum quendã procacem hominẽ: & libertatis hostem acerrimum prosiliẽtẽ dixisse tradunt: Et si spoponderit hic, ei ne credes Antipater! Athenienſes itaq; accepere præsidium: cuius fuit præfectus Menillus, homo & ingenio miti: & Phocioni necessitudine iunctus. Visa est nobilissimæ ciuitati tristis nimiũ & supba ac insolens ea cõditio: nec tã ad Antipatri fitmandã potentiã, q̃ ostentandę licentiæ, inferendæq; cõtumeliæ causa excogitata. Auxit aũt hominũ luctũ atq; mœrorẽ tẽpus ipsum: nam ad. xiii. Kal'. Nouembres in arcem est accepta custodia: quo scilicet die magnoꝝ mysterioꝝ Athenis agebantur solennia: & Iaccus: hoc est Liber pater in Eleusinam ex vrbe transmitte batur. Igitur hæ deoꝝ immortalium cerimoniæ haud minoti Græcorum celebritate, q̃ veneratione confici solitæ, quum armorum strepitu: tumultuq; militari confunderentur, plurimis occasioni fuere mortalibus: vt extinctũ claríssimę ciuitatis splẽdorẽ: obtrutãq; dignitatẽ lamẽtis & fletucõ quererent. Exactã superiotis æui felicitatem cũ præsenti calamitate conferebant. Repetebant animo mysticas illas & voces: & visiones: quas melioribus Reipub. tẽporibus incredibili admiratiõe: stupotecq; vel ipsi Athenaꝝ hostes excipiebant: vt deoꝝ numina tunc viderẽtur id sibi ex omni ter rarum orbe charissimũ domicilium delegisse: nunc vero deos ipsos velut iratos venisse spectatum Græciq; miserias atq; ruinã: & quasi exprobtata superiore fortuna, nũc ignominiæ causa sanctissimũ ex omnibus & iocundissimũ cõtaminasse diem: vt q lætissimus esset antea appellatus, nunc mutato nomine miserabilis: mœstusq; & sibi & posteris diceretur. Memotiæ vero proditum est: paucos: anteq̃ hæc euenissent: annos Dodonides oraculum Athenienſibus edidisse: quo cõsulebãt arcẽ Palladis ab externis vitibus diligentissime custoditi. Item per eos dies ferũt, qbus euenerũt hęc, victimas mysticis insulis circũuolui solitas mutato colore atras ex puniceis vnotpis pũcto factas: quũ quũ pristinũ tamen colorẽ reliqua omnis priuata supellex retinuisset. Et sacerdotem aiunt quũ portcellum tranquillo in portu lauaret, cetũ derepente emergentem ab imis corporis partibus ad ventrẽ vsq; deglutiuisse: quasi dea ciuitatẽ hoc voluerit monuisse p digio: vt superiotes vrbis partes maritimis, inferioribusq; amissis costodirent. Menillus milites quos secũ in p̃sidium duxerat ab omni p̃rsus iniuria ita cõtinuit: vt nihil triste Atheniẽsibus intulerit ea cõditio. Eos qui ex fœdere ob inopiã & egestatẽ e ciuitate sunt electi, supra. xii. milia fuisse tradũt: quoꝝ pars in vrbe manẽtes hac nocua dehonestati cõtumelia: spectaculo mortalibus erant: pars relictis patriis lartibus, in Thraciam migrauere: vbi quũ agrũ illis Antipater & definiuisset: quodã incluſi velut carcere videbanẽ. Indignus autẽ Demosthenis in Calauria: Hyperidisq; apud Cleonas interitus, de qbus alio diximus loco: Alexãdri: Philippiq; nedũ extinxit odiũ: verũetiã desyderiũ excitauit: licuitq; Atheniẽsibus id tũc dicere: quod agricolam quendã in Phrygia dixisse constat. Nã posteaq̃ trucidato Antigono occiso res eius terũ potiti omni gñe iniuriarum mortales sibi subiectos affecerant: agricola quidam, agellũ fodiens togatus qdnã faceret! Ego suspirãs inquit Antigonũ quærito. Hoc ipsum licuit per id tẽpus Athenienſibus dicere: cupere scilicet se Philippũ: Alexandrũq;. Meminerãt enim quãtus fuisset in regibus illi splendor: animiq; maiestas: quãta regę gestarũ gloria: quantũ in omni regia virtute lumẽ atq; præstãtia: quos tametsi hostes sibi: iratosq; habuissent: fuisse tñ illoꝝ, vt in aio celso: generosoq; facilẽ itã atq; placabilẽ Contra vero Antigoni truculentũ & crudele imperiũ eo erat oibus durius: quo aspectu fœdo deformiq; sordido: & populari amictu: victu parco planeq; vulgari regis speciẽ ac dignitatẽ mentiebatur. Atqui Phociõ precatus Antipatrũ: cõplures exilio soluit: multisq; item quoꝝ vnus Agnonides sycophanta fuit, effecit: vt Peloponesum habitare liceret: neue vt cętęri Græcia electi ad incolẽdũ Tenaꝝ: aut Ceraunicos saltus relegarẽtur. Interea Phocion ciuitatis cura suscepta: eos qui ingenio fuissent miti & vrbano, magistratibus honestabat. Seditiosos & nouæ fortunæ cupidos: quos nec impositum iugum: nec ablata calcitrãdi licentia satis edomuisset, ad telluris & Agrorum colendorum curã studiumq; conuertit. Xenocratem vero exinquilinorum ordine quũ in ciuium numeꝝ transferre vellet: nunq̃ inquit ille cõmittam: vt eius ciuitatis appellet ciuis: q̃ ne talis fieret, omni diligentia legatus elaboraui. Quum vero Menillus Phocioni pecuniam dono misisset: respondisse illum tradunt: Alexandro Menillum neq; esse præstantiorem: neq; honestiorem nunc esse sumẽdi occasionem: a quo etiam maiora repudiarit. Quum aũtem a Menillo eam vt Phocio filio sumendam permitteret togaretur: Phocius, inquit, filius si vitã & mores cõposuerit: viuet ille quidem patetna hęreditate contentus: si prodigus: vt est: impurusq; perstiterit: nec argentum hoc satis fututum scio. Antipatro aũt iniustũ quippiã ab eo p nuntios flagitãti, Nõ habebit me, inquit, & amicum pariter: & assentatorem Antipater. Antipatrũ quoq; plærunq; dice

Carabus p cax homo. Menillus p fectus arcis Athenaꝝ pro Antipatro.

Magna mysteria.

Prodigia Athenaꝝ pacẽ cũ Antipatro se cura.

Demosthenis interit⁹ Hyperidis mors.

Antigoni impetum crudele. Agnonides sycophãta exilio liberatur. Xenocra.

Menill⁹ pecuniã mittit Phocioni.

re ſolitum accepimus: duos Athenis ſibi eſſe amicos: Phocionē|Demademq; quos alteri nūq; po|tuiſſet vt caperet ſuadere: alteq; nunq; potuiſſet largiendo explete. Pauptatem eteni Phocion quaſi pręcipuū aliquod virtutis decus & argumentum excoluit: q Athenienſium toties impator tātam opulentiſſimoq; tegum beniuolentiā cōſequutus, oēm tamen ætatem pauper diuitiis cōtēptus exegerit, At vero Demades ingentes diuitias ſicuti q̄ſitas turpiter, ita luxurioſe diſiectas, pfudit. In quo nō neceſſitas, nō ratio, non honeſtas: ſed ſola libido modum ſumptibus ſtatuebat: qui ſibi laudē ex impenſis nō modo turpibus, verūetiam patria lege vetitis quæritabat. Nam quū Athenis eſſet lex: quæ peregrinum vetaret publicis ludis in theatro ſaltare: & mille drachmaq; mulcta indiceret ludi præfecto, q ſaltatorem eiuſce induxiſſet. Demades quū ludos ipſe pararet, pœna nihilominus| q̄ legis veneratione neglecta, centū & eo amplius magno vndiq; ſtudio cōquiſitos aduenas ſaltatores in theatrum admiſit: millenaſq; p ſingulis exoluit drachmas. Demeæ veto filii nuptias regio ſplendore parauit: in qbus eū ita filio loquutū accepimus. Mattis tuæ nuptias o Demea vix vel vicinoq; quiſq; ſenſit quum ducebatur: quū tuæ nūc & principibus|& regibus celebratæ ſint. Cupiebant vehementer Athenienſes Macedonum leuari præſidio: Phocionemq; pterea importunius ea de re agitabant: quaſi is vnus eſſet, cuius dignitati ac beniuolentiæ id ab Antipatro facile donaretur. Phocion|ſiue cōſequendæ rei deſperatiōe perterritus: ſiue, id quod arbitror, populum ratus modeſtiorem hoc metu: quietioremq; in ciuitate futuq;: nullis adduci precibus potuit: vt id munetis vellet accipere. Tributū vero vt in aliud differretur tempus, libens ab Antipatro impetrauit. Populus a Phocione cōuerſus ad Demadem: facile illi ſuadet: vt p auferendo præſidio legatus proficiſcatur. Demades ſumpto ſecum Demea filio, in Macedoniam venit: fato quodam tunc: vt videtur eo profectus: quo tpe letali valetudine Antipater tenebatur. Nam Caſſander, cuius erant primę partes apud Antipatrū. Demadis ad Antigonū literas nup interceptas habebat: qbus illum ex Aſia ad occupandam Græciā iam velut ex pueri verereq; filo pendentem accerſebat: Antipatrū ſcilicet filium putre per cōtumeliam appellans. Caſſander vbi primū iſtuc ventum eſt, parentum: natūq; iubet pĥēdi. Primus demea intra paternos ſinus carnifici iugulum dedit: ita vt Demades cruore nati fœdatus: flebile cunctis mortalibus ſpectaculum fuerit. Ipſum deinde patrem multiplici affectum cōtumelia & pditorem: ingratumq; ſæpius vociratum: tandem crudeliter trucidauit Antipater moriens Polypercontē imperatorem conſtituit: Tribunum vero militum Caſſandrum. Hic rege vita functo in ſpem occupandarum reꝝ elatus, omni ſublata mora. Nicanorē perinde ac Menillo ſuffectū Athenas mittit: qui Munichiam anteq; Antipatri vulgaretur mors, ab illo recipiat. Quod quū ceſſiſſet e ſententia: paulopoſt re patefacta, Phocionē populus inſimulare quaſi ille Nicanoris gratia cognitā Macedonis mortem ſilentio cōtexiſſet. Phocion populari leuitate neglecta. Nicanoren nihilominus cōueniens in longam diem ſecum tracto ſermone, beniuolum eum mitemq; Athenienſibus reddidit: a quo etiam vt theatricos ludos ad leniendum mœrorē populi multo ſumptu & ſplendore inſtrueret impetrauit. Secundū hęc Polypercon cui relicti filii curam liquerat Antipater: dolo & aſtu cū Caſſandro agendum ratus, epiſtolam regis nomine Athenas mittit: qua ſe illos ſcribit priſtinæ reſtituere libertati: permittereq; vt more patrio: veteriq; lege ciuitas gubernaretur. Eo conſilio inſidias Polipercon ſeſe Phocioni parare credidit. Nam quū cōſtituiſſet animo Athenas in ſuam redigere poteſtatē: nihil ſe nō electo Phociōe cōſequuturum putauit: Phocionē autem facile perditum iri: ſi electa ex fœdere cū Antipatro paupertas in ciuitatem reciperetur: & ſi factioſi & populares rempub. naciſcerenē de integro. Igitur quum motus ob haſce literas excitarentur Athenis: videreturq; plebs ad res nouandas plurimū inclinata: Nicanor populi colloquiū petens, impetium coacto ibi ſenatu prætertit: ſeſe corpuſq; ac ſalutem ſolius Phociōis fidei trahēs. Dercillus interea, quem regis nomine Attica tunc regio præfectum habebat, inſidias Nicanori parat: vt eo capto, Caſſandri deinde præſidium Munychia eiiciat. Præſenſit dolos Nicanor: & in Munychiā permittente Phocione ſeſe repente recipiens, quū Dercilli fefelliſſet inſidias, putabatur vlci ſcendæ iniuriæ gratia aduerſus vrbem confeſtim arma moturus: pptereaq; Phocionē vulgo incuſabant: q Nicanori fugiendi fecerit poteſtatem. Contra Phocion ſeſe aiebat ſecurum omnis, periculi eſſe: & Nicanoris promiſſis ita fidere: vt ex eo nihil penitus ſperaret hoſtile. Q d ſi ſecus ac ipſe putabat euenirſet: malle ſe tamen acceptæ q̄ illatæ iniuriæ & pigere & reum eſſe. Hoc ſi Phocionis dictum in ſe nudum conſyderes, videbitur illud profecto honeſti conſtantis & fidelis animi imaginem plane referre: ſinautē ad patriç cōuertas pericula: meminerisq; illā nō hominis priuati, ſed ſummum gerentis magiſtratum vocem fuiſſe: neſcio an paulo ſeuerior illa fuerit, q̄ vel patriæ pietas: vel magiſtratus iura: vel neceſſitudo ciuium poſtulabat. Nam q Nicanorem permiſerit Munychiam repetere: non id fecit qui ciuitatem ſuſpicaretur in manifeſtum bellum impingere: ſed amicitiæ iura: daramq; a ſe Nicanori dextram ſuo, huic crimini pretendebat: arbitratus quieturum illum: promiſſæ ſibi pacis pudore, nihil tumulti: nihil iniuriarum Athenienſibus illaturum. Aliis etenim argumentis plane pſpectū eſt Phocionē illi longe plus æquo credidiſſe: quē quū palā plęticq; criminarentur: q Piræo pararet inſidias: tranſmitteretq; peregrinum militem quottidie Salami-

Demadis auaritia & pdigalitas.

Lex Athēis ne publicis ludis pegrinus in theatro ſaltaret

Demea Demadis fili⁹.

Caſſander.

Demadis & Demeę filii interitus.

Polypcon impator ab Antipatro cōſtituitur Nicanor.

Dercillus præfectus Atticæ.

nam:& multos item Pirei accolas auro sibi conciliaret: non adhibuit aures Phocion: falsos eas esse calumnias arbitratus. Quin & Philomedem Lampreum cõtempsit: q eiusce suspitionis metu ad populum tulerat: vt omnes arreptis armis ad imperatoris signum præsto essent. nulla enim ratione adduci potuit: vt iis quę Micanor contra ciuitatem moliebatur, accommodaret animum: quoad ille e Munychia impetũ cũ armatis faciẽs, fossam Pyreo vallumq; circũduxit. tum Phocion tumultuantem populum frustra conatus educere, & odio: & contemptui omnibus erat. Dum hæc ita geruntur, Polypercon Alexandrum filium cum ingenti armatorum numero mittit in speciem quidem ferendæ Athenienſibus opis contra Nicanorem: re autem ad subigendam, si posset, vrbẽ intestino iam morbo languentem. Fauebant ei exules ferme omnes: quibus suo iam beneficio restitutis, ciuitate frui licebat: fauebat egenorum turba: qui reipub. per illum redditi eo potissimum pacto relaturi gratiam videbantur. Concio igitur ex omni mortalium colluuione congeritur: in qua electo magistratu, Phocioni nouos imperatores sufficiunt. Nec Athenæ hoc vnq; periculi effugisset: ui crebri clandestiniq; Nicanoris cum Alexandro congressus propter mœnia sæpius deprehẽ si illorũ patefecissent concordiã: & Athenienses eius periculi cautos reddidissent. Secundũ hæc Phocion reus proditionis accusante Agnonide accersitur. Eo metu perterriti Pericles & Callimedon clam se ex vrbe surripiunt: Phocion & ipse relicta vrbe ad Polypercontẽ se cõfert cum paucis cum quis & Solon Plateensis: & Dinarchus Corinthius sunt profecti: ambo Polyperconti necessitudine & familiaritate coniuncti. Cęterum Dinarchus morbo |Melittęæ| correptus, cõplurium dierum moram itineri illo; adiecit. Hocinterim spatio rogationem tulit Archestratus, suadente Agonide, populoq; probante: vt q Phocionem accusarent legati ad regem continuo mitterentur. Eodem tempore: & ipsi legati: & Phocion Polypercontem peregre cum rege profectum assequuntur ad Pharygas. is est Phocidis vicus in radicibus montis positus: quem Galatam nunc vulgo appellant. Ibi Polypercon aurea vmbella posita, quũ sub illa sedentẽ regem constituisset regem, Dinarchũ cõtinuo cõprehendi iussum variis affectum suppliciis iugulat. deinde legatis Athenienſium protestate dicendi facta, in ipso statim cõsessu tumultuari & mutuis accusationibus cõclamari cœptũ. Tum Agnonides: Mittite nos, inqt, Athenas omnes, & vinctos, & vna cõclusos cauea: vbi de cuiusq; supplicio populus decernat ac statuat. Eã vocem in risum regem soluisse fertur. Macedones autem & peregrinos quos audiendi desyderium traxerat, huic consessui de industria circũfuderat. Fuit in eo iudicio partium periniqua conditio: nam Phocioni dicere pergenti sæpius obstrepens Polypercon, baculo tandem tellure percussa, abactum illum silere coegit. Hegemonẽ vero suæ in populum fidei & beniuolentiæ Polypercontis testimonium implorantem, quum illi Polypercon respõdisset iratus: vt desineret improbe de se coram rege mentiri: prosiliens rex pilo transuerberasset: ni Polypercon illum extemplo complexus cohibuisset. Eius tumultus causa solutus consessus est. Tũ Phocion & qui cum eo aderant, lictoribus custodiendi traduntur: reliqui eius comites: quos melior fortuna tunc forte absentes fecerat, mutata veste, capiteq; velato, custodias mentiri: salutem sibi fuga comparauerunt. Illos sitaq; Cletus vinctos reduxit Athenas: non tam, vt aiebat, q; de illorum criminibus iudicato statueretur: q̃ vt capite plecterentur iniudicati. Fuit id spectaculũ cunctis mortalibus, & mœstum, & miserabile: viros illustrium factorum, omnisq; laudis gloria præcellentes: latronũ more cõpeditos, plaustrisq; inuectos per Ceramicum (id erat scortorum diuersorium) spectante populo in theatrum peruehi: quos ibi Cletus ignominię causa tam diu detinuit: quoades omni hominum labe concio a magistratibus aduocata est: a qua non mancipium non peregrinũ non lenonem, non perditissimum deniq; quẽpiam exclusum fuisse ferunt: sed volenti cuiq; & theatrum: & pulpitum patuisse. Hic regis pro concione recitantur literæ: in quibus manifesto se reos p ditionis illos deprehendisse scribit: populoq; Athenienſi iudicandi facere potestatem: quippe qui liberiam & suis legibus viueret. His lectis, quum Cletus eos distraxisset in medium, optimus quisq; crudelitate facinoris misericordiaq; perculsi, faciem velare: oculos a tam truci: flebiliq; spectaculo prohibere: solem nihil vsq̃ crudelius: nihil vidisse indignius affirmare. Fuit inter his qui surgens in dia concione dicere paulo liberius auderet: seruum saltem esse & peregrinum quenq; eo concilio abigendum: regem iudicandi arbitrium populo permisisse: non vt nefarie iniusteq;, sed vt legitime, rite, sancte, de ciuiu capite statueretur. Huic voci plebs inflammata obstrepit: conclamat aduentasse iam diem: quo hanc paucorum potentiam funditus deleri oporteat: perdendum esse quicũq; multitudinem oderit rem Atticam alio iam pacto stare non posse. Ad ea quum nemo deinceps respõdere auderet: Phocion ipse inter furentis turbe tumultum & voces vix auditus, Nunquid nos, inquit, iure an iniuria necari par ducitis? Illis vero iure clamantibus, Quonam modo igitur |inquit| de inauditis iure decernitis? & quum nihilo tamen attentius audiretur, procedẽs paululum: Ego inquit me capitis reũ profiteor pro his quæ in republica: & gessi: & sæpe cõsului. At istos O viri Athenienses: quid est causæ: quamobrem nihil vobis iniuriatos occidatis? Cui quum respondissent: qm tibi amici sunt: secedens Phocion tacitus quiescebat. Tunc Agnonides Psephisma recitat iampridẽ ab se conscriptũ. eius hæc ferme sententia: Populus hos si reos obiecti criminis iudicarit, capite plectanter.

Philomedes lãpreus.

Alexander Polypercõtis filius.

Phocion p ditionis accusatur.

Periclis fuga ex Athenis.

Callimedõ.

Solon Plateensis.

archestrat⁹

Pharygę vicus Phocidis.

Galata.

Dinarchus Corinthi⁹

ingulatur.

Hegemon.

Phociõ custodiendus lictoribus traditur.

Cletus.

Ceramicũ scortoꝝ diuersorium.

Agnonidis Psephisma.

plectantur. Hoc audito, fuere nonnulli tanta immanitate animi: fæuitiaq; : vt Psephismati id vnũ deesse dicerent: Phocionem scilicet non ante necari, q̃ variis esset cruciatibus & tormentis afflictus: iubebantq; induci rotam inspectãte theatro: & ipsos cum flagris & securibus carnifices expediri. Agnonides, seu q id ægris auribus a Cleto auditum aduertit: seu quia facinus ipsum: & barbarum | & crudele nimium existimauit: quũ Callimedontem, inquit, mastygiã O Athenienses damnabimus, tũc ea supplicii crudelitate sæuire licebit: in Phocionẽ vero nihil tale laturus sum. Huic quendam summisse dixisse tradunt: Recte facis Agnonides: nam si excruciabitur Phocion: tibi qd faciemus? Post hæc quum ad scrutãdam sententiam populi circunducerẽtur vrnulæ: nullis vt in euersa concione sedẽtibus, quibusdam etiã coronatis, vt plecterẽtur capite iudicatũ est. Fuere cum Phocione damnati: Nicocles | Tudippus | Hegemon | & Pithocles: Demetrium vero Phalereum | Callimedontem | Charidem | alios q̃ nõnullos, q̃ forte tunc aberãt, & hos mortis decernunt reos Concione dimissa, quum damnati in custodiam ducerentur, cæteri qdem inter postremos amicorum | familiarium̃q; complexus fletu & lamentis misere complebant omnia: at Phocionem cerneres eodem oris habitu incedẽtem: quo domum olim solebat imperator a cõcione reduci. Nec minorem admirationis q̃ misericordiæ occasionẽ viri vultus & gestus | animiq; cõstantia & magnitudo mortalibus afferebat. Aduersarios tamen eius tanta fuisse animi atrocitate, tãta crudelitate & impudentia dicitur: vt obuiam inter ducendum sæpius facti, certatim illum probris & maledictis inciperent: auderetq; ex his vnus sputis eius ora fœdare. Tunc Phocion ad magistratum conuersus, Cohibebit ne quispiam, inquit, hodie huius hominis petulantiam atq; ineptias? Atqui Tudippo quum hic iam tritum | poculo q̃ infusum venenum conspiciens horruisset, fleretq; calamitatem hanc & crudelis iudicii indignitatem, accedens ppius Phocion, Num te solatur, inquit, q̃ iam es cum Phocione morituras? Rogatus ab amicis si quid Phocion filio nomine suo dici vellet Volo equidem, inquit: nescilicet illatæ mihi ab Athenienses iniuriæ reminiscatur. At quum ab eo peteret Nicocles is, quẽ fidelissimũ semp | omniũq; charissimũ habuit, vt priori sibi liceret haurire venenum: Durum id mihi quidem inquit O Nicocles | molestumq; : tñ & hoc tibi conceden-dum est: cui nihil vnq̃ in omni vita negandum putarim. Igitur quum & reliqui omnes poculum priores sumpsissent: defecisse venenum dicitur: carnifex vero se aliud nisi duodecim prius acceptis drachmis daturum negabat. tanti enim vnicã vẽnire aiebat. Tum Phocion vbi hominẽ vidit in proposito stantem: ne morti fieret mora, ex amicis vnũ aduocãs, quãdoquidem, ingt, nisi empta nece emori Athenis nõ licet, huic quẽso pretium dato. Erat tũc Munychionis mensis vnde vigesimus dies: quo tempore equester ordo Ioui solennem afferebat pompam. Horum pars in speciem luctus coronas auferentes, pars flendo ad carceris fores conuersi, eo pacto præstantissimi & innocentissimi ducis interitum ornauere? Nec mortalium quisq̃ fuit: in quo non fuisse | aut ferita te naturæ | aut ira: aliaq; accerbitate penitus extincta humanitas qui non impium & nefarium duxerit diem illum sanctissimum semper: & populo Athenienssi sacrum atq; solennem hoc publico piaculo fuisse pollutum: & castas per id saltẽ temporis manus a tam impio scelere non seruasse. At eius inimici, quorũ nondum erat in viuũ satis explicata crudelitas, mortui quoq; corpus atro citer insectati sunt. Illud enim nullo prorsus igne succensõ, nullo funesto lumine, nulla deniq; nõ honoris modo, sed ne humanitatis quidem significatione, Atticis exportari finibus edixerũt. Diciturq; ex illius familiaribus neminem eius corpus contingere ausum: sed Cympionem quendam curãdis funeribus quæstum facere solitum, mercede accepta, in Eleusinã deportasse cadauer: ibiq; igne ex agro Megarico sumpto, id cõcremasse: indigenã vero mulierem cum ancillis aliquot inane ibi constituisse sepulcrum: atq; diis manibus: vmbrisq; Phocionis inferias parentasse. Hanc ipsam tradunt collectos cineres: gremioq; reconditos, intra domesticos lares tellute defossos sepe liuisse: dixisseq; : Ego vobis chari penates innocentissimi viri reliquias custodiendas trado: vos illas patriis laribus, si quando resipiscant Athenæ, redditote. Nec multo post cum res ipsæ edocuissent: qualem Athenienses præsidem, qualem Reipub. omnisq; iustitiæ perdidissent custodem: statua illi ærea iussu populi constituta est: eiusq; inuẽtæ reliquiæ publicis sumptibus tumulo sunt mãdatæ. Accusatores aũt eius Agnonidem quidem capite damnatum interemerunt Epicurum vero Demophilum vrbe profugũ Phocionis filius proprio telo est vltus. Phocius intemperans: perditusq; puellam ad lenonem quempiam eductam misere deperisse dicitur: eumq; Theodorum Atheum forte aliquando audiuisse in lyceo huiusmodi ratiunculam concludentem: Si amicum alere honestum est: & amicã vtiq; haud turpe. Itẽq; si cum socio viuere fas est: & cum socia iuxta fas fuerit. Quæ quum suspicaretur Phocius exprobrandæ libidinis suæ gratia a Theodoro fuisse inducta, conscientiæ & culpæ suæ pudore perculsis: scortum continuo missum facit. Hæc sunt quæ in Phocionis vitam congerenda putauimus: cuius sane interitus luctuosam Socratis memoriam excitauit. In ambo senim, sicuti pari Athenienssium ingratitudine, ita nec dispari Athenarum incommodo animaduersum est.

Phociõ capite damnatus est. Demetrius Phalereus capitis re?.

Tudippus.

Phocion filio ne Athenienssium iniuriæ reminiscereturq; reliquit.

Phocionis interitus.

Meror secutus Phocionis mortem.

Athenienssiũ crudelitas i Phocionẽ mortuum.

Cympio.

Statua ærea Phocioni cõstituitur

Agnonis interitus.

Demophilus interfectus.

Theodor? Atheus.

CATONIS IVNIORIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Cæpio frater Catõis Vticensis. Porcia soror Catõis Vticensis. Seruilia Catonis Vticensis soror ex matre. Liuius Drusus. Catõis mores. Sarpedon Catõis pedagogus. Pompedius Syllo. Catõis puritiæ cõstantia.

Atonis Genus Pricipũ Dignitatis & gliæ sumpsit a proauo Catone viro ĩ pmis claro: magnæq; authoritatis: vta nobis in ipsius vita scriptũ est. Relictus est aũt Cato parentũ orphanus vna cũ fratre Cepione: & sorore Porcia. Erat & Seruilia Catonis soror ex matre: & hi oẽs apud Liuium Drusum auũculũ suũ virum: & eloquẽtia: & saiẽtia prẽstantẽ, qui p id tps princeps ciuitatis erat, educabãtur. Ferunt aũt statim a pueritia constãtiam & seueritatem Catonis cõspicuã fuisse. Vim nanq; habebãt vltra ętatem eius incœpta: adulantibus asper: terrentibus aduersus: tardus ad risum: vt vsq; ad significationẽ dũtaxat os renideret idq; praro. Ad itã nõ facile labens: sed quum in eam deuenerat, implacabilis. Ad magistros aũt disciplinasq; delatus in discendo qdem tardus erat: quæ vero semel didicerat, memoriter retinebat. Quod in cæteris quoq; natura fit: vt qui celeri ingenio sunt, non multum memoria valeãt qui vero cũ labore pcipiũt, hi sunt pceptoꝝ tenaciores. Videtur aũt ipsa in flexibilitas mẽtis causa fuisse: vt Cato in discẽdo tardior esset. Nam passio nimirũ quædam est disciplina: & vt quisq; infirmior est ad resistẽdum, ita facilius in sentẽtiam trahitur. Itaq; & iuuenes q̃ senes, & ægri q̃ sani facilius credũt. Pędagogo tñ, vt aiunt, parebat Cato: oiaq; faciebat illius iussu: singulorũ vero causas: rationesq; ab eo efflagitabat. Erat illi pædagogus Sarpedon: homo comis atq; vrbanus: & qui verba magis, q̃ verbera in pmptu haberet. Puer adhuc quũ esset Cato, Latini summo studio conati sunt, vt in ciuitatem reciperentur. Qua de causa quum Pompedius Syllo vir militaris: summæq; inter socios authoritatis, pter amicitiã, quæ sibi cũ Druso erat, domi eius multos dies obuersaret: puerisq; familiarior factus, eos rogasset: vt socios Populi Romani in impetrãda ciuitate apud auunculum iuuarent: Cæpione id se facturũ comiter significante, Cato cõstanti vultu se nun q̃ factuꝝ respondit. Quum vero sæpius atq; iteꝝ interpellatus nihilo magis flecteretur: Pompedius in excelsam ædiũ partẽ leuatũ inde abiectuꝝ se illum, nisi pcibus annueret cõminatus est: atq; ita manibus suspensum efferẽs minaci vultu & acerba voce cõcussit: neq; tñ ab incœpto mouere illum potuit. Itaq; deponẽs eum Põpedius ad socios reuersus, Gratulemur: inquit: nobis hunc esse puerũ: q si vir esset, nullo modo ciuitatẽ sperare liceret. A quodã ex cognatis ad cœnam in natali vocatus, quũ cæteri pueri in quadã parte ædium luderẽt, admissi simul minores & maiores natu (erant aũtẽ eoꝝ ludi iudicia & accusationes & detrusiones in carcerẽ) vno ex pueris forma insigni, qui a maiore in cubiculum deductus: & puim inclusus erat: vociferante, Cato intellecta rei fœditate, cucurrit ad hostiũ: atq; his qui aditũ phibebãt vi deiectis, puerũ eduxit: itaq; incẽsus domũ abiit: cæteris pueris vna secũ abeũtibus. Ita vero inter pueros clarus erat: vt quũ. L. Sylla equestrẽ ludũ, quẽ Troiam vocãt, edere statuisset: ac delectis patriciis pueris duos præfecisset: alterũq; pueri acceptarent gratia matris: erat enim filius Merellę vxoris Syllæ: alteruꝝ vero: q Põpeii nepos erat, Sextum noĩne, nec recipere: neq; sub eo ludere vellent: interrogati a Sylla quẽ sibi ducẽ optarẽt, oẽs vno ore Catonẽ depoposcerũt: quinetiã ipse Sextus sese vltro Catoni submisit. Erat. L. Sylla Catoni ac fratribus paternus amicus: quare sępe illos ad se vocabat: & iter suos habebat: pauciſſimis hunc honorẽ familiaritatis p insolẽtiam tribuens. Gratæ igiẽ hoc accipiẽs Sarpedon, plurimũq; existimans hmõi amicitiam pueris, quum ad honorem, tum ad securitatem conducere: frequẽter ducebat eos ad Syllam: cuius domus per id tempus nihil a carnificina quadam differebat. Erat tum Cato quatuordecim annorũ: videnſq; ceruices clarorum virorũ ad Syllam deferri: atq; eos qui aderãt clanculum misereri: a Sarpedone quæsiuit: cur hunc talem virum nemo trucidaret? Respondente pædagogo, quia plus timẽt Syllam hoies q̃ oderint: Quam

Troia equestris ludus.

obrem mihi,inqt,gladiũ nõ dabas:vt patriã sæuo huius dominatu liberarẽ?Hæc quũ audisset Sat pedon,& simul acritatem vultus cõspexisset,vsq; adeo territus est:vt reliquo tpe diligentissime pue rum obseruaret:ne quid temere cõtra Syllam moliretur.Paruulus quem maxime amaret rursus ac sæpius eodem modo interrogatus,semper fratrẽ respondendo interrogantẽ fatigauit.Sumpta de inde virili toga,magis cõfirmauit erga fratrẽ beniuolentiã:vsq; ad vigesimũ ætatis annũ nunq; si ne fratre cœnabat:nec peregrinabatur:nec in campũ descẽdebat:quũ tũ frater vngeretur, ipse ve niam postulabat.in cæteris quæ ad victũ ptinent|durus erat atq; seuerus.Cæpio itaq; quũ ipse vt cõtinens|moderatusq; laudaretur,non dissimulabat prædicare|se fortasse talem videri,si cũ aliis com paretur:ver; si cum meo Catone,inqt,comparor,nihil mihi a Sippo videor differre.Erat aũt Sippus quidã ꝓpter mollitiem atq; luxuriã apud Romanos notatus.Inde sacerdos Apollinis factus a fratre migrauit:centũ viginti talentis in diuisione bonorum paternoꝝ acceptis:& Antipatrũ Ty rriũ Stoicæ disciplinæ hominẽ sibi familiarem coniũxit:ac moralibus|ciuilibusq; præceptis inhæ rens,quũ omnẽ virtutis speciem ingenue amplexaretur,egregie tũ honestatẽ| seueritatẽq; adama uit.Eloquentiæ vero ea de causa operam dedit:vt philosophiæ præceptis aliqd roboris|neruorũq; in agendo consultandoq; adiungeret.Non tamen cum cæteris iuuenibus exercebatur:nec audiri a quoq; volebat.Qua de re quũ quidã eũ reprehenderet:diceretq; improbant homines hãc tacitur nitatem tuam:Cato,vt libet inquit:dummodo vitam non improbent.& addidit: Ego vero tunc demũ hanc taciturnitatem meam abrumpam:quum talia dicere valebo:quæ non sint digna taci turnitate.Erat basilica quædam Porcia:quam magnus Cato incensura ediderat:eius basilicæ tri bu.pleb. quoniam in illa ius dicere consueuerant,columnam, quæ sellas eoꝝ impedire videbatur, decreuerant tollere:vel in alium locum transferre:ea res Catonem licet inuitum prima in campũ deduxit:opponens nanq; se tribunorum voluntati|& vim dicendi suam ac prudentiam ostendẽs, vniuersos ciues in admirationem conuertit.Etenim sermo eius nihil iuuenile|neq; comptum ha bebat:sed erat rectus|plenus|& durus:quinimmo gratia quædam & attentio inerat breuitati sen tentiarum:mosq; eius orationi admistus,voluptatem & risum quendam honestum audientibus af ferebat.Vox autem multa|& abundans:tonum habebat infractum|inexhausturnq; per vniuersã sæpe diem incessanter locutus,sine lassitudine desinebat.Tunc itaq; quum ea in causa superior fuis set,rursus ad silentium rediit:ac in gymnasiis se exercens|assuefecit corpus tolerare labores|& niuẽ detecto capite:iter conficere sine vehiculo.Quũ vero amici qui vna iter faciebant equis veherent: singulos sæpe adiens|& pariter cũ illis ambulans loquebatur:pedibus ipse vadens,quũ illi veherẽ tur.Admirabilis vero tolerantiæ tunc erat maxime:quũ aduersa valetudine laborabat. Febri enim oppressus ipse solus degebat:nec vllum secũ esse patiebatur:donec releuationẽ certam sentiret. In cœnis autem partes sortiebatur:q; si non obtineret:amicis ipsum prius capere iubẽtibus dicebat: Non bene se habere inuita venere.Ac semel quidẽ prepotus ibat ad mensam:deinde ita perstabat: vt sæpe cũ amicis ad auroram vsq; in potationibus vigilaret.Causam huius rei credunt fuisse ne gotia publica:in quibus p totos dies occupatus,atq; ita amicos conuenire,& cũ illis versari prohi bitus,p noctem atq; potũ cum eisdẽ esse cogebatur.Itaq; quũ Mẽmius quidã dixisset totas noctes Catonẽ ebriũ esse:respondit Cicero. At illud non addis:eũ dies totos ad aleã ludere?Omnino æta tis suæ moribus se opposuit:vtpote improbis:& a quibus contraria via eundũ censebat.Itaq; quũ cæteris hoibus purpureã vestem saturatã murice atq; rutili coloris placere videret:ipse fuscam ge rebat:interdũ vero nudis pedibus & absq; tunica in publicũ pdibat:nõ gloriã aliquã ex hac nouitate captans,sed seipsum assuefaciens obscœnis rebus duntaxat erubescere:cætera vero vt ignobilia aspernari.Ex hæreditate vero Catonis nepotis quum centum talenta ad eũ peruenissent,pecuniam ex bonis redactam sine vllo fœnore indigentibus mutuabat.Deinde quũ iam tempus sibi vi sum est matrimonii contrahendi:nulla muliere ante id tempus cognita,Lepidã vxorem accepit: q; prius Scipioni Metello desponsata,renuntiante Scipione|& vadimonii pœnas soluẽte,tunc libe ra erat.Eam quum accepisset Cato,pœnitentia ductus Scipio|rursus illam acceptauit.Hac re ve hementer cõmotus atq; infensus Cato,decreuerat die Scipioni dicta iniuriam vlcisci: dissuadenti bus tamen amicis se abstinuit:& ira simul & iuuentute accensus,iambos in Scipionem nõ sine Ar chilochi mordacitate citra tamen lasciuiã & obscœnitatem cõscripsit.Attiliam deinde Sarrani fi liam cepit vxorem quam mulierẽ dẽ primam cognouisse:non tñ eam solam cognouit: quẽadmo dum Lelius Cæpionis amicus.Ille nanq; in hoc felicior:qui vnam tãtũ in omni vita vxorem, quã a principio duxerat,cognouit.Bello seruili,quod Spartanũ appellant,exorto, sub Gellio prætore voluntarie militauit:idq; fecit gratia Cæpionis fratris:quitin eius exercitu tribunus militum erat. Sub quo quidẽ duce virtutem quantũ cupiebat ostendere non potuit:in mollitie tñ atq; corrupte la exercitus audaciam|fortitudinem:ac decorem ostendens,nihil antiquo illo Catone inferior ap paruit.Sed quũ prætor virtutis gratia eum donare vellet:repudiatis munerib⁹,& nihil a se factum quod honore dignum foret testatus,inhumane facere visus est.In petitione quoq; tribunatus le gem,quę candidato nomenclatores adesse vetat,solus seruauit:p seipm appellans populum atq;

Sippus. Antipater Tyriusstoicus.

Basilica Porcia.

Venus.

Memmius.

Lepidã ducit vxorem Cato.

Iãbos scripsit in Scipionẽ Cato.Cato Attiliam Sarrani filiã duxit vxorem.

alloquens: quæ res ipſis quoq; landantibus grauis erat: & eo magis: q; videbant hoc genus laudis mutari nō poſſe. Tribunus militum factus in Macedoniā miſſus eſt ad Rubrium prętorem: cuius diſceſſum quū vxor Attilia grauiter ferre videretur: atq; ob id lachrymaret: Munatium quendam ex Catonis familiaribus ei dixiſſe ferunt: vt bonā ſpem haberet: nam ſe Catonem illi cuſtoditurū. Cuius verbis Cato tunc pſus quū artifiſſet: poſtea vnius diei iter pfectus vocatum ad ſe Munatiū monuit: fidem Attiliæ ſeruaret: nec vſq; a ſe diſcederet: atq; ita ex eo die binos lectos in eodem cubiculo ſterni iuſſit: ipſumq; Munatiū iuxta ſe accubare | nō cuſtodientem | ſed certe cuſtoditū. Profiſcentem Catonē quindecim ſerui, duo liberti, & quatuor amici ſequuti ſunt: q quum equis veherentur, Cato ipſe pedes cum ſingulis loquens pariter gradiebatur. Vbi vero in caſtra ventum eſt: ex legionibus quæ illic erant vni præfectus a prætore, nequaq; magnificū putans | ſe duntaxat bonum præſtare, milites ſibi pares efficere cōtendit: nō timore aliquo iniecto, ſed verbis ac rationibus eos caſtigans. Difficile igitur dictu eſt: vtrū humaniores vel fortiores, & an ferociores vel iuſtiores ſua eos diſciplina effecerit: feroces quidem aduerſus hoſtes: humanos vero erga ſocios: timidos ad iniurias inferendas: promptos ad laudes adipiſcendas reddidit. Sed quod minime quærebat, id maxime factum eſt: vt ſummam gratiā apud milites aſſequereť. Nam vna laborādo, & veſte & victu atq; inceſſu militari magis | q; ducis vtendo, clam ac latēter beniuolētiam exercitus erga ſe maximā cōcitauit. Veræ enim virtutis zelus nō fit: niſi per ſummam laudantis beniuolentiam & honorem: qui vero ſine amore laudant bonos: ii reuerentur quidem famam ipſorum: non autem virtutem admirantur: neq; imitātur. Inter hæc quū audiuiſſet Athenodorum cognomine Cordilionem ſtoicæ diſciplinæ hominem Pergami commorari: & iam ſeneſcērem tegum ac principum familiaritates | amicitiaſq; refugere: nō putauit Cato per literas atq; nūtios quicq; ſe profecturum ſed quum per leges duos menſes liceret ei abeſſe, tranſgreſſus in Aſiam hominē adiit: flexitq; eius animum & ex ſententia deiecit: effecitq; vt ſe in caſtra ſequeretur: lætus atq; gloriabundus: velut ingentem adeptus palmam: & multo clariorem, q; aut Pompeius | aut Lucullus: qui tunc vniuerſi orbis reges nationeſq; ſubigebant. Nondum finierat militiæ tempus: quum frater eius Cæpio in Aſiam proficiſcēs, circa Thraciam incidit in morbum: qđ quum p literas nuntiatum eſſet Catoni: licet & mare vndoſum foret: & nauis aliqua idoneæ magnitudinis non adeſſet: tamen paruam nauiculam cum duobus familiaribus & tribus ſeruis conſcendens, in Theſſalonicam nauigauit: nec multum ab fuit quin mari obrueretur: fortuna tamē quadam ex ingēri periculo ſeruatus, quū frattem iam mortuum reperiſſet: grauius ferre viſus eſt, q; philoſopho cōueniret. nō ſolum enim lamentationibus, & planctu, & mœſtitia, ſed ſumptu funeris immodico exquiſitiſq; vaporibus & pretioſis veſtibus corpus cremauit. Sepulcrum illi fecit in ipſo Emeorum foro lapide thaſio talētorum octo. Hęc autem nōnulli carpebant propter cæteram Catonis feueritatem: nō attendētes quantum in illa aduerſus voluptatem | timorē | & impudentes preces inflexibili duritiæ humanitatis affectioniſq; ineſſet: Ibi quum ciuitates, & potētes, dona ampliſſima pro honore defuncti miſſiſſent: pecuniis omnino repudiatis, thura ſolum & ornamēta ob honorem illorum qui mittebāt recepit: In diuiſione hæreditatis quæ ad ipſum & ad filiam Cæpionis obuenerat, nihil ex his quæ in funere expenderat, deduxit. Finito tempore, prouincia abeuntem nō votis (vt fieri ſolet) ſed lachrymis & inſatiabili amplexu, milites proſequebantur: ſternētes veſtes per ea loca, quibus ipſe pedibus iturus erat: manuſq; oſculantes. qđ genus honoris non niſi imperatoribus idq; perpaucis eo tempore tribuebatur. Quum vero inſtituiſſet anteq; ad rempublicam ſe cōferret in Aſiam proficiſci: & mores hominū vireſq; prouinciarum agnoſcere: ſimulq; vt regem Deiotarum hoſpitem paternum id ſummopere ab eo poſtulantem conueniret: hoc modo peregrinationem confecit. Pręmittebat ſummo mane piſtorem & coquum ad ea loca ad quę diuerſurus erat: qui cū ſumma continētia atq; ſilentio vrbē intrantes, ſi nullus Catonis hoſpes paternus amicus ibi eſſet, in deuerſorio ſi haberi poterat, neceſſaria præparabāt: ſine vlla cuiuſq; incommoditate. Si vero non erat diuerſorium: tunc magiſtratum adeuntes hoſpitalitatē poſtulabāt: & quamcūq; ſibi a magiſtratibus traditam capiebant. Ac ſæpe quidē euenit: vt fide non habita, illi quos præmiſerat a magiſtratibus cōtemnerētur: quia nō inſolenter neq; minitādo petebant. itaq; interdum nulla præparatione facta, Cato ſuperueniebat. Ipſe inſuper a plærisq; contemptui habitus: ob magnitudinē curarum ſæpe tacitus ſedēs: & ob id ſpeciem hominis ignaui ſecordiſq; præſe ferens. Nōnunq; tamen ad eos cōuerſus monere ſolebat: vt ceſſarēt ab hac improba hoſpitalitate: non enim ſemper Catones ad ipſos venturos: comprimerent ſua liberalitate eorum licētiam: qui occaſionem quæ rerent ab inuitis extorquendi: quaſi a volentibus obtinere nō poſſint. In Syriam vero quum veniſſet, ridiculum quoddam ferunt ei contigiſſe. Nam Antiochiæ appropinquans, offendit ingētem multitudinem vario ornatu atq; ſerti obuiam extra portam effuſam. Ephebi in chlamydibus, pueri in alio ornatu ſeparatim cōſiſtebant: ſacerdotes & magiſtratus puras veſtes & nonnulli ſerta gerebāt. Opinatus igitur hunc honorem ſibi a magiſtratu præparatum: grauiter ferre cœpit: & eos quos ptæmiſerat increpare: qui talia fieri nō prohibuiſſent iuſſitq; familiares ex equis deſcē-

Cato tribu militum. Munatius Catonis familiaris.

Zelus virtutis quō fit.

Athenodorus Cordilio.

Cato ad fratrē nauigat in Thracia ęgrotantē. Cæpionis Catōis fratris mors. Sepulcrū a Catone fratri erectum.

Manus obſculari nō niſi iperatoribus mos erat.

dere & pedibus vna secum iter facere. Qui quũ magis appropinquassent: vnus ex his qui turbam Antiochẽsium & ordines atq; ornatum disponebant vir iam grãdior natu, baculum manu & sertum in capite gestãs, obuiam Catoni factus, sine vlla honoris vel reuerentiæ exibitione, quantum abesset Demetrius, percõtatus est. (Cunctis ferme hoibus per id tps in Pompeium cõuersis, summo in honore etiam Demetrius seruus eius, qm̃ multum apud illum poterat, habebatur). Ex ea re tantus risus socios Catonis inuasit: vt se nullo modo continere inter multitudinem ambulãtes possent. At Cato ipse vehemẽter cõmotus, O miserã inquit ciuitatem. nec quicq̃ amplius loquutus est. Posteriori autem tpe solebat ipse quoq; memorãdo atq; narrando ea quæ tunc sibi accidissent, ridere. Verum homines qui per ignorantiam illũ neglexerant, paulopost in admirationem eius ab ipso Pompeio cõuersi sunt. Nam quũ Ephesum venisset: & Pompeium (qm̃ is maior erat natu maioriq; authoritatis) salutatũ iuisset: vt cõspexit illum Pompeius, nõ passus est, neq; expectauit, vt sedẽtem se adiret: sed assurgens extemplo quasi cuidam maiori obuiam processit: dexteraq; eius apprehensa, multa in ipso cõgressu, plura etiam post discessum in laudem virtutum eius sic ennarauit: vt qui audierũt, omnes in Catonem conuerterentur: illa admirantes quæ pauloante contempserãt: mansuetudinem scilicet, & magnanimitatem: Neq; Pompeii obseruãtia obscura erat: sed manifestissime apparebat, inseruientis magis esse, q̃ amantis: idq; ex eo maxime intelligebant homines: q; presentem verebatur: & ob eius discessum gaudebat: & quũ cæteros aduenas iuuenes promptissime apud se detineret: cuperetq; vt secum adessent: nihil tale a Catone postulauit: sed tanq̃ veritus potentiam eius libenter dimittebat. Soli ferme ex omnibus qui ad eum venerant, filios vxorem cõmendauit: quum propter cæteram cõiunctionem, tum propter necessitudinem. Ex hoc studia ciuitatũ in Catonem accensa: inuitationes & cõuiuia certatim exhibita. Quibus in rebus sæpe iubebat Cato familiares suos diligenter videre: ne Curionis verbum a se confirmaretur: qui quum amicus quidem esset. Catonis: cæterum infensus eius seueritati: vt audiuit in Asiam profecturum: Bene est inquit: nam mitiorẽ & humaniorẽ Asia illum nobis remittit. Ab rege Deiotaro vt filios & filiã suam eidem cõmendaret vocatus, quum ipse rex dona egregia protulisset, vsq; adeo super ea re cõmotus est: vt quum vespere ad eum venisset, postridie circiter horam tertiam abiret. Profectus etiam vnius diei iter, apud Pessinuntem maiora etiam dona ipsum expectantia offendit: & simul regis epistolam: qua rogabat, vt si ea dona capere ipse nollet, amicis saltem qui propter se bene merebantur habere sineret: nec enim ipsum, tanta habere: vt pro amicis quoq; sat esset. Sed nec ipse accipere voluit: nec amicos (q̃q̃ nõnullos eorum subsequentes cernebat) capere permisit: affirmans omnem largitionem velamen honestatis faciliter reperire posse: amicos vero eius habituros ex iis quæ ipse iuste possideat. In Italiam rediturus, quũ cineres Cæpionis fratris secum ferre decreuisset: amicis suadentibus, vt in alia naue huiusmodi reliqas poneret: potius animã suam a se separaturæ, respondit. Et dicitur quidem magno cum periculo ea nauis traiecisse: quum cæterq; nihil ferme periculi paterentur. Romam deinde reuersus, omne tempus aut domi cum Athenodoro, aut in foro cum familiaribus erat. Quæstor vero factus nõ prius magistratum inire voluit, q̃ oẽs leges quæstorias perlegisset: & ab iis qui earum scientiam habebãt, recte atq; ordine singulas cognouisset. Itaq; postea huiusmodi magistratum iniens magnam fecit conuersionem ministrorum & scribarũ: qui in eo ordine versabantur: qui quum leges & publicas scripturas in manibus haberent: homines adolescentes, qui eum magistratum gerebant, ita gubernare soliti erant: vt ipsi plane magistratus essent. Sed Cato qui rem magis q̃ nomen aut honorem sequebatur, scribas (vt par erat) ministros locum tenere coegit: fraudes eorum redarguens: & per ignorantiam peccãtibus qd agẽdum foret ostendens. Vt vero erant impudẽtes: & cæteros collegas adulando sibi ascisceret conabantur: & aduersus Catonem repugnabãt: primũ eorum vt reum fraudis in hereditate commissę & infidum ærario expulit: alium vero tanq̃ inutilem negligẽ temq; accusauit: quem quum Luctatius Catulus censor vir magnæ authoritatis, & Catonis amicus defenderet: victusq; rationibus atq; argumẽtis apertę postularet: vt sibi reus donaretur: erumpens in medium Cato, turpe est inquit Catulete qui censor sis, & morum nostrorum moderator esse debeas, ne in ministris quidem nostris grauitatem seruare. Hæc dicentem prosperit Catulus tanq̃ responsurus: sed siue ira, siue verecundia silentio consedit. Non tamẽ in eo iudicio scriba ille remotus est: sed quum vno plures cõdemnarent q̃ absoluerent. M. Lollius collega, qui ob valetudinem absens erat, gratia Catuli in lectica ad ærariũ perlatus, sua illum sententia liberauit. Nunq̃ tamen adduci potuit Cato: vt eius scribæ opera vteretur: neq; vt salarium persolueret: nec Lolliũ in numero iudicum habendum censuit. Ita scribarũ insolentia a Catone repressa, deinceps eorũ ministerio, quẽadmodum cupiebat, vsus, breui tempore ærarium honestius q̃ curiam ostendit: vt omnes dicerẽt ac sentirent: consularem dignitatem quæsturæ adhibitã a Catone. Nam quum reperisset multi rempublicam debere: multo setiam reipublicæ debitores esse: ab aliis repetẽs atq; exigens: aliis vero persoluens, omnium mentes erexit: & eorum qui nunq̃ soluturos se arbitrabãtur: & eorum qui nũq̃ vt sibi solueretur expectabant. Et quũ antea rationes & decreta quędam admit-

Antiochẽses.

Demetrius seruus Pompeii.

Pessinus vrbs.

Cato quæstor creat⁹.

Luctatius Catulus. censor.

M. Lollius.

terentur falso: multa fierent per preces & pretium: nihil tale Catonem aufugit: sed semel quodam decreto in dubiũ vocato, q̃q̃ multi testimonium ferrent, nõ credidit: nec prius recepit: q̃ consules iureiurãdo affirmarent se ei decreto ĩterfuisse. Erant multi q̃bus ob cæsos ciues. L. Sylla pecuniã dederat: & q̃q̃ oẽs odio illos haberẽt: pollutosq; arbitrarẽtur: nullus tñ punire audebat. At Cato ĩdignatione simul at rõne cõmotus, & impiũ factũ detestatus, ab oĩbus pecuniã rang̃ indebitã repetiit. Enimuero hac pecunia restituta, statim p̃iudiciũ factũ videbatur: & quasi prius cõdẽnatiõ causam homicidii trahebãtur: applaudẽte populo Ro. putãteq; tũc Syllã ipm dãnatũ videre: tyrãnidẽ ve ex vrbe depelli. Capiebat p̃terea populũ assiduitas ac diligẽtia Catonis. Nullius ex collegis prior ad ærariũ veniebat: nullus posterior abibat: nulla cõcio, nullus senatus habitus: quin adesset: timens ne hoĩes pgr̃am, aut pecuniã, aut uectigalia publica cõdonarẽt. Quũ itaq; ærariũ calumniis purgasset: pecuniisq; replesset: docuit atq; oñdit licere reipublicæ pecunias hr̃e sine cuiusq̃ iniuria. Et q̃q̃ in principio magistratus gbusdã collegis odio fuisset: postea tñ ab vniuersis amabat: onus oĩum susc̃ipiens cõtra largitionẽ atq; gr̃am. Nã quũ qd postulabat: oẽs ea rõne p̃ces reiiciebant: q neq; ret id fieri cõtra Catonis voluntatẽ. Erat Marcellus Catoni ab adolescẽtia familiaris, & in hoc magistratu collega: vir qdẽ bonus si Catoni cõiungeret: ipse ãt p̃se sic pron⁹ad gratiã, & sic facilis ob pudorẽ: vt nihil cuiq̃ petẽti denegare sciret. Extrema igit̃ die finito magistratu, magna frequentia ciuiũ domũ reductus Cato, audiuit quosdã potẽtes Marcelli familiares apud ærariũ cõueniss̃e: petiissq; a Marcello: vt gratiose qdã p̃scriberet. Confestim itaq; ad ærariũ regressus, Marcellũ offẽdit p̃cibus victũ, oĩa cõcessisse. Tũ Cato irrũpẽs tabellas poposcit: illasq; videre ipso Marcello, atq; silẽre in p̃sentia eius deleuit: nec tñ ob eã rẽ familiaritas eoꝝ diſiũcta ẽ: nec vnq̃ Marcellus aduersus Catonẽ ẽ q̃stus. Post finitũ quoq; magistratũ curã ærarii nõ remisit: sed singulis diebus seruos, mittebat: q ea q̃ agerẽtur p̃scriberent: ipse aũt libros in q̃bus rõnes publicæ pecuniæ erãt a Syllę tpibus in suã q̃sturã p̃scriptæ, qnq; talẽtis emit: semperq; eos tenebat in manibus. In senatu prim⁹ veniebat: vltimus abibat. Interdũ vero quũ cæteri cogerẽtur: ipse sedens toga circa librũ obducta legebat: nec vnq̃ abfuit: quũ senatus haberet. Quãdoq; per. Cn. Pompeii amicos tentatũ est: quũ iis quæ contra ius facere volebãt, resistentẽ viderent, sibi impedimẽtũ aliq̃d iniicere: quo minus in senatu adesset. Qua re aĩa duersa, oĩa semp negotia, post habuit potius q̃ abesset. Neq; enĩ glorię cã, neq; lucri, neq; aliquo casu, vt plęriq;, ad rẽpub. se cõtulerat: sed certo consilio viri boni. Quinetiã prouinciarũ negotia, & decreta, & iudicia, p̃ hospites atq; amicos sibi nũtiari procurabat. P. Clodio turbulẽtissimo ciue sacerdotes ac virgines Vestales, inter q̃s Fabia Terẽtia erat soror Terẽtiæ Ciceronis vxoris, apud populũ accusante, susc̃epta eaꝝ defensione Cato tãta accusatori verecũdiam iniecit: vt cogeretur vrbẽ relinquere. Qua de re quũ. M. Cicero Catoni gratias ageret: nõ sibi, sed reipublicæ inquit gratias agẽdas: cuius cã ista feciss̃et. Ex hoc magna erat Catonis apud ciues Ro. authoritas: vt etiã orator qdã in dicẽdo, quũ vnico testi nõ eẽ credendum diceret, nec si Cato inqt is foret. Plærũq; etiã ad'res incredibiles, quasi prouerbii loco, rũdebat: nec si Cato ipse diceret, fidem eẽ adhibẽdam. & aduersus perditũ adolescẽtẽ verba in senatu faciẽtẽ de honestate & cõtinentia, assurgens amicus, quis te inqt ferat cœnantẽ vt Crassus: ædificantẽ vt Lucullus: loquentẽ nobis vt Cato. cæteros quoq; pdigos atq; luxuriosos quũ quid seuere de continẽtia loquerẽtur, derisiue Catones appellabãt. Multis Catonẽ adhortãtibus ad tribunatũ plebis petendũ, nõ putauit cõuenire: vt potẽtia tanti magistratus in tpe non necessario cõsumeretur. In Lucaniã itaq; per id tempus quũ otiũ sibi a republica foret, cũ liberis & familiaribus (habebat. n. illic villas satis amœnas) proficiscẽti multitudo hominũ cũ vehiculis & impedimẽtis fit obuiã: ex quibus intelligit Metellũ nepotẽ Romã redire ad tribunatũ. Perstitit ergo aliquantulũ tacitus: ac subito in vrbẽ regrediẽdũ esse dixit: admirantibusq; sociis, Metellus inquit per se ipse formidolosus est: & nunc ex Põpeii voluntate redit: vt quasi fulmen reipublicæ feriat. Non est igitur otii tps, neq; rusticationis: sed huic oĩa turbare cupiẽti resistendum est: aut pro libertate oppetendum. Extorserunt tamẽ familiares: vt villas adusq; progrederetur: sed breue tẽpus cõmoratus, quũ ad vesperam in vrbem redisset, postridie summo mane in campũ descendens, tribunatũ petiit: vt Metelli conatus refringeret. Ius enim tribunitiæ potestatis magis ad impediẽdum est: q̃ ad agendum: quippe cæteris omnibus collegis volentibus, vnus qui nolit & se opponat, plus põt. Principio igitur pauci ex familiaribus, deinde eius sententia latius patefacta oẽs boni Catonẽ sequebantur: cæteroq; ad mãdandũ Catoni tribunatum pl. cohortabant: vtpote qui nõ honorẽ q̃reret: sed operam suã patriæ offerret: q quũ liceret potium gerere magistratũ noluerit: nunc vero pro republica ac libertate non sine periculo certaturus petat. Ferũt tantã fuisse multitudinẽ ei suffragantiũ: vt inter studia hominũ pressus in periculo fuerit, vixq; habuerit facultatẽ sese a turba explicandi. Creat⁹ igitur vna cũ Metello cæteriq; tribunus plebis, quũ animaduertissẽt comitia cõsularia venalia esse: increpuit vehemẽter populum Romanũ: & in fine orationis suę iureiurãdo testatus est sese quicũq; largitionẽ faceret, ei diẽ esse dictum. Excepit tamẽ Syllanũ q̃ sororẽ eius Seruiliã habebat, ppter necessitudinẽ: quã ob causam hũc p̃teriẽs. L. Murẽnam ambitus accusauit: q per largitionẽ obtinuisset: vt vna cum Syllano cõsul de

Prę iudiciũ.

Marcellus Catõis collega in quęstura.

P. Clodius vrbẽ relĩqt Catonis, causa.

Fabia Terẽtia.

Prouerbiũ nec si Cato ipse diceret.

Villę Catonis in Lucania.

Tribunitię potestatis ius.

Cato tribunus ple. creatus.

L. Murænæ dies a Catone dicta.

signaretur. Dabat lex reo: vt custode quodam apud accusatorē posito, cūcta sentiret quæ ille attē-taret: vt nihil clam neq; inopinate a iudicium afferre posset. Missus igitur qdam a Muræna, q Catonem obseruaret, vt intellexit Catonem nihil inimico animo gerere: neq; iniuste quicq; tentare: sed ingenue & humaniter se ad causam comparare: vsq; adeo moribus Catonis credidit: vt relicta obseruātia illa, cōtinuo sæpe in foro aut domi Catonē adiret: ab eoq; perconrareť: an ea die quicq; qđ pertineret ad accusationē foret auctorus: ac si Caro negaret, cōtinuo abibat. Quum vero tempus dicēdę causæ venisset, Cicero qui p id rēpus erat cōsul, Muranā defendit: variis modis stoicos philosophos & ista quæ appellantur paradoxa illudens: exquo quū multū risum iudicibus iecisset: ipse quoq; Cato subridēs illis qui iuxta erant dixisse fertur: dū boni q ridiculū consulem habemus. In eo iudicio Muræna absolutus non inimicum se præbuit Catoni sed in cōsulatu gessit omnia ex Catonis voluntate: & in cætera vita illum obseruauit: atq; eius iudiciū sequutus est. Erat Cato in suggestu quidem grauis atq; terribilis iustitiæ custos: in cæteris vero moribus mitissimus atq; humanissimus. Prius tamē q tribunatum iniret, multa gessit pro republica: præcipuum vero quod fuit, rebus magnis atq; amplissimis a Cicerone gestis finem præclarum imposuit. Nam. L. Catilina coniurasse ad perniciem reipublicę coniuctus a Cicerone, ex vrbe migrauit. At Lentulo Cethego cæterisq; coniuratis qui domi remanserant, vrbemq; incēdere, & rebellionibus bellisq; concitatis imperiū delere parabant, deprehensis quēadmodum in Ciceronis vita scriptū est, agitatur in senatu quid de illis statuendum esset. Censebat Syllanus eos vltimo supplicio afficiēdos esse: huius sententiam plęriq; sequebātur: at Cesar rerum nouarum cupidus, materiāq; ad illa quæ iam mente conceperat quærens, necādos sine iudicio nullo modo censebat: sed in carceribus habendos. Hæc Cæsaris sententia miti & cōposita oratione explicata sic mētes omniū flexerat: tantūq; rimorē senatui iniecerat: vt Syllanus sententiam suā interp̄raretur: quasi nec ipse cēsuerit mortē afficiendos: sed carcere! quod esset Romano viro extremū supplicii. Facta igitur tanta cōuersione sentētiarū, omnibusq; in mitiorē & humaniorē sentētiā inclinātibus, surrexit Cato: & in principio orationis suæ. M. Syllani orationę reprehensa, aduersus Cæsarem suspitionē induxit: quasi sub populari specie & miti sententia rēpublicā euertere vellet: ac senatui formidinē incuteret: quū timere ipse deberet, & bene secum agi putare: si impune talia parrasset: nō insuper tāra impudentia parricidas defenderet: nec patriæ vix a tanto periculo seruatæ misereret: sed eos quos oportebat nunq; esse natos, cōploraret: quū rū eorum crimine fateretur: grauiterq; ferret, si perditi homines a cędę atq; incendio rempublicā suo supplicio liberarent. Hanc solā orationē Caronis seruatam ferunt, Ciccrone consule velocissimos scriptores deponēte: atq; docēre: vr per signa quædā & paruas breuesq; notas multarū literarū vim habēres dicta colligerēt. nōdum enim reperti erant ii qui notarii appellantur: sed tūc primū huius rei vestigium ferunt extitisse. Vicit itaq; Catonis sententia: assensusq; est illi senatus: vr de cōiuratis supplicium sumeretur. Et si oporterer ne patua quidē suorum mo; signa p̄rermittere: vt tāq; pictores animi eius figurā exprimamus: ferunt: dum magna esset inter Catonē Cęsarēq; de supplicio cōiuratorū in senatū contētio: intuēte eos vniuersos senatu, literas Cęsari i curiam allatas fuisse. Q đ quū ad aduertisset Cato: putaretq; per aliquē de cōiuratis eas literas Cęsari missas: clamare incœpit, ac postulare, vt publice recitarētur. At illa erat epistola ab Seruilia sorore Catonis Cęsari scripta: parū quidē pudice, & amatorie: ac ne publice legerentur Cęsar ei legēdas porrexit: quas quū legisset Cato: in Cęsarē starim eas reiecit: & inqt, capias ebrie: atq; ita ad sermonē quē instituerat reuersus est. Parū oīno fortunatus videť fuisse Cato circa pudiciriā fœminarū. Nam & Seruilia soror (vt dictū est) a Cęsare corrupta putabať: ac de alia Seruilia huius sorore nihilo fama melior. nupta enim Lucullo summo viro, quū puerum ex eo peperisset, ppter libidinē ab eo repudiata est. Caro quū iā duos filios ex eadē sustulisset: post diuortiū Attiliæ, Martiā Philippi filiā duxit vxorē. Hæc est Martia de qua tā multa feruntur. Quāq; vt in fabulis ita in hac parte Caronis vita incerta atq; obscura est: attamē, vt Thraseas scribit: qui huiusce rei Munatium familiarē Caronis atq; in vite comitē haber author ē: ita gestas res est. Inter multos Catonis amicos virtutē eius maxime admirantes & aliis alios magis effectos magisq; præ se beniuolētiā charitatēq; ferētes, in primis fuit. Q. Hortēsius: vir quidē clarus atq; humanus: qui quū opraret nō solū amicus familiaris esse Catonis: veꝝ necessitudinē coniunctionēq; totius familiæ admisceret: suadere perrexit: vt Porcia Catonis filia, quæ Bibulo erat nupta, atq; ei duos iam filios pepererat, sibi vxor traderetur: tanq; fœcundus ager ad sobolē procreandam. Nam esse id opinionem quidem hominum forrassis abhorrens: cętetum natura honestum atq; ciuile: vt mulier in ætatis flore constitura, nec a procrearione filiorū vacaret: nec plures cuiq; pareret: q illi cōmodum foret. Id enī nihil aliud esse q molestiam & pauperiem inducere: si plures q opus sit natos quis rollat: cōiunctione vero familiarū inter bonos vitos, & virrutē crescere, & charitatem: & ipsam ciuitatem huiusmodi necessitudinibus quasi nexibus quibusdam colligari atq; constringi. Quod si Bibulus grauiter ferat: nec a se diuungi mulierem patiatur: confestim simulatq; illa prægnans esset, restituturū: cōtracta iam maiori amicitia, & arctiori charitate, ram cum ipso Bibulo q

Muræna a Cicerone defensus.

Cato i suggestu grauis & terribilis: i cętteris moribꝰ mitis.

Carilinę cō iuratio.

Catonis oratio i Catilinā & cōiuratores.

Notarii tēpore Catonis nōdum reperti.

Seruiliæ literæ de re amatoria ad Cęsarē. Seruilia Catonis soror a Cæsare corrupta. Martiā duxit vxorem Cato. Quintus. Hortēsius. Porcia Bululi vxor & Catonis filia.

cum Catone, propter natorũ cõsanguinitatẽ. Huic quũ respondisset Cato: se Hortẽsium amare: indignum tñ esse verba facere de nuptiis filiæ: quę alteri nupta esset: nõ erubuit Hortensius iam aperte agens, & sententiam suã enudãs, a Catone postulare: vt sibi Martiam vxorẽ daret, iuuenẽ adhuc, & ad pcreandum idoneã: quum ipse certe sufficiẽtem plem haberet. Nec dici potest hoc fecisse Hortensius: cp sciret Catonẽ mulieri nõ dare operam: nam in hoc ipso tpe scribit Martiã pręgnãtem fuisse. Quũ igitur studiũ atcp volũtatem Hortẽsii intueret Cato, nõ denegauit: sed inqt oportere, vt Philippo Martiæ patri hoc psuaderetur. Q d quũ factũ esset, sponsalia facta sunt: ipso Catone pśente atcp adstipulãte. Ista q q posteriori tpe fuerunt, tñ placuit: quoniã in mẽtionem fœminarum incidera, referre. Sumpto igitur de cõiuratis supplicio, Cęsarec pro his rebus quag graria in senatu a Catone impugnatus fuerat, ad populũ fugiente, hoesc perditos & corruptos contra rẽpublicam excitãte, vt conatibus eius obuiaretur| persuasit senatui Cato: annonam plebi Romanæ largiẽdam. Erat aũt sumptus annuus mille ducẽtorum quinquaginta talentorum. Ob quam largitionẽ omnis morus popularis tunc subsedit: sed paulo post rursus cõcitatus est Metello tribuno plebis turbulẽtas cõciones habẽte: lege promulgata, per quã cẽsebat magnum Pompeiũ cum exercitu ad vrbẽ vocandum: eicp demãdandũ: vt videret neqd respublica detrimẽti caperet. Et verbis quidẽ sic Põpeius vocabat: quasi periculum qd ex Catilina iminebat ppulsaturus: re autẽ vera id agebatur: vt respublica in potestatem Pompeii deueniret. De hoc quum in senatu referretur: sententiam dixit Cato: non iam quẽadmodum solebat, cõtra Metellũ inuectus: sed miti oratione atcp cõposita admonẽs, ac etiã obtestans Metellum per familiæ suæ dignitatẽ: quæ semp optimas reipublicæ partes sequuta fuisset: vt ab incœpto desisteret. Sed quũ Metellus lõge magis elatus sep vim oia facturum prædicaret: confestim mutata oratione atcp habitu, magna voce protestatus est: se incolumi nunq passurũ: vt Pompeius cum exercitu ad vrbem vocaretur: idcp vsq adeo senatus pbauit: vt vniuersi faterentur: nullum pter Catonẽ recta ratione vti: eiusq purã virtutem p statu optimo ciuitatis pugnare. De Metello autẽ ita sentiebat: vt de homine q omnia pdere atcp turbare vellet. Quũ dies iracp suffragii venisset: Metellus arma, hospites, gladiatoresc in forũ deduxit. Item magna pars plebis nouarum rerum cupida Metello fauebat. Cæsar quoc qui p id tempus ptor erat, Metelli studium enixissime adiuuabat. Boni aũt viri magis indignabãtur, & secũ ipsi moleste ferebãt: q Catonẽ foueret. Iracp tãta domi Catonis mœstitia erat, tantaq trepidatio: vt & quidam ex familiaribus eius solliciti de Catonis salute cibũ nõ sumerẽt: vxor atcp sorores luctu se afflictarent. Sed ipse Cato intrepidus oia quæ in eo tpe agẽda forent, solito more exequebatur: cœnauitcp vt cõsueuerat: dormiuitcp altissime vna cũ Minicio Thermo collega. Mane vero nõ magno comitatu descendit in forũ: a multis ante monitus, vt saluti suæ cõsuleret: diligẽterc caueret Forum iracp ingrediens quum videret tẽplũ quidẽ Castoris armis occupatũm: oẽsc aditus gladiatoribus teneri: ipsum desup Metellũ vna cũ Cęsare sedẽtes: cõuersus ad amicos, O timidũ inqt hominem: q cõtra vnũ atcp inermẽ tantam multitudinẽ armauit. His simul dictis, recta perrexit cum Thermo: iis q aditũ seruabãt uiã ambobus duntaxat cõcedentibus: cæteros oẽs prohibẽtibus: vt vix Minicius p manũ a Catone tractus introduceret. Inde ad sedendũ pgens Cato, repẽte sese medium inter Cæsarẽ Metellũc cõiecit: eo cõsilio, vt mutua eoc colloga impediret. Quæ res tũ aduersario eius primo aduentu turbauit: tum bonos atcp vrbanos viros fidutiã Catonis admiratos erexit. Iracp ppius accedẽtes clamore & plausu bonã spẽ habere Catonẽ iubebant: ac se inuicẽ cohortabant ad resistẽdum p libertate: Catonẽc defendẽdũ: qui p republica egregie dimicaret. Vt vero ministerlegẽ manu tenẽs p Catonẽ legere phibitus est & ipse Metellus eã capiẽs legere cœpisset: Cato librũ e manibus extorsit. Sed Metello verba exorc, p ea mẽte tenebat, pnuntianti, Thermus manũ ori opponẽs vocẽ Metelli pclusit. Quos quũ videret Metellus ita agere: & simul vniuersum populũ Romanũ ad vtilitatẽ reipu. libertatẽc cõuersum: iussit armatos q domi erãt, magno clamore in forũ discurrere. quo facto quũ ois multitudo pterrita aufugisset: Cato vero ipse solus relictus lapidibus atcp fustibus cõcideretur: Murena quẽ supra memoratibus a Catone accusatũ, tam indignũ facinus nõ tulit: sed accurẽs toga ptexit Catonẽ: atcp eũ repugnãtem in tẽplum Castoris pduxit. Vacuefacto foro, Metellus se vicisse ratus, armatos abire iussit: ipse ad tribunal reuersus legẽ ferre cœpit. Sed ii qui pfugerãt, cõfestim redeũtes aderãt minaci clamore: adeo vt perterritus Metellus, ac vim formidãs, vna cum suis e foro pfugeret. Cato studiũ populi Romani cõmendauit, cõfirmauitcp: & plebs qdem Metellum oino deseruit: senatus aũt Catoni fauere statuit ad legẽ impediẽdam: vt pote turbulẽtam & bellũ ciuile excitãtem. Metellus itacp licet ptinax erat: tamen videns amicos timore pculsos, putanscp inuictũ & inexpugnabilem esse Catonem, ex vrbe migrare statuit: ac prius in forũ veniẽs inuidiã Catoni conflare conatus est: vociferans se tyrannidem Catonis, & cõiurationẽ aduersus Põpeiũ initã a fugere: ac fore aliquãdo vt populum Romanum pœniteret: cp tãtis iniuriis clarissimũ virũ affecissent. cõfestim itacp in Asiam abiit: quasi hæc omnia apud Pompeium accusaturus. Erat ob hoc magna Catonis fama: q tãtas inimicitias in tribunatu pro republica suscepisset: & Pompeii potẽtiam in Metello contriuisset: sed etiam ma-

Hortensius vxorẽ duxit Martiã ad sobolem p creandam.

Minicius Thermus.

Murena Catonẽ toga ptexit: ne lapidib⁹ & fustibus cõcideret.

Metellus in Asiã ad Põpeiũ fugit.

gis ea creuit: ꝙ senatū ignominiā Merello infligere volentē sua sententia cōpescuit. Tūc.n.& apud multitudinē laudata est māsuetudo eius: ꝙ inimicū nō insectaretur: & apud prudētes cōsilium eius approbatū: ꝙ Pōpeiū minime irritandū putarat. Post hæc, quū. C. Memmius tribunus plebis. L. Lucullū tunc a bello Mithridatico redeuntē, cuius finē atq; gloriā Pompeius abstulisse videbatur, triūphare, phiberet: dieq; illi apud populū dicta, res ab eo gestas magis ob gratiā Pompeii, q̄ ob aliam causam criminaretur: Cato propter affinitatē Luculli, ꝙ (vt diximus) Seruiliam vxorem habebat tum ꝙ rem indignā iniustāq; existimabat, sese Memmio oppositum tandēq; effecit: vt causa deserta, ab accusatione desisteret. Quum ergo triumphasset Lucullus: postea magis atq; magis Caton i ad hæsit: putans maximū sibi præsidiū in illo constitutū aduersus Pōpeii opes atq; potentiā. Ipse aūt Pompeius ab exercitu rediens nihil sibi a populo Romano denegari cōsisus, per literas postulauit vt comitia consularia in aduentū suū differrētur: quoniā Pisoni in petitione consulatus præsens fauere cuperet. Hæc plærisq; censebāt facienda Pompeii gratia: sed Cato ipse obstitit: non quia magnū momentū in dilatione putaret esse: sed quia cōducere existimabat Pompeii spem experientiāq; rescindere. Senatus Catonis sententiā sequutus est. Quæ res nō mediocriter Pompeiū turbauit: vt iā nihil se factuꝝ arbitraretur: niſi prius Catonem sibi conciliasset: & in amicitiam suā traduceret. Per munarium igitur postulauit: vt duas neptes quas habebat Cato, alteram sibi, alteram filio nuptui traderet. Nōnulli tñ scribunt nō neptes, sed filias Catonis a Pompeio petitas. Quod postq; Munatiū Catoni relatū est: & vxore ac sororibus hanc affinitatē cū viro primario atq; amplissimo vehementer approbantibus cupientibusq;, ipse Cato, statim sine vlla dilatione iussit Munatium ad Pompeiū redire: eiq; respondere: Catonem per mulieres capi non posse: sed beniuolentiā eius si bi gratā esse: & si recta faciat amicitiam polliceri: quæ omni propinquitate fidelior esset: obsides vero contra rēpublicā Pompeio nequaq; datuꝝ. Hoc eius consiliū & mulieres domesticę grauiter tulerunt: & amici resposionē improbarunt: vt feram ac superbam. Postea tamē quum Pompeius cuidam ex amicis in petitione consulatus fauens pecuniā in tribus diuisisset: eaq; largitio vulgo iactaretur & in hortis Pompeii numerata esse pecunia constaret: Catone tunc ad mulieres & amicos dicente, necessarium fuisse huiusmodi rebus, si affinitas contracta esset, conniuere: confessi sunt omnes recte & honestefactum a Catone, ꝙ Pompeii affinitatē repudiasset. Si tamen oporteret ab euē tu reꝝ consilia iudicare: videtur erasse Cato in hac propinquitate repellenda: nam effecit denegē do, vt Pōpeius ad Cæsarē se conuerteret: & eam vxorē acciperet: per quā vtriusq; opibus in vnum coniunctis respublica opprimeretur: quæ forsitan stetisset: ni Cato parua Pōpeii errata metuēs maxima neglexisset: patiēs alterius potentiā contra libertatem augeri. Sed hæc posterius. Deinde quū inter Pompeium & Lucullum esset orta contentio (certabat enim vterq;: vt ea quæ in pōto egerāt, rata manerent: & Cato Lucullo qui iniuriā passus videbatur fauebat) victus in senatu Pōpeius ad populū cōfugit: & ad legē agrariā milites puocauit. Hanc etiā legem quum Cato sese opponēs impediret: Pompeius Clodium turbulentissimū populārē fouit: & Cæsarē sibi amicū fecit: ipso Catone quodāmodo causam præstante. Nam quū Cæsar ex Hispania, in qua prætor fuerat, rediens triūphū postularet: & simul consulatū petere vellet: legesq; iuberent: vt qui triumphaturi essent, contra pomœrium expectarent: qui magistratum peterent comitiis adessent: postulabat Cæsar a senatu: vt sibi p aliū petere cōsulatū liceret: cōtradicebat Cato: qui vt sensit ad gratiā Cæsaris senatū incli nari: longa diem oratione cōsumpsit: & sic facultatē senatui abstulit decernendi. Qua re cognita, Cæsar cōfestim petitione triūphi omissa, vrbē intrauit: a Pompeioq; adiutus, cōsul est designatus: filiaq; Pōpeio tradita, quasi coniurationē quādā cōtra rēpublicā inierunt: & alter de colonia deducēda, deq; agris diuidūdis leges tulit: alter suis opibus & potentia huiusmodi legibus fauit. Ii vero q; cū Lucullo Ciceroneq; sentiebant, ad Bibulū alterū consulē confugientes resistebāt: & in primis ipse Cato: qui amicitiā & coniunctionē Pōpeii & Cæsaris nulla bona causa factā iam inde cernebat: dicens nō tm diuisionē agroꝝ se timere: quātū id q̄d hæc largiētes populo pro mercede petituri forent. Hæc igitur ostēdens atq; docens, senatū vniuersum in suā sententiā adduxit: ac multos pterea bonos: q; grauiter ferebant Cæsaris prauitatē: ꝙ is consulari potestate turpiter abutens, ea perficere contenderet: quæ leuissimi tribuni plebis ad gratiā multitudinis facere consuessent. Diffisi igitur suffragiis vi cēsuerūt agendū: & primū ipsi Bibulo in forum descēdēti cophinus stercoris superfusus est: deinde lictoribus eius accepti fasces atq; fracti: tandē vero telis & vulneribus ex foro pelluntur. Sed alii quidem cursim fugerunt: Cato vero vltimus omnium pedetentim cessit: sæpe in persequentes cōuersus, eosq; detestatus. Non solū igitur legē tulerunt: verūetiam senatum iurare coegerūt: se fauorē huic legi siquis impedire vellet pstiturū: magna pœna aduersus eū statuta, qui iusiurādum recusaret. Iurauerunt igitur oēs senatores necessitate coacti: antiqui. Metelli exemplo: quem olim in simili re iurare recusantem extra Italiam exulasse meminerant. Quapropter & mulieres domi multis cum lachrymis, & amici atq; familiares Catonem monebant: vt tēpori cederet: atq; iuraret. Maxime tamen eum monebat, atq; adigere nitebatur. M. Cicero orator: qui differebat: non esse fortasse iustū his quæ populus vniuersus statuisset, ciuem vnum repugnare: & quum videret nullo

C. Mēmius tribunꝰ plebis.

Cato Pōpeii affinitatē respuit.

Metellus antiquus iurare recusans extra Italiā exulauit.

modo ista quæ facta erat mutare posse stultū atq; insanū esse spōte sine vllo fructu se periculis obiectare. Extremū vero malorū esse: si patriam cuius gratia hæc omnia faciat, deserēs prodat malis hominibus: & secū ipse gaudeat ex ciuitate abiens certamina reipublicæ reliquisse. Nā si Cato Roma nō indigeat: at certe Romā indigere Catone: indigere etiā amicos oēs: inter quos se primū esse Cicero fatebat: quū. P. Clodius sibi p tribunatū imineret. Eiusmodi rōnibus pcibusq; tradūt Catonē expugnatū ad iuramētū descēdisse. Iurauit tamē vltim⁹ omniū pter vnū. M. Fauoniū familiarē suū atq; amicū. His rebus elatus Cæsar aliā legē tulit: per quā ferme oēm Cāpaniā egenis diuidebat: nec vllus q cōtradiceret inuētus est: pter Catonē. Hūc igitur Cæsar quū a subselliis in carcerē traheret, nihil remisit Cato mētis atq; ppositi sui: sed inter ambulandū verba faciebat: dicebatq; nō esse ferēdos: qui isto modo rēpublicam euerterēt. Catonē vniuersus senatus cū summa mœstitia & oēs boni ciues vna cū senatu taciti atq; afflicti sequebant. Q d quū Cæsar aiaduerteret: cupiebat vt Cato pces aliquas porrigeret: deinde quū iam manifestū esset: nihil tale Catonē esse actur: verecūdia adductus tribuno cuidam plebis psuasit: vt Catone eximeret: nec in carcere trudi pateret. His legibus atq; his muneribus plebē capiētes, obtinuerūt: vt Cæsari qdē Illyricū, & Gallia prouincia: & q̄uor legiones in gnquēniū traderētur: pdicente Catone atq; monēte Populū Romanū acrē tyrānū suis suffragiis constituere. P. aūt Clodiū ex patricia familia, vt Ciceronē vrbe depelleret, atq; oia illorū gratia faceret, tribunū plebis: Consules vero Calphurniū Pisonē: qui erat Cæsaris socer, & Gabiniū Paulum, qui erat ex sinu Pompeii, fecere. Sed q̄q̄ tanta vi rēpublicā occupassent: & alia, gratia, alia timore efficerēt: tñ formidabāt Catonē. Nam magno labore & nō sine verecūdia in his rebus superabant: vim tñ ei afferre, ac reum facere nefas erat: neq; oīno tētādū. Nam Clodius ne Ciceronem expellere posse cōfidebat: psente Catone: quare consiliū cepit: vt eū a conspectu vrbis remoueret. In principio enim tribunatus sui Catone ad se vocato: sic verba fecit: quasi omniū ciuiū interrimū atq; incorruptissimū esse iudicio suo putaret, eius rei indiciū se facturum. Nam multos pse ctionē in Cyprū postulare: sed ad eā rē Catonē solum existimasse idoneū: cui quū statim aduerfatur Cato: assentiretur non ob honorē, sed ob contumeliā atq; insidias hoc sibi negotiū demandari: Clodius nimiū superbe, at si non volens inquit, tñ coactus dolensq; proficiscere: aduocataq; cōcione, plebiscito firmauit missionē Catonis: eiq; abeunti nec nauē: neq; militem, nec ministrū quēpiā tradidit: pter duos scribas: quorū alter fur erat, alter Clodii clientulus: & quasi parum negotii foret Cyprus, ac Ptolemæus: uti vt exules Byzantium reduceret, initūxit: eo cōsilio vt ipsum plurimo tēpore extra vrbē ablegaret. Hac igitur Cato necessitate coactus anteq̄ proficiscereturr, Ciceronē cui Clodius apud populū die dixerat, admonuit: ne in arma atq; cædes vrbē cōiiceret: sed rēpori cederet: vt rursus patriæ salutē pstare posset. Deinde per Canidiū familiarem suū in Cyprū premissum, suadere Ptolemæo instituit: vt sine contētione atq; pugna cōcederet: quasi neq; pecuniarū, neq; honoris expers futurus. datur enim sibi populū Romanū sacerdotiū Veneris Paphiæ. Sic ergo Canidio q hæc nūtiaret pmisso, ipse Cato apud Rhodū cōmoratus, ea qbus opus erat cōparabat: & simul respōsum Ptolemæi expectabat. Inter hæc Ptolemæus Ægypti rex a ciuibus suis exactus, relicta Alexādria, Romā nauigabat: ea spe: vt Pōpeii & Cæsaris armis in regnū reduceretur. Volēs igitur Catonem affari: certiorē de volūtate sua eum facit: credens illum statim ad se esse venturū. Cato per id tempus purgando ventri operam dabat: itaq; iussit Ptolemæū, si ita placeret, ad se venire ac ei venienti nec obuiā processit, nec assurrexit: sed tanq̄ priuatū quendā recipiens, ac sedere iubēs, primo congressu regē turbauit: & in admirationē conuertit: q̄ sub populari mente & simplici, tanta superbia insolentiaq; lateret. Sed paulo post quū verba Catonis audiret: optimo consilio & summa prudētia de re sua differentis, ac eum reprehendentis: q̄ tanta felicitate relicta, laboribus, dispēdiis, & obseruationibus eoq;, qui Romæ potētes forent, se subiiciat: quorū cupiditatem si vniuersa Ægyptus in pecuniā redigatur, vix explere possit: & simul consulentis vt domum rediret: & cum suis ciuibus pacaretur: & se vna nauigaturum: ac intercessurum pollicentis: tanq̄ ex insania quandā respicens, veritatemq; agnoscens, & virtutem Catonis admirans, decernit ita facere: vt Cato sua debat. Sed postea ab amicis in priorem spem reductus quum Romam veniisset: statim quum ad ianuam alicuius magistratus peruenit, errorem suum recognouit: damnauitq;, q̄ non consilium viri boni, sed potius dei oraculum neglexisset. Cyprius autē Ptolemæus felicitate quadam Catonis se veneno necauit: qui quū magnam vim auri & argenti reliquisse diceretur: ipse Cato quoniā Byzantium nauigare decreuerat. M. Brutum nepotem suum in Cyprum transmisit: Non enim satis Canidio in tractatione pecuniæ confidebat. Exulibus post hæc Byzantium reductis, & pace inter eos firmata, in Cyprum venit: vbi quum gazam regiam in poculis: mensis: lapidibus, & purpura reperisset: quę omnia opus erat venundare & in pecuniam redigere: volens in ea re diligentia vti & in summū pretiū adducere, cunctisq; ipse adesse, & supremam licitationem suscipere: non credidit consuetis auctionibus: sed in suspitione habens omnes ministros, omnes precones, oēs mangones, omnes amicos, per seipsum priuatim eos qui emere volebant conueniens ad res tractans effecit: vt quum cęteri amici quasi parum fidei eis haberetur: moleste ferrent: tum in primis is qui

Catonē Cęsar a subselliis in carcerem trahi iussit.

Calpurnio Piso cōsul. Gabinius Paulus cō sul.

Cato i Cyprū mittit.

Ptolemęus ciectus a ciuibus.

Ptolemęus Cyprius

omnes anteibat Munatius: vt Cæsari orationem aduersus Catonem scribenti acerbissimæ accusationis pars ista fuerit: locūq; imorandi exinde habuerit. Munatius tamen scribit non diffidentia sibi aduersus Catonē accidisse: vt indignaretur: sed neglectu quodā Catonis & obtrectatione Canidii. Nam munatius librum edidit de rebus Catonis: quē Thraseas maxime sequutus est. In eo libro scribit: se post Catonem id Cyprum venisse: nec satis honeste a Catone se acceptū: sed quū aliqñ staret pro foribus reiectum se fuisse: Catone intus aliquid vna cum Canidio fabulante: & quū de ea re quereretur, non satis clemens a Catone tulisse responsum. Dixisse. n. ait: periculum esse, : ne nimia amicitia, secundū Theophrasti sententia: interdum cā foret odii generandi,: quippe tu propter maximum amorē, minus te in honorē habitū putas apud me q̄ oporteat: idq; grauiter fers: ego autē opera Canidii vtor: quū propter experientiā rei: quę in ipso est: tū propter fidelitatē: qui & prius venit: & integer cōprobatus est. Hæc tñ Catonem seerete secum loquutū dicit: vel postea ad Canidium relata quum audiret: nec ad cœnā ire voluisse: neq; vocantibus paruisse: minante autem Catone (vt fieri solet) se pignora capturum, ex Cypro nauigasse: & multo tempore sic aduersus Catonem infensum perstitisse: vt nec Martiæ quidem (hæc enim nondum a Catone migraue rat) loqueretur. Deinde cum Barca a cœnam eos vocasset: & Catone moram trahente, alii iam discumberent: tandē veniētē Catonē q̄sisse a Barca: vbi nā sederet: quū vero Barca dixisset: vbicūq; liberet: circūspexisse Catonē: ac dixisse iuxta Munatium sedete velle, atq; ita fecisse: nec tū quicq; colloquii inuicē in cœna habitum. Vel postea Catonē a Martia rogatū, vt Munatio scriberet, scripsisse: vt postridie mane domū veniret: se autē & Martia retētū, donec oēs recesserunt: atq; ita Catonē ad eos ingressum salutasse Munatium: & ambabus manibus complexū fuisse. Hæc scripsimus prolixius: arbitrantes non minus in huiusmodi rebus mores hominū cognosci posse q̄ in peruagatis ac magnis negotiis. Coegit autē Cato apud Cyprum circiter septēmilia talenta argenti. Veritus autē longitudinē nauigationis, vasa multa præparauit: singula duorū talentorū & quinquaginta drachmarū capacia: longum funem autē singulis alligauit: & infunis capite suber bonæ magnitudinis etat: vt per ipsum si naufragiū fieret, vbi esset argentū cerneretur. Hęc omnis pecunia incolumis Romam delata est: præter admodum pauca. Libri autem duo: in quibus rationes de ea pecunia diligenter perscriptæ erant, in via petierunt: nam quū alter libertus eius nomine Philargyrus secū deferret: ex Cenchris delatus cū ipsis oneribus periit. Alterum vero quū ipse Cato vsq; in Corcyram seruasset: nautis propter magnitudinē frigoris ignem immodice faciētibus arsere tabernacula: liberq; deperiit. & licet calumniatores refellere poterāt ministri regii tñ hanc librorum iacturā ægerrime Cato tulit: non tam ob fidem, q̄ ob exemplum diligentiæ suæ: quod cæteris hominibus prębere cupiebat. Aduectus igitur nauibus quum vrbē intraret: oēs magistratus, omnes sacerdotes, omnis senatus, item maxima pars plębis sicobuiam processerūt: vt ripę Tyberis vtrinq; complerētur: nec a triumpho multum differret. Nonnullis tñ agrestis superbusq; visus est: q̄ cōsulibus prętoribusq; obuiam progrediētibus neq; substitit, neq; cursum retinuit: nec in terrā ad eos descēdit: sed prętergressus nō prius destitit, q̄ classem in naualia cōiecisset. Quum tñ argētum per forum portaretur: admiratus est Populus Ro. tantā magnitudinem: & senatus post multas Catonis laudes, decreuit ei prętură extra ordinē: & ludos ispicere purpurea veste. Verū hæc senatus decreta Cato ipse deprecatus, Niciam regis seruū petiit a senatu manumitti: ob fidē ac diligentiam rei: administratarum. Erat per id tępus consul Philippus Martiæ pater: & quodāmodo magistratus eius potētia in Catonē redibat: collega Philippi Lętulo nō minus in honore Catonē habēte propter virtutes, q̄ Philippus ipse propter affinitatē. Post hæc Cicero in vrbē vnde prius a Clodio pulsus erat reuersus, quū potētia qua plurimū pollebat fretus, tabulas in capitolio fixas, in quibus res in tribunatu Clodii gestæ perscriptę erant, per vim deleuisset: senatusq; super ea re haberetur: & Marcus Cicero absentē Clodium accusaret: diceretq; a Clodio gesta esse irrita oportere: quoniā ipse Clodius contra leges tribunatum accepisset: nō placuit id Catoni. Itaq; assurgēs dixit: Clodii tribunatū nihil sani neq; boni in se habuisse: si tñ quis irritare vellet quicquid ab eo gestum esset, necesse fore: vt ea etiam quæ ipse in Cypro fecisset: irrita haberentur: neq; fuisse secundum leges profectionem eius in Cyprum quum is tribunus referret qui authoritatem non haberet. Non igitur contra leges tribunum esse factum. P. Clodium: qui ex patria familia ad plebē lege cōcedēte trāsisset. Quod si tribunatu quēadmodū cęteri multi abusus est: ipsum corrigere oportere, qui deliquerit: nō vero potestatē tribunitiam dissoluere. Ex hoc indignatio inter Catonē & Ciceronē exorta est: postea tū procedēte tępore, reconciliati sunt. Quū deinde Pompeius & Crassus cū Cæsare qui citra alpes verat cōmunicato cōsilio, statuissent secūdū cōsulatū inire: & cōsules factos Cæsari quidem in quinquēnium prouinciam & exercitus prorogare: pro se vero magnas pecunias & prouincias & delectus accipere: remp. vexare: ac quum multi boni viri consulatum petituri destitissent: solus. L. Domitius qui Porciam sororē Catonis vxorē habebat, monente Catone, nō esse illis concedēdū: sed pro reipublicę libertate certandum: sustinuit cōpetitor esse. Nec solū ad Domitium hic peruenit sermo: sed ad omnes bonos: nō esse negligēdas Crassi & Pompeii opes in vnū collectas: sed dissungen

Amicitia nimia causa ē odii generandi.

Philargyr⁹ Catonis libertus.

Libri rationū Catōis de pecunia cypria perierunt.

Regressus Catonis in vrbem.

Catoni ex cypro redeunti honores habiti.

Philippus Martię pater consul.

Domitius Porciæ vir.

dum esse alterꝫ ab altero. fore enim grauẽ & intolerabilẽ eorum potẽtiam: si vna cõsules fierẽt. Fa-
uebãt igitur omnes Domitio, confirmabãtqꝫ: ostendentes multos ex iis qui metu silerent, in comi-
tiũ ei suffragaturos. Hoc quũ Põpeii familiares vererẽtur: insidias Domitio tẽdunt: quũqꝫ is prima
luce in cãpum cũ funalibus descẽderet, vno ex suis qui præcedebant, interfecto, multis insuper vul
neratis, omnes in fugam vertunt: prẽter Domitium & Catonem. Nã Cato Domitium retinebat:
ipsumqꝫ cohortabatur: dicebatqꝫ resistendũ esse pro libertate patriæ aduersus tyrãnos: q̃diu spiritus
supersit: qui quẽadmodum magistratu abusuri sint, iã extunc patefaciant: per tãta scelera ipsum p
curãtes. Hæc dicebat Cato iã brachium sauciũs: sed quum Domitius periculũ expectare nolet: do-
mũqꝫ se reciperet: designãtur cõsules Pompeius & Crassus. Nec tamẽ Cato quieuit: sed prætură: pe-
tiit: ne priuatus consulibus aduersaretur: ad illi quum hoc timerẽt: qꝫ videbãt præturę dignitatẽ in
Catonẽ parẽ fore consulari potestati: senatũ habuerunt multis ignorãtibus: & in eo decreuerũt pri
mo quidẽ vti prętores, qui creati essent, confestim magistratũ initurent: neqꝫ consuetum tẽpus expe-
ctarẽt: deinde ne fraudi esset: siquis eũ magistratum per ambitũ obtineret. Et simul ipsi amicos & mi
nistros ad petitionẽ eius concitarunt, porrigẽtes argẽtum & ipsi suffragio præsidẽtes. Et quũ nihi-
lominus omnia ipsoꝝ studia Catonis virtus superaret: erubescẽtibus cunctis, suffragium nõ dede-
re Catoni præturam petẽti: qui vel pretio comparãdus foret ad eum magistratum gerẽdũ: & quũ
prima tribus eũ nominasset: Pompeius id animaduertẽs turpissime mẽtitus se tonitrua audiuisse,
comitia dissoluit. Nihil enĩ fas erat agere, quũ talia contigissent. Post hæc rursus magnis largitioni
bus fręti, & optimatibus ex cãpo per vim pulsis, prętorẽ fecerunt Vannium pro Catone: quo ĩ lo
co ferunt eos qui suffragium tulerãt continuo præ verecundia e campo fugisse. Reliqui vero qui id
grauiter ferebant: tribuno quodãplebis concionẽ præbẽte, Catonẽ induxerunt: qui omnia quę fu
tura erãt & reipublicę euẽtura quasi a dijs edoctus prædixit: ciuesqꝫ in Põpeium & Crassum conci-
tauit: qui ita sibi conscii essent: ita rẽpub. administrare cuperent: vt timerẽt Catonem prętorẽ fieri.
Tandem vero quum domum reuertererẽtur, tanta multitudo eum prosequuta est: quãta ne omnes
quidem illos qui prętores erant creati. C. deinde Trebonio legẽ promulgante, de prouinciis con-
sularibus: vt alter Hispaniam Aphricãqꝫ haberet: alter Syriam & Ægyptum: & quibus videret ter-
restribus naualibusqꝫ copijs bellum inferrent: cæteri omnes quum desperarent prohibere posse, su
persederunt: nec aduersati sunt: Catoni autẽ contradicere volenti vix tẽpus duarum horarum ad
dicendum concessum est: qui, quũ multa dicẽdo ac præmittendo, tẽpus consumpsisset: non permi-
serunt vt amplius loqueretur: sed ministerẽ adhuc dicentẽ & in suggestu stantem arripuit. Quin
etiã quum ex inferiori loco vociferarentur: multiqꝫ exea re turbati essent: rursus per lictorẽ apprehen
sus extra foꝝ tractus est, ibiqꝫ relictus. Cato vero simulatqꝫ dimissus est: rursus ad rostra magna vo
ciferationem reuersus, monebat ciues ne hoc paterentur. Hoc modo quũ sæpius ex eo loco dedu
ctus semper rediret: molestẽ id ferẽs Trebonius, iussit vt Cato in carcerẽ duceret: q̃d quum factum
esset, ingens multitudo ciuium sequebatur: & ipse Cato inter ambulandum cohortari ac monere
contra legem non desistebat: quãobrem territus Trebonius, Catonẽ dimisit & illa quidem dies fru
stra cõsumpta est. Posteris vero diebus partim minis, partim largitionibus, vno ptęrea ex tribunis
plebis Aquilio armis depulso: ipsoꝫ Catone foro deiecto, multis vulneratis, nõnullis etiam inter
fectis, per vim legẽ tulerunt. q̃d quidẽ tã indigne tulerunt boni: vt plęriqꝫ statuas Pompeii ob indi-
gnationẽ cæderẽt. sed hæc quidẽ fieri Cato phibuit. Deinde quũ de puinciis exercituqꝫ Cæsaris p
rogandis referretur: nõ amplius cũ plebe egit Cato: sed ad ipsum Pompeiũ conuersus, attestatus ẽ,
ac prædixit: in suã ceruicẽ Cæsarẽ armari: idqꝫ nõ videre nunc: veꝝ enim eo tẽpore sensurũ esse: quũ
propter grauitatẽ ac potentiam nec deponere valebit: nec perferre. proinde fore vt eo tẽpore Ca-
tonis reminiscatur: intelligatqꝫ non minus vtilitatis ineſſe sentẽtiæ suæ q̃ honestatis atqꝫ iustitiæ.
Hęc tamen Pompeius neglexit: confisus felicitati sue nec putans fieri posse: vt Cæsar ab eo disun-
geretur. Sequenti vero anno quum prętor factus: non tantum visus est dignitatis ei magistratui
afferre: quantum demere: sæpe nudis pedibus & sine toga ad rostra veniens: & causas capitales cla-
rorum virorum, eo habitu cognoscens. Tradiderunt & nonnulli iudicia nõnunq̃ post prandium,
quum vinum potasset, cum exercuisse: q̃d tñ falsum est. Quum aũt Populus Romanus largitioni-
bus corruptus tanq̃ mercenaria opera suffragiis vteretur: cupiens mederi huic parti reipublicę Ca
to, senatui persuasit decernere: vt hi qui designati essent, si nullum accusatorẽ haberent, ipsi tamen
iudicium subire atqꝫ rõnem reddere cogerentur. Hoc perinique ferebãt ii qui magistratũ petebant:
iniquius etiam plebs largitionibus assueta. Itaqꝫ quum Cato postridie ad rostra veniſſet: multitu-
do hominum in eum impetum fecit. clamans, detestans, ac percutiens illũ: quoad vniuersi qui cir-
ca rostra erãt, aufugerẽt. Ipsum vero Catonẽ multitudine pressum atqꝫ delatum, vix rostris appre-
hensis continere se potuisse dicunt: sed quum in rostra se recepisset: grauitate & authoritate turbã
sedauit: clamoresqꝫ repressit: & oratione habita miti, attentę auditus est: turbationẽ omnẽqꝫ ex ani
mis deleuit. Ob quã rem quũ a senatu laudaretur: At ego inquit. P. C. vos minime laudo: qui me p
torem in tanto periculo deseruistis. Hi vero qui magistratum petebat: quum singuli a largitioni-

Põpeius & Crassus cõsules desi-
gnari. Cato bra
chium sau-
cies.

Tonitrua quũ auditẽ
tur nihil agi in curia
fas erat.

Vãnius prętor creatus

Cato a Tre
bonio i car
cerẽ trudi
iubetur.

Cato nudis pedibus & sine toga i
ptura cau-
sas cogno-
scebat.

bus deterriti essent: in vnū conuenerunt, cōtuleruntq; vnusquisq; duodecim milia & semis drachmarum argenti: facta spōsione vt qui ex eis per largitionē peteret, id argētum perderet: arbitrū ad eā rem Catonē eligunt: & pecuniā apud illū deponere statuunt: sed ipse Caro pecuniā quidē recipere noluit, fideiussores tñ recepit. Quum aūt dies comitioꝝ veniſſet: obseruās etiā suffragia, deprehēdit quēdam ex sponsoribus contra pacta egisse: ipsumq; dānauit: & eius pecuniā aliis tribuit. Illi vero iustitiā atq; integritatē hominis admirati, pœnam remiserunt: satis pœnarum dediſſe illum arbitrati, q̄ a Catone esset damnatus. Sed ea res nō mediocrē inuidiā in Catonē concitauit: quasi senatus, iudicum, ac magistratuum vim atq; potestatē sibi arrogaret. Neq; enim vlla virtus est, quæ magis inuidiā cōtrahat, q̄ iustitia: quā potētia & fides populorū maxime sequuntur. Neq; enim dū taxat in honore habent iustos, quēadmodum fortes: neq; admirantur quemadmodum sapientes: verumetiam amant: atq; eis confidunt: ex illis vero quos supra memoraui, alios timent: aliis parū credunt: prēterea arbitrantur natura magis, q̄ volūtate illos excellere: putātes fortitudinem & prudentiā, alterā acritatē quandā, alterā robur animi esse. Iustus vero esse: quiuis potest modo prauitates repellat. Itaq; iniuriam maxime vt inexcusabile vitium improbis dicunt. Quamobrem Catonii tunc omnes potentes atq; clari inuidebant: & in primis ipse Pōpeius: qui putabat Catonis gloriā suę potētię officere: atq; ea de causa semper quosdam summittebat calūniatores in Catonem: quorum vnus erat. P. Clodius: qui tursus cum Pompeio in gratiā reuersus, Catonē criminabatur: multum argenti sibi in Cypro expilauisse: Pōpeio aūt bellum inferre, & nuptias filiæ vt indignas repudiasset. Ad hæc respondebat Cato se tantum argenti ex Cypro Romā detulisse sine vllo militē: quātum Pompeius ex omnibus triumphis ac bellis, quibus vniuersum terrarū orbem turbasset, non attulerat. Affinitatē vero Pompeii nunq̄ elegisse: nō q̄ indignū putaret: sed q̄ nō eadē in repūblica esset mens ac voluntas. Nam se quidē prouincia abstinuisse: quum sibi a senatu post prēturā vltro traderet: Pompeium vero partim pro se accepisse prouincias: partim aliis procurasse: nunc aūt sex milia militū in Galliam ad Cæsarē mittere. quos neq; Cęsar petierat a senatu: nec ipse Pōpeius authoritate senatus cōcessit: sed tot hominū, tantę armoꝝ copię, tot equi, gratię sunt ac remunerationes priuatim elargitę. Imperatorē appellatū Pompeiū aliis prouincias exercitusq; cōmisisse ipsum vero domi manere: vt seditiones & turbas aleret. quibus rebus manifestū est imperium affectari a Pompeio. Hoc modo Cato Pompeiū vltus est. Erat. M. Faonius Catonis amicus atq; æmulus: qualis Apollodorus Phalerius dicitur Socratis fuisse: vir quē faciliter verba mouerēt: nec id quidē modice aut humane: sed vsq; ad insaniā atq; furorē. Hic ędilitatē petēs repulsam ferebat: cui quū faueret Cato: animaduertit tabulas vna manu oēs perscriptas: itaq; hanc machinationē redarguens, & tribunos super ea re appellans, comitia dissoluit. Postea aūt Faonio ædili facto, & cætera p eo munera obiuit: & spectaculū edidit in theatro: proponens certantibus non ex auro coronas, sed quēadmodum in Olympico fieri solet: ex oleastro. Dona etiam attribuit: Gręcis quidem ex Thridacio, & Raphano, & Blito, & Apio: Romanis aūt vini amphoras: cārnes porcinas: & ficus: & ligna fasces: quoꝝ vtilitatē alii deriserunt: alii laudauerunt: propter Catonis austeritatē. Faonius in ter multitudinē se coniiciens, & cum aliis sedēs, Catoni applaudebat: admonebatq; vt victoribus ea dona tribueret: attestabatur se Catoni hanc potestatē cōcessisse. In alio autem theatro collega Faonii magnifice ludos faciebat: sed vniuersa multitudo illum reliquerat: & ad Catonē Faoniūq; pro rei nouitate se cōtulerat. Fecit aūt Cato hæc: vt doceret oportere eum qui ludos faceret, ludis vti: & gratia magis ac simplicitate certare: q̄ tantos apparatus & sumptus in rem non vtilem consumere: & curas ingētes ea de causa suscipere. Post hæc vero quum Scipio, & Hipseus, & Milo consulatum petētes non solū illis solitis vtitatisq; largitionibus, sed etiam armis & necibus contenderent: ac temeritate & audacia bellum ciuile concitassent: quibusdam cēsentibus Pompeium comitiis præficiendū: contradixit Cato: neq; oportere inquit a Pompeio legibus p̄sidendū esse: sed Pompeio a legibus. Verum postea quum permultos dies tria veluti castra forum obsiderent: censuit anteq̄ summa necessitas cogeret, sponte & gratia senatus eam rem Pompeio esse mandādam: ex duobus malis quod minus foret, eligens: ne quum ciuitas seditionibus atq; armis diu afflicta esset, tūc demum in potestatem vnius deueniret. Dixit igitur sententiam in senatu. M. Bibulus Catonis necessarius: qua censebat solum Pompeium consulem designandum. fore enim vt vel respublica quiē accipiat Pompeio gubernāte, vel meliori seruiat. Cato aūt assurgens contra expectationē omnium Bibuli sententiā laudauit: asserens prēstare vt quęuis potestas in vrbe sit: q̄ rempublicā sine magistratu ac p̄side manere. Se quidē expectare vt Pompeius rēpublicā sibi cōmissam laudabiliter tueatur, & gerat. Per hunc modum consul designatus Pōpeius a Catone postulauit: vt in suburbanum ad se veniret: qui quum veniſſet: amicissime eum recepit: atq; gratias egit: rogauitq; vt sibi in consulatu gerendo adiutor esse vellet: se ex illius authoritate cuncta facturum. Ad hæc respondit Cato: se neq; priori tēpore aliquid vnq̄ contra Pompeium feciſſe inimico animo: neq; in præsenti vt gratiam eius sibi compararet: sed pro vtilitate reipublicę semper loquutum esse: priuatim quidem igitur sese Pompeio affuturum: si Pompeius id postuler: publice vero etiam si non

Virtus nulla est q̄ magis inuidiā cōtrahat q̄ iustitia. Iustus quis potest esse: modo prauitates repellat.

P. Clodius Catonis calumniator.

M. Faonius ędilis factꝰ.

Coronę ex lauro in olipicis certaminibꝰ pro ponebātur.

Scipio | Hipseus & Milo de cōsulatu contēdētes.

Pōpeiu cōsul designatus.

Decuplatores.

Pompeius vetuit lege cõmendationes reis fieri.

P. Sulpitius.

Catonis cõstãtia in cõsulatus repulsa.

Cęsaris epistola ad senatum.

Ariminũ a Cæsare occupatum. Pompeius vrbẽ deserit.

postulet, omnia perscrutaturum. Et sane ita fecit: vt promiserat: primum enim magnam ac nouã pœnã aduersus Decuplatores Pompeio statuente, præterita condonanda censuit: futura vero punienda. Neq; enim finẽ præteritorum facinor; faciliter reperiri posse: nec noua pœna quę nũc imposita est, punienda esse delicta tũc cõmissa: quum lex aliã pœnã statuebat. Deinde quũ multi summi viri hac ipsa lege rei postularentur: Pompeiusq; interdum pro amicitia & familiaritate eorum se facilẽ præstaret: remitteretq; seueritatẽ: increpabat eum Cato vehementer: atq; excitabat. Præterea quũ Pompeius cõmẽdationes reis dari in iudiciis consuetas per legẽ vetuisset: ac postea ipse Munatio Flacco cõmendationẽ scripsisset: Cato qui in ea causa iudex erat, quũ recitari cœpta esset Põpeii cõmendatio, aures manibus clausit: legiq; illã prohibuit. Flaccus vero ipsum ex iudicibus reiecit: & quidẽ post oratam causam: sed nihilominus cõdẽnatus est. Omnino aũt difficilis atq; anceps seruulus erat Cato iis: qui in iudicium vocabãtur. Nullus enim reorum habere iudicẽ volebat Catonẽ: & tñ reiicere formidabãt. Nam multi eo ipso condẽnati sunt: q; Catonẽ reiiciendo non satis cõfisi suę innocẽtię videbantur. Multis etiã in magni opprobrii partẽ obiicebatur: q; Catonẽ iudicẽ oblatum recipere noluissent. Post hæc quum Cæsar in Gallia magnas haberet copias: Romę vero pecunias, largitionibus, & amicis plurimũ posset: tunc demũ monitiões Catonis diu antea prędictæ, Pompeium quasi dormientẽ excitarunt: quumq; etiã tunc piger videretur ad Cæsarẽ compescendum: perrexit Cato consulatũ petere: quasi confestim arma Cæsari arrepturus: eiusq; insidias patefacturus. Competitores Catonis duo fuerũt: ambo gratiosi: quorum alter. P. Sulpitius plurimũ Catonis authoritate ac potẽtia omni tẽpore frętus, non recte tunc facere videbatur: neq; satis gratum se erga Catonẽ præstare. Ipse tamẽ Cato nunq; questus est: sed minime admirandũ esse dixit: si id qđ quis maximũ bonum esse putat, alteri non concedat. Senatui vero persuasit: vbi ipsos qui consulatum peterent, per se Romanum. P. appellarẽt: ob qđ etiã magis homines sibi aduersos fecit: quasi non solum accipiendi pecuniã, verũetiã gratiã concedẽdi Populo Romano reuerẽtiam abstulisset. Ad hęc accedebat: q; nec ipse ad dicẽdum pro se satis idoneus erat: sed dignitatẽ morũ potius conseruare volebat: q; compellando atq; rogando dignitatẽ magistratus acquirere: neq; vt amici hoc facerẽt permittebat. ob qđ multitudo capi & deliniri solet, Itaq; victus a cõperitoribus consulatum non obtinuit: & quum ea res nõ solum iis qui repulsam tulerãt, verum amicis quoq; & familiaribus rubori esse soleret: & tristitiam atq; calamitatẽ per multos dies afferre: ipse Cato ita negligẽter id tulit: vt sequẽti die vnctus in cãpum descẽderet: & post prãdium rursus vt solebat sine calceis & tunica in forum veniens vna cum familiaribus ambularet. Hoc factum Catonis Cicero reprehẽdit: q; rebus poscentibus vt consul fieret, nõ studuerit populum humanitate delinire: sed ẽt ad reliquũ tps defessus fuerit: atq; prętura quidẽ rursus petiit: idq; illa de causa se facere dixit, q; nõ iudicio Populi Romani: sed violẽtia atq; corruptione quorundã hoĩum in ea petitione succubuisset. At consularibus comitiis nullã fraudẽ adhibitã: sed non saris Populo Romano suos mores probatos fuisse: quos neq; mutare ob eam causam, neq; quum illis vtarur velle se rursus periculum sui facere. Inde quum Cæsar in bellicosissimas nationes impetum fecisset: easq; superasset: germanos ẽt contrã fœdus bello lacessisset: & trecẽta hominũ milia occidisset: aliis ob rem prospere gestam supplicationes decernẽtibus, Cato censuit ipsum Cæsarem iis dedendum: quibus contra fœdus bellũ intulerat: neq; faciendum vllo modo: vt ipsi in se atq; in rempublicam tantam pollutionem recipe rent. Attamen inquit diis immortalibus gratias agendum est: q; pro hac tanta imperatoris nostri temeritate, in exercitum nostrum pœnas non verterunt: sed reipublicę pepercerunt. De his Cæsar certior factus, epistolã scripsit ad senatũ: in qua multa maledicta in Catonẽ congessit. Qua lecta, Cato ipse assurgẽs: non ab ira, neq; ab obtrectatione aliqua, sed ab ingenio atq; ratione crimina quæ in se dicta erãt, iurgio similia esse ostendit: & ludum aliquem pompamq; conrinere. deinde mẽtem Cęsaris ab ipso initio patefaciens & omnem illius voluntatem quasi ipse socius atq; coniuratus foret aperiens, ac docens, non Britãnoq; neq; Celtarum filios, sed ipsum Cęsarem esse formidãdum, ita mẽtes omnium mutauit & acuit vt amicos Cæsaris vehementer pœnituerit: q; eiusmodi epistola in senatu lecta facultatẽ Catoni dedisset: vt verbis pro iustiria factis Cęsarẽ merito & iustissime redargueret. Nihil tñ a senatu decretũ ẽ: verba dũraxat habita: oportere Cęsari succedi; de ari. Amicis Cęsaris dicentibus: vt Põpeius etiã arma deponeret: prouinciasq; dimitteret: qđ ni faciat, Cæsarẽ quoq; nõ esse facturũ: iã illa vociferans Cato quæ ab initio prędixerat, aduentare scilicet virum: & manifestissime vim afferre cum illis ipsis copiis: quas a decepta ciuitate adeptus foret senatum in suam sententiam traduxit. Deinde quum Arimino Cęsar occupato ad vrbem contendere diceretur: hinc iã vniuersi Catonẽ intuebantur: tam Pompeius, q; cæteri omnes: vtpote qui primus omnium ista vidisset. Dixit igitur Caro: at si iis quæ ego prędicabam credidissetis. P. C. nec vnum nunc timeremus: nec etiam in vno spes nostras haberemus. Censeo tamen vni Põpeio cõmittendum: vt videat: ne quid respublica detrimenti capiat. Etenim eorũdem hominum esse solet: magna inferre mala: ac repellere. Pompeius igitur quum neq; exercitum paratum haberet: nec quas tunc deligebat copiis satis credendum putaret: vrbem deseruit. Cato vero quum Pompeium

sequi decreuisset: minorē eius filium in Brutios ad Munatium misit: maiorem vero vna secum duxit. domus autem & filiarum suarum gratia, Martiam rursus accepit: quæ tūc vidua erat: & ab Hortēsio heres relicta. Q. dē eius factum maxime Cæsar carpēdo auaritiā Catonis criminari conat. Nā si indigebat inquit, cur eā dimisisset: sin autē non indigebat, cur eā recepisset? nisi videlicet illam mulierē tanq̄ escā a principio posuisset: & iuuenē dimisisset: vt diuitē reciperet. Ad hæc autē quæ a Cæsare dicta sunt, probe illa conueniunt: quæ dixit Euripides in eos qui Herculi timiditatē exprobrabāt. Nam per simile est Herculi timiditatē animi obiicere: & Catoni turpitudinem quæstus. An vero improbandę sint hæ nuptiæ: alterius erat consideration is. Sed postq̄ Martiā recepit: & curā rei familiaris, ac filias ei cōmisit: ipse Pompeium sequutus est a qua die ferunt neq; capillos neq; barbam deposuisse: luctum vero ac mœstitiā pro tātis reipublicæ cladibus, siue superarent: siue superarētur, eodem modo semper obseruasse. Sortitus autē Siciliā prouinciā ac Syracusas profectus, quū audiuisset Asinium Pollionē cum multis militibus Messanā traiecisse: & simul cognouisset Pōpeii fugā ex Italia: res diuinas pmagnā obscuritatem, multosq; in se errores habere questus est: siquidē Pompeio in his rebus quibus nihil iustitiæ inerat, semper dii fuissent: tunc vero patriam seruare cupienti & pro libertate pugnārem deseruerint. Quāq̄ itaq; Asinium ex insula deturbare posset: tamen ne Siciliā cladibus belli inuolueret, abeundi cōsilium sumpsit: monitis, prius Syracusanis, vt de salute suæ ciuitatis prouideret, Dyrrhachium ad Pompeium nauigauit. Quum in castra peruenisset: semp in eadē sententia fuit. censebat enim oportere: vt bellum protraheretur: sperans vt tractu tēporis ira mitigarētur: neq; ferēdum putabat: vt Populus Romanus seipsum pugna ferroq; truncidaret. Suasit etiā: vt Pompeius cæteriq; primarii viri decernerent: nequa ciuitas socia aut amica populi Ro. diriperetur: neue quisq̄ Romanus ciuis extra aciem interficeretur. Hac ille humanitate multos mortales ad partes Pompeii conuertit. Missus deinde in Asiam, vt apparatus nauium delectusq; militum acceleraret: secum duxit Seruiliam sororē, & Lucullum puerum ex Seruilia genitū. Nam Seruilia quidē post mortē viri se Catonis potestati subiecerat: eūq; sponte sequebatur: ob aduersam impudicitiæ famā abstergēdam. Verūtamē Cæsar in hac quidē parte Catoni pepercit: & in cęteris quidem (vt videtur) nihil erat opus Catone. Nam ii qui a Pompeio missi erant: summa cum diligētia cuncta perfecerāt. Rhodios duntaxat authoritate atq; oratione sua pmouit: & Seruiliam illic atq; Lucullum relinquēs ad Pompeium redit: cum magnis terrestribus atq; naualibus copiis. Atq; in eo tpe maxime Pompeii mens ac sententia cognita est. Nam quum naualibus copiis pficere Catonē decreuisset: & haberet naues pugnaces circiter quingētas: pręter lyburnicas & exploratorias: subito mutauit sentētiam: Bibulumq; classi pręficit: putās non id laborare Catonē vt Cæsar superaretur: sed vt omnino respublica libera foret: tam Pompeio q̄ cæteris potētibus e medio sublatis. Sed in quadam pugna quę Dyrrhachii cōmissa est, quum ipse Pōpeius cæteriq; duces ad pugnā milites hortando nihil proficerēt: Cato orationē habuit de libertate: de virtute, de gloria, de contenenda morte, quæ in philosophia didicerat, prout tps patiebatur differens: tandemq; orationē suā in deos conuertens. vt pote pręsentes & illos intuentes, qui pro patria pugnaturi erāt ita militum animos incendit: vt cum summo clamore, summoq; decernendi, desyderio pugnam deposcerent: omnesq; Cęsaris cohortes ea die in fugam verterent: nisi Cæsaris fortuna, & Pompeii infelicitas obstitisset: vt in eius vita scripsimus. Tunc autem omnibus ob ea quæ gesta erant lætitia exultantibus, Cato ipse plorauit patriæ fortunā: & ambitionē detestatus cernēs multos ac bonos ciues in acie cecidisse. Deinde Pompeius Cæsarē persequutus, quum in Thessaliā venisset: multęq; copiæ Dyrrhachii essent relictæ: & pręterea multæ pecunię multi Ro. ciues: omniū custos atq; dux Cato pficitur. datis sibi quindecim cohortibus. Atq; id fecit Pompeius: quia Catonis præsentia formidabat: quē vt absentē firmissimum victis refugium, sic pręsentem victori sibi minime cōuenturum existimabat: nec permissurū vt pro arbitrio victoriā exerceret. Accepta deinde apud Pharsaliā clade, in ea sententia fuit Cato: vt si Pompeius interisset: omnes qui secum erāt in Italiā reduceret: ipse vero solus tyrānidem fugeret: atq; in exiliū iret: sin autē Pōpeius euasisset: omnino copias illas Pōpeio conseruare. Hac igitur mēte in Corcyrā vbi naues erāt delatus: quū Ciceronē ibi offendisset: perrexit primū omnes copias illi tradere: & sese ei summittere: vt decēs erat ptorium virū cōsulari: sed Cicerone nō recipiente, & in Italiā abeunte, cognita Pompei voluntate: qui quū minime tēpus exposceret, eos qui in Italiā nauigabāt: afficere suppliciis, & in primis Ciceroni ipsi manus afferre cogitabat, priuatim ipsum corripiens, Ciceronē ex manifesto periculo liberauit: & cæteris facultatē abeūdi pręstitit. Arbitrarus vero Pōpeiū magnū in Ægyptū aut Lybiā pueniss̄e: ad illū ire perrexit cū omnibus copiis: data prius potestate abeundi iis qui nō volūtarie sequerētur: Catoni orā Libię pręterueeto fit obuiā Sextus Pōpeii filius minor natu: q̄ mortē patris nūtiauit. cuius mortē quū vniuersi grauiter ferrēt: nec alium ducē sequi vellent: Cato detestatus hominū perfidiā, qui difficillimo tēpore bonos desererent, principatum petiit: & in Cyrenē perueniens a Cyrenęis receptus est: quum paucis ante diebus Labienū excluss̄ent. Hic quum audisset Scipionē apud Iubam regē suscepisse: & Appium Varum Aphricę pfectum vnacū Scipione esse: profectus ad eos

Martiā Cato

Cato Dyrrhachiū ad Pompeium nauigat.

Lucullus ex Seruilia.

Oratio Catonis ad milites.

Cato dux pficit copias relictis dyrrhachii.

Sextus Pōpeii filius.

Appius Varus.

Psylli.

pedes hyberno tẽpore, multis asinis qui aquã ferrẽt cõgregatis, multũ præterea cõmeatum ferẽs, multos etiã currus ducẽs, & insuper homines qui Psylli nominãtur, qui morsibus serpentum medentur, ore trahẽtes venenum, & ipsos serpentes cantibus mitigantes, septem continenter diebus iter fecit: ipse semper absq; equo & vehiculo agmen pcedẽs. In cœna vero sedebat: nam post Pharsalicã pugnã, hoc quoq; priori mœstitiæ addiderat: vt nunq̃ iaceret: nisi quũ dormiret. In Aphrica hybernis peractis, exercitũ eduxit. erant militum circiter decem milia. Res autem pessimo loco erat: Scipione & Varo simul contendentibus: & ob id Iubã obseruantibus: hominem propter opes & potentiam tumentis superbiæ: qui primo Catonis aduentu thronum suum medium posuit inter

Liber a Canei Scipionẽ editus.

Scipionẽ & Catonẽ: q̃d quũ animaduerteret Cato: sublata sella ad aliam partem se contulit: & Scipionẽ inter se & Iubam medium fecit: q̃q̃ sibi infensum atq; inimicum: vtpote qui librum aduersus illum ediderat. Ad hoc quidẽ non attẽdunt homines Catonis factum: si vero Philostratum in Sicilia medium ambulans habuit in honorem philosophiæ, illum accusant. Tunc igitur Iubæ insolentia repressa, qui quasi satrapas effecerat sibi eos qui quum Scipione erant, omnibus conciliatis quum ducẽ Catonẽ cuncti sequi vellent: & præcipue Scipionis ac Vari milites: negauit se contra leges imperium suscepturum quas vt seruaret, aduersus Cæsarem bellum gerebat: neq; se pro prætore dum procul adsit antepositurum. Nam Scipio pro consule prouinciam obtinebat: spesq; nonnullis erat in Scipionis nomine: quasi in Aphrica id esset ad victoriam fatale. Accepto itaq; a Scipione principatu: quum ille statim Iubę gratia omnes Vticẽses qui in ætate erant trucidare vellet: vrbẽq; funditus euertere: vtpote cum Cæsare sentientes. Cato obstitit: Attestans enim ac vociferans in concilio vix crudelitatẽ eorum coercere potuit: ac partim Vticensium rogatu, partim ex

Vtica vrbs a Catõe cõ firmatur.

Scipionis sententia, custodiam Vticæ recepit: vt neq; inuita neq; volens partes Cęsaris sequeretur. Ea vrbs opportunissimo loco sita & abunde munita erat: magis tamen a Catone confirmata est. Nã & annonę vim introduxit: & mœnia turribus: vallo: fossaq; muniuit: præsidiaq; ipsi posuit. Ciues autẽ q̃cunq; puberes erant ablatis armis pro turribus collocauit: reliquos in vrbe cõtinuit: vehemẽti diligentia adhibita: ne cuiq̃ eorũ inferretur iniuria: nec inferre aliis ipsi possent. Arma vero & pecuniam & frumentum inde ad castra mittebat, habebatq; eã vrbem quasi horreum belli. Quod autem Pompeio magno prius, idem tunc Scipioni suadebat: ne signa cõferret aduersus homines pugnacissimos: sed protraheret bellum: tẽpusq; contereret: quoad tyrannidis acies obtunderetur. Sed Scipio Catonis consilia neglexit: & aliquando etiam timiditatem exprobrauit: scribens ad eum, satis nõ esse si ipse in vrbe sit & mœnibus circunderetur: nisi etiã cęteros impediat: quo minus ea quæ optima factu sunt | exequãtur. Ad hæc rescripsit Cato: se paratum offerens cum iis copiis quas in Aphricam duxerat, in Italiam traiiecere. Quum vero hoc quoq; Scipio aspernaretur: manifestissime cernebatur in Catone pœnitẽtia: q; principatum concessisset ei: qui neq; belli artibus valeret: neq; si fortuna aliqua vinceret, temperate victoria vsurus foret. Quamobrem vt secum ipse agitabat: & familiaribus patefecit: se non bonam spem in bellum habere propter imperitiam ac superbiam ducis: ac etiam si Cæsar ipse superaretur, se Romæ non mansurum: sed in exilium futurum propter crudelitatem & superbiam Scipionis: qui iam tunc insolẽtes minas aduersus multos iactaret.

Scipio victus a Cęsare.

Et euenit q̃dẽ citius q̃ expectaret Cato: vt a Scipiõe male pugna tum esset: & prima nocte quidã a castris veniens tertia ante die pugnam commissam, Cæsaremq; victisse nuntiauit: capta etiam esse castra: Scipionẽ & Iubã cum paucis euasisse: reliquas omnes copias funditus esse deletas. His auditis vniuersa ciuitas ad huiusmodi nuntium attonita vix se intra mœnia cõtinebat. Quod quum animaduerteret Cato singulos monendo atq; consolando, q; non tanta essent: quanta nuntiabantur mala, sed rem verbis augeri, trepidationem sedauit: postridie vero Romanos ciues qui Vticæ negotiabantur, quorum trecentos in consilium delegerat, per pconem in templum Iouis acciri iubet: quo facto, venit ipse in templum sine vlla trepidatione: vultu pacato, quemadmodum priori tempore solebat, librum in manibus tenens, dum illi cogebantur, lẽtitare cœpit. Erãt in eo libro scriptę rationes rerum: quas ad bellum pparauerat: armorum, frumenti, ballistarum. Coacto autẽ concilio, incipiens ab ipsis trecentis viris | laudauit fidem & studium eorum: q; consilio, q; corporibus, q; pecuniis bñ de republica meruissent: deide cohortatus est: ne spẽ abiicerẽt: neue i diuersas partes ausugerent: sed se in vnum continerent. fore enim: vt eo modo plus roboris in resistendo haberent: faciliusq; a victore salutem impetrarent. Proinde sibi ipsis consulerent: in vtram vellent partẽ si tñ periculis sese obiectare velint: & pro libertate pugnare: se non solum virtutem eorum laudaturum, verũetiam ducem ac socium se præstiturum: quoad extremam sortem patriæ experiẽtur, quę nec Vtica sit: nec Adrumentum: sed Romana vrbs: quę sępe maioribus periculis euaserit: & sese reperiet. Multa quidem esse illis ad salutem parata: & præcipue q; aduersus eum hominem bellum gererent: qui a tempore ac fortuna totus penderet. Hispaniam ad Pompeium iam defecisse: vrbem vero ipsam Romanam nondum frẽnum seruitutis propter insolentiam recipere: sed grauiter ferre & ad res nouas conspirare. Deniq; hostem ipsum pro exemplo habendum: qui nullum recusset periculum: vt patriam suam ac iura subuertat. quod quum ille faciat pro iniuria: quanto magis eos facere decet:

Adrumẽtũ vrbs.

ere decet: qui si vicerint felicitatē adepturi: si vincantur, glorioſiſſimā mortē obituri ſint. debere tamen ipſos per ſe cōſulere: deos precantes: vt pro virtute quā ſuperiori tpe preſtiterunt, ea res feliciter cueniat, Hæc quū diceret Cato, plurimi oꝛone eius ducebātur: ac fortitudinē hominis humani tatēq; intuentes, quaſi periculoꝝ imminētium obliti ſe offerebant: vt corporibus & armis eorum arbitratu ſuo vteretur: vtpote cū ſolus oium inuictiſſimus dux, & cuiuſcūq; fortunæ victor. Satius .n. fore: vt eū ſequētes morerētur: q̄ ſi eo deſerto ſalutē accipiant. Quū vero quidā cenſeret ſeruis libertatem eſſe dandā: & plæriq; eius ſniam laudarēt: negauit Cato, ſe vllo modo id paſſurū: neq; eni eſſe iuſtum: neq; legibus cōſentaneū: ſi tū domini liberare velint, receptuꝝ. qđ quū multi pollicerentur: iuſſit eoꝝ nomina edi atq; ſcribi, ſic cōcilium dimiſit. Nec multo poſt afferūtur ſibi literę a Iuba & Scipione: quoꝝ Iuba quidē cū paucis in monte quodā latebat. Scipio aūt non longe ab Vtica naues conſcēderat: atq; in portu ipſo euētum reꝝ expectabat. Ambo a Catone per literas poſtulabāt: quid ſibi agēdum videretur. Cato itaq; eoꝝ tabellarios, quoad priora cōſilia firmarētur, retinuit. Et ſenatores quidē promptiſſime ſeruos dabāt: manumittebātq; & armabāt: cæteta aūt multitudo veluti nauicularii, fœneratores, & cætera huiuſmodi turba, qui maximā partē fortunarū ſuarum in ſeruis habebāt, miꝝ in modū refrixerant. Velut enim corpora quædā faciliter incenduntur, & rurſus remoto igne cito frigeſcūt: ſic dum preſens erat Cato, verſabaturq; in eorum oculis: ad virtutē incēdebātur, quū vero diſcederet atq; ipſi per ſe erant: Cæſaris formido plus valebat q̄ honeſta cōſilia. Qui enim ſumus aiebāt illi, cuiꝝ bellum inferre paramus? Nonne hic eſt ille Cęſar qui omnē Romanoꝝ habet potētiam? Noſtrū aūt nemo eſt Scipio, neq; Pōpeius, neq; Cato: ſed quibus tēporibus vniuerſi mortales timidiores ſunt q̄ oportet: in his tpibus, nos pro libertate Romanorū ex Vtica pugnabimus aduerſus eū, qui & Catonē, & Pōpeium ex Italia pepulit? & ſeruos aduerſus Cæſarē liberos faciemus: qui tātum libertatis ipſi habituri ſumus, quātum ipſe Cæſar nobis cōcederit? Cognoſcamus nos ipſos dum tps eſt: veniāq; petamus a victore: mittamuſq; ad eū homines qui illius irā deprecētur. Hæc multoꝝ verba erant: nā reliqui vim aduerſus ſenatores parabāt: putātes ſi eos caperēt, & Cæſari darēt, fore vt ira Cæſaris mitigata facilius ſalutē impetrarēt. Quę quū Cato audiſſet: nihil hāc mutationē reprehendit: Scipioni tū Iubęq; reſcripſit: ne Vticā accederent. Quū vero magna manus equitū a pugna, q̄ inter Cæſarē & Scipionē cōmiſſa erat, euaſiſſet: miſſi ſunt ad Catonē tres legati: non tū oēs eadē mandata habebāt. nam aliiad Iubā eundū fore cenſebāt: alii Catonē ducē poſcebant: alii Vticā accedere formidabant. Hæc audiens Cato .M. Rubrio operā dedit, vt noīa eoꝝ reciperet: & qui ſeruos ad bellū mānumittebāt. Ipſe vero ſenatoribus aſſumptis, Vtica egreſſus tribunos equitum cōuenit: eoſq; rogauit, ne ſenatores proderēt: neq; Iubā potius q̄ Catonē ſequi mallent: ſed in vrbē accederent: vt ſeipſos ca teroſq; ſeruarent, eſſe quidem vrbē ipſam inexpugnabilē, & multoꝝ annoꝝ victum habere, omniq; apparatu belli abundare. Ea quum ſenatores multis cū lachrymis precarētur, prefecti equitū ad equites retulerunt: Cato interea in quodā aggere vna cum ſenatoribus ſedens, reſponſa equitum expectabat. Inter hæc. M. Rubrius accedit cū ſumma indignatione, nuntians motum in vrbe fieri: quod quum auditum eſſet: aliis quidē in lachrymas lamentationeſq; conuerſis, Cato eos confirmare tentabat. Nuntii poſt hæc ab equitibus venere acerba poſtulantes: aiebant enim neq; Iubā ducem ſequi velle, pro mercede: neq; Cæſarē vllo modo timere, ſi Catonē habeant ducem. Vticēſibus tamen ex Phœnicia pfectis, hominibus infidis, nullo modo inter eadem mœnia ſeſe coniuncturos: nam ſimulatq; Cęſar copias ſuas ad vrbem admoueat inuaſuros eſſe Romanos atq; prodituros, proinde ſi vellet Cato eoꝝ opera ad bellum vti: Vticēſes omnes vel expelleret vrbe: vel intra mœnia trucidaret: qđ ſi faceret: Vticam ſe acceſſuros pollicebātur. Iſta Catoni aſpera nimium & intolerabilia viſa ſunt: benigne tū pro tpe reſpondit: ſe de ea re vna cum trecentis deliberaturum: atq; ita in vrbē regreſſus oſtendit homines. non clam, neq; latēter, ſed corā reclamantes, ſi quis contra Cæſarem impellat: cui neq; poſſeſe bellum inferre, neq; velle dicebant. nonnulli etiam voces contra ſenatores iactabant: capiendo eſſe illos, Cęſariq; dedendos. Sed ipſe licet hæc audiret: tū non audire ſimulabat: & erat q̄dem ſubſurdaſter. Vt autem equites abire nuntiati ſunt: timens ne trecenti illi viri contra ſenatores aliquid molirentur: profectus vna cum amicis, quum cerneret eos iam procul abeuntes, equo accepto conſequutus eſt. Et equites Catonē intuentes cum ſumma lætitia conuerſi eum receperūt adhortantes vt vna ſecū eſſe vellet. In hoc loco ferunt Catonem lachrymaſſe: dum pro ſalute hominum ſenatorii ordinis, milites pcarēt: manuſq; tetendiſſe: & nonnulloꝝ equos freno captos vertiſſe: arma ipſoꝝ tenuiſſe: quoad ab equitibus extorſit: vt ea die iuxta Vticam morantes ſecuritatē ſenatoribus præſtarent. Vt igitur eos reduxit: & alios quidem portis, alios arci cuſtodes impoſuit: magnus metus plæroſq; inuaſit: ne pœnas darent mutatæ voluntatis. Poſtulabant igitur a Catone: vt eos adiret: at ſenatorii pro Catone ſolliciti eum retinebant: neq; dimiſſuros ſe, neq; prodituros qui in tantis periculis eos ſeruaſſet, prædicabant. Manifeſtiſſimus enim, vt videtur, ſenſus erat & zelus & admiratio virtutis eius cunctis, qui Vticæ erāt: quū ipſe nihil ſimulate, nihil doloſe face ret: Vir q̄ quum diu anteā mortē ſibi affetre decreuiſſet, ingentes tū labores & magnas curas p̄ ali-

Litarę a Scipione ac Iuba ad Catonem.

M. Rubriꝰ.

Vticenſes profecti ex Phœnicia.

Subſurdaſter.

is suscipiebat: vt quũ cęteri omnes secure iam viuere possent: essentq; apericulo liberati: tũc ipse de mũ mortem obiret. Erat occulta eius deliberatio ad mortẽ: q̃q̃ pro cæteris affligeretur. Venit igitur tunc ad trecẽtos solus: qui quũ ei gratias egissent: rogassentq;, ne eos in suspitione haberet sed fidei eorum crederet: & si oẽs Catones nõ essent: neq; tantã magnitudinẽ aĩ præstarẽt: miserẽdum esse eorum imbecillitatis: censebãt ad Cęsarẽ mittẽdum potissimũ pro Catonis salute q̃dã si Cęsar nõ concederet: ne si ipsis sponte offerat, gratiã eius accepturos: sed quoad spiritus supsit aduersus eum pro Catone pugnaturos. Caro eoꝝ sententia laudata, respondit vt p seipsis (si ita vellẽt) Cæsarẽ præcarent: pro Catone aũt nullo modo faciẽdum. Nã victoꝝ q̃dem esse deprecari: & eoꝝ qui errassent veniã petere: se vero per oẽm ętatẽ inuictũ se præstitisse: & Cæsarẽ honestate atq; iustitia longe superasse. Nec esse victum aut captũ Catonẽ: sed ipsum Cęsarẽ: q bellum q̃d iam diu cõtra patriam parabat, quũ sępe id negasset, nũc tãdem conuictus est agitasse. hęc loquutus abiit. Quũ vero audiret Cæsarẽ cum oĩbus copiis aduẽtare: dii boni inqt, vt cõtra viros, ad nos ille. & ad sena torios cõuersus monuit: ne differrẽt, dũ eqtes adessent, saluti suæ prouidere. Et oĩbus portis, præter vnã quæ ad mare prospiciebat, clausis naues suis assignauit: ordinauitq; vniuersos sine trepidatione vlla aut tumultu: egenis autẽ & tenuioribus pecuniã tradidit. Deinde quũ. M. Octauius cũ duabus legionibus haud procul ab Vtica castris positis, a Catone postularet: vt p imperio diffiniretur: Cato nihil respõdit: sed ad amicos cõuersus, quis iam mirabit inquit: si res male gesta est: quãdo in ipsa morte cupiditatem dominãdi in nostris hoĩbus cernitis? Inter hæc audiẽs equites iam abire volẽtes, Vticensium domos diripere: cursim ad eos profectus, primis spolia e manibus eripuit: cæteri vero oẽs abiecerũt: & cũ summo rubore discesserunt. Post hæc Vticenses in vrbẽ reducẽtos orauit: ne Cęsarẽ contra ciues Romanos qui Vticę erãt, irritarẽt: sed cõmuniter p oĩbus salutem peterẽt: ac rursus ad mare rediẽs, curauit eos, q nauigaturi erant: & amicos hospitesq; cõplexus dimisit: filio persuadere nõ potuit: vt vna cum cæteris nauigaret. neq; enĩ putabat vllo modo patrẽ esse deserẽdum. Erat aũt eriã qdam Statilius ętate iuuenis, mẽte validus, Catonis imitator: huic suadebat Cato vt inde nauigaret: nec Cæsaris sibi inimici expectaret aduentum. Qui quum se facturum negaret: respiciẽs Cato Apollonidem stoicũ, & Demetrium peripateticum, inquit: videstrum hoc opus est iuuenem lenire: & ad curam sui ipsum conuertere. Totam noctem & magnam partẽ diei in dimittẽdis amicis, & pecuniis dandis cõsumpsit. Deinde. L. Cęsar. C. Cęsaris cognatus, qui a trecẽtis ad Cæsarẽ mittebatur, a Catone postulauit: quem admodum sibi verba faciẽda viderẽtur p salute ciuiũ Ro. Nam pro re q̃dem inquit, & manus apprehẽdendę, & genua amplectenda erunt. Cato vero nullo modo id faciẽdum respõdit: sibi enĩ ipsi si saluterem petere vellet, ad Cęsarem eundum fore: sed nolle se tyrãno gratias agere: pro iis rebus, quas contra leges per iniuriam facit. Nam salutem dat quasi dominus eoꝝ, quibus nullo modo dominari poterit: quem admodum tũ ille preces Romanoꝝ ciuium exaudiat, simul cõsiderare velle. Hæc vna cum. L. Cæsare meditatus, cum filio amicisq; comitatus est: amplexusq; virum dimisit: & filiũ suum amicosq; reduxit. Et quũ cætera multa loquutus est: tũ illud pœceptum filio dedit: ne vnq̃ ad rẽp. se cõferret. Nam vt iã digna Catõe faceret, nullũ esse locũ in rep. aliter ãt vt se gereret, turpe esse. Post hęc quũ aduespasceret, balneũ intrauit: & inter lauandum quũ sibi Statilium in mẽtem veniisset: alta voce Apollonidem vocauit: petiitq; an iuuenẽ dimisissetet: eiusq; magnitudinem animi repressisset: & an ille nauiũ ascendisset se in scio in salutato. Respondente Apollonide, se multa cũ illo verba fecisse: veꝝ perseuerare illum in sententia vt oĩa faceret: quæ Cato ipse faceret: subridens Cato, at hoc inquit confestim apparebit. Post lauacrum cum multis cœnauit sedẽs: quẽadmodum post ciuile bellum cõsueuerat. neq; enim iacebat, nisi quũ dormiret. Cœnauerũt cum eo oẽs familiares: & Vticensium magistratus: ac post cœnam magna & iocunda disputatio agitata est: quũ deinceps philosophiæ quæstiones pponerẽtur: quoad peruẽtum est ad illa: quæ Paradoxa stoici vocant: veluti solũ virũ bonũ liberũ esse: oẽs malos esse seruos: aduersus quæ quũ peripateticus pugnaret, vehemẽter in ea disputatione accensus Cato extẽdit disputationẽ miro certamine: ita vt oẽs suspicarẽtur illũ vitę suæ finẽ facturũ: atq; e rebus humanis migraturũ. Itaq; quũ silentiũ post verba Catonis sequeret: aĩaduertens Cato eoꝝ mœstitiã, conatus est timorẽ auferre: & suspitionẽ quam ante cõceperãt, remouere. Quã obrẽ curas rursus illis iniecit, p præsentibus rebus: quasi pro illis qui nauigarẽt solicitus foret: & pro illis qui pedestre iter facerẽt: quũ per deserta loca & aquæ expertia transituri essent. His ille dictis, cõuiuiũ dimisit: & facta cum amicis deambulatione, quæ illi post cœnam consueta erat, & iis qui excubiis præerant, ea quę tẽpus poscebat loquutus, in cubiculum ire cœpit: abiensq;, filiũ, & amicoꝝ quẽq; magis q̃ prius cõsueuerat amplexus est: ex quo rursus suspitionem præbuit necis futuræ. Cubiculum aũt ingressus cepit in manibus librum Platonis de anima: & maxima parte eius libri lecta oculos extulit: & quũ nõ videret ensem pendere: surripuerat nãq; eum filius: dũ cœnabatur: vocato seruo, quis abstulisset ensem poposcit: at illo tacente, rursus legere incœpit: & quasi non festinaret, sed alia de causa ensem quæreret: vt afferrẽt mandauit: q̃d quum ille nõ faceret: atq; ipse iam totum librũ perlegisset: tursus singulos seruos vocauit: & maiori voce en-

Catonis cõstantia.

M. Octauius

Statilius Catonis imitator. Apollonides stoicus. Demetrius peripateticus.

Disputationes post cœnam. Paradoxa.

tem puenit. Ibi sistens iter, mactatis penes flumen hostiis, solem adorauit oriētem: simul aruspices deos victoriam portendere tradiderunt: tum astantes vniuersi Dionem inter sacrificādum corona insignem conspicati, vno impetu sibi coronas imposuerunt. Erāt autē haud pauciores milibus qn q: qui se Dioni inter eundum comites adiunxerant. Cēterum quū ob repentinū incursum male armis instructi venissent: armorum inopiam ptoptitudo supplebat: adeo vt quū Dion castra mouisset: ii cursibus incederent: clamore & alacritate sese mutuo ad libertatis dulcedinem exhortātes. Ex oppidanis quicunq; gratia & nobilitate præstabant: insignibus ornati vestibus sese ad portas obuiam effundebant: cætera subinde multitudo tyranni familiares inuadit. Tum Prosagogidæ (sic enim appellari solebant) discerpuntur: impii sane & diis inuisi homines. ii vrbem Syracusanis p̄ misceri peragrabant: singulo; dicta factaue sagacissime speculantes: deinde tyranno cogitationes omnium sermonesq; denūtiabāt. Hi primum omnium occurrentes pœnas dedere. virgis enim cæsos membranis exuerunt. Timocrates quum se arcis custodibus permiscere nequiret: accepto equo profugus ex vrbe migrauit: cuncta pauore ac tumultu replēs: ne mediocri trepidatione amisisse vrbem videretur: maiorem in modum Dionis res extollebat. Accedens inter hæc Dion perspicuus iam cunctis erat lucidissimis indutus armis: cingebant illius latera hinc frater eius Megacles: hinc Athenien sis Callippus: coronis ambo decori. Ex externis militibus aūt centum erant: qui Dionem ad corporis custodiam sectabantur: reliquos præfecti ducebant ornatissime instructos. Spectabāt Syracusani: & perinde ac sacrā quandā & deo dicatā libertatis & popularis potentiæ pompam exciebāt: quæ tādem post annos octo & quadraginta rediens ciuitatem inuiseret. Per Meniditas inde portas ingressus se dato per tubæ sonū tumultu hmōi præconium edidit: Dion fraterq; Megacles quum ad abolendam venerint tyrannidē. Syracusanos reliquosq; itē Siculos liberos & tyrāno solutos reddunt. Volens etiam p seipsum hoies cōpellere: per Acradinā consēdit. Syracusani per vias vtrinq; sacrificia, mēsas, crateraſq; statuerāt: & quocūq; accesserat, missos flores frugesq; spargebant: seq; in eū vti deo; p̄ces ac vota cōuerterant. Sub arcem & Pentaphyla illustre quoddam & excelsum Dionysii opus extabat Horologiū. huc ascendens concionē exorsus, ciues ad vendicādam sibi libertatē incitauit. At ii ambos p̄ summam lætitiā & festiuitatē imperatores & belli duces creāt. Eis insup ita volentibus ac' rogantibus, Syracusani collegas viginti deligunt: ex qbus dimidii ab exilio vna cū Dione redierant. Vates illustra extare prodigia censebant: qm̄ Dion inter orādū magnificentissimū Dionysii ædificium subiectum pedibus habuerat. Cæteq; expauebant: quia locus i quem dilectus imperator' ascenderat: de solis pmutatione rationē cōtinebat: ne. s. mox vllam fortunæ permutationem res illius gerendæ capesserent. Dehinc redactis inditionem Epipolis, coniectos Illicēn vincula ciues exoluit: muq; insup circūduxit arci. Septimo post die Dionysius in arcē sese cū classe retulit. Arma Dioni cum vehiculis cōportata: quę Synalo ante reliquerat: hęc ciuibus disperita: relig pro se quisq; ornare instructi promptos exhibuere milites. Dionysius initio quidem priuatim missis ad Dionā legatis, experiri rem cœpit: ast illi ad liberos iam Syracusanos in mediū verba facere iussi, humanissimā tyrāni noīe cōcionē habuerūt. Mediocria polliceri vectigalia: militiæ requiē: excepto siquā illi vltro suscipiēdā esse decreuerint. Et Syracusanus populus irridebat. Dion legatis respondet: Dionysius ne verba faceret: ni prius se principatu abdicasset: quem simulatq; de posuisset: vbi ad rem quāpiā modestā opus esset pro eo; necessitudinis memoria suam se impensurum operam. Ea Dionysius collaudabat: at missis denuo legatis petiit: vt vna cum Syracusanis aliquadeū' arcē cōmearēt: cū qbus tū p̄suadēs tū p̄ suasus de publica vtilitate dissereret. Missi ergo ad eum viri quos Dion ipse probarat. Tum plurimus per Syracusanum ab arce populum sermonabat: Dionysium relictu; esse tyranidē: idq; sui magis q̄ Dionis gratia factu;. At ea subdola quædam erant figmenta tyrāni: & insidia; cōtra Syracusanos instructio. Cōiectis nāq; in carcerē ciuitatis legatis, luce prima saturatos mero stipendiarios cōtra circūductū a Syracusanis mu; discurrentes immisit. Tū inuadētes ex insperato Barbari multa cū audacia pariter & tumultu mu; pernabant: quibus deinde intra ciuitatē irruentibus, quū ad ferendā opē expectare nemo prorsus auderet: soli Dionis milites restituere: q; vt primū tumultuantes p̄sensere, subsidiū attulerant. ii, tū auxilii modum intelligere, exaudireq; haud satis poterāt: adeo fuga surripiētes se inde Syracusani error ac vociferationibus inter eos permisti discurrebant. Dion quū eius exaudiri verba nō possent: ad rē pagēdā ope se ducē exhibere volēs, primus irripuit Barbaros. Acris circa illum atroxq; pugna cōmittit: q̄nq̄dē nihilominus hosti q̄ suis agnoscebat. Facto enī cūctis ipetu: magno cum clamore cōcurrit. At ille quū iā p̄ætatē ad hmōi subeunda certamina grauior esset, ai fortitudine inuadētes tū excipiēs, tū obtruncans, manum tragula vulnerat. Ad reliqua deinde tela & inflictos cōminus ictus vix thorax ipse p clypeū quoq; sat erat: hastis vndiq; plurimis pulsatus & spiculis: qbus p̄tactis collapsus est Dion. A militibus subinde abreptus, imperatōrē eis Timonidē instituit: ipse autem equo vrbē circuire: Syracusios e fuga retrahere externos milites q Acradinā prostatione tenebāt, cōtra Barbaros cōcitatos adhibere: integros qdem contra labore confectos: prōptos cōtra spe debilitatos, & in ipso iā conatu deficientes ais. Quū enī ipetu primo vniuersam piter ciuitatē vel dis

Prosagogidæ.

Megacles. Callippus

Meniditæ portæ.

Horologiū Dionysii.

Epipolas dion recepit. Legati ex Diōysio ad Syracusios. Legati Syracusanorū a Diōysio cōiecti in carcerem, Pugna iter Diōysiū, & Dionem. Dion vulnerat manū tragula. Timōides.

currẽtes occupare ſperaſſent: ex improuiſo in fortes viros & ſtrenuos bellatores incidiſſent: gradũ in arcẽ referre cœperunt: dehinc vt inclinati ſunt: incumbente vehementius gręcorũ agmine, terga ꝓbentes ſeſe mœnibus includũt, quatuor ac ſeptuaginta ex Dionis parte truncatis, quũ ex ſuis multos amiſiſſent. Parta adeo clare victoria, Syracuſanus populus externos milites centum minarũ coronis ornauit: aſt illi aurea corona Dionẽ. Mox a Dionyſio caduceatores deſcẽderũt epiſtolas a neceſſariis mulieribus afferẽtes: inter quas vna extrinſecus erat inſcripta ad patrẽ ex Hipparino. Iſtuc ipſum enim Dionis filio nomẽ erat: tametſi Timæus illũ ex Areta matre vocatum fuiſſe dicat Areteũ. Verũ his de rebus maior habenda Timonidi fides: viro Dionis quũ familiari, tũ cõmilitoni. Cęterę in vulgus perlectę multas ex mulieribus ſupplicationes ꝓceſcę cõtinebant: illam vero q̃ a filio ꝓſcripta videbat, quũ palã ſolui minime pmitterẽt, Dion inuitis ſoluit. Ea ex Dionyſio erat: q̃ verbo quidem Dioni, re aũt Syracuſanis colloquia faciebat: formã qppe ſupplicationis & exponendi p ſe iuris habebat: ad Dionis calumniã cõpilata. Eoꝝ ſiquidẽ cõmemoratio erat: q̃ pro tyrãnide prompto effeciſſet aĩo, in chariſſima corpora cõminationes ſororis filii & vxoris. Cauſæ etiã q̃dã graues q̃relis & plangore confictę: & qd eũ maxime pmouit, obſecrabat: vt regnũ ne deſtueret: verũ capeſſeret: neq; libertate donaret: homines: q acceptoꝝ haud immemores malorũ magnis in eũ odiis cõflagrarent: at vero principatum iniret ipſe amicis ac neceſſariis tutamem exhibens. Illis plectis, Syracuſani nõ (vt æquũ erat) Dionis conſtantiam nullo lãguẽtis affectu, aut animi magnitudinem ſunt admirati: qui honeſtatis ac iuſtitiæ cauſa contra tot neceſſitudines & ſanguinis coniunctiones fortiſſimus perſtaret: ſed ſuſpicari timereq; cœperũt: ne quũ ingens illis neceſſitas adeſſet, tyrãno parceret. dehinc alios intueri præfectos: præcipueq; vt Heraclidem redire didicerũt, eidẽ magnopere affecti ſunt. Erat ãt exul Heraclides rei quidem militaris gnarus homo: & ex principatu quem penes tyrãnos habuerat celeberrimus: verum ineptus conſilio & ad oĩa leuis: in rebus quę dignitatẽ haberent aut gloriam cõmunicandis minime ſtabilis. Ille poſtq̃ in Peloponeſo cũ Dione diſſidium actitaſſet: decreuit ſuapte contra tyrãnum claſſe annauigare. Tribus igitur nauibus, & triremibus ſeptem Syracuſas aduentans rurſus Dionyſiũ muro circunſeptũ offendit: & ſuſpenſos animo Syracuſios. Mox igitur quandoquidem ad ſuadendum permouendumq; gratiam: nõnihil a natura leporis habebat, popularem ingreſſus eſt gratiam: blandimenta quæritante turba. Eos ſuſcipiens facilius ad ſe traduxit: q; ii Dionis rigorem vt grauem, & in ciuilibus duriorem officiis ab horrebant: cuius rei cauſa erat: q; parta victoria otioſi & iam audaces facti populi duces priuſq̃ populus eſſet ſibi præeſſe volebant. Tum ad concionem vltro concurſantes, claſſis præfectum deligunt Heraclidem. Accedens eo Dion collatam Heraclidi præfecturam priſtini principatus ſui ſabefactionem eſſe conqueſtus eſt. Singularem enim manere imperatorem non euenit: vbi maritimis alter rebus præſideat. Quocirca haud lubentes quidem Syracuſii deponendum Heraclidem cenſure. Inde Dion accitum domum Heraclidem paucis increpuit: q; non bene aut commode eo tempore ſecum: per gloria, ſeditiones atq; diſcordias actitaret: cui ad inferendam cladem exiguo certe opus eſſet momento. Coacta rurſus concione ipſe claſſis præfectũ deſignauit Heraclidẽ. ciuitati ſuadens: vt & illi quẽdmodum & ipſe habebat, corporis cuſtodia ꝓberet. Ille Dionem vertis qdẽ & habitudine coles, & gratias habere confeſſus, humilis ſequebat: vſq; quaq; iuſſis obtemperans: at multitudinẽ ac reꝝ nouarũ cupidos corrũpens, & clandeſtinis monens tumultibus, oĩbus Dionem ambiguitatibus circumſidebat. Siue enim per inducias dimittendum exarce Dionyſium diceret: calumniã vt illius ſaluti parceret habebat: ſiue vt ne quo mœrorẽ conficeret, obſidionem quietus agere vellet: cõſeruare bellũ cenſebat: vt diuturniore principatu pculſos terrore ciues teneret. Erat Soſſis homo quidã ob flagitia ſimul & temeritatẽ inter Syracuſanos notus atq; famoſus: qui quandam libertatis abundantiã eſſe ducebat: vt ad vſq; res huiuſcemodi effrenatas voces & procaciſſima emitteret obloquia. Iſte Dionis inſidiator frequenti primũ concione ſurgens, multa in Syracuſanos conuitia protulit: niſi ex vecordi ac temulenta liberati tyrãnide, vigilantẽ ac ſobriũ ſuſcepiſſe ſe dominũ intelligant: adhinc manifeſtum ſe Dionis hoſtẽ aperiens, e concione diſceſſit: poſtridie nudus p vrbẽ curſitans capite ac vultu ſanguinolento ſpectatus eſt: vt qui pſequtes pleroſq; fugeret. Talis foꝝ ingrediens paratas ſibi ab Dionis militibus referebat inſidias: vulneratũ ſubinde caput oſtentans. Qua quidem in re compatientes ſibi multos & aduerſus Dionem inuectos habebat: illum ĩperioſa & grauia patrare: ſi per cædes ac picula liberas ex ciuitate linguas velit auferre. Eius tamen deiectæ fraudes: Dion enim tãetſi indiſcreta turbulentaue cõcio eſſet: eo procedens purgauit obiecta: Soſſidem cuiſdam ex Dionyſii ſtipatoribus eſſe fratrem demõſtrauit: eius verbis iductũ ſeditionibus ciuitatẽ ad diſcordia pturbaſſe: quũ nulla Dionyſio, niſi p eoꝝ diſſidentias & mutuas diſceptationes, ſuperſit ſalus. ſimulq; medici Soſſidis plagam pdiſcẽtes per ſumma magis q̃ pfunde actam inueniunt. Enſis enim vulnera mediũ pſertim ex põdere ꝓmunt: totũve ro puſillũ erat in Soſſide multa habẽs initia: quũ (vti par eſt) ictus ex dolore remitteret: & ſubinde rurſus adigeret. deinde familiares qdam inter concionem attulere nouacula: narrantq; commeantibus ipſis obuium factum eſſe Soſſidem cruore ſtillantẽ: & Dionianos ſeſe fugere milites dictitarẽ:

Syracuſani contra Dionyſiũ tyranũ victores.

Dion aurea donatus corona.

Hipparini filii Diõis.

Heraclides.

Heraclides dux claſſis ꝓficitur.

Soſſis.

a qbus ea se vulnera accepisse: q hominem insequeret prsus dephēdisse ⁿeminē: cæteq; sub cauo ia centē saxo cōspexisse nouaculā: vñ is prodisse visus fuerat. Has ob res facinorosus iam Sossis p hęc habebaē indicia: plerīq; etiā aduersus illū serui testimonia dixere: noctu solū quū nouaculā teneret egressum. Quo circa secessere Dionis accusatores: & populus dānato 'morte Sossidę, in gram cum Dione rediit: stipēdiarios aūt nihilominus suspectos hēbat: pcipue q plurima aduersus tyrānū ma ritima agitabanē certamina. Postq̄ enī Philistus ex lapygia multis triremibus Dionysio subsidiū al laturus aduēasset: quūq; ii externi forēt milites: ad nullū amplius belli vsum eos eē cēsebāt: verum satis p se fore: quū & nauticā instructi & vires ac potētiā nauibus essent assequuti. Eos insup prosp qdam maris euentus amplius extollebat: vbi superato Philisto in eū crudelissime ac Barbaro ritu degrassati sunt. Ephorus qdem refert eū capta naui mortē sibi cōscisse. Thimonides aūt a primor dio rei gestę Dionis socius, quū ad Speusippū pfium scribere, Philistū viuū in ptātem venisse tra dit: in terrā excedēte naui: Syracusanosq; exuto thorace nudū ostētasse corpus hoisiā ętate cōfecti. Ei subinde p contumelias habito caput obtrūcasse: pueris corpus tradidisse: vtq; p Acradinam di stractū in latumias deiicerēt mandasse. At rursum Timęus maioribus insultans vituperiis puellos ait Philisti cadauer claudo ex crure deligatū p vrbē inter probra cōtumeliasq; vexasse: spectantibus interea Syracusanis raptatū crure hoiem dictitare solitum: oportere Dionysiū haud equo citato, veq; crure raptatū e regno profugere. Verūenimuero Philistus nō ab se, sed ab alio platum Diony sio nuntiarat. Cæteq; Timęus haud iniusta occasione suscepta, q fidū studiosumq; pro iperio Phi listum extitisse constabat, sese iactatis in eū maledictis exsaturat. Cui siquis ea lacessitus tempestate adusq; insensibilem iracūdiam grauiter inuectus impertienda fortassis est venia. Qui aūt res illius gestas postremo scripsere: quum in eius vita triste nihil pertulerint: hi hominis gloria refelluntur: ne rumoribus, aut alieno sermone freti, per cōtumelias ac procacitatem miserias obiectent: quaq; participes vel pstantissimos homines fieri, modo fortuna velit, res nulla prohibet. Nec vero sanus est Ephorus: qui laudationibus Philistum exornat: qui tametsi rebus iniustis & moribus prauis ho nestas adiicere causas, & ornamentoq; rōnes inuenire grauiter apteq; sciat: haud tñ ipse cuncta ex cogitans, eum ab incusatione potest abducere: ne supra omnes homines tyrannorum amator ex titerit: & maxime oīum tyrannicas semp illecebras, potentiam, opes, & connubia beatitudinis exi stimatione admiratioēq; sit prosequutus. Sed enim aptissimus ille quisquis Philisti neq; gesta col laudarit: neq; fortunas obiectarit. Post Philisti necē Dionysius ad Dionē mittit: q illū arcē tradere velle dicant, armaq;, ac mercenarios milites: & integrū illis septenos per menses stipendiū. Se p in ducias in Italiā decessurum: ibiq; domicilium habituq;: ex Gyarte modo fructus perciperet. Is ītra Syracusanos fines permultus ac fertilis ager est: ad mediteraneū a mari surgens. Ea quū Dion mini me recepisset: exorādos esse iussit Syracusios: ast illi viuentem Dionysium ab se captum iri sperātes legatos repulere. Tum Dionysius grandiori natu filio Appollocrati arce tradita, vehementem ob seruās statum, ptiosissima corpora ptiosissimāq; supellectilem nauibus imposuit: itaq; præfectum classis latēs Heraclidem euasit. Qua re male de se audiēs, quum ciues eum magnis tumultibus cir cum venirent: Hipponem factiosum quēdam hominem instituit: qui plebem ad diuidēdū agrum acciteret. Etenim libertatis initiū æqualitatem esse: seruitutis vero: penuriam, quū prædiis careāt. Huius sententię fauens Heraclides, aduersantem sibi Dionem magis implicat seditionibus: tū Sy racusanis persuadet: vt hisce rebus decreto confirmatis, externos milites mercede spolient: aliosque subinde bello imperatores deligant: sese ab huius molestia & difficultate liberantes. Ii cōfestim dū ex tyrannide perinde ac ægrotatione longeua sese conantur attollere: & vti suis restituti legibus in tempestiua factitant: rebus infeliciter gestis, odia contra Dionem exercebant: qui instar medici, in accurato & modesto viuendi ordine continere ciuitatem expetebat. Ad nouorum deinde creatio nem magistratuum quum conuenissent: æstate media inusitata tonitrua & dira prodigia per dies quindecim obuenere: ob quorum religionem, surgens assidue populus alios designare duces impe diebatur. Factiosis postmodum, constanti serenitate obseruata, comitia conficientibus, bos qui dam domitus tumultus haud inexperiens neq; insuetus, per id tempus furore contra bubulcū agi tatus, eiugo profugiens ad Theatrum citato cucurrit impetu: quocirca surgentem illico populū nullo fugiendi ordine passim diffudit: cæteram discurrit vrbem petulcis conturbans saltibus: quā tum postea hostes occupauere. His tum neglectis & vanefactis, Syracusani quinq; & viginti præ fectos creant: ex quibus vnus erat Heraclides: alios clanculum submittere: qui milites a Dione sub ducerent: eos ad se multis pollicitationibus prouocare: & ciuitate pariter donaturos dicere. At illi ea repudiantes Dionem fide & promptitudine cum armis complectentes, atq; stipantes, ex vr be deducunt: violato nemine. quibuscunq; obuiabant multa de ingratitudine, de improbitate obiectabant. Syracusani contemptu paucitatis sese q eos non prius inuasissent paruipendere. ma iori igitur coacta manu impetum faciunt: vt intra mœnia superatos obtruncarent. In hoc neces sitatis ac fortunæ constitutus Dion, vt vel contra ciues dimicandum, vel cum suis moriendum esset: militibus multa supplicare: manus Syracusanis tendere: refertā hostibus arcem ostendere: qui

Sossis mor te dānatus.

Philisti iteri tus.

Gyartes ager.

Apollocra tes Diony sii filius. Hippo.

Duces qnq; & viginti a syracusanis creati.

desup e mutis comparentes eor̃ facta intuerenť. Sed quum inexorabilis multitudinis incursus eẽt & iam factionis duces ciuitatẽ, sicuti mare venti, late tenerẽt: suis vt ab aggressibus abstineant, imperat. At illis perinde ac incursum facerent cum clamore arma vibrantibus, nullũ Syracusanorũ manere cerneres: fuga per vias decedunt: insectante nullo. Dion enĩ suis continuo reuocatis, Leontinos cõtendit. Syracusani prĩceps derisui mulieribus facti, quũ ab ea sese eximere ignominia quęritans: armatis denuo ciuibus Diona psequuntur: quem vt fluuium quẽdam traiicientẽ offendũt: abacto equitatu prælium inchoant. Astillum vbi neq; miti animo neq; more patrio sua amplius errata sufferre conspicanť: verũetiam suos facto agmine per iracũdiam cõuertẽtem: fœdiorẽ q̃ antea fugam capessentes, haud multis sane cæsis, in vrbẽ reuertunť. Leontini Dionem splẽdidissimis susciptũ honoribus: militibus stipendia ciuiliter ipartiũt: ab Syracusanis p legatos postulãt: vt militibus quæ iusta sunt faciãt: sed ii legatos qui Dionẽ accusarent miserunt. Quũ vniuersi deinde socii in Leontinis cõuenissent: postq̃ multa disseruere, Syracusios iniusta patrasse cẽsẽt: illi socios iudicio nusq̃ stare: iã delitiis & insolẽtia gloriari: q̃ nulli auscultarent: sed seruiẽtibus & reformidanti bus plebẽ ducibus vterẽtur. Inter hæc a Dionysio ad vrbẽ venere triremes Neapolitanũ aduehentes Nipsiũ: q & annonã & pecunias apportabat obsessis. Facto nauali ꝓlio victores Syracusani fuere captis ex regia classe nauibus quatuor. Ea victoria insolẽtes, et iã nullius audiẽtes imperio, lætitiã ad cõuiuia & furiosos vertunt cõuentus: qd̃ usui erant neglecti data: vt quũ arcem habere se putãt, ciuitatẽ insup amisere. Nipsius enĩ vbi nullam in ciuitate patrẽ cernit incolumẽ: & vulgus quidem a luce prima in profundã vĩq; noctẽ inter modulamina ebrietatesq; detentum: pfectus vero per huius sodalitii voluptatem vllam temulẽtis hominibus adiicere necessitatẽ segnes atq; pauentes: commodissime fractus tempore, murum aggreditur. Quo perfracto, immissis imperat Barbaris: vt quoscunq; obuios habuerint, eis pro viribus atq; libidine vtantur. Statim id malum sentiunt Syracusani i tarde autẽ et iuagno cũ labore per stuporem auxilia conferebant. Populationes i vrbe fieri mortales interimi: parietes dirui: mulieres ac pueri cũ ciulatu iarcem agi. Summa rerum desperatio præfectos habebat: q; vbiq; promiscuos cum hostes ciues vllos ad vsus habere negbãt. Huncin modum vrbanis sese rebus habentibus, quum Acradine iam propinquum discrimen eẽt in quo reliqua spes inniteretur, sciebat vnusq̃sq; qd̃ nemo diceba: ob ingratitudinem & mala in Dionem consilia pudore perplexi. Cæterum vi necessitatis impẽdente, sociorum equitum clamor exoritur: vocandum esse Dionem: & ex Lontinis accersendos esse Peloponnenses. Quod vbi p audaciam proferri, & exaudiri cœptum est: vociferatio, gaudium, lachrymę, cunctos tenuere Syracusanos: hominis orantes aduentum: aspectumue cupientes: haud immemores quãto interroribus robore ac promptitudine valeat: vt nõ modo ipse impauidus sit: sed eos etiam audaces & in consequenda cum hostibus manu intrepidos exhibeat. Mox igitur ad eum mittunt sociorum quidem nomine, Archonidem & Thelesidem: ex equestri vero ordine: qui tum cum Hellanico missi. Hi per totum iter equos laxatis agitantes habenis, vrgentetam die in Leontinos, perueniunt. Tũ desilientes equis, primum coram Dione obortis procidere lachrymis: calamitates Syracusanorum exponũt. Nonnulli iã Leontinorum interueniebant: multi etiam Peloponnẽses circa Dionẽ congregabant dum hominum quum studio, tum supplicationibus innouatum aliquid suspicantur. Eapropter quum prior ille ad concionẽ pcessisset: promptissime facto concursu, Archonides & Hellanicus introgressi succincte malorum magnitudinem exponunt: & milites obliterata iniuriarum memoria ad ferendam. Syracusanis opẽ depcanť. q̃quidẽ maiores ipsi pœnas dederint: q̃ illi maleficiis irritati voluissent. Postq̃ hi desiere loqui: ingẽs silẽtium totum habuit theatrũ. Surgente Dione, quũ orare cœpisset, complures ei manabant lachrymæ: ita vt vocem teneret. Tũ condolentes ei milites bono vt esset animo rogitabant. Quum igitur ex affectu sese paululum Dion recepisset: Viri inquit Peloponenses ac socii, hoc vos in loco vt pro vobis de liberationem capesseretis coegi: mihi haud pulchre res se habet: vt quũ Syracusana vastetur ciuitas, de me ipse consultẽ: q̃ sieam seruare negetro: pficiscar in patria igni & ruina tumulandus. At si inconsultissimis & infelicissimis nobis opem afferre statuistis: vestrũ opus Syracusanam erigitis vrbem: sin hoc ꝓpter Syracusanorum iracũdiã, & conceptas in eos querimonias aspernabimini: dii vobis pro pristina in me virtute & promptitudine dignas persoluant grates. Memineritis aũt neq; vos prius iniuria lacessitos: neq; ciues posterius calamitate vexatos: ab Dione destitutos. Eo adhuc dissentire milites cum clamore profitiũt: mature sese ad præstandam opẽ duciiubentes. Tum Syracusanorum legati eos amplexantes salutare: multa ab diis immortalibus Dioni, multa militibus bona orare. Sedato tumultu, Dion illis imperat: vt cõfestim abeuntes apparent sese: quumq; cœnitauerint, illum in locum armati veniãt. noctu enim subuenire decreuerat. Cæterum Syracusis Dionysii duces, quoad illuxerat, multis ciuitatẽ malis afflixere: ingruentibus tenebris, paucis suorum amissis in arcem decessere. Tũ factionis principes recepta fiducia, quum hostem ob perpetrata quietem acturum esse sperarent: rursum ciues vt Dionem omitterent orabant: quem si forte cum militibus aduentarit: ne suscipiãt: neq; illis vt virtute præstantioribus cederent: ipsi vero per se vrbem libertatemq; saluam tuerentur. Denuo

Dio ad Leõtinos cõtendit.

Pugna iter Dionẽ & Syracusios.

Syracusii vincuntur.

Nipsi⁹ Neapolitanus.

Naues quatuor ex regiis captę a Syracusis.

Nipsius Syracusas ingreditur.

Legati Syracusior̃ ad Dionẽreuocandum.

Dionis oro ad Pelopõnenses & socios.

igitur prefecti qui eum reuocarent, mittunt: equites autē & familiares ciues, vt maturaret iter. quā obrem tarde simul ac per otium proficiscens aduenerat. Procedēte nocte, Dionis inimici vt illum excluderent portas tenebant: at Nipsius rursus ex arce longe plures multoq; promptiores imittēs stipendiarios, vniuersum cōfestim mux demolitus est: trū ciuitatē pcurrēs diripuit. Cæsi nō modo viri: sed etiā mulieres ac pueri: direptiōes modicæ: ast magna cunctoq; strages. Dionysius enī quū de sperati siā rebus in Syracusanos grauissimis cōflagraret odiis: cadentē principatū vrbe tumulare volebat. Proīde quū illi Dionis auxiliū puenire cōcupiscēt: q̄ pnicissima oium strages & cōuastatio est, igne grassanē: pxima quæq; tædis ac lāpadibus succedētes: Pyrobolos autē arcubus in longinq̄ spargētes. Qui pfugerēt p vias, intercepti necabanē: q domos itroirēt igne cōpulsi rursus erūpebāt. incēdio cōplures interiere: qdā in discurrētes ferebanē. Ea maxime calamitas vna vociferātibus vniuersis vrbē Dioni reseruit. Quū enī inclusos in arcē hostes accedisset: haud amplius gradū studio sollicitabat. Procedēte die; pdeūtes, ei; obuiā eqtes captā secūdo vrbē denunciāt: nōnulli deinde aduersariox aderant velocius pperare obsecrātes: latius intēdente malo. Heraclides frattē emittens, dehinc aunculū Theodotē, auxiliū supplex iplorabat. Nullū iam hostibus ipedimēto eē: se quoq; vulneratū: patx abesse: ne ciuitas euersa & cōcremata collabat. Dion quū in tales incidisset nuntios: procul a portis stadiis aberat sexaginta: expositō militibus vrbis piculoso, eisq; nonnihil adhortatis, haud amplius pedetentim, vex concitato cursu ad oppidū duxit exercitū: aliis atq; aliis occurrentibus: & vt appropinquaret depcantibus, Mira dehinc militū velocitate ac prōptitudinē frētus p portas in vrbis regionē Hecatompedon appellatā euasit: cōtinuoq; in hostes leuiorē imisit armaturam vt eox conspectus audaciam Syracusanis adiiceret. Reliquos munitos armis simulq; confluentes ad eum ciues, vna ve consistentes instruxit: rectas cōponens turmas: pfectosq; dispartiens: vt multis simul ex locis terribiliorem se hostibus inferret. His itaq; paratis, vbi deis adoratis suos p vrbem in hostes agens cernitur: clamor lætitia & ingens vociferatio Syracusanox votis pariter & ad hortationibus pmistus exoritur. Liberatorē Diona, deūq; cōpellabant: milites vero fratres, atq; ciues: nec vllus ea tempestate tanto sui aut vitæ amore tenebatur: vt non magnis pro vnico Dione q̄ cæteris vniuersis anxius videret: q per cruorē, ignē, & strata p plateas cadauera discrimen primus inibat. Res etiam hostiū formidolosa erat: q sæuitia referti structa pro muro acie difficilem ac pene insuperabilem reddebant ingressum. Ingens ab igne periculū Dionianos perturbabat milites: ac infestum efficiebat iter. Hi nāq; quū ædes flāma depasceretur: quaquauersum relucentes: feruida p meabant rudera: & descendentia muroq; fragmenta ancipites trāscurrebant: multo simul fumo & puluere incedentes obnixe contendebant ne continuata scinderetur acies. Vt vero sese hostibus iniscuere: pauci cum paucis ob locoq; angustias & iniquitates, cōminus pugnā conferunt. Syracusanis clamore & promptitudine fortius incumbentibus, compulsus vi Nipsius plurimos suoq; in proximam fugientes arcem reduxit incolumes: destituros quosdam extrinsecus & palātes ipsi Dionis milites infectantes interimunt. Eius victoriæ fructum, alacritatem in quā, atq; complexus, qui talia decent opera, psens minime tempus exhibuit: dum ad suas conuersi domos Syracusani in restinguendis ignibus, qd ea vix nocte factū est: occupanē: Vt primū illuxit: cæteri quidem factiosi, p pria salute desperata fugā capessunt: Heraclides vero & Theodotes Dioni sese dedentes iniuste per petrasse fatentur: vtq; in eos se meliorem q̄ erga illum fuerint exhibeat, suppliciter orant. decere p fecto: vt quū Dion reliquis virtutibus nullis cōparādus sit mortalibus: in ipsam iracūdiā ēt ipsis excellat ingratis: qui vt inferiores se virtute fateanē, aduētant: pro qua priores cū eo seditiones actitarunt. Hæc depcante Heraclide, amici qdē Dionē hortabanē: vt ne flagitiosis ac iuidis parceret hoibus: cæteq; Heraclidē militibus largiretē: & populare ex ciuitate seditionē eximeret: quā sane furore vexatā nō minorē tyrānide constat esse languorē. Quos Dion placabat ita pfatus: Cæteris qdē imperatoribus aduersum bellū & arma plurimū exercitationis extitisse: se ār in Academia diutius exercitatū: quo furoris, itacundię, inuidiæ, oisq; victor cōtentionis eēt: quax rex demōstratio est nōerga familiares & bonos viros modestia: vex siqs acceptis iniuriis, delinquētibus exoratu facilis mitisue sit. Velle aūt se Heraclide nō tantū potestate ac prudētia, quātum bonitate ac iustitia supiorē esse. In istis enim vere meliorē esse liquet: at res bellicas pspere gestas etsi nemo mortaliū, certe fortuna suo iuri vendicat. Si ob inuidiā Heraclides pfidus nefariusq; sit: haud ppterea opus est Dionē virtutē peiram furo remue corrūpere. Meritas enim infligere pœnas, q̄ iniurias prouocare, iustius esse definiē a legibus. qd ex imbecillitate natū est. Hominis autē improbitas, q̄q̄ id fortasse difficile, haud usq; adeo ferox penitus & imitigabilis est: vt nō multis psæpe victa beneficiis, gratia pmuteē. Hisce frætus rationibus Dion, missum fecit Heraclidem: ad mutū deinde conuersus, Syracusanis viritim imperat: vt vnā cōminus fossam extruerēt. Illis aūt noctu geti sese dedentibus, milites ante locans transfuerīs trabibus arcem circūsepsit. Quæres adeo laruit: vt luce prima hostes pariter ac ciues & celeritatē & opus admirarenē. Inde vbi necatos sepulturę mandauit: captiuosq; haud certe duobus milibus pauciores soluit: cōuocata cōcione, procedens in mediū Heraclides vt terra matiq; Dion imperator deligeretur sententiam dixit. Q̄d quū optimates susceptissent: & creandū esse

Nipsi⁹ diripit Syracusas.

Pyroboli.

Hecatōpedon regio Syracusax.

Dionis magnanimitas in plio conferēdo.

Nipsi⁹ vincitur.

Heraclides & Theodotes ad Dionem supplices veniūt.

Captiui soluti a Diōe.

Heraclidis perfidia.

Pharaces Spartanus, Dion vicit a Pharace,

Dionis celeritas ad opē Syracusis afferendam contra Heraclidē Gesylus Spartanus.

Syracusarū arx in dedition̄ recepta a Dionē.

Areta Dionis vxor.

eenserent: nautarum & mercenariorum greges fremere: e classis præfectura electum. Heraclidem cō dolere: eum tametsi reliquis in rebus nullius dignitatis hominem, at omnino popularem, multitudiniq; magis obnoxium autumare. Hoc permisit eis Dion: & Heraclidi maritimum restituit imperium: eis deinde ad agri ac domoꝝ diuisionē cōciratis aduersatus, & facta prius super his decreta rescindens, mœrorem iniecit. Quo circa alterum statim Heraclides inīs principatum, socios nauigationis milites ac nautas Messanam deducens, ibi resedit: ad seditionē illos commouens: & contra Dionem instigans: quem sibi regnum parare diceret. Ipse clādestinas cum Dionysio pactiones per Spartanum Pharacem transigebat. Quod vbi clarissimi Syracusanorum intellexere: in exercitu orta seditio est: ob eāq; rē charitas ac penuria Syracusas p̄mebat: adeo vt anceps Dion male de se ab amicis audiret: qui hominem adeo intractabilem liuoreq; ac nequitia, corruptum contra se amplificarit Heraclidem. Pharace penes Agrigentinorum neapolim metante, Dion cum Syracusanis egressus secum alio intempore decertare volebat: inclamantibus Heraclide ac nautis, Dionem iccirco nolle rem prelio decernere, quo perpetuum illi maneat imperium, coactus Martem cō seruit: vbi & superatus est. Cæteꝝ quum ob seditionem intestinam perturbati sese magis ipsi in fugam vertissent: iterato Dion preliū parare: instructisq; persuadere ac adhortari. Initio mox noctis nuntius affertur: Heraclidem tota cum classe Syracusas versus annauigare: eo consilio: vt capta vrbe, eum cum toto excludat exercitu. Continuo igitur robustissimos & expeditissimos remigum adequitat: & tertia demum hora diei, septingentis exactis stadiis, pro portis stetit. Heraclides, q̄q̄ nauibus certatim contendisset, vbi sero venisse se intelligit: reflexo cursu errabundus agenda inuadebat. Ita ex improuiso Spartanus illi occurrit Gesylus: qui ex Lacedæmone vt Siculorum ducē annauigare se aiebat: quēadmodum superiori quandoq; tempore Gylippus. Hunc ita libens virū assumens vt eum perinde ac aliquod contra Dionem medicamen adsciscret: se sociis: ostendit: at præmisso caduceatore Syracusas, ciuibus, vt Spartiatem susciperent præfectum, imperabat. Cui Dion satis præfectorum Syracusanis esse respondit: q; sūtes ipse. Spartano prorsus indigeāt: Spartanum se ciuem factum esse. Omisso Gesylus principatu, ad Dionem nauigans conciliat Heraclidem: fidem maximam & iusiurandum p̄stantem: quo Gesylus ipse iurauit: Dionis quidē vtorē: & acerbissimum Heraclidis animaduersorem fore: si quid ab eo nefarie perpetratū extitisset: dehinc Syracusani classem quandoquidē nihil ea opus erat, dissoluunt: quę ingentium impensarū ac seditionis causa principibus fuerat. Ad obsidendam dehinc arcem intenti, circunductum exædificant murum. Postmodum circūsessis opitulante nullo, quum iam annona deesset, & facinorosi forent milites Dionysii filius, desperatis omnino rebus, cum Dione inducias agit: ei arcem, arma, & reliqua tradit impedimenta: ipse matre sororibusq; receptis, quiuis onustis triremibus ad patrem nauigat: tuto illum emittente Dione. Huic spectaculo Syracusanorum nemo ferme defuit: at qcunq; defuerat magnis inclamabatur vocibus: ea die solem liberis exorientem Syracusis non inspectasse. Maximū & qd ætate etiā nostra clarissimum narrari fortunæ possit exemplū, fugam cōstat esse Dionysii. quam cum tunc illoꝝ exīstimāda lætitia: qualis vero illis sensus: qui minimas p occasiones ex ampliore, q̄ p̄terita viderint sæcula, tyrannide descendebant! Postq̄ vela dedit apollocrates: Dion vadit in arcem. Cuius ingressum haud expectare mulieres: ad fores cursitare: Aristomacha Dionis filium ducere: pone sequi Areta lugubris & incerta, quonam mō vir; salutans cōpelleret; q̄ cum altero consortium habuisset. Eo sororem primū: dehinc filiolum saluere iubente: Aristomacha addicta coram Areta, te quidem iquit exulante Dion in magnas incidimus miserias: cæteꝝ rediens parta victoria, nobis omnibus mœrores eleuasti: hac sola duntaxat excepta: quam infelix ego te inconsulti alteri nuptam viro coactam quidem & inuitam aspexi. Quum igitur tenobis dominum fortuna constituerit: quo pacto illam huic necessitatem iudicas? Te ne vt auunculum, vt maritum cō salutabit! Talia dicente Aristomacha: Dion profusis lachrymis, vxoré magna beniuolentia & charitate cōplectitur. Tradito postmodū ei filio, in suam transmisit domum: in'qua posteaq̄ in Syracusanoꝝ manu arcem posuisset, vitam ducebat. Progredientibus hunc in modum rebus nullum prius ex p̄senti felicitate fructū susciperе dignū cēsuit: q̄ amicis gratias, sociis largitates, præcipueq; in vrbe familiaribus & militibus aliquam humanitatis & honoris portionem impartiret: ai magnitudine vires ac facultates exuperans: quū interim ex iis q̄ obuenerāt sese parce tenuiter ac modeste curaret. Magna vero oibus admiratione habebatur: q; non solū Sicilia atq; Carthago, sed vniuersa etiam græcia adeum feliciter ac tranquille degentem aspiceret: quumq; nihil tantæ amplitudinis ea tempestate putaretur: nec alterius imperatoris clariorē esse fortitudinem fortunamq; constaret: ipse talem sese p̄staret veste: famulatu: & mensa frugalem: qualem quum in Academia vna cū Platone vitam duceret: non qui inter ductores militum aut mercenarios bellatores degisse videret: quibus quottidianæ satietates, libidinesq; voluptariæ laborum ac periculorum solatium est. Ad eū perscribens Plato, hunc vnum aiebat ex orbe terrarum omnes intueri: quam ille ipse vnicum vnius ciuitatis locum Academiam cernere videretur. Eius loci viros spectatores & iudices agnoscebat qui nō rem gestam, non audaciā, nō victoriam quāpiam admirarētur: sed qui id solū animaduerterent: qui

rerent: siquis in magna rerum amplitudine per honestatem temperantiam ac modestiam vti fortuna sciret. In habenda aũt hoium societate: nihil ex elato animi tumore, & seuera nimis in populum cõtẽtione auferebat: nihilue remittebat: tametsi res illius gratia magnopere indigerent: & Plato eum vt diximus increparet: ac perscriberet comitẽ ac vicinam solitudinis eẽ pertinaciã. Cæterũ quũ solutos nimiũ Syracusanos & mollitos ex illecebris retrahere nitebat: natura quadã nullo lepore aut comitate pmista videbat vti. Rursus ei Heraclides incũbit: Is primũ quidẽ in conciliũ accitus, adire noluit quũ enĩ priuatus esset: non nisi cũ cæteris pariter ciuibus in concionem iturum. De hinc accusare Dionem cœpit: q arcẽ demolitus non esset: quũq; populus Dionysii sepulcrum euertere, & disiicere corpus affectaret: haud fiuerit: consiliarios etiam ex Corintho accersat: q ciues dedigneẽ hr̃e collegas. Re aũt vera Dion Corinthios aduocabat: qm̃ eis pr̃sentibus facilius reipublicæ statum, quẽ animo versabat, constituere posse sperabat. Cogitabat. n. illum populi dominatum inhibere: q nõ ciuilis forma rei, sed vt a Platone dictum est, quidã vniuersalis rex ciuilium mẽtes actus esset. At quum Laconicum & Cretense quoddam genus pmixtum ex populari ac regio optimatũ principatum cõparasset: q superior amplissima quæq; disponeret: ordinẽ rebus instituere decernebat. Videbat nanq; Corinthiorũ ciuitatem dñatione paucoꝝ administratã, haud multa ex publicis in populo agere. Quum igitur his aduersatuꝝ consiliis expectaret Heraclidem: alias quidem ad res turbulentũ hominẽ, seditiosum, & permutationis auidũ (quod diutius impederat) eo tpe necare volentibus assensus est. Hi igit̃ domum irrumpentes, illum obtruncant. Eius mors Syracusanos vehemẽti dolore confecit: Dion tñ ei magnifice iusta parauit: insectante exercitu cadauer associans. Habita deinde ad populũ concione veniã impartierunt: haud enĩ fieri potuisset: vt quũ Heraclides ac Dion ciuiles agerent magistratus, vrbanę seditiones pacarentur. Erat quidã Dionis socius Callippus Athenien sis: quẽ illi nõ ex disciplina, veꝝ ex mysterioꝝ inductione & circũcurrẽti socierate notum & consuetum fuisse Plato refert. Hic expeditionis particeps, magno habebatur honore: adeo vt cunctis prior æqualibus Syracusas coronatus intrauerit: & dimicãdo clarus ac insignis extiterit. Ast vbi primarios atq; pstantissimos Dionis amicos bello absumptos cernit: & occiso Heraclide, Syracusanũ populum duce priuatũ: Dionianos etiam sibi milites aium magnopere adiecisse: sceleratissimus hominũ factus est. Ex hospitis cæde pmium cino Siciliam consequi sperans, & talenta viginti (vt tradidere nonnulli) necis mercedẽ ab hostibus captans, quosdã aduersum Dionem milites corruptos instituit. nequissimũ ac versutissimum agitans exordium. Nã quũ aliquas semp militũ voces aut re vera deprehensas, aut cõmentitias illi referret: talem ex fide licentiam cepit: vt quibuscunq; vellet contra Dionem magna cũ audacia occultos faceret sermões: eo ita mandante: ne cuiuspiam simultas lateret aut odiũ. Hinc euenit vt Callippus flagitiosos ac languentes cõfestim repertos adsciscret: q; siquis hisce reiectis sermonibus, sese Dioni tentatum fuisse retegeret: ille nihil turbatus aut grauiter ferens erat: perinde ac iussa nauãte Callippo. Cõstitutis hunc in modũ iusidiis, ingens ac prodigiosum Dioni se simulacrum obtulit. Dies vergebat in vesperã: quũ ille intra domi cubiculum solus secum cogitabundus sederat. Interim e regione porticus repentino exoriente strepitu, cum lumẽ abesset, stetit inspectans: grandem intuet fœminam: nihil vestitu aut facie ab tragica pmutatã furia. Ea scopis quibusdã mundabat ædes, Perculsus graui pauore Dion, conuocatis amicis visum exponit: penitusq; consternatus quum extimesceret, ne id denuo videndũ soli sibi aduentaret ostentum: eos obsecrauit: vt cũ eo pernoctantes manerent. Verũ enimuero id haud rursus accidit: sed paucos intra dies filius eius, quum ferme pubescret, ex parua quippe tristitia & puerili quadã iracũdia prius cã susceptа, e tecto se præcipitem deiiciens periit. In hoc rerum statu quũ Dion esset: Calippus insidiis magis atq; magis instare: in Syracusanos rumorem edere: vt orbatus liberis Dion Dionysii filium Apollocrarem vocare & hæredem facere instituisset: qui vxori quidem ex fratre nepos erat. Iam Dionem ac mulieres eorum quæ patrarẽtur suspitio habebat: & vndiq; nuntii afferebantur: at Dion vt ferunt, post Heraclidis iteritum mœrore cõfectus, quasi vitæ at rebus a se gestis quandam inureret maculam: grauiter semp ac moleste degens, multoties iam se neci paratum esse, & cuiq; volenti præbiturum se iugulum dictitabat: si viuẽdum ei foret: non hostes modo, verumetiam amicos obseruaturo. Callippus vero quum mulieres rem diligenter inuestigare cerneret: perterritus venit ad eas: factum effusis negare lachrymis: quãuis daturum se fidem. Illæ vt magnum iniret iusiurandum postulant. Id extat hmõi Qui fidem præstat, in Thesmophorum descendit templum: & quibusdã peractis sacrificiis, deæ purpurã induit: tũ ardentem captans faculam iurat. His confectis omnibus, Callippus iuratus deos adeo irritsit: vt eius quam iurauerat deæ diem festum expectans cædem interipsa perageret Proserpinalia: eam nihil faciens deæ diem: quam oĩno violaret: & impie coleret: si alio in tempore dux ipse sacrorũ illius facerdotem iugulasset. Quum plures in eius cõmunicatione facinoris essent: & Dion domi quæ nõnullos habet accubitus, vna cum amicis assideret: alii exterius obsidere, alii foribus atq; fenestris adstare: Zacynthii qui manus afferte debebant, tunicati sine mucronibus accedere: simulq; q extrinsecus versabantur attractos tenere postes. Zacynthii Dionem inuadentes vt eum tenerẽt opprimerẽtq;

Hercli des Dionẽ iteꝝ incessit calũniis.

Heraaclides obtruncat. Callippus Atheniẽsis Dionis socius.

Callippus Dioni insidias tẽdit. Prodigia Diõis mortem præcedentia. Simulacrũ ingens Dioni visum. Dionis filius se ex tecto dedit præcipitem.

Iusiurandũ magnũ q̃le esset.

Zacynthiorũ ipetus in ędes Diõis.

Lycon Syracusius.

Dionis iteritus.

Diõis vxor atq; sorori in carcerẽ cõiiciuntur.

Mel Atticũ optimum.

Coniũ Atticum.

Catina.

Syracusæ a Callippo amittunt.

Tyrocnestis.

Callippus interficitur.

Hicetes.

Hicetes interficitur.

eniti: quod vbi in cassum cedit: ensem effligitare: nemo fores reserate audere. Multi enĩ cum Dione intus erant: quorum vnusq; dum eo misso de ppria salute cogitat, nusq̃ afferre subsidium audet. Dum ita cũctantur: Lycon Syracusius pugionem cuidã Zacynthio p fenestras porrigit: quo retentum aliquãdiu & attonitũ Dionẽ vti victimã obtrũcant. Sororem cõtinuo vna cũ vxore prẽgnante cõiiciũt in carcerẽ. Obtigit aũt: vt quũ per summã calamitatem partus instaret, in vinculis masculum parturiret infantem: quẽ placatis custodibus mulieres educare aggressæ sunt. Iam enim turbulentæ seditiones Callippũ inuoluebant. Principio nanq; Dione cæso quũ famosus esset: & Syracusas oppressisset: Atheniẽsium ciuitati scripsit: quã secundum deos posteaq̃ tam abominando se facinore cõtaminarat, vereri ac expauescere debuisset. Sed id vere dictũ extitisse videt: Excellentissimos virtute eos esse viros: quos bonos ciuitas illa protulerit: quos aũt malitia deprauatos, eos q̃ sceleratissimos. quẽadmodũ eorum tellus & mel optimũ & ocyssimũ necatu conium parturit. Haud tñ Callippus quoddam fortunæ deorũq; cõuitiũ diu superstes euasit: vt qui hominem tm̃ per humanitatẽ principatus & opulẽtiam consequutũ incuriæ aut neglecti dedisset: at digna cõfestim dedit supplicia. Siquidem Catinam cadere adortus, cõtinuo Syracusas amisit. Quo tẽpore eũ dixisse ferunt amissa vrbe| Tyrocnestim in potestatẽ redegi. subinde Messanos inuadẽs, maximã millitum partem, in qbus & Dionis interfectores, pdidit. Postmodum quũ nulla eum Siciliæ ciuitas susciperet: verum vniuersi p odiũ ppulsarẽt: Rhegiũ occupat: ibi quũ summa degens inopia stipẽdariis necessaria male suppeditat, a Leptino & Polypercõte occidit. Ad ipsius necem eo forte vsũ pugione dicunt: quo vulneratus est Dion: illum aũt a magnitudine cognitũ perhibẽt: Laconicoq; enim more pbreuis: præterea artificii apparatu vt pote magno cum ornamẽto ac subtilitate fabricatũ. Huiusmodi pœnas Callippus dedit. Aristomachen vero & Aretã, vt primũ exẽptæ vinculis fuere, Hicetes Syracusanus Dionis amicus suscepit: & magna fide ac beniuolẽtia curare visus ẽ: dehinc ab Dionis hostibus inductus, eas pinde ac in Peloponnesum trãmittsurus: naui ad id cõparata, impositi: subinde mãdans vt inter nauigandum necate delicerẽtur in pelagus. Nonnulli viuentes adhuc vna cũ puello demersas asserunt. Hunc etiã dignę p audacia pœnæ in uaserũt: ipse enim quũ in Thimoleontis manus peruenisset, interiit: Syracusani præterea in Dionis vltionem duas filias interfecere. de quibus in Thimoleontis vita singulatim perscriptum est.

MARCI BRVTI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

Iunius Brutus.

M. Bruti mores.

Cassius.

Seruilia Bruti mr.

Seruilius Hala.

Melius Spurius.

Marci Bruti p genitor fuit Iunius Brut⁹: quem prisci Romanorum i capitolio exære finxerũt medium inter reges ensem strictũ exerẽtem: q̃ is cõstantissime Tarquinios euertisset. Ille veluti quædam fulmi nei ensis acies durũ & inexorabile ingenium nactus, adeo animi intemperãtis aduersus tyrãnos fuit: vt tãq̃ insano impetu vectus, vsq; in liberorum suorum cædem sæuierit. Hic vero Brutus de quo nunc agitur, & bonarum artium disciplina, & philosophię studiis imbutus, mores suos natura graues & humiles ciuilibus negotiis excitãs, ad bonum & æquum modestissime ferri visus est. Quare etiam qui ob conspirationem, quæ in caput Cæsaris acta est, inimicitia in Brutum flagrabãt: si res ea magnificum & generosum quicq̃ afferebat, id Bruto dabant: sin difficile durumq;, Cassio. Erat Cassius in primis Bruto familiaris atq; beniuolus: sed dissimili ingenio: ac varius impurusq;. Seruilia mater Bruti fuit: cuius genus ad Halam Seruiliũ referunt: qui clam gladio cinctus Melium Spurium seditiosum ciuem & sollicitatio ne plebis tyrannidẽ machinantem in medium forum traxit: ibiq; simulato colloquio, eum obsequentem ferro cõfecerat. Mater

num hoc Bruti genus clare compertum habetur: paternū vero qui Cæsaris gratia odio quodam in Brutum æstuabant, non ab eo deducunt Bruto: qui Tarquinios vrbe eiecit: quum ab eo dicant liberos superstites nullos fuisse: nam eos occiderat: sed plebeium ipsum cōmemorant: & ex quodā ipsius Bruti dispensatore genus ducere: ipsumq; nuper in senatum accitum: Posidonius philosophus priorem Brutum narrat geminos filios natu grandiores (vt habet historia) securi percussisse: sed tertium vnum, eumq; infantem, ex eo superstitem fuisse: a quo vno deinde eius familiæ posteritas omnis propagata est. Præterea asserit tempestate sua quosdam claros ex gente floruisse viros: quorum aliqui formā ex Bruti simulacro ducere visi sunt. De his hæc cōmemorasse satis est. Seruiliæ quam Bruti genitricem diximus, frater fuit Cato Vticensis: quem auunculū primo, deinde etiam socerum. Brutus in primis Romanorum omnium studio habuit. Philosophos græcos ferme omnes (vt his vtamur verbis) attigit: nec vllius ipsorum disciplinę vel expers vel ignarus fuit Platonicos tamen enixe coluit: nouam ac mediam academiam linquēs, veterem fouit. Huic sectæ addictus Antiochum Ascalonitam ingēti admiratione obseruauit: eiusq; fratrē præstanti virtute virum amicitia sibi iunxit: ac viuendi comitem fecit. Hic enim doctrinæ habitu licet a multis philosophis longe abesset: vitæ tamen integritate ac humanitate egregia primis adæquandus habebatur: Emphilus illi nomē: cuius Brutus in epistolis suis, Brutiq; domestici sæpius meminerunt: ob amborum victum: quem cōmunem simul agebāt. Is etiam Emphilus erat orator: de cæde Cæsaris opusculum, quod Brutus appellatur, nō ignobile edidit. Latine Brutus facundiam militarem bellisq; accomodatam exercuit. Græcum vero graue ac sententiosum dicendi genus: & Laconum breuitatem, quodammodo imitatus est. Ex quo in quibusdam epistolis suis Græcis est adnotatus: vt in ea quam iam bello implicitus Pergamenis scripsit: vbi ingt: Audio vos Dolobellę dedisse pecuniās: si sponte dedistis, fassi estis iniuriam: si inuiti, hoc ostendetis: si cōtra eas mihi sponte dederitis. Samiis. Consilia vestra nil pensires tardæ. Quis horum finis existimate. Scripsit & alibi de Patreis in hæc verba Xanthii beneficii meū cōtēnētes in sepulchro desperatiōis patriā posuere. Patrei sese mihi dedentes confisi nihil omittūt: sed omnia curāt: quę in rem libertatis sint. fas sit & vobis aut Patreorum sentētiam, aut Xanthiorum fortunam eligere. Huiusce modi epistolarum Bruti genus est: quæ ex hac breuitate notantur. Nondum adolescentiæ fines egressus, cum auunculo suo Catone, qui in Ptolemæū Ægypti regem a senatu dux fuerat designatus, in Cyprum est prosectus. In qua expeditione quū Ptolemęus nece accersita se suaq; simul absumpsisset: & Cato apud insulam Rhodum opportunam moram ageret: Canidius vir Catoni beniuolus, ad tutendas regis opes ab eo missus in Cyprum: sed Cato extimescens ne Canidius sese furto nō abstineret, Bruto scribit: vt extemplo e Pamphylia Cyprum peteret. ibi enim redimendæ valetudinis causa obuersabatur. Ex quibus Brutus licet inuitus Cyprum nauigat: ibiq; Canidium modeste conueniēs dissimulata suspitionis causa, ne a Catone adeo ignominiose improbari videretur, eū liberaliter habuit: omnemq; pcurationis curā vt iuniorae vagus, nihil ad se pertinere simulauit: verū ita omni studio & diligentia rei sollicitus fuit: vt a Catone summis laudibus ornatus fuerit: & opes illas in argentum redactas apud seipsum assumens Romam adduxerit. Cæterum quum res vrbis in manifestam seditionem ruere viderētur: & turbato senatu, Cęsar atq; Pompeius arma proferrent: creditus est Brutus palam Cęsaris partes sequi. nam eius pater iampridem ob Pompeium obierat. Sed ipse indignissimū ratus priuatos affectus publicis anteire: præterea Pompeii causam æstimās iustiorem esse q̄ Cæsaris: Pompeium sequutus est: licet antea quum obuiā illi fieret, eū minime salutaret: scelus ingens æstimans cū interfectore patris habere colloquiū. Pompeio igitur qui dux patriæ constitutus fuerat se subiiciens, legatus cū Sexto cui Sicilia sorte euenerat, in puinciam profi cisci tur. Qua in legatione quū nihil gloria dignū emergere posse cogitaret: & iam Cæsar atq; Pōpeius de rerū summa certare studuissent: ex insula in Macedoniā venit: sponte vniuersum periculū patriæ subiturus. Eius aduētu audito, ferunt Pōpeium summe lętatū, admiratūq; | mox præsenti assurrexisse: ipsumq; velut cęteris prestantiorem in cōspectu oium amplexatum. In castris per integros dies (nisi quū Pompeiū ipsum cōueniret) circa literarū studiū codicesq; diuertebatur. Cui curæ nedū aliud dedit tps: sed etiā diē quę maximā illā pharsalię cladē antecessit. Erat media ętas: & pręter loca paludosa, vbi castra metati fuerant, calor ingens: nec Bruto aderant qui celeriter tēntorium attulissent: fessus aūt hac iugi cura, quum meridies aduentasset, modice vnctus quum pauca comedisset: quiescentibus cęteris, aut de euentu futurę pugnę anxiis, hic vsq; in crepusculum scripsit: Polybii Epitomā cōponēs. Dicitur etiā Cęsarem haud virū hunc neglexisse: sed exercitus sui duces prēmonuisse: vt illum in pugna nō occiderent: sed seruarent: quin si facilem se pręberet liberaliter ducerent: si capturę obsisteret, eum mitterent: nec vim aliquam infertēt sibi. Hæc dicūt ob gratiā Seruiliæ Bruti matris Cęsarem feciſſe. Nouerat enim quū adhuc esset adolescens, Seruiliam sibi insano amore affectam extitisse: & quia eo tempore quo hic amor efferbuit, Brutus est genitus: quodammodo creditus est Brutus e Cæsare genitus. Fertur quū ardui motus Catilinæ, qui ferre remp. euerterunt, in senatu incidissent: & Cæsar atq; Cato aduersis sententiis differrēt: inter

Cato Vticēsis Seruilię frater, Bruti doctrina. Antiochus Ascalonita Emphilus.

Brutus opusculū ab Emphilo editum.

Bruti adhuc adolescentis pfectio in Cyprū cōtra Ptolemæū. Canidius.

Brutus creditus e Cæsare genit?.

hæc literulas quasdam foris delatas Cæsari redditas: qui quũ tacite eas legisset Cato id ægre ferens acclamasse perhibetur: rem indignam Cæsarẽ facere: qui colloquia, qui literas medio in senatu ab hostibus habebat. Ex quo quũ plerique streperẽt: & Cæsar literulas quemadmodũ ipse habuerat Catoni dedisset: Cato lecta impudica Seruiliæ sororis epistola, eam Cæsari proiecit: inquiens: vince ebrie: atq; ad sententiam ac propositã orationẽ extemplo reuersus est. Sic ergo amor Seruiliæ aduersus Cæsarem vulgo patuit. Cæterũ expedita Pharsalica clade, quũ Pompeius sese p vndas prærupti ret, & castra obsiderent, clam Brutus per paludem aquis plenã calamisq; manentẽ noctu euasit: Larisæq; sese recepit. Hinc deinde quũ scriberet, Cæsar eius salute lætatus est: eumq; iubens ad se venire, nõ tãtum veniã illi dedit: sed præter cæteros qui iuxta seforent ipsum maximo in honore habuit. Quũ nemo dicere posset quo Pompeius fugeret: obq; id oẽs anxii forent: Cæsar spatium quoddam cũ Bruto ambulans, solus huiusce rei sententiã Brutũ rogat: quũq; videretur ex quibusdã rõnibus de fuga Pompeii Brutum optime coniectare: Cæsar alias mittens, iter in Ægyptũ arripuit. Pompeius aũt sicut æstimauerat Brutus Ægypto hæserat: ac fatis cessit. Brutus deinde Cæsarem Cassio inclinauit. Præterea quũ Cæsar in regem Libyę graui ira afficeret: & magnitudine criminũ ipsius obrueret: pro hoc suscepta cã Brutus tum precando, tum excusando, ipsum liberauit: multãq; illi partẽ seruauit imperii. Fertur Cæsarem quũ primũ Brutum orantẽ audire, ad amicos conuersum dixisse: Adolescens iste quid velit ignoro. quod enĩ vult, nimis vult. Eius enim grauitas quę non facile immo nequaq; ob gratiam flectebat, sed ex habitu rõnis tendebat ad bonũ, valido atq; efficaci impetu fruebatur. Ad iniustas vero partes fuit inexorabilis. Eorũq; modestiã siue turpe silentiũ, q; sine rubore iniusta rogãt apud magnũ vir: acriter iprobãs dicere solitus erat: q; q nihil nega re audẽt sibi videnẽ male suum tps instituisse. Traiecturus Cæsar exercitũ in Libyã aduersus Catonẽ & Scipionẽ, Galliæ Cisalpinæ Brutum præfecit: exquadã felicitate prouinciæ. Cæteras enim p uincias & cõtumeliis & auaritia præsidum qui eas velut captiuas diripiebant, quum male administrari contingeret: Brutus requies & consolatio erat: omnesq; accedebant in Cæsaris gratiam. Vñ quũ ridens Cæsar circumambularet Italiam, dulcissimũ fuere spectaculũ ciuitates: quibus Brutus præfuerat: quũ maxime Brutus ipse Cæsaris honorem sua presentia adaugeret gratissime. Quum plures præturę forent: & ea quę vocatur vrbana maxima dignitate præcelleret: manifeste cõstabat Brutum aut Cassium eam sortiri. Sunt qui dicant eos ex aliis primis causis maxie differẽtes, tñ magis ex hoc inter seipsos in odium erupisse: licet affines eẽnt. Iuniam enim sororẽ Bruti Cassius vxorem duxerat. Alii contentionem hanc manauisse ex Cęsare dicunt: q; inter vtrunq; se ingerens spe vtrũq; pascebat. Demũ irritati incensiq; animis ad certamen constituti sunt. Certabat Brutus gloria & virtute, cum multa & splendida strenuitate Cassii apud Parthos cõparata. Quę audiens Cæsar, amicosq; consulens inq: Cassium æquiora dicere: sed rei summam Bruto esse dandam. declaratus tñ secundus prætor Cassius est: non tantum beniuolentiæ habẽs ex hac quam fuerat adeptus: quantũ iracundiæ ex illius amissione. Cæterum Brutus alias ex potentia Cæsaris quãtũ voluit habebat. Volenti enim fas erat amicoq; oĩum Cæsaris esse primo: & plurimum posse. sed hinc eum sodales Cassii abstraxerunt: ipsumq; plane in perniciẽ adduxere. Nondum enim ex contentione prę turaę Cassio conciliatus fuerat: quum illos audiebant orantes nesese despiceret: & a Cæsare mollitum, Cæsarisq; blanditiis captum: sed simulatas gratias tyrannicas & illecebras fugeret. Nõ enim honore virtutis Cæsarem sibi esse propitium: sed vt omne eius robur animumq; ad se traheret arebant. Nec tamẽ Cæsar ipse absq; huius suspitione omnino erat: nec in eum absq; calumnia: sed huius viri magnitudinem dignitatem & amicos extimescebat: præterea eius fidebat consuetudini: Quum Antonius atq; Dolobella apud Cæsarem primo rerum innouandarum criminarẽtur: nõ inquit sea pinguibus ac comantibus illis viris molestari: sed pallidis & macilẽtis: de Bruto loquutus & Cassio. Deinde quibusdam calumniantibus Brutum: Cæsaremq; monentibus vti sibi caueret: manum pectori admouens, quid inquit non videtur nobis Brutum posse hoc expectare corpusculum? veluti nemini nisi soli Bruto post eius fata tãtum posse liceret. Atqui in vrbe oĩum primus fuisse videt: eo tpe paruo: quo tpe Cæsari obsequutus suam gloriam strenue comparatã parum opprimi vel extingui permisit. sed Cassius vir furiosus & priuate magis inimicus Cæsari, q̃ publice tyrannidi, illũ in flãmauit impulitq;. Dicitur enĩ Brutus dominationẽ grauiter tulisse: sed Cassius odisse dominantẽ: & pter cætera, quæ in ipsum criminatus est, etiam leones ablatos cõmorabat: quos ipse ædilib⁹ ludis præparauerat. Hos enĩ apud Megarã relictos, quũ ciuitas per Calenum capta est, Cęsar detinuit. Fertur has feras cladem Megarensibus fuisse: nam quum ciuitas iam caperetur, Megarenses carceres ferarum effregere: laxaruntq; ipsarum vincula: vt mox irruentibus hostibus obii cerent. Sed leones in ipsos huiusce rei authores versi sunt: inermesq; viros fugientes tot laniarunt: vt hostibus ipsis hoc spectaculum miserabile fuerit. Hanc dicunt fuisse Cassio cõspirationis potissimã causam: falsa existimantes. Nam ex initio erat Cassio naturalis quędam impatientia atq; difficultas ad omne tyrannorũ genus: sicuti quũ adhuc puer esset ostendit: quum ad eundem præceptorẽ cũ Fausto filio Syllę graderetur. Quum enim hic intra pueros se efferret: & patris sui monar-

Brutus præfect⁹ Galliæ Cisalpinę.

Prętura vrbana.

Iunia vxor Cassii & sor Bruti

Antonius. Dolobella.

Leones Megarẽsium.

Cassii odii i Cęsarẽ cã. Faustus Syllę filius.

chiam laudaret: insurgens in illum Cassius colaphos ipsi inflixit: quam rem volētibus pcuratoribus & necessariis Fausti ferri atq; decerni iudicio, inhibuit Põpeius: pueroscp ambos vna coniungens de re iudicauit. Dicitur etiã Cassium hæc verba dixisse: Eia Fauste: aude coram hoc pferre sermonem illum, quo irritatus fui: vt os tibi iterum frangã. Talis qdem erat Cassius Brutũ vero multi amicoq; suorum sermones, multi etiã ciues pluribus rumoribus atq; literis ad rem puocabãt incendebantq; Apud enim statuã pgenitoris sui Bruti, q regũ deleuit imperiũ, scriptũ est: Vtinam Brute nũc viueres: & nũc Brutus esses. Præterea ipsum tribunal Bruti prętoris mane repertũ est talibus verbis plenum: Brute dormis: neq; vere es Brutus. Horum causa erãt ipsius Cæsaris adulatores: qui alios inuidiosos honores ei dabant: & noctu statuis eius coronas imponebãt: quum plerosq; adducerẽt: vt p dictatore, regem Cæsarem appellarent. Sed secus ipsis obrigit: ficut in Cęsaris vita diximus. Amicos quũ prætentaret Cassius cõtra Cæsarẽ: respondebãt oẽs se assensuros, si Brutus his rebus se ducẽ prẽberet. Hoc enim nõ audacię, nõ manuũ indigere dicebãt: sed dignitate viri, qualis est Brutus: vt si inciperent: remq; assereret: ius secum adesse existimabant: si abnueret: in agẽdo alios defuturos: vel priusq; id pfecissent: in suspitionẽ manifeste venturos. Vnde absq; illo pulchram habituros causam nõ censebant. Hæc secum reputans Cassius: post cõtentionẽ illam prior cõuenit Brutum: cõciliatisq; ais, inter grata colloqa ipsum interrogabat: An idibus martiis statuisset interesse senatui: se enim audiuisse inquit: amicos Cæsaris de dominatione regia tum relaturus. Dicẽre Bruto, se nõ affuturũ: quid ingt: Cassius: si nos vocẽt? meũ est respondit Brutus nõ tacere: sed tueri rempublicam: & p libertate emori. Tum clarus animis Cassius, quis inquit Romanorum te moriente, id tolerabit? An nescis o Brute te ipsum? vel credis tribunal tuum holes extorres vel tabernario inscribere: non primos & optimos viros? Aceteris qdem prętoribus largitiones, spectacula, & gladiatores, a te vero maioq; tuorum debitum, euersionem tyrãnidis repertũ: ipsi oĩa per te pati părati sunt: te vnum qualẽ optãt expectant. Inter hæc illũ amplexãs osculatus est: deinde disiuncti ad eorum amicos cum his sese ambo verterũt. Erat quidam. Qu. Ligarius intra Pompeii beniuolos: quẽ ob Pompeiũ apud Cæsarem criminatũ Cæsar liberauerat. hic nõ ex crimine quo solutus fuerat gratias habẽs, sed dominationẽ ob quã accusatus fuerat grauiter ferẽs erat Cæsari quidẽ inimicus: Bruto vero maxima familiaritate coniunctus. Adhunc ægrotantẽ accedẽs Brutus, O Ligari ingt: en quo tpe ægrotas. & ille confestim se cubito erigens, dexteramq; apprehendens, O Brute respondit, si quid te ipso dignũ excogitas valeo. Ex hoc inter nos qbus fidebãt, quosq; tentauerant, hęc cõmunicare cœperũt: neq; solũ delectũ fecere familiarium: sed assumpserũt etiam oẽs, quotquot ad bonũ pronos ac audaces mortisq; cõtemptores agnouerant. Quare & Ciceronẽ fide prącipuũ & apud eos beniuolentia singularẽ latuerũt: ne ipse qui natura audacię erat inops, præterea ex ætate similẽ cautelã assumpserat, ac oĩa suis rationibus ad summã securitatẽ faragebat adducere, ipsorũ promptitudinis robur obtunderet: q celeritate factoq; egebant: Dimisit & Brutus ex aliis sodalibus suis Stallium Epicuræũ, & Faonium Catonis imitatorem. quoniam e lõginquo inter disputãdum ac philosophandũ sermone circuito illorũ animos expertus erat. Inquit enim Faonius bellum intestinũ durius esse q̃ monarchiam ex lege: Stallius viri sapiẽtis nõ esse: ob indoctum vulgus & in sensatum turbari periculũq; subire. Quibus cũ Labeo intersese: cõtradixit ambobus: Brutus vero quasi hic sermo aliqd rationibus difficile haberet malecp poterat solui, subtricuit. Deinde Labeoni cõsiliũ cõmunicat: quo annuẽte haud trepide, visum est: alium Brutũ cognomine Labienum, nõ tñ strenuum siue audacem, sed gladiatorũ copiis quos spectaculis præseruabat potẽtem, Cæsariq; fidum, negotiis addere. cui Cassio & Labeone rem aperiẽtibus nihil illerespondit: Brutus priuatim ipsum cõueniẽs dicensq; se ducẽ huic rei esse, cõfestim libentem illũ fecit annuere. Plęrosq; pręterea aliorũ optimos ad hoc dignitas Bruti addu xit: qui omnes neq; iuramẽto astricti, neq; inter se fide tradita vel accepta, neq; quibusdam sacris obnoxii, sic cõspirationem hanc apud se habuere: sic eam conticuere: sic ipsam pertulere: vt diuinationibus | sacrificiis | signisq; deoq; ipsam portẽdẽtibus nulla negotio fides data sit. Cęterũ Brutus veluti vir, qui in vrbe dignitate genere ac virtute prior erat, secum remeditans, & omne periculũ secum voluens, & in difficultatibus ipsius rei immorans, vxorem vna gescentem minime latuit: q insolitæ curæ, atq; turbinis plenus erat: qq; indissolubile quoddam & male ferendum consilium apud sese mouebat. Hæc erat Porcia filia | vt superius diximus | Catonis: habuerat hanc ab auunculo Catone Brutus in coniugem: nõ expueritia sed eius priore viro defuncto: quam adhuc puellam & exilio filium paruum habentem nomine Bibulum ipse duxerat. Huiusce Bibuli opusculum quoddam de gestis Bruti seruatur. Cũ sapiẽs esset Porcia & viri amatrix: prętera haud vanę dignitatis referta: non prius est causa virtũ de arcanis suicordis interrogare: q̃ suipsius hanc experientiã sumeret. Paruum accipens cultrum, quo tonsores auferũt vngues, omnesq; thalamo pedisse quas pellens, profundum vulnus sibi egit in crure. ex quo nõ pauci sanguinis fluxus erupit: deinde post paucũ vehementes dolores & horridæ febres ex plaga ipsa corripuere. Qua in re anxio Bruto atq; id grauiter ferente, cũ dolor acrius ipsam vrgeret, ad eum sic est locuta. Ego Brute Catonis filia

Cõspiratio Bruti & Cassii i Cęsarẽ.

Qu. Ligarius.

M. Cicero.

Brutus. Labienus.

Brutus nobilissi

Bruti uxor

Porciæ magnanimitas.

Porciæ verba ad maritum.

tuæ domui data sum nõ quẽadmodũ pellex: vt cubilis solum & mẽsæ tecum particeps fierem: sed vt cõmunicarem tecum læta:cõmunicarẽ simul & tristia. Quæ ex tuo cõiugio mihi oino sunt queri nõ habeo: quæ vero tibi ex meo sunt quã habẽt demõstrationẽ siue gratiam apud te: nisi passionem tuã ipsa pariter feram: & curas fide dignas ego nõ tolerem? Scio muliebrẽ naturã fragilẽ esse ad arcana ferenda: sed est O Brute vis quædam & bonę educationis & optimæ consuetudinis ad ingeniũ mihi & Catonis esse filiam & Bruti cõiugem datũ esse. His si hactenus minus credidi, nũc meipsam agnoui ad laborem inuictam esse. Hæc locuta plagã ostendit: ac periculũ quod de se spõte fecit aperuit. Tum exteritus Brutus ac manus ad cœlum tendẽs deos orauit: vt cœptis strenue sibi perfectis faxint se virum Porcia dignum esse. deinde vxorem solatus modeste est. Cæterũ deserto senatu, ad quem manifeste constabat Cæsarem ingressurum, cõspiratores eũ aggredi statuũt. Nam tunc insimul cõgregati absq; suspitione se fore censebant: præterea oẽs bonos & optimos viros se habituros esse credebãt: qui cæde perfecta confestim p libertate simul assurgerẽt. Videbant ex diuinitate etiam quadã locum ipsum offerri. Porticus enim erat vnius gradus ordinẽ ad theatri similitudinem habẽs: in qua erat imago ipsa Pompeii populi iussu erecta: cũ inter cæteras porticus atq; theatra locus iste exornaretur. Ad hanc igitur medio mensis martii, quod R.o. Idus appellant, cõuocabatur senatus. vnde videbatur fortuna quędã virum hunc ad Pompeii iudicium ducere. Dies ergo cũ aduenisset: Brutus vxore tantũmodo cõscia paruo succinctus gladio in senatum puenit: alii Cassio cõgregati eius filium tũc sumẽtem virilem togam ducebãt in forum. Hinc deinde omnes ad porticũ Põpeii pfecti, ibi cõmorabantur: veluti cõfestim Cæsare in senatũ vẽturo. In qua re qui futurũ excogitasset: maxime virorũ cõstantiã, & in tam grauibus periculis fortitudinẽ admirari dignissime posset. Nam cũ ex officio præturæ multis cogerẽtur dare iudicium: nõ quiete solũ adstantes & differentes inter se viros audiebant: sed veluti otiosi iudicia diligẽti cum de liberatione ac maturitate reddebãr. Cum vir qdam, qui iudiciũ subire nolebat, puocasset ad Cæsarem & multũ exclamans obtestaretur: Brutus ad astantes aspiciẽs, me Cæsar inqt facere iuxta leges non prohibet: neq; phibebit. Multa etiam alia turbulẽta casu quodam tum cõtingere. Primum & maximũ: q̃ procedente die Cæsar in senatum venire tardauit. Nam male succedentibus sacris a cõiuge domi detinebatur: præterea ea die pficisci prohibebatur a vatibus. Secundũ vero: q̃ quidam accedens ad Cascam, qui ex cõspirãtibus vnus erat, dextera apprehensa tu inquit o Casca arcana nobis occuluisti: Brutus mihi oia nũtiauit. Exterrito Casca, ridens ille vnde inqt o beate tã subito dies factus es: q̃ ad ædiles accingeris! fermeitaq; ab amphibologia deceptus Casca occulta detexit. Ipsum etiam Brutũ & Cassium vir senatorius Popilius Lena cũ auidissime salutasset: placide susurrans, deos inqt oro vt quæ corde habetis recte secundent: moneoq; vt maturetis. non enim res ipsa tacet. Hoc dicens nõ paruã illis suspitionẽ iniecit: q̃ omne id negotiũ persensisset. Interea quidam e domo currit ad Brutũ: nuntians sibi cõiugem suã mori. Porcia enim futuri anxia nec curæ ipsius magnitudinẽ ferens, seipsam vix detinebat. Ad oẽ præterea murmur, ad omnem vocem, vt vates quæ insano furore Bacchi tenetur, exiliens, quẽlibet e foro venientem interrogabat quid ageret Brutus: alteros illuc etiam frequenter transmittebat: tandẽ cum tps longitudine tereretur, vis eius sustentari nequiuit: priusq; domũ sese reciperet: circũdedere eã sicut erat in media porta sedẽtem exanimatio & ingẽs stupor: color mutationem accpit: & oino vxor faucibus hęsit. ad cuius rei aspectum acclamauerũt ancillæ. Deinde vicinis ad limen domus pcurrẽtibus, statim exiuit rumor: sermoq; sparsus est: q̃ Porcia moreret. Extemplo tũ respirauit illa, & ad se rediit: ac a mulieribus suauissime fota est. Brutus hoc audito sicut decuit exterrit", publica tũ minime ligit: ne q̃ domũ ob dolorem accurrit. Iam Cæsar etiam venire nuntiabatur lectica delatus: deliberauerat enim ob in fausta sacra, magnũ nihil in eo senatu fencire: sed malam simulans valetudinẽ, in aliud tẽpus cuncta differre. Cum e lectica egressus esset: occurrens sibi Popilius Lena ille quem paulo ante diximus Bruto & Cassio cooptasse, vt eis oia dii secundarent: per multã horam colloquiũ cum Cæsare habuit: qui omni cũ diligẽtia atq; fide audiebat. Ex quo cõiurati (vt eos sic appellemus) nõ intelligẽtes ipsius vocem, sed cõiectãtes, ex qbus antea ex illo perceperãt, id colloquiũ esse cõspirationis indiciũ: animis fracti se mutuo aspexerunt: fronte plane confessi non expectandũ esse: vt caperẽtur: sed cõfestim potius emori. Igitur Cassio & qbusdam aliis manus imponentibus super capulis gladiorũ quos sub veste tenebãt: cũ ipsos clam enudassent: Brutus ad gestum Popilii Lenæ aspiciẽs qui studiose Cæsarẽ orabat, nõ quos clam criminabatur, nihil locutus est: ob multos alienos viros quibus immiscebatur: sed lęto ex vultu Cassium exhortatus est. Deinde post paucũ Lena Cæsaris dexterã osculatus inde discessit: manifeste cognitus q̃ pro seipso ob aliquod ad eũ attinens negotium, id colloquiũ cũ Cæsare habuisset. Cæterum senatu ad cõsessum ingresso, cæteri curulem Cæsaris circunstetere: veluti quiddam cum ipso colloquuturi. Cassium ferunt ad imaginem Pompeii versum illam veluti animatam orasse. Trebonius iuxta fores curiç moratus ad Antonium, colloquia secum producẽs, eum extra tenebat. Ingresso porticum Cæsare ei senatus assurrexit: deinde sedẽtem statim circũstant illi frequentes: Tullium Cymbriũ ex ipsis vnũ obiicientes;

Porticꝰ Põpeii.

Casca.

Popilius Lena.

Porciæ solicitudo.

Trebonius Antonius. Tullius Cymbrius.

pro exilio fratris orantem.pro hoc orabant & simul omnes:ac Cæsaris manus apprehendentes & pectus illius & caput osculabant.Has preces atq; blanditias cū Cæsar modeste primū manu ppulsaret:deinde nō desinentibus illis,in assurgendo repelleret:Tilius vtraq; manu vestem ex humeris illius traxit.Casca primus,retro eū stabat,gladiū exerens,cū iuxta humerum vulnerauit:licet vulnus haud altius penetrauerit.Deinde obluctante ob plagam Cęsare,& magna voce latine clamāte:Scelerate Casca quid facis:ille græco sermone fratem nominans auxilium sibi petiit.Cęsar cum a multis iam saucius foret:& obsistere volens se circumaspiceret:vt vidit Brutum gladium in se nudatum efferentem,manum Cascæ quam tenebat dimisit:caputq; suū veste obtegens corpus vulneribus liquit.Illi tamen inter seipsos impliciti,multisq; gladiis corpus ipsius aggressi se inuicē etiā vulnerabant:vnde Brutus etiam manum plaga illisus est cū cædis in Cæsarem vulnerūq; cōmuni caret.Omnes tum & suo & cæsi sanguine maduerunt.Cæsare exanimato Brutus pfectus in mediū orare volebat:& suasu suo spēq; fidutiæ senatū detinere:sed ii metu acti confuse omnino fugerunt. Vnde circa fores persequente nullo seu vrgente,plures præturba illisi.Statutum intra eos validissime fuerat:alium non occidere præter Cæsarē sed omnes ad libertatē reuocare. Cęteris tamē omnibus cum de facinore cogitarēt,placebat occidi etiam Antoniū virum contumelioſum,monarchiamq; fouentem:præterea addentem Cæsari vires ex vsu ac rei militaris peritia:obq; id maximē natura elatus ac magnis inhians,consulatum cum Cæsare assumpserat:eiusq; collega tūc erat. Sed Brutus his consiliis se obiecit:primum æquitati innixus:deinde spem habens mutationis Antonii.nam ipsum agnouerat ambitiosum atq; tumentem virum & nimis gloriæ cupidum:sed ablato Cæsare,illum sperabat patriæ libertati cōuenturum:ac ob ipsoq; gratiā allectum cū eis ad bonum cōmune occurrere.His igitur Brutus saluauit causis Antonium.In hoc rerum turbine Antonius mutata veste sub plebeio habitu fugit.Qui vero cum Bruto erant,eo duce,manus sanguine respersi,& enses strictos ostendentes,in capitolium profecti ciues ad libertatem vocant. Initio cędis vlulatus manauerunt:discursionesq; quēadmodum vnūquēq; ex dolore ferebat casus,tumultū auxere:verum postq̄ nulla alia cędes facta est:neq; rapina vllius rei patrata:cū fidutia multi senatorum,multi ēt populariū in capitoliū ad hos viros ascenderunt. Hic magno numero ciuiū congregato,Brutus verbis gratiæ populi & ipsi rei accōmodatis cōcionatus est.quæ cū oēs laudassent:& e capitolio eos descendere iuberent:cōsisi illi in forū descendūt:alius aliū subsequutus.Brutū multi insignes viri in mediū splendide nimis ab arce deduxerunt:ac in rostris cōstituere. Ad eius aspectū permulti ex plebe ad tumultū parati procurrerunt:& tacite atq; modeste rei summam expectabant pcedente deinde ipso omnes silētium indixere.Quia nō oībus grata ea cędes fuit:tunc plane aptū est.Incipiente eū orare Cinna & accusare Cæsarem:cōtra ipm multi ira prorumpere,eiq; maledicere,ita persseuerauerunt:vt iterum viri in capitoliū se receperint.Quo in loco timens obsidionem Brutus,optimates illuc secum qui ascenderant dimittit:existimans indignum vt qui in causa non participarant periculū subirent.Senatus nihilominus postera die cū cōuenissent in tēplo Telluris & Antonius & Plancus & Cicero de abolitione cędis atq; cōcordia concionarentur:censuit nō tm veniam conspiratoribus:sed sententiā de pmiis sibi dandis prulit.His senatus cōsulto rite decretis inde decessum est.Antonius cū filiū in capitoliū obsidē misisset:spem optimā de se præbuit. Vnde Brutus cū cæteris ab arce descendit.Quo facto cū conuenissent:alius aliū mixti cōplecti:dexteraq; cū dextera cōiungere.Cassium Antonius ad se trahens conuiuam domi recepit:Lepidus Brutū:cæteri cæteros:vt quisq; cū quoq;,aut amicitia,aut consuetudine affectus fuerat.Postera etiam die cū senatus mane conuenisset:Antoniū laudibus psequutus est:q; bellum intestinū iam orientem extinxisset.Deinde Bruto adstantibus oībus multa prēconia data:indediuisę puinciæ: Bruto Cretam, Cassio Libyam,Trebonio Asiam,& Cymbrio Bithyniā designauere.Alteri Bruto Galliā iuxta Eridanū tribuere.Post hęc de testamento Cęsaris eiusq; funere cū sermones incidernt: & Antonius eiusq; beniuoli,censerent testamentū palā esse recitandum:corpusq; Cæsari efferri nō occulte,nec absq; decore:ne ex hoc irritarētur plebis animi,ptinacissime cōtradixit Cassius.Orauit deinde Brutus:Antonioq; consensit:secūdo hoc errore captus.Dū em Antonio parcit:causa fit statuēdi cōspirationi graue & inexpugnabilē hostē.permittēs etiam quæ antonius iudicauerat de funere, in senatu sanciri,ab omni spe deceptus euasit.Primū igitur testamento cum legauisset Cæsar ciui cuilibet septuaginta & quinq; drachmas:pręterea cum reliquisset hortos qui trans Tyberim erāt: vbi nunc est tēplum Fortunæ:ingens beniuolentia & admirabile desideriū oēs tenuit. Postea funere p medium forum elato ac Antonio laudes iuxta consuetudinē pro rostris proferente,cum multitudinem ad suam orationē cōmoueri vidisset:sermonē ad misericordiā flexit Cęsaris:vestem illius acciens sanguinē maculatā eam extendit:palam ostentans & ictus,& vulnerū multitudinē.Ex hoc dignitatē & decus suū nemo seruauit.Alii homicidas occidi clamabāt:alii veluti antea in funere Clodii ex officinis sedilia mensasq; deripientes,& aggregātes in vnū p magnā pyrā struxere:in q̄ corpus cum posuissent:in medio multoq; sacrorum inuiolabilium sanctorūq; locoq; illum cremātes cōsecrauere.Quū primū flāma eluxit:hinc inde irruens alius atq; alius semicōbustos diripiētes stipites

Cæsaris interitus.

Brut⁹ Antoniū amorte defendit.

Cęsaris interfectorib⁹ puinciæ de cretæ.

Cæsaris testamentū.

Rogus Cęsaris.

Cinna; Cæsaris amic⁹

ad domos percussorum concurrere: vti ipsas incenderent. Sed illi antea moniti effugere periculum. Cinna vir quidam erat poeticus: & qui in hoc crimine nihil cōmunicauerat: sed amicus fuerat Cæsaris. Hic ipse p quietē a Cęsare ad cōiuiuū vocari sibi visus cū abnuisset, ab ipo orari: deinde cogi: tandēq; manu comprehēsus, ad vastum & obscurū quēdam locū adduci: & inuitus & stupefactus, illum sequi se vidit. Quod somnium cū haberet: obrigit vt ea nocte febricitaret: cū tamen efferret Cæsaris funus, pudore captus, q non adesset, pcessit ad turbam: quæ iam irritata erat. cognit⁹ itaq; & ab aliquo appellatus, creditus esse Cinna ille qui nuper in frequentia incusauerat Cæsarē, trucidatus est. Hic furor Antonii animū mutauit: quare Brutus ac sui metu cōpulsi ex vrbe discesserē: primūq; apud Antium cōmorati sunt: vt q primū iracūdia plebis extincta siue mollita foret, ad vrbem reuerterentur: qđ facile fore sperabant: ex repēti atq; cellerrima mobilitate vulgi. præterea q p̄pitium senatum habebant. Verum senatus eos dimittens qui Cinnam trucidauerāt, quęstionem proposuit illorum qui domos percussorum inuaserant: eorūq; plæros q comprehēdi iussit. Interea ob Antonium qui monarchiam ferme sibi constituerat, enixius cœpit Brutus desiderari: præterea expectari vt spectacula quę ob præturam debebat, præsens exolueret. Sed Brutus sentiens plæros q qui sub Cæsare militauerant, & ab eodē agros & ciuitates acceperant, insidias sibi parare: & paulatim vrbi affluere: Romam p̄ficisci ausus nō est: sed statuit vt eo absente ludi fierēt magnifice nimis & sumptuose. Elephantes. n. cū emisset q plures, iussit eos spectaculis dari: & parce nihil exponi: sed oīa abusiue tribui. deinde p̄fectus Neapolim, cū pluribus Bacchi cultoribus, ideſt histrionibus ac mimis, colloquiū habuit. De Comitio quodā qui in theatris habebat strenuus, ad necessarios scripsit: vt non nisi volentem illum ludis adducerent. Non. n. fas esse dicebat: Græcum quen q vi cogi. Scripsit & Ciceroni: ipsum orans vt oīno his spectaculis interesset. Hoc ergo in statu cum res essent

Cæsar iunior: qui post ea August⁹

alia oritur mutatio iunioris Cæsaris qui iam vrbem aduenerat. Hic erat filius filię sororis Cæsaris & testamēto Cæsaris in filium adoptatus relictus. In apollonia is moram ducebat: quum Cæsar occisus est: & literarum studio operam dabat. prætera ibi expectabat Cæsarem: qui nuper expeditionem Parthos habuerat. Audita cæde Cæsaris, hic ad vrbem accessit: vbi primum fauorem plebis allicies | & sibi Cæsaris nomen assumens, argentum etiam testamento relictum, diuidens ciuibus, in Antonium seditiose se habuit: stipendiaq; distribuens, multos, qui sub Cæsare militiam egerāt, ad se traxit. Post q vero Cicero Antonii odio fauebat partibus Cæsaris: hoc exterritus Brutus Ciceroni scribit: q dominium moleste non ferebat: sed eū qui dīm oderat vereretur: præterea in repub. domesticæ seruitutis partes cligeret: scribēs & inquiens q virbonus esset Cæsar: sed nostri, inquit, p genitores neq; dominos mites sustinuere. Hoc tamē in tpe neq; manifeste bellū deliberasse cognitus Brutus est: neq; plane quieturus: sed vnū tm̄modo cōsuluisse: nō seruire scilicet. Admirabatur tū Ciceronem: q bellum ciuile periculosum & graue timeret: turpem vero concordiam & infamē nō expauescret: prę̄mium poscens, q Antonium a tyrannide eiiceret, Cæsarem tyrannum constituere. Talis in primis epistolis fuit Brutus: iam q his ad Cæsarem aliis ad Antonium partitis, atq; mi litibus ceu sub hasta vænalibus ad eum concurrentibus qui stipendia maiora dedisset, rebus desperatis Brutus Italiam linquere statuit: terrestriq; itinere Lucaniam ad Eleam mari adiacentem peruenit. Ex hoc loco Porcia Romam repetitura dolores, quibus vrgebatur, viro tentauit occulere: sed generosa ac magnanima a pictura quādam prodita est. ex Græcis erat hic textus: Hector videlicet Troiam exiens ab Andromacha comitatus: quę ab eo filium susceperat: oculos q in viro figebat. Hęc quū aspiceret Porcia: similitudo passionis ipsam ad lachrymas liquefecit: pluriesq; Porcia huc accedens | miserādos ploratus emisit. Qua in re quum Acilius quidā Bruti beniuolus versus | quos Andromacha ad Hectorem habuerat | recitasset: Hector. Tu mihi iam pater es: mihi frater & optia mater: Tu mihi vir dulcis: subridens Brutus, Sed mihi, inquit, ad Porciam versus Hectoris p̄ferre nunc licet: Te tua pensa decent: lanas | calathum q repōsce: Ancillisq; iube. Corpore em̄ natura deficit a virili strenuitate: mente quoq; p patria nō minus q nos ipsi virilis. Hęc in historiis suis Bibulus Porcię filius tradidit. Digressus inde Brutus Athenas nauigauit: vbi a plebe auide susceptus | & honoribus | & decretis ornatus apud hospitem quendam mansit. Audiēs interea Theomonestum

Brut⁹ philæ operam dat

Academicum | & Cratippum Peripateticum, philosophię cum ipsis operam dabat. At oīno circa id solum vacare videbat: verum circa rem belli absq; suspitione operabatur. In Macedoniam enim misit Erostratum: eos alliciens qui ibidem militarent: præterea minores qui Athenis philosophię operam dabant, apud sese recepit: in quibus Ciceronis filius: quem apud cęteros p̄cipue laudat: inquiens: seu vigilia ipsa, seu somno ductus sit, se illum admirari ita generosum acita tyrannos exosum. Quū ad bellū Brutus se manifeste exposuisset: audiens Romanas quasdā naues cū pecuniis permultis ex Asia adduci: illarū ducē esse prætorē virum iocundum sibi q notū: apud Caystum obuiam sibi factus est: colloquio deinde cum eo habito quū ipsi persuasisset, accepis nauibus, festum splendidus duxit: eoq; maxime, q hac ipsa in die primum in lucem editus fuit. Vt ergo ad portū peruentum est, libationes factæ: atq; lætitia de victoria Bruti, & de ppli Romāi libertate. Hic quū cuperet Brutus magis rē ipsam lętificare, p magnū cratera exposcit: quo accepto, nulla mot⁹ occasio

ne|versum hunc protulit: Sed me fors misera|& latonę pdidit infans. Præter hæc in historiis reperitur Brutum in ea pugna, quam in Philippis vltimam egit, Appollinem in signum militibus tradidisse: vnde existimabant eam pnuntiationē huius infortunati conflictus fuisse portentū. Cæterum Antistius, ex quibus adducebat in Italiam, quingenta milia ęris Bruto dedit. Quotquot milites ab exercitu Pompeii in Thessalia vagabantur, auide ad Brutum confluxere. A Cinna equites quingentos abstulit: q Dolobellæ in Asiam ducebant. Quū Demetriada applicuisset, cōpluria arma, quę Antonio ferebantur, nactus est. Iussu enim prioris Cæsaris hęc parthicū parabantur ad bellum. Hortensio prętore Macedoniam sibi tradente, prętera reges ac principes circūuicini quū ipius adderentur tribus, nuntiatur Caius Antonii frater ex Italia pfectus ad copias, quas Epidauri & Apolloniæ Gabinius continebat, celeriter aduentare. Vnde Desyderans Brutus ipm iuenire|& præoccupare milites: prouocatis militibus suis per loca grauia atq; aspera|cœlo etiā affluēte nimbus proficiscens|quum Epidauę accessisset, ex labore ac frigore defecit. Hæc passio maxime contigit ex frigore: niuali tpe|iumentis & hoibus lassis: seu q calor cū is ex frigore & obturatione meatuū intus in corpore cōprimit, confestim cibū stomachi cōsumit: seu q rigidus & acutus quidam spūs ex niue pcedens corpus allidit: corrumpitq; caliditatē: quæ ab ipso foras egredit. Huiusce enī morbi sudores caliditas præbere videt: quę circa corpis cutem extincta est: frigido obuiā sibi facto. hæc in cæteris animalibus dubia magis sunt. Quum defecisset animi Brutus: nulluscp in castrisq; ad vescendum cibus haberet: eius comites coacti sunt ad hostes confugere: vnde quū ad portas ipsoę profecti forent, custodes cibum petiuere: qui audito Bruti casu aduenerunt & ipsi Bruto cibum potumq; ferentes: ex quibus Brutus vt vrbē nactus est, non solum istos, sed cæteros oēs huiusce vrbis hoę cā summa humanitate tractauit. Caius enim Antonius vt apolloniam applicuit: illuc milites q vicini fuerant conuocat: sed postq; nouit eos Bruto deditos: prętereaq; Apollonia tes sensit Bruto obsequuturos: vrbē relinquēs|Buthrotū profectus est: primūq; in itinere ipso cohortes tres amisit a Bruto cęsas: deinde loca, q circa Byllidē valide præoccupata fuerant supare conatus, præliū cum Ciceronē cōmittēs vincit. Hoc enim duce tum Brutus vtebat: multaq; p eū strenue gesta ptulit. Quum Caiū nactus esset in locis paludosis longe distractū: māus cōserere passus non est: sed circūequitans suis iubebat, vt abstinerent: veluti hostes confestim propria præda futuri essent. quod contigit ira vt dixit: illi seipsos cū duce dedidere: vnde iā magna potētia Bruto fuit. Tps vero nō paucū Brutus Caiū in pretio habuit: & insignia sue dignitatis non abstulit: licet, vt ferunt, alii pmulti, ac Cicero ipe a Roma cōscripserint: illūq; occidi iusserint. Verū quum iccœpisset clanculum cōuenire cū ducibus: reiq; inouandæ studuisset: naui impositus custodię traditus est. Cęteręq; militibus Caii ab duce deficientibus|& in Apolloniā vocantibus Brutū, Nō|inqt Brutus|hāc esse Romanoę cōsuetudinē: sed oportere eos ad principē pficisci: & apud eū orare veniā: & ea quæ perpetrauerint excusare delicta: vt principis ira emolliat. Ex quo quū aduētassent illi: veniāq; rogassent, eā Brutus indulsit. Interea quum esset in Asia, profectus a Roma tettulit nuntius: mutationē reię ibi fuisse. Iunior enim Cæsar aduersus Antonium nitebatur: qui quum ex Italia eū eiecisset, iā se timendū oibus prębuit: ad cōsulatū aspirans pręter legē: ac exercitū aliens vrbe huius ipensæ nō indiga. Asperiens igit has ob causas senatū grauari: & ad Brutū foris oculos flectentē: pterea incidentem Bruto sententias: ac ei prouincias confirmantem: extimuit: cōfestimq; ad Antonium mittens ipm ad amicitiā prouocauit: deinde copias vrbi sistens: cōsul factus est: nondū adolescēs ętate pfectus: sed vigesimū agēs annū: quēadmodū ipse in suis cōmentariis dixit. Hoc facto statī aduersus conspiratores de patrata cędę ppositum: quia vię dignitate maximū indēnatum occidissent. Accusatorē Bruti cōstituit L. Cornificū: Cassii. M. Agrippā. Qua in re quū illoę cā respondente nullo deserta foret: coacti iudices sunt proferre sententias. Fertur: quū prætor, vt cōsuetū extiterat, e tribunali Brutū vocaret ad iudiciū vulgus manifesta duxisse suspiria: optimatesq; oculis defixis in terra, silentium egisse. P. vero Silitiū lachrymauisse: moxq; parua interiecta mora ex pscriptis vnū neci dānatum. Post hęc triūuiri cōciliati, Cæsar: Antonius: & lepidus, prouincias partiti sunt: ac cędes: pscriptionesq; ducētoę viroę fecere: in qbus Cicero ipse occisus est. Hæc quum nuntiarētur in Macedonia: coactus Brutus Hortensio scribit: vt Caius Antonius occideretur: in Bruti: Ciceronisq; vindictā. Huic enim amicus Brutus, Alteri autē genere ppinquus extiterat. His igitur ex causis Antonius quum Hortēsiū postea in Philippis comprehendisset, eum monumento fratris iugulauit. Brutus causam cędis Ciceronis erubuit magis: vt inqt, q̄ de nece doluerit. Qua in re amicos suos Romę incusabat: q ex eoę causa magis seruirent, q̄ culpa tyrannoę. Præterea pīres atq; videntes eos spectare posse dicebat: quæ sibi tolerabilia auditu non erant. Quū exercitū iam amplū: & splendidū traiecisset in Asiam: classem in Bithynia & apud Cyzicū liquit: terrestriq; itinere pficiscens: ciuitates sibi confirmat: interq; illaę principes siquid oportuerat iudicauit. In Syriam etiā mittit ad Cassium: ipsum reuocans ab Ægypto. Nō enim aiebat seipsos ob principatū errare: sed ob patriæ libertatē copias cōparare: qbus tyrrannos opprimerent. Oportere igitur seipsos dicebat memores esse: propositūq; seruare: neq; ab Italia longe abesse: sed eo festinare: ciuibusq; succurrere. His quum

Brutus labore & frigore deficit

Caius Antonius sese Bruto dedit.

L. Cornificius.
M. Agrip.
P. Silitius.
Triumuiri

Hortensius occisus in Philippis.

pareret Cassius, inde abiens Bruto iuit obuiã: iuxtaq; Smyrnã in mutuũ colloquium euenere tunc primũ ex quo a Pirẽo Athenien si diſiuncti, Cassius Syriã: & Brutus Macedoniã petiuit. Lætitia ergo vtriuſq; ingens: fidutiaq; præterea ob copias, quas vterq; ductabat. Quum enim ex Italia egrederẽt: ſimiles fugitiuis exulibus viſi: inops: inermes: nõ ſolam vnius ordinis nauẽ: nõ militẽ vnũ: nõ ciuitatẽ vnicã habẽtes: ide puo nimiũ tpe elapſo cõuenere: nauibus: peditatu: equitibus: opibuſq; ita copioſi: vt digni iudicarentur p Romana libertate certare. Cæterũ volebat Cassius æqualẽ honorẽ Bruto tribuere: ſed pueniebat huic rei Brutus: q vt plurimũ accedebat ad Cassiũ: q ętatẽ pœderet: corpiſq; labores nõ æqliter ſecũ toleraret. Erat opinio in re militari Cassiũ aptiſſimũ eſſe: iracũdia aſperũ: metuq; eximẽ ſcendũ: cũ domeſticis quoq; riſui pnũ et ſcõmatis auidũ. Brutũ ferunt virtutibus ſuis plęriſq; amatũ: ab amicis deſyderatũ: pręterea admiratũ ab optimis: ipſiſq; hoſtibus nõ exoſum. etiã maxime clemẽs fuit atq; magnanimus: ab omni iracũdia: voluptate: auaritia: q intactus: mentẽ etiã rectã & inflexibilẽ ad bonũ & æquũ cõſeruans: maximã ſibi gloriã auxit: & fidei adiumẽtũ in electione partiũ, quã aſſumpſit. Non enĩ magnus ille Pompeius ſi Cæſaris victor euaſiſſet, ſperabatur vriq; dignitatem atq; potentiã ſuam ex legibus dimiſſurus: ſed ſemp rex: poturus nomine conſolatus ac dictaturæ: aut alia mitiori dignitate plebẽ cõſolaturus. Hũc vero Caſſium impetuoſum atq; iracundum virum: ac plærũq; quæſtus gratia a recto deuiũ, fermæ exiſtimabant omnes errare: atq; ĩ armis eſſe ac periculis: q dominationẽ quandam ſibi machinarẽ, nõ patriæ libertatem. Cæteri etenim ea per tempora, quæ hactenus præceſſerũt, Cinnæ: Marii ac Carbones præmium in medio: prædamq; ſcilicet patriã ponentes, ferme (vt ita loquar) p tyrãnide patriæ certauerũt. Bruto nec etiã hoſtes hanc mutationis labem impoſuere: ſed conſtat nõnullos ab Antonio audiuiſſe dicẽte: q ſolum putabat Brutũ inuaſiſſe Cæſarẽ a ſplendore & bono patriędectũ: cæteros vero ex inuidia atq; odio in vir̃ cõſpirauiſſe. vnde Brutus non potentia tantum: quãtũ virtutibus notis erat. His enim innixus iamiã piculo vicinus, ſcribit ad Articũ: optimo in Italia mentẽ ſuã locatã eſſe: aut enĩ victor Romanã Remp. liberabo: aut moriens a ſeruitute euadã. Alii licet vitę certitudinem atq; ſecuritatem ſibi proponant: tamen incertum eſt: an cum libertate victuri ſunt: ſiue morituri. M. Antonium inquit meritam pœnam daturum: qui quũ poſſet in Brutis & Caſſiis atq; Catonibus numerari, ſeipm Octauio addidit: qui licet tum alio modo non ſuperetur, & poſt paucum tamen cum illo pugnauit. Hæc quidem optimo de venturis Brutus diuina ſe viſus eſt. Cæterũ pecunias q̃s Cassius g̃multas Smyrnæ collegerat, ſecum vt participaret perebat Brutus. Quæ enĩ Brutus habuerat: quũ ſtruxiſſet claſſem: q̃ oẽ interius mare ſubiecerat expẽderat. Non permiſere tamen amici Caſſii illas dari: dicentes ęquum non eſſe ea quæ parce teneret: & cum odio congregaſſet, Brutum accipere: & cum ipſis magnum apud populum fieri: gratioſumq; militibus eſſe. Nihilominus Cassius partem omnium illarum tertiam illi dedit. Poſt hoc iterum diſiunẽti pro agendorum diuiſione quum Cassius inſulam Rhodum vi cepiſſet, non vt decuit rebus vſus eſt & circa inclementiam maxime. Huius autem ingreſſu inſulæ quum appellaretur rex atq; dominus, reſpondit: ſe neq; regem: neq; dominũ eſſe: ſed regis atq; dñi interfectorẽ. Brutus vero Lycios pecunias: exercitumq; popoſcit: ſed Naucrates, qui princeps erat in populo, poſtq̃ perſuaſit ciuitatibus Bruto diſſentire: & colles quoſdam tanq̃ aditum clauſurus pręmuniri fecit: Brutus q̃ primũ prandentibus ipſis equitatum immittit: a quo ſexcenti trucidati: deinde loca & caſtella expugnans captiuos omnes abſq; redemptione dimiſit: velut illos ad ſuam beniuolentiam adducturus. Sed hi per tinaciores facti: iracũdiam augentes ex dãnis quæ paſſi fuerant, clementiam & humanitatem omnino cõtemſere: quoſq; Brutus eorum bellicoſiſſimos perſequutus: apud Xanthũ eos obſedit: qui iuxta ciuitatem labente flumine ſubnatãtes in mœnia quęſiuere euadere. Capti in retibus plæriq; fuere: quę vſq; ad ima aquæ emittebant. Sũmitates enim retiũ tintinnabula quędã appẽſa habuere: quoꝝ ſonitu plane cognoſcebat ſubnatãtẽ in retia incidiſſe. Cęterũ quum Xanthii machinis quibuſdã Romanoꝝ irruiſſent ignẽq; ipſis iniecisſent: a Romanis cogniti vt ſe receperẽt mœnia, inſpirante in eos validiſſime vento, ex facibus flãma ad ligneas turres delata eſt: ac deinde ad viciniores ciuitatis domos ingreſſa. Ex quo timens Brutus vrbis incendiũ, militibus ſuis iuſſit: vt ad extinguendos ignes hoſtibus auxilio forent. Lycios deinde impetus gdam durus & dictu incredibilis ad deſperationẽ accepit: quã deſydetio mortis pſimilẽ qs iudicaret. Liberi enim & ſerui cũ filiis atq; cõiugibus ſuis pterea omnis ætas ac omnis ſexus hoſtes ad cõprimẽdos ignes ĩmiſſos e mœnibus reiiciebant: eoſq; ferire haud ceſſabant: ipſi calamos: ligna: omneq; ignis fomentũ afferẽtes, ignes in vrbem inducebant: oẽm materiã ipſi prębẽtes: omniq; quo poterant modo nutriẽtes incendiũ. Vt late flãma ſe ſparſit: & p ciuitatẽ circũplexa vndiq; multa eluxit: eos miſeratus Brutus foris circũequitans: auidiſſime auxiliũ ipſis obtulit. deinde & manus extendẽs ipſos orabat: vt ſibi ipſis parcerent: vrbemq; ſaluarent, Sed hi nihil his verbis intenti: ſed omnimode ſeipſos perdẽtes non ſolum viri ac mulieres: ſed pueri puuliq; cum clamore atq; vlulatu igni inſiliebant. Quidã vero ab excelſis ſeipſos muris præcipitauerunt: alii ſuorum patrum enſibus iugulum nudum porrigebant: orabantq; vt ſe ferirent. Conſumpta ciuitate inuenta mulier eſt: quæ laqueo ſe appenderit:

Cassius q̃li eẽt ĩgenio.

Rhodus in ſula capta a Caſſio.

Nauerates Lycioꝝ príceps.

Xáth⁹ flu.

Lycioꝝ facinus maxi/mum.

Mulier q̃dã q̃ laqo vitã finierat rep ta.

quæ paruum infantē manibus strangulauerit:quæ incensis ardens lampadibus domū cōbusserit. Hoc spectaculum ferme tragicum videre Brutus passus non est:verum in eius audiru collachryma uit:cōstituitq; præmium militibus suis,q hominem Lycium saluassent. Dicūr hos tātum centum & quinquaginta fuisse:qui salutem suā minime effugerunt. Xanthii ergo vt iusserunt fata per mul ta tēpora suæ euersionis cursum consequuti,simili audacia pgenitorum suorum cladem innoua re. Illi enī eandē vrbem bello Persaq; similiter incendētes seipsos absumpsere. Veq; Brutus Parteo rum ciuitatem aspiciens contra seipm inniti,eam inuadere noluit:similem desperationē & crude litatem timēs. Habens autem quasdā ipsoq; mulieres captiuas eas non redemptas,sed oīno liberas dimisit. Quæ cōiugibus ac patribus qui insignes in gente Parteoq; erant de Bruto narrātes, q vir esset cōtinentissimus & iustissimus,eos Bruto cedere suaserunt:ciuitatemq; tradere. Ex hoc & alii hos imitati,seipsos Bruto cōmisere:potiti duce optimo|& præter spem viro beniuolo. Qui quū Cassi us Rhodios ferme per eandē tempestatem coegisset:vt auq; & argentum:quod quisq; priuatim si bi possidebat,ipsi afferret:ex quo circiter octo milia talēta collegerat:publice vero ciuitatem quin gentis aliis talentis damnauerat:ipse a Lyciis centū & quinquaginta talentis exactis quū his nil ali ud fecisset iniuriæ,in Ioniam profectus est. Multa qdē digna hoc tpe fecit:honores|pœnasq; in be nemeritos statuens. Vnū,quo & ipse|& Romanoq; optimi lætati sunt|exprimā. Quum Pompei⁹ Magnus Aegypto atq; Pelusio propinquaret:quando illum magnū principatū amiserat:& a Cæ sare fugiebat:curatores regis,qui adhuc puer erat,cum beniuolis suis in senatu frequentes erant: non inter se eadem sentientes. Quibusdam enim videbatur ipsum recipi:aliis ab Aegypto repelli. Theodotus vir quidam Chius in rhetorica facultate mercedis gratia regis præceptor|quum ex in opia meliorum rogatus fuisset,vt consiliis adesset,vtroq; consultores errare ostendit:eos scilicet:q Pompeium recipi iudicabant:ac eos,qui repelli eum ab Aegypto iubebant. Vnum enim vtile esse inquit:vt receptum occiderent:addens consiliis|hominem mortuum non mordere. Huic sentētiæ cū senatus inclinaretur:incredibile & inexpectatum fuit exemplum Pompeius Magnus rhetoricæ Theodoti atq; facundiæ:sicut ipse orator iactare postea non est veritus. Paucum deinde post tem pus quum Cæsar inuasisset Aegyptum,illi ob iudiciū suū pessimum pessime extincti sunt: Theodo tus vero sorte quadam ad ignobile & miserum quoddam tempus reseruatus,errabundus Brutum non latuit:quum Asiam exercitu petiuisset. Coram Bruto itaq; adductus atq; damnatus,magis ex morte nomen,quam ex vita adeptus est. Cassium interea Brutus vocauit Sardis: quo accedente Brutus cum amicis illi obuiam fit:vtroq; armatus exercitus imperatores appellauit. Quemad modū aūt in rebus magnis:& amicis multis ac ducibus cōtingere solet:hi ex causis qbusdā innatis atq; calumniis,ante cætera omnia cōfestim ex itinere ipso in parte quadā hospitii sese colligere. Ibi amotis pcul arbitris,& foribus clausis,ad mutuas querelas deuenere:deinde sese arguere:crimina riq; cœpere. Ex his quū ob vtriusq; vehementiā ad lamentationes:lachrymas: audaciāq; fluxissent: admirati horū beniuoli asperitatem vocis & tonū,extimuere:ne ex hoc vlterius pcederent. Iniusti igitur ad eos ingredi ausi nō sunt. Marcus aūt Faonius Catonis imitator,neq; doctrina magis: q̄ vbertate quadam & insano ferme affectu philosophans,intro pfectus est: q̄q̄ a domesticis inhibi tus. Operæpretiū quippe erat nancisci Faoniū intra cuiusq; generis litigantes. vehemēs enim erat in omnibus atq; promptissimus. Verū hac in re non existimabat se dignū inter hos Romanos du ces cōsultorem:sed qui audacia quadā cynica, vt alias non semel,altercantiū iras extingueret, cum iocunditate risuq; receptus. Vi itaq; quū per præsentes manibus sibi locum vendicās: portas irru pit:& composita voce ad eos accessit:carmina recitās quę Homerus Nestori dedit: Sed credite no bis:ambo etenim iuuenes magis estis:deinde vt seqtur:Cassius in risus est ductus:Brutus ipsum fo ras eiicit:vere falsum canem græcis vocabulis ipsum appellans. & nihilominus hoc tunc finem illo rum altercationibus dedit:statimq; disiuncti sunt. Hinc Cassius quū cœnam apparauisset, Brutus amicos cōuocat:qui quum omnes discubuissent Faonius ex obliuione dimissus vbi se lauerat inter cœnandū accessit. Sed attestante Bruto illū non accersitū illuc venisse: quū ob id in infimā spondā deduci iuberet, Faonius vi pfectus in mediū discubuit:inde cibus:potusq; non iniocundum risum atq; iocū exhibuit. Postero die Brutus L. Pallam ciuem Romanum, qui sub ipso militauerat: sibiq; iā fidus fuerat, Sardianis furti ipsum criminantibus publice damnans: ipsum infamē censuit. quā rem grauiter Cassius tulit. Ipse enim antea dies paucos duos amicos suos eisdē delictis redargutos priuatim admonitos,palā dimisit:eisq; tum etiā vtebatur. vnde Brutū improbabat:q; nimis auster tus atq; seuerus foret eo tempore:in quo humanitate atq; clementia opus erat. Sed ille eum admone bat:vt Idus Martias in memoriam libi duceret,in quibus Cęsarem occiderunt. Non enim cęsum aiebat:q; omnes homines vndecunq; vexaret:sed q; sustentaculum ac columen illis foret: qui id fa cerēt. Quare siqua occasio laudari potest:ex qua negligeretur iustum:satius fuerit Cæsaris amicos tolerare:quā eos qui coram seipsis delicta patrarent. Illis enim inhumanitatis crimen imponitur: nobis iniquitatis. Cæterum quum ex Asia digressuri essent, dicunt admirandum signum seu por tentum Bruto fuisse. Natura quidem erat somni parcissimus hic vir: somnumq; & exercitio &

Theodot⁹.

Hominem mortuū nō mordere.

M.Faonius

L.Palla.

Bruti ver ba de Cęsa re ad Cas sium.

Bruti mira vigilantia.

continentia ad parui temporis spatium producebat. Interdiu dormiebat nunq̃: noctu tantũ quãtum neq; quicq̃ facere, neq; cũ quoq̃ colloqui quiescentibus cæteris omisisset. Instante bello hic rerum omniũ summã habẽs in manibus, ꝓterea sensus oẽs rebus futuris exponẽs, quũ primũ in sero ex cibis somnesceret, quiescebat: deinde reliquum noctis tẽpus necessariis rebus dabat: si vel superabat tempus, vel negotia illa deficiebãt, vsq; tertiã vigiliã literis operã præbebat. iuxta enim eãdem horã Centuriones atq; Tribuni secum conuenire cõsueuerant. Quũ ergo ex Asia discessurus foret: exercitumq; traiicere vellet: nox equidem erat profunda & ferme media: lumẽ vero splendidũ nimis contubernia non habebant: & silentiũ vndiq; tenebant castra. Is itaq; secũ aliquid reputãs sibiipsi intentus aliquẽ ad se ingredientem præ sensit: ad introitũ aspiciens horrendam & monstrosam aspexit imaginem corporis feri atq; terribilis silentio sibi adsistere. Interrogare tñ ea ausus Brutus, Quis, inquit, hominũ aut deorũ es? quid tibi vis: qui ad nos venisti? Ad quę summurmurauit ille: Tuus O Brute malus genius sum: in Philippis me videbis. Tum Brutus non exterritus, Videbo respondit. Vetq; quum euanisset imago: accersitis pueris: ita q; his dicentibus se nullam vocem audiuisse, atq; nullam vidisse imaginẽ, Brutus accubuit. Deinde suborta luce, uersus ad Cassiũ visionem ei narrauit. Tum Cassius rationibus Epicuri innixus, consuetus & alias in his cum Bruto differre, Noster inquit, O Brute hic sermo est: q; non oia vere patimur: neq; vere videmus: sed mutabile ac deceptibile quidam noster sensus est: præterea intellectus ex perspicax ad mouendũ sensum: illumq; esubiecto nullo. mutare ad omnem formã. imaginatio enim ceræ similis est. Aĩæ vero hominis, quæ fingẽs & ficta pariter habet, facillimum est per seipsum idẽ variare componereq;. Hoc ostendunt somniorũq; mutationes: quas breui momẽto fantasia vertit in multiformes passiones & imaginum species. moueri semp naturale hoc est. Motus aũt vel fantasia est vel q̃dam intelligẽtia. tibi O Brute corpus natura triste eleuat intellectũ atq; diuertit. Dæmones nullo pacto esse, credibile: neq; si sunt, hominũ habent formã aut vocem siue potentiam: quæ ad nos pertranseat. vellem o Brute hoc esse: vt non solum armis: equis: nauibus, sed deorum suffragiis fideremus: qui optimorũq; operum ac sanctissimorũq; duces sunt. His sermonibus Cassius Brutũ emolliuit. Quum milites ad prima signa egrederentur, duæ aquilæ simul impetu magno delatæ iuxta castra euolauere: vsq; Philippos a militibus continuo enutritę: ex quo loco ea die quæ pugnam anteceſſit abire visę. Cæterę; plęraq; vicinas his locis gentes Brutus sibi subiegit. Siqua ciuitas aut dux ipsis obsisteret, tunc omnes illuc copias conducentes tantos torq; expugnauerunt: vt vsq; mare ad vrbem Thassum progressi fuerint. Hinc iuxta Norbanum in locis quæ difficillima atq; angusta sunt, castra ponenti bus insultantes in ipsos hostes eos vt absisterent cogere: & dimissis locis fugauere. Qua in pugna quum Cæsar ob valetudinem abesset: ne copias Brutus caperet, parum abfuit: nisi auxilio & breuitate moræ contra Brutum: cæteros q; hostes incredibili celeritate Antonius succurrisset. Deinde post decem dies venit & Cæsar. castra disposuere: aduersus Antonium Brutus: & aduersus Cassium Cæsar. Cãpi qui in medio eorum adiacebant Philippos Romani appellauere. Hinc tunc maxime Romanorum vires vtrinq; conuenere. Verum multitudine Bruti copię non parum distabant a militibus Cæsaris. sed ornatu & armorum ipsorum cultu splendidior Bruti exercitus apparuit. ex auro enim plęraq; hominum arma videbantur: argentumq; inter eos abunde exuberabat: licet in cæteris ex singulari quadã Brutus modestia ductores sui exercitus parce & modice assuetos continuisset. Censum enim, quẽ circa manus & reliquum corpus habebant, existimabat in viris honore cupidis quiddam dignitatis ac elationis adducere. Præterea huiusce modi ambitiosos atq; cupidiores viros bello asperiores fore: si amorẽ & fidutiam in armis perinde ac diuitiis eorum posuissent. Cęterum quum Cæsaris castra lustrarentur: paucum tritici, & quinq; drachmas vi ritim ad sacra diuiserunt. Quam rem milites Bruti contempserunt ex parsimonia seu ex pusillanimitate. Inde ipso sub dio, quemadmodum est consuetudo, lustrauere exercitum: atq; pro sacrificiis cuilibet secundum eorum contubernia frumentum debitum & quinquaginta partiti drachmas, & ex beniuolentia & auiditate pugnandi longe magis beniuolos suos adepti fuere. Nihilominus i hac castrorum lustrationes memorat pestiferum quiddam de Cassio visum. Coronam enim inuersam ac dilacertam eius satelles sibi attulit. Dicitur & antea in spectaculo quodam victoriæ signum ex auro conflatum, quum sibi apportaretur cecidisse: labente illo quid afferret. ꝓterea volatilia plura quæ carnibus pascuntur quotquot diebus in castris apparuisse. Examen etiam apum circa locum quendam intra vallum insedisse: quem locũ augures superstitione cõmoti clam excluse re a castris. Hoc etiam Cassius ex Epicuri rationibus subduxit: sed eius milites omnino perterriti. Vnde non vehementer optabat Cassius impręsentiarum rem ferro decerni: sed censuit milites q; auro dicebat esse vberiores, numero vero deficere ab hostibus: prælii moram terere. Brutus autem festinabat id expediri: q; celerrime ab hostibus aut libertas patriæ expediretur, aut viri omnes qui impensis, militia, & imperiis vexabantur, his malis liberarentur. Dumq; hæc animis reputaret: aspiciens Brutus equites suos, qui iam initia pugnæ acceperant, prævalere: & aduersus hostes salubriter prosperari: dum magis mentem attollit, defectiones etiam quædam ad hostes

Monstrosa imago visa Bruto. Genius malus Bruti. Cassii disputatio.

Dæmones.

Aglæ duæ in castris Bruti euolauerunt. Norbanus. Pugna cõmissa inter cęsarianos. & Brutũ in Philippis.

Mirũ qddã visum de Cassio.

Defectiões ad cęsarem ex castris.

calumniæq; & suspitiones in castris innatæ. Plures ex amicis Cassii ad sententiam Bruti verterũt: veꝝ Attelius vnus ex beniuolis Bruti ipsi aduersabatur: iubens ad pugnam hyemem expectãdam omnino esse. quem quum interrogasset Brutus: quid expectatio illa in alium annum conduceret? respondit: plus tamen temporis viuam. Ad hoc Cassis indignatus est: sed nihilominus Attelius & alios simili sermone dicaci haud mediocriter læsit. Decretum est igitur postea die prælium committere. Brutus interea optima spe frætus, ac physicis rationibus innixus, peracta cœna nulla, quit. Cassium inquit Messala cœnauisse: secumq; in cœna ex domesticis habuisse q̃ paucos: & præter naturæ suæ consuetudinem, secum meditantem tunc conspectum fuisse: ac silentio pressum. deinde amota mensa refert: eum quum suam manum apprehendisset: hæc verbis græcis iactans (vt cõsueuerat) protulisse: te o Messala testor: hæc Pompeio magno coactus præbui: vt vna in pugna pro patria iacta alea sit: mentem tamen bonam habemus: quum ad fortunam intuemur: cui etsi malum con silium inimus, diffidere haud istum. Hæc loquuto Cassio, refert Messala illum tunc vltimo se complexum: deinde ab ipso se in posterum diem conuiuam vocatum: in quo eius natalicium celebrabat. Vt vero illuxit dies: vtriusq; castris Bruti & cassii certaminis signa imposita sunt palliũ rubrũ: ipsi in medio conuenere castrorum. Deinde Cassius, vtinam Brute inquit nobis vincere datum sit: simulq; per omne tempus mutua felicitate coniungi. Quum autem maxima rerum humanarum incerta sint: & præter vtriusq; mentem: euadentes prælio non facile est vt nos iterum mutuo videamus. quid autem defuga, aut de nece decernis? Ad hæc respondit Brutus: adhuc quum iunior essem Cassi: & rerum inexpertus: nescio quomodo in philosophia sermonem edidi magnum: in quo aduersus Catonem sum inuectus, q̃ seipsum peremisser: tanq̃ nefas & inhumanum esset fatis cedere: neq; intrepide recipere quæ contingunt: sed ea fugare: nunc diuersæ sententiæ in casibus fio: quare si deus præsentia non tueatur: iterum alios apparatus, iterum alias spes redarguere non est opus: sed a fortuna liber cuadam: idus martias laudans in quibus libertatem patriæ dedi: alibi victurus ob patriam liberam & gloriosam & splendidam vitã. His verbis subridens Cassius Brutum cõplexus. Hoc inquit proposito in hostes irruamus. Aut enim vincemus: aut vincentes nõ timebimus. Post hæc præsentibus eorum amicis destruendis aciebus inter eos sermo exortus est. Brutus Cassiũ postulauit: vt dextrum sibi cornu concederet: quod & ob peritiã rei militaris & ab ætatẽ magis videbatur Cassio pertinere. Nihilominus hoc Cassius concessit: præterea Messalam hocin cornu bellicosissimam partem militum habentem locari iussit. quo pacto Brutus equitatum eduxit omni ornamento to maxime cultum: iuxta quos haud segnius pedites istruxit. Antoniani versus paludes vbi castra posuerant, vallum iniecere: iterq; ad mare Cassio præcludebant. Cæsar inter hæc iocabatur absens ipse quidem ex mala valetudine: sed eius copiæ aduersus hostes pugnaturq; haud nimiũ vidēbantur: sed incursionibus tantũ pro tẽpore vsuræ: quæ leuibus sagittis atq; tumultibus insilientes aduersarios perturbarent. Parum hi intenti cornu oppositi Bruti clamorem qui circa vallum effundebatur admirabant. Non enim huius causam scire poterant: & hic continuus multusq; efferebatur. Interea quum a Bruto tessara prodiret: ex qua prælii signum ducibus dabatur: ipseq; Brutus eques legiones ambiret: admonẽs vti spẽ bonã haberent: pauci expectare potuerunt: vt signũ sibi datũ acciperent: alii vno ipetu ingenti clamore in hostes prosiluere. Perturbato igitur acierum ordine, ac legionibus hinc inde distractis, a Messala primum, deinde a cæteris sinistrũ Cęsaris cornu prætermissum: vnde parum in hoc latere ferientes in media castra procurrunt. Ex his Cæsar, vt ipse in cõmentariis suis scripsit, quum qdã Artorius Marcus ret: castraq; relinqueret: antea parum excesserat. creditum tũ est eum tum occisum fuisse. Lecticam enim ipsius licet vacuam piliis ensibusq; quum perforarent, hinc laceram abstraxere. In castris inde fit magna cędes cõprehensorum: præterea duo milia Lacedæmoniorũ: qui nuper in auxilium Cæsaris aduenerant: cesa. non enim ambierunt Cæsaris copias: sed recta irruentes facillime perterritos auerterunt: strictisq; gladiis tres cohortes fudere. Deinde fugientes alios psequuti in castra sunt vincendi cupiditate detenti: Brutũq; ipm ducem habentes. Cæteꝝ id quod victores ipsi haud aduerterunt, Cęsar ipse victus ostendit. Nudũ enim & scissum latus aduersæ phalangis, a qua dextrum cornu Bruti disiunctũ erat, dum insequũtur, mediã eoꝝ aciem non omittunt: sed magno conatu in ea detinentur. Sinistrum vero Cassii: & ex confusione militũ: & ex ignorantia rerum quę obtigerant in castra quum fugauissent: illos intra vallum psequuti cuncta diripiunt, præsente nullo imperatorũ. Antonium enim dicunt initio pugnæ hostiũ congressum euitauisse: atq; in paludem sese recepisse. Cæsar vero nusq̃ manifestus erat: nam vallum exierat. Quidam præterea Bruto enses sanguine madentes ostentauerunt: iactantes se illum interfecisse: effigiem oris ac ætatẽ, in qua fuerat, referentes. Interea & Cæsaris media acies strage suprema cæde oppressa fuerat: & omnino Brutus Victor apparebat: quẽadmodũ Cassius victus. Hoc vero solum horum res in perniciem duxit: q̃ Brutus Cassio veluti victor auxilium nõ tulit: Cassius Brutum veluti victum expectare non potuit: deinde q̃ Messala victoriæ metas posuerit: q̃ tres aglas, & plura hostiũ signa cõprehenderit: ipsiq; nihil amiserint. Veꝝ rediens Brutus iam deleto Cæsaris apparatu, admiratus: q̃ copias Cassii (sicut cõsueuerat) i loco nõ videret excelso;

Bruti. Attelius.

Prælii signũ pallium rubrum.

Messala.

Tessara. Pugna iter cæsarianos antonianisq; iunctos, & Brutum & Cassium.

M. Artorius.

Antonii in palude occultatio.

Signa plura Cæsaris capta.

neq; cætera ordine suo esse. rapta etenim extemplo atq; dilacerata fuerunt ab irruentibus hostibus: qui vero iuxta ipsum erant aciem acutiorem habētes sibi retulere|sese nullas videre cassides fulgētes: multos clypeos argēteos intra vallū Cassii deferri: vnde apparere sibi: neq; eundē numerū, neq; eundē armatorū apparatū esse, quos reliquisset: nihilominus nec se videre cęsorū multitudinē: qualē fas foret tot cohortibus vi deiectis. Hæc primū mētē Bruto pbuere Cassianæ cladis. Relinquēs igitur præsidia in castris hostiū|milites reuocat: eosq; cogit tanq; laturos Cassio auxiliū. Sed res Cassii sic ierant: neq; libenter aspexit Cassius primum ingressum militum Bruti: q; sine signo, q; sine iussu irruissent in hostes: neq; sibi placuit: q; hi victores confestim ad rapinam procurrissent & ad quęstum: contemnētes hostes circundare. Quare dilatione sua atq; ignauia magis, q; consilio & impetu ducum a dextro hostium cornu circū opprimebatur: moxq; vt equites inclinare vidēt: & versus mare de fuga cogitare: subfugientes etiā pedites retinere tentauit: signumq; ab euadente milite vno rapuit: & illud ante pedes fixit. Sed militibus, qui circa corporis sui præsidiū locati fuerāt, haud spōte manētibus, coactus Cassius cum paucis in editum collem vnde castra spectari poterant|euadit.

Cassius visu hebes.

Sed præter castra ab hostibus capta hic nihil prosperit. erat enī visu hebetior. Equites vero circunstantes aspiciebantur: multi qui ad ipm aduentabant, hi erant illi: quos nuper Brutus in præsidiū sibi miserat. Sed credidit Cassius hos|cohortes hostiū esse: qui ipsum aggrederentur. Ex præsentibus vnū tamen dimittit nomine Titinii: qui cuncta specularetur. Hic ergo profectus equites aduenientes minime latuit: sed vt eum videre virum amicum & Cassio fidum, lætitia exultant: inde consueta salute data ex equis desiliere: dextrasq; iunxere.

Titinius.

Alii ipsum ambiētes ex magno gaudio cum plausu pæana cantabant: q; maximum malum euitauissent. Interea Cassius vere existimauit Titinium ab hostibus captum: quūq; hoc dixisset: Ob salutem nostram spectare potuimus virū amicissimū ab hostibus captum: tristis in solo quodā tabernaculo sese recepit: ex libertis vnum nomine Pindarum secū trahens: quē ex cladibus Crassi in hos extremos casus sibi apparuerat. Tunc Cassius chlamyde obducta caput obtegens|iugulumq; enudans, sese feriendū præbuit. Auulsum ab humeris caput repertum est. At pindarum post cædem hanc nemo hominum vidit: ex quo plerisq; scrupulum dedit: q; iniussus vir interfecisset. Post hæc haud longe equites manifeste cogniti sunt: & Titinius corona redimitus ab his redibat ad Cassium.

Pindarus liberto Cassii Cassii interitus.

Titinius se ipm iugulat.

Vt vero ex ploratu & amicorum fere affligentium quæstibus & vlulatibus rem intellexit: & errorem ignorantiæ: ensem diripuit: multumq; in suā tarditatem inuectus seipsum iugulauit. Brutus conflictum etiam Cassii quum intellexisset, approperans iuxta vallum|mortem ipsius audiuit: corpus deinde quum exornasset luctibus: ac summū Romanorū virum omniū eū appellauisset: asserēs nullū iam posse ciuem talem in vrbe fore: ipsum decenter ornatum Thassum mittit: vt in exercitu eius funus turbæ atq; mœstitiæ causa non esset. Quo peracto, ipse Cassianos milites cogens: eos solatus est. Præterea quum aspexisset omnes nec essariis spoliatos, pro rebus amissis cuilibet duo milia drachmarū pollicitus est. Milites ad huius orationē spe recreati sunt: magnitudinem largitionis admirati. Deinde abeuntem eum cum lætoclamore sunt comitati: ipm laudibus efferentes: q; ex quattuor iperatoribus solus ipse inuictus fuerit: Factū enim res ipa docebat: & plio tunc bene secū pactū esse cōstabat: nā cohortibus paucis ad uersarios omnes fugauit. Si omnibus copiis vsus eēt in pugna: nec plurimi omissis hostibus ad hostilem prædā corruissent: nulla pfecto pars iporum inuicta, vt credit, remansisset. Horū octo milia cæsa cum domesticis: quos Brutus Brigas appellare solitus erat. Aduersarios refert Messala se æstimare plures, q; in duplo, cecidisse. Quapropter magis extimescebant illi, anteq; Cassii seruos nomine Demetrius nocte imminente ad Antonium venisset. Is enim ea duauere chlamydem rapiens atq; ensem: ad Antonium est profectus: quibus delatis ita confidere cœperunt: vt prima luce copias ad pugnam ducere statuerint. Cęteru quum vterq; exercitus apud Brutum satis cum periculo fluctuaret: suæ etenim copiæ captiuis onustæ diligētiori præsidio egebāt: Cassiani vero mutationem ducis nō facile ferebāt: sed aduersus victores inuidia quadam ac odio flagrabant: milites in armis esse iussit: pugna tū abstinuit. Captiuosq; deinde qui serui fuerant: & in armis suspecti versabantur, occidi iussit: liberos a vinculis soluit: in quiens obpare se: vt ab hostibus magis caperentur: & apud eos captiui & serui fierent. apud se enim nisi ciues & homines liberos esse nō posse. Quā rem quum aspiceret duces & proximos suos molestę ferre: eos occulte taciteq; saluauit: clam eos stationibus ppriens. Inter hos viri quidam erant Volumnius Mimus: & Saculio Histrio captiui: quos quum Brutus in aliqua sorte non poneret, eos adducentes amici coram Bruto ipso criminabant: q; ētiam tunc: neq; dicere: neq; carpere contumelioseabstinerent. Quocirca tacente Bruto aliis implicito curis, Messala Coruinus censuit: vt eos virgis cæsos nudos traderent hostium ducibus: vt viderent qualium virorū in exercitu egeant, compatorq; atq; dicacium. Publius Casca is qui primus Cæsarem percussit, Mon belle inquit defuncto Cassio cum risu iocoq; sacra facimus: tu vero Brute clare ostenderis qualē animū habeas circa collegam ducē: si hos punieris mordaces ac cōruminosos viros: aut in vincula detruseris: qui ei maledicere haud cessabant. Ad hæc indignatus Brutus, qd ergo ingt O Casca meinterrogatis: cur nōipsi iuxta libitum facitis vestrū? Hoc respōso ca-

Cæsa octo milia ex Brutianis. Brigæ.

Demetrius Cassi seruus.

Volumnius Minus.

Saculio histrio.

Publius Casca.

Ptasse visi Bruti mentem aduersus miserrimos hos viros, ipsos inde abductos perdidere. Brutus deinde dona promissa militibus tradidit: moxq; pauca questus, q; nuper pugnæ signū nō audissent: q; vniuersi immoniti atq; confusi in hostem erupissent: pollicitus ipsis est: si victoriam proximę pugnę reportarent, duas ciuitates in prædam liberam sese concessurę: Thessalonicam & Lacedæmonem. Hoc solum in vita Bruti inter cætera crimina quibus arguit inexcusabile habetur: licet longe his grauiora premia militibus suis Antonius atq; Cæsar pmiserint: Italiā ferme totā: excluſis antiquis habitatoribus ac possessoribus eius: vt ea loca illi, præterea ciuitates integras nihilū sibi pertinentes, acciperent. Sed illis qdem dominari ac vincere propositum erat: & hic erat belli ipoq; finis: Brutū ex sola virtutis gloria: neq; vicere: neq; saluari creditū est: nisi cū bono & æquo. Hæc igit̄ concessit post excessum Cassii: q a plerisq; accusabat: q; Brutū ad iniusta quędā & violēta adduceret. Sed quēadmodū in naue temone effracto conant alia ligna figere & iuxta necessitatē opi adaptare: licet male id possit: sic Brutus in tot & tantis copiis haud nimiū refortunata, collegā ducem nō habens, qui pari lance respōderet, rebus cogebat pūtibus vti: præterea multa facere ac multa dicere militū suoq; arbitrio. Quare videbat oīa illa cōcessurus quæ Cassii milites placatura erant tractabiles, enī hi erant in castris ex amissione ducis: asperi: & effrenes: aduersus hostes ex conflictu pcepto ignaui ac timidi. Nihil vero melius Antonii ac Cæsaris se res habebāt: q necessario vtebant (vt aiunt) foro: & ex castroq; concauitate aspernimam hyemē expectabant. Paludibus enim impliciti, præterea post pugnam autūnalibus pluuiis copiosi limo omnia contubernia impleuerāt: aquaq; quæ ex frigore in glaciē densabat. Dum hoc in statu sese vtriq; habent: de clade pelago accepta nūtius in castris Cęsaris refert. Plures enī copiæ militū, quę ex Italia Cæsari ducebant, a nauibus Bruti absumptæ sunt. Hoq; ppauci hostes effugientes ex fame vela rudentesq; mandentes: superstites tñ fuerūt. Hæc audientes Cæsar & Antonius festinauerūt rem ferro decerni: an teq̄ Brutus victoriā præsenti ret. Eadem nanq; die obtigit: vt terrestris pugna cōmissa fuerit atq; naualis. Veq; quodā ex casu magis, q̄ ignauia eoq;, qui nauibus præsidebant, ignorauit Brutus victoriā partam: quū iam viginti dies abiissent. Non enim pugnā conseruisset secundā: quum per multum tempus res necessarias p castris reparauisset. Preterea ipse in locoq; opportunitate tenebat exercitum: hyemis exps: nec facile hostibus inuadendus. Vicisse mari, vicissetiam continenti, ad spem magnam Bruti dignitatem eleuauisset. Sed quum res vt viderat iam a multis regendæ non essent: sed ad monarchiam aspiceret deus: & mutare & abducere cuncta quæ velit potens: Bruto fortunam hāc lætam abstulit: licet iamiam ita propinqua foret: vt eum vix latuerit. Ea nanq; die quæ pugnā præcessit, ferme sub noctē Clodius quidam sponte e castris hostiū ad Brutū venit: nuntians, q; quia sensisset Cæsar classem ab hostibus superatā, pugnare festinat. Quę quum dixisset: hic vir fidem non habuit: nec ad cōspectū Bruti accessit, oīno sptus: seu q; veq; nihil audisset: seu q; ob gratiā falsa nūtiaret. Veq; ea nocte dicūt tetrā illā imaginē Bruto apparuisse: quæ quū eandē faciē representasset, nihil dixisse: sed mox abiisse dicitur. Publius Volumnius vir philosophus, qui ex initio Bruto commilitauerat, hoc nō commemorat signum: sed aquilam primam apum plenam conspectam fuisse refert: & ex tribunis militaribus quendam repente brachium mira suauitate rosei odoris manāt ostendisse: q̄d quū plures abstersissent, nihil desiisse. Duas etiam refert aquilas in medio vtriusq; exercitus spatio ante prælium congressas simul pugnauisse: quas quū vidissent oēs in plium profectas, silentiū ambo castra tenuerunt: permagnum & incredibile ferme: cessisse tñ aquilam e partibus Bruti profectā, atq; fugisse narrat. Præterea Æthiops vulgo sese ostendit: qui apertis castroq; portis aquilam ferenti obuiam factus a militibus auguria captantibus gladio cæsus est. Brutus acie educta quum eam ex opposito hostium statuisset: per multum spatium imoratus est. Nā suspitiones multę & inducia quædam disponenti exercitum a quibusdam præbita. Præterea equites videbat pugnæ initium haud auide inire: sed continuo operam peditum expectare. deinde vir quidam bellicosus & hactenus maxime fortitudine sua celebris iuxta Brutum exequo descendens defecit ad hostes: Camulatus is vocabat: quē quū videret Brutus abeuntē, grauissime idoluit: partī ob iracūdiā ptī ob maioris mutatiōis proditionisq; metū. Circa horā deinde nonam inclināte iam sole, aduersus hostes Brutus mouit castra: qui ea militum parte quam ducebat ipse vicit: vrgens sinistrum hostiū cornu: q̄d irruenti sibi cedebat. Equites enim corroborati vna cum peditatu hostes vi repulere. Alteq; vero cornu nec ambirerur ducibus ipsum in hostes adducentibus: q; numero erat breuius, per medium scissum ē. Vnde inualidius factum, aduersariis minime obstitit: sed primum au fugit: tum hostes illud feriendo persequuti pertinacissime brutum circūdederunt. Sed ipse quotquot opera vel imperatoriæ vel militaris virtutis & manu & mēte in re tam graui atq; periculosa tum ostēdit. Sed quod prior pugna sibi profuerat, in hac eum offendit. Tum enim quicunq; ex hostibus victi erant, confestim perditi fuere præterea e militibus Cassii fugati pauci cæsi. Qui vero euaserunt anteq̄ conflictus vndiq; fieret: reliquam exercitus partem tumultus atq; timoris repleuerunt. In hoc autem prælio prēter cæteros. M. Catonis filius inter optimos ac generosos iuuenes pugnās defessus haud fugit, siue cessit: sed strenua manu vsus dicens quis esset & sese a patre denominans in plurimis cæsorum corpo

Bruti crimen in.

Copiæ, q̄ Cæsari in subsidiū ducebant, ab Brutianis absumptæ.

Clodius.

P. Volumnius.

Æthiops ferēti aquilā obuius, cęsus.

Camulat⁹

Pugna altera iter Brutū & Cæsarianos.

Catonis filiꝰ interficit

accerrime pugnans. Lucilius.

ribus cecidit. Ceciderunt & alioq; fortissimi. Bruti graria omni periculo sese obiicientes. Inrer Bruti domesticos erat vir quidam optimus nomine Lucilius: hic Barbaros quosdam equites videns in prosequendo: alioq; nullam rationem habere: sed in solum Brurum cum magno imperu ferri: statuit periculo suo q̃primum seillis obiicere. obmissus ergo ab ipsis paucum quum itecq; corã adesset: se inquit Brutum esse. Credidere illi: qm̃ orabat is vt ad Antonium seipsum adducerent. Nam Cæsarem extimescebat: in Antonio vero spem læram habebat: quum illi vtq; complexi & admiranda quadam felicitate se frui existimarent nocte iam imminente ad Antonium illum ducunt: præmitetes e suis quosdam qui hæc Antonio nuntiarent. His læratus Antonius obuiam fit adducentibus vtq;, nõnulli etiã alioq; audientes Brutum viuũ haberi: ducicq;, procurrerunt. Ii fortunæ casum miserabantur: alii dignitatis suæ ipsum arguebãt: cp viuendi cupiditate Barbarorum predam se fecisset. Quum appropinquasset: substitit Antonius mentem voluens: qualiter Brutum recipere oporteret. Lucilius igitur ductus, Antonio pernimiũ fidens, Marcum inquit Brutum O Antoni nemo cepit: absitcp vt ipsum quisq̃ capiat hostis: ne fortuna tanræ virtutis victrix sit: sed ille aut viuus in uenietur, aut mortuus, digno seipso vsus. Egomilites decipiẽs ad te veni: ob hoc nihil pati abnuens intolerabile. Hec loquuto Lucilio exterritis omnibus, Antonius ad eos qui ipm adduxerãt versus. Nempe o commilitones hunc errorem grauiter fertis: eludi existimantes: sed scitote meliorem vos venationem adeptos. dum enim hostem quæriris, amicum uobis adducitis. Viuo quidẽ Bruto per deos ignoro qua in re vrerer: his amicis vtinam magis q̃ hostibus potiar. Quũ hæc dixisset Antonius: Lucilium amplexus tunc illum cuidam exfamiliaribus commẽdauit. Postea vero illo in omnia fido atcp diligentissimo continuo vsus est. Cæteq; pertransiens Brutus rupem quandam arboribus densam atcp prærupram iam nocte obscura haud multum processit: sed in loco concauo & permagnam petram habẽte sedens, præsentibus paucis & amicoq; & doctoq; exercitus, & primũ ad cœlũ stellis ornatũ ispiciẽs, duos loquutus est versus: quoq; alteq; Volumnius scripsit: Ista iouẽ haud lateant: quicp hoq; est causa maloq;. Versum alium se oblitum fuisse cõmemorat. Paulopost peracta pugna, Brutus inter comites cæteros amissos quẽlibet nominans, maxime in Flauii atcp Labeonis mentione suspirauit. Erat labeo ipsius legatus: Flauus opificum præfectus. Inrerea e proximis quidam sitiens quum Brutum aspiceret simili auiditate detentum, galeam accepit: & adfluuium cucurrit. Sed strepitu e parte altera facto, Volũnius speculatũ accessit, & cum eo Dardanus scutifer. Hi post paucum regressi de potu percontantur: ad quæ modeste nimis subtidens Brutus, Volumnio inquit absorbitus est: sed vobis alius afferetur. Idem igitur destinatus ferme comprehẽsus ab hostibus faucius vix euasit. Existimanti Bruto non multos in certamine cecidisse, pollicitus est Statilius id per hostes vadẽtem se scituq;. Alias. n. fas non erat eoq; castra conspicere. Facẽ accensam igitur hic eleuatuq; se: si cuasos a cæde inueniret: reditu promisso, eo profectus est. Quũ ergo in castra peruentũ esset: faceq; eleuata plurimam horã terenre Statilio, inquit Brutus: si viuit Statilius veniet. Obtigit ãt vt quũ rediret, in hostes incideret, Periretcp. Ceterum nocte procedente, Brutus accubans vt sedenrem tulerar casus, Clitum eius familiarem alloquitur. Quo tacente atcp illachrymante, Dardanũ scutifeq; ad se ducens sermonẽ quẽdã priuatim cũ ipso egir. Tandem Volumnium ipm græce quibusdã orationibus exẽplisq; cõmonefaciẽs orat: vt manu ensem vulneri adaptaret: simulcp impelleret. Sed Volũnius id ab aio Bruti euellere tentauit: cæreric; hauddissimi lirer id conati sunt. Veq; dicẽte quodã ex primis, manere nõ oportere: sed fugere surgẽs Brutus, Nẽ pe inqt, fugiendũ est nõ pedibus, sed manibus: deinde dexterã cuilibet superimponẽs iocũde nimium se lærari quit, gaudio summo: cp amicoq; suoq; nemo sibi mẽtitus erat: fortunã vero patriæ ac cusare. Sed quippe ipm magis beatũ existimare q̃ victores suos: neq; heri rãrũmodo neq; ante: sed nunc virturis gloriã relinquentẽ: quãnec armis nec potẽtia relinquũt illi qui vincunt. Iudicio nan cp meo viros iustos iniqui, & optimos pessimi perdunt: & pter leges falsq; dominanr. Hinc eos ob te stans obsecranscp, vt salutẽ ipsoq; curent: cũ duobus illoq; aut tribus longius recessir. In his fuit & Strato in facultare rhetoricæ quõdã domesticus. Hunc Stratonẽ Brutus apud sese constituens, ac ensem nudũ ambabus manibus super capulo erigens, cuspidi incubuit: vitãcp finiuit. Sed aliqui dicunr Stratonẽ validissimis Bruti precibus oculos aliorsum inflexũ ensem sibi subiecisse: Brutũ vero impetu pectus pbentẽ viribus propriis vsum q̃primũ obiisse. Straronẽ hunc Messala Bruti beniuolus quũ postea Cæsari esset cõciliatus in psentiã agit: lachrymas enim, O Cæsar inqt: hic est qui meo Bruto gratias extremas submiistrauit. Quare Cæsar ipsum suscepit: eũq; in laboribus socium habuit. Deinde in agonibus apud Actiũ ex optimis Græcis vnũ & ipsum duxit Messalã etiã dicũr postea a Cæsare laudatũ: cp licet in cãpis Philippus Bruri gratia acerrimus hostis sibi fuisset: i Actiotn prõptissimũ sese pbuit. Ad q̃ & ille respondisse fertur. Ego tibi o Cæsar semp meliores atcp iustioris partis honorisq; fui. Cæteq; Antonius Brutũ defunctũ inueniens, corpus ipsius in pretiosissima suaq; vestiũ iussit inuolui Hanc vestem purpureã quũ deindefurto ablatã cognouisset, furẽ occidit: reliquias vero ad matrem Bruti Seruiliam misit, & vxorẽ Porciam. Nicolaus Philosophus & Valerius Maximus narrant: hanc quum mori statuisset, & nemo amicorum assentiebat, immo diligẽ

Duo carmina a Bruto recirata. Labeo. Flauius.

Statilius.

Statili mors. Dardanus scutifer.

Strato. Brutus seipsum iterficir. Antonius Bruti corpus in veste sua inuolui iussit. Nicolaus philosophus Valerius Maximus.

ti cura id prohibebant: ex igne ardentes prunas arripuisse, atq; bibisse: deinde os claudentem sic vi tam extinxisse. Atqui epistola quædam Bruti inuenitur aduersus necessarios conquerentis atq; la mentātis: q; ab ipsis Porcia ita neglecta fuisset: vt ex morbo vitam finire magis elegisset. Videtur igitur Nicolaus tempus ignorauisse postq̄ & passionē mulieris & affectum, & modum necis sub/intelligere præbuit epistola: si epistolam vere Bruti fuisse dicimus.

Porcia Bruti vxor prunis poratis extincta.

COMPARATIO DIONIS AD BRVTVM.

IS ITAQVE Hominibus quum multa bonorum adsint genera: illud q; inter primates amplissimi minimas p occasiones facti sunt, Dioni pulcherrimū extat. Neminem enī habet: q vllā rerum ab eo ge stārum partē sibi vendicet: sicuti Brutus Cassium: q; vir licet in virtu/te gloriaue haud similē meruerit existimationē: ad bellū tum audacia & fortitudine, tum etiā gerendo nō minora p fecto momēta præbuit. Quippe quū nōnulli sint: q totius exordiū operis adscribāt: & hunc ipsum susceptī contra Cæsarem cōsilii ducem asserant. Dion vero si/cut arma naues militarēue potētiam, ita & amicos & socios & ad rem peragēdam adiutores ipse viderat ab se cōparasse. Nec vero Dion vti Brutus ex bello rebus q; gerendis vllas habuit opes aut potestatem: ceterū proprias ipse bello facul tates attulit: quē exilio cōmeatum habebat ad liberandorum ciuiū vsum erogans. Præterea Bru/tus & Cassius quū patria ejecti Roma|tutum agere negrent otium: quinimo capitali damnati cri mine a perseq̄tibus peterentur: ad bellum necessario cōfugere: & seruanda armis corpora cōmē/dantes, pro se magis q̄ ciuibus picula subiere. Dion autē quum securiorē ac iocūdiorem exulans|q̄ qui exorrem illū fecerat tyrānus vitā degeret: in rāta discrimina pro Siciliæ salute se vltro cōiecit. Haud certe Syracusiis atq; Romanis par fuit: illis vt ab Dionysio, his vt a Cæsare absoluerētur. Il le enim se tyrānum esse nō inficiabat: & Sicilia infinitis iam referserat malis. Cæsaris vero potentia dum cōstituebatur qdem, nō modicas aduersantibus turbas atq; molestias p̄buit: postq̄ a victis su scepta est, nomē & opinio dūtaxat apparuit. Nullū ex ea crudele facinus, nullū denicq; tyrānicū ex titit: sed rebus singulari indigētibus principatu se clemētissimū quasi medicū a numine datū osten dit. Quapropter Romanus cōtinuo populus adeo Cęsarē affectauit: vt infestus & in exorabilis il lius fuerit interfectoribus. At Dionē vel hinc maxime ciues, q; e Syracusis euasisse Dionysium fuisse, & prioris sepulcrū tyrāni funditus nō euertisset, incusarūt. In re igitur bellica Diona inculpan dum fuisse imperatorē liq̄t. Rebus enim quascūq; voluit oprime functus est: quę ab aliis infelicite: gesta sunt recuperans, meliorē in statū cōstituit. Brutus cū de summa rei postremo decertaret: neq; prudenter iniisse: neq; re postea male gesta rectū cōperisse remediū videt: & fracto aio spē prius abie cit: nec quantū Pōpeius ipse cōtra fortunā audētior iit. & q̄d maius maiusq; est, ingēs sibi spes resta bat in armis: & oēm maritimā otā classe victor cōstāter obtinebat. Maximū Bruto crimē obiiciūt: q; quū Cęsaris gratia cōseruatus, insup quoscūq; veller ex capris cōseruasset: eiusq; nō solum ami/cus existimatus, verū etiam pluribus antepositus forer: ipsius corpus cōfoderit. Hoc aduersus Dio nem dicere nemo poterit: verū e cōtrario. Dionysio nāq; amicitia & propinquitate cōiunctus res illius administrabat vnaq; ruebatur. Patria vero eiectus & in relacessitus vxoria, bonis insuper spo liatus, manifestū instituit bellū: iure legitimo indictū. Saneistuc ipsum primū modo se habet oppo sito. Q̄d enī viris maximā cedit in laudē: id synceq; purūue cōsequutus est Brutus. Nam quū nulla in re Cęsarē priuatim insimularet: p cōmuni libertate picula tāra susceperit. At Dion nisi mala ipsa pertulisset: nullū p fecto bellum intulisset. Q̄d Platonicis declaratur epistolis qbus p̄spicuū est: eū ab regno nō discedentē, sed reiectū destruxisse Dionysiū. Rursus Brutus quū hostis Cęsari & aduer sarius esset, q̄d Pōpeio etiā cōciliauit: nisi bonū publicū vrilitasq; cōmunis: vt qui vnico amoris & odii termino ipsa videlicet iustitia vteret! Dion ad gratiā permulta Dionysio ministrabat: qm̄ con stans illi pmanebat: cæterum fide sibi detracta piracūdiam belligerauit. Quocirca nec id vniuersi quidē crediderefamiliares: eum quū primū Dionysium expulisset, regnū sibi minime stabiliturum: quū permāsuerius tyrānide nomen ciues subduxisset. De Bruto aūt & ipsi dictitabāt inimici: solū ex cōspiratoribus Cæsaris: ab initio vsq; in rerū exitum vnicū sibi ppositū signū: & rectis intēdit studiis: vt solitā populi Romani rēpublicā restitueret. Prēterea cōtra Dionysium ac Cęsarē ha/ud simile p fecto certamē extirit. Nam q Dionysium nō floccifecerit: neminē vel ex eius æqualibus fuisse cōstat: q; plurimū p ebrietate|aleas|scorta q; tpis exigebat. Ad Cæsaris vero pniciē mentem adiecisse: nec illius potētiā vires ac fortunā expauisse: cuius etiā nomē ipsos Parthos & Indos reges somnū capere nō sinebat: id animi natura pstātissimi fuit: q permetū nihil ex ppria summitte/ret excellentia. Eapropter quū primum in Sicilia cōspectus est Dion: nō pauca hoium milia cōtra Dionysiū cōfluxere: Cęsaris aūt vel cadētis gloria amicos erexit: quicq illius functus est noie, ex im/

becilli porro adoleſcẽte per id adeo in ſublime peruectus eſt: vt princeps cõfeſtim Romanorum factus aduerſum Antonii vires & inimicitiã quaſi quoddã auxiliare medicamentũ fuerit adhibitus. Dicet quiſpiã: per ſigentia Dion certamina tyrãnũ extruſit: Cæſarem Brutus nudũ ac nullis munitum ꝓſidiis interfecit. Hoc ipſum excellentis induſtriæ & imperatoriæ virtutis opus extitit: virtum tanta circũſeptũ potentia inobſeruatũ nudũue deprehendere. Nec enim illũ repente ſolus aut cum paucis inuadens occidit: ex ꝙbus eſt nemo fefellit. Aut enim illico delegit optimos: aut fidos ſibi deligens ſtrenuos effecit. Dion vero ſiue male iudicarit, nefariis ſeſe credidit: ſiue dum vtitur, tales eos ex bonis reddidit, quoꝝ neutrum ad prudentem certe attinet. Eum quoq; Plato vehementer increpat: ꝙ tales ſibi delegerit amicos: ab quibus in perniciem datus ſit. Cæſo Dione nullus ei vltor apparuit. Brutũ hoſtis etiam Antonius honorifice ſepulturę mandauit. Cæſar ſuos illi cõſeruauit honores. Mediolani nanq; ciſalpinę Galliæ vrbis ærea illius ſtabat imago. Hãc poſteriori tpe Cæſar Bruto perq̃ ſimilem generoſiſſime laboratam cõſpicatus prętereuectus eſt paululũ: deinde ſubſiſtẽs auſcultantibus multis, quũ principes accerſiſſet fidifragã ſeſe illoꝝ ciuitatem deprehendiſſe dixit: quę ſe penes ſuũ teneret hoſtem. Initio quidem (vt par erat) inficiabantur: ſeq; inuicem ituẽres quẽ nam diceret percontabantur. Conuerſus ad ſtatuam Cęſar vultu cõtracto, nonne iſte inquit inter diu hic manet hoſtis! Maiore rurſus ſtupore peculi cõticuere Cęſar ſubridens Gallos collaudauit: ꝙ amicis & ꝑter fortunas cõſtãtes adeſſent: & vt ſtatua eodem in loco permaneret, imperauit.

¶ DEMOSTHENIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LEONARDVM ARETINVM VERSA.

¶ Huic principio ſemipagina deeſt: vt eſt videre ex textu gręco quem Aldus Demoſthenis orationbus præmiſit.

Vi Alcibiadis victoriam ludis olympicis, equorum curſu partã laudauit, ſiue (vt multi autumãt) Euripides, ſiue alius quiſpiam, felici homini. Primo inquit præclara vrbe opus eſt. Cętęꝝ ad eam, Quę in moribus atq; affectibus plurimum ſita eſt, Beatitudinem conſequendam, nihil (opinor) refert obſcura quiſpiam & humili patria, aut etiam matre deformi & modica ſit. Ridiculum nanq; ſi quis Iulidẽ quę co inſulæ haud ſanę magnæ parua portio eſt, itemq; Æginam, quam Athenienſis quidã tanquã Piræi lippitudinem auferendam iubebat, Hiſtriones qdẽ bonos alere, ac poetas poſſe, vir vero: Iuſtum edere moderatũq; ac magnanimum nõ poſſe|arbitretur|cæteras enim artis vel ad queſtum, vel ad gloriam cõparatas in obſcuris, & humilibus Vrbibus rabeſcere par eſt, ipſam vero virtutem bonum ingenitũ, animãq; induſtriã nactam, perinde atq; robuſtam, firmamq; plantam quo cunq; in loco radicem capere. Quo fit vt nos quoq;, nõ magis, ſiquid ad recte ſapiendũ, rectęq; viuendum relictum eſt, patriæ paruitari, q̃ nobis ipſis adſcribamus. Ei vero, qui ſeriem atq; hiſtoriã neq; ex triris, neq; ex Domeſticis, ꝙ plæraq; peregrina ſunt, & domeſtica varia lectione diſperſa, cõflare ſtatuerit, & vera opus eſt vrbe præclara elegantiq; ac populoſa, vnde & Quorumuis libroꝝ copia ſuppeditetur, Et ſiqua ſcriptoꝝ memoriæ theſauros fugere, ea euidentiorẽ nacta fidem, audiẽdo, & percontando coniectans, tale opus edat, In quo neq; multa neq; neceſſaria deſiderẽtur. Nos vero cum paruam vrbem incolamus, atq; vt ne minor fiat loci ſtudio tentamur, neq; Romæ, aliis ue Italiæ ſtudiis, prę vrbanis negociis ꝑq; iis, q ſub nobis philoſophię dant operã, circa Romanã linguam exercendi ocium ſit, ſero tandem atq; extrema ętate Romanas literas attigimus. Et mira quidem res, vera tamen nobis euenit, quando non adeo res ipſas ex verbis ꝑceperimus, atq; cognouerimus, quantum ad ipſa verba indipiſcenda, rerum peritia contulit Romanæ vero pronuncia-

tionis, Breuitatisq; ad hoc verborum translationis, itemq; structuræ, atq; eorum quibus lector fit oratio, percipere pulchritudinẽ, Gratum qdem Ducimus, neq; iniucũdum, Cęteꝝ ad id incditatio atq; exercitatio neutiq; facilis, nisi sicui ad huiuscemodi studia, plus ocii, atq; etiã ætatis Suppeditatur. Cum igitur in hoc, qui de vitaꝝ cõparatione quintus est liber, De Demosthene ac Cicerone scribamus, eoꝝ ingenia & affectus, publicis exactionibus cõparatas considerabimus. Nam de orationibus eque pquirere, ad hoc vter in dicẽdo Suauior vehementiorq; fuerit Omittemus. Ibi nãq; vt inqt Ion, Delphini vis est in terra Id quod cum in oibus nimius Cęcilius ignorasset, Demosthenis Ciceronem cõparãdo egit pueriliter. Sed enim fortasse, si ipsum γνῶθι σαυτον idest nosse teipsum cuiuis esset præ manibus, nõ diuinũ præceptũ videri potuisset. Cæterum demosthenẽ Ciceronemq; Iam ab initio idem finxisse videtur genius, In eorum ingenia permultis similibus iniectis, ambitione, & publicę studio libertatis, in periculis vero & Bellis timiditate, præterea multis ex vtriusq; fortuna permistis neq; enim Duos præterea cõpertos oratores habeo, qui ex obscuris & paruis, potentes & magni euaserint, qui Regum & Tyrãnorum offensas subierint, q filiabus orbati sint. ad hęc cum de patria excidissent, reuersi Cum honore, rursus pfugi ab hostib⁹ Capri sint pariterq; extincta publica libertate, Diem obierint. Quãobrem si natura fortunaq; perinde atq; artifices certarent, vtrum illa moribus, an hęc facinoribus viros similiores effecerit, Difficile iudicatu foret. Dicẽdum igitur de vetustiore prius. Demosthenes &c. Demosthenis Pater Demosthenes (vt Thepompus historicus tradit) in primus honestus ac pbus vir fuit. Cognominatus est autem Macheropius ab officina gladiorum: quam Athenis egregiam, multisq; artificibus seruis instructam habebat. Quæ vero de matre eius dixit Æschines, ex Gylone quodã ob pditionem ex Athenis pulso & Barbara muliere natam fuisse: ea nescimus vtrũ ad veritatem vel ad falsam calũniam orator obiecerit. Relictus aũt a patre septẽannorum abũdante patrimonio (partẽ enĩ aberat a. xv. talentis) tutoribus male administrantibus quũ partim subriperẽt eius bona: partĩ negligerent: nec pceptoribus pueri salariũ persoluere curarent: nõ solũ in patrimonio cladem accepit verũ etiã liberalibus artibus quẽadmodũ decebat imbui nõ potuit. Accedebat ad hęc imbecillitas corporis: quã verita mater, ipsum onerari laboribus nõ pmittebat: nec pędagogi cogere, ac vim afferre audebãt. Erat. n. ab initio tenui valetudine: & ex hoc Batali cognomẽtum, qd aduersarii in eius cõtumeliam frequẽter vsurpãt, a pueris illi inditũ est. fuit aũt Batalus tibicinis nomẽ: in quẽ ob infractũ ac distortũ corpus Antiphanes poeta versus pscripsit. Alii poetã lasciuoꝝ carminum fuisse Batalum tradũt. Videt insuper quædã ex his corporis partibus, q̃ honeste noiari nõ possunt, tũc apud Atticos Batalus appellata. Argas vero (nã hoc etiã cognomẽtũ fuisse Demosthẽi traditur) aut ex feritate morũ illi inditum est: q̃ anguem nõnulli poetæ Argã appellant: vel ex duritia sermonis: per quã nõ mediocriter auditores obtũdebat. Est enĩ Argas nomẽ latoris legum malarum qdem ac durarũ. Ad oratoriã vero facultatẽ p hunc modũ applicuisse aiũt Demosthenes traditur. Callistrato oratore causam Oropi actũro, permagna erat hominũ expectatio: quũ ꝓpter oratoris famam tũc maxime florentẽ: tum ꝓpter iudiciũ rei per id tps satis vulgatę. Quũ itaq; magistri & pædagogi affore statuissent: postulauit Demosthenes a pædagogo suo: vt vna secũ duceretur. Ille habens cum publicis ministris qui iudicia aperiebãt familiaritatẽ, locũ facile obtinuit: in quo puer clam collocatus sedẽs audiret. Quũq; ea die Callistratus egregie orasset: magnãq; prębuisset admirationẽ sui: gloriã eius Demosthenes adamauit: vtpote quẽ videbat magna hoium multitudine comitãte inter ingentes applausus magnis cum laudibus domũ reduci. Admirabatur itaq; illum Demosthenes: sed multo magis orationis vim potestatemq; admirabatur: ob quã oĩa pfici ac mitigari posse cernebat. Quare omissis cęteris disciplinis, ad id vnũ sese ipsum cõparauit, atq; exercuit: vt dicẽdi facultatẽ nanciscęretur. Et ad eã qdem rem pceptorẽ habuit Isęum: q̃q̃ floreret tunc maxime Isocrates: siue vt quidam aiunt, mercedẽ pstare Isocrati nõ valẽs: erat enim pretium decẽ minarum: siue q̃ Isæi sermonẽ, vt efficaciorẽ q̃ magis pbauit. Hermippus tamẽ scribit se in cõmentaria quædam sine authore incidisse: in qbus scriptũ erat, Demosthenem fuisse auditorem Platonis: magnãq; exinde vtilitatẽ ad dicẽdum suscepisse. Refert etiã Cręsibium apud Calliam Syracusanũ & quosdã alios dixisse: Isocratis & Alchidamãtis artes clam habuisse Demosthenem, ac didicisse. Vt igitur per ætatem licuit, tutoribus suis diem dixit: multaq; in eos varie subter fugientes scribens, & se in his rebus exercens, tandem non sine periculo & industria superauit. A quibus q̃q̃ exigere quantũ sibi subreptum erat non potuit: tamen id assequutus est: vt audaciam in dicendo & consuetudinem nactus, gustata causarum orandarum dulcedine| famę| ac potentiæ, statuerit prodire in medium: & ad reipublicæ certamina se conferre. Et quemadmodum Orchomenũ Laomedonta scribunt ob vitandum splenis morbum ex consilio medicorum longissimis curribus vti consuesse: atq; exinde habitum currendi nactum, post recuperatam valetudinem certaminibus intendisse: cæteros q̃ velocitate currendi superasse: sic Demosthẽi euenit: primo necessitate recuperandi patrimonii ad dicendum venisse: atq; ex hoc peritiam nacto in reipublicæ curriculis tanq̃ certaminibus quibusdam cæteros anteisse. Atq; ab initio populum allo-

Demosthenis genus.

Batalus Demosthenes cognomento dictus.

Argas dictus Demosthenes.

Demosthenes quo ad oratoriam animũ applicuerit.

Callistrati orator.

Isæus.

Isocrates.

Laomedon Orchomenius.

quens turbas strepitumq; concionum ferre nō poterat: spernebatur q; ab auditoribus: q; eius oratio confusa circuitionibus & superfluis argumentis elaborata videbatur. Voce præterea & lingua laborabat: ob quæ non mediocriter turbabatur oratio: nec mens eius intelligi poterat. Quū itaq; desperatione quadam harum rerum mœstens in Piræum secessisset: increpitus est vehementer a Thrasio Eunomo tunc admodum sene: q; quum eius setmo persimilis esset Pericli, seipsum p derēt ob ignauiā atq; secordiam: nec strepitus cōcionum perferre auderet: neq; corpus ad certamina præpararet: sed mollitie quadam animi se ipsum abiiceret. Rursus igitur orare aggressus: quū apud populum concidisset: & confusus domum abiret: assequutus est eum Satyrus histrio: apud quem quum de suo casu (erat enim illi cum Demosthene familiaritas) grauiter quereretur: q; sibi maxime omnium diligentiam tempusq; adhibenti & quasi omnes vires corporis in eo studio consumenti soli euenirent: vt apud populum nullam in dicendo gratiam assequeretur: nautis crapulantibus & indoctis hominibus aures & silentium a populo præstari: se vero reiici ac repelli: pollicitus est illi Satyrus (si modo aliqua sibi Euripidis aut Sophoclis carmina pronuntiate vellet) se medicinam adhibiturum. Q d quum Demostheni placeret: & faceret: sic vocem eius & actionem Satyrus emendauit, formauitq; vt non prior Demosthenes, sed alter videretur. Intelligens ergo quātum gratiæ & ornatus pronuntiatio apta loquutioni afferret: subterraneum locum, qui vsq; ad nostrā extat ætatem: sibi ædificauit: in quem per dies singulos descēdens gestum ac motum corporis fingebat: vocemq; exercitabat. Sæpe etiam duos vel tres menses continuos domi inclusus non cessabat: abrasa parte capitis: vt exeundi facultatem sibi ipsi præriperet. Sermones insuper & negotia foris agitata ad studiū referebat: confestim siquidem domum rediens & in subterraneum descendens, resipsas recitabat: & rationes cur ita fecisset adiungebat. Sermones etiam repetēs sententiis locisq; non sine magnis mutationibus transformabat. Atq; ex hoc putatus est non multum natura & ingenio, sed labore & exercitatione valere. Huius rei signum videbatur: q; non facile reperiebatur: qui Demosthenem ex tempore dicentem audisset: quem etiā sæpe a populo nomine compellarum quum sederet in concione assurgere noluisse cōstabat: nisi rem de qua dicturus erat iam antea cogitasset. Q d & alii quidam tunc clari viri irridebant: & Pytheas aliquando inquit, Demosthenis enthymemata lucernam olere. Et huic quidem non sine amara cauillatione Demosthenes respondit: non eandem sibi & illi lucernam constare. Aliis vero non penitus inficiebatur: sed nec omnino scripta nec omnino nō scripta ab se dici asseuerabat. Atqui popularem hominem eē ostendit dicendi studiosum. Gratia enim placendi & inseruiendi populo eloquentiam comparari. Negligere autem studium eloquētiæ, eorum esse qui dominari populo quærūt. Non enim suadendo, sed cogendo per vim operam dare. Timidum autem fuisse Demosthenem in dicendo ex tē pore illo quoq; probatur: q; Demades orator sepe ex tempore assurgens Demostheni indigēti opitulatus est: Demosthenes autem illi nunq; Quomodo igitur dicet quispiā: Æschines audacissimum in dicendo fuisse Demosthenem affirmat? Quomodo Pythoni Byzantio aduersus Atheniēses indecto solus respondit? Quomodo aduersus Lamachum Myrrhenæum laudes Alexandri & Philippi quas scripserat Olympiæ recitantem, & in eis multa contra thebanos & Olynthios dicentem, assurgens, & quanta bona Thebani & Chalcidenses Græcie fecissent ex historia & probationibus ostendens, & cōtra, q; multorū malorum causa fuissent assentatores Macedonibus blandientes subiungens, sic tandem audientes cōmouit: vt Lamachus ipse ob timorem clam aufugeret? Sed videtur hic vir morem Periclis in hac parte imitatus non faciliter nec de omni re ad dicendum prosiluisse: sed maturitatem quandam, vt authoritatē tueretur, obseruasse: & ob hoc non temere fortunæ & tempori existimationem suam comittere voluisse. Nam audaciæ quidem plus habuit q; scripta eius ostendant: vt Eratosthenes & Demetrius Phalereus, & Comici quidam probare videntur. quorum Erathostenes tradit ipsum in dicendo nōnunq; veluti furore quodam correptum debaccatum fuisse. Demetrius autem quodam loco immane illud iusiurandum iurasse dicit per terram, per fontes, per amnes per vndas fluuentes. Comicorum vero qdam Rhopoperethrā ipsum notat. Alius sic recepisse eū vt accepisse cauillatus in Demosthenē: q; hoc verbo vsus sit frequentius: quū de Halloneso consultaretur: quā, non capiendā sed recipiendā esse a philippo suadebat. Omnes sui temporis oratores sine controuersia superauit: preter vnum Demadem: quem naturali ingenio frætum insuperabilem fuisse & præstitisse Demostheni omnes fatebantur. Aristo Chius in historia retulit quoddam Theophrasti iudicium de oratoribus. Dicit enim Theophrastum rogatum qualis sibi orator Demosthenes videretur: respondisse dignum ciuitate Athenarū sibi videri. Subinde qualis Demades interrogarum, respondisse: supra ciuitatem. Idem philosophus scribit Polyeuctum Sphetium vnum ex his: qui tunc in republica versabantur solitum esse dicere: maximū fuisse oratorem Demosthenem: sed plurimam vim in dicēdo Phocionem habuisse, multas eum sententias paucis verbis complecti solitum. Quinctiam ipsum Demosthenem quoties assurgebat Phocion ab eo dissentiēs, familiaribus dicere consuesse: verborum eius secarum assurgere. Hoc tamen incertum est: vtrum ad vim dicēdi vel ad integritatem vitæ & authoritatem

Demosthenis vox. Eunomus.

Demosthenes orās cōcidit. Satyrus histrio.

Locus ædificatus a Demosthene ad vocē exercēdam.

Pytheas. Demosthenis enthymemata lucernā olere.

Timidus Demosthenes si orādo ex tēpore.

Demades orator.

Lamachus.

Rhopoperethra. Halōnesus.

Demosthenes oēs sui tēporis oratores pter. Demadem superauit.

Polyeuctus Sphetius.

Phocion.

Phocionis Demosthenes referebat. Plęrumq; enim probatus vir & fidem apud populum habens vno verbo vel nutu longas aliorum orationes exuperat. Aduersus impedimenta quibus laboraſſe Demosthenem supra diximus, hæc (vt Phalereus Demetrius ſcribit) remedia adhibuit. Refert enim ſe a Demosthene ipſo iam ſene audiuiſſe hæſitãtiam linguę coniectis in os lapillis emẽdaſſe: vocem autẽ currendo ſcandendo inter pronuntiandum exercuiſſe: habuiſſe domi magnum ſpeculum ad quod ſeipſum videns geſtum formaret. Dicitur cõfugienti ad ſe cuidam narrantiq; plagas accepiſſe, quum patrocinium eius imploraret, reſpondiſſe: At enim ex his quæ tu narras, nihil perpeſſus es. Q d quum ille altiori voce & indignatione quadã magis aſſeueraret: putauit Demosthenes hoc ad fidem faciendam plurimũ attinere. & multitudini quidem eius pronuntiatio vehementer placebat: politioribus aũt hominibus figmentum quoddam lene ingenerosumq; videbatur. ex quorum numero Demetrius Phalereus eſt. Refert Hermippus quum eſſet quęſitum ab Appione de ſuperioribus oratoribus, & qui ſuæ ætatis fuiſſent, quid ipſe ſentiret, dixiſſe admirabilem in illis ornatum maieſtatẽq; dicendi, quum ad populum loquerẽtur, fuiſſe: ſcripta tamen Demosthenis multum cæteris antecellere. Quãq; vero ex lectione orationum ſuarum durus qdem & auſterus Demosthenes videat: tñ & ioco nõnũq; vſus eſt, veluti aduerſus Demadẽ: quũ ille dixiſſet: me Demosthenes ſus Mineruã: At iſta iqt Minerua nup adulterio depręhẽſa fuit. Rurſus aduerſum quãdam Ferreũ noie q de furto ſuſpectus erat: quũ ille vigilias & lucubrationes Demosthenis in iurgio carperet: Scio inquit Demosthenes tibi moleſtum fuiſſe, q ego lucernam pernoctem habuerim: Vos aũt viri Athenienſes nolite iam admirari plurima furta in hac vrbe cõmiti: quum fures quidem ferreos, parietes vero luteos habeamus. Sed hæc licet plura in hoc genere poſſumus referre, omittamus. reliquos aũt eius mores ex rebus geſtis cõtemplemur. Cõtulit ſe ad rempubli cam ſub tẽpus Phocenſis belli: vt & ipſe dicit: & ex Philippicis orationibus deprehendi poteſt: Cõſtat autem duos ſupra. xxx. natum annos fuiſſe quãdo Midiam accuſauit: quo tempore nec potentiam nec authoritatem aliquam in republica habebat. Idq; vt credo veritus, pecunia accepta ab accuſatione deſtitit. Neq; enim benignitate aut magnitudine animi iniuriam cõtempſit: quũ eſſet pertinax & pronus ad vlciſcẽdum: ſed quum videret nõ eſſe potẽtiæ ſuæ virũ diuitiis: eloquẽtia, & amicorum copia ſuffultũ euertere: cõceſſit mediatoq; precibus. Nam pecunia illa quam ob deſerẽdam cauſam accepit, non mihi ſatis valuiſſe videtur ad acerbitatem eius obtundendam: ſi ſupare poſſe credidiſſet. Nactus autem in republica materiam vberẽ & honeſtam p Græcorũ libertate aduerſus Philippum, & in ea præclare decertans, cõſeſtim nomẽ & gloriam aſſequutus eſt: Nec ſolum vt diſertus: verũ etiam vt fortis vir circũſpiciebatur: vt admiraretur ipſum Græcia: obſeruaret Perſarum rex: plurimus apud Philippũ ſermo eſſet: cõfiterentur aduerſarii ſibi aduerſus pręclarum virum eſſe certamen. Talia enim Æſchines & Hiperides de illo dixerũt. Itaq; diſcernere equidem non valeo: qua ratione motus ſcribat Theopõpus mutabilis & inconſtantis animi Demoſthenẽ fuiſſe: nec eiſdem rebus, nec eiſdẽ hominibus ſatis longum tẽpus vti potuiſſe, Conſtat enim quas reipublicæ partes ab initio ſuſcepit, in eis vſq; ad finẽ cõſtantiſſime perſeueraſſe: nec ſolum in vita non mutatum, ſed ipſam vitam ne mutaretur abieciſſe. Non enim vt Demades: qui mutationem ſuam in republica excuſans, dixit ſe ſibi qdem ipſi cõtraria ſæpe dixiſſe, reipublicæ aũt nunq; nec vt Melanopus qui aduerſus Calliſtratũ rem gerens, ſæpe victus pecunia dicere ſolebat ad populum: Vir ſane inimicus eſt mihi: tamen reipublicę vincat vtilitas. Sed vt Nicodemus Meſſenius: qui Caſſandro prius fauẽs, deinde cum Demetrio ſentiens, non inquit ſe contraria dicere, ſed idem ſemper: victoribus ſcilicet parere vtilius eſſe: ſic Demoſtheni licet dicere. Non enim verbum nec actionem vnq; deflexit: ſed in vno atq; eodem limite vſq; ad finem perſeuerauit. Panętius philoſophus oſtendit ex Demosthenis orationibus plæraſq; ita eſſe ſcriptas: quaſi ſola honeſtas per ſeipſam ſit expetenda: vt contra Æſchinem pro Cteſiphonte: vt cõtra Ariſtocratem: vt de immunitate aduerſus Leptinem: vt in Philippicis quibuſdam: in quibus omnibus nõ ad voluptatẽ aut vtilitatẽ ciues hortatur: ſed vbiq; ſecuritati & ſaluti honeſtatẽ & gloriam anteponit. Q d ſi genero ſitatis eius indicẽdo & propoſito in republica, virtus bellica & incorrupta actio reſpondiſſet: non cum Myrocle, & Polyeucto, & Hiperide, ſed cum Cimone & Thucidide & Pericle foret merito collocandus. Nam phocion quidem vnus ex iis qui tẽporibus Demosthenis fuit, licet non probatã reipublicæ partẽ ſequutus, ſed ad Macedones inclinati viſus, tamen per fortitudinem acciuſtitiam nihilo inferior habitus eſt Ephialto, aut Cimone, aut Ariſtide. Sed Demosthenes ipſa nec bello fortis, nec aduerſus corruptrelas pecuniarum omnino purus erat: ſed a Philippo quidem nõ accipiebat: a rege autẽ Perſarum accipiebat. Itaq; laudare maiorum facta poterat, ſed nequaq; imitari: quum oratores quidem fui temporis, vno Phocione excepto, non ſolum eloquentia, ſed vita quoq; ſuperauerit. Videtur autem Demosthenes magna ſemper fiducia in cõcionibus fretus libertatem reprehendendi maxime omnium exercuiſſe. Scribit vero Theopomptus: iuſſiſſe aliquando Athenienſem populum Demoſtheni: vt quendam accuſaret: at illum recuſaſſe. Vt ergo aduerſus eum reclamatio populi, quemadmodum conſueuit, facta eſt: ſurrexit Demosthenes: & ingt. Vos

Demoſthenis ioci ac reſponſa.

Demoſthenes quãdo ſe ad rẽp. cõtulerit.

Midiã Demosthenes accuſauit.

Demoſthenis ingenium ptinax.

Melanopꝰ.

Demoſthenes pecunia corrupi pebatur.

Demosthenes oratores sui tẽporis eloquentia & vita excepto Phocione superauit. Antiphon.

me viri Athenienses consultorem habetis etiam inuiti: calumniatorem vero nec si velitis quidẽ. Præcipui potentatus eius actio in republica fuit: quum Antiphontem a populo dimissum ipse p sequutus cepit: & consilio Arcopagi iudicandum tradidit. Nec veritus est: q populũ in hoc offenderet: sed ipsum cõuincens ꝓmisisse Philippo naualia incẽsurum, summo supplicio vt afficeretur obtinuit. Dicitur orationem illam, qua Apollodorus cõtra Timotheũ vsus eum damnari fecit, Demosthenes scripsisse: quẽadmodum alias orationes Phormioni & Stephanio subministrauit. Pro quibus merito infamiam subiit: quum veluti ex gladiatoria taberna vẽdere pugiones, q̃bus se inuicem confoderent aduersarii, visus sit. De publicis quoq; orationibus illa quæ est in Androtionem, item quę in Timocratẽ & in Aristocratem, aliis sunt scriptæ. Ipse nõdum per id tẽps ad rẽpublicam se cõtulerat. Videt enim. xxvii. aut. xxviii. suæ ætatis anno orationes edidisse. Nam quę est aduersus Aristogitonẽ ipse orauit: & quæ est aduersus Leptinem de immunitate. Ad quam actionem descendit gratia Cteſippi Chabriæ filii: vt ipse idem affirmat: matre pueri (vt q̃dam tradũt) sibi desponsata. non tamẽ eam vxorem habuit: sed cuidam Samiæ se cõiunxit: vt Demetrius Magnesius in synonymis scribit. Nam oratio illa q̃ est contra Æschinem falsæ legationis, incertũ est, an orata vnq̃ fuerit. q̃q̃ asserat Idomeneus a. xxx. minis dũtaxat absolutũ fuisse Æschinẽ. Sed nõ videtur: id verum: vt ex vtriusq; orationibus in causa Cteſiphontis scriptis cõiectari licet: in q̃bus nulla mentio huius iudicii neq; clare neq; obscurre habita est. Sed hæc alii solertius diiudicabunt. Propositum aũt Demosthenis in rẽpublicã etiã in pace ꝓspicax erat oibus Philippi conatibus prę cipue aduersari. Cũcta enim eius cœpta patefaciẽs ac redarguens, mẽtes Atheniẽsium in regẽ accendebat. Quare apud Philippum magnus erat de Demosthene sermo: & quando vnus ex decem legatis in Macedoniam peruenit: licet singulos audiret Philippus: tñ maiori cum apparatu & diligentia Demostheni respondit. In aliis aũt honoribus non similiter eum ꝓtulit: sed Æschinẽ & Philocratem magis cõplexus est. Itaq; laudãtibus postea illis Philippum, vt eloquẽtissimũ & pulcherrimũ, ac festiuũ & promptũ ad potũ: coactus est Demosthenes cauillari: q partim sophistę, partim mulieris: partim spongię huiusmodi laudes essent: imperatoris vero nulla in eis esset cõmẽdatio. Sed quũ ad bellum res inclinasset: Philippo quiescere nequeunte: Athenienſibus vero p Demosthenem irritatis: primo in Eubœã per tyrãnos Philippo summissam Atheniẽses cõcitauit quo illi transeuntes Macedones expulerunt. deinde Byzantiis & Perinthiis a Macedonibus per id tẽps lacessitis auxiliũ ferre persuasit: obliterata memoria eorum quæ bello sociali vtraq; ciuitas gesserat. Post hæc ipse legatus abiens monẽdo & cohortãdo oẽs ferme Græcas ciuitates in philippũ cõuertit: vt foret numerus copiarum peditũ quidẽ. xv. equitũ vero duorum milium absq; vrbanis copiis: & stipendiorum conductis militibus promptissima contributio. Erecta igitur Græcia ad futurum belli exitum, Eubœa, Achaia, Corintho, Megaris, Leucadia, Corcyra simul cõfœderatis, maximum restabat Demostheni opus: Thebanorum. s. aggregatio ad cõmunem societatem. Habebant enim Thebani regionem vicinam: & gloria militari maxime oĩum Græcorum p id tẽps florebant. Cæterũ difficile videbatur: Thebanos in philippum cõcitare posse: deuinctos ob eius recens beneficium Phocensi bello acceptũ. accedebat vicinitas: q̃ (vt fit) cõtentiones & simultates inter ciuitates pepererat. Sed licet his difficultatibus obsistẽtibus, tñ quũ Philippus ob ea quæ circa Amphissam prospere gesserat elatus, subito Elatiam inuasit: trepidãtibus Atheniẽsibus, nec vllo suggestum ascẽdere audẽte surrexit Demosthenes: & ad Thebanos cõuertẽdos animos persuasit. deinde ipse cum quibusdam aliis legatus ad Thebanos missus est. Misit etiã Philippus, vt Mattias ingt, & Amyntam & Clearchum | Macedones, Daochum, & Thessalum, & Trydæum contra Demosthenem apud Thebanos conaturos. Et vtilitas quidem nõ latebat Thebanos: sed belli incõmoda ante oculos versabantur: recẽtibus adhuc Phocensium vulneribus. Sed oratoris vis (vt inquit Theopompus) iram mitigans, & mentes accendens, ad honestatem & gloriam aĩos traduxit: cæteris vero respectibus tanq̃ tenebras infudit. Itaq; illi velut furore quodam correpti post Demosthenem pperarunt. Tantum vero momenti hoc præclarũ oratoris factũ rebus attulit: vt confestim caduceatorẽ miserit Philippus ad pacem deposcendam. Nec solum duces belli Demostheni parebãt: sed & magistratus Thebanorum eius iussu non minus q̃ Athenis cõciones administrabant. Amabatur enim apud vtroq;, & plurimũ poterat: nec immerito neq; ĩdigne: vt Theopompus ostendit. Verum fortuna aliqua, vt videtur, libertati Græcorum finem imponens, Demosthenis cõsiliis aduersabatur: multaq; erant signa futuri euentus: inter quæ responsa Apollinis & Sibyllina carmina circumferebãtur vetusta: pugnam apud Thermodontem prędicẽtia. Fertur autem Thermodon esse fluuiolus quidam apud nos in Chæronea fluens in Cephisum amnẽ. Sed nos hodie nullum habemus fluuiũ ita vocitatum. Credimus tamen cõiectura quadam Hæmona apud antiquos Thermodontem appellatum fuisse. fluuit enim iuxta Heraclium: vbi tunc Græci castra metati sunt. Coniectamur aũt: q ex illa pugna sanguine & cadaueribus repletus fuerit, appellationem cõmutasse. Duris vero tradit non esse fluuium Thermodontem: sed quum tentoriũ quoddam in castris figeretur, repertam fuisse statuam lapideam paruam cum subscriptione Ther-

Demosthenis cauillũ i Philippum regem. Macedones Eubœa pulsi. Byzantii. Perinthii.

Thebani.

Elatia.

Demosthenes legatus ad Thebanos.

Thermodõ flu. q postea Hæmon. Hæmon.

modontis tenentē Amazonam vulneratā. Hæc itaq; vt se habeāt perscrutari difficile est. Demosthenes Græcoꝝ armis ac tanta & tam prompta virorum potentia confisus, nec mentē adhiberi oraculis, neq; vaticinia exauditi permisit: memorans Epaminondam & Periclem illa semper formidinis & ignauiæ velamenta putasse. & hucusq; vir fuit egregius. Sed quū ad pugnā deuētum est: oblitus eoꝝ ad quæ cæteros animabat, turpiter abiectis armis statim aufugit: nec veritus est superscriptionē clypei (vt inqt Pytheas) in quo literis aureis inscripserat, ἀγαθῆ τυχῆ id est bona fortuna. Philippus igitur victoria elatus & in cadauera cæsoꝝ violentus illudens, cecinit principiū Psephismatis Demosthenis: in pedes diuidēs hoc modo. Demosthenes Demosthenis pæanicus sic inquit. Sed paulopost ad mētē reuersus, & magnitudinem periculi per qđ vno tpe de imperio simul ac de vita certare coactis fuerat, contēplatus oratoris vim potestatēq; per quā ad tantum discrimen cōpulsus erat: perhorruit. Penetrauerat huius belli fama vsq; ad Persarum regem: scripseratq; ille ad satrapas: vt pecunias Demosthenī traderent, eiq; parerent: vt Macedonem coercere a Græcis turbationibus valeret. Hæc postea deprehensa sunt in epistolis quas apud Susas Alexander inuenit: in quibus etiā modus pecuniarum Demosthenī tradēdarum erat expressus. Tunc ergo accepta præliada, oratores qui per contrariam factionē Demosthenī aduersabantur, in eū assurgentes, alius alio modo in iudiciū traxerunt: a quibus populus non solū ipsum absoluit: sed etiam in honore præcipuo habuit. Itaq; quum ossa illorum qui in prælio ceciderant, ex Chæronea delata tumularentur: cōmissum est Demosthenī vt publica oratiōe eos laudaret. Ipse tñ q̄si fortunā suam expurgare volens, sponte se decretis abstinebat: donec iterum ob necem Philippi animū recepit. Mortuus est autem Philippus non multum post victoriam in Chæronea habitam: & hoc significauisse oraculū videtur vltimo illo carmine quū dixit. Flet quidē victus: victor autem interiit. Cognita Demosthenes Philippi morte, quum populum præoccupare vellet, lætus in senatum venit: per somnū se vidisse affirmans maximū quoddam bonum Athenīēsibus futurum. nec multo post aderant Philippi interitum nuntiantes. Statim ergo sacra diis ob ea quæ feliciter nuntiabātur fecerunt: Pausaniq; & corona decreta. Et processit Demosthenes corona & splendida veste septimo die post interitum filiq; vt inquit Æschines: eius duritiem, & odiū natorū accusans. ipse videlicet ingenerosus & mollissimi humanitatis & amoris indicia fletus & lamētationes esse putabat: leuiter autē & indolēter ferre improbabat. Ego autē ob interitū regis ita moderate victoria fræti coronādum aut immolādū nunq̄ cēserem. Nā & odibile & ingenerosum est: quē viuum coluēris & ciuem effeceris, ab alio necatū esse immoderate lætari. Qđ tñ relictis domesticis lachrymis: quę reip. vtilia erāt | Demosthenes fecerit, cōmēdo: & magni animi esse iudico: semper ad rēpu. respicientis & post ponēris domestica. Ciuitates græcię post mortē Philippi Demosthene authore rursus cōspirauere. Thebani pīsidium regis aggressi multos necauerūt. Athenīēses ad ferēdum Thebanis auxiliū se prępararunt. Demosthenes suggestū tenebat: & cūcta ex illius decretis agebātur. Scripsit etiā prefectis regis Persarū: qui in Asia erāt: vt bellum aduersus Alexādrum mouerēt: puerū & imbecillē appellās. Sed quū Alexāder cū exercitu in Bœotiā veniſſet: fractis Athenīēsium ais, & Demosthenis ardore extincto, Thebani ab Athenīēsibus deserti, & p seipsos pugnare coacti, vrbē amiserūt. Magno inde Athenis timore exorto, missus est Demosthenes vna cū aliis qbusdā legatis ad Alexandrū: q̄ quū Cirhę rone aduso pfectus esset: reuoluens secū Alexandri iram, & eū formidās, deserta legatione retrocessit. Sed Alexander statim misit ad ciues depoſcēdos decē: vt Idomeneus & Duris tradūt: vt autem alii plurimi scriptores, octo: Demosthenē, Polyeuctum, Ephialtem, Lycurgum, Myroclē, Damonа, Callisthenem, Charidemū. quo in tpe ferunt eam fabulam quæ est de lupis & ouibus & canibus Demosthenē retulisse: ciues qui cum eo postulabātur canibus pro populo certantibus, Alexādrum vero lupo assimilans. Pręterea vt mercatores inquit videmus signa circunferentes modica tritici paropside magnos venundare aceruos: sic in tradendis qui petuntur ciuibus, vos ipsos traditis. Hæc Aristobolus Casandreus scribit. Cōsultantibus ergo Athenīēsibus nec quo se verteret scientibus, Demades pactus mercedē quinq; talentoꝝ legationem suscepit: quod & tādem apud regem obtinuit: ciuitatemq; reconciliauit. Abeunte igitur Alexandro, Demades accæteri Alexandri amici plurimū Athenis poterant: Demosthenis potētia omnino suppressa. Quāq̄ haud multo post, Agide Spartiata res nouas moliēte, motus aliquis Athenis fuerit: sed statim refrixit: Athenīēsibus operam minime nauantibus: Agide oppresso, & Spartiatis cōfractis. Per id tēpus agitata est contra Ctesiphontem accusatio. fuerat enim dies dicta sub Cheronda prætore patum ante cheronicam pugnā. Iudicata est autē causa post annos decē, prætore Aristophonte. Hoc est iudiciū illud famosum: vt nullū aliud ex publicis: quū pp oratoꝝ excellētiam, tū pp iudicū magnanimitatem: qui accusatoribus Demosthenis p id tps in rep. maxime potētibus nequāq̄ gratificati sunt: sed ita p̄clare absoluerūt: vt quintam calculorū partem Æschines nō ferret. Æschines ergo in exilium eiectus circa Rhodum & Ioniā rheroricam docuit. Nec multo post Harpalus Alexādrum ex conscientia reꝝ male administratarum, & ex ira regis, qua cōtra amicos desæuire cōspexerat, fugiens ex Asia Athenas puenit. Qui quū ad populū se cōtulisset: & cum nauibus & pecuniis eoꝝ ar-

Statua rapta tenens Amazonē vulneratā. Demosthenis fuga.

Philippi interitus, quādo.

Ciuitatum græciæ cōspiratio.

Demosthenes legatus ad Alexandrum.

Demades orator ad Alexan.

Æschines in exilium eiectus. Harpalus.

bitrio se summitteret: alii oratores ad pecunias respiciētes aduocati Harpalo erāt: suadebātq; populo: vt supplicem reciperet, tutaretur q. At Demosthenes primo repellendum esse hoīem: & cauēdū ne p eum bellū susciterēt ex minime iusta causa suadebat. Paucis vero post diebus quū pecuniæ & vasa inspicerētur: videns eū Harpalus opere barbari cuiusdam vasculi delectatū, formāq; & artificium diligētissime cōtemplātē, iussit vt vas apppenderet. Admirantē vero Demosthene pōdus auri: & quantū traheret postulāte, arridēs Harpalus, talenta inquit viginti tibi trahet atq; ita noctu vas cū. xx. talētis Demosthenī clam mittit. Erat Harpalus (vt videt) callidus, hois auri cupidi, p oculos mortū, mētem dignoscere. nō enim restitit Demosthenes: sed largitione pcussus, quasi arcē pdens | Harpalo cōcessit. Itaq; quū postea de recipiendo Harpalo agitaretur: lana & vittis collum circumsarciēs, in cōcionem pcessit: iussusq; dicere renuit: quasi gulę morbo loqui impediret. At, viri vrbani qui aderant, rem intelligētes, ridebāt: nō gulæ morbo, sed auri p noctem cōstrictum vocem pdidisse Demosthenem clamitātes. Ob eā corruptelā paulo, post apud populū patefactā quū nec excusationem Demosthenis susciperēt: nec dicētem audire vellent: Harpalū expulerūt. Veriti autē ne ratio pecuniæ ab oratoribus acceptæ, a ciuitate repoſceret: ingsitionem habuerunt dili gētem: pscrutati ædes cunctoq; : præterq; vnius Calliclis Arrhenidę. Huius enim, q nuper vxorē duxerat, nō permiserunt Athenienſes, vt Theopompus scribit, domum in qua noua erat nupta p quiri. Sed Demosthenes obuiam incedēs ad populum tulit: vt cōciliū areopagitæ de ea re cognoscerent: a quibus quū ipse in primis cōdēnatus quinquaginta talētis, & in carcerē ductus esset: paratim iudicii grauitate, partim imbecillitate corporis, quū carcerem ferre nequirēt, clam aufugit. Et dicitur in illa fuga quū nō longe ab vrbe esset: videretq; aliquos aduersæ factionis homines post se currentes: occultare primo se voluisse: deinde vt illi benigne appellantes viaticū offerebant consulabanturq; : ingemuit ille magis & inq; t: Quomodo fieri potest vt nō grauiter feram hanc ciuitatē relinquere: in qua inimici tales sunt quales in alia reperire amicos difficile est! Tulit autem exilium grauiter in Ægina & Troęzene moram trahens: & ad Articam cum lachrymis respiciens, voceſq; emittens ingeneroſas. Ferunt etiā dum fugeret respexisse ad arcē, ac dixisse. O Pallas vrbiū custos: tribus infestissimis bestiis delectaris, noctua, dracone, & populo! Adolescentes etiā se adeūtes monere solebat: ne ad remp. se cōferrent: affirmās, si duæ essent viæ ab initio ppositæ vna quæ ad rēp. altera quę ad interitū aperte ferrent: essentq; manifesta illa quæ gerētes resp. subire oportet: formidines, inuidias, odia, calūnias, simultates, cōtentiones, certamina: illam potius electuros esse homines: quæ ad interitum ferret. Eo exulante obiit Alexander: cuius cognita morte, rursus ciuitates græcię conspirauerunt: Antipatro in Lamia vrbe a Leosthene fortiter obsesso. Pytheas igitur orator & Callimedon ex Athenis profugi Antipatro adhæserunt: & cū amicis & legatis eius circumeuntes ciuitates in fide cōtinere adnitebātur. Demosthenes vero legatos Athenienſium, qui contra mitrebātur sequutus eos iuuabat: suadens vbiq; in surgēdum esse aduersus Macedones: eorūq; dominatum depellēdum. Et in Arcadia quidem etiā iurgium quoddam inter Pytheam & Demosthenem fuisse scribit Phalereus: illo pro Macedonibus: hoc p Græcis in cōcione dicēte. Quo in loco quum Pytheas dixisset: vt domū in quā venale lacimportat, malū aliquod habere putamus: sic ciuitatē necesse est morbosam esse: in quā Atheniēsium iuerat legatio: Retorsit Demosthenes id exēplum: q & lac venale p sanitate ęgrotātium importaretur: & Atheniēses p salute ciuitatū adesse nt. Quæ quū Athenis renūtiata fuissent: adeo grata fuerūt: vt statim ipsum ab exilio reuocarēt. Damon Pęanicus Demosthenis nepos de eius reductione ad populū tulit: populusq; sciuit: missaq; est nauis vna longa in Æginā illū aduectura. Profecti obuiam magistratus & sacerdotes cuncti: ciues etiam alii lęte susceпturi gregatim exiuerunt. Qua die scribit Demetrius Magnesius, Demosthenem sępius tetendisse manus ad cælum: q præclarior q̄ Alcibiadi sibi reditus in patriā fuerit: persuasis ciuibus, nō coactis. Mulctam vero aduersus eū inflictam: neq; enim remittere illā licebat: in aram Iouis cōuertēdam statuerūt, cōsueti siquidē in festo Iouis Seruatoris pecuniā pro ornanda ara cōferre, ad hoc pficiendū quinquaginta talēta Demosthenī statuerunt: quæ erat pœna damnationis suę. Non tñ multum tēpus patria frętus est: sed haud multo post reditum rebus Græciæ confractis, Maio quidē mense pugnarum est apud Cranonem: Iunio autē præsidium accepe runt. Iulio deinde mortē obiit Demosthenes in hunc modum. Quū nuntiatū esset Antipatrū & Craterum Athenas aduēnare: Demosthenes & qui cum illo sentiebant, vrbe profugerūt: populus autem author Demade, capitis eos cōdēnauit. Quibus varie dispersis, missi ab Antiparro satellites eos pſequuti sunt. Princeps satellitū erat Archias quidā natione Tyrius actor tragœdiarū, cuius discipulus fuisse traditur Polus ille Æginęta qui cæteros omnes histriones superauit. Hermippus autem Lacriti rhetoris discipulum fuisse Archiam dicit: Demetrius vero Anaximenis familiarem fuisse tradit. Hic ergo Archias Hyperidem oratorem & Aristogicū Marathonium & Himeræum Demetrii Phalerei fratrē, qui in Æginam ad Æacū confugerāt, per vim detractos in Cleonas misit: ibiq; ab Antipatro necati sunt: Hyperidis insuper lingua euulsa. Inde quum audisset Demosthenem in Calauriam ad templum Neptuni cōfugisse: nauigans illuc cum satellitibus suis (thra-

Harpal⁹ expulsus ab Athenien. Callides arrhenides. Demosthenes in carcerē ductus.

Rēpu. non adeūdā adolescētibus Demosthenes suadebat. Antipater obsessus a Leosthene.

Dictū Demosthenis. Demosthenes ab exilio reuocatus. Damon Pęanieus. Iouis seruatoris festū.

Archias Tyrius. Pol⁹histrio

Hyperidi lingua euulsa.

ces hi erant) tẽplum ingressus est: ac primo suadere Demostheni cœpit: vt vna secum ad Antipatrum pgeret: nihil molestũ ab illo ppessurus. Demosthenes ea nocte per quietẽ visus erat cum Archia tragœdiis in theatro certare: & quũ illum superasset, tũ defectu apparatus ab illo vinci. Itaq; Archiam tunc multa humaniter loquutũ intuẽs. Nihil est Archia inquit qđ coneris: nec enĩ ĩ scæna mihi vnq̃ placuisti mimus: neq; nunc psuadebis legatus, Quũq; Archia hæc audiẽs se per vim detractuꝝ esse diceret: tandẽ inquit Macedonica oracula aperuisti: nã prius quidẽ tãq̃ histrio simulabas. Verũ age, parũper expecta: dum pauca domesticis scribo. Hæc fatus in interiorem tẽpli partẽ concessit: captoq; libro quasi scribere vellet, calamũ ori admouit: ac mordicus tenuit: vt in cogitãdo scribẽdoq; facere consueuerat. qđ vbi per aliqđ spatium fecisset: demũ veste se regens caput incli nauit. Satellites qui pro foribus adstabant, hæc intuentes velut timidũ ac vecordẽ Demosthenem irridebant. Sed Archias ipsum adiens vt assurgeret cohortabat: repetens illa prius ab se dicta: fore scilicet vt ab Antipatro humanissime susciperetur. Iam Demosthenes senserat vim veneni vitalibus implicitam: itaq; aperiens caput, Archiãq; prospiciens, nõ anteibis me inqt in Creonte simulando abiiciendoq; ĩ sepulcrũ corpus. Ego autẽ Neptune viuus adhuc extuo sacrarior excitor. Antipater autem & Macedones ne tẽplum quidẽ tuũ inuiolatũ relinquerunt. Hæc fatus vt se caperẽt iussit. Iam tremor ac vacillatio conspicua erat: vixq; dũ ara detractus cecidit: suspirãsq; emisit anima. Venenũ ex calamo illo, quẽ mordicus tenuisse supra diximus, sumpsisse Aristo tradit. Pappus vero quidam, cuius historiã Hermippus repetit, inquit: quum apud aram cecidisset Demosthenes repertum fuisse in libro quẽ manibus tenuerat principium epistolæ in hunc modum: Demosthenes Antipatro. nec quicq̃ amplius. De celeritate autem mortis narrasse satellites illos qui pro foribus steterunt: venenũ ex manu fusum bibisse. Ancilla vero quę sibi ministrabat dixit: longũ tẽpus id venenũ Demosthenem secum habuisse: quasi presidium quodã & liberationem siquid accidisset. Eratosthenes in circulo quodã concauo, quẽ circa brachium ferebat, venenum seruasse dicit. Tradunt & alii aliter: quorum opiniones (multi enim sunt scriptores) non est necessariũ referre: nisi q̃ Democares Demosthenis familiaris non putat veneno interisse: sed Deoꝝ beniuolẽtia ex Macedonũ seuitia ereptũ subito ac faciligenere mortis. Obiit. xv. die mẽsis Iulii: qua die omniũ mœstissimã agẽtes diẽ apud deã ieiunãt mulieres. Huic paulopost honorẽ reddens Atheniẽsis populus, statuã, vtq; maximus natu sui generis publice stipendia haberet, decreuerũt. Ad scriptũ est statuæ epigtãma illud vulgatum: Si pares ingenio vires Demosthenes habuisses, nunq̃ Grẽcię dominatus fuisset Macedo. Demadem haud sane multum tempus gloria fretũ, Demosthenis iudicium in Macedoniam traxit: qui turpiter adulabatur, ab eisdem iuste supplicio affectus. Inuentæ sunt literę eius: in quibus Perdicã ad capessendã Macedoniã seruandãq; Grẽciam hortabatur: a putrido ac vetusto filo (hoc enim de Antipatro aiebat) pẽdentẽ Ob quæ Dinarcho corinthio accusante irritatus Cassander in eius complexu filium trucidauit: deinde ipsum necari iussit maximis calamitatibus expertum proditores in vendenda patria seipsos prius venundare. qđ sępe prædicenti Demosthenis credere noluerat. Demosthenis igitur vitam Sossi habes | ex iis quę vel legibus vel accepimus.

Demosthenes veneno se calamo ĩnexo interemit.

Statua Demosthenĩ erecta. Demades supplicio affectus.

¶M. TVLLII CICERONIS VITA AVTHORE PLVTARCO, PER ACHILLEM PHILEROTEM BOCHIVM BONONIEN. NVPER LATINA FACTA.

Tullius Cicero primus.

T Ciceronis matrem fuisse locupletẽ, & splendidã vitã egisse ferunt. De pfessione nihil certũ pditũ ẽ. Sũt q̃ dicãt eũ ĩ taberna q̃dã fullonaria gẽitũ: & ibidẽ ad virilẽ vsq; ętatẽ educatũ. Alii genus eius vsq; ad Tulliũ Appium referũt: claꝝ Volscoꝝ regẽ: q̃ primus gẽtis huius Cicero dictus ẽ: & tãta laudũ celebritate polluit: vt ei⁹ deide posteros ab eo cognominari Ciceroes nõ puduerit; imo ad cognomẽ auide

cõplexi sint licet hæc a nõnullis ludibriũ quoddã videret. Est enim cicer, vnde id deductũ est nomẽ, quẽdã leguminũ ſpecies. Nã Cicero primus, a quo gẽtis huius origo fundit, hoc cognomen ſum pſiſſe traditur: eo ꝙ in poſtrema parte naſi ingenitã ſciſſurã obtuſam in modũ ciceris habuit. Cæterum hic Cicero de quo nunc agitur quũ primas dignitates Reip. cœpiſſet attingere: & a beniuolis ſuis crederet id cognomẽ aut oĩno euitaturus: aut in aliud tranſumpturus: iuuenili quadã audacia dixiſſe tradit: ſe certaturũ, ſplẽdidius Scautis atq; Catulis Ciceronis nomẽ efficere. Siciliæ q̃ſtor quũ argenteum votũ Diis ſolueret: poſt priora duo noĩa Marcũ atq; Tullium, quæ in eodẽ literis notabãtur, pro tertio iocoſe iuſſit opifice Cicer incidere. Hęc ex ipſius cognomine apud hiſtoricos habita ſunt. In lucem editũ eum memorant nullo puerperii dolore, nulliſq; vteri materni anguſtiis tertio Cal. Ian. q̃ die nũc priores vrbis pro ſalute ſui principis hoſtiã; litatione publica vota ſuſcipiũt. Eius nutrici phãtaſma qddã viſum ferũt: atq; loquutũ: eam vniuerſæ Reip. igẽs cõmodũ alere. Q d quum vanũ quoddã ſomniũ videret: extẽplo ille ad ętatẽ erudiẽdi pfectus veꝝ fuiſſe portẽtũ oſtendit. Nã ingenio cæteros pueniens pueros, incredibile nomẽ adeptus. Vnde nõnulli ſuoꝝ ſodaliũ genitores ea pmoti fama ſcholas ad ludi pceptorẽ adibant: vt fas ipſis eſſet Ciceronẽ oculis intueri: fidẽq; acutiſſimi eius ingenii atq; diſciplinę captare. Alii ruſtici magis ſi doctimagis ira cũde ſuos obiurgabãt liberos: quum honoris loco eos aſpicerent per vrbis vicos Ciceronẽ mediũ intra ſeſe tenere. Natus ergo tali ingenio Cicero quale fingit Plato artium liberalium capaciſſimum, ad nullum literaꝝ genus ineptus, ad poeticã fluxit promptior. Eius adhuc pueri, paruũ licet, ſeruaẽ opus Pontinus Glaucus terrametro verſu conditũ. Procedẽte deinde ætate adeo ornatus ſe is curis inſeruit: vt nõ ſolũ orator, ſed Romanoꝝ oĩum poeta optimus iudicaꝰ ſit. Veꝝ rhetoricæ gloria ipſi nunc vſq; ſeruaẽ: quũ in dicendi pceptis & eloquẽtiæ copia eius inſtitutio nõ paꝝ elexerit. Poetica autẽ qm̃ ſuperaret nõnulli clariſſimi ingenii viri, qui excellẽtiſſime in ea floruerũt, oĩno obſcura & ignobilis periit. Puerili cõſuetudine acta, Philonẽ academicũ quẽ Romani inter primos Clitomachi cõſuetos ob ipſius eruditionẽ egregiã celebrarũt: & ob humanitatẽ iucũdiſſimã enixe coluerũt: cõueniebat: tũ pariter ordinis ſenatorii populares ac optimates eos viros: qui conſuetudine Mutii fruebant: a qbus inſtitutis legibuſq; vrbis inſtructus eſt. Bello Marſico ſub Sylla tẽpus quoddã ſtipẽdia egit: ſed mox aĩaduertẽs ciuiũ ſuoꝝ ſeditiones ex qbus rẽp. victã in monarchiã ruiturã nouerat, ad quietũ otiũ ſeſe cõtulit. His ſimul curis eruditos quoſdã græcos viros priuati adhibuit cũ qbus vna erat: nec prius hũc viuẽdi morẽ dimiſit: q̃ victor Sylla fuiſſet: & in ſtatũ quẽdã vrbs rediiſſe videret. Sub hac tẽpeſtate Chryſogonus libertus ſub haſta Syllę bona cuiſdã, q ex pſcriptione ceſus videbaꝰ, duobꝰ milibus drachmaꝝ emit, qd quũ Roſcius filius & defuncti hæres grauiter ferret: & ducẽtoꝝ & quinq̃gita talentoꝝ eadẽ eſſe pbaſſet: redargutus Sylla ęgrecꝫ cõmotus ſubornato accuſatore Chryſogono parricidii Roſciũ poſtulauit. aderat nemo qui defenderet Roſcium: auertebãturq; oẽs: quiſq; Syllę odium timẽs. Nudus ergo patrocinio Roſcius ad Ciceronem cõfugit. Beniuoli tũc oẽs ad ſuſcipiẽdã hanc cauſam hortabantur: velut alias nihil aptius nihilq; commodius ad primũ ſplendorẽ ſui nominis eſſet inuenturus. Suſcepto itaq; Roſcii patrocinio, victoriam cũ ſumma laude nactus eſt. Veꝝ Syllam tantiſper extimeſcẽs in græciam profiſcitur: vulgo ſi mulans ꝙ ad rem curandã malæ valetudinis, vrbẽ egredi cõpelleret: & quippe ſtomachi eruditate, viribus exiguis fuit, & macilẽtus: parciſſimo cibo, eoq; plerũq; viſcoſo, in horam etiã productorẽ vſus eſt. Vox ipſius multa ac bona ſed aſpera ac incõpta. quũ eius ſermo vehemẽtiam aut affectũ haberet: ea ad ſuperiores expulſa tonos præbebat vt pręcordiis timeret. Athenas vt attigit, inuentione ſimul & mira linguæ ſuauitate Antiochi Aſcalonitę allectus, eius auditor fuit: licet ea quę ille circa pręcepta nouiter agitabat haud pbaret, Iam enim nouã academiam exierat Antiochus: & Carneadis ſectã reliquerat: pmotus, ſiue actibus, ſiue ſenſibus, aut (vt quidã tradunt) ambitione: vel diſſenſione quadã aduerſus Clitomachi atq; Philõis ſectatores. mutatus enim Antiochus Stoicam rationẽ aſſerebat ĩ plurimis. Sed & Ciceroni placebant illa: illiſq; plurimũ hærebat: magis ẽt meditatus, ſi oĩno a publicis negotiis eiiceret, huc ex vrbe ac foro tranſlatus, in gero philoſophiæ otio viuere. Poſt hæc quũ exercitatus gymnaſiis, & iam ad valetudinẽ lætam deueniſſet: vocemq; & auditui ſuaue, & ad habitũ corporis accomodatã ſatis effeciſſet: & firma mors Syllæ ſibi nuntiata eſt. igit quũ adeſſent ab vrbe beniuolorum ſuoꝝ literæ: quæ eum ad inuenda negotia Reip. excitabant: prætereа quum ipſum idẽ admoneret Antiochus: item; velut organũ quoddã oratorias artes, qbus potẽtiã Reip. agitaret, ppolire magnope curauit. Tantiſper ergo nauigat: primũq; apud Aſiam claroꝝ oratoꝝ Xenoclis Adramãtini, Dionyſiiq; Magneſii, & †Menippi Carii conſuetudine vſus eſt. Deinde Apud Rhodiũ ad Appolloniũ Molonis clariſſimũ oratorẽ, & Poſidoniũ illũ ſtrem philoſophũ ſe contulit. Hic traditur Appolloniũ, quũ latinæ linguæ experteſſet, rogaſſe Ciceronem vt græce declamaret: quod Cicero, quaſi exiſtimaret hinc emendatio fieri, libens complexus eſt. Quũ itaq; declamauiſſet: cæteri in ſtuporem adducti de laudibus Ciceronis intra ſeſe certabant: ſed Appolloniũ ferunt iã primũ ex admiratione ingenti in tantã mentis confuſionẽ prolapſum: vt illũ orantẽ nec intelligere poſſet & facto dicẽdi fine ſecum meditantem per multã horã

Ciceronis editio & natalis. Portentũ

Cicero. Poeta.

Philo Academicus.

Ciceronis Valetudo. Victus. Vox.

†Metripi.

Cicero græce declamauit.

tacitum sedisse. Inde vero prumpente Cicerone silentiũ dixisse memorãt: Te nẽpe Cicero & laudo & admiror: sed græcoꝝ fortunę me miseret: quũ videã eruditionẽ & eloquẽtiã, quæ sola bonoꝝ nobis relicta erant, per te Romã accessisse. Cicero igitur spe plenus ad curas Reipub. pronus ferebat: ni eius impetus diuino quodã oraculo retardatus obtususq; esset. Nã quũ Delphis rogasset Apollinẽ: quid acturus gloria splendidissimus posset fieri: responsum tulit: vt naturã suæ vitę ducẽ, non multoꝝ opinionẽ ageret. quãobrem hoꝝ memor primũ reditus sui tẽpus consulto dixit: pigreq; publicis dignitatibus velut eas quodãmodo in contemptũ haberet, ingerebãtur: græcũ & scholasticũ se audięs appellari: quę verba in ore rudiũ opificũ de eo crebro facileq; diuulgabãt. honoꝝ tñ desiderio quũ natura flagraret: a genitore simul amicisq; omnibus incitatus forensibus causis sese obtulit, in quibus non paulati ad summa puenit: sed extẽplo gloria clarus emicuit: nõ paꝝ a cęteris differens: qui tum in foro obuersarentur. Fertur & hũc primũ in pnuntiatione non minus q̃ Demosthenem laborasse: vnde omni cura & Roscii comici, & Æsopũ tragœdũ obseruasse tradit. Hũc Æsopũ memorãt quũ in theatro aliqñ repræsentassent Atreũ cõsultantẽ de supplicio Thyestis: ex intẽti dolore mẽtis impotẽ quẽdã ex ministris q̃ ipse | non obseruato tẽpore | celerius aduentasset: scripto pcussisse, interfecisseq;. Nõ parua deinde licẽtia psuasionis ex pronũtiatione Ciceroni fuit. Aduersus oratores magno clamore vti solitos, hoc schemate vsus est: q̃ penuria vitium in clamores, veluti claudi ex debilitate mẽbrorũ equis insiliũt. Eius ingenii agilitas in eisdẽ schematibus iocisq; primo facetum dulcẽq; eũ præstitit: inde nimis insolẽter his vtens plęrosq; acriter offendit: & in opinionẽ astus ac versutiæ ea vrbanitas versa est. Quęstor p fumẽtaria designatus, sortitusq; Siciliã i missiõe frumẽti, quã apud vrbẽ agere coactus erat, plęrisq; siculis molestus grauisq; primũ fuit: sed mox quũ eius integritatẽ beniuolentiã ac hũanitatẽ experti forẽt: eũ veluti neminẽ ex aliis ducibus suis honore summo dignati sunt. Sub idẽ tẽpus nõnulli ex insigni Romanorũ iuuentute claris parẽtibus nati, rei ad p̃torẽ Sicilię reiecti sunt: q̃ in militia molles: q̃q; m ale seruassent aciẽ: qui quũ vocarenẽ ad iudiciũ: patrociniũ sui operã præbuit his Cicero: votoq; potitus est. Igitur iis magis elatus Romã rediẽs in ridiculũ quoddã incidit. In Cãpania enĩ quũ viro cuidam claro, quẽ sibi beniuolum putabat, obuiã fuisset: eũ rogitat: quæ ratio de rebus a se gestis Romæ haberetur: & quid ciues de se sentirent: veluti qui factorum suoꝝ gloria totam vrbẽ impleuisset. Sed ad hęc ille: Vbi inquit, Cicero tẽpus hoc egisti! Tunc vero perterrefactus Cicero est: q̃ in vrbẽ, tanq̃ in vastũ pelagus sermo reꝝ a se gestaꝝ ingressus nihil ad splẽdorẽ nominis sui attulisset. Vnde post hac eadẽ secum reputans non parum ab honoris cupiditate repressus est, velut ad infinitũ & inaccessibilem quẽdam terminũ pro gloria sibi certãdum foret. Sed nihilominus laudũ suaꝝ lætitia & vrgentissimus noꝝ illustrãdi in omne tp̃s perseuerauit: sæpiusq; in ea re ita immoderatus fuit: vt derecta sua tõne plęrosq; terreret. Quãobrẽ enixius ad tẽpu. versus est: in qua cura quũ turpe existimaret opificęs, qui instrumẽta ac vasa inanimata tractarẽt, nullius ciuis siue nomẽ, siue villas, siue substãtiam ignorare: eum vero, per. quẽ ciuiles actiones. agẽdæ essent, eorũdẽ insciũ eẽ ac negligentem: soller tẽ operam his impẽdit: vnde non solum appellationes ciuium sibi domesticas fecit: verũ loca vbi quisq; ex notis ac familiaribus suis diuerteret, quos possideret fundos, quorum amicitia frueretur, quosq; vicinos haberet optime didicit. Quare facillimũ ipsi fuit omnẽ Italiam peruaganti vicinorum suorum agros ac diuersoria dicere: monstrareq;. Substantiã paruam licet, sed sumptibus suis quum satis concinnã haberet: admiratiõi est habitus: q̃ neq; mercedes, neq; nũmorũ quicq̃ i actionibus forensibus caperet: tũq; maxime quũ Siculoꝝ causam egit in Verrem. Hunc Verrem, q̃ quũ Siciliæ prætor esset plurima infanda per insulam omnem perperrasset, absq; iure dicendo conuicit: nouum ipse cõmẽtus iudicii genus. ob gratiã enĩ Verris quũ iudices ambagibus suis in vltimũ diem dictionẽ causæ ptraxissent: q̃ manifestũ foret ad eã dicendã id nõ sufficere tp̃s: sic quoq; illũ integrũ habituꝝ stans Cicero, nõ orationibus ingt opus est: sed pductis in mediũ testibus: pbatisq; iussit iudices sniam ferre. Memorãtur multa iocosa in hac cã obrigisse. Verrẽ Romani suem i excisum vocant. Libertinus quidã Cęcilius noie, qui cũ Iudæoꝝ cultu sentire ferebatur, quicquã Verrẽ criminari studẽs per medios Siculos locũ sibi quęrebat ad iudices. Circa tribunal astabant illi suæ causæ solliciti: quare quũ id pspiceret Cicero, versus, quid Iudęo cõe est, inquit, cum Verre! Erat Verri filius: qui notã tulerat formæ suæ minus liberaliter pstitutæ: quũq; itaq; Cicero contumeliose a Verre molliciei argueret: cũ filiis domi intus, inquit: tractãda sunt. Orator Hortensius rẽte defendere Verrẽ non ausus: quo tãdẽ mulctæ interesset mercedis loco Sphinga tulit eburnea. Cõgruũ ergo huic muneri a Cicerone scõma pertulit. Nã quũ ille forte dixisset se ad hæc anigmata soluẽda inexptũ esse: Atqui miꝝ: quũ teneas domi Sphinga. Sic ergo dãnatus Verres est Ciceronis iussu septingẽtis & quinquaginta milibus sestertiis. Ob qđ Cicero nõ expers calũniæ fuit: q̃ largitiõe corruptus eã mulctã tã parui existimasset: nihil tamẽ minus gras sibi egerũt Siculi: & eo ẽdili multa sibi ex insula miserũt tulerũtq; quoꝝ in rem suã nihil ipse cõuertit: sed tantũ eorũ liberalitate abusus est quantũ faciliori sumptu apud forũ res vænalis exponeret. Possedit Arpini villam & qdẽ amœnã: agrũq; iuxta Neapolim: itẽq; fundũ in Põpeianis: nec hos lõge amplos. Ex dotib? Te-

Cicero Delphicũ Apollinẽ cõsulit qd acturus gloria splẽdidissim? fieri posset.

Æsopus.

Verris condẽnatio.

Sphix horrẽdo data.

Ciceronis diuitiæ.

rentiæ vxoris ſuę centũ milibus ſeſtertiis auctus eſt. Hæreditatẽ pręterea quãdã denarioꝝ nonagin
ta miliũ his accumulauit: quibus oĩbus liberalẽ ſimul atq; honeſtã vitã cũ his grȩcis ac ciuibus ſuis
agebat: quos eadẽ ſtudioꝝ & deſideria ſibi copulauerãt. Aliquãdo, perraro licet, ante occaſum ſolis in
cubiculum ſe recipere ſolitus eſt: non tã vacationis cã, q̃ mala ſtomachi valetudine. Circa cæteras
corpis curas ſolers ac moroſior habitus ẽ: vnde fricationibus, & circũuagatione nũeratoꝝ paſſuũ
vti ſolitus eſt. His rudimẽtis ipſe ſui corporis habitũ ita roborauit: vt ad multa magnaq; certami
na ſe validum reddidiſſet, Domũ quã e patrocinio habuit, fratri cõceſſit. Ipſe iuxta palatiũ habita
uit: ne qui eũ ſalutatũ irẽt longitudine viȩ grauarenẽ. Quotquot enim diebus nõ pauciores limẽ
eius adibant: q̃ ii qui ex diuitiis Craſſum ſalutabãt: ſeu ex potentia militari Pompeiũ: qui duo tum
Cicer. cult⁹ & honores. omniũ erãt maximi: & in admiratione cũctoꝝ ciuiũ habebanẽ. Atq; ipſe Põpeius Ciceronẽ ſa
lutatũ ibat. Nãq; ad ipſius potentiã, atq; gloriam, publica Ciceronis adminiſtratio nõ parũ auxi
lii tulit. Quũ præturæ multi ac maximę dignitatis viri Cicerõi competitores eſſẽt: ipſe lõge oĩbus
prælatis prętor deſignatus eſt. Neq; in eo magiſtratu parũ ſplẽdidũ atq; integrũ nomẽ geſſit: quip
pe Lycinius Macer vir & potẽtia ſua & fauoribus Craſſi validus, reus peculatus apud Ciceronem
Licinius Macer. actus eſt. His ergo ſtudiis magnitudinis ſuæ fiſus, & ſimul iudicibus, quos inter ſe diſſentire cõpere
rat, domũ ſe recepit: & cõfeſtim mentũ abradit: atq; velut ſupior in cauſa euaſiſſet, nitida ſtola ami
ctus redit in foꝝ. Inter hoc apud prioriũ occurrit ei Craſſus a cui nũtiat: vt ille oĩbus ſententiis iudicũ
dãnatus eẽt: quo accepto Licinius ingẽti dolore oppreſſus occubuit rediẽs: moxq; ægra nece cõſum
ptus. Quãobrẽ per totã vrbẽ hic rumor delatus diligentiã ac integritatẽ Ciceronis in iudiciis recte
ſeruandis paſſim effudit. In qua re nec illud ẽt fruſtra. Vatinius, qui guttur maſculoſum habebat,
in patrociniis ſuis aſperi quodãmodo fuit ingenii: prȩterea nec vilipẽſionis aduerſus iudices parcus:
igit quũ hic aliq; poſtulaſſet a Cicerone: necilit Cicero cõceſſiſſet: ſed p morã illa ſecũ voluitaret: di
xiſſetq; ille: nequaq̃ ego de his ambigerẽ Cicero ſi prętor eſſem: ad eũ Cicero, atq; Vatini, reſpõdit,
tale gutẽ ego nõ habeo. Eodẽ in magiſtratu quũ Ciceroni bina aut amplius tertia dies ſupeſſet: qdã
Manilii repetundaꝝ reum apud Ciceronẽ poſtulauit. hic Manilius plebis aĩos ſibi cõciliauerat: q
ob Põpeiũ accuſari creditus eſt. erat enĩ Põpeio amicitia iunctus. Quũ igit Manilius ad dicẽdã cãm
Manilius repetũdarũ reus apud Ciceronẽ poſtulatus. legitimũ diem tẽpus expoſceret: eã vnicã diẽ q̃ adminiſtrationi ſuæ ſuperat Cicero pſtitit: q̃propter
quũ id grauiſſimũ plebi eſſe (nã mos erat prioꝝ reis nõ pauciores decẽ diebus dicere) Tribũi apud
ſeſe obnoxiũ Ciceronẽ citant. Tũ Cicero vt ſe audirent depcatus, oĩbus in gt reis quãtũ mihi a le
gibus pmiſſum eſt ſemp humanus clemẽſq; fui: vnde turpe exiſtimarẽ eadem q̃ cęteris, Manilio nõ
prębuiſſe: cuius diei poteſtatẽ ptor habui eã ſerio manilio dixi. Ad alium quippe prætorẽ cauſam
reiicere, viri nõ eſt, q̃ ſtudeat reo opitulari. His ergo dictis mig in modum mutauit animos plebis.
Tribuni plurimas gras quũ egiſſent: eũ rogãt patronus Manilii defenſionẽ vt aſſumeret. qđ Cice
ro nõnihil etiã ob abſentẽ Põpeiũ grate ſuſcepit: ex quo patres miſſos agẽs, enixe plebẽ aſſeruit: ad
uerſus paucos eos ciues: apud quos reꝝ ſumma vertebat: qui inuidia Põpei ætuabãt. Ad cõſulatũ
tũ non minus ab his optimis, q̃ ab omni plebe ſublatus eſt: ob diſcrimẽ ingẽs: quod hinc iminere
Reip. cõpererãt. Quũ enim res vrbis, quę ſub Sylla mutatæ fuerãt, primo deſperarenẽ vt pditę: de
inde partim cõſuetudine, partim lapſu tẽporis quãdã formã ſtatus aſſumpſiſſe viderẽtur: fuere, qui
nõ publico cõmodo, ſed priuatis affectibus ea ſubuertere molirenẽ. Põpeius tũ apud Pontũ & Ar
menios exercitũ ductabat: vnde Romæ ad tumultus ſedãdos copiæ ferme nullæ. Hi principẽ ſui fa
Catilinę fa cinoris habebant viȩ audacia ſumma, magnis inhiantẽ, moribus varium. L. Catilinã: qui præter
cętera nefanda ſcelera, quibus obuolutus erat, hactenus infamiã crimẽq; tulerat, q̃ filię virgini cõ
miſcuiſſet: & cæde fratrẽ oppreſſiſſet. cuius rei iudiciũ timẽs, Syllæ ſuaſit: vt eũ velut adhuc viuentẽ
proſcriptoꝝ numero adiiceret. Hunc igit ducẽ quũ ſceleſti ſibi cõparaſſent: & aliis fidẽ inter ſeſe fir
mant: & guſtu carniũ viri a ſe mactati. Ab eo plæraq; vrbis iuuẽtus corrupta erat: cuiq; enim volu
ptates potus, mulieꝝ libidines, Præterea ad oẽm luxũ aliunde ſumptus ſuggerebat. Ad rebellionẽ
Hetruria oĩs, & plæraq; pars Galliæ Ciſalpinæ inclinabat. Erat & vrbs ob varias acinæquales for
tunas, rebus innouandis lubrica. Nã hi clari dignitatibus, ac põpa in theatris, in cõuiuiis, in volu
terga dare: seq; esse omnino ab hostibus superatum: quanta maxima celeritate potuit, fugam arripuit: octo nauibus tantum sequutis viri vestigia: quæ solæ ex tanta copia vix euadere potuerũt: reliquæ vero omnes in eo certamine periere: præter septuaginta: quæ sunt vna cum milite ac remige a Demetrio captæ. Deinde quũ ventum esset ad portum: vbi ingens erat pecuniæ; machinarumq; copia: quę in nauibus onerariis seruabantur: tum magna quoq; sodalium mulierũq; turba expectantium fortasse victoris arbitrium: extẽplo nemine aduersante, in Demetrii potestatẽ cuncta venerunt. Inter hęc Lamiam mulierẽ sua tempestate famosam fuisse tradunt: quę præclare tibiis ceciniſſe dicitur. Hęc primo canendi modulandiq; suauitate gratiam sibi apud homines comparauit: deinde quum se ad amores amatorios contulisset: celebre est nomẽ & famam pulchritudinis apud omnes gentes adepta. Eo vero tempore etsi pristinę dignitatis florem, quia iã annis matura erat: abiecisse videretur: tamen venustate & mansuetudine quadam adeo sibi hoies cõciliabat: vt supra omnes alias mulieres chara esset Demetrio: & ab illis etiam mulieribus, quas gratia anteibat, non mediocriter amaretur. Post hanc nauale pugnam Menelaus iam viribus suis diffidens, quum cedere victori necessarium esse putaret: Salaminam primo: naues deinde copiasq; terrestres quascũq; habebat, Demetrio dedit. Fuerunt autem hæ: mille & .cc. equites: peditum .xii. milia. Hãc victoriam p seipsam clarã atq; illustrẽ clariorẽ illustriorẽq; fecit sua pietate & liberalitate Demetrius. corpa eni hostiũ defunctoꝝ magnifice sepeliri iussit: & captiuos sine ꝓtio vllo dimitti. armaturas isuper inter gras totumq; coruus tegentes ducentas supra mille dono Athenienſibus misit. Post hæc Aristodemum Milesium ad se vocatum, quanta maxima celeritate possit ad Antigonum partem accedere iussit: eiq; referre hanc amplissimam victoriam partam & spolia adepta: ac omnia demum quę fuerunt post fugam hostium prospere feliciterq; sequuta. Is quũ adulationũ quibus regiæ domus abũdare solent, optimus esset fabricator atq; magister: nunc ex his rebus blandiendi occasionem nactus, rem inuenit qua in antigonum vteretur maxima adulatione referram. Nam quum e Cypro decedens prope eum locum veniſſet: vbi versabatur Antigonus: iactis ancoris, pcul a litore nauim consistere & nautas omnis quietem ac silentium agere iussit: ipse deinde scapham conscendens, cõctis aliis qui secum venerant in naui relictis, solus continenti applicuit. Erat eo tempore Antigonus in magna sollicitudine constitutus: q; expectabat (vt par erat) incredibili cura eius pugnæ euentum quę iam fuerat apud Salaminam commissa: cupiebatq; vehementer audire: quam fortunam Demetrius filus habuisset: quum sibi allatum est veniſſe tunc: iamq; prope adesse Aristodemũ Milesium: nuntium a Demetrio missum. Subita re perculsus Antigonus, quum vix seipsum domi continuisset, extemplo alios atq; alios obuiam Aristodemo mittit: qui cognitis omnibus quæ ille afferebat, summa cum celeritate ad se reuertantur. Is autem quum nil per contantibus respõderet: tum talento gradu tacitusq; veniret: magis q̃ vnq̃ antea perturbauit Antigonum: atq; incredibili vrgente animũ cura, quum se amplius continere non posset, vsq; ad fores citato gradu obuiã Milesio accessit. Ille vero stipatus frequenti hominum turba, quę vndiq; rei nouitate commota ad regiam confluxerat, vt prope Antigonũ venit, porrigens dexteram alta voce exclamauit: Salue rex Antigone: pugna nauali regem vicimus Ptolemæum & Cyprum tenemus: & militũ captiuoꝝ sex supra decem milia & octingentos in manibus nostris habemus. Exhilaratus Antigonus: Et tu per Iouem inquit, salue. Sic autem nos torquere voluisti Milesiæ? par profecto referam pari: sero enim præmium reportabis. Multitudo præterea quę ingens ibi conuenerat hoc nuntio percepto: tum primum Antigonum & Demetrium Reges magnis clamoribus vocitauit: & Antigonum familiares sui insignibus regiis extemplo ornarunt: & Demetrium pater diademate misso Regem per epistolam appellauit. Hæc quum essent frequenti fama in ægyptũ perlata: ii qui circa Ptolemæũ erãt, ne crederetur ob recentem cladem susceptam esse vehemẽter debilem mãcũq; factum Ptolemęi statum, horum vestigia sequuti Ptolemæum quoq; regem salutarunt vocitaruntq;. Hoc igitur pacto Alexandri successores hinc inde distrahebantur: alter alterius titulo; æmulatione commotus. Nã & Lysimachus tum primũ diadema ferre incœpit: & Seleucus in cõspectu quoq; græcorum, si quã do eorum audiebat legatos, iis regiis insignibus vtebatur: quũ antea coram barbaris tantum gestare solitus esset. Verum Cassander quum alii aut literis aut voce eum appellarent regem: solus pene fuisse apparet: qui hac inani appellatione neglecta pristinum morem seruauerit. Hæc igitur nõ modo nomine & habitum horum principum permutarunt: sed eos quoq; in tãtam elationem ac insolentiam extulerunt: vt quemadmodum tragici histriones vocem & incessum simul cum veste, sic illi vitam & mores vna cum habitu mutasse viderentur. Nã & in regendis populis grauiores superioresq; facti, non modo violentia pro iustitia vtebantur: verũetiam fastum quendam prę se ferebant: pristinæ humanitatis obliti: qua antea fiebat: vt populi quietiori animo seruitutẽ perferẽt. Tantum igitur valuit vna adulatoris vox: vt hunc tam grauem morbũ tãq; pernicioſam pestẽ, qua ii reges laborabant, p vniuersum prope sparserit orbem. Hęc quum ita essent: Antigonus elatus ob res circa Cyprũ feliciter gestas, rursus tot copias terra mariq; aduersus Ptolemæũ parabat vt apperet: eũ maius q̃ vnq̃ antea agitare i aio bellũ. Itaq; extẽplo oĩbus cõparatis, nõ vltra differ-

Lamia mulier formosa & tibicina.

Menelai copiæ Demetrio tributę

Demetrii mira liberalitas.

Aristodemus legat⁹ de victoria ꝓpta ad Antigonum.

Lysimachꝰ

Cassander.

re profectionē constituens, terrestres copias sibi assumit: maritimas Demetrio concedit: eumq; iubet prope eam terrā per quā ipse ductabat exercitū, nauigare. Verū hę res tanto studio diligentiaq; paratæ qualem exitum habituræ essent. Medium quendam Antigoni familiarē vidisse per somniū tradunt. Visum enim sibi aiūt Demetrium in curriculo cum omni exercitu decertantem primū magna celeritate & vehemēti contentione certamen inire: paulo vero postea sensim pedetentimq; deficere: demum in ipsius cursus flexu, adeo debilē infirmumq; factum: vt spiritum recreare vix posse videretur. Sequutum est igitur postea: vt Antigonus terrestres copias ducens multa pericula incōmodaq; subiret: & Demetrius magna tempestate iactatus multis amissis nauibus in loca īportuosa compelleret: atq; ambo post multas calamitates susceptas vix dissipatum terra mariq; exercitū domum reducerent. Erat ea tempestate Antigonus annos paulominus q̄ octoginta natus: q; quū ad militiam gerendam magnitudine & mole corporis magis q̄ senectute esset iam grauis & inutilis factus: in maximis rebus gerendis filio Demetrio vtebat excellēti ingenio viro: duceq; iā sua felicitate & prudēcia claro. Eius intemperantiam, quā accusabant omnes, equiori animo fortasse q̄ decuit tolerabat. Ille vero vigente pace nunc circa potus atq; conuiuia, nūc circa amores & omnis generis voluptates, magna cum impudentia versabat. At quum bella gerenda erant omnibus delitiis voluptatibusq; posthabitis, sic moderabatur ingeniū suum: vt mores simul cum fortuna rerum mutasse videretur. Quum aliquando Demetrius ex quadam expeditione domum reuersus, subito ad patrem accurrens, eum hilari vultu oscularetur: dixisse Antigonum aiunt: Lamiam o filii obsculari videris. eo enim tēpore iam diuulgatum erat: Demetrium Lamiæ amore vehemēter ardere. Rursus Demetrius quum multos dies dedisset operā potuisse deinde præsente Antigono quereretur: se molesto rheumate esse correptū: Audiuimus inquit Antigonus. Sed illud quæso thassiū ne an chiū rheuma fuit? Quodā in sup die quū ægrotāte Demetrio ad eum visendū accessissem. Antigonus: formosum puer; prope ostiū eius offendit: ingressus deinde thalamū, manuq; illius apprehensa, quū venā tetigisset: febris inqt Demetrius vt mihi videtur pauloante discessit. Certe inquit Antigonus: puerq; enim nup abeuntē ppe ostium tuum offendi. Hæc igitur vitia in otioso Demetrio, quum ingentes virtutes in rebus gerendis æquarent, molesto animo tolerasse Antigonū crediderunt: sed quēadmodū Scythæ quū magnopere sē indulsisse potui cernunt, arcuū chordas pulsare consueuerant: vt dissolutū voluptatibus animū ad pristinā cōtinentiā reuocēt: sic Demetrius quū nūc in otio voluptatū arbitrio se totum permitteret: nūc in apparatu belli oīum delitiarum oblitus strenuā operā nauaret: adeo varietati rerū accōmodabat ingeniū suū: vt laborē atq; mollitiē, duo cōtraria maxime inter se pugnātia, supra naturę modū iūxisse videret. Verū etsi in gerēdo bello dux egregius eēt atq; præclarus: tū in classibus, machinis, copiisq; parandis longe pstantior habebatur. Itaq; cum expeditionem aliquā sibi parandā esse cernebat: data opera ut ingens materię copia sibi adesset, circa naues machinasq; fabricandas incredibile arte atq; studio versabatur. Magni igitur animi vir non ad inanes puerilesq; exercitationes ingenii suū cōuerterat: sicuti plærique reges: quoru alii tibiis, alii picturæ, nōnulli torno dediti, in seruilibus officiis ętatem agunt. Etenim Æropū Macedonē lucernas abacosq; perparuos, quū in otio versabat, fabricare solitū tradūt: & Attalū illum qui est Philomater dictus, non modo hyoscyamū & helleboru, sed etiā cicutam & acōitum aliasq; permultas venenosas hærbas species sępius plantasse aiunt: & summū studiū curam q; posuisse: vt earū fructus in tempore legerentur. Parthorum quoq; reges in telorū cuspidibus acuēdis non delectari solum, sed gloriari etiam solent. Demetrius vero quū machinis instrumētisq; bellicis delectaretur vehementer: adeo in his conficiendis ingenio & arte valebat: adeoq; illius opera rā parua q̄ magna in suo genere pclara atq; magnifica erant: vt nō mō sumptu, sed etiam māu regia digna viderentur. Vnde illud est non minus vere q̄ eleganter dictum: Demetrii opera magnitudine sua etiam amicis stuporem: pulchritudine vero etiam hostibus delectationem solita esse afferre. Atq; inter alia memoratu digna, & naues duas quarū altera xvi. remis, altera xv. remis erat ab eo confectas aiunt: & machinas onnullas miro ingenio pro expugnandis vrbibus fabricatas: quę quidem spectantibus hostibus incredibilem admirationē prębebāt. veluti Lysimacho euenisse tradunt: qui etsi supra omnes alios reges inimicus esset Demetrio: tamen quum ab illo Solos Cilicios obsidente petiisset: vt sibi liceret suas machinas nauesq; conspicere: atq; deinde benigne concedē te Demetrio: omnia opera conspexisset: adeo stupefactum admiratumq; aiunt & magnitudinē & pulchritudinem machinarum: vt sibi visę sint: non humano, sed diuino quodam ingenio fabricatæ. Rhodii quoq; quum a Demetrio essent multo tempore obsidionem perpessi: soluto deinde bello, eum rogarunt: vt aliquas machinas sibi relinqueret: quasi quoddā suę virtutis suiq; ingenii testimonium. Eodē etiā bello, in quo Rhodii simul erant cum Ptolemæo societate coniuncti: machinā quandam quā vrbium expugnatorem appellant: eorum mœnibus admouisse Demetrium aiūt: tali quidem figura atq; specie fabricatam. Habebat in primi quadratam sedē: cuius vnūquodq; latus inter se æquale, in latitudinem octo &. xl. in altitudinem sex &. lx. cubitorū extendebat: atq; a postrema basi vsq; ad verticē adeo gradatim extenuari videbatur: vt quum infima sedes lōge latior su-

Medii Antigōi familiaris somniū. Antigoni magna pericula. Demetrii mīte naues pp tēpestate amissę. Demetrii varietū ingeniū & īvoluptatibus & īnegotiis.

Scytharum mos.

Ærop⁹ Macedo. Attal⁹ Philomater. Parthorū reges.

Naues cōfectę a Demetrio.

Soli Cilicię ciuitas.

Machinā ingēs a Demetrio fabricata.

premo culmine esset: egregia quædam figura ex omni proportione seruata resultare videretur. Inrus præterea erant latebræ cauernæq; complures ad suscipiēdos milites accomodatę. Qua vero hostes spectabat, frontem patefactam habebat: atq; vndiq; fenestellas tectas: qbus varia tela poterāt aduersus hostes sine vllo periculo iaci. Erat præterea secundum vnāquamq; speciē pugnæ bellacissimis viris referta: & quod supra omnia spectātibus admirationem prębebat, tanta facilitate mouebatur: vt quum strepirum maximum ederet, in vtram partē iclinaretur, conspici minime posset. Ad hoc prēterea bellum duo sunt ei ex Cypro thoraces allati: quoꝝ vterq;. xl. minarum erat. eorum robur quum vellet Zoilus fabricator ostendere: iussit aduersus illos. xxx. passum interuallo ex catapulta telum admitti: quo quidē facto, adeo firmiter vim teli sustinuerunt: vt nihil ibi relictum sit p̄ter lineam quandam: quæ non teli cuspide, sed penicillo potius confecta videbatur. Horum altero virum audacissimum ac robustissimum omnium, qui cum Demetrio erant, Alcimenum epiro// tam eo bello vsum fuisse tradunt: solūq; arma duorum talentorum gessisse: quum alii vnius dunta xat talenti armis vterentur: eumq; deinde Rhodi prope rheatrum vrbis fortiter dimicātem in medio ardore pugnę cecidisse. In eodē insuper bello constantet obsidionē tolerantibus Rhodiis: Demetrius frustra terendo tempus nulla re memorabili gesta quum honestā obeūdi occasionem quæreret. noua est iniuria lacessitus: qua aduersus Rhodios magis q̄ vnq̄ antea ira exarsit. Literas enim regiamq; supellectliem a coniuge Phila missam quum cepissent Rhodii: extēplo nulla suæ dignitatis ratione habita, ad regem Ptolemęum cuncta miserunt: minimeiu hoc Athenienſium humanitatem sequuti: qui Philippo Macedoniæ rege graue aduersus eos gerente bellum, quū tabellarios qui ad eum mittebantur literasq; cepissent: cunctis aliis epistolis lectis, solum Olympiadis coniugis literas integras atq; in tactas reliquerunt: easq; obsignatas eodem pacto quo erant: ad Philippum remiserunt. Vexq; paulo postea Demetrius summa sibi vlciscendi facultate oblata, parum memor cōtumeliq; nuper acceptę vt generosum virū decebat: magna liberalitate est in Rhodios vsus. Nam quum egregiam Ialysi figuram non omnino integra, mira tū arte a Prutogene Caunio depictam, & in quibusdam ędibus publicis extra mœnia vrbis locatam cepisset Demetrius: extēplo Rhodii præconem ad eū miserunt multis precibus supplicantes: vt huic præclaro operi pro sua ingenii clemenria parceret. quibus respondisse Demetriam tradunt: se antea permissurum parētis statuam destrui: q̄ talem tamq; egregium artis laborem iniuria vlla extingui. Erenim septē annos in hac figura pingenda consumpsisse Protogenem aiūt. Addunt præterea Appellem, quum ad eam visendam accessisset, adeo admiratum excellentiam operis: vt deficiente voce tacitus aliquādiu per stiterit: tandem dixisse: magnum laborem & admirabile opus gratias non habere: q̄ hoc atq; alia q̄ pinguntur ab illo vsq; ad astra ferant in cœloq; reponant. Hanc postea imaginem Romam delatam vna cum aliis ignis absumpsit. Sed Rhodiis fortiter sustinentibus bellum, quum Demetrius ab eundi occasionē quęreret: forte Athenienſiū legati ad eū venerūt rogatū: vt diuturna obsidiōe Rhodios liberaret, Quibus auditis, soluta statim obsidio est: ac Rhodii prēterq̄ aduersus Ptolemęum, an Antigono & demetrio in societatem recepti. Inter hæc Cassander per discessum Demetrii occasionem nactus: quū ad obsidendas Athenas magnis copiis accessisset: Athenięses ingenti celeritate certiorem Demetrium reddunt: quanto in periculo res eoꝝ sint: eūq; rogant: vt q̄ primum opem & auxilium obsesſę afferat vrbi. Quibus pceptis, Demetrius extemplo oībus rebus postposi tis, magno cū exercitu &. ccc. xxx. nauium classe aduersus Cassandrum profectus, die noctuq; non intermisso cursu, quum in Attică pueniſſet: non mō ex omni regione Cassandrum expulit: sed etiā susum fugatūq; vsq; Thermopylas est persequutus. Heracleamq; deinde sponte deditione facta, in potestatem recepit. Fuerunt etiam sex macedonum milia: qui hac victoria moti ad Demetriū perfugerunt Repetens deinde Athenas Demetrius omnibus grœcis qui intra Phylas versabātur libertis, atq; iis qui auxilium tulerant in societatē receptis: Phylim & Panactum, quæ quasi duo propugnacula Atticæ imminebant, validisq; fuerant a Cassandro munita p̄sidiis, celeriter oppressit: poq; Athenienſi restituit. His gestis Athenienſes etsi antea supra mores supraq; consuetudinem omnia tribuissent Demetrio: tñ nullum constituentes adulationi modum, ædem post Palladis templum ei in hospitium concesserunr: in qua vna cum virgine pura hospes versabatur impurus: patris vestigia nequā sequutus: q aliq̄n quum audisset Philippum filiū in quadā domo, vbi tres virgines morabantur, hospitio esse susceptū: non obiurgato filio, sed eo qui distribuendis hospitiis domibusq; perat ad se vocato, p̄sente Philippo sic inqt: Nōne ex tam parua tamq; angusta domo filium meum deducis? atq; hoc pacto filio pmutato, omnem occasionem inferendæ iniuriæ sustulit. Demetrius vero nulla deæ Palladis quam etiam sororem maiorem natu sibi asciuerat, tatiōe habita, tanta est turpitudine, dū in ea arce degebat, in mulieres vrbanas & adolescentes liberos vsus: vt tum maxime locus ille purus videretur: quum is solum cū Chryside & Lamia & Dime & Anticyra versabatur. Sed multa alia sunt: q̄ quū sine ignominia ac dedecore clarissimæ vrbis narrari non possint, sponte a nobis in p̄sentia omittuntur: Democlis rñ tēperantiā eximiā incredibilēq; virtutem, quia digna memoratu fuit, non visum est silentio prætērire. Is erat puer adhuc iberbis adeo

Thoraces duo mire fortitudis.

Alcimenus epirota.

Suppelex regia capta.

Protogenes cauni⁹.

Demetrii liberalitas in Rhodios.

Ialysi pictura nimiæ pulchritudis Rhodii in societatē recepti a Demetrio & Antigono.

Athenę obsessæ a Cassandro.

Classis Demetrii hñs. ccc. xxx. naues.

Cassander victꝰ fusus q̄ a Demetrio. Demetrius Heracleā in dedi tionem accepit.

Phylis. Panactus.

Democlis pueri pulchritudo & castitas miranda.

egregia atq; prestanti forma: vt ex pulchritudine sua nomen adeptus: pulcher Democles ab omnibus vocaretur. Hunc Demetrius quum neq; precibus neq; minis potuisset vnq; in desyderium sui perducere: semel occasionem temporis nactus, quo puer publicam palestrã ac gymnasium fugiẽs priuatum quoddam balneum intrauerat: eo confestim accedit: soluq; ingressus puerum inopinãtem aggreditur. Ille vero vt vidit sibi soli & puero talem vim iniuriamq; afferri: nullum aliud refugium habens, repente sublaro lebetis tegmine in feruentem balnei aquam se proiecit: atq; eo pacto morte voluntaria se a violentia & scelere Demetrii vindicauit: sua innocẽtia profecto indigna, patria vero & pulchritudine sua digna perpessus. Sed illud Celeneti neutiq; huic simile fuit: qui quum pater Cleomedon ob illatam sibi mulctam quinquaginta talẽta reip. deberet: literis a Demetrio acceptis: quibus a populo Athenienſi petebat, vt hanc mulctam Cleomedonti remitteret: non modo suam turpitudinẽ diuulgauit: sed maximam etiam in ciuitatem perturbationem induxit. Nam quũm Athenienses his receptis literis, Cleomedontemq; omni pœna liberato, decretũ tulissent: nemini ciuium licere epistolã a Demetrio posthac populo Athenienſi afferre: percepissentq; deinde grauiter ex hoc offensum esse Demetrium: exemplo pœnitentia ducti nõ modo decretum illud derogarunt: verum etiam eorum qui illius rei inuentores fuerant, aliis necatis, aliisin exilium pulsis, nouum tulerunt: quod fuit hoc pacto frequenti populo approbatum. Visum esse populo Athenienſi: vt quodcũq; rex Demetrius iuberet: hoc & apud deos sanctum, & apud homines iustum haberetur. Quum vero quidam vir bonus delirare Stratoclem dixisset talia ferentem decreta: ad hoc Demochares Spartiata, deliraret inquit Stratocles: nisi hoc pacto deliraret. multis enim suis ille adulatiõibus pfuit. Atq; statĩ de his accusatus Demochares, sine vlla mora ẽ exiliũ pulsus. Talis igit̃ erat Athenienſiũ viuẽdi modus eo'tpe sane: quo illi & tyrãni pfidia ex vrbe deducta & libertatẽ sibi restituta putabant. Inter hæc Demetrio in Peloponesum pfecto, quũ eius aduẽtũ nõ expectarẽt hostes: sed eo appropinquante fugam arriperent: vrbes sine vllo certamine tradebantur. Itaq; & litus quod Acteum vocant, & Argos, Sicyonemq;, tum Corinthum, atq; Arcadiam totam, præterq; Mantineam ingenti celeritate occupauit: ac iis qui præsidio erant traditis centum dũraxat talentis, sine vlla mora in libertatem restituit. Celebrantibus deinde festa Bacchi argiuis, non modo interesse: sed etiam pesse Demetrius voluit. Itaq; princeps certaminis factus vna cum aliis græcis lętitiam agens Deidamiam Pyrrhi sororem, ac Æaci regis Molossorum filiam coniugem duxit. Sicyonem inde profectus, quum persuasisset populo: vt ea vrbe relicta commodiorem prope eandem vrbem habitarent locum: extemplo nomine permutato, eum pro Sicyone appellari Demetriadem iussit. Post hæc in Isthmo communi concilio celebrato, populi qui ibi frequentes conuenerant, ducem græciæ vno consensu Demetrium appellarunt: veluti Alexandrum atq; Philippum antea vocitauerant. quibus ille fortasse se haud paulo meliorem existimauit regem. Nã quum ab Alexandro nemini vnq; sit regium nomen ereptum: neq; sibi ipsi tantum assumptum: vt se regẽ appellauerit Regũ: sed multis sint ab eo regna: nonnullis regiæ dignitates cõcessæ: Demetrii insolentiam quis nõ iure miretur: qui cunctis aliis neglectis, neminem præter se & antigonum patrem | appellabat Regem? Quinetiam eo cœtu vbi frequẽtes compotatores conuenerant, quum iisupra quos loci casa effundebatur merum, alii sese Demetrium Regem: alii elephantoq; principem dicerent: alii nunc Ptolemæum præfectum classis: nunc Lysimachum custodem gazæ: nunc Agathoclem insularum dominũ se esse assererent: gaudebat vehemẽter Demetrius: quum alii aliis nominibus vocarenẽ: se solum esse quem appellarent regem. Sed hæc quum ad eorum aures peruenissent: cunctis aliis hãc scurrilitatem veluti rem inanem deridentibus, solus Lysimachus erat: qui quũ eunuchi apud illos regię supellectilis curam habere solent: grauiter ferre videbatur: se gazæ custodẽ veluti eunuchum quendam vocitari. Augebat præterea hanc indignationem suam perpetua quædam inimicitia: qua semper Demetrio supra omnes alios fuit infestus. Quare in contumeliam eis obiiciens amorem Lamiæ, nunc primum a se visam dixit meretricem de scæna tragica exeuntem. Ad hoc Demetrius meretricem inquit Lamiam magis esse modestam: q̃ coniugem eis Penelopen. Post hæc Demetrius, quum reuerteret Athenas: pauloante epistolam Athenienſibus scripsit: qua ostendebat: sibi esse in animo quum illuc peruen issset: omnia eorum mysteria sine mora vlla percipere: atq; etiã ea quę suprema apud illos habẽtur, itueri. Hoc autem ea tempestate nefas ac scelestum erat: & ante illud tempus inauditum. Nam parua quidem mysteria mense nouembris, magna vero mense iunii celebrari solita erant: atq; inter hæc & illa quæ habentur suprema, quia magna cum reuerẽtia ea hominesintuentur, saltem vnius anni spatium itererat: neq; ea aditi ante illud tempus licebat. At vero lectis Demetrii literis, quum res inconsultationem veniſſet: vnus tantum Pythorus qui sacras tenebat tædas, ausus contrariam voluntati Demetrii sententiam dicere. Sed in tanta formidine vrbis parum valuit optimi atq; sanctissimi viri consilium: nam Stratocles cõfestim tulit decretum: vt mensis Ianuari, qui tunc præsens erat, nouember vocaretur: atq; eo pacto quasi legitimo tẽpore, parua primum mysteria ostenderunt Demetrio: post hæc rursus ianuarium, qui erat factus nouember, Iuniam vocitarunt: statimq; eidẽ magna mysteria, tum etiam ea quæ habenẽ sup-

Celenetus. Cleomedõ

Democharesin exiliũ pulsus.

Mantinea

Demetrius. Deidamiã æaci molossorũ regis filiã vxorem duxit.

Demetrias.

Demetrius dux græciæ olim cõsensu dictus.

Demetrii insolentia.

Mos Athenienſiũ circa mysteria.

Pythorus.

Ianuarius vocat⁹ nouember.

Ianuarius rursus iunius dictus.

ma, vt

ma, vt pcipere atq; intueri suo arbitrio posset permiserũt, Quare Philippides Stratoclem accusãs. Hic inquit integrum annũ in vnius mensis tps coegit. Et de hospitio Palladis a Demetrio polluto, Nemo inquit impurus in vrbis arcẽ susceptus sacrũ virginis domiciliũ scortis cõpotatoribusq; referit. Veꝝ quũ multa nefanda scelera essent in ea vrbe a Demetrio ppetrata: q̃ oẽm ciuitatẽ dolore mœstitiaq; repleuerãt: illud p̃cipue grauiter Athenienses offendit: q; quũ illi. ccl. talẽta magna celeritate iussu Demetrii cõgregata: ad eũ detulissent: confestim omne illud argẽtum Lamię ac cæteris scortis ad fucũ mũdũq; muliebrẽ dari Demetrius iussit. Nec tã detrimẽtũ atq; incõmodũ, q̃ rei turpitudo, qua rex dignitatẽ vrbis aspnari videbat: molestũ Athenienses fuit: q̃q̃ nonnulli sunt: qui hoc in Thessalos: non in Athenienses factũ fuisse dicãt. Lamia quoq; nõ contẽta Demetrii turpitudine, pter nefanda illius facinora & ipsa eo ipudẽtię venerat: vt a multis pro instruendo conuiuio regi, pecuniam extorserit: conuiuiumq; deinde & magnificẽtia apparatus, & epulaꝝ varietate adeo splẽdidũ celebrauerit: vt a Glyceo Samio mandatũ sit memoriæ literaꝝ. Quare comicoꝝ quidam perniciem ciuitatis Lamiam: Demetriũ vero quia sibi adesset Lamia, fabulam vocitabat. Hãc iam oẽs non modo coniuges, sed etiam pellices, quum viderent Demetrio eius amore præcipue deperire: pluraq; illius q̃ oium aliaꝝ gra agere: cõmuni quadam sententia oderant. Quũ vero aliq̃n legatis ad Lysimachũ missis, ille otiũ agens pugnam enarraret: qua olim ab Alexãdro rege coactus cũ ferocissimo leone cõmiserat: atq; cicatrices ostenderet ex vnguibus illius ferę in brachiis cruribusq; relictas: ridentes legati, & suũ quoq; regem dixerunt graues feræ Lamię morsus in collo gestare. Sed mirandum videt: Demetrium primo aspernatum coniugium Philæ, ob ętatem illius ad senectutẽ vergentẽ: vixq; a patre compulsum vt eã coniugem duceret: deinde amore iã senescẽtis Lamiæ superatum, tam diu tamq; effrenata mente mulierem artisse. At sane in conuiuio quodam canẽte tibiis Lamia, Demo quę vocabat Magnia, interrogata a Demetrio, Quid sibi Lamia videret: Anus inquit o Rex. Rursus quum secundæ afferebantur mẽsæ: Plura ait Demo a matre mea mittentur o Rex: si cubare cũ illa volueris. Memorię quoq; traditum est: quãdam sententiam quã Bocchoris iudicium vocant, hoc pacto redarguram fuisse a Lamia. Adolescenti cuidam in ægypto Theognidẽ amicam ardẽti, quum illa ab homine, quem sui amore irretitum videbat, multũ auri quottidie peteret: forte euenit: vt quũ adolescẽti visum in somnio esset cũ ea muliere versari, omnis illa cupiditas qua antea vexabatur extincta penitus fuerit. Q̃d quidem vbi animaduertit Theognides: ob libidinẽ eius expletã, mercedem petens ab illo quum sibi negaret, adolescentẽ in iudiciũ traxit. Audita hac cõtrouersia, Bocchores subito hoĩem iussit tantũ numerati auri quantũ illa petebat in vase quodam afferre: atq; deinde suis manibus spectante muliere, aurum hĩcinde versare. Debere enim censuit: quẽadmodum adolescens concupitę rei opinionem habuerat: sic mulierem exoptati auri vmbram imaginemq; referre. Hoc iudiciũ Bocchoris vt iniquũ atq; iniustũ ea rõne dãnasse Lamiã tradunt: quia quũ illud somnium adolescẽtis desyderium sustulisset: non tñ auri vmbra Theognidis cupiditatẽ restinxerat. Hęc igit de Lamia. Veꝝ fortunæ ac res gestæ huius quẽ describimus viri infeliciter post hanc psperitatem sequutæ, nostrã hanc historiam quasi de comica sęcna intragicã pmutarunt. Coniurãtibus enim aduersus Antigonum reliquis regibus, ac in vnum omnes suas redigentibus vires: magnitudine rei motus Demetrius e græcia discedens ad patrem Antigonum venit: vt cõmuni cõsilio de rõne ciminentis belli agitaret: quẽ quũ comperisset supra ætatem suam iam confectã canitie exercitũ parare: totumq; aio & mente ad bellum esse cõuersum: vehemẽtius q̃ antea stimulo patris adiuncto, belli gerẽdi cupiditate exarsit. Veꝝ Antigonũ oium Regũ eo tempore maximũ facile, potuisse credũt: & sibi & Demetrio filio primũ locũ, primãq; dignitatẽ seruare: si insolentiam suã moderari, supbiam vincere, & leniori vti voluisset imperio. Sed vir natura asper & secundis rebus elatus, quum nõ minus verbis q̃ re cunctis hominibus esset molestus: incredibile omnium gẽtium erga se odium concitauerat: & in pstenti bello omnes reges ad machinandam sibi quacũq; rõne pniciẽ intentos vehemẽtius exacuerat: quũ hæc conspiratione percepta se eos veluti aues, quæ legere semina solẽt, vno lapide atq; vno clamore perturbaturũ dixisset. Congregauerat iam Antigonus supra. lxx. peditum. x. equitum milia, elephantos. lxxv. quum ex altera parte hostes quatuor &. lx. milia peditum, equites quingentos supra. x. milia, elephãtos quadringentos, currus cẽrum viginti haberẽt. Hoc pacto copijs vtrinq; omni studio comparatis Antigonus quum prope hostium exercitum posuisset castra: cœpit variis curis ac perturbatiõibus angi. voluebat enĩ animo magnitudinẽ rei: & prope instantis prælij euentum: nec satis sciebat timendum ne sibi magis an sperandũ foret: quum vincendi consuetudo & opinio ex recenti prosperitate innata spem sibi ac fiduciam consequendæ victoriæ facerent: & ex altera parte ingenium viri multarum rerum experientia callens ac prope sciens cõditionẽ fortunæ: quæ crebris mutationibus gaudet, metum sibi sollicitudinemq; afferret. Itaq; quũ in aliis certaminibus solitus esset alta voce & superbis sermonibus vti: nunc mordendo aut aspernando hostem: nunc audaciam suam iactando: tunc quidem magna vt apparebat vrgente animum cura, quasi futuram calamitatem prospiceret, prẽter consuetudinem in assidua cogitatione ac silentio persistebat. Multa insuper alia ea tempestate facta ab

Demetrius ducẽra & Talẽta scortis dari iussit.

Lamię cõuiuium splendidissimum

Demo quę & Magnia.

Bocchoris iudicium. Theognides mulier.

Cõiuratio multoꝝ regum in Antigonum.

Exercit⁹ Antigõi cõtra reges habẽs lxx. peditũ &. x. eqtũ milia & elephãtos. lxxv. Exercit⁹ regũ cõtra antigonũ hũs peditũ: lxiiii eqtũ. x. milia supra gentos: elephãtos. cc. cc. & currus cxx.

Antigono tradunt: quæ antea fieri minime consueuerant. Nam & filium Demetrium, quasi iam de alia vita cogitaret, vniuerso spectante exercitu, successorem constituisse aiunt: eumq; deinde in tentorium adduxisse: arbitrisq; remotis multa secum esse loquutum, quod profecto non mediocrē admirationem cunctis militibus præbuit: quum raro antea aut nunq; pene cum illo sermones cō ferre aut cōmunicare arcana solitus esset: sed contentus iudicio suo quæ sibi videbant gereret: & q; bus vellet vteretur: & consilia agendarum rerū spretis aliorū sententiis secū ipse solus agitaret. Vnde memoriæ proditum est: Antigonum aliqñ a Demetrio adolescente rogatum quando reuersurus cum exercitu foret: turbato vultu, filio respōdisse: An times solus ne tubarum sonitum audire non possis? Sed ad hanc Antigoni curam nonnulla præterea eo tpe accesserant: quæ malam aduersāq; fortunam portendere videbantur. Nam Demetrio visum in somnio est se ab Alexandro splēdidis armis instructo interrogari: Quodnam signum ad futuram pugnā suis tesseramq; præberent: seq; Iouem respondisse atq; victoriam: tum Alexādrum dixisse, ad hostes & vestros discedam. Antigonum quoq; aiunt quum instructa phalange tentorio eēt egressus, offenso pede in os toto cum corpore corruisse: subleuatūq; deinde supplicibus manibus ad cœlū extēsis deos precatū esse: vt victoriā sibi, vel mortē potius q̄ turpem fugā pberēt. Atq; statim post hæc in aciem descendūt: signoq; vtrinq; dato plium ab omni parte cōferebat: atq; oium oculos animosq; occupabat certamē: quū Demetrius cū robustissimo agmine delectorum equitum, quos ipse ductabat, in Antiochum Seleuci filium impetum fecit: quem fusum fugatūq; certandi ardore & cupiditate vincendi vsq; adeo est persequutus: vt quū victoriam immoderate cōseq; vellet, eam oīno amiserit. Nam postea a perse quendo hoste reuersus: peditū agmen quo ipse suis equitibus rutabat, ab hostibus circūuēctum inuenit: nec iuuare illos potuit: nec in tempore subsidium ferre. Etenim dū ipse persequebatur Antiochum: interea q̄ppe Seleucū erant cernentes phalangem nudatam pīdio equitum anteq̄ eam aggrederentur, circūducere agmē cœperunt: & quasi inuadendi specie perterrere. Quo quidem facto magna pars quū se ab hostibus circunuentā & discessū Demetrii omni pīdio spoliatam videret: sponte sua ad hostē migrauit: reliqua vero quum impetū sustinere nō posset: in fugam versa. Atq; extemplo post hæc ingens hostium turba veluti procella quædam in Antigonum ferebatur: multiq; eum solum petebant: quū quidam ad eum conuersus, vix rogauit: vt salutem adipisceretur fuga. Isti enim inquit te petunt: consulas queso saluti tuę o Rex. Quid inquit Antigonus isti de me cogitant? Veniet Demetrius: & mihi auxilium feret. Sed in tanta celeritate frustra implorantē subsidium filii, quum vndiq; circunspiceret, Demetriū vocans, superuenientes interim hostes senē aggrediuntur: ac sepius repetitum cōfossumq; telis interimunt: cūctis amicis capessentibus fugam: p ter Thoracem latissęum: qui solus ppe mortui corpus pmansit. Hoc igit pacto finita pugna, reges qui simul conspirauerant, amplissimam victoriā consequuti, omne regnū Antigoni atq; Demetrii quasi vastum scindētes corpus, inter se partiunt. Demetrius vero quinq; peditū & quatuor equitū milibus, quāta maxima celeritate potuit fuga accepta, quū Ephesum pueniisset: suspitio fuit: ne vir ob recentem clade susceptā pecunia indigens, celebertimū illud templū inuaderet ac diriperet. At vero ipse etiā veritus ne tam scelestū facinus se inuito sui milites perpetrarent: confestim ex ea vrbe migrare constituit. Itaq; idoneam nactus tempestatem, milites equitesq; naues conscendere iubet: cursumq; suū versus græciam dirigit eo animo vt ante oīa pficiscat Athenas: quā quidem vrbē suis calamitatibus vnicū putabat esse refugium. Et enim ibi naues atq; pecunias vxoremq; Deidamiam reliquerat: sibiq; persuaserat inquacūq; fortuna sua, etiam si cætera deessent, nunq̄ Athenensium fidem suis rebus defuturam. Sed hac inani spe græciam repetenti, quū prope Cycladas pueniisset: Athenienses legati obuiam ei fiūt mandata ferentes longe ab sua opinione aliena. populū enī Athenienses (qm statuisset nullū in ciuitate susciendū regē) hortari Demetrium aiūt: vt ab vrbe Athenaq; abstinere velit: Deidamiam vero se tali cū honore ad eū remittere: qualem Athenienses dare, & vxorem regis Demetrii cōgruū esse accipere. His expositis mandatis, repente tanta ira indignatio q; regem inuasit: vt pene de suo statu mentem dimouerit. Nam etsi regno, patre, exercituque amisso, ex florentissimo statu vno prelio eēt in extremā pene calamitatē deiectus: tamen secū reputans fortunę vim: martemq; cōmunem: alia quidē aduersa tolerare constanti animo videbatur: at vero hæc inopinata deceptio, qua se pter spē ab Athenensibus & spretum & derisum esse putabat incredibile dictu est quāto dolore aium viri mœstitiaq; repleuerit. Quapropt meo iudicio non parum ii principes regesq; fallūtur: qui excellentiam honorū a populis sibi tributam maximū beniuolentię testimoniū, firmumq; sui status pīdium putant. Nam etsi sponte sua & beniuolentia quadā ad decorandos principes moueri populi videantur: ducuntur tamen plrq; metu: quum tam ii qui oderūt, q̄ ii q̄ amant prosequi honoribus principes soleant. Prudētes igitur viri & optimi rerū publicarū gubernatores, non tam laborant vt statuas: vel decreta, vel honores dīuinos a populis consequātur: q̄ vt merita sua & reseorum gestæ q̄ maxime dignę honoribus sint. Demetrius vero magna (vt sibi videbatur) ab Athenienses accepta iniuria, quum non sibi vlciscendi facultates adesset, expectans commodiora tempora, cœpit de populo Atheniēsi modeste loqui: nec vllum

Prodigia antigoni mortē p̄cedentia. Demetrii somnium. Antigonus corruit in os. Pugna iter Antigonū & reges cæteros. Demetrii ī petus ī Antiochū seleuci filium. Demetriāi magna exp te se hostibus tradiderunt.

Antigonus īterficitur. Thorax Larisseus. Demetrii fuga.

Demetrii traiect⁹ in Isthmum.

alienati animi indiciũ præ ſe ferre. Sed petẽs ab illis, vt naues quæ relictę in Pireo, erant, e quarum numero vna. xiii. remis cõtinebatur, ſibi redderẽtur: cõcedẽtibus Athenienſibus, hanc accepit claſſem: & quanta maxima celeritate potuit in Iſthmum traiecit. Quo quidem vbi peruentum eſt: cõperit res ſuas quottidie in deteriorẽ locũ adduci: quũ eius præſidia vndiq; pellerẽtur: & oppida ſine vllo certamine ad hoſtes deficerẽt. Quare noua voluens aĩa, quum Pyrrhum in græcia reliquiſſet: ipſe cum oĩ claſſe in Cheronneſum ꝓfectus, Lyſimachi regnũ inuadit: nec multũ ꝑ is elapſum eſt: quum augẽdo quottidie ſuas vires: exercitum nõ cõtẽnẽdũ parauerat. neq; hoc reliqs regibus erat moleſtum: quia Lyſimachum ob maximam elationem nimiamq; potẽtiam, cõmuni quadam cõcordia oderãt. Verum paulopoſt meliori Demetrio aſpirante fortuna, accidit: vt Seleucus quum cerneret Lyſimachum duas Ptolemęi filias, aliã ſibi, aliam ꝑ Agathocle filio in matrimoniũ habuiſſe: optimũ & ipſe ratus quãtis maximis poſſet principum affinitatibus regnum ſucceſſoreſq; ſuos munire: Stratonicẽ Demetrii filiam cõiugem peteret. Hanc inopinatam ꝓſperitatẽ & ꝓter ſpẽ oblatam ſibi nõ aſpernatus Demetrius, cõfeſtim aſſumpta puella cum omnibus nauibus in Syriã properauit. Sed in ipſo curſu tangẽte oram Cilicię claſſe, & ꝓpe cõtinentem nauigãte Demetrio, quum milites in terram expoſiti frequẽtes excurſiones pagerent: Pliſtarchus Caſſandri frater, qui a regibus poſt pugnã cum Antigono factã hanc ꝓuinciam acceperat, grauiter ferens regionẽ ſuã populatione incẽdioq; vaſtari: extemplo ad Seleucũ ꝓficiſcitur: vt de illatis iniuriis quæratur: & eũ incuſet: q; ab aliis regibus & cõmuni gerẽdi belli ſocietate aĩum ſuum ſeiungat. Quod vbi cognouit Demetrius: maiorem per diſceſſum ſuum occaſionẽ nactus, ad Cyndos militibus in terram expoſitis, regionẽ eius ĩuadit: atq; populato vndiq; agro, talẽtis mille & ducẽtis acceptis cũ ingenti prędа ad claſſem reuertit: curſum deinde ſuũ quoad fieri poteſt accelerat. Jãq; vna cum cõiuge Phila prope Orœſſum venerat: quum Seleucum regem offendit: atq; primum omni ſuſpitiõe doloq; remoto, iocundiſſimũ cõgreſſum inter ſe habuerũt: Seleuco antea comiter ĩ tẽtorio Demetrium: Demetrio vero deinde in naui, quę tredecim remis erat, benigne recipiẽte Seleucũ. Habiti ſunt prę terea inter eos frequẽtes familiareſq; ſermones: nec arma, aut cuſtodię, aut vlla ſuſpitionis indicia vſq; cõſpecta: ſed incredibili iocunditate eouſq; conſumptus eſt dies: quouſq; Seleucus a Demetrio digreſſus, Stratonice ſibi aſſumpta cũ oĩ pompa ſead Antiochum cõtulit. Demetrius autẽ Ciliciã petens nulla interpoſita mora cõiugẽ Philam ad Caſſandrum fratrẽ celeriter miſit: vt Pliſtarchi quęrelas de allatis ſibi iniuriis accuſationẽq; purgaret. Inter hæc Deidamia ex Græcia ad Demetrium veniens, paucos dies cum illo verſata ex quadã ægritudine vita deceſſit: poſt cuius interitũ Demetrius nouas nuptias, per Seleucũ cum Ptolemæo affinitate cõtracta, filiam illius Ptolemæidem cepit vxorem. Atq; hæc Seleuci opera plena humanitatis & officii fuit. Illa vero inhumana atq; recenti affinitate indigna. Petẽs enim Demetrius vt accepta pecunia Ciliciã ſibi reſtituat: nõ modo hoc, ſed ne illud quidem impetrare potuit: vt ſaltem Tyrũ atq; Sidonem Seleucus ſibi cõcederet. In quo ſane inhumanum atq; agreſtem habitum Seleucum aiunt accuſatũq; vehemẽter: q; quum omnia a mari Indo vſq; ad Syriæ litora ſuo imperio eſſet complexus: nunc adeo inops animi fuerit: vt pluris duas vrbes, q̃ ꝑantiſſimi viri & clariſſimi regis affinitatẽ fecerit: ſocerumq; in gẽti fortuna exagitatum nõ modo nõ iuuerit, ſed negando ſibi anguſtum hoſpitiũ ex finibus ſuis pene expulerit. Hæc eſt illa inopia animi: quæ ſentẽtiam Platonis veriſſimam reddit. Ei inquit qui velit eſſe dies, non cumuladam pecuniam: ſed minuendam cupiditatẽ cenſeo. Quare nunq̃ is liber ab inopia erit: qui nullum cõſtituens cupiditati modũ, cõtinuo diuitiarum exagitetur ardore. Hac ſpe ꝓter opinionem deſtitutus Demetrius, non tamen animũ ſuum abiecit: ſed vt magni ſpiritus vir, & fortunæ ꝑmutationibus aſſuetus, Si milies inqt ꝑlio ſuperatus ſim: nunq̃ cõmittam: vt pro vili mercede generum Seleucum diligam. Cæterum extẽplo poſt hæc literis amicorum accitus: qui eũ certiorem reddebãt Lachatem in magna Athenienſium ſeditione factum eſſe tyrãnum: eumq; hortabãtur: ue tantam occaſionem recuperandi Athenas ꝓtermitteret: cõfeſtim cũ omni claſſe in Græciam properauit. Sed quũ prope Atticam peruenĩſſet: fœdam tempeſtatem perpeſſus, multis hoĩbus nauibuſq; amiſſis, ſeſe in loca tuta recepit: atq; ab incœpto, quod aduerſus Athenienſes propoſuerat animo, ita eo tempore deſtitit: vt illud non deferere, ſed in cõmodiorem opportunitatem differre videretur. Itaq; data opera vt ſui repararet claſſem, ipſe interim in Pellopo neſum profectus, vrbem Meſſenam obſidione aggreditur. Vbi quũ quadam die fortiter ſub mœnibus dimicaret: telum ex catapulta ab oppidanis dimiſſum ſic aduerſum illius os maxillamq; percuſſit: vt parum abfuerit: quin vltimã ſuæ vitæ perniciem eo die inuenerit. Verum poſt paulo in priſtinam valetudinẽ reſtitutus, poſteaq̃ nonnullas vrbes ſpõte deficientes in deditionem recepit: rurſus Atticam repetẽs, confeſtim Eleuſina Rhamnuſioq; deuicto, omnem regionem populari: prędam abducere: vndiq; infeſtare vrbem ſuos milites iubet. Quum igitur multis modis Demetrius vno atq; eodem tempore ciuitatem vrgeret: nouum quoq; incõmodum ad ea omnia que inferebant hoſtes. Athenienſibus exinſperato acceſſit: quod non mediocriter mentes eorum animoſq; turbauit. Etenim nauis quędam onuſta frumẽto, quę fortę per eos dies Athenas duceba-

Demetrius Lyſimachi regnũ inuadit.

Seleucus petit vxorem Stratonicẽ Demetrii filiam.

Pliſtarchus Cyndos inuadit Demetrius.

Seleuci & Demetrii pax.

Deidamiæ mors.

Ptolemæis ducit vxorem Demetrio Seleuci ĩhumanitas.

Dium q̃ velit eẽ, q̃d facere debeat

Lachares.

Meſſena obſeſſa.

Demetrius grauiter vulneratur.

Nauis frumento onustaitercepta

tur,capta a Demetrio est:& gubernator laqueo suspensus.Hoc vt renuntiatum Athenis est:tanta repente desperatio,& omnium rerum penuria vrbem inuasit:vt obsessi drachmis.xl.salis medimnũ ccc.frumenti modium emerent.Itaq; iam rebus suis diffidentes ad deditionẽm inclinari videbantur quum frequentes nuntii ad eos veniunt referentes centum quinquaginta naues, quæ a Ptolemæo rege aduersus Demetrium mittebantur, prope Æginam esse cõspectas. Hoc rursus ad ſpem seruande vrbis Athenienses erexit.Verum Demetrius non multo postea ingenti celeritate,tum ex Cypro,tum ex Peloponneſo nauibus accitis,cum iam.ccc.nauium classem comparasset: ex templo Ptolemæi duces eius congressum non expectandum rati abierunt: & Lachares tyrãnus relicta vrbe fugam arripuit.Desperaris igitur omnibus rebus, Athenienses,etsi ei quidecomponenda cum Demetrio pace mentionem feciſſet, pœnam capitis recenti constituissent decreto: tamen extrema omnium rerum vrgente penuria,quum ad petẽdam veniam & accipiendas quaſcũq; conditiones pacis necessario cogerentur:patefacta propinquiori porta,legatos ad Demetrium mittunt qui dicerent ſe ſuaq; omnia in fidem ac potestatem eius pmittere:rogare atq; obsecrare: vt ſuæ clementiæ magis q̃ iniuriarum memor esse velit.Hęc agebant Athenienſes:non tam quia aliquid boni pacatiq; ab homine ſibi vehementer iratoconſequi posse confiderent:q̃ quia fœdam obſidionẽ vlterius tolerare non poſſent:ſatius esse ducebant victoris arbitrium experiri: q̃ ingenti inopia ciuitatem ſuccumbere.Ferunt enim eo tempore rãta fame ciuitatem oppreſſam:vt de mute qui mortuus ex recto cecidit,quidam pater cum filio decertauerit:& philoſophus Epicurus fabis ęquatione diſtributis familiam ſuam nutriuerit.In hoc ſtatu cum res Athenienſium eſſent: Demetrius vrbẽ ingreſſus populum omnem in theatrum vocauit:& tentorio pulpitoq; haſtatis militibus vndiq; ſepto,quum e ſuperiori loco veluti tragici ſolent,in ſuggeſtum deſcendiſſet:ingens repente pauor multitudinem cepit:deinde audito initio orationis ſuæ,in quo præter expectationẽ magnitudini vocis & aſperitati verborum pepercit,populus Atheniẽſis antea metu attonitus extẽplo oẽm ſuſpitionẽ formidinẽq; depoſuit.Leniter enim ille primum & amice accuſata pertinacia eorum, reliquã deinde orationem per blandã ac benignã habuit.Demũ poſt hæc vt aliqua recõciliati animi indicia præ ſe ferret:decem milia medimnum frumenti dono Athenienſibus dedit:& magiſtratus qui eis gratiſſimi erant,in priſtinam libertatem conſuetudinemq; reſtituit.Acclamante vero vndiq; populo: & certatim omni multitudine applaudente Demetrio,quum oratores, qui eloquentia dicendiq; ratione vehementer pollebãt,ampliſſimis laudibus Demetrii virtutem extollerẽt: Dromoclides orator ne in Rege honorãdo aliis videretur inferior,decretum tulit:vt populus Atheniẽſis Munychiam atq; Piræũ regi Demetrio redderet:libereq; permitteret:vt his ſuo arbitratu vteretur.Decernentibus hæc Athenienſibus, interim Demetrius prȩterita defectione cõmotus validis præſidiis Muſęum firmat:ne ſi rurſus illi reiicere iugum tentarent:nullo frẽno coerciti,moram ſibi impedimentumq; aliis rebus afferrent. Recuperatis igitur hoc pacto Athenis præſidioq; firmatis Demetrius non ad quietem animum vertit:ſed bella ſemper ex bellis ſerens aduerſus Lacedæmonios ducto exercitu, quum prope Mantineam peruenisſet:Archidamum Regẽ offendit obviam venientem ad arcendũ cum ſuis copiis hoſtẽ:quẽ ſubito prælio adortus in fugam vertit: ac nulla interpoſita mora:agrum laconicum infeſtis ſignis ingreſſus:eoſq; proceſſit:vt prope Spartã poſuerit caſtra.paulocp deinceps rurſus cũ hoſtibus conſerta manu iteq; victor,quingentis captis, ducentis cæſis parum abſuit quin Vrbem caperet municiſſimã:& ante illud tempus inexpugnabilem habitam.Sed nemo meo iudicio Regum fuiſſe apparet: quẽ fortuna pace belloq; maioribus vnã permutationibus, q̃ Regem Demetrii agitauerit.Etenim ſępe hominem magnis exercitibus multis victoriis,ampliſſimo regno ornatum,in ſupremam proſperitatem euexit:ſæpe verſis in cõtrariũ rebus victum fugatũq; ex ingenti proſperitate in extremas pene calamitates deiecit. Vnde in illa ingenti permutatione rerũ erga fortunã cõuerſum illud Æſchyli protuliſſe aiunt: Tu me extuliſti:tu me iteq; fortuna depõnis. Ea vero tẽpeſtate proſpere ſibi in Peloponneſo ſuccedentibus rebus,ex altera parte nuntiatũ eſt:vrbes quas tenebat in Aſia a Lyſimacho oppugnatas ſeſe tutari nõ poſſe:& Cyprum niſi confeſtim ſubueniat,in Ptolemæi poteſtatẽ venturã:& matrẽ filioſq; Salamine induſos vehementi obſidione teneri.Sed veluti mulier illa apud Archilochũ in altera qui dẽmanu aquã ferebat cũ dolio:in altera vero ignẽ:ſic fortuna quũ grauiſſimis caſibus nuper allatis a Lacedæmone Demetriũ remouiſſet:turſus eũ in ſpem nouã;ac magnã;rerum exhuiuſmodi cauſa excitauit Defuncto Caſſandro,Philippus maior natu ex filiis ſuis in regno ſuccedens,non multo tempore poſtea & ipſe quoq; vita deceſſit:poſt cuius interitũ duob⁹ aliis fratribus, q ſuperſtites erãt,inter ſe diſſidẽtibus,quũ alter qui appellabatur Antipater,Theſſalonica matre necata, Alexandrũ fratrẽ vt regno expelleret:hoſtili aio perſequeretur:ipſe e cõtrario ad ſe tutandum opibus alienis accitis,Pyrrhum quidẽ ex Epiro,Demetriũ ex Peloponneſo vocauit: Sed Demetrium aliis negotiis remorantibus:ſuperueniens Pyrrhus quũ aduerſus Antipatrum auxilium Alexandro tuliſſet: pro mercede opis allatæ magna Macedoniæ parte ſibi aſſumpta,tantum ſuo regno adiecit:vt iam Alexandro cui auxilium tulerat nõ mediocri formidini eſſet:& ex altera parte magno cum exercitu ve-

Lacharis fuga ex Athenis.

Athenarũ magna penuria.

Athenęſeſe tradunt Demetrio.

Demetrii dona in atheniẽſes.

Dromoclides.

Archidamus rex lacedęmoniorum prælio vincitur.

Antipater matre necata Alexandrũ fratrẽ perſequit.

niente Demetrio, antea quum res exigebant literis illius accito, duplicatus est adolescentis metus ob authoritatem nomēq; viri quem quum ob gloriā rerum gestarū in admiratione gētium esse sciret: in regnū suum venire periculosum esse ducebat. Obuiā igitur ei profectus vbi ad illum venit: comiter ac benigne viq; suscipiēs amplissimis verbis ei gratias egit: q; omnibus aliis postpositis rebus, ad tutandum suū regnum cum ingēti exercitu accessisset. Adiecit postea res suas stabilitatem iam habere: ac omni impedimēto remoto, ita tranquillas ac pacatas esse: vt nō sit necesse vlterius progredi: omnia virtuti suæ ita accepta referre: ac si in tēpore subsidia adfuissent: & sua opera omnes discordiæ essent sublatæ. Sed statim post hęc nonnulla sequuta sunt: quibus occasio data est vt graues suspitiones vtrinq; orirentur. Demetrium enim ab adolescente ad conuiuiū inuitatum monuit quidam: vt ab insidiis quæ ad eum interimēdum parare erant, caueret. Quibus cognitis, Demetrius ne vllū prurbati aī aut suspitionis indiciū præ se ferret, nō fugiēdū cōuiuiū adolescētis putauit: sed ī ipa pfectōe, quū lēto accederet gradu, capta opportūitate duces exercitus mōuit: vt oēs copias in armis haberēt: & custodes corporis sui, q; lōge plures q; Alexandri milites erāt, iussit vt regiam secum ingrederentur: propeq; consisterent: donec e conuiuio assurgeret. Hoc quum Alexandri satellites perspexissent: quia numero & viribus impares erant, nō sunt ausi Demetrium aggredi. At vero Demetrius aliquam abeundi occasionē quærens, simulata mala corporis valetudine, ab Alexādro digreditur: & postero die, nuntio nouarum rerum, quæ magni ponderis erant, se vocari asserēs, necessarium sibi esse ostendit: q; primū exercitum inde abducere: Peloponesumq; repetere: Alexādrum rogare: vt suæ necessitati ignoscat: operā suā polliceri: hortariq; vt ea quādo sibi expediret, sine vlla exceptione vteretur. Adolescens qui Demetrii aduentum antea formidauerat: & nunc quoq; præsentiam illius suspectā habebat: quū cerneret eum sua sponte ex finibus suis abire: incredibilem aīo letitiam cepit: atq; cum eo pro maiori amoris indicio vsq; Thessaliam est profectus. Postea vero q; Larissam venerunt: rursus alter alterius perniciem quærēs, mutuo sibi dolos insidiasq; parabant. Alexander libere ad Demetrium accedendo, per hunc maxime modum sperabat eum allicere: vt & ipse quoq; ad se, omni suspitione omissa, sine custodibus armisq; veniret. quæ quidem opinio prorsus adolescentem fefellit. Etenim ad cœnam inuitatus, quum eadem libertate qua consueuerat accessisset: non potuit Demetrii manus effugere. Nam feruente conuiuio quum surrexisset Demetrius: perterrefactus adolescēs, simul & ipse assurgens, regis vestigia persequebatur. Vbi ad ostium ventum est: annuit militibus suis Demetrius qui eo in loco constituti erant: præcepitq; vt sequētem vestigia sua confestim necarent. extēplo Alexander multis vulneribus confossus est: aliiq; nōnulli qui ei opem ferebant interfecti: quorum vnum, dum necaretur, dixisse aiunt: vna nos die præuenit Demetrius. Trepidatum ea nocte (vt par erat) vehementer a Macedonibus est: sequenti etiam die illi etsi nihil hostile in se verti, vt suspicabantur, perspicerent: tamen cernentes potentiam viri, ad cuius nutum post Alexandri mortē omnia redacta videbantur neq; suis rebus satis fidebant: neq; arbitrio regis, anteq; eius mentem atq; animum percepissent, se credere permitterēq; audebant. Quibus cognitis, Demetrius misit: qui confestim eos hortarentur: vt omni suspitione deposita, causam earum rerum quæ gestę erant audire a Demetrio vellent. Recreati his verbis Macedones extemplo omni metu (vt plerūq; fit) in beniuolentiam verso, Demetrium adiuuerunt: nec longam illius orationem expectandam rati, eum sine vlla mora quum salutassent regem, in Macedoniā perduxerunt. Nec dici potest hæc permutatio rerum q; grata cunctis Macedonibus fuerit. Nam ea quæ olim Cassander in Alexandrum defunctum contra omnia iura diuina humanaq; peregerat: & nefandum Antipatri scelus, quod nuper ille in Thessalonicā matrem patrauerat, tanto odio habebantur: vt noui regis apud oēs populos incredibile desiderium parerent. Hæc igitur omnia quū Demetrium gratū atq; acceptum cunctis Macedonibus redderent: tum etiam coniunx Phila, & liberi ex ea nati, qui antiqui Antipatri optimi atq; sanctissimi viri memoriam renouabāt, Macedonas cōpellere videbātur: vt Demetriū quasi hæreditarium ac legitimum existimarent regē Dum hæc in Macedonia gerūtur: interim ex Salamina nuntiatū Demetrio est: matrē ac filios qui obsidione tenebantur, & liberatos a Ptolemæo fuisse: & amplissimis donis muneribusq; ornatos. Prēterea eodem tpe crebri rumores ex Asia afferuntur: qui nuntiabant Stratonicem Demetrii filiam, soluto Seleuci matrimonio | Antiocho filio denuo nuptā: ac reginam ab iis qui superiora loca Asiæ incolūt appellatam. Huius autē noui coniugii hinc orta causa est. Quum in regno patris Seleuci assidue adolescens versaretur Antiochus: forte Stratonices nouercæ iam vnum habētis ex Seleuco filium, venustate ac pulchritudine captus, puellam cœpit vehemēter ardere: & crescente in dies amore, eousq; processit: vt die noctuq; ingenti perturbatione angeretur. Erat autem durior ex eo adolescentis conditio: q; intus alebat ægritudinem suam: nec cuiq; cōmunicare audebat: rubore quodam & reuerentia patris Seleuci detentus In hoc igitur statu constitutus adolescēs quum se omnino ab hac cupiditate superatum esse perspiceret: nec vllum remedium huic malo reperire posse cōfideret: magis necessarium, vt sibi visum est, q; salutare consilium cepit. Simulans enim se corporis morbo vehementer vrgeri: operam dedit: vt ab/

Demetrio insidię parantę ab Alexandro.

Alexander interficit.

Stratonice Antiocho nubit a Seleuco repudiata.

Antiochus Seleuci filij nouercæ amore captus inedia sibi mortē parabat.

Erasistrat⁹ medicus.

stinentia cibi sensim pedetentimq; sibi vitã eriperet: & morte volũtaria se ab ingenti ægritudine, q̃ animũ eius exederat, vindicaret. At vero Erasistratus solus inter plęrosq; medicos, quos Seleucus magnis propositis prẽmiis ad curandũ filium vndiq; conuocauerat, percipere potuit hanc, animi ardentis amorẽ, non male affecti corporis ægritudinẽ esse. Sed ignarus cuius amore adolescentis animus pcipue deperiret: ad hoc inueniendũ in eo maximũ studiũ operãq; constituit: vt tum vultum & eas partes quę mutari facile solent, obseruaret. Antiochi: quũ adolescẽtes puellęq; formosę eũ visitatũ venirẽt. Multis igitur ad eũ, vt par erat, quottidie venientibus, nullũ cernebatur mutationis indiciũ: accedente vero Stratonice (frequenter enim ad eũ visendũ vna cũ Seleuco veniebat) tanta repente perturbatio Antiochũ occupabat: vt defectũ vocis, ruborẽ vultus, subintuitũ oculoꝝ, sudores acutos, motũ incredibilẽ venę, cunctaq; alia quæ a Sappho de amatoribus referũ tur, intueri in adolescẽte liceret. Statimq; post hæc deficiente pedetentim sensu, ingens pallor toto corpore diffundebat. Hęc obseruans Erasistratus manifeste deprehendit nullius amore nisi Stratonices captũ esse Antiochũ. Itaq; primo Seleucũ metuens, magis sui vt ęquũ erat, q̃ adolescentis periculi memor, hanc rẽ perpetuo tacere decreuerat: deinde secũ reputans q̃ ingenti amore Seleucus filium cõplecteretur Anthiochũ: quãto nunc dolore die nocteq; pro eius salute angeretur: depositio non iniuria metu, vim adire cõstituit: eũq; arguta calliditate in adolescẽtis desyderium trahere. Vbi igitur ad illũ venit: ægritudinis inquit o rex quę filiũ tuũ ad mortẽ pducit, quũ cãm ingenti cura diligẽtiaq; perquirerẽ: tandẽ nõ valetudinẽ malã, aut vllũ corporis morbũ, vt a plęrisq; falso creditũ est, sed incredibile amoris incendium cãm esse inueni. neq; me profecto mea opinio fallit. Sed satius fortasse erat minusq; molestũ: vel eius cãm non esse repertã: vel tibi patri nõ manifestarã fuisse: quũ nullũ possit huic malo remedium reperiri. Stupefactus Seleucus cur amice inquit, si huius ægritudinis amor causa est, languẽti filio opitulari nõ possimus? ingeniũ nobis an facultates desunt? quæ nã quęso tanta cupiditas, aut qualis amor adolescentẽ corripuit: qui oĩs deliberãdi nobis rationes excludat? At vero Erasistratus post multos sermones vtrinq; habitos tandẽ pcibus Seleuci fatigatus, Scias inquit o rex meam coniugem eẽ: quã adolescẽs Anthiochus ardet. Tum Seleucus multis cum lachrymis Erasistratũ cõplexus obsecrare cœpit: vt per fidem, per amicitiã suã adolescentis salutiam ad voluntatem interitum properantis succurrere velit. Hunc fibi esse filium ait: i quo eẽt & status & regnum & vitę suę spiritus constitutus: in quem oĩs populi oculos conuertissent: quo amisso nihil restare prẽter mortẽ: q̃d sibi amplius expetendum foret. Hæc inquit Erasistratus, facile tu pater nobis enarras: verum forte aliter sentias si Stratonicen tuam amaret Antiochus. Vtinã amice inquit Seleucus, aut dii, aut homines facultatẽ darẽt: vt hunc amorẽ permutare meo arbitratu possem. Deos enim obtestor: q̃ si ea quæ mihi chariſſima sunt, in vnũ conferrent: oĩa libẽter abiicerem: pro tuenda vnius Antiochi vita. Hæc vehementi affectu multisq; cũ lachrymis dicente Seleuco, Erasistratus non amplius cunctandum ratus, apprehensa illius dextera, nihil est inquit o rex, cur Erasistrato amplius indigeas: nã pater & vir & rex quum sis, medicus optimus tuę familię eris. Non enim coniugem meã, sed Stratonicen tuam filius Antiochus ardet. Quibus cognitis, Seleucus vehementer rei nouitate turbatus Erasistratum rogare cœpit: vt rem oẽm serio enarraret. Postea vero q̃ voluntariã mortem proposuisse animo filium suũ cognouit: & reuerentia patris esse detentum: quo minus causam suę ægritudinis aperiret: incredibili illius misericordia motus, non deserendum tam egregiũ adolescentẽ putauit: sed oĩa interitu filii potiora ducens, extemplo populo in concionẽ vocato, luculẽtã oĩonem habuit: qua ostẽdit se velle ac iubere oĩum populorũ qui superiora loca Asiæ incolunt, Antiochum regẽ & Stratonicen reginã appellari: & matrimonio fimul coniũgi. existimare filium qui cunctis in rebus suo imperio obtẽperare solitus sit, ab his nupti is nõ alienum fore. Sin vero mulier re inopinata perturbetur: amicos & familiares hortari: vt ei psuadeãt omnia iusta ac honesta arbitretur: quæ sint optima regi Seleuco visa. Celebratæ sunt dein de Stratonices & Antiochi nuptię ingenti apparatu & incredibili magnificẽtia rex: festaq; vbiq; in regno Seleuci pro nouo coniugio acta. Sub idem tẽpus Demetrius post Thessaliam ac Macedoniam occupatã, quũ in Peloponnesso plurimas vrbes & in Isthmo Athenas & Megara obtineret: tamen non quiescens animo aduersus Bœotios exercitũ duxit. nec diutius ei laborandum fuit: quũ i primo hostiũ aduẽtu perterrefacti Bœotii pacem petierint: qua impetrata, cõditionibus molestis acceptis, bellum a finibus suis remouerunt. Sed non multo postea quum Cleonymus Spartiates cõparato exercitu Thebas esset profectus: & Pisidẽ Thespiũ virum potentem, & rerum gestarũ gloria clarum in belli societatem traxisset: extemplo elati Bœotii, & spe nouarũ rerum allecti, a Demetrio desciuerunt. Hanc defectionem grauiter ferens Demetrius, confestim omni studio enitẽdum putauit: vt hostes citius q̃ opinarentur, pœnas suæ leuitatis, suæq; perfidiæ darent. Itaq; celeriter cum omni exercitu, quẽ in armis habebat, Thebas profectus, primo aduentu vrbẽ obsidione cinxit: paulo q; deinde machinis tormẽtisq; ante frontem castrorum, contraq; ea mœnia, quæ minus firma ac munita erant locatis, quũ ea expugnare aggrederetur, tam ingentẽ pauorem Cleonymo Spartiati iniecit: vt cõfestim relicta vrbe, fugam arriperet. Hæc vbi Bœotii perceperunt: existiman

Seleuci amor in filium Antiochum.

Demetrius exercitũ ducit aduersus Bœotios.

Cleonym⁹. Pisides thespius.

Bœotii a demetrio desiciunt.

Cleonymi fuga.

tes Demetrii vires amplius sustineri non posse, legatos ad eũ mittunt: qui dicerent, se suaq; oĩa in fidem ac potestatem eius pmittere: rogare atq; obsecrare, vt suæ clemẽtię, qua semper oẽs alios superasset, in præsenti fortuna rerũ meminisse velit. Quibus auditis Demetrius ac in deditionẽ receptis, vrbes præsidiis suis firmauit: multisq; imperatis exactisq; pecuniis, Hieronymũ historicum in ea regione p̃fectum reliquit. Quo qdem in loco Demetriũ, quũ erga oẽs belli ac defectionis autores, tum præcipue erga Pisidem Thespiũ modestissime vsum victoria, tradunt. Nam quũ viuus in suas manus puenisset: nõ modo comiter eũ benigneq; recepit: sed ẽt magnis honoribus p̃sequutũ militię ducem in. Thespiis collocauit. Nec multo postea, q̃ hæc in Bœotia gesta sunt, nuntiatum Demetrio est a Dromichete regem Lysimachum captum. Hanc ille oportunitatem ad res maximas gerẽdas nõ ptermittẽdam ratus, quãta maxime celeritate potest, infestis signis Thraciam ingreditur. Iamq; oppidum quoddã opulentũ & magnũ ad deditionem ꝑpe cõpulerat: quod vno eodemq; tpe ex diuersis locis literæ ad eũ veniunt: certiorẽ reddẽtes, Bœotios per discessum eius occasionem nactos iterum defecisse: & regẽ Lysimachum a Dromichete dimissum. His nũtiis literisq; cõmotus, quũ aduersus Bœotios vehemẽtius exarsisset: celeriter Græciam repetẽs, præter spem cõperit eos ab Antigono filio p̃lio superatos, iam suę defectionis pœnitere. Ex qua qdem victoria virtute filii parta, ingentem lętitiã pater suscepit: atq; vt reliquũ bellum cõficeret, ad obsidẽdas Thebas exercitũ duxit. Eodem tpe Pyrrhus Epirotarum rex Thessaliam inuadẽs, p̃datoria manu populando, vastandoq; agros vsq; Thermopylas, vagabatur. Q̃d vbi rescisit Demetrius, relicto ad obsidionẽ Antigono, ipse cum exercitu p̃fectus, imperũ Pyrrhi cõfestim repressit: coegitq; magna celeritate pedem referre: ac retro se suumq; exercitum in loca tuta recipere. Compositis deinde in Thessalia rebus, atq; ibi mille egrtibus, decemq; milibus peditum p̃sidio relictis, ad expugnandas Thebas iterum rediit: eoq; machinam illam memorabilẽ, quam vrbium expugnatorẽ appellat, adduci iussit: q̃q; id haud exiguo tpe fieri posse videretur: quum hæc ob ingẽtem ipsius molem sic trahentes retardaret, ac moraretur: vt illi duobus mensibus duo tantum stadia trahendo confecerent. Bœotii suæ defectionis cõscii, hostemq; tot iniuriis lacessitum magno pere (vt par erat) formidãtes, constanti animo sustinebant bellum: nec Demetrius minore obseruatione in his oppugnandis perseuerabat: iraq; atq; furori, quo vehementer exarserat, magis indulgens: q̃ vllam ex bello vtilitatem quærens: quum detrimẽtum longe magis, q̃ lucrum esse videretur: ob interitum militum, qui iniquis locis oppugnando vrbẽ, frequẽtes in dies interficiebãtur: p̃cipue ii qui aliis virtute p̃stabant. Q̃d sane vbi adolescẽs animaduertit Antigonus: incredibili eorũ militũ misericordia motus, ad regem accessit: benigneq; affatus, Cur inqt pater hi fortissimi viri fine vlla vtilitate ad manifestã mortem pelluntur! Turbatus Demetrius, Et tu inquit quid adoles: quũ tot hoibus interfectis a re pericula distent! Ne autẽ videretur amicis magna discrimina subeuntibus, sibiipsi parcere: fortiter & ipse quodam die prælium ingressus, dum incautius murum subiit, leto ingenti ab oppidanis demisso percutitur: quo etsi grauiter esset offensus: tñ maiori audacia q̃ vnq; antea suos ad pugnam accendit: atq; illo hortãte, tanta militum virtus, & ea p̃sentia animi fuit: vt vehementiori impetu facto, vrbem ingrederẽtur. Qua qdem occupata, ingens repente pauor, vt æquum erat, ciuitatem inuasit: expectãtibus cunctis ciuium cædem, direptionem vrbis, oĩa deniq; fœda, quæ victi a victoribus iniuria lacessitis ppeti solent. Sed Demetrius præter opinionẽ oĩum, tredecim solum necatis, nonnullis in exilium pulsis, reliquos intactos reliqt. Thebas igiturin decennio bis occupatas ab hostibus tradũt. Erant aũt hac tẽpestate Delphis festa Apollinis Pythii celebranda: sed obsidẽtibus angustias Ætolis: per quas vnum delphos est iter: Demetrius p̃ter cõsuetudinem moremq; græcorum: Athenis: vbi maxime patrium deũ & authorem generis eorum honorari decebat, ludos: cœtum: ac oĩa ea quæ adillam celebritatem ptinebant, fieri iussit. Inde in Macedoniam p̃fectus, quũ antea cõpertum haberet se longe in bello q̃ in pace melioribus Macedonibus vti: & ipse ad qtem minime natus videretur: nullã moram interponẽdam putauit: qn nouam expeditionem pararet: Itaq; extemplo post hæc belli gerendi occasionem nactus, aduersus ætolos exercitum duxit: atq; eorum populatis vastatisq; vndiq; agris, cũ parte copiarũ in ea regione Pantauchũ ducem reliquit: ipse cũ reliquo exercitu aduersus Pyrrhũ, qui cũ multæ discordiarũ causæ intercedebãt, quanta maxime celeritate potest, cõtendit. Nec Pyrrhus vbi hæc audiuit, minori cõtentione animi studioq; pugnandi obuiam ei veniebat: quũ forte accidit: vt diuersis itineribus p̃fecti, dum alter alterũ quærit, neq; cõgredi, neq; dimicare acie potuerint. Sed ille quidem ingenti celeritate Epirum vsq; p̃gressus, omnẽ regionem vastando ac populando agros percurrit. Pyrrhus vero meliori fortuna vsus, quũ vsq; ad ea loca, in quibus Pantauchus cum copiis suis cõsederat, instructo agmine, p̃cessisset, pugnã cõseruit: atq; incredibili virtute hostibus superatis cum ingenti gloria victor euasit. Nam quum ad singulare certamen a Pãtaucho ꝓuocatus in primam aciem processisset: miroq; congressu spectantibus cunctis vehemẽti alacritate dimicasset: vno accepto vulnere, duobus illatis, randem superato duce reliquũ exercitũ in fugam vertit. Hæc pugna feliciter gesta Pyrrho non tantum odii ac amicitiæ apud Macedonas, quantum gloriæ & admira-

Bœotii iterũ i deditionẽ veniunt Hierõym⁹ historicus.

Lysimach⁹ capt⁹a Dromichete rege.

Bœotii iterũ deficiũt.

Bœotii p̃lio ab Antigono victi.

Pyrrhus rex epirotarum.

Thebæ captæ bis i decennio.

Festa Apollinis Pythii

Demetrii in ætolos motus.

Pãtauchus Demetrius in Pyrrhũ.

Pyrrhi victoria contra Pãtauchum.

tionis apud eos quos vicerat, cõparauit: stupentibus cũctis fortitudinẽ viri: asserentibusq; eum solum esse regum, qui armis & virtute magni Alexãdri memoriam renouaret: cęteros reges fastu inflatos, satellitibus circũseptos, ttipatos scortis, veluti in scæna histriones, incedere: atq; in eo maximam curam operãq; locare: vt luxu atq; pompa cunctos alios superẽt. Etenim Demetrium, nõ modo diadema gestare: vestibusq; auro cõtextis & purpura vti: sed auratis quoq; calceis pedes ornare solitum tradũt. Quinetiam memoriæ, pditum est: vestem quẽdam ad similitudinem astrorũ fieri eius causa cœptã: superbũ proculdubio ac multi laboris multiq; tpis opus. Eam vero in ipsa p mutatione rerũ imperfectã aiunt fuisse relictã: neminẽq; deinde Macedoniæ regũ (etsi multi postea superbissimi fuerint) ea vti ausum esse. Hæc igitur vehemẽter Macedonas pturbabãt: verum multo magis illa: difficiles aditus: superba responsa: intolerabilis fastus: qbus supra modum excessisse Demetrium tradũt. Nam inter alia quæ de illo referũtur, legati Athenienſium qui oẽs græciæ populos gratia apud demetrium antcibant, duos annos frustra terendo tps sequuti sunt vestigia regis: & diuturna mora fatigati integris rebus domũ redierũt. Quũ vero aliquãdo a Lacedæmoniis vnus tm̃ orator ad eum venisset: putans se Demetrius tam inopi legatione cõtemni, grauiter aduersus eos exarsit: atq; ad illum cõuersus Vnum te inquit Lacedæmonii miserunt legatum! Tum ille vrbane quidem & laconice ingt: Ita o rex ad vnum. Quodã etiam tpe quum palã edixisset: oẽs qui eum adirent, se benigne auditurum: cõfluentibus multis, petitionesq; suppliciter scriptas ad eum ferentibus, primũ liberaliter eas omnes accepit: in chlamydeq; pfectus deinde cum frequenti hoĩum copia qui ingenti desyderio responsa suis petitionibus expectabant, vbi ad põtem Axii venit, aperiẽs chlamydẽ eas oẽs spectantibus cunctis piecit in fluuiũ: quo quidem incredibile dictu est: q̃ grauiter offensi oĩum Macedonũ animi sint: existimãtium hæc nõ magnanimi regis aut optimi gubernatoris officia, sed deridentis cõtemnẽtisq; indicia esse. Atq; hæc longe grauiora Macedonibus videbantur: q̃ a maioribus suis acceperãt: quanta olim facilitate ac mansuetudine rex Philippus erga oẽs qui eum adibant, vti solitus esset. Eodem insuper tpe quãdam anicula rogante Demetrium, vt se audiret: & respondente eo sibi otium nõ esse: tũ anus alta voce ad illum cõuersa, ne etiã regas ingt. Hæc verba reuoluta animo ac mẽte sæpius repetita hoiem cõpulerũt: vt oĩbus postpositis rebus, benignũ se cũctis accedentibus facilẽq; præberet: atq; initio ab anicula sumpto multos dies audiẽdo respondẽdoq; cõsumeret. Et pculdubio nihil tam egregium | tamq; pprium regis esse videtur: q̃ iustitiæ opus. Mars enim vt Timotheus ingt tyrãnus est. Lex aũt oĩum rex: iuxta Pindari poetæ sentẽtiam. Atq; res (vt inquit Homerus) nõ expugnatrices vrbium machinas, æratasq; naues, sed iustitiam a Ioue sumptam exercere custodireq; decet. Et discipulum optimũ Iouis non ferocissimũ aut immanem, sed iustissimũ regẽ vocauit. At Demetrius eo titulo vehementer gaudebat: qui erat longe a regis deorum conditionibus alienus. Iuppiter enim ciuitatum seruator & custos, hic autem vrbium expugnator est dictus. Ita fit vt turpitudo sæpe in regnum honestatis ingrediẽs opinione vulgi & stultorum hoĩum ignorãtia freta aditum sibi ad honorem & gloriam patefaciat. Sed non multo post hæc quũ satis cõstanti fama diuulgatum: esset: Demetrium degentem Pellæ grauiter ægrotare: Pyrrhus hoc sibi opportũe accedisse arbitratus, tumultuatio exercitu Macedoniã inuadit ac nemine obuiam pdeunte, totam regionẽ vsq; Edessam populãdo ac vastando agros pcurrit. Iamq; Demetrii statum in summum discrimen cõiecerat: quum ille ægritudine alleuatus, per duces ac familiares copiis cõtractis, impetum eius cõfestim repressit: coegitq; hoĩem ferocem atq; impigrum Macedoniæ hostem, citato gradu ex finibus suis fugam arripere: paulopq; deinceps cum eo pacẽ firmauit: ne maioribus, rebus, quas aĩo agitabat, moram | impedimentũq; hostis finitimus ac vir bellicosus afferret. Tempus enim iam adesse censebat: in quo paternũ regnum nõ multo ante amissum recuperare cum ingenti gloria posset: atq; hæc vna solliciudo supra oẽs alias Demetrii curas aĩum viri angebat. Itaq; ad hanc rem aggrediẽdam, quę ingens & ardua videbatur, toto aĩo & mente cõuersus, breui tpe paulo minus q̃ centum milibus peditum. X. milibus equitum cõgregatis, classem deinde quingentarũ nauiũ ex variis locis incredibili studio atq; industria cõparat. Nam quũ diligenter curasset: vt nõnullæ carinæ in Piræo, plæræq; in Chalcide, aliæ prope Pellam cõficerentur: deinde ad singula hæc loca pfectus quonã pacto hę fabricãdæ essent, ostendit: & sua opera interposita ingenti celeritate effecit: vt illæ oĩno integræ & omnibus armamentis instructæ paratæq; ad bellum essent. Sed mirabantur oẽs non solũ multitudinem, sed etiam magnitudinẽ eorũ operũ: quæ inusitata mole longe alioq; cõsuetudinẽ excedebant. Nemo enim reperiebatur: qui sexdecim remem aut quindecim remem ante illud tps vidisset. Verum postea Ptolemęus, qui est Philopater dictus, vnam quadragintaremẽ fieri iussit: quæ proculdubio oẽs alias naues, quæ visæ antea fuerant, mole ac magnitudine sua longo interuallo superabat: quum in longitudinẽ. CC. & lxxx. in altitudinem ab imo vsq; ad transtra duodequinqua ginta cubitorum pateret. Remigum, quibus illa vtebatur, ad. iiii. milia: nautę vero. cccc. erant: & præter hos paulo minus q̃ tria milia armatorũ, qui foros & tabulata implebant, in eadem collocabantur. Sed hæc quũa machinis quæ pene immobiles sunt parę differret: non tam ad vsum, q̃

Demetrii mollis vestitus.

Vestis ad similitudinẽ astrorũ a demetrio cœpta.

Nihil tam egregiũ regi q̃ opus iustitiæ.

Pax inter Demetriũ & Pyrrhũ.

Exercit⁹ demetrii habẽs peditũ cętũ milia equitum. x. naues quingentas.

Nauis cõstructa a Ptolemęo ingentis magnitudinis.

adostentationem & admirationem gentium cõmouendam fabricata videbatur. Demetris aũt naues non modo magnitudine & arte mirabiles, sed etiã ad certamẽ & vsum hoĩum aptæ: atq; habuit, cõterriti vndiq; reges, Seleucus| Ptolemæus|atq; Lysimachus societatẽ ineunt: simulq; cõspirãt ad opppugnãdum cõmuni cõsilio hostem. Deinde legatos ad Pyrrhum mittũt: qui eũ hortentẽ: vt Macedoniam inuadat: nec ea esse fœdera putet: quæ Demetrius nõ ꝙtis gratia cum eo feceret: sed vt Pyrrho sub specie pacis seruato, interim aduersus alios reges liberius bellum gerat: gbus debellatis se nequaq̃ intactum fore: hoc per oẽs fines veluti cõtinens incẽdium puasurũ: nõ expectãda cõmodiora tpa: sed aduersus grauissimũ hostẽ, qui aío omnẽ Asiam| Europamq; concipiat, cõmuni cõsensu decertãdum esse. His rationibus psuaso Pyrrho, quum oẽs ii reges de administratione belli couenissent, extẽplo aduersus Demetrium, quẽ adhuc nõnulla negotia circa apparatus belli detinebant, graue vndiq; bellum exarsit. Nam eodẽ tpe magna classe græciam Ptolemæus inuadit: & Macedoniam Lysimachus|atq; Pyrrhus, alter ex Thracia, alter ex finibus ꝓpinquis aggrediuntur. Hoc vt Demetrio renũtiatum est, cõsestim filio ad ꝓsidium græciæ relicto, ipe ad tutãdam Macedoniam cõuersus primũ ad ea loca exercitum ducit: vbi Lysimachum esse ꝓceperat. Quo quũ venisset extẽplo crebri nuntii| litereq; ad eũ mittũtur: certiorẽ reddentes: vrbẽ Berœã ingẽti celeritate a Pyrrho captã: & oẽm regionem populationibus incẽdiisq; vastatam. Hæc vbi inter Macedonas permanarunt: ingens repente motus & incredibilis pturbatio exercitum oẽm inuasit: atq; vbiq; quærelæ audiebãtur: aut gemitus aut cõtumeliæ in Demetriũ iactæ. Itaq; frequẽtes ad eũ veniebant: rogantes vt sibi domum ad tutandos patrios lares abire liceret. Sed hæc verbis simulantes, re vera ad Lysimachum migrare volebãt. Quod sane quũ nõ latuisset Demetrium: optimũ ratus, exercitũ a Lysimacho ꝓcul habere: quẽ Macedonibus ob nobilitatẽ generis gratum, & multis ob Alexandrũ familiarem esse sciebat: aduersus Pyrrhum veluti aduenã & pegrinum in Macedonia regem, arma cõuertit. Sed hoc cõsilium (vt postea re ipsa & experiẽtia patuit) longe fefellit opinionẽ Demetrii. Nam quum prope ea loca, vbi hostes cũ copiis suis cõsederant, posuisset castra: multi ex Berœa in eius exercitum venientes Pyrrhũ amplissimis laudibus extollebant: virũq; esse in rebus gerẽdis præclarum, bello inuictum, liberalem in suos, humanũ erga eos quos ꝓlio vicerat, prædicabant. Addebant præterea maiores suos semp eos existimasse reges: qui armis in bello, & mãsuetudine in regendis populis egregie vterẽtur: quibus Pyrrhum oẽs alios superare dicebãt: asserebãtq; tps venisse: in quo graui Demetrii dominatu liberari possint: & ad virum benignum transire: & suorum militum studiosum ducem. His sermonibus accẽsis militum ais, pauci primum occulte, deinde manifeste vniuersus exercitus tumultuari cœpit: nec iam quisq̃ erat: qui aut in agmine aut in castris vllo ꝑperio cõtineri posset. Demũ ausi sunt nõnulli ad Demetriũ accedere: atq; ei dicere: vt salutẽ adipiscerẽt fuga: Macedonas pugnãtes pro delitiis suis iã fatigatos, vlterius eius imperiũ sustinere non posse. Hæc verba visa Demetrio modestissima sunt: non ignoranti: ea quæ se absente vehementi indignatione per oẽm exercitũ ferebãtur. Itaq; acerbiorẽ motũ nõ expectãdum ratus ad tẽtorium proficiscitur: ibiq; regia veste deposita, & fusca veluti histrionis cuiusdam chlamyde sumpta, cum paucis fugam arripuit: extemploq; post hæc multis ad illius tentoriũ cõfluentibus atq; inter se de præda certãtibus, superueniens Pyrrhus cunctos vna voce dissipauit: atq; a reliqs militibus benigne acceptus, facile est castris & exercitu omni potitus. Sed adueniente postea Lysimacho, ambo regnum Macedoniæ, quæ septem firmiter annis sub Demetrii dominatu ꝓmansserat, inter se partiuntur. Quum vero in Cassandriam vrbẽ cõfugisset Demetrius: vxor Phila ingenti mœrore confecta adduci non potuit: vt virum spoliatum regno, hoĩum fugitiuũ & miserrimum oĩum regum, oculis suis aspiceret: sed fortunam illius in aduersis omnibus stabiliorem, q̃ in secundis esse cernebat: & vitam suam iam odio habens, desperatis omnibus rebus, veneno sibi mortem consciuit. At Demetrius sine vlla mora in Græciam ꝓfectus, nauibus quæ ex naufragio supererãt collectis, & reliquiis militũ congregatis, rursus ad apparatum belli mentẽ conuertit. Atq;, vt apud Sophoclem Menelaus sortẽ suam deplorat: Voluitur assidua mea fortuna rota: atq; statim permutat veluti luna faciem: quæ duabus noctibus nunq̃ retinet vnam eandẽq; formã: sed primũ nouã induta figuram ex occulto parũper emergit: deinde pedetentim crescit: donec plena atq; integra facta rursus ad interitum ꝓperat: Sic dici de Demetrio potest: cuius in omni vita: tam varia fortuna fuit: vt possit crebris cum ꝓmutationibus lunæ nõ immerito cõparari. Quũ vero post Macedonicã cladẽ, regiis insignibus abiectis, veluti priuatus homo per vrbẽ incederet: qdam eũ Thebis cõspicatus, illud Euripidis in mediũ ꝓtulit: Forma diuina in formã versa mortalẽ nũc ad Circeos fontes Ismenũq; fluuiũ venit. Sed nõ multo postea aspirante iterum fortuna Demetrio, atq; potẽtia illius, quę pene videbaẽ extincta, pedetentim in pristinũ gradũ vnde deciderat redeunte, cõstituẽs ipse sibi singulari quodã officio Thebanos obstringere: eis patrias leges & antiquã libertatẽ restituit. Atq; eodẽ tpe nuntiatũ est ei: Athenienses Diphilo præsidẽ, qui seruatorũ dicebatur antistes| sublato, atq; alio amore patrio in eius locũ suffecto, omnino a suo imperio defecisse: eosq; deinde quũ

Seleuci Ptolemæi|Lysimachi & Pyrrhi coniuratio in Demetriũ.

Berœa vrbs capta a Pyrrho.

Demetrius in Cassandriam vrbẽ confugit. Phila venено vitam finit.

Thebanis patriæ leges per Demetriũ restitutæ. Diphilus.

cernerent maiores vires, q̃ sperauerant, recuperasse Demetriũ: metu conterritos a Macedonia Pyrrhum vocare: vt patrocinium vrbis defensionẽq; susciperet. Itaq; vehementi aduersus illos, quos tot ies desciuisse a sua fide cernebat, incensus Demetrius, extẽplo collecta classe ad obsidendas Athenas cũ omnibus copiis proficiscitur: parũq; ibi moratus, quũ eas vehementer vrgeret, Crates philosophus vir clarus & potens ab Athenien sibus missus orator multis rationibus ei persuasit: vt obsidionẽ solueret: & maiora vtilioraq; susciperet. Demetrius qui alia quædam animo agitabat, precibus Athenien sium exoratus vrbem dimisit: celeriterq; omni classe atq; multitudine, quæ vndecim milia hominũ excedebat, equitatus peditatusq; coacta, in Asiam nauigauit: ea mente: vt Cariam atq; Lydiam ab Lysimachi dominatu auerteret. Sed quũ prope Miletũ venisset: Euriticen sororem Ptolemæis. Philæ ibi offendit Ptolemæidem ducentẽ secũ: quã sibi antea per Seleucum Ptolemæus desponderat. Hanc concedente Eurydice vxorẽ ducit: nuptiisq; cõfectis celeriter ad oppugnãdas hostium vrbes profectus nõnullas primo impetu cepit: multæ deinde sine vllo certamine tradebantur. Occupatis autẽ Sardibus, fuerunt complures Lysimachi milites: qui pecuniis armisq; arreptis ad Demetrium perfugerunt. Sed non multo postea quũ audisset Agathoclem Lysimachi filiũ cũ magnis copiis appropinquare: in Phrygiam diuertit: ratus si occupare Armeniam posset, se Mediam pertur Agathocles Lysimachi filius. batur: atq; euenire facile posse: vt omnia illa supioris Asiæ loca ad deditionẽ cõpelleret. Proficiscentẽ igitur per apertos campos, & regiones quæ exitus latos habebant quærentẽ, Agathocles cũ omni exercitu sequebatur: pugnatũq; nõnũq; ab vtriq; est: semperq; Demetrius victor euasit. Verum eo tẽpore permulta incõmoda virũ vrgebant: impedichãtq; ne ad finẽ antea animo destinatũ cõsilia sua cogitationesq; perduceret. Nam cõmeatu pabuloq; deficiente, ingens repẽte fames & omniũ rerũ penuria exercitum oẽm inuasit. Simul & militibus suspitio erat: ne tantis incõmodis fatigati etiã in Armeniã atq; Mediã ducerentur. Accessit ad hæc: q; in transitu Lyci magna hominũ co Lycus. fluuius. pia errore vadi decepta fluctibus absumpta est. Quæ omnia milites in tantã iram desperationẽq; coniecerant: vt neq; in acie, neq; in castris vllo imperio cõtineri possent: quinetiã a cõtumelia & iurgio a duersus Demetrium non abstinerent. Repertũ quoq; ante tentorium eius principium Edipodis est paulo imutatũ: atq; his verbis inscriptũ: Fili chari senis Antigoni ad quas ducimur regiones Tãdẽ fame pestilẽtiaq; in dies magis crescente, Demetrius optimũ ratus tẽpori cedere: ac necessitati parere: amissis octo hominũ milibus: reliquũ exercitũ Tharsum perduxit. Sed quũ a direptione regiõis illius, quæ Seleuci seruiebat imperio, coercere suos milites vellet: ne potẽtissimũ regem alienissimo tẽpore iniuriis prouocaret: & ex altera parte, omniũ rerũ vrgente penuria, etiam necessaria sibi exercituiq; suo deessent: & Tauri trãsitus Agathoclis præsidiis tenerent: angustiis vndiq; septus ad Seleucũ tandẽ cõfugit: eiq; miserandã epistolam scripsit: qua ingentes calamitates suas & miserã omniũ rerũ fortunam deplorabat. deniq; eumq; suppliciter precabatur: vt misereri vellet familiaris viri & summa secum affinitate coniunctis: asserens iam se ea esse perpessos: quæ etiã acerbissimos hostes ad misericordiam cõmouerent. His acceptis literis Seleucus, & pstantissimi viri misericordia motus, eius regionis præfectos confestim iussit: vt Demetrio ea quæ regi congrua essent, pararent: & militibus commeatum abunde copioseq; præberent. Verum extemplo post hæc quidam Pro- Procleus cleus vir prudens ac in primis familiaris Seleuco, multis suspitionibus virũ referit: facileq; eius mẽtẽ atq; animũ permurauit. Non enim nutriendos milites Demetrii inquit: neq; bellicosissimo duci occasionẽ præbendã: vt diutius in ea regione moraretur. Virum enim tribulentum, qui semper magnarum ac nouarum rerum author extiterit, minime negligendum esse: præsertim in hac fortuna'cõstitutum: quæ ẽt viros imbelles ad audendũ, ac inferendã quacũq; ratione iniuriam concitare sępenumero solebat. His rationibus cõmotus Seleucus, statim exercitũ parat: atq; ingenti celeritate in Ciliciã venit. Stupefactus Demetrius tam celeri permutatione Seleuci, & repentino eius aduentu contetritus ad tutissima Tauri loca se exercitũq; suũ recepit: confestimq; legatos ad eũ misit: qui virũ rogarent: vt aliquẽ Barbaroꝝ principatũ carentem rege sibi pereum consequi liceat: in quo fugæ ac exilio fine imposito reliquam vitam mediocriter ducere possit. huic rei si assentiri nolit: saltem aliqua loca concedat: in quibus exercitus suus hybernare possit: eũq; pabulo & cõmeatibus iuuet ne ve patiatur familiarẽ virũ contra decus suum miserum atq; inopem in hostium potestatem venire. Ad hæc Seleucus quũ multis suspitionibus laboraret, se Demetrium permissurũ respondit duos menses in Chaonia cũ exercitu omni hyemare: si nonnullos quisunt apud illum in amicitia primi, obsides sibi concesserit. Demetrius igitur desperatis omnibus rebus, quum cerneret se veloti feram quandam circundatã vndiq; septis, a Seleuci præsidiis cõtineri: iamq; diffideret Demetrius bellũ sumit aduersus. Seleucum. vllis precibus exorari hominem posse: extemplo lenitate in rabiem versa, aduersus Seleucum bellum susceptit: atq; populatis vndiq; agris, excursionibusq; multis peractis, quũ prope hostium exercitum poluisset castra: leuia in dies propter propinquitatẽ castrorum serebãtur prælia: & fere omnia Demetrio secunda erant. Tandemq; quum iusta acie signisq; collatis acriter decertassent: Demetrius quadrigis falcatis permultis euersis, ingenti alacritate reliquum exercitum in fugam verSeleucus vincitur. tit: atq; nulla interposita mora ad eos profectus, qui exitus Syriæ iussu Seleuci obsidebant, conse-

stim omnia illa præsidia expulit: fugauitq. Hac victoria Demetrius & milites eius sublati, quotti/die ad pugnā Seleucū prouocabāt: quū ille ecōtrario remissis ad Lysimachum auxiliis, quibus parū fidebat, cum reliquis copiis maximis certaminibus, congredi cum Demetrio non auderet: fortu/nam illius metuēs: quæ semper de extremis calamitatibus in summū prosperitatis fastigium effer/rehominē consueuerat. Sed hunc pristinas vires iam recuperare incipientem extēplo grauis ægri/tudo corripuit: quæ ingenti celeritate omnia sua cōsilia cogitationesq. peruertit. Milites enim qui victoria illa ad spem magnaq. rerū mentē erexerant, repēte visa ægritudine ducis fracti animo alii fugā arripiebant: alii ad hostes descedebant: plærique incertis itineribus aberrātes periere. Vix post quadragesimū diem recuperata valetudine Demetrius, ac reliquis militibus qui sibi supererant col/lectis, magno impetu Ciliciam inuadit: eamq. late depopulatus vsq. ad illa loca progreditur: vnde suæ copiæ cerni ab hostibus possent: inde propinqua nocte magno silentio castra mouit: ac ingen/ti celeritate superato Amano omnem eam regionem vsq. Cyrristem populādo percurrit. Nec mul/to postea Seleucus eius vestigia subsequutus, prope illum cum copiis suis consedit. Quod sane op/portune sibi accidisse arbitratus Demetrius, nocte insequenti ad aggrediendū Seleucū dormientē, hostiūq. aduentū minime eo tēpore expectātē, cū expeditis copiis proficiscitur. Iāq. instructę acies prope eius castra puenerāt: quū nōnulli celeritate ad Seleucū pperarūt nūtiātes cū armato exercitu adesse Demetriū: quo nūtio stupefactus conterritusq. Seleucus, raptim veste & calceamentis assum/pris ad arma conclamat: tubas canere iubet: amicos ac duces hortatur: vt confestim accedant ad ferocissimę belluę impetū reprimendū. At vero Demetrius postea q̄ ex tumultu hostium suas insi/dias detectas sensit: nō vlterius progrediendū ratus, extēplo exercitū suū in castra reduxit: nec mul/to postea ad ea loca vbi confederat infestis signis veniente Seleuco, rursus parrē copiarū ci obuiā misit. Iāq. alterę hostiū cornu in fugā prope conuerterat: quū Seleucus cernens quanto in periculo/res suæ essent, confestim dimisso equo, galeaq. deposita, in primam aciē processit: atq. omnibus se ostendens magna voce milites hortabatur: vt vno consensu ad pugnā redirēr. Diutius se certami/ne abstinuisse aiebat: vt illis q̄ sibi charissimi erāt, nō vt hosti Demetrio parceret. Milites his adhor/rationibus & præsentia regis cōmoti, incredibili alacritate ad prælium reuertuntur: quorū impetū veluti procellā quandā & extremā calamitatē in se venientē quum sustinere non posset Demetrius: clam arrepta fuga, citato gradu ad Amani pylas peruenit. Atq. inde cū paucis amicorū, qui sua ve/stigia sequebant, sylua propinquā ingressus noctē expectabat: ea mēte & animo, vt ad Caunum se conferret: ibiq. suā classem, quam eo in loco inuenire arbitrabatur, cū familiaribus suis conscende/ret. Sed in ipso itinere deficiente viatico, & iam necessitate vrgente ad alia consilia mentē conuerte/rat, quū Sosigenes familiaris suus ad eū venit. ccc. aureos nūmos, quos sub cingulo habebat, secū ferens: quibus vsq. ad mare perduci posse sperabāt. Verum quū ad ea loca ḡbus e sylua egrediendū erat peruenissent: procul per noctē ignē hostiū cōspicati: extēplo mutato consilio per idē iter ad eū locū vnde digressi erant, reuertunt: q̄q̄ fuerunt: nōnulli: qui relicto Demetrio, fugam arripuere: reli/qui vero qui cum eo permanserant, ægre eius vestigia sequebant. Quidā etiā ex his sibi dicere ausus est: oportere eū necessitate cogente iā corpus suū potestati Seleuci arbitrioq. pmittere, quo ille adeo grauiter exarsit: vt ensem e vagina ad se interimendū exereret: nec dubium erat: quin confestim sibi intulisset vulnus nisi a fidelissimis amicis fuisset retentus. Hi nāq. presentes gladiū ademerūt: & ap/prehēsa illius dextera, virū orare hortarię cœperunt: vt de cōmuni salute vno cōsensu agitare mal/let: q̄aliquid grauius in se decernere. Demū amicorū cōsilio ac multis ratiōibus persuasus Demetrius quosdam ad Seleucū mittit: qui ei dicerēt: se paratū & vitā suā, & quicquid sibi reliqui fortuna fece/rat: liberalitati eius fideiq. pmittere. Hoc lęto ac iocūdo nūtio accepto, Seleucū dixisse aiunt: Non tam Demetri q̄ Seleuci fortuna saluum esse Demetrium: quæ præter multa egregia atq. p̄clara mu/nera, quæ sibi concesserat, nunc quod ad felicitatem suam magnopere pertinere arbitretr, facultā/tem dederit: vt erga virum familiarem & affinem ac rerum gestarum gloria clarum humanitatem liberalitatēq. suam declarare possit. Post hæc regiū tentorioū & omnia alia quæ ad suscipiendū egre/giū hospitem pertinebant, parari ingenti ornatu atq. magnificētia iussit. Erat autem in regia sua Apollonides quidā: qui iam diu familiaritate Demetrii & consuetudine vtebatur: hunc ad se vo/catum ire ad Demetrium iubet: eumq. suo nomine rogare ad hortari: vt ad virum affinem & ami/cissimum sibi hominem constanter liberaliterq. accedat. Patefacto animo regis & eius sententia diuulgata, pauci primo, multi deinde obuiam illi proficiscuntur: incredibili studio inter se certan/tes, vt alter alterum præueniret. Sperabant enim præstātissimum virum & rerum gestarum gloria clarum q̄ primum summam authoritatem apud Seleucum habiturum. Sed vt plerūq. fit, miseri/cordia in maliuolētiā versa, nonnulli inuidi scelestiq. occasionē nacti ad liberalitatē regiā peruertē/dā aures illius multis suspitionibus repleuere: nō permittrēdū esse dicentes ducē p̄clarū & magnæ au/thoritatis virum in exercitus sui conspectum venire: timēdumq. esse: ne p̄sentia eius aliquis repen/tinus motus oriretur. Interim quū Apollonides aliiq. permulti ad Demetrium peruenissent: beni/gnos sermones de humanitate Seleuci afferentes: ingens repēnte congratulatio vtrinq. est facta

Demetrii grauis egritudo.

Amanus.

Demetrii fuga.

Sosigenes.

Apollonides.

& præsertim ab ipso Demetrio, qui etsi antea deditionē suam turpem miseramq; putabat: tamen ob ea quæ familiares sui de benignitate Seleuci referebant, mutata sententia ad illum fidēti animo tāq; ad amicissimū regem proficiscebatur. Verum inter hæc Pausanias cum equitibus peditibusq; mille obuiam Demetrio missus, vbi ad illum venit: extemplo nil tale suspicantē suis militibus circūdedit: atq; omnibus aliis, qui eum sequebant, dimissis, non ad Seleucū vt sibi antea psuasum fuerat, sed in Cherrōnesum Syriæ vicū perduxit: ibiq; firmis costodiis psidiisq; adhibitis eum reliquit. Hocigitur in loco relegato Demetrio, & angustis finibus circūsepto, omnia quæ ad vitā splendidā & cultū regiū pertinebant: iussu Seleuci parabant. Nā & regales ędes, & iocunda pomœria, & horti variis arboribus cōsiti ei abunde erāt: amicis & familiaribus suo arbitratu vtebatur: qui quum crebro ad eum visendum accederent: semper modestos sermones a Seleuco afferebant: quibus virum hortabantur bono vt animo esset: omnia quę de salute sua & Seleuci liberalitate speraret, se cōpertum habere dicentes. Antiochi & Stratonices aduētum a Seleuco expectari: quorum gratia liberā ei abeundi quocūq; velit, q̄primū potestatē fore. In hac misera fortuna constitutus Demetrius, desperatis iā omnibus rebus, ad Antigonum filium & eos, qui Corinthum Athenasq; regebāt nūtios misit: qui suo nomine eos monerent: ne deinceps signo & literis suis fidē præstarēt: sed se veluti defunctum arbitrarentur. deniq; Antigono filio quoad per eos fieri posset, pro antiqua beniuolētia regnū statūq; seruarent. Antigonus ea tempestate quum Patras venisset: hoc acerbissimo nuntio accepto, vehementer grauiterq; ingemuit: atq; lugubri veste assumpta, confestim in omnes partes literas misit: quibus reges & principes obsecrabat: vt pro salute patris Demetrii apud Seleucum intercederēt. Ipsum autē Seleucū multis precibus rogatum misit: vt quicquid sibi reliqui fortuna fecerat, pro vadimonio patris accipiat: se etiā si vellet obsidē pro Demetrio sumat: demum vt humanitatis mansuetudiniq; suæ, qua semper omnes alios superasset, erga virum familiarem & affinē memoriā seruet. Post reges ac principes idem a Seleuco petunt: præter vnum Lysimachū: qui tā fuit immemor humanitatis: vt cæteris regibus pro salute Demetrii deprecantibus, solus extiterit: qui magnā vim pecuniarum pollicitus Seleuco sit: si Demetriū q̄primum de medio tolleret, cuius desyderio non modo non assensit Seleucus: sed viri improbitatem veluti inhumanam & barbarā detestatus, pecunias illius postulata; neglexit. Quum autem ppo suisset animo sub Antiochi & Stratonices aduentū Demetriū referuare: vt ii essent: qui de eo dimittendo suo arbitratu decernerent: & ingentem pro singulari officio gratiam reportarent: interim tñ differendo tardandoq; res longius q̄ opus erat, producebatur. At Demetrius vt antea calamitatem in se venientem quum euitare nō potuisset: modice tolerauerat: sic præsentis fortunæ acerbitatē constanti animo sustinere videbatur atq; in principio aduentus sui, equitādo, venando, & alio quocūq; labore corpus exercendo, tēpus terebat: paulo vero deinde studio in contrariū verso, in otio atq; desidia ætatem agens, conuiuia, potus, omnia deniq; delectamenta quæ essent a labore corporis aliena, incredibili cupiditate persequebatur: siue quia languores curasq; molestas, quę animum eius exederāt: huiusmodi voluptatibus depellere posse sperarer: siue quia eam vitam, quam iam diu expetuisset, se nunc ingenti facilitate arbitraretur adeptū: quasi antea errore quodam & inani gloria ductus multos labores & pericula suscepisset: exercitus maximos comparasset: omnes terras, omnia maria commouisset: vt eam tranquillitatem & vitam delitiis voluptatibusq; refertam, quæ si nunc præter spem oblata esset, cō sequeretur. Sed hi sunt bellorū fines: quos flagitiosi reges incredibili studio expetunt: magnis laboribus persequuntur: atq; in eis summum humanæ vitæ bonum constitutum putant. Meo autem iudicio non modo in hoc ab opinione sua falluntur: q; turpes voluptates loco virtutum honestatisq; sectantur: sed etiam in eo vehementer aberrant: q; dum vitam iocundam se persequi putāt, ea quæritant: quæ longe sunt a veris voluptatibus aliena. Demetrius igitur triennio in Cherrōne so detentus, quum ex otio potuq; ac delitiarum abundantia in ægritudinem incidisset: tandē super ante valitudinem morbo, post quartū & sexagesimū ætatis annum e vita migrauit. Cuius interitu vbiq; gentium diuulgato, quum omnes inhumanitatem Seleuci accusarent: ferunt & ipsum vehementer secum fuisse questium: q; in maiori suspitione q̄ decuit, familiarem & affinem virum habuisset: imitatusq; minime esset Thracem & barbarum Dromichetem: qui paulo antea Lysimachum captum tanta cum liberalitate dimiserat. Verum ea quæ circa Demetrii funus celebrata sunt, tragicam quandam narrationem, theatroq; dignam habere videntur. Filius enim Antigonus audita illius morte: nullam moram interponendam putauit: quin cūctis nauibus in Syriam nauigaret: sed quum prope insulas peruenisset: quosdam offendit: qui Demetrii cineres ad eum perferrent. Hos igitur acceptos, & aurata vrna inclusos in puppi regiæ nauis, in qua ipse degebat, collocari iussit. Post hæc versus Corinthum cum omni classe repetente Antigono, ciuitates quibus illi appopinquabant, aliæ coronas quas vnę imponerent, alię homines, qui lugubri veste funus honestarent, certatim mittebant. Ferebatur itaq; vrna in magna eminens puppi: regia purpura diademateq; ornata: atq; hastatis iuuenibus circūsepta: qui fulgentes vndiq; armis defuncti imperatoris memoriam renouabant. Aderat ibi præterea Xenophantes elegantissimus

Relegatio Demetrii in Syriam.

Antigoni pietas in Demetriū patrem.

Demetrii interitus.

modulator: qui incredibili suauitate sacrum canebat carmen: & ipsi remiges tanta cum iocunditate fluctus ciebant: vt remorum pulsu Xenophantis carminibus responderent: flebilēq; cōcentum efficerent: magna cum sonoritate coniunctum. Quum vero prope Corinthum continenti appli cuissent: multitudo quæ ad ea littora frequens conuenerat, vbi Antigonū humilē abiectum lachry misq; refertum conspexit: ingenti adolescentis misericordia mota, vlulatum gemitumq; incredibi lem edidit. Vrna deinde cum omnibus ornamentis Demetriadē delata est: quam quidem vrbem a Demetrio cognominatam populi ex paruis circa Iolchū oppidis profecti veluti propriam sedem habitarunt. Reliquit autem Demetrius egregiā sobolē: ex Phila quidem Stratonicen atq; Antigonum: ex Deidamia vero Alexandrum, quin in Ægypto ętatem duxit. Duos insuper Demetrios: alterum quem Subtilem vocarunt ex Illyriade muliere: alterum ex Ptolemęide: qui postea Cyrenę regnauit. Sunt etiam qui Corrabum eius filium ex Eurydice fuisse tradunt. Regū autem genus, qui deinceps Macedonię imperitarunt, per successionem illius vsq; ad regem Persęum venit: quo debellato Romani sibi Macedoniam subegere. Sed peracta Macedonica sęna, tempus esse videtur vt ex altera parte Romanam introducamus.

Demetrias vrbs. Demetrii soboles ab eo relicta.

¶ MARCI ANTONII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LEONARDVM ARETINVM VERSA.

Antonio au⁹ fuit Antonius orator quē Syllanas partes sequutum C. Marius necauit. Pater vero eius quāq; nō pari splēdore authoritateq; in rep. fuerit, perhumanus tñ habitus est: in primisq; liberalis, quod quidem intelligere licet vel hoc vno illius hominis facto: Erant ei haud amplæ facultates ob eamq; rem ab vxore phibebatur quo minus liberalitate suo more vteretur. Quodam itaq; tempore, quum quidam ex familiaribus pecuniam ab eo rogaret: isq; negare nesciret: pecuniam autem nullam haberet: puero mādauit: vt argenteū scyphum ad se deferret cum aqua: quo facto cœpit genas ablutere: quasi radi præpararet: & simul causa ficta, puerū e conspectu remouit: scyphūq; amico tradidit: vt ille suo arbitratu pro pecunia vteretur. Longa deinde inquisitiōe inter seruos habita eius scyphi gratia quū sentiret mulierē id grauius ferre: actiusq; a seruis inquirere: factū a se cōfessus est: veniāq; postulauit. Vxor erat illi Iulia ex Cæsarum familia primaria fœmina, nemini ætatis suæ pudicitia cedens: sub hac muliere Antonius filius educatus est. Post mortem patris. P. Lentulo nupta: quem cum. L. Catilina conspirantem Cicero consul supplicio affecit. Hinc vehemens illud Antonii odium in Ciceronem videtur initium traxisse. Inquit enim Antonius corpus vitrici sui non prius ad sepulturam datum: q̄ id mater supplex impetrasset a Ciceronis vxore: qua quidem de re manifestissime mentitur. Nullus enim ex iis qui tunc supplicio fuerunt affecti sepultura prohibitus est. Et Antonio quidem egregia forma in ætate florenti, Curionis familiaritatem velut calamitatem quandam ferunt inhæsisse. Ipse enim Curio haud sane temperans erat: & quo magis sibi obnoxium faceret Antonium, in amores: libidines: varioq; sumptus impellebat. Ex quo grande æs alienum cōflatū est: minime conuenientis illius ætati. Ducēta eni quinquaginta milia debebat. Pro quibus quū interessisset Curio, patet id ægre ferens domo sua prohibuit Antonium: ille autē ad. P. Clodiū se contulit: hominem oium sceleratissimū, turbulentissimumq; in cuius contubernio haud multum cōmoratus, siue q̄ inimicos Clodii formidaret: siue q̄ Clodiani furoris eū satietas haberet: in Græciā abiit: ibiq; pmāsit: & corpus ad militaria certamina, & linguā ad dicēdū exercens. Vtebat aūt genere dicēdi, quod appellant Asianum: maxime tēporibus illis florēte, plurimāq; cum Antonii moribus similitudinē habente. Erat enim turgēs atq; lasciuū, & inani quadam iactantia & exultantia

Antonius orator. M. Antonii auus.

Iulia mater Antonii. Odiū Antonii Ciceronē inde cœperit. Curio intē perans hō.

P. Clodius sceleratissimus.

Asianū genus dicēdi.

Gabinij vir consularis.

plenũ. Sed quũ Gabinius vir consularis in Syriã nauigans Antoniũ rogaret: vt secum proficiscere tur: priuatũ se negauit iturũ: pfectus vero equitum factus concessit. Inde primo cõtra Aristobolũ, qui Iudæos concitauerat, missus, primus omniũ vallũ maximũ transcendit: prælioq; inito parua

Aristobolꝰ capitur ab Antonio.

ipse manu ingentes hostiũ copias fudit: obtrũcauitq; ferme omnes: & ipsum Aristobolum vna cũ filio cepit. Posthæc quũ Ptolemæus Gabiniũ rogaret: vt exercitũ in Ægyptũ traduceret: sibiq; regnũ recuperaret: cæteris qui ordinẽ ducebãt minime id suscipiẽdũ cẽsentibus, ipsoq; Gabinio, q̃q̃ capto auaritia eius pecuniæ quam rex pollicebaꝫ, subsistente, Antonius magnaq; rerũ cupidus & Ptolemæi gratia motus, eũdũ esse persuasit. Sed quũ magnis timerẽt iter, q̃ bellum, q; & palatas are nas eundũ erat: & per loca aquæ expertia iuxta abruptũ, ac Serbonidis plaudem: quas Tiphonis re spiratiões Ægyptii appellãt (Videt autẽ rubri maris quod paruo interuallo a mediterraneo sepa ratur, fluxus refluxusq;) præmissus cum equitibus Antonius nõ solum iter rutũ exercitui præstitit: sed etiam Pelusium vrbem magna vi cepit: spemq; certissimã victoriæ þbuit duci. Et eius quidem li beralitate hostes ẽt potiti sunt: nã quũ Ptolemæus ita efferuens simul atq; vrbẽ ingressus eẽt, oẽs Pe lusinos trucidare vellet: obiecit se Antonius: iramq; prohibuit. In præliis autẽ magnis & frequẽ ter in Ægypto cõmissis, cõplura & fortitudinis & industriæ militaris facinora ostendens, & modo hostẽ circũcũdo, modo terga inuadendo, victoriam suis manifestissime prębens, magnifice dona tus, ac laudatus est. Nec vero latuit homines Antonii humanitas erga Archelaum iã mortuũ. Nã quũ illi hospes familiarisq; fuisset: bellum viuẽti necessitate intulit: mortui autem corpus quæsiuit & regio funere ornauit. Has ob res magna erat Antonii apud Ægyptios fama: in exercitu vero cla rissimus habebatur. Accedebat adhæc dignitas forme: barba quædã haud sane liberalis: latitudo frõtis: eminentia vasi: videbaturq; Herculis imaginibus picturisq; persimilẽ aspectũ habere. Erat ẽt fabula antiqua Antonioꝝ familiã ab Hercule natã, ab Antone Herculis filio cognomẽ accepisse.

Archelaus.

Anto. Herculis filius.

Hanc familię suæ famã confirmare, non solũ forma corporis, sed ẽt vestitu nitebatur. Semper enĩ cũ in oculis pluriũ erat futurus, tunicã ad coxã cingebatur: permagnũ suspendebat gladiũ: chlamy dẽ insuper asperã circũdabat. Cæteraq; quę in aliis intolerabilia videnť, iactãtia, dicacitas, violentia, & cœnantibus assidendo, & militari mensa discũbendo, mirũ in modũ animos militũ conciliabat sibi. Erat præterea ingenium a venere non abhorrẽs: quæ res permultos mortales illi amicos fecit. Studebat .n. aliorũ amoribus: curabatq; vt quisq; desiderii sui fieret cõpos. Iocos autẽ de ppriis nõ inuitus audiebat. Egregia vero munificẽtia, & nec auara neq; pusilla manu in milites amicosq; col lata largitio, eũ ad præclaram euexit potentiã: & potentẽ iam factum mille vitiis repugnãtibus cõ seruauit auxitq;. Eius munificentiæ vnũ exẽplũ narrabo. Cuidam ex amicis dari iusserat milia. xxv. hoc Romani decies sestertium appellant: procuratore autẽ admirante: & vt magnitudinẽ donatio nis ostenderet, in conspectu suo pecuniã depromẽte, rogauit Antonius quid hoc esset? Illo autẽ rñ dente eam esse pecuniã, quã dono dari iussisset, cõspicatus hominis improbitatẽ, Equidem inquit, arbitrabar ampliorem pecuniã decies sestertium continere: hoc vero parum est: ita tãtũdem super adde. Sed hoc posterius. Discordia in ciuitate exorta, quum optimates Pompeio inhęrerent: popu lares Cæsarem cum exercitu aduocarent. C. Curio Antonii amicus ex mutatione Cæsari fauens, potentia quam dicendo cõparauerat, magnis præterea largitionibus, quas Cæsar subministrabat tribunum plebis creauit Antonium: posteaquam etiam inter augures cooptauit. Is autem simul atq; ma gistratum iniit: non parum iuuit Cęsaris partes: nam primum Marcello consule scriptas legiõ nes Pompeio decernente, & nouos insuper delectus haberi, intercessit Antonius rogationẽ ferens. vt præsentes copiæ in Syriam mitterentur: quę. M. Bibulo auxilium ferrent aduersus Parthos bel lum gerenti: eos autem qui delecti essent. Pompeio nõ parere. Deinde quum Senatus epistolas Cę saris recipere nollẽt: legiq; prohiberet: ipse tribunitia potestate frętus recitauit: multorumq; men tes flexit: quum visus sit Cæsar non iniqua neq; immoderata postulare. Duabus deniq; rogatio nibus propositis: altera placeret ne Pompeium exercitum dimittere: altera vero Cæsarem ne: & Pompeium quidem paucis arma deponere censentibus, Cæsarem vero omnibus præter paucos, assurgens Antonius rogauit placeret ne & Cæsarem & Pompeium ab armis discedere: copiasq; di mittere. Hanc rogationem summo studio vniuersi receperunt: Antoniũq; laudantes, & vt eam le gem ferret cohortantes, sed consulibus id non permittentibus, Cęsaris amici alias cõditiones pru lere: quas quum. M. Cato refelleret: & Lentulus consul eos senatu expelleret: curia abiens Antoni us multa in capita eorum imprecatus est: deinde ministri veste assumpta, & vehiculo cõducto, vna cum Qu. Cassio ad Cæsarem fugit: clamitans nullas leges in vrbe valere: ius tribunitiũ sublatum esse: omnibus qui æquũ bonũq; defendant periculũ capitis iminere. quibus verbis motus Cæsar, in Italiam cum exercitu properauit. Hac de causa scribit Cicero in Philippicis: vt Helenam Tro ianis, sic Antoniũ. P. R. belli, exiti, pestis causam fuisse. quod equidem vero non puto: neq; enim ita leuis erat Cęsar: neq; ita facile ob iram ruebat: vt nisi diu antea statuisset bellum patriæ suæ inferre. tunc subito profiluisset ob visum Antonium vili veste & conducto vehiculo cum. Qu. Cassio ad se fugientem. Sed hęc Cęsari iam diu id optranti occasionem commodam prębuere: cæteraq; illa ma

Sestertium

Antoniꝰ tribunꝰ pleb. efficitur.

M. Bibulus.

gis impellebāt eū: quæ nuper Alexādrum, prius Cyrū impulerāt: amor immoderatus dominandi: & principatus furiosa cupido: quē stante Pōpeo, assequi nō poterat. Capta igitur Italia, pulsisq; optimatibus, quū Cæsar priusq; Pompeium sequeretur, in Hispaniā proficisci vellet: Lepido prætori Vrbem: Antonio tribuno Italiam præfidiaq; cōmisit. Hic aūt vir inter milites Cæsaris versari cœpit: vna exercendo se, donādoq;, egregie aios eorum deuinxerat. Cęteri autē omnes eum oderant: nam & iniurias prohibere segnis: & obuiāribus cōtumelioſus erat: & in vxores alienas parū pudicus. Cæsaris deniq; dominationi non immiti neq; acerbæ, quantum in ipso Cæsare erat, per eius amicos effectum est: vt tyrannidis inurereturnota. quorum Antonius in maxima licētia pecandi constitutus, in primis eius rei causa videtur fuisse. Cæsar tamen ex Hispania reuersus Antonii errata neglexit: scienſq; illum virum fortem & manu promptum, eius opera deinceps in bello non frustra est vsus. Traiecit itaq; Ionium Cæsar cum paucis militibus a Brundusio profectus: remissisq; retro nauibus ad Antonium & Gabinium, iussit eos celeriter omnes copias in Macedoniā traiicere. Hic quum Gabinius tēpestatē horreret: longoq; circuitu exercitum per terram ductaret: veritus Antonius ne Cęsar quoniam hostibus longe impar erat, molebelli obrueret: repulso Libone, qui fauces portus obsidebat, cū. xx. milibus peditum & octingētis equitibus naues conscēdit. Inde quum iam altū teneret: cōspectus a triremibus hostium, longāq; persequutionē passus vix effugit: subito noto persequentes carinas impediente. Verum illum e manibus hostiū venti beneficio liberatum pene grauior excepit casus: delatus enim per inuia saxa ad pręces & scopulosum litus inhæserat fine vlla euadēdi spe. Sed subito ex inſperato exorto libyco, vndis a terra refluētibus, in pelagus est restitutus. deinceps nō solum tranquilla, sed etiā felix fuit nauigatio. Nam haud lōgius ab eo loco profecti cernunt naues fractas in litore. Illic enim attriuerat ventus perſequutus eos, triremes. Ingenti ergo prædaditari milites, multis etiā ex hostibus captis, summa cum lętitia ad Cæsarem puenere. Prælii inde frequenter comiſſis, in cunctis inclytus erat Antonius. Bis Cæsaris milites in fugā versos coegit sistere: pugnaq; restituta fudit hostē. Erat igitur de Antonio plurimus in exercitu post Cęsarē sermo. Quāobrem summā illam pugnā, & quæ cuncta in discrimē adductura erat, iniens Cæsar, quāti eū faceret ostēdit: dextero enim cornu sibi reseruato, siniſtrū Antonio commisit: vt oīum qui secum erāt pugnacissimo. Post pharsalicā autē pugnā quum Cæsar dictator factus persequi Pompeium decreuisset: Antoniū cum tribunatu in vrbē remisit. Est eadem potestas si præsens sit dictator secunda: sin autem absit, prima ac ferme sola. Quippe dictatura cæteros oēs magistratus dissoluit: præter tribunitiā potestatē. Reuerſo in vrbē Antonio, Dolobella adolescēs, q & ipse tribunus plebis erat, nouarū rerum cupidus, legē promulgauerat de ærealieno rescindendo: rogauitq; Antoniū vtpote collegā & amicū & populārē: vt adiutor sibi esset ad legē ferēdam. intercedebāt enī Asinius & Trebellius. Eo tpe accidit vt grauis suspitio haberet Antonium: vxorem suā a Dolobella esse corruptam: quod quū ferre nō posset: repudiata vxore, eademq; sorore (erat enī filia. C. Antonii Ciceronis collegæ) partes Asinii & Trebelli suscepit: aduersatusq; est Dolobellę. Occupauerat ille forū: per vim legem laturus. Antonius autem Senatu decernente armis opus esse, Dolobellam inuadit: & plærisq; circa eum necatis, tandem foro exturbat. Hoc q; dem Antonii factum maxime aios plebis offendit: bonis atq; honestis ciuibus ppter turpem vitā odio erat. Semper enim inter aleatores, scorta, ebrioſq; versabat: die vino luxuq; cōfectus edormiebat: ob crapulam, quam noctu p lasciuiā ingurgitauerat in mimoq; nuptiis & ridiculoq; spectaculis. Ferunt illum in Hippiæ mimæ nuptiis cœnatum, tātum vini per vniuersam noctē hausisse: vt sibi postridie in concionem vocato necesse fuerit in conſpectu populi Romani euomere: quodam ex amicis togam subiciente. Erat enim inter maxime familiares Sergius mimus: & Citharis quidam ex eadem palæstra mulierculam amās. Hoc comitatu Antonius peragrabat Italiam lectica delatus, aures pateras veluti in pompa circunferēs. Ducebātur & leones ad rhedam ligati: & quod maxime homines torquæbat, honestissimæ domus scortis & mimis pro diuersoriis tradebātur: per lucos atq; amnium ripas parandia sumptuosissima parabantur. Habebat omnes non parua indignatio: q Cæsare ipso circa Italiam belli reliquias perſequente, & mille labores & pericula noctu dieq; subeunte, alius Italiam per illum tam luxurioſe calcaret. Itaq; reuersus Cæsar Dolobellæ veniam dedit: & tertium consul factus, non Antonium, sed Lepidum elegit collegam. Bona deinde. Cn. Pompeii sub hasta vēdita mercatus est Antonius: sed exigia se pretium molestę ferebat: aitq; ipse hanc ob causam in punico bello non fuisse: q parum sibi videretur in iis quæ prius gesserat gratiæ consequutus. Videtur autem Cæsar non negligenter errata castigando magna ex parte eius nequitiā retudisse. Confestim enim ille turpi vita relicta vxorē accepit Fuluiā. C. Curioni antea nuptā: nō muliebres artes doctā mulierē: nec priuatū hominē superaret cōtēdentē: sed magistratus regere: & imperātibus imparē: vt sibi magnas gratias deberet Cleopatra: q ita institutū ab ea Antoniū accepisset: vt vxoribus obnoxius esset didicisset. Hanc tamen mulierem Antonius ludis nonnunq; aggrediebat: vt sibi illa esset placatior: & aliquid remitteret seueritatis: vt tunc quum Cęsari ex Hiſpania redeunti processisset obuiam. Inde crebro rumore petlato Cæ-

Antonii. strenuitas.

Cæsar Dictator. Dictaturæ potestas. Dolobella trib. pl. & Antonii collega.

Antonii vitæ turpitudo. Antonii crapula. Sergius mimus.

Pōpeii bona sub hasta vēdita An. emit Fuluia nubit Anto.

sarem interfectum esse: hostesq; in Italiam properare: rediens in vrbem Antonius famuli veste no
ctu domum venit: dixitq; se tabellarium ab Antonio literas ad Fuluiã habere. Introducíq; ad eã ca
pite obuoluto: rogat illa p iusq; literas accipiat, valeat ne Antonius. hic vero nihil respondens epi
stolam porrigit: quam quum illa legeret flens (erat enim scripta amatorie) caput aperuit: in collũ
inuasit. Sed hęc pauca ex multis posuimus exempli gratia. Cęsari tandem ex Hispania remeanti
omnes primores ciuitatis q̃ longe obuiam processere. Horum autem Cæsar egregie præter cæte
ros summo in honore recepit Antonium. Nam quum per Italiam curru veheretur: vna secũ sem
C. Octauius per illum habuit in eodem curru. Post illum vero. D. Brutus sequebatur: &. C. Octauius neptis suę
filius: qui postea Cęsar dictus est: & plurimum tempus Romanis imperauit. Quartum deinde cõ
sul creatus Cęsar, Antonium sibi assumpsit collegam. Instituerat autem se magistratu abdicare: &
in suum locum Dolobellam substituere: qua de re etiã ad senatum verba fecerat: sed idignatus An
tonius inimicum sibi in magistratu adiungi: vehementer inuectus est in Dolobellam: nec paucio
ra tamen de se audiuit: itaq; infecta re Senatus dimissus est. deinde quum Cæsar in sententia persta
ret: & consulem Dolobellam renuntiari iussisset: effecitq; vt Cæsar ab in
Lupercalia. cœpto desisteret. Erat sane in Dolobella non minus nequitię, q̃ in ipso Antonio: feruntq; aliquan
do quum quis Antonium. Dolobellãq; ad Cæsarem sub accusaret: atq; illos in suspitionem addu
ceret insidiarum: respondisse Cæsarem: non vereri eiusmodi nitidos & comatos homines: sed gra
ciles & pallẽtes, Cassium & Brutum designans. Sedillis quidẽ Cæsaris necãdi pulcherrimam cau
sam prębuit Antonius. Erat solẽnis luperca liorum dies: Cæsar autem triũphali veste amictus in ro
Causæ Cæ stris sedebat: currẽtes Lupercos inspecturus. Currũt enim & nobilium iuuenum, & eorum qui ma
saris necis. gistratum gerunt complures, nudi, atq; vncti, loris albis obuios ferientes. In his quũ esset Antoni
us: contra consuetudinẽ morẽq; eius ludi ad sellam in qua Cæsar sedebat cucurrit: diadema anne
xũ laurea corona ostentans: sublatusq; ab iis qui sequuti erãt, capiti Cæsaris diadema imposuit. De
clinauit caput Cęsar: reiecitq; diadema cũ maximo totius. P. R. plausu. Rursus diadema imponere
conantem, rursus reiecit Cæsar: cum summa spectantium lætitia. Quod quidem mirandum vide
tur: homines reuera sub rege viuentes, nomen regium, vt libertatis priuationem, exhorruisse. Surre
xit Cęsar e sella turbato vultu, & nudatum iugulum cuiq; offerebat ad necem suscipiendam paratũ
se dictitans: Coronam tamen illam statuæ suæ impositam quum tribuni plebis abstulissent: & ob
eam rem summo studio a populo laudati essent: Cæsar eos magistratu priuauit. Hæc Brutum, Cas
Trebonius. sium, cęterosq; cõpulerunt ad Cæsaris trucidandi consilium. Qui in vnum congregati quum mul
ta disposuissent: illud agitauere inter se, an ad eam rem perficiendam Antonius esset inuitandus.
Quod quum nonnullis placeret: contradixit Trebonius. Inquit enim, mentem Antonii iam an
tea tentauisse, quum Cęsar ex Hispania reuerteretur: Antonium vero non recepisse: nec tamẽ vnq̃
ad Cæsarem retulisse: sed tacuisse id fideliter. His verbis in sententiam Trebonii adducti iterum agi
tauere: an vna cum Cæsare Antonium trucidarent. Sed & hoc quidem prohibuit Brutus: censens
eam rem quam pro legibus aciure suscipierent, carere omni iniuria oportere. At veriti Antonii ro
bur, & magistratus insignia, subornant quosdam ex coniuratis: qui quum Cæsar ingrediatur Se
natum, extra demorentur Antonium negotio aliquo ex composito iniecto. Quę omnia quum
ita vti disposita erant euenissent: mortuo in Senatu Cęsare, primo quidem Antonius insignia ma
gistratus abiecit: & mutata veste se occultauit. Deinde vt audiuit illos nemini nocere: sed globo fa
cto in Capitolium se recepisse: egressus e latebris filium suum ad eos misit in Capitolium: vt pro ob
side illum tenerent: e capitolioq; descenderẽt. Quo facto ipse quidem eodem die. C. Cassium ad cœ
nam apud se habuit. Lepidus autem Brutum. Postridie vero frequenti Senatu retulit de obliuione
discordiarum, deq; prouinciis diuidendis: cui quidem Senatus summo studio assensus quum esset
adiunxit & acta Cęsaris rata manere. Celeberrima fuit illa dies Antonio: nec dici quidem posset:
quantam sit laudem iudicio omnium mortalium consequutus. Videbant enim intestinum bellũ
per illius prudentiam sublatum esse: & in rebus difficillimis ac turbulentissimis, bono consilio ciui
tę animo fuisse. Sed tamen cito illum ab hac sententia deiecit principatus cupido: quem se post
cognitam mentem plebis haud dubie adepturum putabat: si Brutus e medio tolleretur. Nam quũ
Oratio fu Cæsarem (vt mos erat in funere) pro rostris laudaret: animaduertens multitudinem oratione sua
nebris An mirabiliter ductam: admiscuit laudibus cõmiserationem, stimulosq; animorum: & in perorando
tõii i Cęsa vestem Cęsaris explicuit sanguine fœdatam: & in plurimis locis cæsam gladiis: & ea qui parassent
rẽ mortuũ impios scelestosq; vocãs, tantum furorem multitudini iniecit: vt corpus Cæsaris in foro cremarẽt:
Calpurnia subsellis mensisq; vndiq; ad pyram raptis: accensis facibus ad occisorũ domos percurrerent. Ex hoc
quatuor mi Brutus cæteriq; ex vrbe migrarunt: Cæsaris vero amici ad Antonium se contulerunt: ad quem etiã
lia talẽta ad Calpurnia vxor pecuniam a Cæsare relictam transtulit: & penes eum deposuit. Erat autem nume
Antonium rus quatuor milia talentorum. accepit etiam Cęsaris commentaria: in quibus decreta iudicataq;
transiẽt. erant scripta. Adhæc Antonius quod libitum fuit addens, aliis magistratus dabat: aliis immuni
tates: multi senatores facti: plęriq; ab exilio reducti. & hæc omnia faciebat quasi a Cæsare antea de
creta. Quãobrẽ

creta. Quamobrem iocantes Romani eos omnes Charonitas appellabãt. nam si quid illis obiectum erat: continuo in mortui fugiebãt chirographa. Hæc & alia prætera multa contra leges fecit Antonius: ipse quidem cõsul. L. vero fratrẽ tribunũ plebis &, Caium alterum fratrem prætorẽ socios habẽs. Dum hæc Rome gerũtur. C. Cæsar adolescens hæres a Cæsare scriptus ex Apollonia rediit. Is primũ ad Antoniũ vtpote amicũ paternũ salutatum veniens, depositæ pecuniæ mentionem habuit. debebat Romanorum cuiq; drachmas. lxxv. ex testamento patris. Hic Antonius primo iuuenem aspernari: atq; insanum dicere: & boni consilii bonorũq; amicorum expertem: si tam onerosam hæreditatem adeundã putet: ac nõ potius abstinẽdũ. Sed quũ id psuadere nequiret adolescẽti: pecuniãq; repeteret: multa contra illum cõtumelioſe dixit fecitq;. Nam quũ tribunarum perẽs Cæsar, stellam auream patris sui posuisset: minatus est Antonius in carcerem illum ducturum: nisi desineret plebẽ solicitare. His rebus adductus Cæsar ad Ciceronem se cõtulit: eiq; se totum pmisit: perquem quũ senatũ sibi conciliasset: ipse aũt plebem amplexaret & veterani milites vndiq; ad eũ cõcurrerẽt: metuens Antonius, per communes amicos in gratiam rediit: congressu ad inuicem in capitolio habito. Ea nocte dormientem Antonium terribilis visio excitauit. visus est enim eius dexteram fulmine de cœlo feriri. Nec multo post nuntiatum est, illi Cæsarem insidias tendere: qua de re quum Cæsar se purgaret: nec tamen persuaderet: rursus inter eos atdẽ tissimę inimicitię exortæ sunt. Hinc discursiones per Italiam ab vtroq; factæ: veterani præmiis vtrinq; allecti: legionesq; sollicitatæ. Interhæc. M. Cicero ea tempestate ciuitatis princeps omnes mortales in Antonium cõcitabat. Eo authore Antonius tandem hostis est iudicatus: Cæsari faces decreti: Pansa & Hircius qui tum erãt cõsules, cõtra Antonium missi. Hi circa vrbẽ Mutinã prælio cõmisso, præsente Cæsare atq; adiuuãte. M. Antoniũ fuderũt fugarũtq; sed ipsi ambo interierunt. Exhoc bello fugientem Antonium cum multa alia grauissima exceperunt, tum maxime rerum edendarum penuria. Verum ei natura datum erat: vt in rebus aduersis difficilimisq; sese ip se virtute superaret: & quanto magis fortuna premeretur: tanto bono viro efficeretur similior. Ita q; dum alpes transcenderet: mirabile erat, exemplum militibus suis hominem tanta luxuria tantisq; delitiis modo affluentẽ, aquam corruptam faciliter bibere: radices & fructus syluestres cibum habere. edebãt etiam arborũ cortices: & animalia quædã ante id tps inguſtata. Causa itineris erat vt transalpino exercitui se cõiungeret: cui Lepidus imperabat. M. Antonii familiaris: & in Cæsaris amicitiã magna ex parte per Antonium receptus. Vt igitur in ea loca peruenit: vbi Lepidus cum exercitu erat: haud procul ab eo castra metatus, expectabat si qd opis aut auxilii afferret. Q d quũ frustra præstolari se animaduerteret: lugubri veste assumpta, & barba post pugnam pmissa, & crine miserabiliter neglecto, ad castra Lepidi q proxime accessit: ibiq; cõcionari cœpit. Mouebat nõ paucos miserabilis habitus: & maxime supplex oratio flectebat aſos. Q d quũ sentiret Lepidus: tubas canere iussit: vt præ illarum clangore vox Antonii nequiret exaudiri. Ob id factum magis etiã ad misericordiã flexi milites, Lęlium quẽdam & Clodium meretricio habitu emittunt: qui iubeãt Antonium castra expugnare aggredi: pmultos esse intus: qui se offerant paratos eũ recipere: & Lepidum, si ita iuberet, trucidare. Flumẽ quoddam ppter castra Lepidi fluebat: cõtra eũ locum Antonius copias suas postridie adduxit: & primus omnium ipse flumen ingressus ad aduersam ripam contendit. Iam etenim milites Lepidi frequẽtes ex eo loco Antonium vocabãt: vallumq; pstrauerant. Ingressus igitur castra, rerum oĩum potitus humanissime Lępidũ cõuenit: patrẽq; salutauit: & quũ rei penes eũ summa potestas esset, Lepido tñ imperatoris nomẽ honorẽq; seruauit. Ea res effecit: vt & Plancus Munatius, qui & ipse circa ea loca exercitũ ductabat, Antonio se coniungeret. His rebus elatus Antonius, Vitio quodã ex familiaribus cõpotoribusq; suis cum sex legionibus in præsidio Galliæ relicto, ipse in Italiam rediit decem milia eqtum & xvii. legiones peditũ secum agens. Cæsar autem a Cicerone quem videbat tota mẽte ad libertatem reipublicę intẽtum defeciuit: Antoniũq; ad recõciliationem vocauit. Cõuenere hi tres duces in insulam quãdam flumine circũ ablutam: ibiq; per triduũ cõmorati de diuisione imperii, deq; cæteris rebus agitauere. Verũ vt cætera facile transegerũt: sic magna dissensio cõcertatioq; exorta, diu tenuit deliberãtes de ciuibus necãdis: singulis amicos seruare cupiẽtibus, & inimicos necare. Tãdem inimicoq; odio, & iura cognationis & amicitiæ charitas abiecta. Cæsar Antonio Ciceronẽ, Antonius Cæsari. L. Cæsarem auũculum cõcessit necandum. a. M. Lepido Paulus frater ad necem cõcessus: vel| vt quidam aiunt| spõte destinatus. Nil reor vnq; crudelius fuisse aut tetrius factum: homicidia homicidiis pmutantes: quos acceperant, quos tradebãt mactantes. sed in amicos magis iniurii: quos sine vllo odio trucidabãt. Hanc inter duces amicitiã censuerunt milites affinitate firmãdam: data Cæsari vxore Clodia Fuluiæ filia Antonii priuigna. His ita dispositis ad exequẽda ea quæ decreuerant cõtendunt. Trecẽti ab his ciues ex pscriptione trucidati. Ciceronis caput ac dextra manus, qua illas Antonianas orationes scripserat, iussu Antonii abscissa: quæ quũ ad se delata essent, aspexit diu summa lætitia exultãs: vbi oculi satiati sunt illo spectaculo, iussit per cõtumeliã in rostris deponi: quasi vero illã iam mortuũ cõtumelia afficeret: ac nõ potius seipsum ac fortunã suam indignam

Charonitę L. Antonii frater tribunus pleb. Caius Antonii frater prætor Caius Cæsar hæres a Cæsare scriptus.

Antonii somnium.

Antoni⁹ iudicatur hostis.

Hircius & Pãsa apud Mutinã interfecti.

Antonii fuga & ei⁹ victus.

Lepidi castra occupãtur ab Antonio.

Plancus Munatius.

Cæsar Antonio & Lepido reconciliatur.

Clodia nubit Lucio Cæsari.

Cicero interficitur.

L. Cæsar auũcul⁹ Antonii a Iulia sorore seruatur.

ostenderet: quæ ad tantam potentiam nefarium hominẽ prouexissẽt. L. aũt Cæsar quũ milites ad cum necandum missi essent: fugit ad Iuliam sororem: at quum carnifices eo quoq; venissent: & in cubiculum prorum pere vellent: stans illa pro foribus ac vi resistens clamitabat magna voce nũq; illius facultatem. L. Cæsaris necandi futuram: ni prius ipsam necarẽt: quæ Antonium peperisset. His illa tũ rebus fratrem tutata est. Erat hæc triumuirorum dominatio omnibus infensa & grauis: cuius rei culpa omnis in Antoniũ referebatur. Nam & Cæsare maior natu erat: & Lepido potentior: & ad suos mores vitamq; illam voluptariam vt primũ per bellum licuit redierat. Accedebat ad hæc q̃ domum magni pompeii habitabat: hominis nõ minus institutis domesticis moribusq; admirandi q̃ tribus triumphis. Tunc vero dominãte Antonio, legati, duces, magistratusq; reiecti pro foribus expectabant. His portæ clausę non permitebãt aditum. Intus vero aleatorum, mimorum, adulatorũ greges, rapinas Antonii deuorantes. Non satis erant ad sumptus proscriptorum bona: nec omne vectigalium genus exactum: itum est ad virgines Vestales: raptæ pecuniæ apud ædem depositæ: vxoribus etiam propinquisq; necatorũ ciuium bona per calumniã adepta. nec tũ hæc satis erant. Quãobrem indigne passus Cæsar tantam prodigalitatẽ, diuisionem pecuniarum cum Antonio fecit. Diuisio etiam exercitu contra Brutum & Cassium in Macedoniam profecti sunt. M. Lepido cum præsidio Romæ relicto. Vt igitur in Macedona bellari cœptum est, nihil vnq̃ præclarum a Cæsare factũ: omnia per Antonium gesta. Prima quidem pugna varium habuit euentum: vt ab vtraq; parte dextrum cornu superaretur. Cæsar a Bruto contra quem instructus erat, profligatus, castra quoq; amisit: vixq; manus hostium effugit: vt ipse in cõmentariis suis scribit: somnio cuiusdam ex familiaribus admonitus. Cassius in alio cornu ab Antonio victus, quum ignoraret Brutum vicisse, a Pindaro liberto volens mãdansq; occiditur. Scribunt tamen nonnulli, Antonium abfuisse: quũ milites sui cõtra Cassium pugnauere. Post paucis vero diebus iterum pugnatum est. In ea pugna victus Brutus mortẽ sibi consciuit. Antonio vero integra victoria parta: vt pote qui Cæsare ægrotante vicerat. In ea pugna Antonius quũ Bruti corpus inuenisset: pauca de. C. fratris nece cõquestus: quẽ in Macedonia captũ Brutus Ciceronis manibus mactari fecerat: & postremo se magis id Hortẽsio q̃ Bruto imputare testatus: purpuram ex suis pretiosissimam cadaueri superiecit: & liberto cuidam ex suis mandauit sepeliẽdi curam. Hunc tamen libertum quum postea competisset purpuram eũ corpore nõ sepelisse: magnãq; partem pecuniæ ad sepulturam datæ subtraxisse: summo supplicio affecit Antonius. Confecto bello Cæsar quidem grauissima valetudine, ita vt parum supfuturus speraret, Romam reductus est. Antonius vero ad cogẽda stipendia quę militibus solueret, cum exercitu contendit. Pollicitus enim erat cuiq; militum quinq; milia drachmarum: eratq; opus grandi pecunia ad ea persoluẽda. Primo igitur in Græciam profectus, non grauis neq; infestus hominibus erat: sed ad doctorum hominum disputationes, ad theatra, ad ludos se totum conuerterat: in iudicando mitis: in largiendo magnificus: & amator Græcorum, maximeq; Athenienſium vocatus gaudebat. permulta ab illo dono Athenienſibus data: nonnulla etiam cæteris ciuitatibus. Megarenſes vero quum cuperent aliqd ciuitatis suæ magnificum ostendere, per æmulationem Athenarum: rogauerunt Antonium: vt ad eorum curiam visendam accederet: quo quum ille veniſſet, interrogatus ab eisdem, qualis illa curia sibi videretur: Pusilla mihi inquit & insuper disiecta. Templum etiam phytu designauit: quasi cõsumaturus. hoc enim Senatui fuerat pollicitus. L. deinde Cẽsorino græciæ præfecto ipse in Asiã transiit. Ibi quum reges vndiq; ad eum concurrerẽt: & reginę donis ornatuq; certãtes, sese ac formam suam Antonio offerrent: corruptus extemplo aiusin cõsuetum morbũ recidit voluptatum. Anaxagores, citharœdi, & vtiq; tibicines, & Methrodorus quidam saltator & eiusmodi asiaticarum illecebrarum turba, mira festiuitate & gaudio in calamitates Romanas insiliebant: nec quisq̃ iam se continere poterat oĩbus ad voluptatem cõuersis. Vniuersa enim Asia non secus ac sopho cl̃ea illa ciuitas plena vaporibus suauissimis erat: vbiq; cãtus audiebãtur: vbiq; serta exhalabãt festiua. Quippe quum Ephesum ingrederetur: mulieres vniuersæ in bacchas, viri oẽs & pueri in satyros & panes se formarũt. Hædera, thyrsis, psalteriis plena ciuitas Dionysium, charidotẽ, Melichium vocabat Antoniũ. & erat pfecto talis erga quosdam: cęteris vero ferus atq; immanis. Nam & nobiles spoliabat fortunis oĩbus: & eas petditis hominibus assentatoribusq; donabat. multis prę terea viuentium bona quasi mortuoq; hæreditatem cõcessit. Domũ magnatis cuiusdam largitus est co quo suo: q̃ cœnam bene parauisse visus erat. Secunda tãdem vectigalia quũ Asiaticis imperaret: Hybreas quidã qui ciuitatum causam susceperat, ita cũ Antonio agere ausus est: Si potes inquit, o Antoni eodẽ anno bis vectigal exigere: illud etiã efficere posse te decet: vt bis æstatẽ habeamus: bisq; autũnum festiuum. Hoc quidẽ, & a mẽre Antonii nõ abhorrens. Deinde cum inferuisset ducẽta milia talẽtorum sibi Asiam exoluisse efficaciter nimium: adiecit hęc verba: Si quidẽ hæc tanta pecunia ad te delata nõ est: ab iis eã repetas qui a nobis exegere. Sin aũt ad te delatã iam cõsumpsisti: nullã nobis spem reliquã paramus. Hæc ratiõe maxime flexit Antonium. Ignaro enim illo plurima gerebãtur a suis: neq; id tãtum negligẽtia, quãtum simplicitate quadam ac nimia fide

Antonius ad voluptates pristinas redit.

Cæsar profligatur. Cassius occiditur a liberto suo.

Brut⁹ mortẽ sibi cõsciscit.

Bruti corpus ab Antonio mandatur sepulturæ.

Antonii liberalitas.

Anaxanores. Metrodor⁹ saltator.

Hybreas.

cõtingebat. Erat illi simplex ingeniũ: tardeq; errata sentiẽs: vbi tñ senserat, permagna mentis mutatio, ac apertissima cõtra eos qui errauerãt indignatio. Magnitudo animi quum ad præmia & ad pœnas excellens, ad præmia tñ propẽsior. Dicacitas autẽ immodica & pene scurrilis, pcacitas. Sed hæc secum habebant medicinã: licebat enim impune iisdem rebus contra illũ vti: nec facile erat discernere: ludẽs ne, an delusus magis gauderet. & ea quidem res nõ parum afferebat calamitatis. homines enim in iocãdo lacessendoq; aduersus eum libertate freti, pficile in magnis rebus assentando blandiẽdoq; illũ capiebãt: minime in ipsis quicq̃ tale suspicãtem. Ita vel moribus vel natura in stituto Antonio, suprema clades Cleopatrę amor iniũcta, siqua adhuc vitia in eo latebãt, derexit atq; intẽdit: siquid aut salutis aut virtutis supererat, id idem amor penitus deleuit. Captus est aũt hoc modo: Quũ se vertisset ad Parthicũ bellum: Delium quẽdam ad Cleopatrã misit: iubẽs illam ad se in Ciliciã venire iudicium subiturã: q. C. Cassium opibus iuuisse, ac pmulta ad bellũ cõtulisse accusaretur. Ad quam vbi Delius puenit: visa mulieris forma, & linguę elegãtia, & sermonis calliditate, opinatus id qđ erat, nihil mali ab Antonio eiusmodi mulieri impẽdere: sed contra magnã illi potẽtiam apud Antoniũ fore: vertitur ad obseruãtiã cultũq; mulieris: monetq; Homerico versu: vt pficiscatur ad iudicium q̃maxime ornata: nec formidet Antoniũ mitissimum & humanissimum ducẽ. Illa aũt Delio assensa: atq; iisdẽ rebus Antoniũ capi posse confisa: qbus ante Cæsar &. Cn. Pompeii filius capti fuissent. Illi enim adolescẽtulã adhuc & rudẽ Cleopatrã cognouerãt: nũc aũt ea ætate ad Antonium pficiscebaẽ: qua maxime solẽt mulieres & florere forma, & cõsilio vigere: parat dona: pecuniã: ornatũ: qualia magnaq; rerũ dñam ex felicissimo regno ferre decebat. Plurimum tñ spei erat sibi in seipsa, & in suis veneficiis, philtrisq;. Per literas igitur Antonii cæterorũq; accersita inrãtum hoiem iudiciumq; cõrẽpsit: vt incredibili põpa per Cydnũ amnẽ nauigaret. Erat enim aurea puppis, vela aũt purpurea pandebãtur: itemi argẽtei ad fistulæ tibiæq; modos agitabãtur. Ipsa vero regina sub tẽtorio aurato regestẽs ad similitudinẽ Veneris ornata erat. Pueri vtrinq; collocati pictis cupidinibus pſimiles. Puellę insignes Nereidũ & Gratiarum stolis partim gubernaculis incũbebãt: partim rudentibus annitebanẽ. Ancillę mirabili habitu oẽs ripas fluuii cõplebãt vaporibus. Currebatur vndiq; ad eiusmodi spectaculũ: ieratq; per oẽs fama: Venerẽ pro vtilitate Asiæ Bacchum illudere. Vacue factũ est forum: oĩ multitudine ad videndam diffusa: Antonius deniq; pro tribunali sedẽs pene solus relictus est. Misit igiẽ qui illam ad cœnã inuitẽr. Ipsa aũt cẽse bat apud se potius Antonium cœnare debere. Statim igitur vt faciliatrẽ quãdam & humanitatẽ præ se ferret, reginę paruit: cœnauitq; apud illam. quo in loco mirũ in modũ stupefactũ aiunt esse Antoniũ. Tantos enim apparatus offendit; quãtos nunq; fuerat arbitratus: maximæq; admirationi fuit multitudo luminũ: tanta enĩ vndiq; eleuxisse ferunt: tam mira inter se arte disposita atq; ornata: vt id qdem vel inter rarissima pulcherrimaq; rerum spectacula putaret. Postridie vero quũ apud se regina cœnaret: certauit Antonius magnificẽtia simul ac diligentia Ægyptiã anteire: sed in vtraq; supatus, ipse primus ariditatẽ cœnę sue rusticitatẽq; cœpit illudere: Regina autem dicacitate hoĩs animaduersa, quũ videret illum castrẽsi quodã stilo, & facetiis vulgaribus maxime ducẽ: posito iã timore, cœpit & ipsa eodẽ genere iocãdi cõtra Antoniũ vti. Atq; Cleopatrę forma (vt ferunt) ipsa quidẽ per se nõ nimiũ erat efficax ad mẽtes aspiciẽtium capiẽdas: nec qua hoĩes præ nimium admiratione stupescerẽt: verũ adeo suauissimi mores: tãta in loquẽdo facundia: tam ioctundissima cõuersatio: vt his rebus adiuta forma vniuersos arriperet. Pronuntiabat dulcissimo oris sono: linguãq; suã velut instrumentũ aliquod plurimũ chordarũ ad quãcunq; libitũ fuerat gẽtem cõuertebat prõptissime. Paucis nationibus per interpretẽ loquebatur: plurimis p se ipsa respõdebat: velut Æthiopibus: Troglodytis: Hebręis: Arabibus: Syris: Medis: Parthis: & prẽterea multis: quum ante illã Ægypti reges vel ne Ægyptiã quidẽ didicissent: vel Macedonicã reliqssent. Ab hæc itaq; muliere Antonius vsq; adeo raptus est: vt Fuluia vxore contra Cæsarem in vrbe pugnante, Parthis vero duce Labieno Syrię imminẽtibus, ipsa expers curæ veluti hę res nihil ad se prinerẽt, in Alexãdriã reginã seqretur: & ibi ptiosissimã rem (vt ingt Antipho) tps, desidia otioq; cõtereret. Erat eis vita: quã inuitabilẽ appellabant: mutuis se cõuiuiis accipiẽtibus & omne pdigalitatis genus excedẽtibus. Equidem ex Lãpria auo meo audiui: narrasse sibi Philotam Amphissium medicũ qui per id tps studiorum causa Alexãdriæ fuerat. Aiebat enim philotas: se a quodã ex antonii coquis, quo cũ forte familiaritatẽ habebat, ductũ esse in eũ locũ: vbi epulę Antonio parabãtur: vidisseq; illic & alia cõplura, & apros octo: se aũt admiratum magnitudinẽ epularũ: quęsisse: quãtus esset cõuiuarum numerus: respõdisse hic coquũ, dixisseq;, nõ multos esse cõuiuas: sed circiter duodecim: cæterum oportere ita quæq; suum tps habere: vt ne momẽtũ qdem desit: vel supsit. trahi autẽ sæpe cœnam ab Antonio sermone interpellante vel potu: nullãq; cõiecturam esse tpis: & ea de causa non vnã, sed multas cœnas apparari. Post haud sane multũ spatii venisse aiebat cũ ministris Antonii filium: quem maiorẽ natu ex Fuluia habebat: neq; enim apud patrẽ cœnabat: & cœnasse aiebat vna secum humanissime inter cæteros familiares. Sibi igitur illic disputãti, & cõmensatores multis argutiis fatigãti, hoc sophisma ab Antonii filio obiectum fuisse: Febricitãti quodãmodo dãda sunt

M. Antõii amor in Cleopatrã vñ cœperit

Cydnus. flu. Cleopatræ luxus.

Cleopatræ elegãtia.

Tẽpus ptiosissima res. Lãpria auus Plutarchi. Philotas Amphissi⁹ medicus.

frigida: oĩs autem febricitans quodam modo febricitat: cuiq; ergo febricitanti dãda sunt frigida. Hic quum ipse dubius fileret: lętatũ puerũ risisse: atq; ita dixisse: Ego tibi Philota hæc oĩa dono: ostẽdens permulta & magna pocula: quibus oĩs mẽsa erat referta. Illo vero dona acceptãte, sed tñ minime arbitrãte puero tãta donare permissum esse: quum postea quidã ex ministris pocula hæc in vasa conicisset, sibiq; offerret: ipse autem reprehenderet: verereturq; accipere: dixisse puerum aiebat. O inepte Philota, quid ambigis? an nescis eum qui dat, filium esse Antonii? Sed age pro his omnib⁹ si ita placet pecuniam accipe: ne qđ forte ex his desideret pater. sunt enim plęraq; antiqua & egregii operis. Hęc nobis (vt dixi) auus noster narrabat ex Philota audiuisse. Cleopatra aũt nõ quadrifariam (vt inquit Plato) sed multifariã blãditiis adorta, seu studio seu ioco res ageret, nouis semp irritamentis nitebatur: qbus magis posset mens Antonii capi. Semper noctu diequ erat parata, seu ludere, seu potare: seu venatũ ire placeret. Exercẽtem se Antoniũ visebat: in armis noctu p vrbẽ vagantẽ in ancillæ habitu sequebat: qñ & ipse famuli veste solitus erat vagari: & domos populariũ obsidere: & in quibusdam per fores illudere: vnde nõ solum cõuitia, sed etiã verbera perssæpe reportabat. Hoc ĝ̃ vulgo odiosum cẽt: gaudebat tñ Alexãdrini dicebãtq; tragica quidẽ persona aduersus Romanos, comica autẽ aduersus Ægyptios Antoniũ vti. Vnũ ex suis iocis narrare liber: nã plures referre vanũ esset. Quũ piscaretur aliquãdo Antonius: nihilq; capere posset: prędente Cleopatra: angebatur. Iubet igitur piscatores clam submersos, hamo quẽ demiserat, pisces antea captos appẽdere. Per hũc modũ bis vel ter pręda capta nõ latuit Ægyptiã: admirari illa: primo ficte narrare: deĩde amicos rogare: vt spectatores fierẽt eius miraculi. Conueniũt frequẽtes postridie: scaphas conscendunt: demittit hamũ Antonius: piscaturq; non insolita arte. Regina vero (quum bis aut ter celeriter Antonius iam pisces traxisset) quẽdam ex suis pręduenire iubet: hamoq; Antonii piscem sale & fumo iam olim seruatũ affigere. Antonius pdam a suis appẽsam ratus: harũdinem sustulit: admirati primo oẽs: inde re cognita, vehemẽter risere. Tunc Cleopatra comiter, relinq; imperator inquit calamum nobis Canopeis & Phariis regibus. Non enim hæc tua pręda: sed vrbes, litora, reges, nationes. Eiusmodi rebus intento Antonio duo nuntii eodem tempore afferuntur: alter quo certior factus est. L. fratrẽ & Fuluiã vxorẽ primo inter se dissidẽtes, deinde cũ Cæsare pugnãtes amissis rebus Italia esse pulsos: Alter, Labienũ Parthoq; ducẽ oẽm Asiam ab Euphrate & Syria, & Lydiã & Ioniã occupasse nũciabat. Tandẽ igitur velut e somno & crapula experrectus, vsq; ad Phœniciã contra Parthos processit: inde p literas Fuluię reuocatus, ad Italiã cũ ducentis nauibus se conuertit. Inde quũ plęriq; ex amicis, qui vrbe fugati erãt, fierẽt sibi obuiã: cognoscit ab his oẽm discordiarq; cãm a Fuluia esse ortã. Erat. n. natura ferox, atq; impigra, putabatq; fore: vt Antonius a Cleopatra distrahereturꝫ siquis rex motus in Italia cẽt. Vex illa quum in Asiam nauigaret in Sicyone mortua est. Quę res effecit vt in spem venirent amici inter Antoniũ & Cæsarẽ posse pacẽ fieri: nã quũ in Italiã appulisset: Cæsarq; manifestissime fateret: nihil se habere: qđ Antonio qdẽ succẽsere posset: quę vero sibi obiicerentur oĩum crimẽ in Fuluiã referret: intercesserunt amici: bellũ prohibuerunt. Diuisum deinde inter illos imperium est: ita vt terminum facerẽt Ionium mare. Omnis ad orientem tractus Antonio: ad Hesperiam Cæsari cõcessus: Lepido autẽ Aphrica permissa. Consulatus vero quoties ipsi nollẽt, amicis cuiusq; pro portione cõcedi placuit. Videbãtur hęc fœdera maioris cuiusdã vinculi indigere: quã cõmoditarẽ fortuna pbuit. Cæsaris erat soror Octauia: maior illa qdem natu nec ex eadẽ matre, ex Ancharia. n. erat genita: Cæsar ex Accia. Hæc mirę virtutis fœmina mirum in modũ colebatur a fratre. Tũc aũt. C. Marcello cui nupta fuerat mortuo lugebat. Idẽ putabatur facere Antonius mortua Fuluia. Quãq; enĩ Cleopatrã habere non inficiaretur: negabat tñ coniugium esse: nec in hoc vno quidẽ rõ adhuc succubuerat amori. Censebãt igitur oẽs Antonio dandã esse Octauiã: sperabantq; fore: vt hęc mulier forma, moribus, ingenioq; prestanti vna cum Antonio viuẽs: & ab eo (vt decẽs erat) amata, oĩum reꝫ quies esset & salus. Hoc quum ambobus placeret, reuersi in vrbẽ nuptias firmãt ex Senatus decreto, neq; enim per leges licebat ante decimũ mensem a viri morte. Placuit deinde vt cum Sexto Põpeio pacẽ firmarẽt. Tenebat Sextus ea tẽpestate Siciliã: & prędatoria classe cui Mnas pirata prærat: Italiq; oras & omne circũ pelagus infestabat. Vsus tamẽ fuerat magna humanitate in Antoniũ susceptа illius matre: quę vna cum Fuluia ex vrbe profugerat. Congressum igitur cum Sexto habuerunt in aggere quodã Messanę: quem naues Põpeii ex altera pte circũstabãt: ex altera Antonii & Cęsaris milites. Fœdera cũ Põpeio facta: vt ille Siciliã & Sardiniã haberet: tutum aũt mare a piratis pstaret: certũ modũ frumẽti Romã mitteret. Post hæc se mutuo ad cœnã inuitãt. Põpeio sorte euenit: vt primũ apud ipm cœnaretur: interrogatus aũt ab Antonio, vbi nã cœnaturi essent: illic inquit Sextus: ostendens prętoriã nauẽ: quæ erat sexremis. Illa enim est inquit paterna domus Põpeio relicta: Hæc ait in Antonium cauillatus qui domũ suã Romę occupauerat. Iactis itaq; ancoris, & ponte quodã ex aggere in nauem facto susceptit eos magnifice. Feruente illic conuiuio, & in Cleopatram & Antonium feruentibus iocis, Mnas pirata adhærens Põpeio ita clam ad eum loquutus est: Vis ne inquit Sexte ancoras succidã & te non Sardiniæ neq; Siciliæ sed Romani imperii faciam dominum? Hæc Pompeius quũ pau-

Liberalitas filii Anto.

Cleopatræ in Antoniũ obsequẽtia.

Piscat Antonius.

Lucius Antonii frater & Fuluia vxor Italia pulsi a Cæsare. Labienus Asiam occupat. Fuluiæ mors in Sicyone. Orbis diuisio iter Antoniũ Cęsarem & Lepidum. Octauia antonio nubit Anachatia. Accia.

Sextus Põpeius. Mnas pirata. Fœdera inter Cęsarẽ Antoniũ & Sex. Pompeium.

lisper secū agitasset: oportuit inquit o Mna hęc per teipsum me insscio feciss̄e: nūc vero qđ est eo cōtenti simus: per iurare enī nequaq̄ meum. Inde quum apud Cæsarē Antoniumq; cœnāsset: in Sicilia rediit. Antonius simul ac res cōpōsita fuerat, Ventidiū cum exercitu ad reprimendos Parthorū impetus pręmisit: ipse aūt quū in Italia remāsisset: eētq; prioris Cæsaris sacerdos iuuenis gratia cōstitutus: cæteri quidē oīa cōiter & amāter & summa concordia iter se agebāt: verū in ludis quos certatim inibant nō mediocriter angebatur Antonius: q; semp Cęsar eset superior. Erat cum Antonio quidā ab Ægypto magus: is vim naturæ Antoni cōtēplatus, seu reuera id cognosceret, siue q; Cleopatræ gratia fingeret, ita ad Antonium dicere solebat: Fortuna quidē tua o Antoni ipsa per se splēdidissima est & amplissima: verū quū Cæsari adhæret, cōtinuo obscuratur & decidit. Tuus. n. Dæmon illius genium reformidat: quū cęlsus atq; alacer per scipsum sit: ob huius tamē vicinitatē humilis fit, & abiectior, equidem te moneo: vt abesse velis q̄procul ab hoc adolescēte. His autē ab Ægyptio dictis oīa videbātur fidē facere: nam siue sortibus, siue talis in re quacūq; decertarēt: semp victor Cæsar: victus aūt erat Antonius. Sępe pugnaces gallos, sępe cothurnices certatim immittētibus, semp Cæsaris vincebāt partes. Quibus rebus, occulte licet, turbatus Antonius, nec Ægyptiū iā aspernatus, mandata Cæsari reg; suarum cura, ipse ex Italia migrauit: Octauia vxore, ex q̄ iam filiolam susceperat, vsq; in græciam comitāte. Ibi quum Athenis hyemaret: afferuntur lætissimi nuntii: Ventidium profligatis Parthoq; copiis, Labienum & Frāparem bellacissimum Hyrodę ducem occidisse. Ob has res epulum grecis ab Antonio datum: & ludi per vrbem instituti: quibus ipse Antonius positis magistratus insignibus prefuit: & assumptis adolescētibus, vna cū illis saltauit. inde ad bellum proficiscēs fertum excerpsit ex sacra oliua: & ex clepsydra vas aquę plenum secūdum quoddam præceptum secū tulit. Interea Pacoq; regis filium vna cum magnis Parthorum copiis in Syriam irrumpentē Ventidius in Cyrastica deleuit. Qua in pugna quum ipse Pacorus cum ingēti suorum strage cecidisset: tāta formido Parthis iniecta est: vt intra Mediæ & Mesopotamię fines sese oēs reciperēt neq; vltra auderēt pedem efferre: tribus continuis pugnis summa vi superati: & pro. M. Crasso mortuo pœnam abunde passi. Hoc quidem Ventidii bellum inter iclyta Romanorum facta cōnumeratur: q̄q̄ ipse veritus Antonii inuidiam, vltetius victoria vti destitit: & Parthos conturbatos ac disiectos prosequi. Ad eos aūt qui defecerant conuersus, in ditionem redegit & Antiochum Cōmagenem in Samosatis vrbe obsedit: qui quum mille talenta se daturum polliceretur, & iussa vltro facturum, iussit Ventidius legatiōem ad Antonium mittere. nam is iam prope aderat: nec permittebat Ventidium rem cum obsessis transigere: vt saltem hoc vnum suum: & non Ventidii factum diceretur. Q đ vbi obsessis negatum est: ob desperationē in audaciā versi, diu Antonium nequaq̄ oppugnationi intētum tenuere: eoq; rem adduxere: vt pœnitentia ductus, trecentis dūtaxat talentis turpiter acceptis ab oppugnatione desisteret. Paucis deinde rebus per Syriā compositis, Athenas rediit: inde Ventidium vt decuit laudatum, atq; donatū, Romā ad triūphū remisit. Hic solus vsq; ad nostram ætatem triumphauit de Parthis: homo obscuro loco natus: sed celsi animi: & magnarum rerum cupidus: q; ea de causa in amicitiam Antonii receptus, talē se prębuit in rebus gerēdis: vt confirmaret id de Antonio & Cæsare dictum: Multo melius succedere si per alios, q̄ si per seipsos bella gererēt. Nam & Cassius ab Antonio in Syriam missus præclare rem gessit: & Canidius ab eodē circa Armeniam relictus, ea subacta, & insuper Iberorum & Albanorū regibus prostratis, & Caucasum adusq; profectus, gloriam & nomen Antonii Barbaris nationibus formidolosum fecit. Rursus quibusdam calumniis contra Cæsarem irritatus, trecentis nauibus in Italiam properauit: qui a Brundusinis non receptus, quum Tarentum appulisset, Octauia (nam & ipsa cum Antonio ex græcia nauigarat) multis precibus impetrat: vt fratris adeundi faciat sibi potestatem. Erat illa eo tempore prægnans: & alterā iam filiā ex Antonio pepererat: quæ venienti Cæsari obuiam progressa, & ex eius amicis Agrippa & Mecœnate in vnū vocatis, multis lachrymis deprecata est: ne ipsam velit ex fortunatissima mulierum miserrimā facere. Nunc enī omnes homines admirati duorum imperatorum alterius coniugē, alterius sororem: sin vero peiora vincant: prælium q; cōmittatur: ipsis quidē duobus incertum eē: vter victor futurus sit: vter victus: sibi autem vtrūlibet summā miseriam afferre: itaq; non ambiguum sed certum malum impendere. His verbis cōmotus Cæsar: pacifice Tarētum accessit. Fuit operępretium ingētes copias terra marique cernere: summa pace vtrinq; quiescētes: in medio autē amicorum complexus & mutuam verborum charitatem. Cœnauit prius Cęsar apud Antonium: in hoc quoq; Octauiæ morem gerēs. Quum deinde conuenisset vt Cæsar duas legiones Antonio daret ad Parthicum bellum: Antonius autē Cæsari rostratas centum: Octauia seorsum petiit fratri a viro. xx. Myoparones: mille milites vito a fratre pstari. Hæc vbi composita sunt: confestim Cæsar contra Sextū Pompeiū ducit exercitum: Antonius vero deposita in vrbe Octauia: vna cum suis & Fuluiæ liberis: ipse in Asiam trajecit. Inde quū Syriā venisset: grauissimum illud malum quod diu iacuerat a melioribus cōsiliis superatum: rursus se extulit: viresq; resumpsit: effrēni (vt inquit Plato) cupiditate animi aduersus honestos & salutares monitus rationis calcitrante. Capitoni Fonteio negotium datur: vt Cleopa-

Ventidius contra Parthos.

Dæmon genius.

Frāpates. Epulū græcis dat ab Antonio. Pacorus regis Parthorū filius occiditur.

Anthioch⁹ obsessus a Vētidio in Samosatis vrbe.

Ventidius triūphat.

Cassius. Canidius.

Vtrūlibet.

Cęsar pficiscit aduersus Sextum Pōpeium. Myoparones. Cleopatra Syriam ducitur.

Cleopatræ dona ingẽtia ab Ant. Antigon⁹ Iudeoꝝ rex occidit ab Antonio. Antonii filii: sol luna q̃ cognominati.

Phraortes Muneses.

Arthanades Armenioꝝ rex. Exercitus hñs. cccIxx. hoium milia.

Antropatena regio.

Tacianus. Phraarta vrbs.

Cęsa ex antonianis decem milia a Phraorte. Polenio rex Arthanades Armenius roma nos deserit

Parthi vincuntur ab Antonio

tã in Syriam adducat: quę quũ illuc venisset: summa apud Antonium gratia accepta, capit dona nõ parua: nec contẽnendũ regni sui additamentũ: sed Phœniciã: & Syriã Celẽ: & Cyprũ: & magna ex parte Ciliciã: item Iudæã quę balsamũ producit: & oẽm Nabatęoꝝ Arabiã: quę ad oceanũ vergit. Hæc dona Cleopatrę parthique tulerunt Romani. atqui multa regna & Tetrarchias priuatis hominibus Antonius dedit: multi etiã reges ab eodẽ spoliati sunt: & fortunis oĩbus exuti: vt Antigonus Iudeoꝝ rex: quẽ securi percussit: qđ nulli ante id tps cõtigit regum, prę cęteris tamẽ flagitiis inuisi erãt Cleopatrę honores. Augebat inuidiam hãc: q̃ quum vno partu binos liberos: ex illa susceptos: & alteꝝ Alexandrũ, alterã Cleopatrã nominasset: cognomẽta huic lunę illi soli adiũxit. Ipse tũ Antonius rem turpem verbis exornans, sic solitus erat prędicare, amplitudinẽ Romani imperii nõ per ea quæ acciperet, sed per ea quæ donaret apparere: prole aũt multoꝝ regum nobilitatẽ propagatiuita authorẽ suum ab Hercule natum. Neq; enĩ Herculẽ in vno atq; eodẽ vtero oẽm suã prolem infudisse: neq; Solonis leges, aut Cyasseipœnas veritũ esse: sed amplã ex se stirpem successionẽq; naturę cupiuisse relinquere. Post hęc quũ Phraortes Hyrodę filius trucidato patre regnum occupasset: multiq; Parthoꝝ profugissent: Muneses quidã vir nobilis ac domi potens solo patrio extorris ad Antonium cõfugit. Antonius Themistocli illũ similẽ ducẽs, se aũt potẽtia ac munificẽtia Persarũ regibus parem arbitratus, tres ciuitates Partho largitur: Larissam: Arethusam: Hieropolim: quã Camyricẽ ante appellabãt. Sed Parthoꝝ rege Munesem reuocãte, benigne illũ dimisit Antonius: ratus Phraortẽ subducere, vt pacis spe duceretur: signa & captiuos, qui de Crassi superarant clade, reposcit. Ipse autẽ Cleopatra in Ægyptũ remissa, per Armeniã Arabiãq; profectus, copias vndiq; cõtraxit: nec solũ proprias, sed etiã sociorum regum. Erant ĩsti complures: amplissimus tñ oĩum & potẽtissimus Arthanades Armenius: qui. xvi. milia equitum & peditum. vii. duxit. Illic quũ copias suas recenseret Antonius: comperit Romanoꝝ peditũ milia. lx. & his auxilia equitum adiuncta Hispanoꝝ & Gallorum. x. milia: cęterarũ nationũ equitum peditũq; simul trecenta milia. Hæ tantæ copię tãtiq; regis apparatus, ob quas & trans Bactra Indus expauit, & tota simul contremuit Asia, nullius vsus Antonio per Cleopatrã fuere: quippe dum pperat vt ad illam reuerteretur: vt cũ illa hyemet: nõ expectauit gerẽdi tps: sed intẽpestiue aggressus perturbauit oĩa. Magicis enim carminibus, & amatorĩs poculis deuincta mens, amissa libertate propria, in Cleopatrę vultu hærebat infixa longe redeundi q̃ vincendi cupidior. Pricipio quidẽ quum oporteret in Armenia hyemare: & requiem præbere militibus octo miliũ stadioꝝ via defessis: & anteq̃ Parthus copias ex hybernis educeret, ineunte vere Mediã occupare: nõ tulit ille morã: sed confestim Armeniam ad lęuã cupiens Antropatenã regionẽ vastauit. Deinde quum trecẽtos vehiculos haberet: qui machinas ferebãt ad oppugnãdas vrbes perneccssarias: in quibus aries erat octoginta pedum: quibus corruptis nulla spes erat reparãdi: vrpote omni ad orientẽ plagã solo materias minime generosas, pereã rei dum celeriorẽ esse cupit: quasi impedimẽta celeritatis, post se deseruit: Taciano quodã qui curribus pręesset cum certa manu militũ ad custodiã relicto. Ipse aũt Phraarta vrbem magnã vbi & filii & vxores erant Medoꝝ regis, obsedit. Ibi mox re ipsa redarguente cognitũ est quãtus error fuerit in machinis relinquẽdis: nã quum illis careret: aggerẽ summo labore extollere coactus anxie perficiebat. Dum hæc apud Phraarta gerebãtur: Phraortes Parthoꝝ rex cũ magnis copiis descẽdens, vt audiuit machinas ab Antonio relictas, partẽ suoꝝ militum ad eas misit. Ab his circumuentus Tacianus obruitur: decẽ milia cum illo cæsa: capti autẽ complures: in quibus & rex Polenio fuit. Machinæ vero oẽs a victoribus incẽsæ. Ea res (vt debuit) cẽctos Antonianos milites minime qcq̃ tale in prĩcipio expectãtes vehemẽter turbauit. Accessit q̃ Arthanades Armenius, qui eius belli capessendi causa in primis Antonio iunctus fuerat, quasi desperatis rebus, cũ suis copiis se subtraxit: Romanosq; deseruit. Hostes his successibus elati, manifeste prodire audebãt: munitiones Antonii adire: minis cõtumeliisq; lacessere. Antonius igitur optimũ factu ratus militẽ educere: ne quiescẽdo & suoꝝ animos languidiores, & hostẽ ferociorẽ faciat: assumptis legionibus tribus & prętoriis cohortibus: cũ vniuerso equitatu frumẽtatum egreditur: sperans eo maxime modo hostes: qui latissime sparsi erãt: in vnum contractos pugnandi copiam facturos. Ita longe a castris vnius diei viam profectus: vt vidit Parthos vndiq; in se cõcurrere: pugnandi signum in castris ponit: & simul tentoriis refixis quasi non pugnaturus: sed abiturus: Parthoꝝ aciem, ppter accedit: ammonitis equitibus qui primi erãt: vt quum prope fuerint equos in hostes q̃celeriter conuertant. Erat Parthorum acies in falcis figurã initructa: stabatq; miro silẽtio: & quiete Romanoꝝ ordines admirans. Eques Romanus signo dato ingenti clamore in hostẽ defertur. restitere primo hostes: impetũq; sustinuerunt. Mox vt pedes quoq; aduenit: tunc ingenti strepitu armoꝝ: & clamore militum territi Parthorum equi: & simul ipsi Parthi: priusq̃ manus cõsererent: fugam arripuerunt. Hos persequutus Antonius putabat se totũ bellum: aut certe partẽ maximã eo die confecisse. Insequuti sunt equites citer stadia. CL. pedites vero. L. quibus reuocatis: quot ex hostibus cecidissent: quot capti cẽnt: quũ quæreret: comperit. xxx. dũtaxat captos. & lxxx. cęsos. Ea res spem ac fiduciam omnẽ Romanis admit: pergraue putantibus si quidẽ ipsi victores tam paucos ex hostibus necarint; victi autem tot

amissuri sint quot circa machinas nuper amiserant. Postridie vero quum ad Phraarta redirent: ob uiam sese offert hostis: primo quidem parua manu, deinde maiori, tandem vniuersa multitudine ac si nunquam victi fuissent, circa Romanos diffusa, ad pugnam prouocabant: iterq; impedie bant: vt vix atq; anxie Antonius se cum suis militibus in castra reciperet. Ab obsessis eruptione quadam facta, quum præsidia Romanorum deiecissent: iratus Antonius sorte circunducta decimum quemq; supplicio affecit: cæteris pro tritico hordeum præbuit. Erat hoc bellum vtrinque pergraue: nam & Romani famē timebant: nec sine vulneribus & cędebaꝫ iā victum parare. Et Phraortes sciens oia faciliora esse Parthis, q̄ hyemē: quū iā ęquoctium autūnale adesset, magnopere verebaꝫ: ne suos cōtinere nō posset. Dolo igit aggrediēdū ratus, nobilissimis Parthoꝝ negotiū dat: vt Romanos, qui frumētationis aut aquationis aut deniq; cuiuscūq; rei causa egrediātur, familiarius cōpellant: auferre sinant: benigne alloquātur: virtutē laudēt: eos mirū in modū placere regi suo significēt: inde increpēt Antonii pertinaciā: q Phraorte eiusmodi viros saluos esse cupienti ipse non assentiaꝫ: sed famē atq; intēperiē anni duo maxima & grauissima bella expectet: quæ quū venerint: etiā si ipsi Parthi conentur auxiliū ferre, euadere tū nō poterūt. Eiusmodi dicta a militibus relata mouerūt Antoniū: nō tū prius caduceatorē ad Phraortē misit: q̄ fuerat scisciturus: an hęc ex mēte regis loquerētur: qđ quū illi affirmarent: & vt ad regē legatū mittat suaderent: mittit quosdā ex amicis: qbus mādata dat: vt & signa & captiuos a Parthis repetāt: ne nihil petēdo cōtentus esse sola fuga videretur. Phraortes vero his auditis, respōdet: vt captiuorum & signorum mētionē facere omittat: pacem aūt si abire malint, offert. quā conditionē tādem, vt ab Antonio erat iussum, legati accipiūt: Post hæc Antonius paucis diebus, dū se milites cōpararent, cōmoratus, a Phraartis discedit: nec ipse q̄q̄ castrēsi eloquētia nemini ęgratis suę cederet, cōcionē habuit: sed Domitiū Ænobarbū id facere iussit. Fuere nōnulli in exercitu: qui id grauiter ferrēt: ac se cōtemni ab Antonio putarēt. Alii vero mœstitia & pudore (qđ vertiuserat) impeditū Domitio id negotii dedisse: & ob idipsum magis etiā cōciliatos ac psuasos duci esse oportere prędicabāt. Erat in exercitu vir quidā Mardus genere: Parthoꝝ mores propter diutinā obseruationē plurimū callēs: cæterum probatę fidei iam antea cognitus in plio circa machinas cōmisso. Is Antoniū adiēs monet: ne eādem qua venit viā repetat: neue exercitum pedestrē & grauē per loca plana & aperta tam magnis egtum copiis trucidādum obiiciat. Nec̄ eni alia de causa Phraortē fœdus inisse: nisi vt ab obsidione abeuntes in iis potissimū locis cōsequatur. Si ita Antonius velit, ducē futurū se polliceꝫ: nō solum tutioris, sed etiā breuioris viæ. Antonius aūt q̄q̄ videri nolebat se parum fidei Parthorū confidere: tū cōmoditate itineris adductus Mardum ducere iubet: satisdatione prius ab eo postulata. Ille se vinciri iubet: nec ante dissolui, q̄ in Armeniā perduxerit. Quo facto, arripit ille iter ad dextrā & montes capessit. ita biduum sine vlla offensione pfecti, iam oī timore depositō, dissolute incedebant. Tertia aūt die quum ad flumē quoddam pueniissent: Mardus ripā fluminis recēs dirutā cernens, & viam qua eundum erat multa vndatione occupatam, suspicatus hostiū insidias, qui ea impedimēta ac moras Romanis obiicerēt, haud longe abesse: Antonium monet puidere ne exercitum incaute incēdentē de improuiso Parthi adoriātur. Vix redierat in ordinē miles: quum Parthi citatis equis in Romanos ferūtur: circūdant aciem: vndiq; instant. Antonius funditores & leuis armaturæ milites in hostem immittit: Parthi infesto telo & plūbea glāde percussi pedē referūt: multis vulneribus acceptis: nec paucioribus illatis. Rursus deinde irrūpere conātes celtiber eques excepit: dissipauitq; ita vt nihil amplius ea die tētarēt. Ex hoc Antonius cognito qđ factu opus esset, expedito milite funditoribusq; nō solū terga, sed etiā latera exercitus sepsit: & quadrato agmine semper incedit: equitibus aūt mādat vt hostes venientes excipiant: fugientes vero nō lōgius insequantur. Hæc per quattriduū obseruata spem oēm prędæ ademerāt Parthis: vt iā de reditu cogitarēt: quum spe amissa hyems obstaret. Quinta aūt die Fuluius gallus vir ferox & manu promptus qui ordinē in exercitu ducebat, petiit ab Antonio leuis armaturę milites: & pleroscp ex equitibus quos infronte habebat: pmittēs aliquod egregiū facinus, si hi sibi permittātur, ostēsurū. Antonio vero cōcedēte, milites & eqtes capit: & quū hostes vt soliti erāt, accessissent: in eos irruit, fugauitq;. Nec parua fuga vt pręceptum erat cōtentus instat ferocius: & in medias Parthoꝝ turmas irrumpit: missos ab exercitu qui reuocarēt contēnit. Ferunt Titium quæstorē signo per vim ablato ad exercitum se recepisse: Gallū obiurgatū q; multos bonos viros temeritate sua pditum iret. Ad Gallus Titiū cōtra iurgatus suos cohortaꝫ: & eodē loco sistere eos iubet. Ibi acerime pugnatum est: tādem Gallus cum suis ab hostibus circūuenitur: pressusq; vndiq; mittit ad exercitum auxilium implorent. Tribuni militum, inter quos & Canidius erat, vir magna apud Antonium gratia, temeritati Galli maximum errorem adiungunt. Nam quum opus esset frequentiori auxilio vno impetu in hostes irrumpente: paruam manum sæpe atq; iterum vt primi profligati erant mittendo copiasq; etiacuando vniuersum exercitum in fugā atq; vltimā cladē dedissent: ni Antonius recognita celeriter aduolans cum legione tertia pugnā subisset: hostesq; repressisset. Tria milia in eo prelio mortua: quinq; milia vulneratorum relata sunt in castra: & in his Gallus quatuor spiculis ad-

Phraortis doli in Antonianos.

Domitius Ænobarbꝰ Mardꝰ vir.

Fuluius gallus.

Titius quæstor.

Cesa a Parthis tria romanoꝝ milia.

uerso corpore traiectus. sed hic quidē non conualuit: ceteros vero adiens Antonius curabat solabaturq; miro dolore afflictus: vt lachrymas etiā frequēter effunderet. Saucii vero eius aduētu lerati dexterā prēsantes orabāt: vt abiret: ac propriā valetudinē curaret: seliberatos eē, si ipse dux valeret, affirmabāt. Nullus in illa ætate exercitum duxit: qui huic aut audacia aut tolerātia labor; aut robore militum prestaret. Tanta vero erga ducē reuerētia: tāta obedientia: tāta penes omnes | nobiles | priuatos | magistratus cōstantia in honore ac gratia Antonii propriæ saluti anteponēda: vt ne antiquis quidē illis Romanis locum vllum excessus relinqueret. Huiusce rei plures erāt causæ, nobilitas, eloquētia, simplicitas, magnificētia, liberalitas, comitas, tum vero cū cæteris laborādo, sollicitudinē pro aliorum incōmodis suscipiendo, opitulando, cuiq; qd opus erat porrigēdo, promptio res infirmos atq; saucios q̄ ipsos valentes effecerat. Hæc victoria vsq; adeo Parthos extulit: vt q̄ pridie amissa spe de recessu (vt diximus) cogitabāt, per vniuersam noctē exercitui quasi fugituro & desserturo oia imminerēt: & rex oēs quos secum habebat (neq; enim ipse vllo prelio vnq̄ affuit) quasi ad certā prædā victor iam q; illuc dimitteret. Fuisse dicūtur oēs Parthoꝝ copiæ. cccc. milia equitum: Antonius vero quum esset cōcionaturus: petit sordidā vestē: quo magis animos flecteret: sed ipro batibus amicis, purpuratus accessit. Ibi quū laudaret fortes: increparet q; qui fugerant: & his quidē bono animo esse iuberet: illi vero se purgarēt: & siue decumationem, siue qd aliud supplicium malet, separatos subire offerrēt: modo ipse tristitiam animo expellat: precatus deos, vt siqua inuidia priore felicitate aduētet, oēm illā in se vnū conuerterēt: reliquo vero exercitui salutē ac victoriā prestarēt: concionē dimisit. Postridie exercitu diligēter circūsepto procedit. Parrhos autē lōge spes sua fefellit. Nam quasi oīa rapturi inuadētes, ita summa virtute a Romanis repelluutur: vt fortitudinē admirati spem oēm prædæ rursus deponerēt. Inde quū quibusdā e tumulis descēdētem exercitum Parthi sectātes per decliuia adorti essent: cōuersi legionarii milites post se nudos clausere. Primi qui dem in genu flexi clypeos oppoſuere: ii vero qui post terga erāt, armis superiectis primos texerunt: illos itē alii eodē modo. Erat eius forma quasi tecti cuiusdā theatrico spectaculo persimilis: ad fagit tarū lubrications tutissima defensio. Parrhi labore confectos esse rati depositis arcubus & contis assumptis Romanos inuadūt. At illi subito in pedes sublati, & inuicē cohortati, primos Parthoꝝ obtruncāt: reliquos in fugā dant. eodē modo & sequentibus diebus factū est. Iā exercitus tarde incedēs ingēti fame premebatur. Neq; enī per hostes frumentatū ire licebat: & instrumēta cerealia magna ex parte relicta erāt: iumētis partim mortuis: partim inferēdo eos qui saucii erant occupatis.

Exercitus Parthoꝝ habēs. cccc milia equitum duce. Phraarte.

Parthi vincuntur.

Choenix mēsuræ genus. Fames ingēs in Antonii exercitu. Herba quæ dā homies ad insaniā grediens.

Choenix attica frumēti: quinquaginta drachmis empta: pro hordeaceis panibus tantūdem ponderis argētum datū: tandē ad hærbas ac radices cōuersi, quum notæ cōsuetæq; deficerent, coacti sunt etiā ignotas assumere. Inuēta est quædā herba quę ad mortem p insaniam adduceret. Quicū q; illā mādebat: neq; meminerat cuiusq̄: neq; vllum agnoscebat: ad hoc vnū summe intentus: vt lapides effoderet, versaretq; ceu magna quædam res & celeritatis indiga gereretur. Erant cūcta plena annixorum humi ad lapides reuoluendos traducendosq; & tandem bilem vomentes moriebantur omnes: quādo vinum defecerat, vnicum ad eam pestem remedium. Ira permultis moriēntibus, & Parthis vehementer instantibus, sæpe inter cogitandum clamasse Antonium ferunt O decem milia: eos qui cum Xenophante Babylonia redierant admirantem: qui multo longiore via confecta per ingentes copias hostiū ad patrias sedes remeassent incolumes. At Parthi quum neq; exercitum Romanum obruere, neq; ordines turbare vllo pacto posset: sed contra ipsi iam sæpe victi ac fugati essent: rursus nituntur dolos contexere: ammiscentes enim sese Romanis qui aquatum aut frumentum exierant, & chordas arcuum laxas ostendentes, se quidem nunc abire domum prædicabant: quosdam tandem ex Medis biduum ac triduum sequuturos: non vt lacessant quidem amplius: sed vt vicos atq; agros ab iniuriis tuerentur. Ad hæc amplexus gratulationesq; iungebant: quo magis persuaderent. Romani autē magnam in spem adducti, putabant vera fore quæ illi dictitabant: & ipse Antonius vna cum cæteris lætatus, cupiebat iam in planitiem descendere. Montes enim per quos deinceps eundum erat, dicebātur aquam non habere. Quum itaq; copias deducturus esset Antonius: venit: q̄ proxime ad castra vir quidam Parrhus nomine Mithridates: nepos Munesis illius: qui vrbes dono ab Antonio acceperat. Is petit aliquem ad se venire: qui syriace aut Parthice sciat. Accessit Alexander quidam Antonii familiaris. Parrhus prefatus quis eēt, & in Munesem gratiam omnē referens, interrogauit Alexandrum: si montes altos ac frequentes, sub quibus late explicent campi, ante se cernat. Quod quum ille annuisset: sub illis inquit montibus omnis Parthorū equitatus vos expectat. Putant enim vos eorum verbis subductos, relictis collibus p hanc magnā planitiem iter facturos. Si igitur montes vt adhuc feciſtis, tenueritis: nil amplius q̄ labor & sitis timenda est res vobis Romanis nequaq̄ insueta. Sin in campos descēderitis, certo sciat Antonius: Crassi calamitatē sibi esse subeundam. Hæc quum dixisset, recessit. Antonius hoc nuntio turbatus, amicorum sententiam scisitatur. Mardus irineris princeps sentētiam rogatus, vehementer Partho assentitur. Quippe & citra vllas insidias, planitiem ipsam plenā errorē & molestiarū putabat: & simul docebat haud longā regionē esse: quæ aqua careret: sed quātum vna die transi

Mithridates.

mitti posset. In hanc sententiam quum adductus esset Antonius: nocte signa mouet: milites aquã ferre iussi penuria vasculorum galeas pelluesq; impleuerũt. Parthi vt nũtiatum est Antonium per montes iter tinere: exciti ex insidiis, & cõtra cõsuetudinem suam noctu pperãtes, prima luce extremos Romanoꝝ cõsequuntur. Romanos vigilia & labore cõfectos (ducẽtoꝝ enim & quadraginta stadiorum iter nocte cõfecerãt) nõ mediocriter turbauit aduẽtus hostium. Neq; eni tam celeriter affuturum sperabãt: & sitim augebat certamẽ. pugnantes enim incedebãt. Dum ita pficiscunt: primi quiq; erãt: ad flumẽ quoddam pueniunt: Aqua erat gelida & nitens: cæterum salsa & venenosa, simul ac gustata fuerat, totis visceribus cõmouebat dolores. Mardo autem prædicẽte, dispositi sunt qdam per ripam qui militẽ ab haustu prohiberẽt: sed non tm̃ ea res valuit: quin vincẽte siti, frequẽtes ad potum prosilirẽt. Antonius quacũq; incedẽs milites rogabat: paulo etiã sitim tolerare: haud longe abesse fluuiũ aquæ dulcis & salubris: nec hostem deinceps pter asperitatẽ viæ sequi posse. His simul dictis, pugnãtes reuocabat: & regescere sub vmbra iubebat. Factis itaq; scænis & Parthis (vt cõsueuerãt) pcul amotis, accessit iterum Mithridates: & per Alexãdrũ monet: vt quũ paulo requeuerint, ad flumẽ accederẽt: Parthos eni vsq; ad flumẽ sequuturos: nec vltra transituros esse. Alexander his rebus Antonio nuntiatis, refert ad eũ aurea pocula & phialas: quoꝝ Mithridates quot veste tegere valuit acceptis, discessit. Aliquãtulũ etiã tunc diei supererat: quũ Antonius castra mouit. ea nox ab hostibus quidẽ trãquilla fuit: sed tam magno inter ipsos tumultu: vt nusq; sit magis trepidatum. Trucidatis enim iis qui aurũ aut argẽtum ferebãt, pecunias diripuerũt tandem Antonii impedimẽta adorti, pocula & mẽsas ptiosissimas effringunt: & inter se diuidũt. Hinc tumultus exortus oẽm exercitum trepidatione referit: putabãt cũcti aciem circũuentam: ordinesq; interrupros esse: vt Antonius quẽdam ex libertis suis noie Ramum iuteiutãdo obligaret: vt quãdocũq; iuberet gladio ipsum trãsfigeret: absciderẽtq; caput: vt neq; viuus capi valeat: neq; mortuus dignosci ab hostibus. Hic quum oẽs ingemiscerẽt: Mardus itineris dux bono aio esse iubet: flumen enim ppe esse: idq; sibi ex auræ spiratione & frigiditate aeris & tpe profectionis patere. Neq; enim multũ superetat noctis: & simul nuntiatũ est turbationẽ illam nõ ex hostibus: sed ex militum quorundã auaritia intẽperãtiaq; esse ortã. Volẽs igitur Antonius ex errore ac profligatione in ordinẽ milites reducere manipulatim prȩcepit. Quibus iam ferme in ordinẽ redactis, quũ dies lucere cœpisset: Parthi extremos inuadere cœperũt. Datur signum pugnæ militibus leuis armaturę: deinde cæteri eos ptegunt: & testudine facta hostẽ expectãt: qui quũ adire nõ auderet: & Romani paulatim se subducerẽt: primi ad flumẽ pueniũt. Ibi Antonius eqtibus aduersum hostem collatis copias traiecit: infirmos primo: deinde cæteros. Iã & ipsis pugnantibus facultas erat bibendi. Parthi enim vt flumẽ aspexerunt: subito arcus relaxant: secure tranare iubẽt: virtutẽ Romanorũ ad cœlum tollunt. Postq̃ id flumẽ trãsierunt: & se ex longo labore receperũt: viam ire pergunt nõ nimium Parthorum fidei credẽtes. Sexta die post vltimũ prælium ad flumẽ Araxem, qd Mediam ab Armenia diuidit, perueniunt. Visum est eis hoc flumen & altitudine & rapacitate horrendum: & rumor erat Parthorum insidias ibi esse: vt Romanos transeuntes adorirentur. Vbi igitur Araxem tutissime traiecere: Armeniãq; tetigere: quasi ex longo pelago terrã illam intuentes adorabãt ad lachrymasq; & amplexus prę lętitia cõuersi. Incedentes autẽ per regiones fortunatas, & ex recordatione penuriæ rebus omnibus abutentes, hydericos, ictericosq; incurrunt morbos. Hic quũ exercitũ recenseret Antonius. comperit viginti milia peditum, quatuor milia equitũ eo bello amississe: non tm̃ omnia ab hoste cæsa: sed supra dimidiam partem morbo absumpta. Ierunt igitur a Phraartis. xxvii. dierum iter. ptęliis. xviii. Parthos vicerunt: sed hæ victoriæ neq; vim vllam, neq; effectum habebant: q̃ hostem consequi non potetant. Quãobrem manifestum erat: cõfectionem eius belli per Arthanadẽ Armeniæ regem Antonio subtractã. Si eni quos ex Media reduxit equitum sexdecim milia affuissent parthico fere more instructa: & cum illis pugnare cõsueta: Romanis profligantibus, illisq; persequentibus nunq̃ hosti facultas fuisset toties ad bellum pede integro redeundi. Cuncti igitur Antonium ad pœnas de rege sumendas incitabant: sed ipse ratione fretus, q̃ exercitus e tot malis nondum respirauerat, nec questus est quicq̃ aduersus regem: nec minus q̃ solitus erat in honore habuit. Postea tm̃ rursus Armeniã ingressus, multis pmissionibus regem allectum in vincula cõiecit: eũq; Alexandrię in triumphũ duxit. Quæ res maxime Romanoꝝ animos ab Antonio alienauit: q̃ insigne ac præcipuũ patriæ decus ob Cleopatrã Ægiptiis edidisset. sed hæc (vt modo dixi) postea sunt facta. Tunc vero per hyemem ac niues redire properãs, octo milia insuper militum in itinere amisit. Ipse autẽ cum reliqs ad mare descendens, quodã in loco, qui Leucaonia dicitur (est autẽ medius inter Beretum & Sidoniam) Cleopatrã expectabat: & tardantis desiderium perȩgre ferebat: sed tm̃ ad potus ebrietatesq; reuersus, quũ tolerare morã vllo pacto nequiret, persępe a cõpotoribus inter bibendum prosiliens, ad speculandũ currebat. Venit Cleopatra tandem: & vestem & pecuniam militibus tulit. Sunt tm̃ qui affirment vestem dũtaxat Cleopatram attulisse: pecuniam aũt propriam Antonium quasi ab illa acceptã militibus diuisisse. Inde quũ inter Parthorum Medorumq; regem discordia esset pro Romanis (vt ferunt) spoliis di-

Flumen habens aquas venenosas.

Rãnus Antonii libertus.

Araxes flu. inter Media m & Armeniam. Hydericos. i. intercutaneos.

Cęsa & partim morbo absumpta ex Antonii exercitu peditũ. xx. milia, equitũ quatuorin bello cõtra Parthos.

Arthanades Armeniæ rex.

Antonii triũphus Alexãdriæ de artana de actus.

Antonius octo milia militũ i itinere amisit Leucaonia.

Beretum.

Sidonia.

uidundis exorta: formidaretq; Medus ne regno proprio a Parthis deturbaretur: missis ad Antonium legatis, hortatur ad bellum Parthicum rursus capessendū: & suas ac suoꝝ vires conatusq; polliceꝫ. Antonius igitur magna spe elatus, quando id qđ solū primo bello defuerat, equitum ac sagittatioꝝ multitudinē gratis oblatam sibi per occasionem cernebat: iteꝝ parabat per Armeniā ascēdere: & se cum medis circa Araxem coniungere: atq; ita simul Parthis bellū inferre. Dū hęc in Asia gerūtur: Cæsar interea Romæ Octauiā sollicitabat: vt ad Antoniū nauigaret: nō ipsius gratia, vt plurimi aiunt, sed vt illa repulsa aut neglecta iustā causam fratri pręberet belli contra Antonium in eundi. Quū igitur Athenas peruenissēt: redduntur sibi literę ab Antonio: quibus iubebat Athenis expectare: & simul se contra Parthos profecturū significabat. Illa vero hoc nuntio perturbata, ḡḡ non ignorabat quid rei ageretur, tū mittens Antonium rogauit: quonā vellet ea mitti: quę ipa ad eū perferebat. Ferebat enim vestem militarem complurimā: multa etiam iumenta, & pecunias, & dona, quę Antonii familiaribus largiretur: & præterea militū delectoꝝ duo milia: qui in cohortes redacti, & totius corporis armaturis mirabiliter ornati erāt. Hæc oia quū ad Antonium Niger quidam ab Octauia missus detulisset: & iustis laudibus ornasset: timēs Cleopatra Octauiæ aduētum, ne forte probitate moꝝ, & Cæsaris potētia Antonius flecteretur: non satis blāditiis confisa, amore se Antonii simulauit incēsam: & corpus quidē subducto cibo attenuat: & siquādo ab ea discedat continuo in oculis humor ac tristitia aderat: quū in cōspectū redibat, quasi stupore quodā percussa intuebatur. Data etiā opera vt nōnunq̄ ab Antonio lachrymans inueniretur, cōfestim lachrymas abstergebat: occulebatq; quasi magno pere illū conaretur latere. Hæc tunc maxime faciebat: quū Antonius parabat e Syria ad Medum proficisci. Assentatores autē reginę studiosi Antonium vt plane durum ac ferreū hominē accusabant: qui fœminā perderet in vnū ac solum ipsum intuētem. Nam Octauiam quidem rerum gratia per fratrē Antonio coniunctā coniugis nomine frui: Cleopatrā autē tot populoꝝ dominā, amātē Antonii vocari: neq; hoc nomē fugere neq; erubescere: modo aspicere ipsum atq; vna esse liceat: q; si hoc quoq; illi denegēt: nō amplius vitali aura frui turā. Eiusmodi verbis vsq; adeo Antoniū effœminauerunt: vt oī apparatu belli neglecto, sollicitus de Cleopatrę vita in Alexandriā redierit. profectionē autem ad Medum aliud in tempus differret: ḡḡ tunc vehemēter Parthos laborare intestinis seditionibus audiebat. Post tēpus tamen pfectus amicitiam cū Mædo firmauit: & vni ex suis & Cleopatrę filiis regis filia desponsata, inde regressus est: iam ad ciuile bellum tota mente cōuersus. Octauiam enim ab Antonio neglectā, vt Romā rediit, iussit Cæsar seorsum per se habitare: sed illa negauit se domū Antonii desertura: & nisi aliud subesset, hac de causa minime certādum censebat. perturpe enim fore: si duo Romanorū imperatores ad arma eant: alter amoris gratia: alter q; pellex sorori anteponat. Et hæc sane factis cōprobabat: nam neq; Antonii domū deseruit: neq; filiorū eius curam remisit: sed diligēter excoluit: nō solum cōmunes: sed etiam ex Fuluia ante susceptos. Amicos etiā Antonii qui vel petēdi magistratus, vel cæterarū rerum gratia Romam venerāt, suscipiebat: fauebatq; & si quid opus erat pro illis a Cæsare impetrabat. His illa rebus insciēs imprudēsq; plurimū obfuit viro: cunctis indigne ferētibus: q; eiusmodi fœmina iniuriis afficeretur. Augebat Antonii odium diuisio illa tragica ac supba: maximeq; a Romanis moribus abhorrere visa: quā ille fecerat Alexādrię inter suos & Cleopatrę filios. Nam quū in gymnasio duos ex auro thronos gradibus argēteis posuisset: & in altero ipse, in altero Cleopatra cōsedisset: filiis item paulo humilioribus thronis collocatis: inspectante oī multitudine: primo quidē Cleopatrā reginā appellauit, Ægypti, Cypri, Libyę, & Syriæ Celes: vna q; cum illa Cæsarionē regnare iussit: quē Cleopatra prægnans relicta ex priore Cæsare peperisse vidēbatur: secundo aūt loco suos & Cleopatræ liberos reges regū nominauit: assignauitq; Alexandro quidē Armeniā, Mediam, & Parthiā: siquādo subigerētur: Ptolemæo autē Phœniciam Syriā & Ciliciā. & principio eos duxerat vario ornatu: Alexandrū medica veste, tiaram & citharam tectam habentem: Ptolemæum crepidis & chlamyde & causia cum diademate ornatum. Hic enim erat habitus ab Alexandro regum. Ille vero Medorum & Armenioꝝ. Post hæc quū pueri genitores salutassent: & amplexi fuissent: præsto custodes vtriq; affuere: huic Armenii: illi Macedōes. Nā Cleopatra quidē & tūc & alias quoties se multitudini ostēdebat, sacrā Isidis stolā assumebat: & nouа Isis iura populis dabat. Hæc Cæsar sępe in senatu ostendens, sæpe in cōcione accusans, populum contra Antonium cōcitabat. Misit etiam Antonius Romā aduersus Cæsarem accusatores: primo q; pulso Pompeio Siciliam adeptus, nullam eius insulæ partē fecisset sibi: secundum q; quū eius nauibus ad præsium vsus esset, nullas vnq̄ restituisset: tertium q; quum. M. Lepidū collegam exauthorasset & priuatū fecisset: ipse habebat legiones & prouincias illi traditas. Super omnibus q; Cæsar Italiam ferme totam militibus suis diuisisset: & nihil reliqui militibus Antonii reliquisset. Ad hæc Cæsar ita respondit: Lepidum quidem ideo remouisse ab imperio: q; nimium ob eam rem insolescere visus erat. Quæ autē bello acquisierit se Antonio partem facturum: quando & ipse Armenię partē faciet sibi. Militibus autē Italiam nō esse dādam: quū Parthiam & Mediā habeāt: quas Romanoꝝ imperio adiūxerūt vna cū imperatore suo præclarissime pugnātes. Erat in Arme

Munera Octauiæ ad Antonium.

Cleopatræ astutia.

Octauię pbitas.

Causa alterа odii Cæsaris in Antonium.

Cæsario Cleopatrę filius.

Causia.

Stola Isidis

Antonii ac cusationes in Cæsarē.

Cæsaris respōsiones i Antonii ac cusationes Canidius.

nia Antonius: quum hæc renuntiata sunt ei: confestim ita⁹ iubet Canidium cum sexdecim legionibus ad litus descendere: ipse autem cum Cleopatra Ephesum venit: nam eo maritimæ copiæ vndiq; conueniebant. Fuere oēs naues octingentæ cum onerariis: quas Cleopatra cōtulit ducēras: & talenta viginti: & cōmeatum vniuersō exercitui abunde. Antonius qdem a Domitio admonitus, nec secum Cleopatram duceret, iusserat illam in Ægyptū redire: ibiq; euentum belli expectare sed ipsa verita ne pax rursus per Octauiā fieret: multis ptæmiis a Canidio impetrat: vt pro se Antonium alloquatur: docetaq; iniustum esse: ab exercitu repellere mulierem: quæ tanta auxilia præbeat ad bellum: neq; conducere: vt Ægyptii languidiores fiant: magna pars maritimarum copiarum. Quin etiam se non pspicere: cuinam eoꝝ Regum, qui Antonium sequuturi sint, Cleopatra cedat: aut prudētia, aut cōsilio. Nam & magnū regnū iādiu per seipsam gubernasse: & ab ipso Antonio didicisse: quēadmodū in maximis rebus versari oporteat: Hec quidem consilia (oporrebat enim iam oia in Cæsarē transferri) vicerūt. Collectis itaq; copiis quum Samū uauigātes pueniſſent: ibi aliquot dies cōmorati sunt in summis voluptatibus. Vt enim res, dynastę, tetrarchę, nationes, ciuitates vniuersæ, quæ inter Syriam & Meotida Armeniā & Laurias iacēt, iussi erāt ea mittere & ferre qbus ad bellum opus esset: ita cunctis Dionysii artificibus edictum erat: in Samo adesſent. Itaq; reliquo oi terraꝝ orbe ingemiscente, vna insula cantibus, saltationibus, theatris, certa minibusq; intētā erat. Immolauit tota ciuitas: reges aūt interse magnificēria doniſq; certabant. Post hæc Antonius Athēas venit: & ibi rursus i iocis erat & theatris. Cupiēs aūt Cleopatra quos ciuitas illa Octauiæ dediſſet honores eosdē sibi decerni (Amabatur enī egregie ab Athenienſibus Octauia) multis beneficiis populum amplexa est. Ciuitas igitur honores decreuit: misitq; legatos Cleopatræ domū: qui Sephisma ferrent. Horum vnus fuit ipse Antonius: vtpote ciuis Athenieſis: qui coram regina cōstitutus orationē pro ciuitate habuit. Deinde Romā misitq; qui Octauiā domo expellerēt. Egressam illā ferunt cum oibus Antonii filiis: preter maiorē natu ex Fuluia (hic enim cū patre aberat) plorātem & inique ferentē: q & ipsa vna ex causis discordiæ ciuilis putaret. Romanis vero id indigniſſime factū videbat: Antoniū tñ miseriorē iudicābāt: maxime ii q Cleopatrā viderāt: qbus aptiſſime notum erat: neq; ætate neq; forma Octauiæ anteponendam. Cæsar audita Antonii celeritate magnitudineq; copiaꝝ vehemēter trepidauit: timēs ne ea æstate pugnare cogeret. De erant enī cōplura ad belli apparatū: & hoſes sibi infensi erāt ꝓpter immodicas tributoꝝ exactiones. Coacti erant alii qdem partem quartā fructuū cōferre: libertinę vero conditionis homines octauā totius patrimonii. Itaq; oibus in Cæsarem accensis, & tota prurbata erat Italia: vt in maximis erratis Antonii, ponatur huius belli dilatio: nam & spatium Cęsari dedit exercitus cōparandi: & leniendi dolores hoīum. Quippe dū exigebātur tributa, efferuescebāt: exactis autem ac persolutis, ira cessabat. Inter hæc Titus & Plancus viri cōsulares Antonii amici multis cōtumeliis a Cleopatra affecti, q ei aduersari fuerant, ne ad bellū duceretur: & ad Cæsarem transfugere: & Antonii testamētum qd apud vestales erat docuere. Q d testamētum quum Cæsar peteret: reddere quidem virgines noluerūt: sed facultatem fecerunt: vt per seipsum assumeret. Cæsar cum tabulas abstulisset: primo qdem cœpit priuatim, vt quęq; scripta erāt referre: locosq; reprehensione dignos notare. Tandem frequēti Senatu multa exiis legit: quæ perabsurde scripta videbātur: vt minime indignū putaret: eum viuētem adhuc pœnas dare pro his quæ post mortē mādabat fieri Immoratus est maxime Cęsar in sepultura: iubebat enim Antonius testamēto suo: si Romæ diē obiret, corpus eius ingenti apparatu & magna celebritate hoīum per forū efferri: & inde Alexandriā ad Cleopatrā mitti. Caluisius aūt Cæsaris amicus hęc addidit Antonii crimina: largitū fuisse Antoniū Cleopatræ Pergamenas bibliothecas: in qbus ducēta milia erāt librorū. In cœna vero quadam quū multi adesſent: surrexisse Antoniū: & pedem Cleopatræ pressisse: ex quadā cōpositione inter eos facta. Tulisse etiā vt se præsente Cleopatra ab Ephesiis domina salutaret. Præterea dum reges terrachasq; iudicaret, tabellas ex crystallo aut ex vnguibus amatorie scriptas frequenter accepisse a Cleopatra: easq; inter iudicādum lectitasse: & dum Fuluius vir amplissimus & cunctis Romanis eloquēria antecellens causam in foro diceret, Cleopatrā in lectica per forum forte delatam simulac Antonius vidisset, psiluisse e sella: & post habita causa Cleopatram psequutum fuisse. sed in plærisq; ex his calūniari visus est Caluisius. Amici vero Antonii q̄q̄ Romę vnūquēq; ex plebe prensantes p Antonio deprecarētur: miserunt tñ ex suis Geminium quēdam: qui rogarer Antoniū, moneretq; ne cōtemnat se a populo Romano hostem iudicari: magistratuq; remoueri. Is Geminius vt in græciā venit, Cleopatræ erat suspectus: ne Octauiæ gratia ad Antonium venisset. Delusus itaq; incōuiuiis & cōtumelioſe acceptus, tñ omnia tolerabat: tps alloquēdi Antonium expectans. Iussus tandem in conuiuio pro quibus rebus venisset eas res exponere: cætera quidem inquit Antonii sobriæ sunt orationis & non temporis huiusce: verūtamen & sobrius scio & ebrius bene scilicet processura oia: si Cleopatra in Ægyptū remittatur. Hæc cum Antonius inique tulisset: Cleopatra bene inquit facis Gemini: qui veritatem ita plane sine vllis tortoribus confiteris. Geminius igitur post paucos dies ab Antonio fugiens Romā rediit multi præterea ex Antonii

Classis Antonii octingentarum nauium.

Cleopatra ducitur in bellum.

Antonius i Samo voluptatib⁹ vacat cum Cleopatrā Octauia grata Athenięnſibus.

Octauia domo pellitur ab An.

Cæsar grauia tributa Romanis i posuerat.

Tit⁹ & Plācus ad Cæsarē fugiūt. Testamētū Antonii.

Caluisius. Bibliothecę pgāmenę ducēta milia librorum habebant.

Fuluius orator.

Geminius.

M. Silanus Delius historicus. Sarmētus. Delitię. Prodigia pugnā Cæsaris & Antonii præcedentia. Dionysius iunior. Antonias. Cleopatræ nauis. Exercitus Antōii cōtra Cęsarē habēs pedi tū cētū milia. equitū. xxii. naues. cccc. Octiremes. Decēremes Exercit⁹ Cęsaris cōtra Antonii nauiū. ccl. peditum octoginta mil. & eqtū xxii. miliū Actium. Nicopolis. Torynalocus Epiri. Domitius ęnobarbus fugit. Antonii p humanum factum. Amyntę & deiotari defectio ab Antonio. Canidii cōfilium. Diconies gethas rex Antōius p insidias pene captus ē a Cęsare.

amicis pulsi a Cleopatrę assentatoribus: quorum vnus fuit M. Silanus: & Delius historicus. hic fugisse ait Cleopatrę insidias Glauco medico admonente. Erat autē Cleopatra illi infensa: ꝙ in cœna dixisset: ipsis qdem acidum vinum infundi: Sarmentum aūt Romæ falernum potare. Erat autē Sarmentus Cęsaris seruulus ex iis qui festiuitatis causa haberi solent: quos Romani delitias appellant. Sed vbi oīa satis parata Romæ visa sunt: aduersus Cleopatrā bellum decernit: & Antonius id imperium deponere iubetur: in quo ipse iam antea mulieri concesserat. Addebat Cæsar hęc verba Antonium qdem amatoriis poculis infectū, ne se quidem regere ac gubernare posse: pugnaturos autem contra ipsos fore: Photinum & Mardionē eunuchum: & Chardionē & Iradem Cleopatrę tonstricē: a qbus Antonii imperiū plurimū, gubernarē. Prodigia ante bellū hæc ferūt fuisse: Pisaurum vrbē non lōge ab Hadria, in qua Antonius colonos deduxerat, hiatu terrę absorptam perisse. Albæ statuā quādam Antonii lapideam multos dies sudasse: & cum a qbusdam siccarēt, nō destitisse sudorem emittere. Patris dum ibi Antonius esset, Heraclii fulmine tactū arsisse. Athenis ex pugna gigantea Bacchum vi ventorum excussum in theatrū decidisse: & vt supra diximus Hercule qdem generis authorem: Bacchum aūt ducem vitæ habeat Antonius: & iunior Dionysius vocabatur. Eadē tēpestas Eumenis & Attali colossos, qui Athenis erāt Antonio trāscriptos humi p̄strauit: & quidē solos ex multis. Præterea etiam Cleopatrę nauis, quæ Antonias dicebatur, signū habuit horrendum. Nam quum sub puppi hirūdines nedificassent: superuenere alię: & primis per vim expulsis, nidos destruxere. Inde quum iam ad prœlium vtrinq; coirent: Antonius quidem pugnaces habebat naues non pauciores quingētis: in quibus octiremes & decēremes erant permultæ: oēs præclarissime ornatæ: peditū milia centū: equitū milia viginti duo. Reges qui ei parebant: Bacchus Libyę: Tarcōdemus superioris Ciliciæ: Archelaus Cappadocię: Philadelphus Paphlagonię: Mithridates Cōmagenæ: Adollas Thracię. Hi reges aderāt. Auxilia vero miserunt: Polemon ex Pōto: Māchus ex Arabia: Herodes ex Iudęa: Amyntas ex Lycaonia & Galatia. Erant etiā a Medorum rege missa auxilia. Cæsar autē habebat naues pugnaces ducentas quinquaginta: peditum octoginta milia: eqtum ferme parem Antonio numerū. Imperabāt autē Antonius qdem ab Euphrate & Armenia ad Ionium & Illyricū: Cæsar vero ab Illyricis ad Hesperium oceanū: & rursus ab Oceano ad Thyrrhenū & Siculū mare. Libyę vero quantū Italię, Galliæ, Hispaniæ oppositū est, vsq; ad Herculeas colūnas, Cæsar habebat. Antonius vero a Cyrene ad Æthiopiā. Ita aūt Cleopatræ addictus erat Antonius: vt quū valeret plurimū terrestribus copiis: Cleopatræ gratia victoriam naualē cōcupiuerit: q̄q̄ viatores, agasones, messores, adolescētulos per totā grecią a magistris captos cernebat ad naues implēdas: nec ita qdē satis repletas: sed plærasq; vacuas & ęgre nauigātes. Cæsaris naues Brundusii ac Tarēti paratę erāt: nō ad fastigii roborisq; ostētationem: sed ad celeritatem facilitatemue fabricatæ: virisq; maxime refertæ. Misit igit ad Antonium Cæsar: vt Italia accederet: nec amplius tps morādo terat: Se qdem portus ac litoris Italici capessendi potestatem facturum pollicetur: tantum a litore eum suis copiis recessurum: vt tute ex suis nauibus descendere & castrametari possit. Antonius cōtra iactabundus Cęsarem in singulare certamen ꝙuocabat: q̄q̄ ipse senior esset. qd si hoc refugiat Cæsar: placere oībus copiis vt olim Pōpeius & Cęsar in Pharsalia dimicare. Antonio igitur circa Actium naues habēte, vbi nūc Nicopolis est, puenit Cęsar: & Ionii trāsgressus Epiri locū, qui Toryna dicit, capessit: trepidatiōe ex hoc apud classem Antonii cohorta. aderāt enim terrestres copiæ. Cleopatra ludens inqt: quid vero periculi aut mali est: si Cæsar super Toryna cōsedit? Postridie vero summo mane quū Cæsar instructa classe in hostes pergeret: veritus Antonius ne naues defensoribus vacuæ capiātur: remiges quidem oēs armauit: & per ꝓpugnacula ostēdit: robur aūt iuuentutis in faucibus eius loci cōtra Cęsaris impetū instruxit. Ita Cæsar ab Antonio arte superatus recessit. Perhumanū hoc loco Antonii factū memoratur. Nam quū Domitius Ænobarbus iam febriens paruā nauiculam ingressus ad Cæsarē transfugisset: Antonius cōtra Cleopatræ voluntatē impedimēta oīa cū seruis & clientibus & amicis ad eum dimisit. Sed Domitius post paucos dies quasi perfidię ac proditionis eū pœniteret, vita decessit. Desciuerunt reges nōnulli ab Antonio: vt Amyntas, & Deiotarus. Classis vero vndiq; difficultatibus circūuenta, multisq; carere visa: rursus Antoniū coegit ad pedestres copias respicere: & in illis spem victorię habere. Canidius etiā Antonii legatus mutata sentētia censebat Cleopatrā in Ægyptum remittēdā: ipsis autē in Thraciā aut Macedoniā cū exercitu cōcedēdum: ibiq; tota acie decernendum. Nam Diconies Getharum rex magna auxilia promittebat Antonio. Nec esse turpe si Cęsari qui nuper in Siculo bello exercitatus sit, maritimis copiis cedant: sed magis reprehendendum si Antonius vir terrestrium pugnaq; peritissimus nō vtatur robore suoq; militimū: sed eos in naues distribuat ac dispergat. Vicit tamen Cleopatrę voluntas: vt mari pugnaretur: iam inde ad fugam respicientis: & maxime laborātis: nō qua ratione Antonius vincere, sed qua ipsa rebus perditis turpissime possit cuadere. Erāt lōgo spatio a castris ad stationes nauium ceu quędam brachia protracta: per hęc Antonius ire ac redire sine vlla suspitione consueuerat: Cęsar vero a seruo quodam admonitus misit eo milites: qui Antonium transeuntē interciperent. Illi insidiis disposi-

tis,ita paulominus rem confecerunt:vt comitem vnum qui Antonio præibat caperēt:ipse autem Antonius fugiēs vix e manibus laberetur. Vt vero certādum classe visum est: cęteras quidē naues præter sexaginta Ægyptiorū cremauit:optimis autē & maximis a trimere ad decēremē electis imposuit militū milia viginti duo:& sagittariorę duo milia. Hoc in loco ferūt tribunū quēdam militum vix fortē & diu in armis versatū Antonio sorte prętereunti corpus suū multis insigne cicatricibus ostendisse:dixisseq; O Imperator quid his tot vulneribus aut huic gladio parum confidens in lignis fragilibus spem habes:sine Phœnices & Ægyptii classe pugnēt nobis: autē Romanis terrā da:in qua cōsueuimus vel vincere hostes, vel opperire. Ad hæc Antonius nihil rīdit: sed vultu ac manu significans vt bono esset animo prętenit. Quod aūt nō bonā spem haberet manifeste animaduersum est:nā quum gubernatores nauium ad pugnā eūres vela relinquere vellent, prohibuit Antonius ac ferre coegit:dictitans non oportere quenq; ex hostibus euadere posse. Sed ea die & altera & tertia magnis fluctibus agitatū mare pugnā inibuit:quarta tādē die prælium est cōmissum. Antonius & Publicola dexterę cornu: Cęlius sinistrū habebant. Media regebāt. M. Octauius & M. Nisteius. Cæsar dextro cornu sibi reseruato, sinistro Agrippā præfecit. Terrestribus vero copiis ab Antonio Canidius præerat:a Cæsare Taurus:qui vtrinq; instructa acie in litore quiescebāt: euentū naualis pugnæ expectātes. Antonius vndiq; incedens & remo suos cōuocans cohortabatur:docebatq; ob firmitatē nauium tāq; e terra eos pugnaturos esse. Gubernatores monebat: vt naues in eo loco continerent:& impetū hostiū expectarent. Cæsar vero quū ante lucem castris egressus esset, nauesq; viseret, hominē qui asinū agitabat ferunt illi obuiam factū:rogāti autē Cæsari quoddā nomen ei esset, rīdisse sibi quidem Euticho nomē esse:asinum autē Niconta appellari. Quāobrem postea quum hęc loca ornaret Cæsar:statuit inter cętera, hominē & asinum æneum. Sed rūe quum satis omnia spectasset:nauē ingressus & ad dexterū cornu delatus, admirabat hostium classem otiose in locis arctis sese continere. Erat eorum aspectus quasi in ancoris consistentium: & hoc diu arbitratus Cæsar suos continebat:octo ferme stadia longe a statione hostium. Iam sexta erat hora: & ventus leniter flare incœperat:quū Antonii milites grauiter moram tolerantes:& magnitudini & firmitati lignorum confisi, sinistrum cornu mouere cœperunt. Qđ quum Cæsar animaduertisset: vehementer lętatus:prorā contorquet: vt sinum ac fauces Antonius deserat: magisq; in apertum procedat:quo sibi facultas esset circūdandi implicandiq; hostium naues, magnitudine tardas, vacuitate leues. Inde quū satis processisse visum est, prælium cōmittitur:non tamen impetu irruptionęq; vsi sunt:nam & Antonianæ naues velocitatē non habebant propter grauitatem molemq; lignorū:& Cæsar, non solū aduersas Antonii proras duras atq; æratas, sed ne latera quidē ferire audebat. refringebantur enim rostra perfacile:si inciderent in quadratas trabes ære adnuicem connexas. Erat igitur certamen pugnæ terrestri persimile:magis vero oppidorū oppugnatioi. Tres enim & quatuor Cæsaris naues circa singulas Antonii occupatas, tragulis, contis, iaculatione ignis nitebantur. Antoniani contra e ligneis turribus catapultas in hostem iaciebāt. Sed quū Agrippa lævum cornu circūduceret:coactus est Publicola longius se extendere. Quāobrem quū media Antonii classis abrupta esset:turbatis ordinibus & circa Arūtium implicatis, parūper trepidatū est. Erat tū cōmune certamē & pugna vtrinq; æqua:quū naues sexaginta Cleopatræ quæ post magnas naues collocatæ erant, velis sublatis per medios pugnantes fugam arripiunt: suosq; perturbant. Cęsaris milites summa admiratio tenebat:spectabant enim fugiētes naues in Peloponesum cōuersas nec qua de causa id fieret, animaduertebāt. Quo quidē in loco patefactū est ab Antonio:se neq; duces neq; viri consiliis frętū, neq; omnino mentis suę cōpotē esse:sed vt quidā ingt, amātis animā in corpore alieno viuere. Tractus est enim a muliere quasi in ea viueret simulq; moreretur. Neq; enim tulit illius fugam:sed omnibus post habitis, & his qui pro ipso pugnabant proditis ac destitutis, in quinqueremē prosiluit:& Alexa, & Siculo dūtaxat comitibus insequutus est eā:quæ & seipsam, & illum perdiderat. Cleopatra vero vt nouit Antonium sequi, signum e puppi sustulit:ad qđ ille delatus quum in eadem naui receptus esset, neq; aspicere voluit Cleopatrā:neq; ab ipsa conspici. Sed solus & tacitus in prora cōsedit:vtraq; manu circa caput inuoluta. Interea Cæsaris liburneæ sunt conspectæ:quæ Antoniū sequebātur. Verti igitur Antonius proram iussit:& cæteros quidem venientes represserat:Euriclem vero Lacedæmonium reprimere non poterat: sed acriter irruebat telū e prora quatiens:maxime Antonium ferire intentus. Antonio autem interrogante quisnam esset iis:qui fortunas suas tam cupide insectaretur:Ego sum inquit Euricles Lacharis filius:qui Cæsaris fortuna paternas iniurias vlciscor. Lachares enim ab Antonio latrocinii damnatus, & securi percussus, obierat. Non tamen incidit in Antonii nauem Euricles: sed in aliam: duæ enim erant prætoriæ: quam rostro atq; ære percussam cepit. Capta est etiam alia nauis ab Euricle: in qua ditissima erat suppellex. Vt vero ab his se explicuit Antonius: rursus in prora eodem modo consedit: & ita per triduum commoratus est seorsum a Cleopatra. incertum siue ira siue pudore id ageret. Tandem quum ad Tænarum appulisset: mulieres Antonii & Cleopatræ familiares primo inter eos colloquia reduxerunt: deinde vna cœnare, & eodem lecto cubare persuaserunt.

Pugna naualis inter Antoniū & Cæsarem apud Actiū

Catapulta.

Cleopatræ naues sexagita fugiūt.

Antonius Cleopatrā fugientē p sequitur. Euricles Lacedęmonius Lachares.

Theophilus Corinthi præfectus Classis Antoniana superatur.

Cæsa quinq; milia ex Antonii militibus: captæ naues. ccc. Canidius fugit ad cæs.

Hicharchus

Aristocrates. Lucillius.

Mare rubrum.

Petra.

TimõAthenienſis

Apemãtus.

Herodes iudæus deſicit ab Antonio.

Iam quidam ex amicis e prælio fugientes eo cõuenerant: a quibus certior factus eſt Antonius: claſſem eſſe amiſſam: terreſtres autem copias etiam tunc extare. Literis igitur ad Canidium miſſis, iuber eum per Macedoniã celeriter cum exercitu in Aſiam reuerti: ipſe autem a Tænaro in Libyam traiecturus, nauem vnam multis pecuniis, multa auri & argenti ſupellectile onuſtam amicis tradidit: vt illi inter ſe diuiderent: iubetq; vt quiſq; poteſt ſibi ſalutẽ quærere. Negantes vero atq; ingemiſcentes per humaniter & benigne ſolatus dimittit: ſcribẽs ad Theophilum qui Corintho præerat, vt daret operã: quo illi in tuto ſint: occulteq; eos quoad veniam ſpetrent a Cæſare. Hic erat Theophilus Hipparchi pater: qui plurimũ apud Antonium potuerat: primo a Cæſare ex libertis traductus: & Corinthi colonus factus. Hæc quidem poſt fugam apud Antoniũ facta: apud Actium vero quũ Antoniana claſſis diu Cæſari reſtitiſſet: demum aduerſo fluctu impedita quũ eſſet: ægre decima hora ſuperatur. mortui quidẽ nõ ſupra quinq; milia fuere: captæ aũt naues trecenta: vt ipſe Cæſar ſcribit. Cognouere aũt non multi Antonii fugã: nec iis qui cognouerãt perſuaderi poterat: vt is qui. x. &. viii. legiones integras & viginti duo milia equitũ haberet in litore, depoſita ſpe aufugiſſet: præſertim quũ ipſe Antonius ſẽpe mutationẽ fortunę expertus eſſet: & innumeros belloq; caſus cõuerſione ęſtimuliſſet. Deſiderabãt igitur eũ milites & ventuq; ſperabant: tãta fortitudine ac virtute fræti: vt poſt fugam manifeſtiſſime cognitã ſeptem dies ſe cõtinerent: & Cæſaris cõditiones legatoſq; aſpernarent. Inde quũ Canidius eoq; dux nocte e caſtris fugiſſet: ſuoſq; prodidiſſet: tũc demum omni ſpe deſtituti victori ſe dedidere. Poſt hæc cæſar ab Actio profectus Athenas venit: & græcis reconciliatus frumẽtum qđ ſupererat, publice diuiſit ciuitatibus eo bello ſupra modũ afflictis: & ſeruis iumentis pecuniaq; ſpoliatis. Hicharchus pro auuo noſter ſolebat narrare: ea tempeſtate vniuerſos ciues coactos fuiſſe frumentũ humeris ad litus deferre: verberibus vt accederẽt agitatos. At ſemel quidẽ ita tuliſſe memorabat: ſed quũ reuerſi ſecundũ onus tollere vellent, nuntiatũ fuiſſe Antoniũ victum: & ob eã rem ciuitatem ſeruatã dicebat. Subito enim Antonii præfectos militeſq; profugiſſe: ciues aũt inter ſe frumentũ diuiſiſſe. Antonius vt in Libyam puenit: Cleopatra in Ægyptum ex Paretorio remiſſa, ipſe cũ duobus comitibus remãſit: græco Ariſtocrate rhetore: latino Lucilio: de quo alias ſcripſimus. Qui quũ. M. Bruto eẽt familiaris: ſi Philippis poſt Antonii Cæſariſq; victoriã militibus ad Brutũ quærendũ capiendũq; miſſis, ſponte ſe obtulit: & Brutum ſe eẽ affirmauit: vt dum circa ipſum vel necandũ vel ducendum occupati eſſent, Brutus haberet ſpatiũ abeundi. Is Lucilius tunc ab Antonio ſeruatus, ſumma conſtantia & fide in Antonii amicitia vſq; ad extremũ permãſit. Vt autẽ eæ q̃ in Libya erãt copiæ, ab Antonio deſciuerunt: voluit ille quidem ſibi mortẽ conſciſceret: ſed prohibuerunt ii qui ſecũ erãt. Delatus igit̃ in Alexandriã ex Libya, offendit Cleopatrã opus magnũ & inopinatũ aggreſſam. Inter Rubrum enim & Ægyptiũ mare, qua maxime vtrinq; premitur, arctiorq; eſt tellus, trecentorũ ferme ſtadiorũ latitudo eſt: videturq; Aſiæ Libyæq; eſſe terminus. Per hunc locũ Cleopatra tranſferre claſſem inſtituit in arabicũ ſinum: & cũ auro argento & magna ſuorũ manu, in ignotas ſedes cõmigrare: fugiens bellũ ac ſeruitutẽ. Sed quũ primas naues per terrã delatas Arabes qui circa Petram incolũt igne corrupiſſent: & Antonius ẽt tunc in legionibus quas in Actio reliquerat ſpem haberet: & incolumes eſſe putaret: deſtitit Cleopatra ab incœpto: & portus ac litora cuſtodire cõpendit. Antonius domo quadã in mari apud Pharũ ædificata, quo ciuitatẽ & amicos effugeret, quaſi humani generis exul in ea habitabat: Timonẽ (vt ipſe aiebat) imitatus: & ſimiliain vita perpeſſus. Fuit autem Timon Athenienſis: temporibus maxime Peloponeſiaci belli: vt ex Ariſtophanis & Platonis poematibus intelligi poteſt. Deſcribit enim in illis vt odioſus & inhumanus: fugiẽs hominũ cõgreſſus colloquiaq; omnia: præter vnius Alcibiadis: qui ea tẽpeſtate adoleſcẽs erat: & lingua maxime prõptus. Hunc Timon quũ libentiſſime amplecteret̃ oſculareturq; interrogatus ab Apemãto quid ita faceret: reſpondit ideo ſe adoleſcẽtẽ amare: q̃ intelligeret illum multorũ malorũ cauſam Athenienſibus futurũ. Apemãtũ ẽt nõnũq; acceptabat: vt ſuiſimilẽ & eoſdẽ ſectãtẽ mores. Dicitur quũ aliquãdo vna cœnarẽt, diceretq; Apemãtus pulcherrimũ o Timon hoc noſtrũ cõuiuium eſt: reſpõdiſſe illum: ita: ſi tũ tu non adeſſes. Ferunt etiã illum Athenis in concionẽ veniſſe: factoq; ſilentio & expectatione magna, vt pote ad rem inſolitã dixiſſe: Ex mihi o viri Atheniẽſes poſt domũ parũp; horti: & in eo ficus quædã coaluit: a qua pene multi iam ciues ſuſpendo vitam finiere: in eodẽ ego nunc loco ædificium facturus ſum: quamobrem conſtitui publice referre: vt ſiqui ſunt ex vobis qui ſe velint ſuſpendere, ante id agant quam arbor ſuccidatur. Illo autẽ mortuo quũ in littore eſſet ſepultus: ſuccreſcens marelitus circa ſepulcrum abedens aditum remouit. Erant in ſepulcro hęc carmina inſcripta: Hic ſum poſt vitam miſerãq; inopemq; ſepultus: Nomen non quæras: dii lector te male perdant. Hæc quidem ipſe Timõ anteq; e vita decederet, ſibi feciſſe aiunt: nã vulgatũ illud epigrãma non Timonis, ſed Callimachi eſt opus. Timon ego iaceo hic: retinẽtq; odiſſe quoq; oſſa Cõgreſſus hominum. q̃uis male dic modo tranſi. De Timone quidem hæc pauca ex multis libuit inſerere. Antonius vt terreſtres quoq; copias audiuit captas: & Herodẽ iudæum cum quibuſdam cohortibus ad Cæſarem defeciſſe: & alios item reges deſciuiſſe: nihilq; præter Ægyptũ ſupereſſe: haud ſane iis rebus commotus, ſed libenter

hac ſpe abiecta, vt ſimul abiiciat & curam: e domo illa maritima, quã Timoniam vocabat: in regiã eſt regreſſus: & ad cœnas & ebrietates & iocos totã ciuitatẽ cõuertit. Trãſcripſit enim in ephebos Cleopatræ & Cæſaris filiũ: ſuus autem & Fuluiæ filius togam aſſumpſit virilem. In quibus rebus vniuerſa ciuitas per multos dies conuiuiis ludis ſertiſq; referta fuit: ipſe vero & Cleopatra vitam illam priorem quã inuitabilẽ vocabant deſeruerũt: aliam autem inuenerunt ſumptu luxuria & lautitia nihilo prima illa inferiorem: quam cõmorientes vocabant. Amici enim ſe in commorientiũ cœtũ aſcribebãt: & ita in voluptatibus & cœnarũ circuitu ſemper erãt. Ad hæc Cleopatra vim ingentem venerorum parare: ſingulosq; potẽtiam naturãq; perquirere: in iis qui ad mortẽ dãnari erãt periculum facere: ſed quum animaduertiſſet ea venena quę confeſtim necabant, celeritatem mortis per dolores inferre: ea vero quæ mitiora erant, celeritatem non habere: ad animalia conuerſa, idq; permultos dies experta, comperit ſolum ferme aſpidis morſum ſine vllo dolore vitam extinguere: grauato ex ſomno capite: & leui ſudore per faciem diffuſo: ſenſibus paulatim deficientibus: nec ſecus excitationẽ grauiter ferentibus: q̃ ſolent ii quos placidus atq; altus ſopor tenet. Simul ẽt ad Cæſarẽ legationẽ miſerunt: petentes, Cleopatra quidẽ Ægypti regnum filiis ſuis concedi: Antonius vero, vt liceret ſibi Athenis priuato viuere. Coacti ſunt autem perfidia amicorũ in hanc legationẽ Euphronium mittere: qui erat filiorũ præceptor. Nam Alexas Laodicenus qui Antonium maxime ab Octauia diſiunxerat: & Cleopatræ coniũxerat: quũ miſſus fuiſſet ab Antonio ad Herodem regẽ in fide retinẽdum: & a defectione prohibẽdum: prodito Antonio auſus eſt in conſpectũ Cæſaris vna cum Herode, cui ſe maxime crediderat, venire: ſed nihil ſibi profuit Herodes. Nam ſubito cõprehenſus, & in patriam remiſſus, iuſſu Cæſaris ſecuri percuſſus eſt. Ita Alexas viuo adhuc Antonio pœnas dedit perfidiæ ſuæ. Sed Cæſar Antonii petitione aperte reiecta, Cleopatræ oſa polliceturſi vel Antoniũ necet: vel e regno ſuo expellat. Miſit etiam ad Cleopatrã Cæſar vna cum Euphronio legato Thyreum libertum: hominẽ non ſtultum: nec infacundum: ſed qui a iuuene imperatore miſſus facile poſſet flectere mulierẽ: formæ opinione elatã, maximeq; glorioſam. Sed Thyreus vbi ad Cleopatrã peruenit: longiore colloquio cũ illa protracto, & egregie honoratus, nõ parua ſuſpitionem iniecit Antonio. Itaq; hominẽ cõprehendi iuſſit: & captum ac verberatũ ad Cęſarem remiſit: ſcribens petulantia & ſuperbia Thyrei ſe irritatũ fuiſſe: qđ perfacile eſt ſibi tot malis circũuẽto. Tu vero inquit ſi grauiter id fers: Hipparchum libertũ meũ quẽ penes te habes ſublimẽ rape: ac loris cæde: vt in æquo ſimus ambo. Cleopatra quũ ab hac ſuſpitione ſe purgaſſet: ita deinceps Antoniũ coluit: vt nũq; antea magis: & quũ propriũ natalẽ frigide vt tẽporibus decebat celebraſſet: in Antonii tũ natali celebrando oẽm modũ feſtiuitatis magnificentięq; exceſſit. Multi quippe eo die ad epulũ vocati, quũ pauperes eo veniſſent: reginæ munificentia diuites abiere. Cęſar interea qm̃ res vrbanæ præſentiã ſuam deſyderare videbãtur: ab Agrippa qui Romæ erat ſæpe per literas reuocatus, tũc quidẽ in Italiam rediit. Facta eſt igitur dilatio belli: quoad Cæſar trãſacta hyeme, exercitu per Libyam miſſo, ipſe per Syriam in Egyptum contenderet. Capto autem Peluſio rumor fuit, Seleucum qui oppido præerat, non inuita Cleopatra Cæſari oppidum tradidiſſe. Sed illa quo ſe purgaret: vxorem & filios Seleuci Antonio tradidit: vt de his ſuppliciũ ſumeret. Sepulcra erant ad Iſidis tẽplũ preclariſſime a regina ædificata. In hunc locum Cleopatra aurum, argentum, ſmaragdum, margaritam, habenũ, cinamomũ, ebur, omnia deniq; pretioſiora ex regia congeſſit: ad hæc magnã vim tędarũ & ſtupæ addidit. quæ quũ Cæſar audiſſet: veritus ne deſperatione rerũ has tantas diuitias incendio abſumeret, ſemper bona ſpe reginæ præbita, exercitum Alexandriam adduxit: & in ipſo Hippodromo caſtra poſuit. Antonius vrbe egreſſus & multa ac præclara rei militaris facinora oſtẽtans: equites Cæſaris in fugã vertit: & vſq; ad caſtra perſequutus eſt. Inde iactabundus Alexandriã regeſſus non ante arma exuit: q̃ Cleopatrã ita vt erat armatus amplexus atq; oſculatus eſt. Militem aurẽ qui egregie eo die pugnauerat apud ſe cœnare iuſſit. Cleopatra autem thoracem auream & galeam & dono militi dedit. ſed is miles tãtis muneribus acceptis: noctu ad Cęſarẽ tranſfugit. Rurſus igitur Cęſarẽ vocabat Antonius ad ſingularẽ pugnã: illo autẽ tñdente ſatis multas ad interitum vias Antonio patere: nullam mortẽ ſibi honeſtiorẽ ratus q̃ pugnãdo oppetere: decreuit ſimul terra mariq; cõfligere. Itaq; in cœna ferunt ſuos admonuit: cibum atq; potum promptiſſime aſſumere: nã incertũ eſſe an poſtridie id facturi ſint: an ipſo extracto nouis dominis ſeruituri. Ob quæ verba quũ amicos lachrymantes vidiſſet: inquit non eſſe ducturũ eos ad pugnã: ex qua ipſe potius glorioſam mortẽ quęreret: q̃ ſalutem aut victoriã. Ea nocte quum iam ferme intempeſta eſſet: cunctis ſilentibus: & ob timorem futuri cuentus magna cura anxiis: ſubito concentus quoſdam omnis generis organorum ferũt auditos: & ſimul clamorem veluti cœtuum quorundam cantu & ſaltatu ſatyrico ſtrepentium. Fuiſſe autem hoc aiunt a media vrbe ad eam portam quæ Cæſaris caſtris erat oppoſita: tandem per hanc portam ingenti clamore eam turbam egredi viſam. Autumant omnes qui hæc curant: Bacchum quem ille deum maxime imitabatur, Antonium deſeruiſſe. Poſtridie vero quo Antonius cum ſuis militibus Alexandriam egreſſus in tumulo quodam conſediſſet: conſpicatus hoſtium claſſem atq; ſuam aduerſum tende-

Timonia domus Antonii.

Legatio Cleopatræ & Antonii ad auguſtũ

Alexas Antonii pditor ſecuri pcuſſus a Cæſare.

Thyreus legatus Cęſaris verberatur ab Antonio.

Hipparchꝰ Antonii libertus.

Cæſar parta victoria in Italiam rediit.

Peluſiũ oppidũ a Cęſare captũ.

Sepulcra ad Iſidis tẽplũ a Cleopatra ædificata.

Miles donatus ad Cęſarem fugit.

Antonius vocat Cęſarẽ ad ſingularẽ pugnam.

Cõcentꝰ audit noctu.

Cleopatra in sepulcra se recepit. Cataractæ.

Eros seruus Antonius segladio p/cutit.

Diomedes.

Antonius ſ sepulcra fu/nib⁹ trahit.

Peplum.

Antonii interitus.

Proculeius legatus Cæſaris.

Dircetus nũtiat Cæſari necem Antonii.

Epaphroditus libertus Arius phius

re:conſtitit in eo lôco vt aliquod certamen inter illas videret. Sed illę vt propius fuere: mutuo ſalutãtes & amice ſe recipientes vna claſſe ex duabus facta, ad vrbẽ tenderunt. Hæc conſpicatus & codẽ loco ab eg tibus ſuis deſtitutus, in vrbẽ rediit exclamans quacunq; incedebat: ſe a Cleopatra proditum illis ipſis: quibus ꝓpter illam ſit factus hoſtis. Cleopatra vero quũ hęc audiſſet: timẽs Antonii furorem, in ſepulcra ſe recepit: & cataractas demiſit: clauſtrũq; firmauit. Et ſimul ad Antonium mittit: qui nuntiarẽt ipſam ſibi mortẽ conſciſſe. Ille vt hæc audiuit, credidit q; ad ſeipſum rediens, Quid iam expectas inqt Antoni? quæ ſola viuẽdi cã ſupererat, etiã tibi fortuna ademit. His ſimul dictis, intrauit cubiculũ: & thoracem diſſoricãs. O Cleopatra inqt: nõ doleo equidẽ ꝙ tui careã (nã cõſeſtim vna adero) ſed ꝙ ego ille tãtus imperator fortitudine ſuperatus ſim a muliere. Erat ei ſeruus quidã noie Eros: quẽ iampridẽ parauerat ad ſe, ſi opus foret, necãdum. Is tunc quũ Antonius proꝓmiſſa peteret, gladium quidẽ accepit, tenuitq; quaſi Antoniũ percuſſurus: ſed celeriter cõuerſo ictu per propria viſcera gladiũ tranſegit: atq; ita ad pedes domini prolapſus eſt. Q d quũ Antonius cerneret: euge inquit o Eros: qui me doces quid agendũ ſit: quũ ipſe nõ potueris. Hæc dicens ſibi vẽtrẽ percuſſit: & in lectum ſe dimiſit: non tñ eo vulnere confeſtim eſt exanimatus: ſed quũ aliquantiſper iacuiſſet: vt ſanguinis repreſſa, ad ſe reuerſus petebat ab iis qui aderant: vt ipſum interficerẽt: quod quũ oẽs ſibi denegarent: atq; e cubiculo aufugerent: inſanire ac vociferare miro furore nõ deſtitit: quod Diomedes venit a Cleopatra miſſus: qui ipſum ad reginã in monumenta deferret. Tunc eni quum audiſſet eam viuere, vehementer lætatus, iuſſit miniſtris: vt ipſum tollerent: & ita manibus eoꝝ vſq; ad monumenta eſt delatus. Non tñ aperuit fores Cleopatra: ſed funibus & catenis a feneſtra quadam demiſſis, illum alligatũ traxit a duabus mulieribus adiuta: quas in eo loco ſecum clauſas habebat. Aiunt illi qui aderant, nullũ vn̄q; miſerabilius ſpectaculum fuiſſe. Antonius ſanguine fœdatus in altum funibus trahebatur ſemianimis: manus ad reginã tendens: atq; annitẽs. neq; n. erat facile mulieribus attrahere, Sed ipa Cleopatra funibus annixa in faciem prona conabatur: hi qui infra erant hortatu dũtaxat adiuuabant. Sed poſtq; illum ad ſe mulieres receperũt: in lectumq; poſuerunt: tunc regina ſciſſis ſuper eo peplis, & vultũ vnguibus ſecans, & pectora plangẽs, clamabat dñm: virꝝ: imperatorem ſuũ: adeoq; in deplorãdo Antonio erat intenta: vt proprioꝝ malorũ pene eſſet oblita. Antonius vero vt Cleopatrã a lamẽtatione ceſſare fecit: petiit vinũ ſibi potui dari: ſeu ſitiens, ſeu ꝙ potato vino celerius ſperabat diſſolui. Quũ aũt bibiſſet: admonuit reginam ſibi ac rebus ſuis cõſuleret: ſi tñ ſine dedecore id facere poſſit: & maxime oium qui cum Cęſare erãt, Proculeio ſe crederet. Ipſum autẽ nõ lugeret ꝓpter has vltimas calamitates: ſed beatũ duceret: proꝓter priores felicitates. Nam & clariſſimũ oium fuiſſe & potẽtiſſimũ: & tunc nõ ingenerose Romanum a Romanis ſuperatũ. Poſt hæc dicta quum iam ferme expiraſſet: Proculeius a Cæſare miſſus ad Cleopatrã venit. Nam quũ Antonius poſt vulnus ſibi illatũ ad monumenta portaretur: Dircetus quidam ex Antonii lictoribus, accepto gladio quo ſe Antonius percuſſerat, clam ad caſtra cucurrit: oſtenditq; illum Cęſari ſanguine adhuc madẽtem: & nũtius fuit Antonii mortis. Cæſar vero vt hæc audiuit: in partem intimã tentorii ſecedẽs fleuit interitum viri & affinis & colleg: & multaꝝ rerum bellorũq; ſocii. Deinde amicis cõuocatis, epiſtolas eius legit: vt poreiuſte & prudẽter ſcripras. Poſt hæc Proculeium miſit: iubens dare operã q̃ maxime poſſit: vt Cleopatra viuens in poteſtatẽ veniat. Sollicitus enim erat pro pecuniis congeſtis: & ſimul ad gloriã ſuam putabat pertinere: ſi illa in triũpho duceretur. Sed illa in manus quidẽ Proculeii venire noluit: in verba autem cũ illo venit ad fores ſepulcri: optime q̃dem illas firmatas, ſed tñ voci peruias. Cleopatra intus petebat filiis ſuis regnũ: Proculeius foris eam bene ſperare ſuadebat: & ſe ac ſua oĩa arbitrio Cęſaris cõmittere. Vt autẽ infecta re ad Cæſarem rediit: & ſitum loci, quem diligentiſſime contẽplatus fuerat, retulit: Gallus mittitur qui cũ Cleopatra loqueretur. Is quũ reginam (vt ſupra demõſtrauimus) cõueniſſet: conſulto protrahit ſermonẽ: Proculeius interea ſcalis interpoſitis peream feneſtrã ingreditur: per quã Antonius fuerat ante receptus: & propere cũ duobus miniſtris ad eum locum deſcedit: vbi Cleopatra cũ gallo loquebatur. Altera vero mulierꝝ quæ cum regina erant exclamante, infelix Cleopatra viua caperis: ſubito conuerſa illa & Proculeium conſpicata, contendit illa quidem gladio quem accincta erat ſeipſam necare: ſed Proculeius approperans & manibus ambabus eam continens, iniuriam facis inquit o Cleopatra & tibi ipſi & Cæſar: cui occaſionẽ aufers humanitatis & probitatis ſuę oſtendendę: & calũniaris mitiſſimum principem: vt infidum & implacabilem. his ſimul dictis gladium adimit: veſte inſup excuſſa: ne quid ſub ea occultaret veneni: Venit etiam a Cæſare Epaphroditus libertus: cui mandata erat mulieris cuſtodia: & maxime vt prouideret: ne illa ſibi mortẽ inferre poſſet: cæteraꝝ rex oium facultatem permitteret. Ipſe aũt Cæſar vrbem intrauit cum Ario philoſopho ſermone inſtituto: & dextera illi data: vt inter ciues ſuos ſpectabilis foret & admirarẽtur cũ oẽs egregie a Cæſare ornatum. Ingreſſus deinde gymnaſium quum in ſuggeſtũ aſcendiſſet: omnibus præ metu exanimatis, & in terrã procidentibus, quum eos ſtare iuſſiſſet: inqt ſe omni crimine populũ abſoluere: idq; ſe facere primo propter conditorem Alexandrum: Secũdo propter mirã pulchritudinẽ magnitudinẽq; eius vrbis: Tertio propter Arium amicũ ſuum. Tanto itaq;

to itaq; honore Cæsar dignatus est Arium: vt pro multoꝝ etiam salute apud Cæsarem interceſſe/rit: quorum vnus fuit Sostratus homo omnium ætatis suæ ad dicendum ex tempore promptiſſi/mus: sed tñ Academiq; non decenter se inserens, quamobrem Cæsar eius more improbato, reiece/rat preces: ille vero mutata veste & cana barba promissa, Arium quacunq; incedebat sequebatur: semper hunc versum habens in ore: Docti doctos seruabũt: si erũt docti. quod quum Cęsar audiſ/set: cõcessit magis vt Arium inuidia liberaret: q̃ vt Sostratũ metu. Ex Antonii liberis Atyllus dã/taxat a Cæsare necatus est: qui erat maior natu ex Fuluia. Tradidit aũt illum Cæsari Theodorus pædagogus. Idem Theodorus quum ceruix adoleſcenti iussu Cæsaris abscinderetur, lapidem pretioſiſſimum quẽ circa collum gestabat, clam subtractum zonæ inseruit. qua de re accusatus & cõuictus ad crucem damnatus est. Ex Cleopatræ vero: liberis, cęteri qdem cum alũnis suis in custo/dia habiti & qdem liberaliter: Cæsarionem aũt priotis Cæsaris filium, cum magna via auri & argẽ/ti a matre in Indiam per Æthiopiã missum, & a Rhodone pædagogo pfraudem quasi Cęsar eum in societatem imperii vocaret reductum, Cæsar post mortem matris interficit. De quo quum sen/tiam amicoꝝ scisciteretur: dixisse Arium ferunt: nõ esse probãdam multitudinẽ Cęsarem. Cor/pus aũt Antonii quum id multi reges ac priuati peterẽt: vt ad sepulturam sibi traderetur. auferre id a Cleopatra Cæsar noluit. Sepultum igitur Cleopatrę manibus magnifice ac regio funere: om/nibus in ea re Cleopatrę parere iussis. Ex mœrore aũt ac dolore (exarserant enĩ pectora nimio plã/ctu) febris coorta occupauit: qua de re lærata est Cleopatra: occasionem sibi o blatam putans seip/sam per inediam necandi: quasi morbo impediretur cibum assumere. Erat illi medicus consuetus & familiaris Olympus: cui illa veritatem fassa, vtebatur socio & adiutore ad necem: vt idem ipse Olympus ait in historia: quã de his rebus scripsit. Q d quum Cæsar animaduertisset: minas sibi quasdam de nece filiorum iniecit: quibus Cleopatra tanq̃ machinis qbusdam expugnata, corpus medelæ tradidit: cibũq; assumpsit. Venit aũt & ipse Cæsar post paucos ad eã dies: visendi gratia & alloquendi. Illa vero vt veniẽtem vidit: e lecto in quo humiliter iacebat prosiliens prima tantũ veste amicta, ad pedes eius prouoluta est: voce tremula & gracili: & lacero pectora: quod magna ex parte ostendebat. nec vlla in re melius se habere corpus q̃ aia videbaf: illa tñ vultus gratia & di/gnitas formæ non erat penitus extincta: sed lucebat intus: cernebaturq; in oculoꝝ atq; corporis motibus. Iussa aũt a Cæsare in lectum redire, ipso iuxta assidente, cœpit illa qdem se purgare: in ne cessitatẽ & metũ Antonii errata transferens: sed quũ Cęsar vnũ quodq; redargueret: subito ad pre ces cõmiserationẽq; cõuersa est: quasi maxime viuendi cupida. Tandem quum auri & argẽti cæte/rarumq; reꝝ rationes Cæsari dedisset: Seleuco quodam ex procuratoribus ostendente q̃dam ab ipsa fuisse subtracta, pfiluit Cleopatra: & crine procuratoris apphenso, faciem eius frequẽti ictu percus/sit. Cæsare autem ridente, & eam inhibente, At nõne pergraue est, inquit, Cæsar: si tu qdem nõ in/dignum putasti huc accedere: & me in hoc tẽpore alloqui: serui aũt mei mea accusant: si quid mulie/brium ornamẽtorum reseruaui: non mihi qdem miseræ: sed vt Octauię & Liuię munuscula dem: quo te per illas habeam placatiorem. His verbis Cæsar vehemẽter lærarus est: ratus illã ad vitam respicere: & cõsiliũ mortis oĩno abiecisse: responsoq; reginæ dato, se & hæc illi cõcedere: & cęteris oĩ/bus lõge melius q̃ sperer fruiturã esse: discessit: decepisse qdẽ illã putãs: ipse vero lõge ab ea decept⁹. Erat inter Cęsaris amicos Cornelius Dolobella clariſſimus adoleſcẽs: & a Cleopatræ studio nõ ab/horrens: hic reginę postulanti clam renuntiauit: Cęsarem quidem per Syriam abiturũ: ipsam aũt cum filiis per mare missurum, tertia vt ipse opinabatur die. Illa quum hęc audisset, a Cęsare petiit: vt sibi Antonio parentare liceret: quod quum impetrasset: ad sepulcrũ venit cum familiaribus fœ/minis: & ibi in terram pcumbens, O amice inqt Antoni, sepelii te nuper liberis manibus: libo aũt nũc captiua facta: & custodita: ne planctu aut lamentatione afficiam hoc seruũ corpus: ad triumꝑ/phum de te agendum reseruatum. Alia ne expectes libamina, aut honores: nam hi tibi a Cleopa/tra vltimi sunt. Nos enim viuentes nulla vnq̃ vis separauit: nũc vero periculum est ne mortui lo/ca pmutemus: & tu Romanus in Ægypto iaces: ego Ægyptia in Italia. Veꝝ siqua illic deorum virtus aut potẽtia est, qñ nos hic a nostris pditi sumus, ne patiare me viuã duci: neue teipsum in me triũphari: sed recipe me hic vna tecũ in hoc tumulo. Nã ex infinitis malis qbus misera pmor nullũ ita magnũ aut graue mihi est: vt hoc breue tps sine te vixisse. Hæc quũ illa questa esset: coronato tu/mulo & diu amplexato, iussit sibi balneũ parari: post lauacrũ assurgẽs magnifice prandit. Hic qdã ab agro veniẽs cistã quãdã attulit: q custodibus pcontãtibus aperiẽs, & folia reprimẽs, plenã ficuũ ostendit: & quũ illi pulchritudinem fructuũ admiraren̄, obtulit eis ridẽs: rogauitq; accipere: illi ve/ro nihil suspicãres iusserũt intro ferre. Post prandiũ assumptum, Cleopatra tabellas obsignatas ad Cęsarẽ dedit: & cęteris oĩbus a se pter duas mulieres dimissis, ianuã clausit. Cęsar vt tabellas dis/soluit: & pces ac ploratus legit: regantis vt vna cũ Antonio sepeliret: subito qd actum esset suspica/tus est. Primo itaq; ipse accurrere prexit: postea melius esse visum est: vt aliquos mitteret: qui ꝑpere inspicerẽt. Sed celeriter rẽsacta res erat: cursu enim illuc tẽdentes inueniũt custodes ne suspicantes quidẽ aliqd: mox valuis patefactis cernũt Cleopatrã mortuam aureo in lecto iacẽtem regio more

Sostratus.

Atyllus Antonii filius necatur a Cęsare.

Theodor⁹ pedagog⁹. Cęsario

Cleopatræ interficit⁹ a Cæsare.

Antonius a Cleopatra sepelit.

Olympus medicus.

Cęsar Cleopatrã visitat.

Cornelius Dolobella.

Aleopatrę quest⁹ ad se pulcrum Antonii

Cleopatrę mors.

ornatã. Ex mulieribus vero quæ aderant, Eras qdem ad pedes reginæ expirauerat: Charimonium autẽ semianimis capiti reginæ diadema aptabat. Clamãte autẽ quodã ex custodibus an hæc pulchra sunt Charimoniũ: pulcherrima inqt, ac decẽtia rot regum plem: nec quicq̃ vlterius loquuta cecidit. Sunt qui ferunt aspidẽ in ficubus allatam inter folia quę supra erãt occultatum fuisse: data opera a Cleopatra, vt ipsam insciam inuaderet: ide quũ ficus acciperet cõspicatam aspidẽ dixisse: an hic erat istud? & brachiũ aspidi nudatũ porrexisse. Alii seruatã aspidẽ ferũt in vase quodã inclusam: & pistulã aureã a Cleopatra ꝓuocatã atq; irritatã brachiũ momordisse. Sunt itẽ q aliter opinentur: cæteq; veritatẽ nullus nouit: nam & venenũ ipsam habuisse cõpertũ est in laminula quadã cõcaua: quã sub crine occultabat sed tñ neq; corpus deformatũ: nec aliud vllũ apparuit veneni signum: nec aspis etiã ab vllo cõspecta est: sed tractus duntaxat qdam in litore qua domus ad mare spectabat visi: & brachiũ Cleopatræ aiunt duas notas habuisse leniter impressas & humidas: quibus Cæsar videtur fidem dedisse. Nam in triũpho Cleopatræ immaginem tulit cum aspide mordicus affixa. Hæc qdem ita dicuntur gesta. Cæsar autẽ q̃q̃ morte illius offensus erat, admiratus tñ mulieris generositatẽ magnifice ac regie vna cũ Antõio sepeliri iussit. Mulieres ẽt q cũ illa mortuæ erant, honore funeris potitæ sunt. Mortua est Cleopatra ętatis suę anno trigesimonono: regnauit annos vigintiduos: cum Antonio amplius. xiiii. vixit. Antonium alii annos qnquaginta sex, alii duntaxat tres supra quinquaginta ferunt vixisse. Antonii qdem statuæ oẽs iussu Cæsaris deiectæ: Cleopatrę autẽ statuę suo loco relictę: Archinio quodã Cleopatrę amico mille talẽtis a Cęsare redimente: vt stare sinerentur: nec idẽ quod Antonii statuę, paterẽtur. Ex liberis autẽ Antonii septẽ, quos ille ex tribus vxoribus susceperat, Atyllus q erat maximus natu, a Cęsare (vt diximus) necatus est: cæteri autẽ oẽs apud Octauiã educati: quæ Cleopatram qdẽ Antonii & Cleopatrę filiã Iubæ humanissimo & pulcherrimo regi vxorẽ dedit: Antoniũ autẽ ex Fuluia genitũ ita magnũ apud Cęsarem fecit: vt post Agrippã & Liuiæ filios, primas partes obtineret. Ex Marcello autẽ quũ duas filias, & Marcellum haberet: hunc qdem generũ simul & filiũ sibi fecit Augustus: Alteram vero filiarum Agrippæ tradidit. Mortuo deinde Marcello filio, quũ Cæsar nõ facile cerneret: quem sibi ex amicis generũ ęligeret; suasit Octauia vt Agrippã caperet: qđ quũ Cæsari placeret: cum Agrippa egit: vt filiam repudiaret: & Cæsari gener fieret: quo facto, illã ab Agrippa separatã Antonio coniunxit. Ex duabus autẽ Antonii & Octauiæ filiabus, alteram Domitius Ænobarbus, alteram pudicitia & forma pclaram Drusus Liuiæ filius Cęsaris priuignus duxit vxorẽ. Ex hac nati fuerũt Germanicus & Claudius. quorum Claudius postea imperauit. Ex Germanici autem filiis Caius quidem quũ superbe imperaret, trucidatus est vna cum filio & cõiuge. Agrippina vero filium habens ex Domitio Ænobarbo nupsit Claudio: & simul filium in adoptionẽ dedit: qui postea Claudius Nero appellatus. Hic tẽporibus nostris imperans matrem necauit: nec multum abfuit quin flagitiis & amentia Romanorũ subuerteret imperium quartus ab Antonio per gradus succeſſor.

Cleopatræ imago i triumpho fertur.

Antonii statuæ deiectæ.

Archiuius.

Antonii filii septẽ: & eoꝝ descensus & sobo/les.

Germani/cus.

Caius trucidatus.

Agrippina nubit Claudio.

Nero.

ARTOXERXIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

Artoxerxes lõgimanus Artoxerxes Mnemon.

ARtoxerxes Ille Primus Xerxe patre natus ex Persarũ regibꝰ, tũ facilitate humanitateq;, tũ maximeai magnitudine pstitit: & lõgimanus, q dexteram manum sinistra longiorem haberet, cognominatus est. Secundo vero, de quo hoc tpe scripturi sumus Mnemonii id est memori cognomentum fuit. Hic ex sorore illius superioris genitus est. Dario enim ac Parysatidi filii quatuor fuerunt: maior natu

Artoxerxes: proximus ætate Cyrus: iis iuniores Ostanes, & Oxanthres. Cyrum igitur Cypriſco

nomen traxisse ferunt. illum autem a Sole ita nuncupatum esse. Cyrus enim Persica lingua Sol dicitur. Artoxerxi Arsycæ ab initio nomen fuit: etsi Dinon tradit Carsem illum appellatū esse. Sed minime credendum videtur: Ctesiam, q̃uis variis fabularū cōmētis a ratione & veritate maxime abhorrētibus libros suos referserit, regis nomen ignorasse: apud quem vixisset diutius: quēq; item matrēq; eius & cōiugē ac liberos pie sanctēq; obseruasset. Cyrus ergo ingenio acer quū esset: & vehemens: statim a puero spe ac aīo ad regnum spectare cœpit. Alter in oībus vitæ partibus leuior ac facilior & cupiditatibus remissior natura est habitus. Is iussu parētum mulierē eximia sane forma, ac singulari pudicitia cepit vxorem: inuitis aūt illis, phibentibusq; retinuit: & apud se perpetuo in honore habuit. Nam quū interfecto a rege illius fratre, ipsa quoq; ad exitium quæreretur, Arsycas supplicem se matri obiiciēs, atq; eam multo luctu lachrymisq; obtestās, vix vt incolumis seruaretur obtinuit: & ne cū ea cogeretur diuortium facere. Etem̃ mater Cyrum maiori charitate amplexa erat: magisq; eum in regnū patri succedere cupiebat. Iis de causis ab ea reuocatus ab oris maritimis in Persidem se recepit: spe erectus se opibus matris & authoritate adiutū regnum habiturum. Nitebatur enim Paryſatis haud sane ꝓbabili ratione ea qua olim Xerxes priscus Demarato authore est vsus: Arsycá se priuato, Cyrum regnāti Dario peperisse. non tñ id suadendo pficere potuit: nam qui ætate anteibat, Artoxerxes res cōstitutus est: Cyrus Lydiæ Satrapiá sortitus est: & maritimas regiones impator obtinuit. Nec ita multo post Darii mortem, rex Parasgadas profectus est: vt a Persarum sacerdotibus regio more sacris initiaretur. Est bellicæ deæ sacellum: quū cōiectura quis Mineruā fuisse auguretur. Eo ingressum regem qui mysteriis paratur, oportet propriá vestem deponere: & quam Cyrus priscus induit ante q̃ regno potitus esset, assumere: ex caricis præterea vesci: & terebinthū pro bellariis degustare: poculumq; lactis ebibere. Iis peractis siqua fiunt, haud cæteris compertum est. Quę qdem quum Artoxerxi agenda instarēt: accessit Tissaphernes: & vnū ex sacerdotibus eo secum adduxit: qui Cyro ad pcipiendam patrię disciplinam præfuerat: magicamq; illum docuerat: & quum is spe regni potiundi decidisset, Artoxerxe prælato, visus est ante alios Persas eam rem iniquo aīo ferre. Ob eam opinionem quum Cyrum detulisset: vehemēter eius orationi fides est addita: cuius delationis machinatio talis fuit. Cyrum in templo insidiaturum: regemq; vt primum vestem posuisset, impetu facto oppressurum. Hac confirmata calumnia, tradunt quidam illum cōprehensum esse: in carceremq; cōiectum. Nōnulli templum Cyrum irrupisse perhibent: latitāremq; a sacerdote deprehensum: & Artoxerxi in potestatem traditū eumq; quum iam morte supplicium daturus esset, amplexam matrem ac flentem precibus & obsecrationibus de illius salute tandem a rege impetrauisse: & ad mare rursus diuertisse. Qui eiusmodi initia ægre ferens nō salutis & liberationis suę memor, sed comprehēsionem & carcerē refricās, iraq; ex cupiditate incensus, ad regnum occupandum acrius intendit animum. Sed sunt quidam qui dicant Cyrum deficientibus sibi in quottidianas cœnas sumptibus a rege defecisse. Sed hæc opinio plurimū a veritate aberrare videtur: etenim si cætera defuissent, mater suis opibus & copiis abunde illi ad sumptus suppeditandos valuisset. Eius autem diuitiis testimonio est exercitus: qui sibi multis in locis per amicos & hospites alebatur: vt Xenophon tradit. Non enim cunctas copias vnū in locum coegerat: quum eiusmodi apparatum clam rege esse vellet: quod belli inferendi occasio data esset. Sic alibi alios habuit: quibus cōducēdi exercitus negotium dederat. Regi aūt instans mater oēs suspitiones adimebat: & a Cyro ipso plenæ blanditiarum & assentationum frequenter afferebantur literæ: quibus tum poscebat aliquid ab eo: tum prouocatus Tissaphernem accusabat. Iam enim certamen inter illos & cōtentio exorta erat. Fuit præterea regi natura insita morositas quædam ac segnities: quæ lænitas animi multis & clemēria videbatur: quippe qui, vt apparet, gentilis sui Artoxerxis māsuetudinem & facilitatem vehemēter ab initio adamasset. Facile ad eum oībus patebant aditus. in conferendis pro dignitate honoribus: & gratificandi ratione propensior. In vindicandis criminibus eius animaduersio omnis a contumelia aberat. In conferendis aūt beneficiis, & in promerenda gratia debentibus magis & astrictis, q̃ benemerentibus ſgrabatur: in suscipiendis vero humanum atq; alacrem se præstabat. Nullum enim adeo paruum adillum afferebatur munus: quin id prompto animo iocundeq; acciperet. Cui quum malum punicum insigni magnitudine dono a paupere esset datum: Per solem inqt hic vir ciuitatem exparua magnam, si eius fidei credatur, q̃celeriter reddere posset. In itinere aliis alia ad eum munera afferentibus, homo rusticus quum pro tempore nihil nactus esset: quod regi elargiri posset: percurrisset; ad flumen: & hausta ex eo aquam manibus illi obtulisset: lætatus Artoxerxes, phiala aurea & mille daricis hominem donauit. Aclidæ Lapsoni, quum is multa licenter in eum cōtumelioseq; loqueretur, per tribunum militum respondit: Licere sibi quæ vellet in regem dicere: sibi vero dicere ac facere. In venatione quoq; quum Teribazus Persicam vestem scissam ei ostendisset: ab eoq; quid fieri oporteret rogatus, respondisset: Aliam illi induendam vestem: & illam sibi esse tradendā: concessit statim quod flagitarat: dono inquiens do tibi atq; largior hanc vestem: verum ferri prohibeo. quo neglecto Teribazus: erat enim homo minime malus: sed natura leuis: & in consiliis ra

Cyrus vnde dictus.

Artoxerxes rex cōstitutus.

Palladis sacellum.

Mos antiquus.

Persarum Tissaphernes.

Qualis eēt Artoxerxes

Daricus nūmus Persicus.

Darii imagine insignitus.

Aclides.

Teribazus.

pidus: vestem ipsam induit: muliebribus etiam ex auro donis a rege sibi traditis se ornauit. Idq; quũ vniuersi intuẽtes ægre ferrẽt (Nam haud decebat ridere) tum rex & cachinnari incœpit & ad eum cõuersus, tibi inq; vt mulieri aurum, & vt in sano regium amictum gestandi potestatem licẽ tiamq; permittimus. Quum nõ liceret cuiq; præterq; marti & cõiugi illi supra regem, huic infra, regiq; mensæ accumbere: Artoxerxes fratres etiam Ostanem & Oxathrem natu iuniores ad eandem mensam vocauit: & vna secum epulari voluit. Maxime autẽ ex omnibus gratissimum Persis spectaculum prębuit Statyræ cõiugis currus: quo nudo nullis inuolucris nullis ornamentis regiis se rebatur: priuatisq; mulieribus sui & salutandi & adeundi copiã faciebat. ex quo regina ipsa a multitudine summo studio colebatur. At ingeti & turbulenti homines, qui nouis imperiis studebãt, ad Cyrum q; illum acri ingenio virum apprimeq; bellicosum, ad hæc amicorum vnus omniũ maxime studiosum esse acceperant: cõmuni consensu rerum summam deferebant: rati tantam imperii molem clari animi regem exposcere: & qui honoris cupiditate & gloriæ tangeretur. His igitur frætus Cyrus non minus q̃is quibus imperabat: ad bellum incubuit. Lacedæmonios quoq; per literas cohortatus est: vt viros sibi subsidio mitterent. Quibus si pedites venissent, equos: si equites, currus: si agros haberent, villas, vrbes se daturum susceptit. mercedem vero commilitonibus non numero, sed mensura persolutum iri. His se aliisq; pluribus magnifice efferens addebat: grauius se cor q̃ fratrem gerere: philosophariq; magis ac peritius magicam exercere: Vini autem plus bibere ac mollius melius ferre. At illum in venationibus ob ignauiam ac mollitiem animi in equo: dubiis aũt in rebus ne in solio quidem posse cõsistere: Lacedæmonii vero ad Clearchum Scythalam miserunt: omniaq; quę ad bellum vsui forent Cyro subministrari iusserunt. Permagnis ergo barbaricis copiis & cõductis ex græcia militibus haud multo paucioribus, xiii. milibus instructis, variis rationibus militiæ cõsilium dissimulare conatus, aduersus regem ascẽdere parabat. qd tamen haud diutius regem latere potuit. Nam Tissaphernes ad illum adiens, rem omnem belliq; apparatũ indicat: & tumultus pmagnus regiam oẽm cõpleuit. Cuius belli culpe pars maxima in Parysatidẽ cõferebat: eiusq; amici oẽs atq; intimi in suspitionẽ & calumniã vocabãtur. Maxime vero Parysatidi infensa erat Statira, iniquo aio bellũ ferens: ac vociferãs vbi nũc fides o Socrus! vbi preces obsecrationesq; humiles: quibus quum Cyrum regnum insidiis appetẽtem recepisses, nos in bellum ac periculum cõiecisti! Ex eo tpe Paryatis Statiræ odio vehemẽter incensa, quum natura ad simultates atq; inimicitias psequendas acerba immaniq; natura foret, illam insidius tolendam interficiendãq; curauit. Appropinquãti autẽ Cyro sermones rumoresq; plati sunt: statuisse regẽ nec statim manus cõsirere: nec plio dimicare: sed in Persis expectare: quoad eo vndiq; exercitus cogeret. Et enĩ fossam in latitudinẽ pedũ decẽ: totidẽ in altitudinẽ, ad quadringenta stadia p regionẽ in longitudinẽ duxit. Quã tamẽ quũ prupisset Cyrus: atq; intra copias adduxisset: Babyloniã q̃ haud longe ab eo loco distaret, neglexit: nec trãsitu illum vllo conatu prohibuit: sed Teribazus primus oium quum dixisset: haud fuga cõrendendum: nec Media Babiloniaq; cedendum: sed in Susas Paryatidi occurrendum esse: quum numero copiarum multiplici hostes excederẽt: innumeros saũt Satrapas ac prætores haberẽt consilio & peritia rei militaris Cyro superiores ac manu promptiores: prælii tamen fortunam tentare aggressus est: ac primum nongẽtorum milium exercitu rebus omnibus instructo atq; ornato eucstigio se ostentans, hostes audacia despectuq; hostiũ inermis atq; incertis ordinibus incedentes in tãrum terrorem ac turbationem coniecit: vt vix magno cum clamore & tumultu se colligendi atq; in ordinem cõstituendi spatium daretur. Deinde silentio & effuse agmen producens, clamores immodicos petulantesq; insultus & cõfusionem plurimam in tanta multitudine expectantibus græcis, specie agminis & instructu admirationi fuit. Ex falcatis enim robustissimos quosq; deligens in fronte legionis suæ e regione græcis statuit: vt acies hostium priusq; ad manus ventum esset perrumperẽt. Eam pugnam quum multi scriptores memoriæ mandarint: & Xenophon ante oculos pene collocarit: rebusq; ipsis nõ vt gestis, sed qua si gerantur, lectorem affectum animo atq; vna periclitantem retineat: haud prudentis esset post eum virum his de rebus rursus ad scribẽdum accedere: pterea quę ab illo prætermissa ac digna memoria videantur. Nuncupatur autem locus Cunax: in quo instructe acies signis collatis dimicarunt: qui sexcenta stadia a Babylonia distat. Cyrum autem admonente Clearcho vt se post Macedones cõtineret: nec in periculum pugnę immiteret: respondisse ferunt: Quid ais Clearche: iubesne regnum appetentem regno me indignum ostendere? Quũq; imprudenter Cyrus & temere in medias acies perrupisset: nec periculum præcaueret: nec saluti sue prospiceret: non tamen Clearchi minus delictum nec sapiẽtius consilium fuit: qui grẽcos contra regem cõstituere noluerit: sed ne circumueniretur ab hostibus dextrũ cornu ad flumen pduxerit. Qui enim omissis cæteris omni ratione securitatem sequeretur: & in eo potissimũ laboraret: ne quid incõmodi acciperet: satius fuit domi se cõtinere. Qui autem amari ascẽdens decem stadiorum milia pcessisset: nec id vlla necessitate coactus: sed hoc consilio: vt Cyrum in regiam sedem collocaret: sic deinde loci atq; ordinis rationẽ habuerit: nõ quo ipse regem cuius stipendia mereretur seruaret: sed quo tuto & expedi

Statira Artoxerxis cõiunx.

Lacedæmonii mittunt auxilia Cyro aduersus artoxerxem.

Exercit⁹ artoxerxis aduersus Cyrũ habens hoium nõgẽta milia.

Cunaxlocus sexcẽta stadia a Babylonia distans.

Clearchi cõsilium.

nis rationem habuerit: non quo ipse regem cuius stipendia mereretur seruaret: sed quo tuto & expedite pugnaret: is mihi instantis periculi metu de summa rerum consilia abiecisse: & militarem disciplinā pdidisse videtur. Fuisse autē nullum ex omni exercitu regis græcoꝝ impetū exceptuꝝ: pulsis aūt loco ac relictis illis fugiente aut interfecto rege, Cyꝝ incolumē regno potiturum, ipsius pugnæ euentus declarat. Idcirco Clearchi magis ignauia, q̄ Cyri audacia accusanda est: quæ regnū vna & Cyrum perdiderit. Si enim rex ipse contemplatus foret: qua in parte constitutis græcis minimus sibi ab hostibus noceretur: aliam nullam q̄ quę a se atq; a suis plurimum distaret, inuenisset: a qua nec ipse victus supatusq; sentiret: & Cyrus ante interemptus sit: q̄ de Clearchi victoria nuntium accepisset. Atq; Cyrus haud insciti a neq; imprudentia offendit: sed quid sibi vsui cēt præuidit: Clearchumq; medium agminis tenere iussit: at is quū dixisset, bene gerendæ rei se curā susceptuꝝ: euertit omnia. Nam græci ex sententia sua & voluntate barbaros fudetunt: & fugientes magnum spatiū insequuti sunt. Sed Cyrus quum generosum equum sed effrenem atq; immitē Pasacem nuncupatum (vt Ctesias tradit) calcaribus incitasset: Caduſioꝝ dux Artoxerxes & ipse vectus equo ei obuiā venit clamitans O iniquissime oium mortaliū atq; insanissime q̄ pulcherrimo & fācissimo inter Persas Cyri nomini hanc tantā notā atq; ignominiā inuris: vt optimam viam īgressus græcoꝝ copias ad Persaꝝ bona & fortunas diripiēdas coneris adducere: i spem adductus te fratrem ac dominū tuū occisuꝝ esse: cui decies decem seruorum milia sunt: q̄ te rebus omnibus præstent: Sed statim periculū facies. ante enī hoc loco caput tibi auferetur: q̄ regis faciem aspicere possis. Hæc quum dixisset iaculum in eum immisit: sed lorica restitit: atq; ictum sustinuit: ne ad corpus vulnus descenderet: Cyrus tamē magnitudine ictus contremuit. Dum Artoxerxes equum conuerteret: Cyrus telum intorquens haud frustratus est ictu: sed colli sub cassidē mucrone trāsfixit. Artoxerxem igitur Cyri manu concidisse omnes pene consentiunt. De Cyri aūt morte quoniā Xenophon, vt qui non affuisset, eā breuiter nimis atq; exiliter explicat: nihil fortasse īpedit: quæ a Dinone & Ctesia scripta sunt oratiōe pcurrere. Tradit igit Dinon interfecto Artoxerxe, Cyrum in eos q circunstabant regem impetu facto eius equū vulnerasse: atq; illū humi deuolutū esse. Ad quem accurrens Teribazus, apprehendensq; q̄ celerrime in alium equum imposuit: O rex inquiēs huius diei memineris. Non enim est eiusmodi: vt memoria tibi excidere debeat. hic rursus Cyrus perrumpens equo Artoxerxem deiecit. Hunc tertium Cyri insultum rex iniquo animo ferens, ad eos q ade rant exclamat: satius sibi esse non viuere. tū incitato calcaribus equo Cyrū adorit: qui inter volantia hostiū tela incaute ac temere ferebat: in cumq; ipse vna & eius stipatores tela cōiciunt. Cōcidit aūt Cyrus, vt quidam ferūt, tranſſixus a rege: vt plurimi sentire videntur, ab homine qui ex Caria aderat: cuiq; rex prēmium rei bene gestæ hunc honorem tradiderat: vt in prælis semp aureum gallum in lancea prēfixum ante aciem ferret. Etenī Cates ipsos Persas ob conos quibus galeas ornatas habēt: gallos nūcupāt. Quæ vero a Ctesia de Cyri morte mādata sūt literis: vt pluribus circūcisis atq; amputatis, paucis exponam: huiusmodi sunt. Cyrus quum interempto Artoxerxe in regem ipsum impetū fecisset: rexq; contra in eū silentio se inuicem infensis animis petiuere. Sed interuenit Arieus Cyri amicus: præoccupatoq; tpe, in regem telū coniecit: sed ictu frustratus est. At rex contorta in Cyrum lancea, illum non attigit: Tissaphernem vero virum summo loco natum Cyroq; fidissimum percussit atq; exanimauit. Tum Cyrus iaculum adiicies per thoracem ad duorum digitorum altitudinē in pectus regis defixit: quo vulnere ex equo deuoluto rege, comites eius ac stipatores magno cum tumultu ac trepidatione se in fugam dedere. Ille ægre se humo attollēs cum paucis, in quibus fuit Ctesias, proximum quendam tumulum occupauit: & in eo consedit. Cyrū vero aduērtantibus iam tenebris ferox equus a suis longius inter hostes prouexit: quū ab illis ignoraretur: ac requireretur a suis: quippe qui elatus victoria plenusq; animi atq; spiritus per mediū hostium agmen equum incitabat calcaribus: aspere ac vehementer obuios verbis increpitans: Cedite ignaui atq; absistite. idē quū sæpius persica voce proclamasset: alii quidē concessērūt regē adorāres. Forte Cyri capite lapsa tiara est: hic puer adolescēs noīe Metrodotes viribus frætus a latere in currens eius tempus secundum oculum iaculo transfixit: nescius quem vulnerasset: quūq; magna vis sanguinis manaret e vulnere, languente iam visu vna cū viribus decidit. Equus errabūdus se fuga proripuit. Equestrem vero pileum cruore madentem Cyri, percussoris ministet cōperit. Cyꝝ languentem e vulnere ac iam prope expirantem eunuchi quidam qui casu aderāt, in alium equū reponere, atq; ex hoste seruare conati sunt. Sed quum imbecillior foret q̄ vt equo insidere posset: annixi manibus ægro ac titubante corpore agebant. Quum potitum se victoria opinaretur: ac fugientium voces audiret: Cyrum regem implorantium: ac sibi parci obsecrantium: interim Cauni quidam abiecti hoīes, & victus difficultate vilissimorū ministeriorum gratia regis exercitum sequuti, Cyri militibus forte permisti erant. Qui vbi vix rubra sagula cōspicati sunt: q̄ regiæ partis omnes albo vterentur: agnouerunt statim hostes esse. Exillis igitur vnus ausus est imprudēs a tergo Cyrum sauciare: quo ictu perfracta poplitis vena cōcidens ille inter cadendum cōfossum vulnere tempus in lapide quodam offendit. Ctesiæ igitur oratio ac sententia talis est: qua hominem vix

Pasces equū Cyri.

Artoxerxis caduſioꝝ ducis interitus.

Cyri iterit⁹

Galli Persæ dicuntur.

Arieus

Tissapher nes itetficit

metrodotes

Artaseras.

occidens veluti obtuso gladio interemit. Quũ iam expirasset Cyrus: Artaseras regius oculus eo forte equo profectus, vt flentes eunuchos aspexit: fidissimum eorum rogauit: quẽ assidens o Parsista defles. Et ille, nõne tu extinctum Cyrum intueris? Armiratus igitur Artaseras eunuchum iussit bono aõ esse: cadauerq; asseruare: ipse ad Artoxerxem profectus rebus suis diffidentem & vulnere fatiscẽtem, Ignus nuntiat se mortuum Cyrum vidisse. Ille vero statim audito nuntio primus oium iter arripuit: ac Artaserę vt se ad locum produceret imperauit. Sed quum metus ac rumor vehemens eo platus foret: græcos hostem fusum persequi: victoresq; oia obtinere: visum est eo complures exploratum mittere. ita triginta lampades præferentes eo missi sunt. Ipsi ob fitim iam defiCieti & ad moriẽdum vicinio, Perybarzanes eunuchus circũcurrens potũ quęrebat. Non enim lo cus aquam habebat: & a castris lõgius aberant. Tãdem in vnũ ex Caunis illis inopibus incidit: in vtre sordido inquinatam aquam ac putridam ad octo Cotylas ferentẽ. hunc vtrem ille acceptum regem detulit: eiq; tradidit. Quem quum aquam totam ebibisset: nunquid is potus molestissimus ei fuisset pcontatus est: Tum testatus est deos immortalis: se nunq̃ vinum potasse iucundius: neq; aquam etiam quæ leuissima ac q̃purissima esset sibi suauiorem esse visam. Quare inquit ei homini a quo accepisset se nunq̃ debitas ac meritas gratias referre posse: sed deos precari: vt eum diuitem ac beatũ efficerẽt. Dum ea fiebãt: triginta missi clariac læti eo se receperunt: aspernatã regi felicitatem ac victoriam nuntiantes: ac iam multitudine ad eum vndiq; confluentium & conspirantium | parumper aõ cõfirmatus, multis circum collucentibus facibus e tumulo descẽdit. Vt vero ad cadauer comstitit: & dextra corpori manus, & a ceruicibus caput abscissum est: caput ferri iussit: apphendensq; manu comã, quę permagna erat & densa, dubitantibus adhuc fugiẽtibusq; ostendit: illi magna cum admiratione adorauerunt: sic ad eum breui septuaginta milia hoium coierunt: ac se rursus in castra receperunt. Egit aũt in plium (vt Cteſias tradit) quatercentena hominum milia. Dio aũt & Xenophon cos qui dimicarunt longe plures fuisse authores sunt: numerũ vero interfectorum hostium nouem milia capitum ad Artoxerxem esse relata: suorum autem vigiti milia in eo certamine desiderata esse. in his dubitatio permaxima ambiguitasq; versatur: in eo autem apertum Cteſiæ mendacium deprehenditur: q; ait se ad græcos vna cum Phallino zacynthio: aliisq; nonnullis q; oratorem esse missum. Xenophon enim Cteſiam apud regem versari sciebat: ipsius enim meminit: & hos libros in eius manus pueniſſe satis constat. Nunq̃ enim qui legatus venisset ac tantoq; sermonum interpres fuisset: absq; noie incognitum dimisisset: Phallinum autem zacynthium nominasset. Mirifice videlicet Cteſias honoris cupidus: nec minus Laconica tum partium Clearchiq; studiosus: qui in ipsa historia scribẽda quosdam semp locos sibi ipsi propRios vendicat: quos ingressus, Clearchi ac Lacedæmonis mentionem facit. Cõfecto iam plio Artoxerxes illius qui a Cyro ictus cõciderat, filium pulcherrimis maximisq; muneribus donauit. Cteſiam quoq; ac reliquos honoribus amplissimis honestauit: Cauniũq; qui vtrẽ ei aquæ attulerat quũ inuenisset: ex obscuro atq; inopi clarum atq; opulentũ effecit. Fuit pterea cura in eo quædam in vindicãdis fontibus. Arbacem enim quendam Medum hoiem, qui in prælio ad Cyrum defecerat, ac rursus eo mortuo rebellarat, quũ cũ ignauiæ ac mollitiei, nõ pditionis neq; simultatis rerũ statuens cõdemnasset: iussit nudum scortũ impositũ ceruicibus diem totũ in foro circũferre. Alterius vero q; ad defectionẽ duos quoq; ex hostibus se additurũ pollicitus, in mendacio deprehenses esset, linguam tribus clauis cõfigi iussit. Sed quum cuperet hanc famam & sermonẽ apud oẽs gentes & nationes vulgari: a se Cyrum interfectum esse: Metrodoti qui primum Cyro vulnus inflixerat, munera misit: ferentibus etiã hæc nũtiari ei iussit: iis te rex muneribus afficit: q; quum equestrẽ Cyri pileum inuenisses, ad eum deturis. Care vero a quo succisa poplitis vena Cyrus conciderat & ipso donum postulante, ad id negotium missis huiusmodi ad illum mandata dedit: Hæc tibi dono mittit rex: q; primus post Artaseram ad eum de Cyri interitu nũtiasses. Metrodotes igitur indictum sibi silentium ægre ferens, discessit. At misserum Carem similis quidam animi morbus ex insania & temeritate inuasit. Corruptus præsentibus vt videtur bonis & superbia quadam & cõtumacia in superiores se efferens, haud dignum ducere se munera sibi missa nuntii mercedem habere: sed excruciari animi atq; indigne ferre: ad hęc vociferare: alterum neminem præter se Cyri necis authorem fuisse: & se iniuste ea gloria spoliari His regi nũtiatis, vehemẽter ira incensus, caput homini a ceruicibus abscindi iussit. His quum interesset mater: Ne tu inquit rex ita hunc Carem capitalem hoiem breui pœnã neces. a me enim sibi eorum quę dicere audet merces persoluẽda est. Permittente aũt rege matri supplicii sumendi potestatem, Paryſatis a tortoribus suis hoiem comprẽhendi iussit: decemq; dies in tortura haberi: tum oculos effodi: & in aures liquefactum æs infundi: sic omni supplicio excruciatum necari. Nec vero Metrodotes simílem exitum effugere potuit: paulo q; post ob eandem stultitiam mortepœnas luit. Vocatus enim ad cœnam quum regis ac matris eunuchi adessent: accessit veste auroq; insignis: quibus donatus a rege fuerat: quũq; ad poCula prouectum cõuiuium foret: ex Paryſatidis eunuchis is qui authoritate opibusq; reliquos anteibat, ita ad Metrodotem loquutus est: Perpulchram quidem hanc tibi vestem rex dono dedit.

Peribarzanes.

Cæſa nouẽ milia ex Cyri exercitu.

Cęſa viginti milia ex Artoxerxis exercitu.

Arbaces.

Cares insania correptus.

Cares interficitur. Paryſatidis matris artoxerxis crudelitas.

Metrodotes: perpulchras armillas: perpulchros etiam torques: pmagni quoq; pretii gladium: pq; beatum ac circūſpectum te iis oībus reddidit. Iam vero incalefcens vino plus æquo Metrodotes: quorſum hæc inquit o Sparamizas ſpectat oratio? Maioribus enim meipſum ac pulchrioribus eo die dignū exhibui, & Sparamizas ſubridēs, haud equidem Metrodotes tibi inqt inuideo: recte qui dem ſe habet illud: quod crebro vſurpatur a græcis: Vinum & veritatem eſſe: ſed amabo te quid p clarum aut magnum fuit pilcum equo delapſum inuenire: & ad regem deferre! Hæc haud facino ris ignarus interrogabat: ſed volēs id aſſentibus quoq; cognoſci, tētare eo pacto cœpit hoīs leui tatem: quem loquacem atq; immoderatū potus reddiderat. Haud diutius ſe continuit: At vos in quiens de pileo deq; eiuſmodi nugis vt lubet cōfingite: ego vero aperte pfiteor: hac manu Cyrum cōcidiſſe. Nōenī vt Artoxerxes, vanum, neq; irritum telū adieci: ſed ab oculo haud longius meus aberrauit ictus: ſed tranſfixo tpe hominem ſtraui: eoq; vulnere tādem interiit. Hic alii inde vſq; pro ſpicientes infelicem Metrodotis exitum & cladem, facies demiſerunt. Sed qui eos cōuiuio excepe rat: age inquit Metrodotes ad pſens indulgeamus vino atq; epulis: ac regis deum fortunamq; ve nerantes, ſermones huiuſmodi maioribus de rebus q̄ inter nos verſari conueniat, miſſos facia mus. Dimiſſo cōuiuio, quæ dicta in conuiuio fuerāt Paryſatidi eunuchus detulit: at illa cum rege cōmunicauit. Quod regis aīum vehemēter offendit: qui ſe reprehenſam, refutatūq; proſpiceret: & quæ pars victoriæ maximo ſibi decori ac voluptati fuerat, effluxiſſe. Etenim volebat barbaros omnis ac græcos ſibi pſuaſum habere: in ipſo inſultu quo quū fratre cōſeruit manus, accepto il latoq; vulnere, interempto Cyro ſe faucium abiiſſe. Igit Metrodotem ſcaphis necari iuſſit. Genus mortis ac ſupplicii huiuſmodi eſt. Duabus exedificatis ſcaphis inter ſe cōgruentibus, in al tera hominem qui ad ſuppliciū datur reſupinant: alterā deſuper imponētes, ſic ambas cōiungūt: vt caput manus ac pedes foris excludātur: reliquum vero corpus totū intus claudatur. Prębent ho mini cibum: ſtimuliſq; oculos fodiētes veſci vel inuitum cogūt: veſcēti autē pro potu lac melli ad miſtum in os infundunt: faciemq; eodem cōſpergunt: ſic eius oculos verſantes ſcapham ſemper aduerſo ſoli opponunt: & muſcarum inſidentium multitudine ora quottidie obteguntur. Quūq; intus ea faciat quæ edentes bibēteſq; hoīes facere neceſſitas cogit: ex corruptione & putredine va rii pullulant vermes: quibus intra veſtes penetrātibus, corpus abroditur. Quum enim pfuncto vi ta homine, ſuperior amouef ſcapha: exeſa caro aſpicitur: & circa viſcera talium ferarū paſcentium aliarumq; quottidiæ ſuccreſcentium multitudo apparet. Huiuſmodi ſuppliciis Metrodotes excru citatus ad decimū vſq; diem calamitoſam vitam pduxit: atq; demū extinctus eſt. Reliquus Paryſa tidi erat quaſi ſignum Manieſates regis eunuchus: qui Cyro caput ac manum ꝓciderat: at quem opprimendum aīum mentēq; intenderet. Qui quū ipſe per ſe nullam ꝓberet occaſionē: huiuſmo di illi inſidias machinata eſt. Erat qdem quū aliis in rebus acri ſac verſuti ingenii mulier: tum alea rum ludum percallebat: ob idq; ante bellū ſæpe alea ludere cum rege ſolita eſt: poſt bellū autem ni hil de priſtina cōſuetudine eum rege & affabilitate remiſit: ſed vna in cōuiuiis, in ludis, iocisq; ver ſata eſt: ſeq; illi amorum participem atq; adminiſtram exhibuit: vt eius aīum penitus a Statira ab duceret: nec vllum fere vacuum illius cōgreſſui tps relinqueret: q; eam ꝓcipuo quodam exardebat odio: ac ea ſublata e medio ſuo arbitrio ac natu geri oīa cupiebat. Itaq; nacta tps idoneum, quum rex a negotiis vacuus pararet ſe ad ludū remiſſionem cōferre: alea prouocauit: mille daricis in lu dum victori expoſitis. ludenti victoriam negligendo permiſit: aurūq; perſoluit. Tum excruciari ſe animi & cōcertādi cupidā ſimulās, rurſus repetita alea eunuchum proponi iuſſit. Quod haud recu ſauit rex: ſic inter ſe cōueniūt: vt quinq; vtriq; deductis fidiſſimis, ex reliquis victor quem vellet eli geret atq; acciperet. His conditionibus initis inſtituitur ludus: in quo quū illa oēm ſuam curam induſtriamq; poſuiſſet: cadentibus e ſententia talis, potita victoria Manieſatē accepit (Non enim is in ſelectis a rege fuerat) atq; priuſq; rex in aliquam ſuſpitionem incideret, tortoribus ad ſupplici um tradens, viuum pelle enudari, ac tribus palis affixum corpus diuaticari iuſſit: & in alio palo ſe orſum pellem ſuſpendi. His pactis ferentem grauiter regem & in eam ira pcitum, ſalibus etiam & cauillis cum riſu prouocare aggreſſa eſt: & q̄ſuauis ac beatus inquit habendus es: quem fœdi ſenis & eunuchi mors tanto dolore mœſtitiaq; afficiat: ego quū mille daricos pdidiſſem eam iacturā ſi lentio tulit. Rex igitur pœnitentia ductus eorum quę doli circunuentus dimiſerat, deſtitit: nec vl tra mattis iniurias perſequutus eſt. At Statira aperte cum ea inimicitias gerebat: indignum eſſe ſtatuens q; ppter Cyrum interfectum hoīes eunuchi a regi fidi adeo crudeliter ac neſarie necaren tur. Poſtea vero q̄ Clearchum ac reliquos duces per fidem ac iuſiurandum deceptus Tiſſaphernes comprehenſos vinctoſq; ad regem miſit: tradit Cteſias Clearchū a ſe precibus oraſſe: ne pateretur eū fame necari: ſed vtcūq; morituro neceſſaria ſibi ad victum mittēda curaret. Quo impetrato læ tatum officio eſſe: aulumq; ſibi amicitiæ ſignum dediſſe ad ſuos propinquos neceſſarioſq; futurū fuiſſe autem inſcias in anulo Caryatides ſaltantes. Miſſa quoq; Clearcho cibaria, qui vna in vin culis aſſeruabantur, auferre ſolitos, & eorum parte exigua Clearcho tradita reliqua ipſos cōſume re. Cui incomodo a ſe eſſe prouiſum: quum egiſſet: vt plura Clearcho cibaria mitterentur: atq;

Vinū & ve ritatē eſſe.

Scapharū ſupplicium quo hoīes afficiuntur apud bar baros cru deliſſimū.

Metrodo tis interit⁹. Manieſa tes.

Manieſatis mors crude liſſima.

Caryatides ſtatuæ mu liebres ſto latæ.

Colenus.

alia separatim militibus darent. Eaq; oia a se de Parisatidis mente ac sententia administrata esse: Quum sæpius Colenus ad Clearchū intro ferēdi cibi gratia mitteretur: hortatum ab eo esse: atq; edoctum: vt paruum pugionem intra carnes abditum ad se intro ferret: nec pateretur: vt eius vitæ exitus foret: quē sibi regis crudelitas allatura erat: idq; illum metu deterritum facere recusasse: deinde regem postulanti matri atq; obsecrāti vt Clearcho ignosceret, cōcessisse: idq; iureiurādo fit masse: ac rursus a Statira sententia dimotū, excepto Menone, oēs neci destinasse. Ex eo tpe Paysatim ad perniciem & cladem Statiræ spectare cœpisse: atq; illi venenum cōparasse. Sed hæc parum probabiliter ab eo dici: nec ratione vlla idonea niti vidētur: tantum facinus tam audax tāq; picu losum ab illa esse susceptum: vt legitimā regis vxorē, lecti sociam, cōmunium natoq; & qui ad spē regni educarentur matrē, ob Clearchi necem veneno opprimere conaretur: ac pficeret. Verū haud obscurū est: has ab eo tragœdias excitatas esse: vt Clearchi nomen immortalitati ac memoriæ commendaret. Etenim scribit: peremptis ducibus cæteros canibus auibusq; laniatos esse: Clearchi autem cadaueri vim venti puluerē ferētem aggerem cōgessisse: atq; eius corpus obtexisse: ibiq; exortis quibusdam palmis perbreui lucum in miram altitudinem excreuisse: locūq; opacasse: ex quo magnā pœnitētiam regē cepisse: q; Clearchū virum diis īmortalibus amicū vita priuasset.

Menon.

Lucus natꝰ vbi erat corpꝰ Clearchi

Statirę a paysati insidiæ parāt.

Gyge famula paysatis Mebelitera.

Chintaces auis.

Paysatis igitur veteri Statirę odio, ac nouis suspitionibus agitata, quū videret regē potētiā suam verecūde obseruare: atq; in honore habere: illius vero amoris præsidio firmiorē ac sanctiorē apud eum fidem habere: insidiis illam delere cōstituit: maximis de rebus in periculum veniēs. Insidiarū huiusmodi apparatus fuit: Famulā habuit Gygen noīe: quæ apud eam plurimū valebat. hāc administram veneficii Paysati fuisse Dinon tradit: Ctesias tm̄modo cōsciam extitisse. At qui venenū dedit, hic qdem Mebeliterā, Dinō aūt Melantē nuncupat. Itaq; vt sedata parūper pristina suspitione ac dissensione, quū in vnū venire atq; cœnare cœperūt: nō sine metu tñ ac custodia hisdē cibis atq; ab iisdem vtebātur. Nascitur in Persis quædā parua auis: cui vacuū nihil superat: sed tota intus fumine atq; adipe plena. Vento atq; rore nutriti quidā putant. nomen est ei rhintaces. Hāc Ctesias prodidit cultello altero latere veneno illito Paysatim diuisisse: dimidiam partem veneno infecisse: & quæ veneno intacta atq; incorrupta erat, ipsam in os cōiectam exedisse: Statiræ aūt venenatam partem porrexisse. Sed Dinō ab hoc parūper dissentiēs, ait nō Paysatim, verū Melātem partitū cultello Statiræ infectā carnē apposuisse. Quū moreretur magnis cum doloribus mulier: ipsa dolū agnouit: matrēq; regi in suspitionē adduxit: qppe qui eius īmanem importunamq; naturā perspectam haberet. Proinde de scelere ppetrato inuestigare diligentius cœpit: seruos ois matris ac mēsæ ministros in quæstionibus habuit: Gygen vero clausam domi apud seilla tenuit: nec regi exposcēti tradidit. Quæ tñ paulo post quū rogasset se domū dimitti nocte, abrepta & capitis a rege damnata est. Veneficii aūt in persis pœna hmōi legibus vindicātur: Ampla est petra in qua capita eorum imposita alia petra feriunt: quoad faciē ac caput infregerint. Hoc igitur mortis genere Gyge interiit. In Paysatidem aūt aliud nihil molitus est rex: sed ne verbum qdem paulo grauius dixit: Babylonem vero volentē dimisit: addens quoad illi vita supesset, Babylonē se nūq; esse visurū. Quæ igitur ad rationem domesticā spectant huiusmodi extiterūt. Quos aūt Græcos qui Cyrū in Asiā sequuti erāt, capere atq; opprimere niteret: haud minore studio q̄ quo in Cyro superādo ac regno obtinēdo fuerat, nihil perfecit: nam amisso Cyro, ducibus suis orbati ex ipsis ppemodum penetralibus regis incolumes euaserunt: & ostēderūt declararuntq; rem Persarū ac regis multo auro delitiis mulieribusq; cōsistere: reliqua nihil præter superbiā iactātiamq; esse. Ex quo Græcię vniuersæ aio audaciaq; addita, barbari cōemptui fuere. Lacedæmonii quoq; perindignū duxerunt: nō Asiam incolētes Græcos e seruiture eripere: eorūq; cōtumelias psequi. Superioribus enim tpibus Thrybone, post Dercyllida duce bellum gesserāt. Nulla pręclara re gesta, Agesilao id bellum administrādum mādarūt: ille in Asiam traiecto exercitu statim ad rem gerēdam incubuit magnāq; exinde gloriā adeptus est. Tissaphernē collata acie fudit: ciuitates ad defectionē coegit.

Thrybon.

Dercyllida.

Agesilaus fudit Tissaphernem.

Timocrates.

Tantis gestis rebus didicit Artoxerxes alia ratione bellum cū illis sibi esse gerēdum. Quare Timocratē Rhodiū cum magna vi auri in Græciā misit: iussitq; corruptis principibus ciuitatū, quicq; in iis plurimū pollebāt opibus, Græcū bellum in Lacedæmonē torū cōuertere. Quæ vbi sic a Timocrate administrata sunt: cōspirātibus maximis ciuitatibus magnisq; in Peloponeso excitatis motibus, Spartā Agesilaum ex Asia magistratus reuocarūt. Quo tpe abeuntem ad amicos dixisse ferunt: triginta milibus sagittariorum se a rege ex Asia pelli. Persicus enim nūmus sagittarium inciisum habet. Conone etiam Atheniēsi ac Pharnabazo ducibus | mari Lacedæmonios expulit. Conon enī sub id tps postq̄ in Capræ flumine nauali prælio decertatū est, in Cypro morā trahebat: haud securitate cōtentus: sed rerū mutationē veluti in pelago fluctum, opperiēs. Perspiciēs aūt sua cōsilia potētia, regiam vero potēriam prudente duce indigere: de his quæ excogitasset regē per epistolam certiorem effecit: mādauitq; iis qui ferrent, per Zenonē Cretensem vel per Polycritū mendicum regi eam redderēt (horum Zenon saltator: medicus Polycritus fuit) ac ni illi adessent, per Ctesiam medicum. Traditur Ctesiam accepta epistola iis quæ a Conone scripta erant addidisse:

Persicus nūmus. Conon.

Zenon. Polycritus.

vt Cteſiam ad ſe mitteret, cuiusopera ad adminiſtrandas res maritimas vteretur. Cteſias ait regē ipſum ſua ſponte id ſibi munus demandaſſe. Parta nauali prælio apud Enidum per Pharnabazō victoria, q̄ maritimū Lacedæmōiis imperiū abſtulit, ad ſe Græciā vniuerſam ſimul cōuertit: Græcoſq; ad famoſam illam pacem cōpulit: quæ regnāte Antalcida cōſtituta eſt. Hic Spartiata Leōnidæ filius fuit: qui ſtudio regis author fuit: vt Lacedæmonii oībus Aſiæ ciuitatibus, quæq; Aſię adiunctæ ſunt inſulis, regi cederent: eaſq; rex vectigales haberet: firmata cū Græcis pace: ſi græcię decus | cōtumelia | ac proditio | pax nuncupāda eſt: qua nullū bellum miſeriorem & ignominioſiorē exitum victis attulit. Quapropter Artoxerxes quum reliqui ſibi Spartiatę abominationi ac faſtidio eſſent: ratus eos oīum impudētiſſimos eſſe, Antalcidam in Perſas, pfectum oī comitate ac beni gnitate complexus eſt: ac ſemel accepta vna ex floreis coronis & vnguēto pretioſiſſimo perſperſa, Antalcidæ eam in cœna miſit. Ea munificētia oībus admirationi fuit. erat autem vt videtur idoneus: qui in Perſis per ſaltationem ac laſciuiam Leonidæ & Callicratidæ inſultans in delitiis voluptatur: & eiuſmodi coronam acciperet. Itaq; Ageſilaus ſiue quis alter, dicente quodam, ve tibi Græcia vbi iam Lacones nobis medizant: quinimmo inquit Medi laconizant: magnificētia tamen & ſplendore orationis dedecus rei & ignominiam delere nō potuit. Nam accepta in Leuctris calamitate imperium Græciæ amiſerunt: atq; eo fœdere Spartę gloria & maieſtas omnis interiit. Quoad igitur Spartę imperium ſterit: hoſpitis atq; amici loco illum habuit: obſeruauitq; : poſt Leuctricam vero calamitatem quum imminuta authoritate ad reliqua incōmoda pecuniariæ etiā rei difficultas acceſſiſſet: in Ægyptū Ageſilaum miſerunt. Antalcides ad Artoxerxem profectus: hortatuſq; eſt: vt Lacedæmoniis laborantibus ſubueniret. Ille ita hominem cōtempſit: deſpexit: ac contumelioſe reiecit: vt reuerſus illuſus ab hoſtibus ludibrioq; habitus atq; ephoros metuens, ſe vita abdicaret. Aſcendit etiam ad regem Iſmenias Thebanus, & Pelopidas: quo duce parta in Leuctris victoria fuerat. Hic nihil a dignitate ſua alienum fecit: at Iſmenias iuſſus regem adorare, anulum ante pedes humi deiecit: ita acclinans ſuſtulit: adorantiſq; ſpeciē prębuit. Timagoræ aūt Atheniēſi, quum ad eum paruulam epiſtolam per Veluridem arcanam miſiſſet: lætatus decem ei daricorum milia elargitus eſt: bouino lacte in valetudinem indigenti octoginta boues mulgendos dedit: lectulos etiam & periſtromata ſtraroreiq; miſit: quaſi non Græci lectos ſternere didiciſſent: q; ex morbo langueret: qui lectica eum ad mare vſq; molliter veherēt. præſenti eidem admodum cœnā magnificētiſſime apparauit: vt Oſtanes regis frater Hanc diceret menſam memoria teneto. Non enim parua ſpe ram ſplendide exornata eſt. hoc autem erat pditionis potius exprobratio: q̄ cōmemoratio beneficii ad gratiam referendam. Timagoras igitur ob regiā largitionem ab Athenienſibus tei capitalis damnatus eſt. Artoxerxes Græcos multis malis calamitatibuſq; affectos vniuſtīn facti lætitia parūper leuauit: Tiſſapherne accerrimo atq; infenſiſſimo illis hoſte, ſublato. Interfecit aūteum calumnii ipſius opera & cōſilio matris adiutus. Non enim rex diutius ītā aluit: ſed eam reconciliata gratia Babylone accerſiuit: & q; elato animo ac regina digno eſſe aſpiceret: cauſæ autem nihil ſubeſſe: quæ ſuſpitione vel offenſione aliqua eorum aīos diſiungere poſſet. Exeo iam tempore mater in omnibus obſequendo, obſecundando, cuncta ad nutū gerendo, nūq; eius cupiditatibus refragrando: hoc obſequio quum tantum apud illum authoritatis cōſequuta eſſet: vt quęcunq; vellet facile impetraſſet: perſenſit regem ex filiabus alteram Atoſſen perditiſſime adamare: cumq; ea rem ſe clam habere: & ne erumperet, vt q̄dam tradunt, animi morbum cohibere: ac diſſimulare: Conſtituto cum virgine ſemel congreſſu, id Paryſatis ſuſpicata puellam magis q̄ antea cōſueuerat amplexa eſt: Artoxerxi & formam eius, ac mores laudare: vt regi tum ſpectabilis ac decora eſſet. Poſtremo eo ſuadendo adduxit: vt eam in matrimoniū duceret: & legitimæ numero vxoris haberet: cōtemptis Græcorum exiſtimatione ac legibus: Perſis legem ipſam bonoꝝ & malorum normam a deo cōſtitutam miſſam faciens. Sunt qui dicāt: in quibus eſt Cymeus Heraclides, nō vnam modo filiam, ſed ſecundam etiam Ameſtrim Artoxerxem vxorē cepiſſe: de qua paulo poſterius dicemus. Athoſſæ amore poſt nuptias ita vehemēter incēſus: fuit vt quū morbo quodā, q̄d Alphon vocāt, teneret: nihil tīn ob eam cauſam faſtidierit. Iunoni etiam pro illius ſalute vouit: ſe vnā ex oībus diis illā ac tracta humo manibus adoraturum. Iuſſis deinde Satrapis ab eo & amicis, dona mittere: tanta copia miſſa ſunt: vt q̄d erat ſpatii ĩter regiā & phanū, ad ſexdecim ſtadia, auro argēto purpura atq; eg̃s cōpleret. Petiti ab eo deinde bello Ægyptii Pharnabazo & Iphicrate ducibus: q̄bus iter ſe diſſidētibus, ſpe potiendi excidit, Ipſe pręterea aduerſus Caduſios trigīta milibus peditū ac mille equitū educto exercitu, in eoꝝ ĩpetū fecit. Erat aūt regio ſitu ipſo aſpera & difficilis frugum infœcunda: pyris & malis aliiſq; eiuſmodi pomis felicitiſſima: genus hominum nutriens ferox & bellicoſum. Quo bello rex in maximas difficultates acpericula imprudens incidit. Nihil enim erat vnde aleret exercitū, nec aliunde importari poterat: iumētis ſolum cæſis viuebant: tantaq; erat inopia & caritas rei victuarię: vt aſini caput via ſexagīta drachmis vęnale iueniretur. Iamq; cibus in regiam cœnam defecerat: & pauci ſupererant equi: reliquis veſcendo abſumptis. Hic Teribazus qui inter Perſas fortitudine ſæpe primū locum obtinuerat: ſæpe ob leuitatem

Antalcidas Spartiata.

Ageſilaus moritur. Iſmenias. Pelopidas.

Periſtromata.

Timagoras capite dānatus.

Atoſſe filia Artoxerxis ab eo ĩ vxorē ſumpta. Ameſtris filia Artoxerxis ab eo in vxorē ſumpta. Alphos morbus.

Exercitus Artoxerxis ĩ Caduſios nīs peditū xxx.M. equitum mille: Teribazus

offenderat, & per id tẽporis sordidus ac despectus, regem exercitumq; seruauit. Duo erant Caduſiis reges: his diuersis locis castra habentibus, Teribazus regem adiit: & facere statuisset ei cõmunicatis, ipse ad alterũ eorum pfectus est: ad alterum clãdestino itinere filium misit. Vtercq; vtrũq; dolo circũuenit: inquiẽs alterũ regem ad Artoxerxẽ caduceatores mittere: pro societate priuatim & amicitia coniungẽda: proinde si saperet sibi præoccupandũ esse tps: secq; ad oĩa adiutorem ei fore pollicitus est. Ita persuasis regibus, rati ambo sibi ab altero inuideri, hic cũ Teribazo, ille cum Teribazi filio legatos de pace misit. Diutius igitur tpe trito, Teribazus in suspitionẽ apud Artoxerxẽ & calumniã incidit: & regem ipsum pœnituit: suam exercituſq; sui salutem illius fidei credidisse: inuidis & obtrectatoribus reprehendendi sui cõsilii occasionem & facultatẽ præbuit. Reuersus Teribazus eius filius percussa fœdere paceq; cum vtroq; rege firmata, auctus honoribus atq; opibus motis castris cum rege discessit. Quo in loco apparuit ꝑẽm ignauiam mollitiemq; non ex delitiis acluxu (vt multitudo opinatur) nasci: sed ex vitio & malignitate naturæ: quę malis opinionibus inquinetur. Non enĩ aurum, nõ purpura, non duodecim milium talẽtoq; cultus, quo assidue regis corpus ornabatur, illum (quod plærisq; cõtigit) a labore deterruit: sed accinctus pharetra, & scutum gestans, ipse prius relicto equo loca mõtuosa atq; ardua pedes peruasit: vt cæteri illius vim ac promptitudinem spectantes, quasi alis acceptis leuiores expeditioresq; redderentur. Ducẽtorum enim stadiorum aut eo amplius diebus singulis iter confecit. Postea vero q̃ ad reliqua regia prędia ventum est: quæ hortos mirifico quodam ornatu & magnificentia instructos habebãt: quum oĩs circum regio nuda esset, & infœcunda arboribus, permisit milites arboribus cæsis ex hortis ligna sumere: nec piceæ nec cupressui parcere. Hęrentibus illis & ob arborum speciem ac magnitudinẽ tẽperantibus: ipse arrepta securi, quæ inter cæteras pulchritudine maxime eminebat, arborem cecidit. Quo facto milites ligna congerẽdo multos signes excitarunt: ibiq; molliter pnoctarũt. ex illius tamẽ exercitu fortes viri cõplures desiderati sunt: equi oẽs amissi. Reuersus igitur Artoxerxes, ratus se ob rem male atq; infeliciter gestam suis cõtemptui esse: principes suspectos habuit: multosq; ob iram necauit: quũ plures metueret. Metus enim in tyrannidibus pestifera maxime ac perniciosa res est: Fidutia vero mittis ac pacata, nullius particeps suspitiõis. Nam ex feris quoq;, quę difficile tractãtur: ac manu assuefiunt: pauidæ sunt: & strepitu ipso terrentur: generosæ vero ob fiduciam magis se credunt: nec blanditias fugiũt. Artoxerxes iam ad senectutẽ prouectus sensit filios inter amicos ac factiosos de regno in certamẽ disceptationẽq; venisse: sedati & quieti censebãt: vt ipse acceperat, sic Dario natu grãdiori regnũ relinqui oportere. Ast Ochus minimus omnium: acris & violenti ingenii iuuenis, ex iis qui regiam frequentabant, multos fautores atq; studiosos habuit: spe iniecta patris per Atossam opprimendi. Illam enim sibi blanditiis ꝓmissisq; deuinxisse videbatur: se videlicet illam rege perempto cõnubii ac regni sociam habituram. Erat autem fama, etiam eo viuo, Atossam clam pellicem habuisse: sed id Artoxerxẽ latuit. Statuens vero Ocho regnandi spem adimere: ne si eadẽ quæ ante Cyrus auderet excitatis bellis ac cerraminibus regnũ euerteret: regem Darium designauit: qui tum trigesimũ agebat annum: ac ei Cidarim quã vocãt rectam ferre dedit. Sanctum aũt lege cũ esset in Persis: vt qui cõstitutus rex esset donũ peterer: qui eum cõstituisset, totũ quod petitum erat traderet: Darius Aspasiã olim a Cyro vince dilectam & tunc regis pellicem periit. Erat autem ex Ionia, Phocais genere: & honestis parentibus orta: ingenueq; educata. Hæc autem quum Cyro cœnante ad cum intromissa esset cum aliis mulieribus: assidentesq; illæ Cyri iocos & cauillũ lęto ore exciperent: ac se etiã tangi sinerẽt: si lentio ingressa ad lectum cõstitit: nec vocãti Cyro paruit: volentibus aũt cubicularĩis adducere: flebit ingt: qui horum mihi manus admouerit. Visa est igit immitis ꝑsentibus & agrestis. Cyrus lætatus, & cũ risu cõuersus ad eũ qui mulieres adduxerat: num intelligis te ingt hanc vnã ingenuã atq; incorruptã adduxisse! Posthac ad eã conuersus animo, vnã oĩum maxime adamauit: & sapienter nuncupauit. Extincto autẽ Cyro, castrisq; direptis, captiua abducta est: hanc Darius quum perisset: permolesta patri eius petitio fuit. Vehemẽter enĩ suspitiosum de mulierũ pudicitia barbaricũ est genus atq; intemperans vt non modo qui adierit: pellicẽq; regis attigerit: sed etiam qui ex itinere appropinquauerit: curruſq; quibus vehunt impulerit: capite puniatur: Atqui Atossæ amore continebatur rex: quam contra legem vxorem sibi adiunxerat: verum trecentæ & sexaginta eximia forma pellices vna alebantur: attamen peritus illam liberam esse dixit. proinde volentem capi iussit: inuitam vero & recusantem cogi prohibuit. Accersita eo Aspasia quum præter opinionem regis Darium elegisset: tradidit quidem lege coactus: sed paulo post traditam abstulit. Dianæ enim, ac Baraniæ, quam Anetim vocant, sacerdotem legit: vt castram reliquam vitam degeret: ratus has non duras, sed mediocres ac ioco admissas a filio se pœnas sumpturum. At ille nõ modice tulit: siue Aspasiæ amore correptus: siue q̃ sea patre & probro & contumelia affectum duceret. Quem ita animatum Teribazus accipiẽs, magis etiam exasperauit atq; incẽdit: in illius iniuria recognoscens suam. Fuit aũt in iuria illius hmõi. Quũ plures rex naras haberet: Pharnabazo Apaniam despõdit: Rhodogunen Oractæ: Teribazo Amistrim: atq; aliis quidam viro traditis, Teribazũ spe inani duxit: Amistriq;

Metus in tyrannidibus pernicioſa res eſt.

Ochus Artoxerxis filius.

Darius rex deſignatur ab Artoxerxe.

Cidaris.

Mos Perſarũ quo vtebant increandis regibus.

Aſpaſia pellex regis.

Barbarorũ ingẽs ſuſpitio de mulierũ ſuarũ pudicitia.

Barania q̃ & Anetis.

Artoxerxis filiæ.

in matrimonio accepta, pro illa Atossam minimā natu oĩum Teribazo desponsauit. Quã quum ob amorẽ duxisset (vt dicitur) post id tpis: ifenso oĩno atq; inimico in regem aĩo mansit. Erat enĩ leui mobilitq; ingenio: atq; in cõsiliis pceps & rapidus. Quare interdum secũdis rebus clarus inter dum offensione aliqua abiectus & perditus neutrã mutationẽ æquanimiter tulit. Sed honoribus auctus ob animi mollitiẽ insolescere: grauisq; oĩbus esse: lesus nõ demitti aĩo: nec qetus esse: sed aspere superbeq; efferi. Igni igitur ignẽ adiecit Teribazus adolescẽti imminens assidue: ac verbis increpitãs nil pdesse Cidarim in capite erectam habere: qui eam operibus ac rebus gestis erigere nõ conẽtur. Ipsum amentẽ & stultum esse: si fratre regno inhiante, patre stupidũ atq; instabilẽ aium gerente, explorare sibi in regnũ successionẽ esse arbitretur. Qui enim Græculq; mulieris causa legẽ in Persis antea sanctam inuiolatamq; spreuisset: eum nunq; in maximis quod cõuenerit, ratum habiturum. Nec idem Ocho propositum esse: si regno nõ potiat: ac sibi: si traditũ de manu amiserit. Ochum enim priuatum beate viuere neminem phibitum ire: sibi vero regi cõstituto aut regnandum, aut moriendum esse. Postremo valuit Sophocleum illud Subita persuasio ad scelus præuia est. Facilis est aũt via ac prona: qua quo volumus ducimur. Mala autem plurimi volũt ob in experientiam bonorum atq; insciti am. Attamen imperii magnitudo & Ochi metus, qui Darii aium sollicitum habebat, Teribazo facultatem ac materiem præbuit: amor aũt Aspasiæ atq; ereptio nõ nihil oĩno ad culpam causæ attulit. Igitur totum se Teribazi cõsiliis regendum cõmisit: ac iam multis conspirantibus, cunuchus coniurationẽ ordine exploratam habens regi indicauit: vt noctu cubiculum irrupturi regẽq; incautum oppressuri essent. Quo indicio, Artoxerxi tantum negligere periculum, instructasq; insidias nõ cauere indignũ est visum. Absq; vllis vero certioribus argumentis rem pro certa habere multo indignius. Huiusmodi igitur cõsilium capit: Eunuchum se ctari illos iubet: & vbiq; illis adesse: ipse cubiculi pariete qui post lectũ erat effracto, portaq; effecta aulæo texit. Instante hora adoriendæ rei, & eunucho occasionem adesse nuntiante, in lecto constitit: nec prius inde se mouit, q̃ in se inuadentium ora conspexit: & manifesto eorum quenq; agnouit: vt vero illos distringere gladios aspexit: & ad se citato gradu incedere: submoto auleo in conclauim se interiorem proripuit: ostioq; obiecto clamorem extulit. Visi igitur ab eo parricidæ, re infecta se per portas cursu eiecerunt. Teribazum vt fuga saluti suæ consuleret: admonuerũt qppe qui iã manifeste culpæ reus teneretur. Cæteri igit se iuncti alio effugerũt: at Teribazus, dum niterẽtur. eum cõprehendere, pmultos ex regis stiparoribus interemit. Ad postremũ eminus iaculo ictus cõcidit. De Dario aũt vna cum liberis exfuga abstracto iudiciũ fieri voluit: cõuocatisq; regiis iudicibus, q̃ ipse iudicio interesse nollet, sed per alios accusaret, iussit seruos cõscriptã vniuscuiusq; sententiã ad se perferre. Latis autem oĩbus in Darii caput sentẽtiis serui cõprehendentes in propinquum carcerẽ cõiecerũt. Vocatus deinde lictor cum nouacula aderat: qua damnatorũ capita præcidũt Ingressus autem Darii cõspectu exterritus ad portas refugit: spectãsq; hærebat: qua si animus eum ad necẽ regi atq; vires defecturæ essent. Foris vero instãtibus iudicibus imperio ac minis, reuersus altera manu comã iplicitã tenẽs strato humi regi nouacula collũ perrupit. Nec desunt q̃ dicãt presente rege iudiciũ cẽ factũ: Dariũq; ipsum aperte argumẽtis cõuictũ i faciẽ pcidisse precibus obsecrationibusq; supplicẽ: vt sibi ignoscerẽt: at illũ ira percitũ insurrexisse: nudatoq; gladio Dariũ repetitis sæpius vulneribus occidisse: deinde quũ in aulam se recepisset: sole adorato hæc esse loquutũ: Lætio Persæ habite: atq; aliis nũtiate: regẽ Artoxerxem in sceleratos atq; impios parricidas pœnas expediuisse. Insidiæ igit & cõspiratio huiusmodi exitũ habuerunt: ast Ochus frẽrus Atossę opibus in spem maximã venerat: sed eum Ariaspis, q̃ reliquus erat ex legitimis, & Arsamis metus sollicitũ tenebat. Ariaspi. n. nõ tam q̃ Ochũ prẽiret ætate, q̃ q̃ facilitate | simplicitate | humanitateq; præstaret, regnũ cõmuni cõsensu & voluntate Persarũ deferebaĩ. Arsamẽ vero haud latebat: Ochũ magni cõsilii & prudẽtiæ virũ ac patris psimilẽ esse. Versare igit aĩo cœpit: qui vtrũq; in fidiis opprimere posset. Quũ vero instructus ad fraudẽ, ac cædis auidus foret: crudelitate naturę in Arsamen est visus: versutiis ac fallaciis Ariaspẽ aggressus est. Missis enĩ ad eũ eunuchis atq; amicis regis cũ minis atq; horrẽdis nuntiis, partẽ decreuisse illum crudeliter atq; ignominiose necare. Qui hæc in dies singulos vt arcana significare visi, quũ aliã iminere, alia ppe iã instarent nũtiarẽt: sic terruerũt hoĩem pturbarũtq; sic a mente cõsilioq; abduxerũt: vt parato sibi ipsi lętali veneno epotoq;, e vita discederet. Rex vero quũ & mortẽ & modũ accepisset: illũ fletu ac ac lachrymis psequutus est: de causa in suspitionẽ adductus, puelligare & quærere, affecta iã ętate, nõ potuit. Sed Arsamen maiore charitate cõplexus est: videbaĩq; maximã illi fidem habere: & cũ eo liberius sermones cõferre. Quare Ochus haud differẽdũ esse rei gerendę tps existimans, Arpata Teribazi filio subornato p illum Arsamẽ tollẽdum interficẽdũq; curauit. Erat tũ Artoxerxes inclinata iam ætate parũo mortis discrimine: adiuncta ad naturę imbecillitatẽ ex filii calamitate mæstitia: nec parũ qdem tpis restitit: sed cõtinuo ægritudine animæ & angore exstinctus est: quũ ad nonagesimũ & quartũ annum vixisset. ex quibus duo & sexaginta regnaui. Mansuetudinis & clemẽtiæ existimationem assequutus est: quã nou mediocriter auxit Ochus: qui imanitate cunctos & crudelitate superauit.

Cõiuratio i Artoxerxẽ aperitur.

Teribazus interficitur. Mos apud Persas capita dãnatorũ secari noua cula alicto

Darii interitus.

Ariaspis.

Ariaspis se ipsum veneno tollit.

Arpata Teribazi filius Artoxerxis interitus nonagesimo quarto ætatis suæ anno

ARATI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.





Hi-sippus Philoso-ph⁹ Tri-tū quod-dā veteri sermone prouerbi-um, eius credo tri-stitiam re-formidās, cōuertisse: mutatoq; ver-bo leuiorē ad partē traduxisse videt̄ Quis patrē laudabit: nisi probi libe-ri? Hunc Dionysodorus Trœzenius arguēs verā ipse huiusmodi sentētiā profert: Quis patrē laudabit: nisi im-probi liberi? Ait enim illoꝝ, qui quū ipsi nulla re præstent, sed maiorum quorundā virtutibus nitantur, eorumq; gloriam ad suā laudem frequēter vsurpēt, petulātiam, eo prouerbio cōprimi & coerceri. Cæteꝝ cui maiorum generositas (vt inqt Pindarus) natura cōueni-at: quēadmodū tibi: qui ad vitæ rationē domesticis exemplis cōformaris: huic ego pulcherrimū du-co esse: maiorum suoꝝ clarissimoꝝ virorum efferendo facta, memoriā reuocare: & de iis quottidię aliquid audire atq; loqui. Non enim hi suis virtutibus destituti alienę laudis gloriam aucupātur: sed ad maiorum splendorē suis laudibus adiunctis, illos vt & generis & vitę duces extollunt. Quā obrem ego quum Arati ciuis tui, cuius tu gloriæ atq; opibus nulla ex parte dedecori es, vitā literis mandassem: iure vt eam ad te mitterē sum adductus: nō quin tibi vni præ cęteris eius res gestas ab initio penitus cognitas esse existimarem: sed vt filii tui Polycrates & Pythocles partim audiendo, partim legendo ad domesticæ virtutis exēpla educerētur: ad quæ eos cōformari oportet. Sui enim amanti homini necdum ꝑfecta virtute imbuto optimum est quēdam quasi ducē præficere. Sicyo-niorum ciuitas posteaq̄ primum syncæra illa & Dorica Aristocratia veluti harmonia quadam cō-fusa in seditiones & contentiones popularium & factiosorum hominū incidit: plures mutatio-nes rerum ꝑpessa, & successiue insurgētium tyrannoꝝ, nō prius se ex ea cōtagione & turbatione re-cepit: q̄ Cleone interfecto, Timoclidam & Cliniam claros & pollētes opibus in ciuitate viros, de-lectos summæ reꝝ pręfecerunt. Sed quū iam respublica certū aliquē statū obtinere videret̄: Timo-clidas vita defunctus est. Paulopost Abantidas Pasei filius sublato Clinia: tyrānidem occupauit, Cliniæq; amicis, ac domesticis partim eiectis, partim interemptis, filium Aratum qui septimum annum agebat, tollere gestiebat: sed puer in illa turbatione ac labe domus fugiētibus ꝑmistus, per ciuitatem vagatus pauidus & oīum ope destitutus, forte quādam imprudēs mulieris domū intra-uit: quæ Abantidæ soror Prophanto Cliniæ fratri nupta erat. nomē ei Sosæ fuit. Igitur egregia & præclara mulier diuino quodam numine rata ad se puerum cōfugisse, occultū habuit: ac noctu Argos dimisit. Sic effugienti ac periculis erepto Arato, odium vehemens tyrānorum ingeneratū augebatur in dies. Educatus Argis apud hospites paternos & amicos liberaliter firmū corpus & validum nactus, ad palæstram exercēdam se cōtulit: in qua adeo præstitit: vt & Pentathli certami-ne depugnarit: & coronas etiam cōsequutus sit. Qualis autem fuerit: ex eius statuis cōiectare licet in quibus athletica quædam extat species. Prudens aūt aspectus ac regius nō omnino voracitatē ac rusticitatem occultare potest: vnde minus fortasse q̄ videtur ciuili homini conuenire, orationi studuit. Attamen ornatior & copiosior in dicendo fuit: q̄ quibusdam videtur: qui ex monumen-tis eius iudicium faciunt: quæ ille aliis intentus in chirographis vt verba occurebant negligenter scripta reliquit. Sequentibus autem temporibus Clinias & Aristoteles dialecticus Abantiadam assuetum eorum sermonibus interesse, atq; vna disceptare, quum in foro per otium versaretur, per insidias necauerunt. Deinde Nicocles interempto fraude Pasea Abantidæ patre, qui in filii locum successerat, ad se tyrannidem transtulit. Hunc aspectu similimum Periandro Cypseli filio, veluti Persam Orontem Alcmęoni Amphiarai fuisse tradunt: Hæctori, Lacedæmonium adolescentem: quē scribit Myrtilus, a multitudine spectātium, quum se errore lapsos agnouissent, pessundatum esse. Nicocles quatuor iam menses tyrānidem obtinuerat: q̄bus multis malis ciuitatem affecit: &

Sicyonioꝝ ciuitas.

Timoclidas.

Clinia.

Abantidas

Prophant⁹ Cliniæ frater.

Sosa.

Aratus mittit̄ Argos educādus.

Abantidas īterficitur.

Nicocles occupat tyrānidem.

ne priuaretur per insidias ab Ærolis in periculum venit: quum Aratus adultus ætate & splendore & nobilitate familiæ, & ingenii viribus, quod nõ paruum neq; habes in eo fuit, sed acre & supra ætatem consilio prudẽtiaq; perfectum, multũ iam nominis & authoritatis assequutus erat. Ex quo exules ad eum potissimum aio se conuerterant: & Nicocles rem haud negligendam ducens, clam atq; a lõge spectabat: eiusq; conatũ summo studio obseruabat: nõ q; illum tam audax facinus nec tam periculosum ausurum aut aggressurum timeret: verum suspicabatur: ne ad reges opem petitum confugeret: qui cum patre amicitia hospitioq; iuncti fuerant. Etenim re vera Aratus eam cõsilii viam inire statuerat: sed quũ Antigonus pollicitus negligeret: ac tempus traheret: quæ vero ab Ægypto Ptolemæoq; afferebantur spes longe abessent: statuit per seipsum tyrãnum opprimere. Consilium cũ Aristomacho primũ Ecdeloq; cõmunicat. Horũ Aristomachus ex Sicyone exul: Ecdelus autẽ Megalopolitanus ex Arcadia erat: virin philosophia nobilis: & in rebus gerẽdis exercitatus: qui Arcesilai academici auditor fuerat. Illis rem pbantibus, de ipsorum sententia ad alios exules detulit: quorum pauci verecũdia adduci, q; turpe sibi esse ducerent, eam spem intẽtatam dimittere, operam ei suam polliciti sunt: plurimi Aratum ab incœpto deterrere conati: quippe quũ ob inexperientiam rerum attollere animos dicerent. Incunte vero cõsilium de occupando quodã Sicyonis loco, vnde aduersus tyrãnum bellum gereret: accessit Argus vir Sicyonius Xenoclis cuiusdam exulis frater: qui ex carcere effugerat: hic a Xenocle ipso perductus ad Aratum: inquit mutum qua ipse conscendens euasisset, intus nõ ferme a terra eminere: sed locum saxosum atq; editũ esse: extra vero altitudinem muri non magno labore scalis admotis superari posse. His nuntiatis, duos priuatos seruos Seutham & Technonẽ explorandi cognoscẽdiq; muri gratia cum Xenocle emisit: satius esse statuens: si posset clã vno periculo celeriter rem totam transigere: q̃ diuturno bello apertisq; certaminibus priuatim cũ tyrãno cõtendere. Reuerso aũt Xenocle & qui cum eo ierãt, muriq; mensurã ac loci situm nõ auiũ, neq; difficilem nuntiantibus, sed adeuntes latere difficile eẽ ob cuiusdam hortulani canes paruulos quidẽ: sed latratu acres, atq; inexorabiles: ad rem gerendã aggressus est. Armorum autẽ apparatus nouũ nihil inusitatũ ve habuit: quum oẽs fere per id tpis excursionibus & populationibus inuicem vterentur. Scalas Aphranor machinamẽtorum artifex clam oĩbus instruxit: cui ars ipsa præstabat: vt id absq; suspitione efficere posset. Nam & ipse vnus e numero exulũ erat. Viros sibi amicos eoq; qui Argis erant ex paucis decem quisq; accõmodauit: ipse autem priuatim ex domesticis triginta armauit: p Xenophilum etiã ex prædatoq; manu haud multos milites mercede conduxit: inter illos fama vulgata, se ad diripiẽdos regios equos Sicyonẽ educturũ: seperatim plurimis eoq; ad polygnoti turrim pmissis, atq; ibi operiri iussis: pmisso etiam Caphisia ab eo cũ quatuor expeditis: q̃ noctu ad hortulanũ accederent: & simulatione viatorum apud hoiem diuertẽres, ipsum & canes occluderent. haud enim aliter adeundi facultas dabat. Scalas aũt in Achanas (est aũt mensura quæ quinquaginta medimnos Atticos capit) cõiectas, vehiculisq; impositas prouexerunt. Inter hęc exploratoribus quibusdã Argis cognitis: qui occulte circumire, Aratũq; obseruare dicerent, prima luce pcedens palã oĩbus in foro cũ amicis versatus est, deinde quũ in gymnasio se punxisset, abductis secũ qbusdã ex palæstra adolescentibus, qui cum eo potare cõsueuerant, domũ discessit: nec ita multo post visi sunt eius serui per forum coronas ferre: lampadas emere: cum iis colloqui: qui in potationibus & voce & tibiis canere soliti essent. Hæc intuentes decepti falsa specie exploratores cum risu sic inter se colloquebantur: nihil pfecto tyrãno timidius: si Nicocles quũ eiusmodi ciuitatem obtineat, tantis opibus potentiaq; munitus, sic formidet adolescentem exulẽ: qui fugę exiliiq; viatico ad voluptates & diurnas potationes abutaẽ. ita falsi opinione sua abierũt. Aratus statim prãsus vrbe egressus quũ ad Polygnoti turrim peuenisset: inuẽtis militibus a se ante pmissis in Nemeã ducit: vbi cũctis qd facere statuisset, aperit: pollicitisq; eos & hortationibus ante incitare conatus, in signũq; Apolline militibus dato, tũ dimẽso lunæ circuitu ad rationẽ itineris, pperato gradu vrbẽ petere cõtendit: deinde rursus cõstitit: vt lunę luce in via vteret: qua occidẽte ad hortũ vrbi pximum steterat. Hic Caphisias obuiã pdiens nuntiauit: occluso hortulano canũ capiẽdoq;, q̃ prius exiliuissent, sibi copiã nõ fuisse. Quũ vero plurimis ob metũ cõcidissent animi: ac pedem referre iuberent: Aratus eos cõfirmauit: ostẽtata spe se abductuq;: si canes nimiũ infensi esse pgerent: ac simul q scalas ferebant pmisit: qbus Ecdelus & Mãsithe us ppositi erant: ipse cunctãter sequebaẽ. Iam canibus latratu instantibus, & in Ecdelũ a socios in currentibus, nihilominus ad murũ se inferentes, scalas tuto admouerunt. Quũ vero primi p scalas ascẽderent: q matutinę custodiæ prçfuerat, tintinabulo præcedẽs socios abducebat: plurimę collucebãt faces: tumultus & strepitus incedẽtium vbiq; erat. Illi vt erãt in scalis subsidẽtes, q in muro erãt facile latuerũt. Alia custodia priori cõtraria veniẽti in vltimũ discrimen adducti sunt. Illa etiã declinata, quũ irent Manstitheus & Ecdelus priores in muro steterũt: occupato deinde vtrinq; muri aditu, Techone ad Aratũ dimiserũt: subsidio approperare iubẽtes. Nõ multũ. n. spatii inter hortũ vrbẽq; & turrim itererat: in qua venaticus canis pmagnus in statiõe collocatus erat. Is siue q̃ natura segnis, siue q̃ diurno labore fatigatus esset, incedẽtiũ strepitũ haud sensit: sed horti cani-

Aratus cõsiliũ init de tyrãno opprimendo.

Aristomachus.

Ecdelus.

Seuthas.

Technon.

Aphranor machinamentorum artifex.

Manstithe⁹.

bus deorsum illũ excitantibus, submisse & obscure ab initio infrendere cœpit: tũ appropinquanti bus illis magis vocẽ intendit: & latratus plurimus passim locũ cõpleuerat: vt qui e regione in custo dia erant, exaudirẽt: ac magna voce rogarẽt canis magistrũ: cuius gratia canis ita vehemẽter atq; aspere latraret: nũqd nouũ esset? Altere turri nihil esse respõdit: sed canẽ lumine custodũ & strepitu tintinnabuli irritatum esse. Hoc arati militibus multũ animi atq; audaciæ addidit: opinantibus ca nis magistrũ eius consilii conscitũ rem tegere: præterea alios in ciuitate permultos coniuratos tran sigendi negotii adiutores futuros. Attamẽ ad murũ subeũtibus magna difficultas cũ summo peri culo impendebat: resq; in longũ trahebãt: incuruatis scalis nec pondus ferentibus: nisi cũctãter ac singillatim cõscenderẽt. Vrgebãt præterea tps galli: q cantu diẽ aduentare nuntiabãt: nec aberat lon gius: quũ rustici, q vẽnale aligd ad mercatũ introferre cõsuessent, ad vrbẽ accedunt. Quare Aratus

Aratus Sycionem occupat.

properans in murũ ascendit: quũ iam quadraginta ex omni numero ante eum murũ obtinerent. Ad iunctis præterea paucis ex iis q deorsum relicti erant, cũ iis ad domũ tyranni atq; ad prætorium im petũ fecit. Hic stipendarii circũ excubabãt: in quos incautos ac nil tale suspicantes repẽtino atq; i prouiso aduentu quũ incidisset, oẽs cõprehendit: neminẽ manu violauit. Tũ cõtinuo amicos do mo excitũ misit: q subsidio sibi adessent. Quibus eo vndiq; cõsuẽtibus iam illuxerat dies: theatrũq; vulgus cõpleuerat: omnibus ad incertã famã suspẽsis: nemini quæ gerebant cognitis: priusq; pro cedẽs præco in turbã denuntiauit: Aratum adesse: & ad vindicandã libertatẽ ciues adhortari. Tũc confisi adesse quæ iãdiu expectarant: vno impetu cũcti ad portas tyranni ignẽ intulerunt. Incensa

Nicoclis fuga ex Sicyone.

flagrantiq; tyrãni domo flamma ingẽs & manifesta sublata vsq; Corinthũ eluxit: vt admirati rei nouitate Corinthii, parẽ abfuerit: quin ad auxiliũ ferendũ consurgerent. Nicocles igitur imprudẽ tibus oĩbus, quibusdã cuniculis ex vrbe migrauit: milites simul cũ Sicyonibus restincto igni, præ dæ ac direptioni tyrãni domũ subiecerũt. Nec id Aratus fieri prohibuit, Cæteris quoq; bonis for tunisq; tyrannorum in medium ciuitati expositis in tãto tumultu periculoq;, neq; ex iis qui inuase rãt, neq; ex aduersariis quisq; interiit: nec omnino vulnus accepit: sed rem gestã penitus expertẽ cæ

Sicyonii liberantur tyrannide.

dis, exptẽ ciuilis sanguinis fortuna seruauit. Exules deinde reducti: tũ qa Nicocle numero octogin ta, tum q a superioribus tyrãnis haud pauciores trecentis eiecti ciuitate fuerãt: diuq; atq; adeo qui quagenario exilio vagi errauerãt. Quumq; inopes plurimi rediissent: suas possessiones repetebant: villasq; suas ac domos adeuntes in magnã difficultatẽ Aratum cõiecerũt: intuentem extra ab An tigono ob inuidiã recuperatę libertatis insidias reip. parari: ciuitatem ipsam dissensionibus ciuium ac seditionibus agitari. Vnde ex presentibus difficultatibus optimũ id factu ratus, rerum summã ad Achæos detulit: atq; in vnum corpus cõfudit: quunq; ii Dorici essent: haud inuiti Achæum nomen ac rẽpub. subierũt: qui nõ multum sub id tẽpus authoritate neq; opibus eminebant. Exi guus enim erat ciuium numerus: nec optimũ neq; fertilem agrum habebant: mare pluribus locis importuosum ad cõrinentem per cautes ferebat. Attamẽ ostenderũt ii Græciã viribus in expugna bilem esse: quoties rerum statu cõstituto cõsentiens vbiq; & tranquilla pax foret: ad hæc pruden ti aliquo duce vteretur: qui pristinæ Græcorum potentiæ ne portionem (vt ita dixerim) vel mini mam obtinerent: & ex vna ciuitate, vt in eo statu tẽporum esse poterat, clara ac nobili, simul oẽs essent: nec freti viribus, sed cõsilio, nõ inuidendo primoribus sed parendo & obsequẽdo, nõ suam modo tot ciuitatibus potestatibus tyrannidibusq; vndiq; circumsepti libertatem retinuerunt: ve

Aratus reipu. amator

rum etiam aliorum Græcorum plurimos in libertatem vindicarunt: incolumesq; seruarunt. Fuit autem Aratus natura ciuilis admodum: præclara semper atq; ardua spectans: publicis in rebus q̃ in priuatis curiosior diligentiorq; capitalissimus hostis tyrannici nominis: amicitias atq; inimi citias ex reipu. vtilitate gerebat. Ex quo nõ videtur tam diligens amicus fuisse: q̃ rep. postulãte mi tis & placabilis inimicus: in vtraq; mutatione opportunitati ac tẽpori seruiens. Vna atq; eadem oĩum gentium, ciuitatum, collegii, theatri vxor erat: illum nullius præterq̃ bonorum virorũ ami cum esse. Manifesto autem in bello apertisq; certaminibus obeundis remissi & diffidentis animi in dissimulando, suaq; facta occultãdo tum in capiendis clam vrbibus, tyrannisq; opprimẽdis effi cacissimus: firmissimiq; cõsilii fuit. Quare quum in multis ex insperato rem optime ductu suo ad ministrasset: haud pauciora quæ factu possibilia erant, offensionis metu reliquisse videt. Etenim non feræ modo quædam quæ pnoctem acri ac pspicaci sunt visu, interdiu dificatione tenuitateq; humoris, qui circunstat oculum, & lucis temperiem ferre non potest, luminibus capiuntur: sed hominis quoq; vis ac prudentia huiusmodi naturæ est: vt manifestis in periculis & indictis tur betur: nec sibiipsi cõsistere queat: ad res autem latẽtes & occultas audẽs atq; intrepida est. Hãc inq̃ litatem ac varietatem in præstantissimis ingeniis philosophicæ disciplinæ imperitia efficit: virtu te veluti naturalem quẽdam fructũ nulla adhibita cultura sic absq; præceptione & doctrina pdu cente. Hæc igitur exẽplis experiri licet. Aratus vero quũ se ad ciuitate cõfusa repu. Acheis adiũxis set: inter egres militare obiẽs munus, ob suauitatẽ morum facilitatemq; nature, a principibus co

Dymeus. Tyrtęus

lebatur: q̃ quis ipse gloriam suam & potentiam ciuitatis quasi signum aliquod vniuersæ Græcię sustulisset: semper tũ Acheorum imperatori quicunq; is foret, siue Dymeus, siue Tyrtęus, siue ob/

scurioris ciuitatis, ad oẽm belli vsum operam suam expositurac dicto obediens fuit. Viginti autẽ & quinq; talentis dono a rege Ptolemæo acceptis, ea ciuibus suis, siue ad redimẽdos captiuos, siue ad aliam necessitatem egentibus erogauit. Instantibus vero infensę exulibus, vt sua sibi redderentur bona: possessionesq; turbantibus: quum sanari id malum nulla rõne posset: & excidium atq; in ternicio ciuitati impendere videretur: perspexit vnam tantum spem in Ptolemæi liberalitate sitam esse. In Ægyptum mari profectus ab eo pcibus impetrauit: vt ad dissolutionẽ debitorum, & ad cõponẽdas ciuium discordias, grãdi pecunia leuaretur. Soluit igitur ex Methona supra Maleam: sed quum ventus atq; æstus ex pelago vehemens descenderet: cedente gubernatore prꝑteruectus Alexandriam attigit: quæ hostium ditionis erat. ab Antigono enim tenebatur: prꝑsidiumq; ibi regis locatum erat. Id prævenies, dimissa naui, vno tanto amico Abantha comitatus q̃ longe a mari abiit: & quum iam aduesperasceret, declinantes in densissimam sylua ibi per noctẽ ægre fuerunt. Paulopost prꝑses regii præsidii reuersus, atq; Aratum requirens ab ministris eius deceptus est: dicẽtibus illum statim se fuga in Eubœã contulisse. Igitur nauim & quæ in ea vehebantur, quum hostilia decreuisset, retinuit. Post multis diebus Arato in magnis difficultatibus cõstituto, felicitas quædam diuinitus oblata est: Romana enim nauis ad cum locum appulsa est: quo interdum spectatum mittebat: & vbi interdum ipse latitans morã trahere solitus erat. Naui igitur in Syriam delata conscẽdes cum nauarcho egit vt in Cariã se exponeret: itaq; expositus est: quum in ea nauigatiõe haud minora q̃ ante pericula occurrissent. Ex Caria autẽ longo tpe in Ægyptũ traiiciẽs, inde ad regem se cõtulit: quo familiariter vrebat: quẽq; signis & tabulis ex græcia sibi deuinxerat. Nã quũ eiusmodi reb⁹ Aratus haud vulgarẽ sensũ hꝑet: quottidie aliq̃d sũmoꝝ artificũ: in primisq; Pãphili & Melanthi opus studiose conquirens ad regẽ mittebat. Adeo enim Sicyonis gloria literis & pingendi artificio insignis erat: vt quæ sola incorruptum suum decus & speciẽ obtineret. Ex quo Apelles ille magna iam parta admiratione eo se contulisse dicitur: talentoq; pactus apud eos viros esse versatus: illustrandi potius nominis gratia, q̃ adipiscendæ artis. Itaq; Aratus alias tyrannoꝝ imagines statim libera ciuitate sustulit: de Aristrati vero imagine, qui Philippi ætate floruerat, tollenda diu deliberauit. Fuit enim Melanthi discipulo⁹ opus Aristratus in curru victor. quam etiam picturam attigisse Apellẽ, Polemon Periegetanus est author. Erat opus nobile atq; admirandũ: proide angebat Aratum tanti artificii interitus: sed cõi odio, quo in tyrãnos flagrabat, deleri simulacrum iussit. Tradunt prꝑterea Neaclã pictorẽ collachrymasse: & Arato p salute operis se supplicẽ pbuisse: atq; vbi impetrare non potuit dixisse: Bellũ cũ tyrannis nõ cũ tyrannoꝝ imaginibus esse gerendum. Currum igitur ac victoriam missam faciamus: ipsum vero Aristratum ego tabula excellentẽ delebo. Permittente igitur Arato Neaclas Aristratum deleuit: locumq; vacuum minio tinxit: aliud autem nihil immutare ausus est. deleri pedes intra currum latere dicuntur. Ex huiusmodi igitur rebus Aratus ante regi charus erat: & tunc prꝑsens vsu atq; experientia cognitus magis etiã in eius amicitiam insinuauit. Ab eodem etiam centum & quinquaginta talentis ad componendum statum ciuitatis donatus est. Quorum quadraginta statim secum asportatis in Peloponnesum delatus est: reliqua diuisa in posterum certis quibusdam portionibus misit. Fuit igitur magnum tãtam pecuniæ vim ciuibus parare: cuius parua parte alii imperatores ac principes ciuitatum accepta a regibus, suas illis patrias turpiter seruire coegerunt. Maius etiam: q; ex iis pecuniis, sublatis simultatibus, inter pauperes & locupletes reconciliata pax est: populo vero vniuerso salus cum securitate parta. Admirabilis profecto illius in tantis opibus tantisq; honoribus modestia fuit. Creatus enim arbiter ad exulum res constituendas, summa sibi rerum omnium potestate permissa, solus q̃dem haud obire eum magistratum voluit: sed ex ciuibus quindecim sibi collegas delegit: cum quibus vna magno labore ac sollicitudinibus pace ciues amicitiaq; coniunxit. pro quibus non modo ei publice a ciuitate meriti honores decreti sunt: sed etiam ab exulibus priuatim ærea statua cõstituta, huiusmodi carmen incisum. Consilia & vires pro Graiis hausta q; bella Herculis, & summa celebrantur laude columnæ: At tibi nos Arate pro libertate recepta Erigimus statuam virtutis iustitiæq;. Nanq; olim patriam diuinis legibus ornans Sublimem cælo potuisti æquare superno. His rebus gestis Aratus ciuilem inuidiam gratia in se ciuium: & beniuolentia superauit. Antigonus Arati successu æger, cupiens illum aut omnino ad amicitiam traducere: aut iniecta calumnia a Ptolemæo distrahere: quum alia benignitate hominem recusantem sibi deuincere aggressus est: tum etiam Corinthi diis immortalibus operatus, victimarum partem Arato Sicyoniam misit: & in cœna multis audientibus conuiuis in medium loquutus, Sicyonis hic inquit adolescens immitis & inhumanus est: sed ingenio liberali acciuium studiosus. Mihi quidem morum regum & institutorum optimus iudex videtur: qui quum spem suam alio intendisset: nos antea contemnebat: Ægyptiorum opes admirabatur: elephantos, classes, aulas auditu accipiens: nũc vbi easres agnouit scęna tantum esse & tragœdia dignas: omnino ad nos animo se conuertit. Accipio igitur & ipse adolescentẽ: & ad omnia eius opera vti constituo: & a vobis in amicis habendum censeo. Ex his sermonibus calumniæ materiem nacti obtrectatores & inuidi, certatim Aratum apud Pto-

Dymeus. Tyrtęus.

Methona.

Aratus nauigat ad Ptolemęũ Ægypti regem.

Pamphilus pictor.

Melanthus pictor.

Sicyon literis & pictura clara.

Apelles.

Aristratus.

Neaclas pictor.

Arati modestia.

Statua Arato erecta.

Amicitiæ regum & tyrannorum q̃ sint fragiles.

Iemæum per literas accusabant. Quibus adeo permotus est rex: vt in græciam etiam questum mitteret. Sic igitur amicitiæ regum & tyrannorum ac feruentes ac repentinæ sunt: & ardore quodam amoris subito incẽduntur. sed labefactari expugnariq; facile possunt: & veluti ventis, inuidiæ atq; calũniæ flatibus assidue agitantur. Aratus autem ab Achęis primum bello gerendo præpositus imperator, Locridem e regione oppositam ac Calydoniam de populatus est. Bœotiis subsidio pfectus cum decẽ milibus militũ occasione rei gerẽdæ excidit: quũ ab iis in Chæronea ante cũ ætolis male atq; infeliciter pugnatũ eẽt ab Eocrato Bœotioꝝ duce ac mille hoĩum cũ eo cæsis. Anno ãt abeo prælio rursus impator delectus, rẽ illã præclarãq; arduã est aggressus: nõ Sicyonioꝝ nec Achęoꝝ studio, sed cõmuni sibi vniuersæ græciæ iperio aclibertate ppositа, Macedonũ psidia ex Acrocorintho depellere. Chares qdẽ Atheniẽsis quũ aduersus regis duces secũdo plio vsus esset: scripsit Atheniẽsiũ populo: se Marathoniæ pugnæ sororẽ deuicisse. Hanc aũt pugnã haud inepte agat: sigs Pelopidæ Thebani ac Thrasybuli Athenięnsis tyrãnorum cædis sororem appellet. nisi hoc interest: q̃ nõ cum græcis, sed cum extero hoste & peregrino dimicatum sit Isthmus enim duo maria diuidens nostram cũ illo loco terram cõiungit & cõtinet. Acrocorinthus vero mõs est eximiæ altitudinis: qui ex media Isthmo nascitur: & cũ custodiam nactus fuerit, obstat: terrãq; illam omnem, quę intra Isthmũ cõtinetur, cõmercio, aditu, militia, mercatura, terra mariq; excludit: & dominũ vnum oĩum constituit: qui loco potiatur. Quare nõ per iocum Philippus iunior, sed vere ac serio Corinthiorum vrbem compedes vbiq; græciæ appellasse videtur. Eo igitur de loco accolis in medio certamen erat: quippe quem summa vi oẽs, præcipueq; reges & tyranni capere niterentur. Antigoni quoq; in eo studium sic cupiditate exarsit: vt omni genere furiaꝝ agitaretur: suspẽsusq; in id suas curas oẽs sollicitudineq; intẽderet: vt obtinentibus dolo eriperet: qm̃ manifesti conatus nulla ostendebatur spes. Extincto enim Alexãdro sub cuius ditione locus erat, Nicia eius vxore rerum potita Acrocorinthum præsidio obtinente, statim sub misso filio ad nõ gratũ ministerium, adolescentem vetulam mulierem cõuenturum, blandas spes regii cõnubii & vitæ societatis afferens ipsam cepit: vclut quadam illecebra ad eam pelliciendam filio vsus Sed quum locũ sibi haud pmitteret: sed enixius asseruaret: dissimulans curæ sibi eam rem esse, Corinthi nuptias celebrat: magno apparatu spectaculum prębet: diurnas potationes inducit: & vt maxime fieri potest, ad omnem iocum ac remissionẽ voluptate & lætitia aĩum relaxat. Vbi tps aduenit: & amœbeum carmen canta ri in theatro cœptũ: Niciã in lectica regio luxu ornatam ad spectaculum misit: præsenti honore le tam: sed futuri longe ignaram. Quum ad locũ ventum esset: vnde via diuertẽs supne ferebat: eam præcedere in theatrum iubet: ipse amœbeum simul & nuptias missas facit: & supra ætatem aĩos ac spiritus infractos gerens, Acrocorinthum succẽsit: ac clausam portam reperiẽs bacillo pcussit: reserari iubẽs. Qui intus erant aspectu eius obstupentes patefaciunt portam. Sic potitus munitione haud seipsum cõtinuit: sed præ gaudio inipsis angiportis exultans pocula popposcit: tum in foro vir puecta iam ætate & tãtas rerum mutationes expertus, inter tibicinas circũfusus coronis madidus ac lasciuiens volutatus est: obuiã venientes salutans, ac dextera blande excipiens: vt facile appararet exultans gaudium & lineam rationis excedens, magis q̃ dolor ac metus aĩos perturbare & de sua sede dimouere. Itaq; Antigonus Acrocorintho in ditionem suã redacto, vt superius dictum est, vna cum aliis quibus maxime cõfidebat præsidio firmauit, eiq; Persęum philosophum prefecit. Aratus etiam Alexandro superstite, hoc aĩo volutare cœpit: sed quum Achęis cũ Alexandro societas esset, ab incœpto destitit: tunc aũt oblata rursus occasione huiusmodi rem conficere aggressus est. Forte tum Corinthi bis gemini fratres fuerũt genere Syrii: quorum vnus Diocles nomine in arce stipendia merebat: reliqui tres regio auro furtim surrepto Sicyonem ad Ægiam quendam argẽtarium adierunt: quo Aratus ob eius artificium plurimũ vtebatur: ac auri parte dispositа, statim reliquum vnus illorum Arginus post rediẽs, inito pacto apud eum deposuit. Ex hoc factus Ægiæ familiaris, & ab eo de arcis custodia in sermonem adductus, inqt: se quum per rupes exesi montis ad fratrem ascendisset, despexisse viam transuersam: qua humilior muri altitudo erat. Tum comiter Ægias ita ne inqt vir optime ob exiguũ adeo aurum statuũ regis labefactatis? quũ possitis vnam horam grandi pecunia venundare! Nonne furibus æque atq; pditoribus deprẽhensis propositа mors est? His Arginus arridens cõuenit cum eo: se cõmunicato cõsilio Dioclem tẽtaturum. Nam alios fratres non satis se fidos putare. Paucis post diebus rediẽs depactus Aratum se ad murum statuturum: qua murus haud quindecim pedibus extabat: & ad alia cõficiẽda cum fratre auxilio se fore suscepit. Aratus sexaginta talentis cum illis decidit: si res ex sententia succẽssisset: sin spe potiundi excidisset, incolumis tñ cum illis euaderet domum: ac talentum vtriq; pollicitus est. Sed quum sexagita talenta apud Ægiam deponenda essent: nec Aratus per se eam pecuniam conficere posset: nec mutuando rem vulgari vellet: acceptis ex vxoris auro plurimis aureis scyphis, eos Ægiæ depacti argenti nomine tradidit. Atq; hic vir (adeo enim aĩo claro fuit: tantumq; amorem rerũ præclarissimarum insitum a natura habuit) quum sciret Phocionem & Epaminondam despiciẽdis pecuniis repudiãdisq; muneribus longe græcis omnibus iustitia & integritate præstare existimatos eẽ:

Antigonꝰ

Nicia Alexãdri vxor.

Nicia nubit Antigono.

Antigonꝰ per dolos Acrocorinthũ ĩ ditionẽ accipit.

Perseus philosophus.

Diocles.

Ægias.

ipse in

ipſe in eiuſmodi res patrimoniũ ſuũ effundere voluerit:in quibus propriũ periculum,ſalus omnium & illoꝝ quidẽ imprudentium,ageretur. Quis igitur hunc talẽ virũ non ſumme admiretur: hodieq; illius animi magnitudinem omni ſtudio ac beniuolentia complectatur:qui tam magnis periculis periculum ſibi tantũ emendum purarit:& quæ pretioſiſſima diuitiaꝝ omniũ dicũtur,depoſuerit:vt noctu in medios hoſtes perductus de vita dimicaret:nec ab iis aliud vllum pignus acceperit:preterq; ſpem præclari facinoris? Rem vero ipſam per ſe difficilẽ ac periculoſam error quidam, qui ſtatim ab initio ex inſcitia incidit,multo difficiliorẽ & periculoſiorẽ effecit. Technon enĩ Arati famulus miſſus eſt vna cum Diocle ad murum cognoſcendum:is Dioclem tũ primum vidérat: ratus tũ ex iis ſignis,quæ ab Argino edoctus erat,hominis ſe formam &figurã tenere:audierat ſub criſpo eſſe capillo,colore fuſco,atq; imberbẽ. Profectus igitur quo inter eos conuenerat,Arginum cũ Diocle venturum ante vrbẽ ad locum,cui Aui nomen erat,opperiebat. Interim Argini & Dioclis frater Dionyſius haud cõſcius nec particeps illius cõſilii Diocli autem forma pſimilis primus ad locum forte proceſſit. At Technõ ſigna ſibi data repetens,formę ſimilitudine deceptus, hominẽ per contatus eſt:ſiqua ſibi cũ Argino neceſſitudo foret. Quum reſpondiſſet:fratrẽ ſe eius eẽ oío adductus'eſt:vt crederet ſe Dioclem alioqui:nec nomen rogauit:nec ſignũ aliud expectauit:ſed dextera apprehẽdens de omnibus quæ cum Argino inita & cõſtituta ſunt,cum illo ſermonem inſtituit:& eum percontatur. Hic eius errorẽ aſtute excipiens ad oía reſponſionẽ accommodat:tum ad vrbem gradum flectens,continuato ſermonẽ illum nihil ſuſpicantẽ ſecum trahebat. Quum iam ap propinquaſſent:& prope Technoni manus vt caperet iniecturus eſſet:fortuito quodam caſu Arginus reuertens illis ſe obuiã tulit.perſentiens dolum ac periculum,Technonem vt fuga euaderet nuru admonuit. Sic curſu elapſi ambo ſe ad Aratum receperunt. Nec tamen illic cognita ſpes nec animi conciderunt:ſed ſtatim Arginum Dionyſio aurum ferentem miſit:& vt rem clauſam haberet obſecrantem. Ille negotiũ tranſegit:& Dionyſium agens ad Aratum remigrauit:quẽ ſtatim vt venit,haud amplius dimiſerũt:ſed vinctum in cuſtodiam dederunt. ipſi deinde ad rem adoriẽdam ſe comparant. Partis vero omnibus,reliquiſq; copiis in armis excubare iuſſis,ipſe cum quadringẽtis delectis ad portas ſecundũ Iunonis phanum conſiſtit. Adulto tum inſtante vere,luna mẽſtruo circuitu confecto pleno orbe lucebat:& nox pura ac luminoſa erat:vt arma appoſita ad lunam effulgentia,ne palam cuſtodibus fierent,terrorem iniicerent. Iam primis vrbis proxima loca tenẽtibus,nebulę a mari exurgentes vrbem ipſam & vicinam regionem late caligine & tenebris occuparunt. Hic cæteri conſidentes calceos exuunt:ne ſtrepitus eũtibus fieret:& firmius nudis pedibus in ſcalis conſiſterent:Arginus autem acceptis ſeptem expeditis adoleſcentibus,veluti dux viam ingreſſus:occulte ad vrbem irrumpit:qui pro portis in ſtatione erant obtruncatis.ſcalæ eodem tempore ad murum illatæ. Aratus continuo cum centum militibus conſcendit: reliqs quanta anniti maxima poſſunt celeritate conſequi iuſſis. Inde aulis ſcalis per ciuitatem centum ad oppugnandum arcem diſcurrũt. Læti clandeſtino ingreſſu,veluti iam explorata victoria,cuſtodiã etiã quatuor hominũ cõminus prælato lumine venientẽ latuerunt. Adhuc enim in opaco lunæ caligantis erant:illos vero e regione conſpiciunt. Igiẽ illis inſidias collocant:quorum tres intra inſidias prolapſi interficiuntur:quartus enſe ſaucius in capite fuga ſuperfuit:clamitans hoſtem intra mœnia eſſe. Nec ita multo poſt ſignis canentibus,ciuitas ad arma conſurgit. Vicos omnis concurrentiũ multitudo cõpleuerat:faces multæ partim deorſum,partim deſuper ab ipſa arce incenſæ locum illuſtrabant:confuſus ab omni parte clamor audiebatur. Interim Aratus per cliuum'montis aſcendere nitebatur:cunctanter ab initio ac magno cum labore:quum non qua oportuit tenuiſſet: ſed ignarus'e via deerraſſet:impedientibus eam atq; omnino obſcurẽtibus tenebris. Obſtabat etiã loci aſperitas:in quam eos error adduxerat:hortante tamẽ omnes atq; excitãte Arato ad murum capiendum. Deinde mirabile dictu eſt:vt luna petruptis nubibus excipiens illuſtrata difficillima viæ parte adiuuerit:quoad ad conſtituturum locũ ſubierũt. Ibi rurſus denſatis nubibus,in vmbra eos addidit:occultauitq;. At qui extra portam ad phanũ Iunonis relicti erant Arati trecẽti milites: vt plenam vario tumultu ac luminibus vrbẽ irruperũt:quũ nequirẽt viã qua proficiſcerentur reperire: nec illoꝝ veſtigia aſſequi:facto globo quodã in loco cliui opaco cõſtitere: quoad oppugnantibus arcẽ qui cum Arato erant,ſagittis deſuper & telis crebro in eos cadentibus,militaris clamor'e prælio deorſum platus,& ex cõcauitate litoꝝ pulſa imago reſultans,incerto'animos eoꝝ & ſuſpenſos tenebat:vnde eius initiũ clamoris eſſet. Hærentibus vero illis:ambigentibuſq; in quam partem ferre arma oporteret:Archelaus qui regio exercitui dux ꝓpoſitus'erat,& cum magna armatorum manu,cũ clãgore tubarum & ſtrepitu per cliuũ ſubiens in Arati milites ſtudio incenſus ferebatur, in trecentos incidit:qui veluti ex inſidiis inſurgentes facto in Archelaum impetu, primos, vt quiſq; ſe obuiam tulit,interimunt:reliquos quũ metu perterriti ſe in fugam dediſſent,perſequuti:quo ad diſſipato agmine per vrbem vagi palanteſq; diffugerent. Vixdum parta victoria reuertẽtibus', Arginus ex pugna aderat nuntians Aratũ cũ hoſte manus cõſeruiſſe:eoq; acriter repugnante,ſub ipſam arcem ingens certamẽ eſſe:ac celeri ſubſidio eſſe opus. Illi ſe ſtatim eo duci iubentes,profectiq;

Aratilaus.

Technon

Argin⁹ nocẽtu ,igredif.

Corinthũ cæſis cuſtodibus.

Corinthus

Ariatiopa capitur.

Archelaus.

propius, & ipſi ſublato clamore ſignum dant ſe adeſſe: ſuoſq; adhortãtur: & luna plena lumie oſtẽdebat arma: quæ & longitudine agminis & per anguſtias incedẽtis plura ac formidabiliora hoſtibus apparebant: & ſonoritas noctis clamorẽ fauentiũ geminabat: & pluriũ multo q̃ erãt ſpeciem dabat. Ad poſtremũ iunctis viribus propellunt hoſtes: & ipſi ſuperiori loco occupato, illuceſcente iam die, arcem tenebant. Solq; ſtatim manãtibus radiis ſubſequutus eſt opus: & reliquæ e Sicyone copiæ Arato ſubſidio aderant: excipiẽtibus per portas p parte Corinthiis: & ad cõprehẽdendam regiam cuſtodiã inſurgẽtibus. Quũ aũt iam in tuto conſtitutis oĩbus (vt videbatur) ab arce ĩ theatrum deſcẽdiſſet: infinita eo multitudo eius vidẽdi, audiendiq; verba, quę ad Corinthios habiturus erat, cupiditate, plenius viis vndiq; cõfluebat. Diſpoſitis autẽ ad ipſos itroitus vtrinq;. Achęis, ipe a tabernaculo armatus ore ac vultu ex labore ac vigiliis immutato in medium prodiit: vt languor corporis animi voluptatẽ ac lætitiã obſcuraret. Effuſis aũt primo aduentu ad gratulationẽ cũctis hominibus, accepta in dextrã manũ haſta, eaq; inflexo parũper genu & ĩclinato corpore annixus, multum tpis ſilentio eo; plauſus & clamores excepit: quum virtutem eius extolleret: fortunamq; admirarẽtur. Vbi vero deſierũt: facto paſſim ſilentio, Acheo; res geſtas apta oratione percurrit & Corinthios vt in Ahęo; corpus concederent adhortatus eſt. Deinde porta; claues quæ poſt phi lippica tpa alienę ditionis fuerant, tum primũ Corinthiis reddidit. Ex Antigoni militibus dimiſſo Archelao q; in eius manus captiuus inciderat, Theophraſtũ q; abire iuſſus nõ paruiſſet, interemit. Perſeus dum caperetur arx egreſſus, in Cenchreas confugit. Qui poſteriori tpe quum verſare tur in otio: dicẽte quodã, illum ſolum ſapientem ſibi ducem videri: per immortales deos dixiſſe dicitur: iſtuc quidẽ ex oĩbus zenonis inſtitutis maxime quondã mihi cordi fuit: nunc autẽ a Sicyone adoleſcente admonitus ſententiã muto. Hæc igitur de Perſeo plurimo; hiſtoriis prodita ſunt. Aratus ſtatim Hereo & Lecheo ĩ ditionẽ redacto, & quinq; & viginti regiis nauibus, equis quingentis potitus eſt: Syrios quadringentos vẽundedit, Acrocorinthus Achæo; cuſtodiæ cõmiſſa eſt: quadrigẽtis militibus, canibus q; quaginta: totidemq; canum magiſtris in arce alendis. Romani igitur Philopœmenem admireri ſoliti ſunt: eumq; græco; vltimum appellare: q; poſt eũ magnus vir nemo extiterit: Ego vero ex græco; rebus geſtis hanc vltimam, hãc nouiſſimam geſtam eſſe dixerim. Hoc enim audacia, hoc viribus, hoc fortuna optima ab eis adminiſtratum: quod declararunt ea q̃ cõtinuo poſtea conſequuta ſunt. Nam megarenſes ab Antigono deſcierunt: & in Arati fidẽ & amicitiã ſe dederunt. Trœzenii quoq; cũ Epidauriis in Achęos recepti. Deinde quũ educere copias ſtatuiſſet: in atticæ fines primam incurſionẽ fecit: Salaminemq; populabundus tranſiens prędam abduxit: ac velut ex carcere ac vinculis emiſſa Achęorum potentia, quamcũq; ad rem ſibi viſũ cẽt vrebatur. Athenienſibus tamen liberos captiuos gratis remiſit: ad defectionem ipſis initia ſuggerens. Ptolemęũ Achæis ſocietate amicitiaq; coniunxit: belli gerendi authoritate illi, imperioq; terra marique permiſſo. Sic vero inter Achæos opibus & gratia valuit: vt ſi minus intra annum fieri licebat, elapſo anno imperator deligeretur: auſpicioq; ſuo ac ſententia omnia gereret. Etenim intuebantur illum non diuitias, non gloriam, non regis amicitiã, non patrię ſuæ vtilitatem, non aliud pterea quippiã, Achæorum amplitudini anteferre. Exiſtimabat enim tenui per ſe potentia ciuitatibus, ſocietatẽ & amicitiam quaſi quodam vinculo cõmuni vtilitate firmatam, ſaluti prędidio q; eſſe: ac veluti corporis partes, ob eã quam inuicem habent conuenientiã, viuunt atq; ſpiritũ ducunt: ſeparatæ vero ac ſeiunctæ langueſcunt: & corrumpuntur: ſic ciuitates e medio communione ſublata, funditus interire: conſeruari vero a ſe inuicem, augeriq; quum alterius alicuius magni corporis partes fiant: & cõmuni conſenſu adminiſtrentur. Liberis vero finitimis & arbitrio ſuo viuentibus, indignum eſſe ducens. Argiuos tantum ſeruire, Ariſtomachum eorum tyrannum iſidiis delere conſtituit: cupiens depulſo ſeruitutis iugo, eam ciuitatẽ Achæis adiungere. Igitur qui ad tãtũ facinus gerendũ animo parati eſſent inuenti ſunt: quibus Æſchylus & Charimenes vates præfuerunt. Enſes autẽ illis deerant: q; magnę a tyranno habentibus pœnæ propoſitæ eſſent. Aratus cõparatis Corinthi paruis pugionibus, & in capſas incluſis, eas iumentis viles quaſdam & neglectas merdes vehentibus impoſuit: atq; ita Argos mittendos curauit. Cõmunicata autem cum homine quodam re a Charimene vate. Æſchylus & ſocii indigne ferentes repudiato Charimene negocium in ſe ſuſpiciunt. quod ille quum perſenſiſſet: irẽ incenſus inſidias indicauit: quũ ii iam prope tyrannũ appeterent: quo; plurimi occupata fuga e foro abeuntes in Corinthum ſe receperũt. Sed breui tẽpore interpoſito, Ariſtomachus a ſeruis occiditur: quo mortuo Ariſtippus tyrannus ſuperiore multo crudelior & contumelioſior tyrannidẽ inuadit. Accepta igitur Aratus omni Achæo; iuuentute, quæ pro tempore aderat, ad vrbem ſubſidio aduolat: ratus ſe Argiuorum ad recuperandam libertatem erecta ſtudia offenſurum. Torpentibus vero illis, & conſuetudine ſeruitutem ferẽtibus, nec vllo ad ſe deficiente, exercitum inde re infecta reduxit: Achæis tamen in culpam ac crimen adductis: q; in pace bellum intuliſſent, eaq; de re apud Mantinẽſes in iudicium accerſitis. Arato abſente accuſante Ariſtippo triginta minarum iniuriæ æſtimatę ſunt. Ex hoc Ariſtippus Arati odio ac metu exagitatus, ei adiutore Antigogo regeiſidiat⁹ eſt: diſpoſitis vbiq; hominibus ſibi ne

Acrocorinthus capit ab Arato.

Theophraſtus iterficit Perſeus.

Philopœmenes. Megarẽſes. Trœzenii. Epidaurii. Salamin.

Ariſtomachus Argiuo; tyrãnus.

Æſchylus. Charimenes. Ariſtomachus interficitur. Ariſtippus fit tyrãnus. Argiuo;. Ariſtippus parat inſidias Arato.

gotiũ faceſſentibus,& occaſionẽ tpis expectãtibus.Sed vera ac ſtabilis ciuiũ beniuolentia:optima principis cuſtodia eſt.Quũ enĩ ita multitudo ac potẽtes aſſueti ſunt:vt non ducẽ,ſed duci timeãt: multis ad videndũ oculis,multis ad audiendũ auribus vtitur:facta oĩa & cõſilia percipit.Itaq; qm̃ tps admonet,ſtarui hoc loco parumper conſiſtere:& Ariſtippi mores & vitæ inſtituta percurrere: quã ſibi ſuſpecta & infida tyrannis,& felicis ac celebris regni amplitudo præſcripſit. Ille enim quũ Antigonũ haberet ſocietate coniũctũ:multoſq; ad cuſtodiã ſui corporis aleret:inimicus nemo in ciuitate reſideret:ſtipatores tũ & cuſtodes extra in veſtibulo excubare iubebat:famulis aũt quũ cœnaret excluſis,conclauium ĩtatim occludebat:ipſe cũ amata in paruũ quoddam cubiculũ ſuperius aſcẽdens,cataracta deinde obiecta,ac lecto ſuper impoſito,ſomnum capiebat:qualẽ æquum ẽ ca pere hominẽ:qui ita turbulentã vitã & ſollicitã viueret.Scalas vero amicę mater ſubtrahẽs,& aliud cubiculum claudẽs,mane reponebat.& tyrannũ illum mirificum deuocabat:veluti ex ſpeluncа inſtar reptilium emergentẽ.Hic nõ vi & armis,ſed humili veſte & chlamydula amictus lege ac virtute frætus,magnũ atq; inuictum imperium parauit:vnuſq; poſt hominũ memoriam natus com munis tyrannoq; hoſtis,propagauit genus:quod prędariſſimũ inter græcosvſq; ad noſtrã mana uit ætatem.Ex his vero qui arces occupant,ſatellites alunt,armis portis cataractiſq; tutãdi corporis gratia muniuntur,pauci violentã mortẽ veluti lepores effugerũt:domus vero aut genus aut ſe pulchrũ nullius relictũ eſt,celebrem memoriã ad poſteros habituq;.Aratus igitur quum ſępius tentaſſet & aperto & clãdeſtino apparatu Ariſtippum opprimere:atq; Argos capere:ſpe decidit:ſemel etiã actis ſcalis cum paucis ex inſperato muq; cepit:peremptiſq; cuſtodibus qui eo ſubſidio venerãt continuo dies illuxit:& quũ a tyranno vndiq; pmeretur,Argiui æque ac ſi nõ eoq; libertas ea dimicatione ageret,ſed veluti Nemeis inſtantibus certaminibus,ſedentes quieti magno cum ſilentio æquos & iuſtos eius pugnæ ſpectatores ſe præbuerunt.At Aratus quum acriter in hoſtem pugnaret,haſta manu emiſſa in inguine vulnus accepit:tenuit tamẽ locũ a ſe captũ:nec inde, quũ aſſidue oppugnaret ab hoſtibus vſq; ad noctẽ,deiici vlla vi potuit.Q d' ſi etiam ad'laborem paulũ noctis acceſſiſſet:haud vnq; profecto vanus eius diei conatus fuiſſet:iam enim tyrãnus præmiſſa magna ſuarum fortunarum parte,migrare ex vrbe parabat:quod nemine Araro nuntiãte, ꝙ premeretur penuria aquarum,corpuſq; ægrum vulnere traheret,milites retro abduxit.Hac vero deſperata via in apertum certamẽ prodiit:adductoq; in fines Achæorum exercitu,populationibus ægrum vaſtauit:& ad Charetem fluuium acri pręlio cum Ariſtippo cõmiſſo crimen ſubiit deſtituta pugna partam victoriam e manibus amiſiſſe.Nam quum reliquũ iam exercitus manifeſte hoſtem propulſſet:victorq; magnum ſpatium perſequutus eſſet:ipſe non tam coactus ab aduerſariis,q̃ virtuti ſuæ fortunęq; diffiſus:fuga ſe in caſtra recepit.Quum vero reuerſi ex perſecutione cæteri ei ſuccenſerent:ꝙ verſis in fugã hoſtibus:pluribuſq; coq; q̃ ex ſuis cæſis:cõmiſſiſſet tamen vt victi de ſe trophæũ ſtatuerent:verecundia ductus de trophęo rurſus dimicare cõſtituit:atq; vno interpoſito die inſtructas copias in aciem eduxit.Quum aut ẽ ſenſiſſet auctũ eſſe tyranni exercitũ:animoſq; militũ ad pugnam audaciamq; creuiſſe:haud auſus manus conſerere,ſed receptis fœdere cadaueribus,cũ exercitu abiit:gratia tĩ & beniuolentia ciuium conciliata,adminiſtrandaq; prudenter:rep.eam maculam delere contendens,Cleonas Achæis adiunxit:ac Nemeum certamẽ ꝙ patrium foret,& ad Achæos magis ſpectaret,in Cleonis celebrauit.Celebrarunt etiã Argiui quo rpe licentia,& ſecuritas antea permiſſa pugilibus:primũ confuſa eſt ab Achæis:omnibus,qui ex eo certamine reuertentes per ſuũ agrũ iter facerẽt,vt hoſtibus ibi capitis ac vęnundatis.adeo vehemẽs eũ atq; implacabile tyrannoq; odiũ ceperat.Breui poſt rpe quũ accepiſſet Ariſtippum ad Cleonas inſidiis capiendas animo ſpectare:ſed metu ipſius qui tũ Corinthi morã trahebat deterreri:per edictũ coacto exercitu:iuſſoq; pluriũ dierum cibaria ſecum ferre:deſcendit in Cenchream:vt opinione abſentis per dolum ad inuadendas Cleonas Ariſtippum euocaret,qua in re eum non fefellit ſpes. ſtatim enim ex Argis cum exercitu affuit.Aratus iam in ſtantibus tenebris ex Cenchreis in Corinthum reuerſus eſt: clauſiſq; oibus cuſtodia viis,Achæorum agmen egit:qui adeo compoſite:adeo prompte, adeo celeriter,conſequuti ſunt,vr non mõ imprudentibus hoſtibus iter facerẽt:ſed etiam durãte adhuc nocte Cleonas accederent:& ad pugnam inſtruerẽtur.Prima autem luce apertis portis,ſignoq; tuba dato,curſu & clamore hoſtem adortus continuo in fugam cõuertit: & quum multos exitus locus haberet:ad eam partem ſe contulit: quo Ariſtippum iturum ſuſpicabatur.Facta autem vſq; Mycenas perſequutione,tyrannus a quodã Cretenſi Trageſto nomine(vt Dineas tradit) interceptus in fuga occiditur:Ex aliis vero ſupra mille & quingẽtos deſiderati ſunt.Aratus tam felici parta victoria,ac nullo ſuorum militum amiſſo,attamen neq; cepit Argos neq; liberauit: Agia & iuniore Ariſtomacho cum regis exercitu irrumpentibus:ac imperii ſummam occupantibus.Conflatam vero ſuperiore tempore calumniã,ſermonem: cauillum:dicacitatem aſſentatorũ ſuſtulit: qui tyrannos ad gratiam efferentes aiebant Achæorum ducem domi tumultuari pugnam initurum: & ſitnul ac tubicen prodiit:ſomno ac vertigine opprimi:inſtructis vero ordinibus: ac ſigno dato: percontatus manipularios ac centuriones.nunquid præſentia ſua opus ſit: ſe enim ſaucium telis

Ariſtippi mores,

Nemea certamina.

Aratus ſauciatur in inguine.

Charetes fluuius.

Nemeũ certamen.

Ariſtippi interitus.

esse:discedit longe:exitum pugnæ expectaturus. Hæc iam adeo inualuerant: vt etiam philosophi in scholis quũ quærerent, perturbari animo & impendẽtibus periculis colorem mutare, ignauiæ ne an intẽperiei cuiusdam corporis & frigiditatis esset: vbiq; Aratum nominarent: cumq; optimũ ducem esse dicerent: & tamẽ hæc sibi in certaminibus euenire. Sublato igitur Aristippo e medio, Lysiadem Megalopolitanum insidiis appetiuit: qui tyrannide patriam occuparat. Ille quũ homo non segnis animi, neq; abiecti forer: neq; velut plurimi tyrannoq; imodestia & cupiditate ad hãc prolapsus iniuriam: sed ab adolescentia incensus amore nominis & gloriæ: & falsis quibusdã vanisq; sermonibus, qui de tyrannide, vt de re aliqua beata atq; admirabili ferebantur, imprudenter & temere elatus: atq; inde rerum potitus multis statim curis ac molestiis premebatur: suspitione p̃terea suspẽsus animi, incertusq; erat: & Arati insidias formidabat. Itaq; mutata sententia pulcherrimam & laudabilissimã viam iniit: qua se primum odio, custodia, ac satellitibus liberaret: & patriam sibi suo beneficio deuinciret. Arato accersito dominationẽ deposuit: & in Achæos ciuitatẽ retulit. Quo facto Achæi illum laudatum ornatumq; imperatorem legerunt: qui statim quũ Aratum gloria superare niteretur, alias res quæ haud necessariæ videbantur aggressus, Lacedæmonios bellum indixit: quod ne fieret instans Aratus inuidia agere est visus. Cæteq; Lysiades secundo imperator constitutus est: refragante Arato atq; studente: vt alteri imperium mandaretur. Ipse enĩ vt dictum est per annum imperarat. Tertium igitur summa cum laude Achæis imperauit: vicissim cum Arato quotannis cõmutato imperio. Patefactis autem inimicitiis quum Aratum apud Achæos sæpius accusasset: inuidia & offensione omnium concidit. Etenim existimatus est ficto & simulato ingenio aduersus veram ac synceram virtutem certare. Et quẽadmodum scribit Æsopus tenuiores aues cuculo cur se fugerent percontanti respondisse: q; accipiter aliquãdo esset futurus: sic Lysiadi ex tyrannide suspitio immutatæ voluntatis conflata est: quæ eius naturæ permultum detraheret. At Arati nomen ætoliceq; res maxime illustrarunt. Quo tpe insurgentibus ad illos cõprimendos Achęis, & in finibus agri Megarensis dimicare properantibus, ad hæc Agidi Lacedæmonioq; regi vna ad prælium exeunti se opponens, maledicta, sales, cauilla, contumelias: in eius mollitiẽ ignauiãq; cõiectas, sedato animo tulit: nec vnq; turpitudinis specie vtilia ac salutaria cõsilia abiecit: sed cessit hostibus Geraniã trãscendentibus. & absq; prælio in Peloponnesum aditũ p̃buit: quum autẽ irrupissent: & improuiso impetu Pellenam cepissent: nõ idẽ sibi consilium fuit. Non enim vltra cunctãdo tempus triuit: nec expectauit quoad hostiũ vires in vnũ vndiq; cogerentur: sed statim præsentibus copiis hostem adortus, destituto ordine petulanter in ipsa victoria exultantem, facile fudit. Nam simul ac vrbem ingressi sunt: milites effusi ad prædam & in ipsis ędibus dissipati alter alterũ impellẽtes, de bonis fortunisq; ciuium inter se certabãt. Duces vero & cẽturiones circũcũtes Pellenæos; coniuges & filias diripiebant: & exuentes galeas illarum capitibus imponebãt: ne quis alter cognitas abduceret: sed ex ipsis galeis cui quæq; cessisset domino apparet. Sic autem affectis illis: & huiusmodi operi intentis, continuo Ararus adesse nuntiatur. Exorto autẽ tumultu & consternatione, priusq; omnibus auditũ esset periculũ, primi in ipsis portis ac sub urbiis, vt æquũ est in tanta perturbatione rerũ fieri. Achæis incurrentes, victi sese in fugam dederant: quibus effuse fugientibus, qui subsidio veniebant in dubitationẽ quid agendũ esset adducebãtur. In ea trepidatione vna ex captiuaq; numero Epigethe cuiusdã clari hominis filia eximia forma & pulchritudine mulier in Dianę sacello forte cõsederat: vbi Epilectaches captam sibi optatã locarat: galeaq; cristis insigni ornarat. Hæc repente ad tumultũ exiliens vt ad portas sacelli constitit: ac desuper pugnantes despexit: ornatu ipso militari indura ciuibus quidẽ suis augustiori q̃ ex homine spectaculo fuit: hostibus vero diuinã aliquam speciem se videre opinantibus, terrorẽ formidinẽq; iniecit: vt nemini animus ad repugnãdum sufficeret. Pellenæi ipsi affirmant dęæ simulacrum per alia tempora intactũ mãsisse: & quum a sacerdote motũ de loco efferretur, aspectũ ita pstringere consuesse: vt a nullo contra aspici posset: sed ab eo oculos cuncti auerterẽt: nec hominibus modo visum horrori esse: sed propinquas quoq; arbores quũ portabatur infœcundas reddere, & immaturos fœtus excuterer. hoc tum sacerdotem quum extra tulisset: & ad Ætolos conuertisset: sic consternasse omnes, vt ne mente quidem consisterent. Sed Aratus in commentariis suis huiusmodi nihil scribit: sed versis in fugã hostibus, se vna cũ iis irrumpentem vrbem palãtes egisse: septingentosq; ex illis eo prælio cecidisse, quod opus in maximis fama celebratum est. Eam pugnam Timantes artificiosissime pictura imitatus ante oculos posuit. Cęterũ multis gentibus ac potentatibus contra Achæum nomen hostiliter insurgentibus, Aratus cum ætolis statim amicitiam iniit: ac Pantaleone frętus, qui plurimũ inter ætolos authoritate valebat, duos populos nõ pace modo, sed etiam societate coniunxit. Sed quum studeret in libertatẽ Athenienses restituere: offensionem sibi & calumniam conflauit: & ab Achæis maleaudiuit: q; fœdere sibi cum Macedonibus, in quorum ditione Athenæ erant, inito: stantibusq; induciis: Piræum capere aggressus esset. At hoc ipse in commentariis inficiatus: quę scripra reliquit: Arginũ accusat: cuius opera ad Acrocorinthi expugnationem est vsus. Illum enim priuato consilio Pirçum inuasisse: & quum fractis

Lysiades.

Lysiades imperator creatur.

Æsopi fabula.

Agis.

Agis vicit: & funditur.

Epigethe.

Simulacri Dianç pelenęę maxima virtꝰ & potestas.

Timãtes pictor. Pantaleon

ſcalis fugiens premeretur ab hoſtibus, nominatim & continenter Aratum veluti prę ſeuerem com pellaſſe: atq; ira deceptis hoſtibus euaſiſſe. Haud tñ pbabilis excuſatio videtur eſſe: nam Arginum priuatũ hominẽ & Syrũ, nihil rõnis eſt ad tam arduũ facinus animum adiecisſe: niſi duce habuiſſet Aratũ: & ab eo data occaſione rei gerendæ etiã viribus adiutus eſſet. Quod idem etiam ita eſſe oſtendit: quippe quũ non ter, ſed ſæpius conatus ſit Piræum inditionẽ redigere: nec re male geſta deterritus eſt: ſed ſpe ad breue tps fracta, ſtatim redintegrauit audaciã. Semel etiã per Thriaſium fugiens crus fregit: multotieſq; inciſione curatus eſt. Vectus etiam lectica diu militiam egit. Mortuo Antigono, & filio Demetrio regnũ obtinente, magis etiam animo Athenis liberandis incubuit: deſpectis oĩno Macedonibus & pro nihilo habitis. Itaq; quum a Bithyo Demetrii duce ad Phylaciam prælio ſuperatus eſſet: ac vehemens rumor increbruiſſet: partim captum, partim mortuum Aratũ eſſe: Diogenes qui Piræum præſidio aſſeruabat, Corinthum epiſtolam ſcripſit: iubens vrbe Achęos extrudi: q; iam Aratus interiiſſet. Aderat tum forte Corinthi Aratus quum litteræ eo perlatæ ſunt: ſic illuſi atq; irriſi Diogenis tabellarii diſceſſerũt. Ipſe quoq; rex nauem ex Macedonia mi ſit: qua ad ſe vinctus Aratus duceretur. Athenienſes vero Macedonũ gratia ad oẽm leuitatem aſſentationis cõuerſi, accepto nuntio de Arati morte, coronas ſumpſerunt: ex quo iratus ille ſtatim copiis in eos eductis vſq; ad Academiam infeſto exercitu peruaſit: ſed ſuaſionibus adductus male ficio & iniuria temperauit. Athenienſes cognita eius virtute, ad ſanitatem reuerſi, quum extincto Demetrio ad ſpem recuperandæ libertatis incumberent, illũ aduocarunt: qui etſi altero tũ Achæis imperante diuturno morbo oppreſſus domi detineretur: lectica latus Athenienſium opportunitati occurrit: ac Diogeni præſidii pfecto perſuaſit: vt centum & quinquaginta acceptis talentis Pyrẽũ, Munychiam, Salaminem, Sunium, Athenienſibus traderet. Viginti præterea talentis ipſe ciuitatẽ leuauit. Deinde Ægmentani & Hermionei in Achæos ſtatim conceſſerũt: ad hæc magna Arcadię pars ſe illis adiunxit: ac Macedonibus per id temporis propinquo ac finitimo bello occupatis, ætoloq; ſocietate aucta Achęoq; res magnũ incrementum accepit. At Aratus memor veteris promiſſi: vicina tyrannide Argiuoq; anxius per internuntios Ariſtomacho perſuaſit, vt rẽpu. in medium poneret: & Achęoq; leges ac nomẽ acciperet: & Lyſiadæ imitatione maximæ gẽti cum laude & honore imperare mallet: q̃ vnius ciuitatis periculoſo atq; inuidioſo dominio ſcubare. Per motus autẽ Ariſtomachus Arati monitis & ſuaſionibus, quinquaginta talenta ad ſe mitti iuſſit: vt ſtipẽdia his quiſub eo meruiſſent diſſolueret: eoſq; dimitteret. Quę dum cogerentur pecuniæ, Lyſiades nõdum abſoluto imperio cupiẽs eius actionis ad ſe laudẽ tranſferre, apud Ariſtomachũ Aratũ accuſauit: hominẽ illũ tyrãnis infenſum ſemper atq; implacabilẽ eſſe: ſuadendoq; perfecit: vt re ſibi permiſſa, in Achæoq; ſocietatẽ veniret. Igitur hic Achęoq; principes qua beniuolentia: & fide in Aratũ eſſent maxime declararunt. Nam quum is ob iram contrariã ſententiam dixiſſet: Ariſtomachum reiecerunt: vbi vero placatus eius cauſam prę ſens agere cœpit, prompte ac celeriter in ſententiã eũtes Argiuos Phliaſioſq; rep. donarunt. Sequenti etiam anno Ariſtomachus imperator conſtitutus eſt: qui clarus apud Achæos & gratioſus ſtatuens in fines Lacõnicos incurſionem facere, Aratũ Athenis exciuit. Ille ad eum reſcribens ab ea militia deterrere conatus eſt: q; nolle cũ Cleomene audaci hoſte & ſubitis ſucceſſibus aucto, Achæos bello implicari. Quũ autem is pſtaret omnino in ſententia: nec ea dimoueri poſſet: paruit: atq; vna prę ſens militiam obiit. Cleomene ad Palantion ipſis cum exercitu imminente, quum prohiberet Ariſtomachũ prælio dimicare, a Lyſiade accuſatus cum illo ĩ certamẽ de imperio diſceptationẽq; venit: & ſuffragiis victor duo decimo imperator creatus eſt: inquo imperio ad Lyceũ pugna a Cleomene fuſus in fugã ſe dedit, errabũduſq; noctu vagat pro mortuo habitus: iſq; rurſus de illo rumor apud græcos inualuit. Seruatus vero collectiſq; in vnũ militibus non fuit eo cõtentus: q; ſibi abire incolumi licuiſſet: ſed optime occaſione vſus, quum id nemo timeret, nec futurũ ſuſpicaretur, repentino impetu Mantineos Cleomenis ſocios adortus eſt. Capta vrbe prę ſidioq; firmata, accolas ciues eorum conſtituit: & quæ victores nunc obtinere potuiſſent, ea Achęis victis ſuperatiſq; parauit. Lacedæmoniis rurſus Megalopolitanos bello laceſſentibus, deductis eo ſubſidiis, Cleomeni prouocãti obuiam ire neglexit: cogentibus etiam Megalopolitanis reſtitit. Quippe qui neq; alias inchoandi prælii natura cupidus foret: & tum militum numero inferior cum homine adoleſcenti & audaci ſibi iam ætate prouecto remiſſioribus animis ac minori ambitione certamen eſſet. Proinde ratus eſt: quã ille periclitando gloriam quæreret, partã iam ſibi cauendo & declinando conſeruãdam eſſe. Itaq; leuis armaturæ militibus effuſis procurentibus ſpartiataſq; vſq; ac caſtra impellentibus, & per tabernacula eorum vage diſperſis, haudquaq̃ Aratus properauit: ſed valle in medio interiecta cõſtitit: ac tranſitu ciues prohibuit. His Lyſiades permotus, atq; Aratum verbis increpans, equites hortatus eſt: vt ſecum vna inſequẽtibus ſe oſtenderent: nec exploratam hoſti victoriam pderẽt: nec ſeipſum pro patria dimicantem relinquerent. Conuerſis autem cum eo multis & fortibus viris: elatus animis dextrũ hoſtium cornu inuaſit. Quo in fugam dato perſequutioni ira & cupiditate honoris inſiſtens, in loca ſinuoſa & arboribus conſita delatus eſt. In his latæ foſſæ erãt:

Arati crux fractum.

Thriaſium Bithyus dimetrii dux.

Aratus vincit ad Phylaciam.

Athenæ libertatẽ adipiſcuntur.

Ægmẽtani Hermionei

Ariſtomachus ĩperator cõſtituitur.

Aratus vincitur.

Mantineos Aratꝰ ſuperat.

quas Cleomenes insidens hostē excepit. Hic Lysiades in patriæ cōspectu quū pulcherrimā pugnā depugnasset, cōcidit: reliqui in phalāgem fugiētes turbatis militibus totum exercitum ea clade cōplerunt. ex quo Aratus magnam sibi cōflauit inuidiā: ꝙ Lysiadis salutē negligere visus sit. Sic ab Acheis coactus per irā abeuntibus in ægęum cōsequutus est: vbi quū cōuenissent decreuerūt ne illi erogarentur pecuniæ: neu stipendiarii alerētur: sed ipsi potestas fieret, si veller, p se bellū gerēdi. Tanta cōtumelia affectus Aratus, statuit deleta macula quę sibi inusta erat, se imperio abdicare: & cōsilio vsus ad præsens oia ptulit: deinde ad Orchomenū deductis Achęorū copiis, ibi cum Megistono Cleomenis patruo pugnā cōseruit. Quo victo fugatoq; trecenti cæsi: Megistonus ipse captus in Arati potestatē venit. Quū cōsuesset is annū suum quum cōtingeret imperare: vbi ad cū ordine ventū est, vocatus repudiauit imperiū: ac Timoxenus pro eo delectus est. Causa vero repudiandi, quæ ira in multitudinē esse dicebat, partū sane ꝓbabilis visa est: vera enī causa res Achęorum non quietæ nec pacatæ vt antea fuerant: succrescente Cleomene: qui haud populariter magistratibus cōtinebatur: sed interfectis a se Ephoris, sub acta sibi regione, permultisq; accolarum ciuitate donatis, nulli obnoxiam potentiam cōsequutus, instare cōtinuo Achæis cœpit: vt sibi imperium mandaretur. Quare iure accusant Aratum: qui dum respubl. salo magno ac fluctibus iactaretur: veluti gubernator deponeret, atq; alteri remitteret gubernaculum: & desperatione rerū Achæorum, Cleomeni traderet: quo tpe pulcherrimum fuit eriam inuitis ciuibus cōmuni saluti subuenire: nec cōmittere: vt Peloponnesus iterum Macedonum custodiis acceptis, barbaricis iterum moribus inquinaretur: vt Acrocorinthus illyricis armis ac turbis completretur: neq; quo sæpe in bello imperator fudisset, ac vrbibus extrusisset, quibus etiam in commentariis suis maledicere, eorum dominio sociorum ciuitates subiiceret. Q d si Cleomenes erat (sic enī appelletur) iniquus & tyrānicus: at Herculidæ illi generis authores erant: Sparta patria: ex qua vel obscurissimū præstabat, q̄ Macedonū primum, imperii summæ pręponere: qui græciæ nobilitatis nullam rationem haberet. Ad hæc Cleomenes summū magistratum petebat: vt pro illo honore & appellatione maioribus bonis ciuitates afficeret. Antigonus autem terra mariq; imperator & dux renuntiatus, nō prius imperium obiit: q̄ sanctum esset fœdere Acrocorinthum mercedis loco sibi in dotionem cessurū: perite vt videtur Æsopi venatorē imitatus. nec ante vocātibus Achęis & legationibus ac decretis se submittentibus obsequutus est: q̄ præsidio & obsidibus veluti q̄busdam frenis comprehensos teneret. Et q̄uis omnis Arati deprecatio necessitatis defensione niteretur, tradit tñ Polybius ipsum, quū Cleomenis audaciā multo ante ꝓspexisset, anteq̄ necessitas vlla vrgeret, cū Antigono clam colloqum iniisse: Megalopolitanos etiā supplices descēdisse: orantes Achæos & obsecrātes, vt Antigonus euocaret. Hi enim assiduo bello premebantur: & Cleomeni maxime ad direptionem: & prædam expositi erant. Nec Phylarchus ab his in sua historia dissentire videtur: cui nisi Polybius testis accederet, nō magna admodū fides adhibenda foret. Nam quū in Cleomenis mētionem incidit: beniuolentia illius, quasi afflatus numine furēs & in sanus efficitur: & veluti in iudicio, sic historia ipsa alteri aduersatur, alterū subleuat. Amisertū igitur Achęi Mantineam: quæ rursus a Cleomene capta est: & ad Hecatombeū magno prælio superati ita cōciderunt aīs: vt cōtinuo Argos Cleomenem accersīret: & eū bello gerēdo imperatorem præficeret. Quod vbi Arato cognitum est: quū aduētare Cleomenē accepisset: & cū exercitu Lernā attigisse: metu perculsus legatos ad eum misit: orantes vt cū treecētis solum tanq̄ ad amicos socioſq; accederet: ac si diffideret, acciperet obsides. Hæc Cleomenes respondēs cōtumeliæ sibi ac dedecori fore, castra ex eo loco mouit: Achæis etiam epistolā scripsit: qua multa crimina & calumniæ in Aratum cōferebantur. Scripsit & ille quoq; cōtra Cleomenē epistolas: & vsq; ad nuptias & coniuges maledicta ac iurgia processerūt. Ex hoc Cleomenes per legatum Achæis bellum edicit: parumq; affuit: quin Sicyoniorum vrbē imprudentibus illis per ꝓditionem diriperet. Inde abducto exercitu, Pollenam inuasit: interemptoq; Achęorum duce, vrbe potitus est. Breui deinde tēpore interiecto, quū Pheneum Pēdeliumq; sub imperium redegisset: Argiui statim ad eum defecerūt: Phliasii præsidium acceperūt: & oīno Acheis & aduētitiis nihil erat: quod stabile aut firmū videret. Hic in magno tumultu a turbatione rerum Aratus iactabatur: quū intueretur Peloponesum tātis motibus agitari: ciuitatesq; vndiq; a seditiosis & turbulēris hominibus ad defectionem sollicitari. Nihil enim getum erat: nihil suo loco manebat. Scyoniorum & Corinthiorum quoq; plurimi iam cum Cleomene palam colloquebātur: quorum aīos cōmunio illa & societas iunctarū inter se ciuitatum priuati dominii desyderio iampridem offenderat. In his mutationibus Aratus permissa sibi summa & libera potestate & licētia, quos in Sicyonia corruptos offendit capite mulctauit: qui autē Corinthi erāt, per quirere ac pœna afficere conatus, multitudinē ægram & Achæo nomini vehemēter offensam in se cōcitauit. Quū igitur in Apollinis templum cōfugissent: Aratum accersitum miserunt: vt ante defectionem, aut interficerēt, aut in vincula cōiicerēt. Ille accessit quidem equum manu trahens: ac si nullum metum ac suspitionem prę se ferret: exilientibus aūt multis, cōuitiaq; in eum ac maledicta iactātibus, sedato vultu & firma oratione quiete cōsidere iussit: nec cōfuse exurgētes clamo,

Lysiades interficitur.

Pugna iter Megistonū & Aratū Megiston? capitur. Timoxen?.

Phylarch? historicus. Mātinea rursus a Cleomene capta. Lerna. Epl'ę Arati in Cleomenem. Pheneos. Pēdelium.

Templum Apollinis Corinthi.

rem attollere: & qui ad portas consisterent introire. Hæc simul dicens sensim pedem extulit: veluti equũ alteri daturus: ita eggressus occurrentes sibi Corinthios placide alloquens, iubebat ad Apollinis ædem cõuenire. Vbi vero clam ad arcem prope accessit: in equũ insiliens Cleopatro præfecto custodiæ acriter asseruare arcem iusso, in Sicyonẽ aduectus est: triginta equitibus cõsequutis: aliis relicto duce passim dissipatis. Corinthii, nõ multo post audita Arati fuga, vt prosequuti eum capere nequiverunt, accersito Cleomene, vrbem illi tradiderũt: quum is nullo satis magno se beneficio ab his affici posse arbitraretur: pro eo qđ offensum esset, Ararũ dimittentibus. His igitur adiunctis sibi his qui ad Actã quæ dr incolũt, ac ciuitates tradentibus, Acrocorinthũ vallo ac fossa circundedit. Ad Aratum vero non multi achęorũ in Sicyonem cõuenerunt: conuocataq; concione, imperator constitutus delectos ex ciuibus ad custodiã corporis circũ se habuit. Quũ tres iã & triginta annos in achęis remp. gessisset: & græcorũ oĩum potentia & gloria princeps fuisset: tunc inopia & solitudine oppressus & derelictus: veluti in patriæ naufragio in tantis procellis ac periculis ferebatur. Nam ætoli auxilium petenti missuros se esse negarunt: Athenienſium ciuitatem in Aratum studio & voluntate propensam, Euclides & mition ꝓhibuerunt. Quum ãt Aratus Corinthi & domũ & facultates haberet: Cleomenes nec attigit eorum quicq̃: nec alterum permisit attĩgere: cõuocatis præterea eius amicis & curatoribus, iussit oĩa curare atq; asseruare: vt rationẽ arati redderet. priuatim ad eũ Triphilo & Megistono patruo rursus missis, tum alia et pmulta, tum duo decim talenta annuum stipendium pollicitus est. Neoptolemi odio numerum excedens (ab eo enim sex talenta Arato quotãnis mittebantur) demandari sibi ab achęis imperium orabat: & Acrocorinthum cõmunicum his præsidio custoditi. Respondente Arato non penes se, sed potius penes eos summam imperii esse: ratus id dissimulate responsum, infesto exercitu in Sicyoniorũ fines inuadens incursionibus agrum deuastauit: positisq; ad vrbem castris tres menses in obsidione fuit cunctante Arato ac deliberante num Acrocorintho tradito antigonum accepturus esset. nã aliter negabat opem se esse laturũ. Conuocato igitur in ægęum concilio, Achæi Aratum eo cõuenire iusserunt: verum quũ ex vrbe Cleomene obsidente sine periculo exire non posset: ciues eum precibus detinebant: orantes vt saluti suæ vitæq; consuleret: neu corpus iminenti hosti obiiceret. Ad hæc fœminæ ac pueri tanq̃ cõmunem oĩum parentem & conseruatorem suum lachrymis circunstabant: quo stamen ille quum confirmasset, consolatusq; esset, aduectus equo decẽ amicis & cũ his adulto iam filio comitantibus descẽdit ad mare. Nauẽ quæ eo appulsa erat consecndentes in ægæum ad concionem profecti sunt: in qua cõmuni sententia decretũ est, vocare Antigonũ & Acrocorinthũ in eius ditionem permittere. Aratus filium suũ vna cum aliis pluribus ad eũ pro obsidibus misit: quibus cõmoti grauius Corinthii, diripuerunt eius bona: & domum Cleomeni dono dederunt. Aduentante vero Antigono cum exercitu (Erant autẽ .xx. Macedonum peditum milia: equitũ mille & trecenti) Aratus cum principibus ciuitatum peroram maritimã clam hostibus, illi in Pegas obuiam prodiit: quum Antigonũ suspectũ haberet: nec se libenter Macedonibus crederet. Et enim sciebat se ex illorum cladibus opes sibi & gloriam peperisse: materiemq; constituendæ reip. odium in superiorem habuisse. Sed quum perspiceret necessitatem impẽdere: nec declinari, nec resisti vllo modo posse: deinde occasionẽ sibi oblatam esse: cui seruiunt omnes: etiam qui imperare videntur: ad tam indignum facinus perpetrandum accessit. Antigonus aũt vbi accepit obuiũ sibi Aratum esse, alios quidem communi benignitate salutauit: illũ vero & in primo congressu honorificentissime excepit: & cætera munificentia virum bonum & singulari prudentia prædituꝝ maiori necessitudine sibi deuincire conatus est. Erat enim Aratus eiusmodi: vt regẽ nõ modo maximis in rebus administrandis adiuuare: sed etiam in otio oblectare posset. Quare Antigonus etsi adolescens foret: vt virilngeniũ perspectum habuit: cui nihil deerat: quod minus dignum regis amicitia videretur: eo nõ vt achęis modo, sed etiam ante Macedones ad omnia vtebatur: cũctaq; de illius snia & authoritate gerebat. & ea ita euenerunt quæ in sacrificiis diuinitus numen portẽderat. Dicit enim non multo ante Arato sacra facienti, in iecore duos felles extitisse eadem pinguedine obuolutos: vatem quoq; consultum dixisse: quæ capitalissimo odio dissiderent, ea perbreui interse firmissima amicitia coitura. Quod responsum ad præsens neglexit: ne sacris aliter, nec vaticinio fidẽ habuit: obseruabat id tñ: nam in posterum prospere succedente bello, quũ Antigonus Corinti cõiuium instruxisset, complurib⁹ eo inuitatis, Aratum honoris gratia supra se locauit. Paulo post amicũ flagitans rogauit illum num sibi frigus videretur: respondente illo & quidẽ se valde algere: iussit prius accedere: tapeteq; allato serui ambos simul circundederunt. Tunc Aratus in sacrorum illorũ memoriam rediens ridere secum ipse: ac portentum & oraculum regi enarrare. Verũ hæc posteriobus temporibus sunt acta: in Pegis vero tum iureiurando dato acceptoq;, continuo in hostẽ inuaserunt & ad vrbem summa vi vtrinq; dimicatum est: optime munitis Cleomenis castris, & Corinthiis strenue hostem arcentibus. Hic Aristoteles argiuus Arati amicus ad eum clam mittitur: quire bellione facta, illum in ciuitatem acciperet: si cum militibus eo accederet. Ille re cum Antigono cõmunicata, cum mille & quingentis ex Isthmo in Epidaurum celeriter nauigio delatus. Argi-

Cleopatr⁹

Corinthii dedunt se Cleomeni.

Euclides. Mition.

Cleomenis continẽtia & liberalitas.

Arati filius obsestradit Antigono.

Exercitus Antigoni hñs peditũ. xx.m. eqtes .M. trecentos.

Pegę.

Duo felles vno in iecore reperti.

Corinthus ab arato & antigono oppugnat. Aristoteles argiuus.

ui insurgentes facto impetu in Cleomenis milites, comprehendunt: atq; in arcem inducunt. Qui bus nuntiatis, Cleomenes veritus ne captis argis ab hostibus, reditu domum intercluderet: Acro corintho relicto cum subsidio noctu Argos occurrit: quo prę ueniens conflixit: & secundo prælio vsus est. necita multo post arato se inferente, & rege cũ copiis subsequẽte, in mantineam discessit. Ex eo ciuitates omnes in Achæorum fidem & amicitiam redierunt. Acrocorinthus Antigono tra dita est. Aratus imperator factus ab argiuis, persuasit eis: vt tyrãnos bona & proditorũ Antigo no elargirentur. Quo facto Aristomachum in Cenchreis magnis cruciatibus vexatum mari mer gendum dederunt. Cuius supplicii fœditas in Aratum non sine offensione conjecta est: q; virtũ nõ improbum, & qui eo familiariter vsus esset suaq; authoritate adductus dominatum deposuisset: & ciuitatem suam Achæis iunxisset: ita crudeliter ac nefarie necari permitteret. Nec huius tm̃ rei, sed aliarũ etiam in eum culpa redundauit: veluti q; Corinthiorũ ciuitate vt humili aliquo vico Anti gonum donassent: idem etiam direpto Orchomeno, præsidiũ Macedonum intulisset. Decretũ etiã fecerunt: nemini alteri ex regibus scribere iniussu Antigoni nec legationẽ mittere. Macedones ale re stipendiis impensisq; coacti sunt: ad sacrificia pompas & ludos admittere. Nã incipientibus Ara ti ciuibus, & antigonũ in vrbẽ accipiẽtibus, ab Arato per hospitium liberaliter inuitatum, oia illa accepta referebant: nescii q; habenis illi semel traditis regie impetu cupiditatis actus nullum præ terea integrũ ius præterq̃ vocis haberet: quæ periculosa licentia vteretur. Apparebat enim inuito Arato plurima administrari: ac fieri. veluti illud quod de statuis actũ est. Antigonus enim Argiuo rum tyrannorum statuas deiectas erexit: eoq; autem qui Acrocorinthum cepissent: stãtes & erectas præter vnam Arati, demolitus est: quæ ne fierent: precibus instans Aratus nihil profecit. Videtur etiam quæ in Mantineos acta sunt nequaq̃ ex Græco more ab Achæis administrata esse. Quibus duce Antigono deuictis, clarissimos viros & prícipes ciuitatis necarũt. Reliquos ptí vẽnũ dederũt: partim vinctos compedibus in Macedoniam miserũt. Liberos eorum & coniuges mancipiorũ nu mero habuerunt. Argento aũt Mantineorũ collecto tertiã ipsi acceperunt portionẽ: reliquis dua bus ad Macedones delatis. Hæc quidem vltionis iure peracta sunt. Etenim indignum ac nefarium fuit: homines regionis & linguæ necessitudine inter se coniunctos, sic ad iram tractari: verũ in ne cessitatibus iocundũ, non asperum fuit: vt Simonides inquit. Quæ vero consequuta sunt nec lau di nec necessitati Arato danda sunt. Nã vrbe Argiuis ab Antigono cõcessa, quũ hi ab integro reſi cere decreuissent: ipse imperator quũ esset eius instructiõi operis præpositus, ex decreto ne deiceps Mantinea ciuitas, sed Antigonia vocaretur, edixit: hodieq; ita vocatur: ac videtur ob illum ama bilis Mantinea funditus interiisse: manet autem ciuitas eoꝝ nomine: a quibus necati ciues deleti q; sunt. Deide Cleomenes ad Sellasiã magna accepta clade reliqt Spartã: & in Ægyptũ mari pfe ctus est. Antigonus vbi in Aratũ oi benignitate atq; humanitate est vsus: in Macedoniam rediens Philippũ, ad quẽ regni successio spectabat, nondũ admodũ adulta ætate in Peloponnesum misit: atq; Arato vt se daret iussit: per eũ ciuitates adire: per eũ Achæis familiarẽ fieri. Quẽ aratus qdẽ ac cipiens sic affecit amauitq; vt & in se summa beniuolentia affectũ in Macedoniã & ad Græcas res incitatũ incẽsumq; dimitteret. Antigono aũt vita defuncto Ætoli inertia & desidia Achæorũ de specta (Assueti enĩ alioꝝ defendi manibus, & in Macedonũ armis oi spe salutis collocata, adquie tem se totos remissionemq; conuerterant) Peloponnensibus bellum inferre parant: ac Patricis & Cumæis extra id quo intenderant expulsis, impetuq; facto, Messeniã diripiũt. Quibus rebus ange batur Aratus: quũ intueretur Timosenũ Achæorum ducem ob ignauiam tempus terrere: iã pro pe absoluto imperii tempore: ipse succesſor ei constitutus, quinq; ante præfinitum tempus diebus magistratum obiit: & vt Messeniis auxiliũ ferret, Achæorum copias coegit: qui quũ languidis at q; inexercitatis corporibus, animis vero otio resolutis ad bellũ incũberent: ad Caphyias fusi fuga tiq; sunt. Quo bello visus sibi Aratus cupidius imperio vsus, ita rursus animo concidit: ita relictis gubernaculis imperii spes omnes abiecit: vt quum sibi opprimendi hostis oblata occasio esset: p̃ lio abstinuerit: & in Peloponneso per lasciuiam ac petulantiam Ætolum insultantem neglexerit. Rursus igitur supplices in Macedoniam tendentes manus Philippum in Græciam reuocarunt: spe maxime eius in Aratum obseruantiæ ac fidei adducti, fore vt eo clementi & mansueto ad om nia vterentur. Verum sub id tempus Apelle & Megalæo quibusdãq; aliis Aratũ regi deferẽtibus, ille fide addita calumnie, contrariam factionẽ excitauit: comitiisq; habitis Eparato ad imperiũ ob tinendũ suffragatus est. Qui quũ Achæis contemptui esset: & Aratus rem negligeret: nulla præcla ra re gesta Philippus a paternis moribus degener, rursus reconciliatis animis totum se Arato tra didit. Rebus vero prospere & ad opes & ad gloriam succedentibus, eum omni comitate cõplexus est: veluti per eum nomine & imperio auctus. Quare visus est Aratus non popularis modo prin cipatus: verum etiam regni optimus præceptor esse. Illius enim mores & instituta vitæ regis rebus gestis instar coloris decori maximo ac dignitati erant. Et adolescentes in Lacedæmonios afflictos & perditos moderatio & humanitas in Cretenses, qua totã paucis diebus insulã ad imperiũ suum adiũxit, & aduersus Ætolos militia mirifice laboriosa: Philippo qdẽ docilis & obsequentis ingenii:

Acrocorin thus Anti gono tradi tur.

Aristoma chus imer gẽdus mari traditur.

Mantinea vrbs ex de creto Anti gonia voca ta.

Messenia di ripitur. Timosen?.

Caphyiæ.

Apelles. Megalæus. Eparatus.

Arato prudentiæ ac ſapientiæ gloriam attulit. Quibus magis regis amici inuidia concitati, vbi nihil obſcuris calumniis profecerunt, cõuitiis palam aggreſſi per potus Aratum obſcœnis ac petulantibus verbis laceſſunt. Semel quoq; poſt cœnam in tabernaculum abeuntem lapidibus perſequuti ſunt. His iratus Philippus, viginti eos talentis mulctauit: & poſteriori tempore q̃ res labefactare turbareq; viderentur, interfici iuſſit. Proſpere igitur & ad voluntatem fluente fortuna, ſucceſſibus inſolenter elatus in multas ac magnas cupiditates erupit: ingenita enim vitia illi pruptis atq; exutis paulatim inuolucris, quibus repugnante natura latuerant, enudata ſunt: & eius ſimulatũ diu ingenium ſe prodidit. Primũ enim iuniorem Aratum cõtumelia affecit: coniugi ſtupro illato quæ res multum temporis occulta fuit: quum in eorum domum diuerteret hoſpitaliter ab his exceptus. Deinde in græcorum reſp. aſperius concitatus eſt: nec erat obſcurum illum iam ad Arati cladem & exitum ſpectare. Suſpitionis aũt eius Meſſenicæ res initium attulerunt. Seditione enim laborãtibus illis, ſeruis q̃ tp̃s poſtulabat, Aratus eis ſubſidio venit: Philippus vna die puertit: vrbemq; ingreſſus quendã rurſus ſtimulum illius adiecit: priuatim magiſtrus Meſſenios percõtatus, nunquid leges haberent: quibus cohiberent vulgus. Priuatim etiam primores ciuitatum rogauit num manus ſibi eſſent, q̃bus tyrãnos opprimerent. Ex hoc addita vtriſq; audacia, magiſtratus quidem populares & turbulentos homines ad ſupplicium poſtulabãt: illi cum multitudine cõcita in uadentes magiſtratus interfecerunt: ex cæteris paulominus ducẽtis peremptis. Philippus tam fœde opere perpetrato, magis etiam Meſſenios in ſe inuicem inſtigabat. Interueniens Aratus nec ipſe animi ægritudinem diſſimulare potuit: nec filium obiurgantem aſpere & vehementer Philippum prohibuit. Oſtendit tum adoleſcens ſe Philippi amore teneri: quum ea obiurgatione diceret: iis rebus ita geſtis ad eius ſibi aſpectum non iam formoſum, ſed formoſiſſimum oĩum ſuccenſuſira, vt ſæpius eo conuitiante, dentibus infrendiſſet. At ſeniorem veluti nihil iis verbis cõmotus vt homo ciuilis ac natura moderatus apprehenſa dextera ex theatro egreſſus ad Ithomantam perduxit immolaturus Ioui ac locũ cogniturus. Eſt enim is nõ minuſq; Achrocorintus, munitus & clauſus: ac ſi præſidium collocatum in eo ſit, graue & infenſum propugnaculum accolis futurus Vbi vero conſcendit: & ſacrificio inſtituto, vates ad eum exta detulit: ambabus manibus ſuſcipiens Arato ac Phario Demetrio ſeparatim demiſſa oſtendit: ac percõtatus eſt quid in ſacris perſpiceret: retinendam ne ſibi arcem eſſe an Meſſeniis reddendam. Hic arridens Demetrius ſi aium (inquit) vatis geris, locum dimittens: ſin regis vtroq; cornu bouẽ, detinebis: Peloponeſum per ænigma ſignificare volens: quaſi ſi Ithomanta & Acrocorinthum cuſtodiat, facilẽ atq; obſequentem futuram. At Aratus diu ſilentium tenuit: orante aũt Philippo, vt ſententiã ſuam pferret: Permulti dixit ac magni Philippe Cretenſium montes permulti Bœotiorum ac Phocẽſium tumuli exterra efferuntur. Item plurimi Acharnæorũ partim mediterranei, partim in horis maritimis ſiti: q̃ natura munitiſſimi ſunt: & tñ quum horũ nullum ceperis, oẽs tamen ſp̃te imperata faciunt. Latrones enim rupes ac ſaxa incolunt: & p̃cipitiis ſe tutantur. Regi aũt nihil fide & beniuolẽtia firmius nec munitius eſſe poteſt. hęc tibi Creticum pelagus: hæc Peloponeſum aperuit. Ab his orſus initiis quũ ſis, hoc ætatis hi te ſibi imperatorẽ præfecerunt: illi in ditionem tuã venerunt. Loquẽte adhuc Arato, Philippus exta reddidit vati: ac manu illum trahẽs velut ab eo ſibi illata vi, ac ciuitate erepta, & huc inquit eandem p̃ficiſcamur viam. Poſt id tp̃s Aratus declinans aulam, & ſe a Philippi ſenſim cõſuetudine ſubtrahens, in Epiro rogatus ab eo vt ſecum vna militaret, recuſauit: veritus ne ſibi ex illius factis ignominia & dedecus cõflaretur. Quũ vero a Romanis victus turpiter amiſſa claſſe in Peloponeſum ſe recipiſſet: agreſſus eſt iterum Meſſenios dolis capere: quod vbi minus ſucceſſit, ad apertam iniuriam verſus eorum agrum populationibus vaſtauit. Tum Aratus ſe penitus ab illius amicitia & familiaritate ſeiunxit: & in eum inimicum aium cepit: ad hæc cõſcius eorum quæ in nurum ab eo perpetrata eſſent, exctuciabatur vehementer: ſed filium rem cælabat: & ſibi illum cõtumelia affectum aſpicere tm̃ dabatur: vlciſcendi vero ac perſequẽdi iniurias facultas non erat. Maxime vero Philippus a prioribus moribus immutatus videbatur, quippe qui ex miti & manſueto rege ac modeſto adoleſcẽte in petulantem hoſtem & inſolentẽ tyrannum euaſerat. Verum hæc haud quidem naturę mutatio erat: ſed in licentia improbitatis enudatio quæ ob metum incognita diutius & obſcura manſerat. Fuiſſe autem eius cum Arato conſuetudinem ab initio verecundiæ ac timori admiſtam, ex iis quæ in illum poſtea geſſit, perſpicue declarauit: nam quum eum delere cuperet: quo viuo non modo ſe tyrannum aut regem, ſed ne liberum quidem hominem ducebat eſſe: vi palam nihil tentare auſus eſt: ſed Taurionem vnũ ex ducibus & amicis ſubornauit: qui ex occulto ſeabſente ac longe remoto, veneficio rem conficeret. Is Arato factus familiaris, ei venenũ cõparat: non acutum & vehemens: ſed cius generis q̃d initio remiſſos calores & tenuem ventum in ventre excitat deinde ſenſim tabe corpus inficit. Non tamen Aratum ea res latuit: ſed vbi nullum deprehenſæ & manifeſtę cladi remediũ eſt inuentũ: vt cõmunem aliquẽ & quotidianũ morbũ leniter ac ſilentio ptulit: nec pter vnũ ex familiaribus q̃ſq; reſciuit; quo in cubiculo p̃ſente atq; admirante: O Cephaleon inquit, hæc ſunt p̃mia regiæ amicitiæ.

Philippi crudelitas.

Ithomãta, locus.

Regi nihil firmius beniuolentia.

Philipp⁹ parat Arato dolos.

Taurio.

Arato mors.

Sic vita defuncto in Ægæo, vbi decimũ & septimum imperatorem gesserat, instabant Achæi vt ibi ad sepulturam daretur: & cõuenientia eius vitæ monumẽta fierẽt. Sycionii magna seignominia affici existimabãt: si alibi q̃ in patria eius viri corpus humaretur. Itaq; ab Achaeis vt sibi id permitterent impetrarunt. Sed quum veteri lege neminem intra mœnia humari liceret: & legis superstitio accessisset: miserunt in Delphos de his Pythiam scisciratum: a quo oraculũ huiusmodi acceperunt: Consultas Sicyon Arato gratissima tellus: Vt pia defuncti celebrẽtur funera regis. Sit quodcũq; viro durum infensumq; ferretur, Id scelus infandum cœlo terraq; mariq;. Renuntiato igitur responso, & Achæi cuncti lætati sunt: & Sicyonii in primis luctu in celebritatem mutato, continuoq; ex Ægeo cadauer veste alba coronisq; exornantes, cũ pæana & choris in vrbem intulerunt: sepulcro deinde optarunt locum veluti cõditoris totius vrbis celeberrimũ & clarissimum: seruatoremq; suum magnificentissimo funere pſequuti sunt. Loco quo situs est vsq; ad nostram memoriam Arato nomen mansit. Immolant illi nonis iuniis: quo die tyrannicum de ciuitate sustulit dominatum. Faciunt & alia sacra: eaq; salutaria nuncupãt: eius diei monumẽtum: quo Aratus in lucem editus memoratur. Priori sacro in honorem Iouis Soteris Thyopolus pfuit: secũdo Arati filius, torque non albo oino, sed dimidia parte purpureo ornatus. & a Dionysii ministris cat mina quędam ad citharam canebantur. Gymnasiorum princeps subsequentibus pueris & adolescentibus vna pompam agebat. Post eos senatus coronatus sequebatur. reliquorũ ciuium turba pro arbitrio aderat. Quarum rerum hodie quoq; vestigia q̃dam expiati seruant: honorum vero & vetustate & mutatione rerum plurimi interierunt. Aratus igitur senior ita vixisse atq; huiusmodi prędituſ ingenio fuisse traditur. Filium autem eius Philippus homo flagitiosus & perditus, ad hæc natura crudelis & cõtumelios⁹, medicamentis nõ quidem letalibus sed iis quæ menti offiCiunt, in insaniam versum, cladem eius & perniciem appetens, ad horrenda ac nefanda facinora impulit: vt mors illi etsi iuueni ac florenti malorum remedium & salutem afferre videretur. Attamen Philippus huius impietatis hospitali Ioui pœnas persoluit. Victus enim in bello a Romanis sub eorum ditionem venire coactus est: & tum alio imperio spoliatus: tum omnibus præter gq̃amissis nauibus, mille insuper talenta conuenit stipendium pendere. Ad hæc obsidem dedit: & vix ei miseticordia hostium Macedonia cum suis stipendariis permissa est. Quum in necãdis optimis quotidie & cõiunctissimis viris occuparus esset: horrore atq; odio sui regnum vniuersum cõpleuit. Vnum tantum modo in tantis calamitatibus leuamen Demetrium nactus eximia virtute filium, eum ob honorẽ sibi a Romanis habitum inuidia & suspitione vita priuauit. Perses vero alium filium non legitimum sed suppositum fuisse ferunt: ex Gnathenio Medica quadam mulierę genitum. Hic est de quo Æmylius Paulus triũphauit. Itaq; Antigonici regni sublatis hæredibus, eius oẽ genus interiit Arati autẽ genus Sicyone & Pellenę vsq; ad nostram peruenit ætatem.

Aratus locus sic appellatus: Sacra salutaria. Thyopol⁹ Honores exhibiti Arato mortuo. Arati filius.

Demetrius Perses. Gnathenium mulier.

GALBÆ VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER FRANCISCVM PHILELPHVM VERSA.

Militem stipẽdiariũ diuitiarũ studiosum esse oportere.

Phi-
chrates Athenienſis Idcirco existimabat stipendiarium militẽ & diuitiarę & voluptatũ studioſum esse oportere: q̃ dum harũ gratia largius cupit acquirere: versutius sepericulis audẽtiusq; obiiciat. Sunt autem permulti: qui militis officiũ esse putent: vt veluti inualidũ corpus, suo nũq̃, sed imperatoris arbitrio moueatur. Itaq; Paulum Æmylium ferunt: exercitui quem loquacitati solũ & elegãtiæ studẽrem in Macedonia accepisset, iussisse: vt manũ quisq; alacrem & gladiũ acutũ faceret. Nã alia sibi curæ fore. At Plato qui videbat, nullũ esse neq; boni principis, neq; boni ducis opus: vbi

exercitus minus se tẽperantem obedientemq; præstaret: putabat q; obediendi virtutem æque atq; imperandi naturæ esse generosæ educationisq; philosophicæ: maxime quæ iram & vehemẽtiam mansuetudine humanitateq; nõ in cõcinne temperarer. Tum alias habet affectiones permultas rum ea quæ Romanis post Neronis obitum accidere testimonia & exempla: nihil esse in imperio formidabilius potestate militari: quæ inductis vtitur absurdisq; cõsiliis. Itaq; Demades Alexandro mortuo, similẽ esse dicebat Macedonum exercitũ excæcato Cyclopi: quippe qui illum intuerentur multis moueri motibus per turbatis & prauis. At Romanorum imperium iisdẽ affici malis & agitationibus inuenisset: quibus Titanas ferunt. Nam in multas illud partes discerpi: simul & a multis item partibus in sese cõcidere: non tam ex eorũ dominandi cupiditate, qui imperatores appellarentur: q̃ a diuitiarum studio & luxuria militum: qui imperatores inuicẽ veluti clauos excuderent. Atqui Dionysius Pheræum, quũ mẽses decem regnasset in Thessalia, deinde foret mox interemptus, tragicum tyrãnum appellabat: in celerẽ scilicet mutabilitatem cauillatus: at Cæsarum focus palatium ipsum breuiore tpe quatuor imperatores susceperit: quum alium inducerent tanq; per scænam: alium educerent. Sed ea erat cõsolatio vna miseris: q; nõ præcarentur aliã aduersionem in authores: sed eos a seipsis intuerẽtur occidi: Et illum certe primũ & oium iustissime: qui dolose egit: docuitq; tm̃ esse sperãdum in Cæsaris mutatione: q̃tum ipse pmisit: opus pulcherrimum eam defectionem & pditionẽ insimulãs: quæ facta est a Nerone. Nymphidius enim Sabinus qui (vt dictum est) cum Tigillino aulæ præerat, vbi Neronem cepit oino desperatio, nec erat dubium eum fuga in ægyptũ cõcessurũ, exercitui persuasit tanq; absente iam Nerone atq; fugæ dedito: vt imperatorem Galbam salutarẽt: & largitionẽ viritim est pollicitus Aulicis & militibus, q̃ ita salutassent: nũmos septies mille quingentos, his vero qui extra militarent, mille ducẽtos quin quagintas: q̃tum colligere nõ poterat: vbi multo plura oibus hoibus p̃bere mala is nollet: q̃ Nero cõsuesset. Hoc eni respõdit cõtinuo Neronem: & paulo post Galbã. Nam alterũ, vt accepturi pro diderunt, alterum nõ accipiẽtes occiderũt. Deinde illũ quærẽtes, qui tm̃ daturus esset, in defectionibus & pditionibus offenderunt: eũq; qm̃ quæ sperauerant assequuti non sunt, cõsumpsere. Sigil latim igitur quæ gesta sunt diligẽter exponere negotiosæ historiæ interest. Sed quçcũq; digna oratione Cæsarum secundis aduersisq; rebus acciderũt, nec a me quoq; prætereunda sunt. Galba Sulpitius q; priuatus oium ditissimus trãsiuit in Cęsaę filiam oẽs cõsentiunt. Is qm̃ haberet magnę nobilitatis amplitudine Seruioq; domum, erat aio admodum elato: ꝑpter Catuli cognationem: qui cæteros suæ tẽpestatis hoies virtute & gloria anteibat: q̃ q̃ vltro se pius aliis posse nõ patiebatur. Erat etiam Liuiæ vxori Cæsaris Galbã genere, cõiunctus. Itaq; opera Liuiæ ex palatio ꝑcessit ad cõsularũ. Ad hæc fertur exercitui in Germania cũ laude præfuisse: Libyæq; procõsul inter paucos laudatus. At vilitas victus & sumptuũ parsimonia ac frugalitas fuit in causa: vt potitus imperio auatior haberetur. Id qdem vanam quãdam opinionẽ modestiæ tẽperantiæq; ferebat. Missus est aũt a Nerone Iberiæ princeps: quũ is nondum edoctus esset metuere magnos ciues in dignitate positos: Galbæ vero, qui videretur natura mitis, senectus ipsa fidem addebat religionis. Sed vbi erratorum curator ꝓincias illis crudelius imaniusq; vexãtibus, aliud auxilii nihil afferre poterat: at vnum id q; aperte cõdoleret, & simul quodãmodo afficeretur iniuria, respirationem quandam & cõsolationem damnatis vænũdatisq; præbebat: & poemata qdem quæ fierẽt in Neronẽ: & multis in locis circũferrentur canerẽturq;, minime impediebat: neq; simul cũ curatoribus angebat iis in rebus. quarum gratia etiã plus diligebatur ab hoibus. Erat enĩ annũ iam octauũ illi familiaris qui tenebat imperium: quo tpe Iunius Vindex Galliæ prætor insurrexit in Neronem. Quare dicitur ante defectionem venisse ad eum literas a Vindice: quibus neq; credidisse: neq; diuulgasse: neq; detulisse: vt reliqui prętoriani epistolas ad se missas dederunt ad Neronem: & q̃tum in ipsis fuit: perdiderunt id negotii: cuius ad postremum participes facti, nihilo minus conuenerunt sui ipsorum esse, q̃ illius proditores. Sed Vindex vbi post declaratum palam a se bellum, scripsit ad Galbam: eum hortans ad accipiendum imperium: ac seipsum corpori valido caput quærenti Gallis præberet: qui milia viroꝝ armatorum centũ haberẽt: & alia plura armare possent: cõsultationem ꝓposuit amicis. Quorum alii putabant Galbę expectãdum esse: obseruãti quem motũ atq; impetũ ad res nouas Roma foret habitura: Titus aũt Ouinius dux militaris legionis ait. O Galba quonam pacto cõsultatis! Quærere enim si Neroni fideles maneamus, hoc est manẽtium. Vt igitur inimico Nerone aut nũc prodẽda nõ est amicitia Vindicis: aut is est cõtinuo accusandus: bellocq; appetẽdus: q; te mauult Romanorum principẽ q̃ Neronẽ tyrannũ. Hinc prescripto diem Galba declarauit: quo libertatẽ indigẽtibus particulariter redderet: cuius rei sermo atq; fama vbi emersit: collegit hoium multitudinẽ non impigram ad tumultum. Nõdum igitur palam tribunal attigerat. quum est ab hominibus Galba concorditer imperator salutatus. Is vero haud continuo eam appellationem admisit: sed vbi Neronẽ accusasset: & illos quos Nero peremerat, viros clarissimos defleuisset: & pollicitus est se patriæ suã prouidentiam dediturũ: neq; Cæsar, neq; imperator, sed dux senatus populiq; Romani nominatus. Q̃d autẽ recte Vindex & consulto Galbam

Nymphidius Sabinus Tigillinus.

Galba Sulpitius. Catulus. Liuia. Galba libyę pcõsul Iberię princeps Galba

Iunius Vindex.

Titus Ouinius.

Galba imperator salutatus.

ad imperium reuocauit, testi Neroni fidem fecit. Is enim simulans illum contemnere: ac nihil du
cere res Gallorum: simulatq; de Galba audiuit (erat autem lorus ac prandebat) euertit mẽsam.
Quinetiam quũ senatus Galbam hostem iudicasset: velletq; Nero iocari efferriq; ad amicos, nõ
malam inqt sibi egẽri pecuniis cogitationis prædictionem incidisse. & res qdem Gallo; quũ in
seruitutem venerint, prædæ admodũ fore: quæ autẽ Galbæ substãtia aderat, qm̃ hostis iam decla
ratus esset, ea vti, eam vẽndere oportere. Et hic qdem iubebat bona Galbæ vt vẽnirẽt. Quę quũ
Clodius Maurus. Virginius Rufus. Galba audisset: ea oĩa vẽdẽs quæ Nero habebat in Iberia, multos inueniebat alacriores. Quũ
vero plures a Nerone deficerent: ac se Galbæ oẽs officiose aſcisceret: ſolus Clodius Maurus in
Libya, & Virginius Rufus qui in Gallia Germanicum ducebat exercitum, ipſi per ſeſe agebant:
neidem quidem habẽtes institutum. At Clodius quoniã rebus rapiendis ſtuduerat: ac virorum
cædibus: haud obſcurum erat: hunc propter crudelitatem & auiditatem errabundum neq; imperi
um posse continere, neq; dimittere. Virginius aũt qui legionibus potẽtiſſimis prę erat, a quibus
esset per sæpe imperator appellatus; coactusq;, neq; se dicebat accepturum imperiũ: neq; viſurum:
vt alii daretur: qui minus a senatu electus foret. Hęc nõ parum Galbã principio turbabãt: ſed vbi
Virginii Vindiciſq; exercitus, qui vi quodãmodo ipſos duces veluti aurigas qui frenis domina
ri non possunt, magnam in pugnã extulerãt, simul conflixerunt: ac Vindice ſeipſum interimẽte
Vindex ſibi mortẽ cõſciſcit. inter viginti milia Gallorum qui ceciderãt, exiuit rumor: perinde atq; oẽs vellent ob eiuſmodi vi
ctoriam, vt Virginius imperium admitteret: aut rurſus ad Neronem cõuerterentur. Tunc demũ
Galba oino metuẽs Virginio ſcripſit: eũ rogãs vt cõmuniter ageret: & p tuendo ſimul Romanis
imperio & pro libertate. Ac rurſus cum amicis Coluniam Iberiæ vrbem ſecedẽs magis terebat tẽ
pus circa pœnitẽtiam rerum factarum & deſyderium otii cõſueti ac familiaris, q̃ circa vllam rerũ
Colunia vrbs. neceſſariarum actionem. Iam æstas erat: quũ pauloante crepuſculum venit Romam Icellus vir
libertus die ſeptimo: qui audiẽs Galbam geſcere ſolũ: cõfeſtim ad eius cubiculum pergit: qđ repu
gnantibus cubicularĩs vipatefactũ ingreſſus nũtiauit: vt etiam viuo adhuc Nerone licet in aper
to nõ esset, exercitus primũ, deinde populus & senatus imperatorẽ Galbam appellarit. Paulo aũt
post nuntiatũ esse illum obiiſſe mortẽ: & nullo modo qdem credidiſſe ait iis nuntiis: ſed ad cada
uer vbi esset, ingreſſus, intuitusq; iacẽtem Neronẽ, ita egreſſum esse. Hi nuntii, gloria Galbam ex
tulerunt: ad cuius fores hoĩum multitudo, qbus firmã fidutiam ipſe iniecerat, cõſluebat: etſi cele
rit as adimebat fidem. Sed biduo quoq; Tirus cum alii multis ab exercitu venit: quæ ſenatus cen
ſuisset ſigillatim exponens. Hic igitur in ordinẽ honeſtum pfectus est: Liberto vero tum anulos
Martianus Vitellus q pri⁹ Icellus. aureos dedit: & Martianus Vitellus iam vocatus habuit primam in libertis poteſtatẽ. At Romæ
Galba, annos tris. lxx natus. Nimphidius Sabinus nõ ſenſim atq; paulatim, ſed ſummatim ſimul oĩa per rerum turbationem
ſibi vindicabat: inquiens Galbã ſenem esse: ac vix satis Romam eqtatura ꝓpter ſeniũ vehi posse.
Erat enim annos tris & lxx. natus Qui vero ibi erat exercitus: quũ: diu antea beniuolo aĩo in eum
fuerat: tum hoc tpe quum ab vno ſolo ſuſtentaretur, illum ꝓpter largitionis magnitudinẽ bene
factorem exiſtimabat: Galbam autẽ debitorem. Continuo igitur Tigillino collegæ enſem vt po
neret imperauit: faciebatq; cõuiuia: qbus viros conſulares cœnatum acciperet, atq; prætorianos:
addens etiam nomen Galbæ ipſis inuitationibus. Multos inſtruxit: qui dicerent: mittendum esse
ad Galbam: qui ab eo peterent ꝓtuum præfectum Nymphidiũ ſine collega. Quæ autẽ ſenatus
in eius honorem & poteſtatem geſſit appellans benefactorẽ, & vna currens ad fores, & oĩum illũ
ſententiæ præesse volẽs ipſam cõfirmare: eum etiã multo reddiderũt audaciorẽ, adeo vt breui tem
pore illis a quibus colebatur non ſolum foret inuidioſus: ſed etiam formidabilis. Et quũ famulos
publicos conſules deſignasſent: qui decerta portãt imperatori: quiq; diplomata quæ vocantur ob
Diploma ta. ſignata dant (Hæc enim vrbis magiſtratus agnoſcens circa vehiculo; viciſſitudines præmiſſos
occiderat tabellarios) nõ mediocriter Nymphidius est turbatus: q̃ nomen ab ipſo & gẽma & mi
litibus acceptis remiſiſſent. Quin fertur de cõſulibus conſultasset: deinde quoniam illi ſeſe defen
diſſent ac precibus vſi essent, remiſit irã. gratificatus autẽ populo nequaq̃ impediuit: qui ex Nero
nis familiaribus erruisset, fuſtibus cæderetur. Quare Spiculũ gladiatorẽ Neronis ſtatuis (dũ tra
herẽtur) ſubiectũ in foro perdiderũt: & Apaniũ qũdam ex delatoribus reuolutũ ſuperactis plau
ſtris lapidibus oneratis oppreſſerũt. Alios etiam pmultos diſcerpſerũt: & quoſdam ſane qui nihil
Spiculus gladiator. Apanius. Mariſcus. per iniuriã perpetrarãt. Itaq; Mariſcus q vir optimus & erat & videbatur, dixit ad ſenatum: ſe me
tuere: ne q̃primũ Neronem reqrerent. Et ita Nymphidius propiore ſpe ductus ne fugit qdem Cæ
Caius. ſaris illius filius dici: qui post Tyberiũ imperauit. Nouit enĩ Caius, vt videt, eius matrẽ liberto Cę
ſaris natam quũ esset adoleſcens. fuit enim illa viſu minime iniocũdo: & nouit illam qdem in ta
bernis medicinariis mercede haud honeſtiſſima. At fuit eius mulieris cũ Cæsare cõgreſſus vt vide
Martianus gladiator. tur iunior Nymphidii natali. Cauſam vero habuit ex Martiano gladiatore. Est enim amata
Nymphidia propter illius gloriam. Magis enim viſa est ob ſimilitudinem formæ illi neceſſaria
Verũ cõſentiẽs ſe Nymphidia matre natũ opus qdem ſui faciebat: q̃ Nero piſſet. Huius aũt interi
tus quũ nõ satis ea ꝑmia esse duceret: q̃ & honoribus frueretur & pecuniis: q̃q; ſimul dormiret cũ

Neronis Sporo: quē ab ipso rogo dum cadauer adhuc cremaretur, cōtinuo accersitum loco nu- Sporus.
præ haberet: Pompeiūq; appellaret: ad succession ē inducebat imperii. Et alia ipse Romæ clam p
amicos moliebatur: per mulieres quasdā: viros q; senatores: qui ei occulte adiutores essent. Vnū
vero ex amicis Gallianū in Iberiā misit: quæ agebantur cōsyderaturū. At Galbæ post Neronis Gallianus.
obitum erāt secunda oia: sed Virginius Rufus qui dubius adhuc esset, illum sollicitum faciebat:
ne, qm̄ eum cui p̄erat magnum bellicosissimūq; exercitū de vindice victoria addidisset: cepisset q;
magnā partem Romani imperii vniuersam Galliā quæ rebellādo fluctuabat: iis audiret: q ipm
ad imperium inuitabāt. Nullius enī q̄ Virginii neq; nomē maius erat neq; p̄clarius: pinde atq;
maximo is momēto, & Romanos simul molesta tyrānide, & bellis Gallos liberasset. At ille tūc
iisdē quibus initio cogitatibus insistēs, lectionē iperatoris senatui reseruabat. Atq declarato iā
obitu Neronis, tūc multi rursus addebātur Virginio: & quidā exiis tribunis q erāt in tabernacu
lo districto ense iubebāt Virginio: vt vel imperium vel ferrū admitteret. Sed posteaq̄ Fabius Va
lens qui vni præerat legioni, iuratus est primus in Galbā: & literæ ex Roma allatæ sunt: quibus Fabius Va
de rebus senatus decreuerat: cū difficultate quidem & cū labore, tādem tñ militibus persuasit: vt lens.
Galbam imperatorē dicerēt. Et quē is successorem miserat Flaccum Ordeoniū admisit: illiq; le- Fabius Or
gionem tradens, ipse Galbæ deinde aduenienti profectus est obuiam simulq; reuertit: neq; iram deonius.
neq; honorē manifestū assequutus. Et alterius q̄dem ipse Galba fuit in causa: qm̄ virū illum ve
rebatur: alterius vero amici Galbe, & Ouinius Titus maxime: qui Virginio inuideret. putabat Ouinius
enī eū arce. Ignarus is q̄dem: se miti ingēio Virginii adiutorē accedere: q virū illū a bellis ac malis Titus.
quæcūq; duces alios occupabāt, in securā vitam & senectutē pacis & quietis plenā subducere. At
Galbam senatus oratores circa Narbonē vrbem Gallicam offendentes, hilariter salutarūt: ro- Narbo.
garūtq; vt se q̄primū desyderāti populo ostenderet. Hic vero quum alios aditus & cōgressus eis
præbuit humane & populariter: tum ad epulationes, quū multus apparatus & cultus magnus
adesset: quē ex rebus Neronis ad ipm antemiserat Nymphidius: nihilo tñ illo; vtens, sed suis oī
bus claruit ingēti aio vir: & qui ostentatione melior appareret. At cito q̄dem genero sa hæc fastus
q; vacua & ciuilia ad populare valere gratiam, quæ affabilitas plurimū velit, Ouinius ducēs, per
suasit: & Neronis pecuniis vteretur: & in cōiuiuis ne parceret regiis sumptibus. & ita senex pau
larim suū sensum Ouinio sumpsit. Erat aūt Ouinius argēto in primis inferior: obnoxius etiam
adulteriis. Quū adhuc enī esset iuuenis: militaretq; sub Caluisio Sabino primā militiā: vxorem
ducis luxuriosam fœminā noctu traduxit in castra vestē indutā militarē: eamq; vitiauit in prin
cipiis. Ob quā rem eū. C. Cæsar vincula cōiecit: mortua Ouinius secūda fortuna vsus vinculis
est solutus. Et quum apud Claudium Cæsarem cœnaret: argēteum poculum clam sustuli. quod
Cæsar quū audisset, rursus postridie ad cœnā hoīem inuitauit: qui quū venisset: iussit ministris
nullū illi argēteum poculum, sed fictilia oia afferrēt: atq; apponerēt. Hoc igitur Cæsari ppter co Claudii
micā moderationē visum est nō ita dignū, sed risu. Sed quæ is habēs sub se Galbā ac potens circa Cęsaris
rem pecuniam; plurimū egerit, tragicam; ærumnarū miseriarūq; magnam; aliis causam, aliis prętex actus risibi
tum p̄buerūt. Nymphidius enim quū primū Gallianus quē miserat Galbę quodāmodo specula lis in Oui
torē ad se reuertisset: audiēs & aulæ & speculatoræ esse Corneliū Laconem præfectū declaratū: sed nium.
tem vniuersam esse sub Ouinii potestate: sibi aūt licere nūq̄ ppe Galbā stare: neq; priuatim ipsum Cornelius
adire: quū is foret ab oibus obseruatus & custoditus: turbatus ē: cōgregatisq; ducibus inqt, Galbā Laco.
quidē ipsum senē esse pbum & moderatum: verū qui minime suis cogitatibus vteretur: ab Oui
nio & Lacone nō bene administrari. prius igitur qm̄ eos lateret: qđ Tigillinus in rebus habebat,
robur se adeptos esse: mitti oportere ab exercitu oratores ad imperatorē: qui docerēt: si ex amicis
hos solos duos amouerit: iocūdiorē se oibus desiderationēq; affuturum. Sed vbi hæc nō persua
sit: absurdumq; & cōtrarium visum est ducem instituere senem: proinde atq; adolescentem: qui
modo potestatem gustet: quibus amicis vsurus: alia aggressus via scribebat ad Galbā: terrorem
iniiciens: nunc esse in vrbe subdola multa: eaq; in motu: nūc Clodium Maurum in Libya vecturā
rei frumentariæ detinere: rursusq; moueri legiones germanicas: & de copiis Syriæ & Iudęæ similia
audiri. Cui Galba quum neq; admodum attenderet: nec crederet: decreuit prior rem aggredi: et; Clodius
si Clodius Celsus Antiocheus vir tum prudens tum illi beniuolus ac fidus id fieri negabat: inqui celsus.
ens ne vnam quidem familiam putare se esse Romæ, quæ Nymphidium Cæsarem salutaret: sed
plures. deridebat & Mithridates Pōticus in Galbæ caluitium rugositatemq; cauillans: nunc ait Mithridates.
quædam videri esse romanis: quæ aspecta quum fuerint, fore vt appareant his diebus, qui a Cæ
sare vocantur, opprobrii nomine. Decretū est igitur vt circa medias noctes Nymphidium agen Antonius
tes in mediam multitudinē eum declarēt imperatorē. Primus autē ex tribunis Antonius Honora honorat⁹.
tus ad vesperam collectis q̄bus prętorat militibus nō insule accusauit: tum ipsum Nymphidium:
tum & alios: qui breui tpe toties mutarentur e sententia: nulla consideratione, nulla electione
meliorum, sed numine quodam agitati: a quo ipsi ex proditione in proditionē impellerentur. Ad
priora quidem obtēdunt Neronis crimina: nunc vero ꝙ Galbam p̄dant, quā necem matris accu;

sant:iugulationeue vxoris:quã Thymelem verẽtur:imperatori sue tragœdiam? At neq; illum ob hæc deserere passi sumus:sed Nymphidio obedientes:qui primus non deseruit:fugitq; in ægyptũ. Vtrum igitur Neroni Galbam sacrificabimus:& Nymphidia natum legẽtes:Cæsarẽ Liuiæ filium enecemus:quẽadmodũ Agrippina enecauimus natum?an huic potius eorũ quæ perpetrauit pœnam inferentes ostẽdamus nosipsos:tum Neronis vltores:tũ bonos Galbę fidosq; custodes?Hęc tribuno militum dicenti oẽs sese milites addiderũt:atq; alios adeuntes vt insisterent rogabant in fide erga imperatorẽ:pluresq; in eam sniam traduxerunt. Sublato autem clamore: Nymphidius sue crederet(vt quidem dicũt)se a militibus iam vocati:siue festinaret anticipare rem adhuc tumultuariã & ambiguam:processit sub multa luce:orationẽ quãdam secum ferẽs scriptam in libro: quã a Cingonio Varrone compositam meditatus erat habere ad milites. Sed quum vidisset portas ca
Cingoniuſ Varro. strorũ clausas:& in muris multos armatos:timuit:accedensq; rogauit quid vellent:& cuius iussu in armis essent. Ei autem ab oibus reddita vna voce:Galbam nosse imperatorẽ: ille quoq; cõcurrens secundo clamore laudauit:idq; vt qui sequebantur facerent,iussit. Et quum ii qui ad portas erant sinerent eum cũ paucis ingredi:is lancea ferit:ur:quam quidam ante ipsum excepit scuto Septimius quũq; alii districtis ensibus impetum facerent:fugiens fugatusq; in casa militis iugulatur:eiusq; ca
Nymphidi us iugulaſ. dauer trahentes in medium cancellis circunseptum spectaculo volentibus inter diu præbuerunt. Sed quũ ita Nymphidium interemptum Galba audisset:& qui cum eo coniurarant iussisset interfici:inimici oẽs continuo perierunt:in quibus etiam Cingonius fuit is qui orationem scripserat: & Mithridates Ponticus:qm̃ visus est non legitime:tamersi iuste:neq; populariter peremisse ante iudicium viros minime obscuros. Aliã enim imperii formã acceperãt oẽs:decepti eorũ cõsuetudine: de quibus initio dicitur.ad hæc eos maiore molestia affecerat vir cõsularis fiduscq; Neroni mori iussus
Petronius Tertulian⁹ Petronius Tertulianus. Maronẽ enim in Libya per Treboniũ:& Frontem in Germania per Valentẽ interimens eo obtentu est vsus:q; eos qui in armis& castris eẽnt metuisset. Tertulianum vero & senem & nudum & inermem occidit:ac ne audiri quidem patiebatur siquis eũ quã rebus moderationẽ polliceretur:opereforet obseruaturus. Hæc igit huiusmodi vituperationibus sunt obnoxia. Sed vbi accedẽs abesset ab vrbe circiter quinq; ac viginti stadia:incidit in petulantes & tumultuarios quosdã remiges:qui vias præoccuparant:& vndiq; erant circũfusi. Hi autem erant in vnam legionẽ ad insidias oppositi. Et tunc præsente imperatore cũ clamore tumultuabant: signa legioni agrũq; perẽtes. Illo autẽ cunctante:& vt itẽq; dicerent iubẽte:tum ii negationẽ videri eam dilationem inquientes turbabãtur:& ne clamori parcentes quidẽ eũ sequebantur. Quũq; aliqui gladios distrinxissent:iussit Galba egtatui in eos irruere illoq; subtitit nemo:sed alii cõtinuo auertẽtes: alii fugientes petierũt:neq; bonũ neq; fausttũ ii Galbæ auspicium facientes:qui per multam cędẽ totq; cadauera in vrbẽ ingredererur:sed siquis eriã eũ antea contẽnebat:qm̃ infirmum senemq; videret:
Canus. tunc horribilis oibus & formidabilis factus est:atq; quũ vellet ostẽdere magnã mutationẽ circa imẽsas largitiões sumptusq; Neronis:errauit ab officio. Quũ enim Canus tibia vteretur inter cœnãdum(Canus autẽ hic antea huic auditu pergratus erat)vbi tibicinẽ laudasset,esseтq; ipso delectatus:iussit afferri sibi arcã ligneam:vnde aureos quosdã acceptos Cano in manibus dedit: dicẽs ex priuatis non ex publicis pecuniis illos donare. Quas vero largitiones Nero dederat scænã palęstrãq; agentibus:eas vehemẽrius repeti quum iussisset:præter decimã partem:deinde parua tenuiaq; accipiens(Nam qui acceperãt eas largitiones plurimi consperãt:homines in diẽ viuẽtes ac victu satyrici)illos qui ab iis aut emerant quippiam aut acceperat requirebat:& qđ habuissent exigebat. Quũq; res modũ non haberet:sed lõgius tenderet proceretq; multos: Galba quidẽ ifamiam,at Ouinius inuidiã sibi atq; odium cõparauit:vt qui aliis omnibus auaq; ducem sordidũq; præstaret:ipse vero prodige vrens,& caperet & vẽderet omnia. Hesiodus enim & incipiente & finiente cado expleri dicit oportere:sed Ouinius infirmum videns atq; senem Galbam fortuna impleba
Elius. Polycletus. Petinius. Patrobius. tur: tanq̃ ea simul & oriẽte & occidente. Senex autẽ ex mala Ouinii administratione initio pariebat iniuriam:præterea quę ipsæ rectẽ instituebat Ouinius impediebat:quẽadmodum fuit de Neronianorum suppliciis. improbos enim occidit:inquibus fuit Elius & Polycletus & Petinius ac Patrobius. populus vero plaudebat:& dum ii per forum agerentur,clamabat & pulchram illam esse & piã pompam:ac deos quoq; hominesq; exposcere magistrum pedagogumq; tyrannidis Tigillinum. Homo enim genero sus magnis pignoribus anticiparat Ouinium. Hinc Tertulianus quoniã non prodidisset, neq; odisset talem ducem odio habitus:nec alii magnę cuiq; iniuriæ obnoxius,mortẽ dedit. Qui vero Neronem fecerat morte dignum:& eundem talem deseruerat prodideratq;:adhuc supererat:magnum is certe documentum:nihil esse apud Ouinium infectum:neq; dantibus inspe ratum. Nullius enim spectaculi cupiditate Romanus populus magis tenebatur:q̃ vt videret Tigillinum iudicio circũuentum. Et ne cessans is quidem nunq̃ neq; in theatris neq; in stadiis petere Tigillinum,increpatus est imperatoris edicto: inquiẽtis non etiam multum temporis victurum Tigillinum:tabido morbo consumptũ. Illos vero deprecantis:ne exacerbarent:neq; facerent tyrannida ex imperio. At ii deridentes populi molestiam, & Tigillinus salutaria sacrificauit: splendi-

dumq; epolum parauit:& Ouinius post cœnam surgẽs ab imperatore, cum intemperanti cantu saltauit: vt qui vxorẽ acciperet illius filiam:quæ erat iudæa. Eiq; ppinauit Tigillinus quinquaginta & ducẽta milia argenteorum: iussitq; mulieri quę pellicibus præerat, vt monile a collo ablatam quod argenteorum quinquaginta & centum milium esse dicebatur, illi circumapraret. Hinc factũ est: vt etiam moderate gesta calũniam haberẽt: vt res aduersus Gallos: qui Vindici auxilium tulerunt. Videbãtur enim nõ imperatoris humanitate, sed ab Ouinio emẽtes, tum remissionem tributorum, tum rẽpub. assequuti. Ob hæc igitur multitudo erat aduersus imperium irrata. Milites vero qui largitionem nõ accipiebãt, in tio spes dicebãt: vt q̃ nõ tantum, at quãtum Nero dederat redditurus is foret. Sed post q̃ audiẽs Calba quid illi sibi vitio darent, emisit vocem magno dignam imperatore: quippe qui diceret, morem fuisse deligere nõ emere milites: vbi hoc illi audissent: graui in eum odio immaniq; sunt accensi. Videbatur enim non ipse solus eos priuare: sed legem ferre: ac docere posteros imperatores. Verum adhuc Romæ erat obscurrus motus: & reuerẽtia simul quędam erga præsentem Galbam, tumultus ad resnouas hebetabat, retardabatq; & q̃ nullum manifestum mutationis principium videbatur, id cõtrahebat occultabatq; quodãmodo eorum maliuolentiam. Sed quum hi prius sub Virginio fuissent: tũc vero sub Flacco essent in germania: & ob eam pugnã magnis se rebus dignarẽtur: quã pugnarãt aduersus Vindicẽ: itaq; nihil assequuti nullam principũ cõsolationem, nullã exhortationẽ admittebant: ipsum aũt Flaccũ, q̃m esset ppter vehemẽtissimum dolorem pedũ corpore imbecillo, rerũq; imperitus, habebant oino pro nihilo. Et quum esset quãdoq; spectaculum: ac tribuni militum turmarũq; ductores pro Romanorum cõsuetudine bonam fortunã imperatori Galbæ precarentur: multitudo primũ tumultuabatur: deinde præcari illis perseuerãtibus cõtra clamabat Indignus. Huiusmodi quoq; alia quũ ab iis legionibus gbus præerat Tigillinus, per cõtumeliã sæpe diceren tur: literæ ad Galbam a procuratoribus mittebãtur. Hic autẽ perterritus, q̃ nõ, modo ob senium, verum etiam quia careret filiis cõtemptui foret: cõsultabat sibi adoptare adolescentem aliquẽ ex illustribus: eumq; declarare imperii successorem. Erat autem Marcus Oto genere quidem minime obscurus: sed delitiis & studio voluptatum cõtinuo ex pueris inter paucos Romanos vitiatus. Vt enim Alexandrum Homerus Hælenæ comatæ virũ, quũ nihil habeat ad gloriam aliud, quo illum decoret, ab vxore nomina: sæpe: sic erat Oto famosus Romæ, ob nuptias Popeiæ: quã quum esset Crispini coniunx amaui Nero, rursusq; suam vxorem veritus: ac matrem metuẽs subiecit Otonem:: qui Popeiã tentaret. Vtebatur enim Otone & amico Nero, & cõtubernali: ppter prodigalitatẽ & luxuriã: & quũ in eius persæpe tenuitatem atq; auaritiam cauillaretur, gaudebat. Ferturq; quandoq; quum vteretur Nero pretiosissimo vnguẽro, & Otonem insperssisset, illum quoq; postridie Neroni cõuiuio accepto: simul vndiq; argẽteas aureasq; fistulas repẽre propofuisse: quæ tanq̃ vnguẽtum effunderẽt atq; diuerẽt. Ac Popeiam quum præadulteraslet Neroni, illiusq; intrasset specie, persuadendo effecit, vt ea virum dimitteret: quã ad se vt nuptam veniẽrem habere cum illo cõmunem, nequaquã erat cõrentus: eaq; participatione angebatur: ne ipsa quidẽ Popeia zelotypiam molestę ferente. Etenim exclusisse Neronem dicitur absente Otone: siue vt voluptatis satietatem auferret: siue secundum aliquos, q̃ Cæsaris nuptias grauiter ferret: quũ nequaq̃ fugeret amatoris vsum, propter intẽperantię studium. Itaq; parum defuit quin periret Oto: fuitq; absurdum: q̃ qui & vxorem occiderat, & sororem, ob Popeiæ cõiugium, Otoni pepercerit. Seneca beniuolo vtebatur: cuius suasione admonitioneq;, Lusitanoq; dux ad oceanũ est emissus. Et quũ sciret imperium sibi datũ subadulationẽ eẽ velationẽq; exilii: neq; iniocũ dũsse neq; ip̃roptũ subditis p̃stitit. Quũ vero Galba de fecisset: ipse primus accessit ex ducibus: & quãtũ argẽti auriq; habebat ĩ poculis ac mẽsis secũ afferẽs argentario vt ĩ nummos incideret dedit. atq; eos famulis numerauit: qui ministrare imperatori cõsueuerãt circa victum. Quũq; in aliis ei fidus esset: periculumq; faceret: nemine inferior visus est rerum peritiam tenere: & quũ is iter faceret assidue, multos dies vna cum eo vectus est. In cõmuni vero itinere cõsuetudo quoq; Ouinium cõciliauit colloquutionibus & muneribus: & quoniã maxime ex oĩbus primatibus ei summitteretur: habebatq; incõcusse ppter illum, secũdum post illum potestatis locũ. Hac autẽ re sine inuidia erat superior: q̃ omni adiumento esset indigẽtibus: & quidem gratis: quiq; se præstaret affabilem omnibus & humanũ: ac plurimã viris militaribus opem ferret: multos q̃ promoueret in exercitum duces: partim petens ab imperatore, partim Ouinium atq; libertos rogãs, Icellum & Asiaticum. Nam hi erant atriẽsium potẽtissimi. quoties Galbam epulo acciperet, cohortem semper quę ad custodiam aderat corrũpebat: aureum singulis tribuẽs. Quibus rebus ipsum honorare videbatur: q̃ eo studio & populari gratia in milites vteretur. Quũ igitur de successore Galba cõsulteret, Otonem iniecit Ouinius: at ne id qdem gratis: sed ea condtione: vt Oto quũ fuisset adoptatus a Galba, successorq; imperii declaratus, filiam suam vxorem duceret. Erat enim minime obscurum semp consuesse Galbã bonum publicũ priuato suoq; ante ponere: & nõ eum sibi adoptãdum quærere: quo esset maxime delectatus: sed qui Romanis foret vtilissimus. Videtur autem circa proprias tãtum pecunias Otonem heredem nõ instituisse: quo-

Flaccus.

Marc⁹ Oto

Popeia.

Seneca.

Oto missus dux ad oceanum.

Icellus.

Asiaticus.

niam & intemperātem nosset: & sumptuosum adolescentem: ærecq; infectum alieno ad quinquagies decies centena milia. Vnde Ouinio audito, cū silētio atq; mansuete qd instituerat differebat. Sed vbi eum declarasse cōsulem, Ouiniumq; collegam: existimabatur anni principio successorem adoptaturus. Eratq; militibus periocundum: Otonem magis q̄ alium quenq; appellatū iri. Verū deprehendit eum cunctantem adhuc atq; consultantem de effringendis rebus germanicis. Nam cōmuniter oēs qui erant in exercitu, Galbam oderant: quoniam largitionem nō soluerat: priuatim vere illi obtendebāt tum Virginium Rufum, q̄ esset deiectus cū ignominia: tum Gallos qui gessissent aduersus se bellum, largitiones consequi: at quicunq; se Vindici nō addiderant, supplicio affici, cui soli Galbam debere gratiam atq; honorē mortuo: illūq; sibi publicis expiationibus venerandum esse: perinde atq; Romanorum imperator ab illo esset declaratus. Quū huiusmodi sermones aperte iam incastris circūferrentur: aduenit noua luna primi mēsis quas kalēdas Ianuarias vocant. tum cogente eos Flacco ad iusiurādum, qd per imperatorem iuremos erat, ii qdem accedentes Galbæ imagines euerterūt: demolitiq; sunt: iurati autem iusiurādum per senatum populūq; Romanum, soluti sunt. Deinde detulit ad prætorianos Flaccus: mutuere se eam inobediē tiam vt defectionem. At quidam inter eos dicit: Quid patimur o cōmilitones: qui nec alium ducem facimus: nec qui nunc est obseruamus: tranq̄ nō Galbam, sed Ouinio imperare pareremq; fugiētes? Iraq; Falcum ordeoneum qui aliud nihil sit q̄ vmbra & simulacrum Galbæ, dimittamus. At a nobis distat vnius dicitur Vitellius Germaniæ ductor: qui quū patre est eo natus: qui & prætor & ter consul fuit: & Claudio Cęsari quodāmodo collega: tum ipse, quā aliqui paupertatē vitio dāt, clarum habet documētum pbitatis, atq; elati animi. Agite per huius electionem ostēdamus cunctis hoibus nos Iberis esse Lusitanisq; potiores: qui imperatorem eligamus. Hæc aliis libēter iam admittentibus, aliis nō admittentibus, signarius vnus clam egrediēs rem Vitellio nuntiauit nocte multis apud eum cœnantibus. Qui sermo quum inter exercitus dispersus esset: primus Fabius Valēs vnius dux legionis postridie cum magna eorum manu equitans imperatorem Vitellium salutauit. At Vitellius priores quidem dies visus est, qū imperii magnitudinem metueret, ab ea re abhorrere: planeq; alienus. Tunc aūt ferunt quū esset vini & cibi meridiani plenus accessisse: eosq; subaudisse: a qbus esset germanicus nominatus: Cæsaris nomē haud admisisse. At continuo qui cum Flacco erat exercitus, pulchrum illud popularecq; iusiurādum in senatum omittentes, Vitellio imperatori iurati sunt facturos se imperata. Et ita quidem appellatus est in germania imperator Vitellius. Verum Galba quum audisset qui ad res nouas tumultus fiebat in Germania amplius adoptionem nō distulit. Nam quū amicos nosset quosdam pro Dolobella, pluris pro Otone ambire: quorū ipse probabat neutrum: subito præfatus nihil, Pisonem accersiuit Crassi Critonisq; nepotem: quos interfecit Nero: adolescētem illum qdem & decoro plane & seuero ingenio ad virtutem oēm: descendebat q̄ in castra illum Cæsarem & successorem declaratus. Atqui exeuntem cōtinuo magni nimbi sequuti sunt: quūq; coepisset alia dicere in castris, alia legere: toties tonuit atq; fulgurauit: tantusq; imber atq; caligo in castra vrbēq; fusa est: vt palam fieret: neq; acceptam esse, neq; probari numini eam adoptionem. Erāt etiam milites subinfensi ac tristes: quoniam ne tum quidem iis largitio data esset. Pisonem vero qui præsentes ex voce vultuq; facerent cōiecturam, mirabantur? q̄ audacius q̄ stultius tantam gratiam acciperet. quēadmodum quoq; apparebant per multa signa in Otonis facie: qui amare & irascunde ferret: q̄ se sua fefellisset spes: qua primū dignus iudicatus, quum a qua potiunda nōlonge abfuisset, eam sibi nō contingere, signum esse ducebat odii simul ac malitiolētiæ in se Galbæ. Quare de futuro sine metu esse nō poterat: sed & Pisonem timens & aduersus Galbam causam inueniens, itatusq; Ouinio, abiuit perturbatissimus. Nec enim spem relinquere oīnoq; deficere eum sinebāt: quos habebat apud se semper vates Chaldeiq; & Protemęus maxime: eo firmior apud Otonem atq; validior: q̄ sæpe veritatem prædixisset: sicut non fore: vt eū Nero interimeret: sed prior moreretur: ipse vero superesset & imperaret Romanis. Nam quoniam illud verum Ptolemæus ostendisset: rogabat ne de his spem abiiceret. Non minus etiā ii qui simul clam angebantur: simulq; suspirabāt cum Otone: tranq̄ in cum Galba esset ingratus. Plures etiam Tigillini Nymphidiiq; familiares qui in dignitate fuerāt, tunc deiecti humilioresq; redditi, ad eum sese errabundi recipiebant: atq; eundem exasperabāt. Erātq; in iis Iturus & Barbius alter Opio alter Tesserarius. sic enim vocātur qui nuntiorum speculatorūq; officio funguntur. Cū his enim Otonis libertus Onomascus incedebat: alios argēto corrūpens: alios spe: qui exhulcerati erant, obtentuq; egebant. Nec enim erat opus quatuor dierū: ex sano exercitu mutare oēs: quot erant inter adoptionem & iugulationē. Nam sexto die perierūt: qui est decimus octauus kal. februarias. Nam illo die simul cum diluculo & Galba presentibus amicis sacrificabat in palatio. Augur Vmbritius, quū primum in manus hostiæ accepisset exta: illisq; ante visis non per ænigmata sed palam aperteq; dixisset: signa magnæ turbationis periculūq; cum dolo ex capite iminere imperatori: deo ppe manu Otonem captū tradente. Aderat enim Oto post Galbā: & iis quæ dicebantur monstrabanturq; ab Vmbritio attentum se præstabat. Ei vero turbato libationesq; omnis generis cōmutāti

Oto creat consul.

Vitellius.

Fabius valens.

Vitelli⁹ imperator salutatur.

Piso.

Chaldæi.

Opio. Tesserarius.

Vmbritius augur.

ris cõmutãti ob timorem, Onomaſcus libertus qui ſtabat iuxta, veniſſe dixit architectos, & eum domi expectare. Erat aũt id ſignum tpis: ad qđ oportebat Otonem obuiam ire militibus. Dicẽs igitur ſe ædium quas veteres emiſſet, velle partes tuituras ciuibus oſtẽdere, abiuit: deſcẽdenſq; per ædes quę Tyberii vocantur, gradiebatur in forũ: vbi ſteterat colũna aurea: in qua inciſæ oẽs Italiæ viæ finiunt. Hic primos qui eũ acceperũt, ac ſalutarũt iperatorem, nõ pluris fuiſſe aiũt viginti tribus. Quare tametſi nõ prę corporis mollitie atq; aĩ effœminatione delitiis erat affectus, ſed temerarius potius in periculis atq; immobilis: extimuit tñ. Verum qui aderant, id paſſi non ſunt: ſed diſtrictis enſibus eius lectică circũeuntes tolli iubebãt: eo ſæpe periiſſe ſummurmurãte: illoſq; qui lectică ferebãt accelerare imperãte (exaudiebãt enim aliqui) ii quidem admirati magis q̃ turbati ob audiẽtiũ paucitatẽ. Huic dum ita per forũ ferebatur, tot alii occurrerũt: rurſuſq; terni alii & quaterni adiungebãtur. inde cõuertebantur oẽs Cæſarẽ appellantes: diſtrictoſq; enſes prætẽdentes. Vnus vero ex tribunis militum qui caſtroq; cuſtodiã habebat Martialius (vt aiunt) ignarus negotii, req; inopinata exterritus ac metuẽs, ingredi permiſit. Quũq; intus foret, obſtitit nemo. Nam ignorãtes quæ gerebãtur circũdati de induſtria ſinguli ac bini ſparſim formidine primũ, deinde ſuaſione eos qui rem & ſciebãt & declarabãt ſequuti ſunt. Quod quum in palatiũ ſtatim Galbæ nuntiatũ eſt: præſente adhuc augure, qui ſacra habebat in manibus, ii etiã ſunt exterriti: deũq; mirati: qui ad res huiuſmodi & increduli erant & aĩo minime generoſo. Et quũ oĩs generis turba e foro cõſueret: ei Ouinius ac Lacon & liberti aliqui nudis enſibus protẽſis aſtiterunt. At Piſo prędẽs in iis erat: qui ſpeculatores aulã cuſtodirent. Quũq; illyrica legio caſtra metaretur in porticu quæ Baſſania vocatur: miſſus eſt Marius Celſus bonus certe vir, anticipandi gratia. Galba vero quum pcedere vellet: neq; ſineret Ouinius: ac Celſus & Lacon vehemẽtius incitarẽt, inueherẽtq; in Ouinium: rumor tumultuarius multus perſuaſit: q Oto petiſſet in caſtris: paulo q; poſt viſus Iulius Atticius: qui inter ſpeculatores haud obſcuros militabat: diſtricto enſe aduẽniens, ac idem clamans hoſtem Cęſaris periſſe: lapſuſq; vi per aſtantes oſtendit Galbæ enſem cruẽtatum: qui ad hominem intuens, quis inquit hoc tibi iuſſit? Illo aũt reſpondẽte, & fidem & iuſiurãdum qđ iuratus fuerat: ac multitudine acclamãte benefactũ eſſe ſimulq; plaudente: Galba inſcenſa lectica portabatur: tum Ioui volens facrificium facere: tum ſeſe oſtendere ciuibus. Quũq; immiſſet in forũ: ceu turbines qdam fama occurrit: Otonem potitũ exercitu: & ſicuti in tanta multitudine fieri ſolet, aliis vertendum eſſe clamãtibus, aliis pcedendum, aliis audẽdum, aliis deficiendum, ac lectica tanq̃ in æſtu maris huc illucq; iactata, frequẽterq; cedẽte, apparuerũt egtes primũ: deinde pedites grauis armaturæ: qui per Pauli regiã irruebant: vna voce clamãtes e medio tolli priuatum hoſtem ac multi qdem currebãt non fuga diſſipati: ſed in porticus & in cõſpicuos fori locos quaſi ſpectaculum occupantes. Sed vbi Et illius ſacello imaginem Galbæ humi proſtraſſet: pugnę initium facientes lecticam iaculis vndiq; inuaſerunt: & qm̃ Galbã non eſſent iis cõſequuti, diſtrictis illũ enſibus adegerunt: quibus neq; repugnauit neq; ſubſtitit quiſq̃: præter vnum vir: quẽ in tot hoĩum millibus ſolum deſpexit ſolum Romanoq; dignum imperio. Sempronius enĩ centurio qui nullo priuati beneficio a Galba eſſet affectus, ſed honeſtati legiq; opẽ, ferẽs ſtetit ante lectică: ſublatoq; primum palmite, quo centuriones in verberibus obnoxios aĩaduertunt, in eos qui inuadebant, clamabat: & vt imperatori parcerent iubebat: deinde diſtricto enſe illis ſe vna vrgẽtibus diu repugnauit: donec demiſſis habenis cecidit. At Galbam declinata lectica circa lacũ quem Curtium vocãt, quum euoluiſſent, thorace indutum incurſantes percutiebãt. Is vero proteſo iugulo, facite inquit ſed Romano populo hoc magis cõducit. Vulneribus multis affectus eſt: & ad lacertos: ipſum aũt iugulauit (vt dicũt plurimi) Camurius quiſpiã ex quintadecima legione: Terẽtium quidam: alii Archadium tradũt: alii Fabiũ Fabulũ qui etiã (vt aiunt) caput occultauit: amictuq; cõprehẽſum portabat ſecum: q ob tenuitatẽ vix dignoſci poterat. Deinde quũa ſociis illud occultare prohiberetur: quin iuberetur vt rem fortiter geſtam oĩbus oſtenderet: affixit lanceæ: & ita quatiens ſenis faciem, ac modeſti principis pontificiq; & cõſulis, curſitans quemadmodum Bacchę, ſæpe verte batur: & lanceam cruore perfuſam quatiebat. Otonem vero capite portato exclamaſſe dicunt: Eſt hoc nihil o commilitones: mõſtrate mihi Piſonis caput. Q đ quidem paulopoſt allatum eſt. vulneratus enim adoleſcẽs fugiebat: eum Marcus quidam inſequutus iugulauit iuxta ſacellum Veſtę. Iugulatus eſt etiam Ouinius: cõfeſſus particpem ſe fuiſſe coniurationis aduerſum Galbam. clamabat enim ſe occidi præter Otonis ſententiam. Sed enim huius quoq; & Laconis caput obtruncatum ad Otonem portauere petẽtes munerationes: & vt ait Archilochus, ſeptem iacẽtium cadauerum pedibus quæ offendimus vel mille ſumus ſimul viri parricidæ: ſic etiam tunc multi qui homicidę non eſſent, ii manus, enſeſq; cruentos oſtendebãt: largitioneſq; petebãt: libellos ad Otonem dantes. Itaq; centum poſtea ac viginti inuenti ſunt ex tabellis: quos Vitellius requiſitos oĩs occidit. Venit etiam Marius Celſus in caſtra: quũq; a multis accuſaretur: q militibus ſuaſiſſet ad ferendum Galbæ auxilium: & quum occidi a multitudine clamaretur: Oto noluit: qui tamen aduerſari metuens, non ita cito inquit eum eſſe occidendum. eſſe enim quæ oportet ex illo

Onomaſcꝰ libertus Galbæ.

Colũna aurea in foro Romano.

Oto ſaluta tur imperator.

Martialius

Lacon.

Porticus Baſſania.

Et illius.

Sẽpronius.

Palmes quo aſſaduertũt cẽturiones in noxios.

Lacus Curtius.

Galbæ interitus.

Camurius.

Fabius Fabulus.

Piſo interficitur.

Ouinius interficitur.

prius exquirenda. Itaq; iussit hominem coniectum in vincula vt asseruarent: eumq; tradidit quibus maxime crederet:& cōtinuo senatu conuocato, tanq̄ hi alii essent, aut aliis ducentibus conuenirent, pro Otone iusiurandum iurati sunt: qđ ipse iuratis non obseruarat: eumq; & Cæsarem, & Augustum appellarunt. Quū adhuc cadauera obtruncata in vestibus consularibus iacerent in foro: capita vero quū nulli iam his vsui forēt: Ouinii qdem filiæ qngentis & duobus milibus nūmis redemerunt: at Pisonis, vxor accepit: Veranio exorato. Galbæ aūt caput Patrobii Vitelliiq; seruis dona dederunt. Quod illi accipiētes vbi multifariā cecidissent:& omni contumelia affecissent: abiecerunt: vbi eos necant, quos Cæsares supplicio dedunt. Is vero locus Sextritium vocat̄ Verum Galbæ corpus Otonis permissu sustulit Priscus Eluidius: qđ noctu Argius libertus sepeliuit. Huiusmodi sunt quæ ad Galbā attinēt: virum certe, qui neq; genere, neq; diuitiis, multis Romanis esset inferior: quin & diuitiis simul & genere oēs suæ tēpestatis hoīes anteiret: quiq; imperatorū quiq; vixisset imperia cū honore & gloria adeo: vt gloria magis q̄ viribus Neronē subulerit e medio. Et eorum qui tunc in Neronē spirarunt, alios quidem nemo est dignatus imperio: alii seipsos dignati sunt: at Galba & vocatus est ad imperiū:& obtēperauit: ac Vindicis audentiæ nomen præbens, eius motum ac tumultum quæ defectio dicitur, & virū ea qdem nacta imperandi gnarū, bellum ciuile fecit. Itaq; nō sibi accipere rempu. sed seipsum potius dare reipu. arbitratus, nō indignum iudicauit iis imperare: quos Tigillinus atq; Nymphidius mansuetos reddidisset: quēadmo Scipio Fabriciusq; & Camillus in illius tēpestatis Romanos gessit imperium. Subsequutus autē senectutē ad arma vsq; laboresq; militares merus fuit priscusq; imperator: Ouinio vero Laconiq; & libertis, quibus oīa essent vęnalia, talē seipsum præbens, quales Nero inexplebili auiditate hominibus eos præbuit, quorum nemo desideraret, sed plus misererentur, imperium morte dimisit.

Sextritium locus. Eluidius Priscus. Argius.

¶ OTONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRÆCO IN LATINVM PER FRANCISCVM PHILELPHVM VERSA.

Tiunior Imperator Oto quū primū illuxisset, ꝓcedens in Capitolium sacrificiū fecit: & agi ad se iussum Marium Celsum, hilari vultu excepit: estq; perhumane alloquutus: atq; virum hortatus est: vt causę obliuisci mallet, q̄ recordari dimissionis. Cui quum Celsus neq; ingenero se neq; stulte respondisset: sed dixisset ingenii sui atq; morum a crimine fidem dari: excidisse enim memoria ꝙ firmum se Galbę prestiterit: cui nullam deberet gratiam: vtrūq; p̄sentes admirati sunt: laudauitq; exercitus. in senatu vero populariter Oto multa humaneq; loquutus. Q đ ipse tēpus consul futurus erat, huius partem tribuit Virginio Rufo. & iis quos Nero Galba ve declarasset, cōsulatus oībus obseruauit. At illos qui ætate aut gloria anteirēt, sacerdotiis insigniuit. Viris autem senatoribus qui Neronis tpibus exularāt, & sub Galba redierāt, restituit oībus quascūq; possessiones non vęnisse quisq; inuenit. Vnde primi atq; potētissimi qui prius horruerāt tāq̄ nō vir, sed q̄dam aut pœna aut abominabilis dæmon subito rēpu. inuasisset: lętiore spe erga imperium, ꝑinde atq; eis arrideret, affecti sunt. Sed simul Romanis omnibus nihil ita iocundum fuit: neq; ita quod ei illos conciliarit: vt quæ circa Tigillinum egit. Hic enim latuerat iam supplicium patiens tū ipso metu supplicii: quod tanq̄ publicum debitum ciuitas repetebat: tum etiam insuperabilibus morbis corporis. Ipsiusq; nefarias & infandas inter prostibulas spuriasq; mulieres volutationes, quas adhuc deperibat, existimabant viri prudētes vltimum cruciatum:& quę ꝑmultas æquarent mortis: quandoquidem ipse anxius ob intemperantiæ dominatum mori desideraret. Verum tamen erat idcirco multitudini molestus: ꝙ post talis viros solē aspiceret: quibus propter eum aspiciendi facul

tas sublata esset. Misit igitur ad eum Oto in agros Sinuessę: (illic enim degebat Tigillinus nauiqiis paratis in portu: quo longinquius fugeret) tentauitq; eum qui missus fuerat grandi auro: vt se dimitteret. Cui quum persuadere nequiuisset: nihilo tamen minus ei dona dedit: orans tandiu prǫstolaretur: donec barbam raderet: cultroq; accepto sibi ipse gulam incidit. Per hunc autem modum, quum iustissimam voluptatē populo Romano Cæsar reddidisset: ipse priuatarum memoria inimicitiarum se nemini infestum præbuit: gratificatusq; multitudini, minime fugit in theatris initio Nero salutari: & quum quidam Neronis imagines protulisset in propatulum, non prohibuit. Claudius aūt Rufus in Iberiam ait allata esse diplomata: qbus tabellarios emittunt: diutū Neronis nomen ascriptum nomini Otonis habentia: At nec etiam quum sentiret primos ac potentissimos hoc molestę ferre, destitit. Sed quum Otonis imperium in huiusmodi statu esset: stipendiarii milites molestos se præstabāt: eum ne crederet horātes: & vt caueret, arceretq; viros claros: siue propter beniuolentiam viro metuerent: siue prætextu hoc vterentur ad turbationem & bellum. Quumq; ipse misisset Crispinum cum septima cohorte quasi aliquos ad se acturum: & ille adhucnocte se pararet: atq; arma curribus imponeret: audaciſſimi omnes clamabāt: venisse Crispinū nullo sane cogitatu: sed res nouas senatum tentare: armaq; contra Cæsarem non pro Cæsare capere. Qui sermo quum multos tangeret: atq; irritaret: alii currus occuparunt: alii repugnātis centuriones duos ipsumq; Crispinum occiderunt. Omnes vero instructi, secq; inuicem hortantes, ad auxilium Cæsari ferendum Romā aduecti sunt: qui postea q̄ accepissent cœnarę apud Otonem octoginta senatores: ferebantur ad regiam: tps nunc esse dicentes eodem in loco interimere Cæsaris hostes omnes. Itaq; ciuitas pinde vt continuo rapinæ futura esset, in magno erat tumultu. At in regia erant discursiones: & grauis difficultas consilii Otonem corripuerat: nam qui pro viris metueret, illis ipse metui erat: eosq; aduersus se incertos esse vultu intuebatur: silentioq; ac per territos: quosdam etiam cum vxoribus venisse ad cœnam. ac simul præfectos misit: qui alloquerē tur, placarētq; milites: simulq; inuitatos surgere iussos per alias fores emisit: vixq; clam effugerunt per stipendiarios in cœnaculū irrumpētes: quærentesq; quid esset de Cæsaris hostibus. Itaq; tunc erectus Oto, qui discū bebat, permultum eos cōsolatus, præcatusq;, ne lachrymis quidem parcens vix dimisit. postridie vero largitione in omnes vsus, viritim nūmis mille ducentis quinquaginta, venit in castra: & multitudine laudata, q; beniuola in se alacrisq; esset, quum diceret paucos quosdam non boni gratia eiusmodi curam capere: suam animi moderationem insimulantes illorūq; cōstantiam: rogauit vt & secum vna solliciti essent: & simul quoq; diligentiā adhiberent. Q d quū omnes laudarent: iuberentq; Oto captis solis duobus, qui nemini graues futuri essent, abiit. Hęc diligentes iam alii credentesq;, mirabantur mutationem: alii q; is populārem se præstaret, propter bellum necessaria pro tempore studia esse ducebant. Nam certo nuntiabatur: assumpsisse Vitelliū & authoritatem & potestatem imperatoriam: & viatores ibant assidue: qui dicerent semper aliquā accessionem ad illum fieri. alii Pānonios, & Delmaticos, Nysięq; exercitus, vna cum ducibus Otonem elegisse nuntiabant. Venerunt etiam cito literæ amicæ a Mutiano Vespasianoq; quorum alter in Syria, alter in Iudæa magnas vires habebat. Quibus rebus elatus Oto, Vitellio scripsit: eum monens: vt militaria saperet: qd fecisset: & grandis pecunias ei daret: & vrbem vbi vitam victurus esset & facilimam & iocūdissimam cum quiete. Ille autem dissimulans Otoni rescripsit. Quiete primum, deinde per contentionem maledice admodum petulanterq; illudentes sibi inuicem scribebant: non tam mendaciter q̄ stulte ac ridiculose: alter in alterum quæ vtriq; opprobria conuenie bant conuitiantes. Nam operosum esset dicere vtrum minus ipsorum tangeret luxuria & mollitia imperitiaq; bellandi: ac superiorum ob paupertatem flagitiorum & æris alieni magnitudo. Monstra vero & visa permulta quum narrarentur: alia quidem rumores habebant ambiguos: sed in capitolio victoriæ manibus quæ stabat in curru habenas dimissas viderunt omnes: tanq̄ eas tenere non posset. Et in Mesopotamia insula statuam. C. Cæsaris quum neq; terræmotus, neq; ventus fuisset, vesperi cōuersam esse ad solis ortum: quod diebus illis aiunt accidisse: quibus Vespasianus iam palam reip. auxilium ferebat. Et quod circa Tyberium subito accidit, multitudo ærum nosum signum esse censebat. erat enim anni tempus quo flumina maxime crescunt: sed nunq̄ huiusmodi sublatus adeo prius est: nec tantas res perdidit atq; consumpsit: diffusus atq; diluēs vrbis partem permultam: & eam maiorem in modum: vbi ad emptiunculas annonam vēdunt: vt graui metui multis diebus esset. Sed vbi nuntiatum est: occupari iam alpes a Cecinna Valenteq; : qui pro Vitellio exercitus agerent: Dolobella Romæ vir patricius stipendiariis suspitionem iniecit noui cogitatus. Itaq; illum Oto seu ipsius, siue alius formidine ad vrbem Aquinum transmisit: benesperare iussum. peregrinos vero magistratus legens in his statuit etiam. L. Vitellii fratrem: nec addens aliquid: nec ab eo quem honorem habebat quicq̄ adimens. præterea se diligentissimum præstitit: quum circa matrem, tum circa vxorem Vitellii: ne de eo quicq̄ timerent. Romæ autem custodem Flauium Sabinum Vespasiani fratrem constituit: siue hoc etiam egerit ob Neronis honorē: nam ab illo magistratum Sabinus accepit: quo eum priuauit Galba: siue vt Vespasiano beniuolētiam

Tigillinus seipsum interficit.
Claudius. Rufus. Diplomata
Crispinus.
Mutianus Vespasianus.
Prodigia q̄ Otōis tpe apparuerūt. Mesopotamia insula.
Cecinna. Valens. Dolobella. Agnū vrbē Dolobella: mittitur. Flauius Sabinus.

Brixillum. Marius Celsus. Suetonius Paulinus. Gallus. Spurina.

fidemq; ostenderet in Sabino amplificando. Ipse igitur Brixilli, quæ vrbs Italiæ circa Eridanum iacet, dimissus. At copiarũ duces emisit tum Marium Celsum, Suetoniũq; Paulinũ: tum etiã Gallum & Spurinã: claros qdẽ viros: sed qui in rebus agẽdis minus potuerint, vt instituerãt, vti cogitatibus suis: ppter inobedientiã audaciãq; militum. Nã indignũ existimabãt aliis parere: perinde quasi ab ipsis haberet imperiũ imperator. Itaq; neq; res hostiũ valebãt oĩno: nec erãt qui ob sequẽtiã ducibus: quinimmo ob eandẽ causam furore & temeritate augebãtur: & qm̃ periti pugnandi erant assueti q; laboribus, minime illi fugiebant: at hi ob otiũ vitãq; imbellẽ molles admodum erãt: vt qui in spectaculis & celebritatibus atq; apud scænã q̃diutissime vixerãt. Contumelia vero ostẽtatiõeq; induti ministeria simulabãt: quo fortiores robustioresq; haberentur: & nõ ad tolerandũ inualidi. At Spurina quũ illos vi cogeret: pax defuit: quin a venientibus perderetur. Nulli aũt neq; cõtumeliæ aduersus eũ, nec maledicto pepercerũt: proditorẽ, & exitiosum cõsumptorẽ opportunitatẽ Cæsaris rerũq; dicẽtes. Quidã eriam inebriati quũ iam nox esset venerũt in tabernaculũ: petẽtes viaticũ: quũ dicerent sibi ad Cęsarẽ eũdum esse illius accusandi gr̃a. Sed cõuitiũ militũ, qd eodem tpe ad placentiã factũ est, & rebus conduxit & Spurinæ: nam Vitelliani muros adorti in Otonis milites qui intra ppugnacula starent cachinãtes illudebãt eos: & scænicos & armatos saltatores Pythiorũq; & olympiorũ spectatores appellãtes: quiq; bellum & militiã neq; callerẽt neq; vidissent: sed iccirco eẽnt aío elato: q; inermis senis caput abscidissent: Galbã ii. s. dicẽtes: in certamẽ aũt ac pugnã virorũ fortiũ haud quaq; descẽderent. Sic enim his opprobriis turbati sunt: sic exarserũt: vt Spurinã suppliciter orarent: se vt ad oĩa pro imperio vteretur: vt qui nullũ neq; periculum essent neq; laborẽ detrectaturi. Quũq; vehemẽter muri expugnarentur: & machinamẽta pmulta adacta eẽnt: Spurinę milites supiores fuerũt: & ingenti cædẽ reiectis Vitellianis, vrbẽ tutati sunt illustrem: & nulla italicarũ vrbium minus florentẽ. Erant prẽterea Otonis duces & ciuitatibus & priuatis hoibus, q̃ duces Vitellii tolerabiliores: ex quibus Cecinna, quidẽ neq; voce, neq; ornatu popularis erat: sed & grauis & diuersus: qui quũ esset corpore magno, Gallicis subligaculis inaniq; paratus habitu, signiferos principesq; Romanos alloquebatur. Et vxorẽ ad eũ ducẽbãt delecti equites: quæ p̃clare ornata equo veheretur. Fabium aũtẽ Valentẽ alterũ ducem, neq; hostium rapinæ, neq; expilationes, corruptibilesq; socioũ pecunię expleuerãt: sed visus est etiã ob id tardius iter faciens, priori pugnæ nõ interfuisse. Quidã vero Cecinnã accusant: qui qm̃ properaret ante potiri victoria q̃ ille venisset: & in alia minora incidisset errata: & pugna neq; tẽpestiue neq; generose cõseruisset. Et ita negotia prope oĩa eius vitiata sunt: nam postea q̃ a Placentia Cecinna reiectus, aduersus Cremonã egit exercitũ: alterã vrbẽ opulentã & magnã: primus quidẽ Annius Gallus qui auxiliũ Spurinæ ad Placentiã ferebat, vt audiuit in itinere Placentinos esse superiores, Cremonenses aũt in periculo, illo traduxit exercitũ: & prope hostes castra metatus est. Deinde quoq; alius quisq; duci erat auxilio. Quũq; Cecinna posuisset in insidiis intra locos asperos & syluestris pedites multos grauis armaturę: iussissetq; equitibus: vt primi excurrerent, fugarentq;, & hostes manum si cõseruerint, paulatim recederent: ac retrofugerent: donec eos ita subductos in insidias inicerent: rẽ transfugę Celso nuntiarunt: qui alios emittens cũ fortibus equitibus, & fugatione asseruãter vtẽs, insidiasq; circũdãs, ac turbans, e castris grauis armaturę pedites vocauit. existimaturq; si in tpe impetum fecissent, neminẽ ex hostium numero reliquissent: & oẽm Cecinnę exercitũ equitibus cõtritum auulsumq; perdidissent. Nunc vero Paulinus sero atq; otiose auxilium ferens accusabatur: q; ppter religionem functus nõ esset ducis officio: pro hominũ opinione. Plures aũtẽ milites proditionis etiam eum accusabant: exasperabantq; Otonẽ: iactabunde de se loquentes quasi vicissent: q; vero victoria non oĩno processisset, vitio ducibus dabant. Sed Oto non ita iis fidem adhibebat: vt videri volebat minus credere: itaq; Titianum ad exercitum misit ac fratrem & Proculum prẽfectũ: qui re habebat totũ imperiũ: prętextus aũtẽ erat Titianus. At Celsus & Paulinus frustra sibi arrtaxerant consiliorũ & amicorum nomẽ: quũ nullam in rebus gerendis neq; authoritatem haberent, neq; potestatẽ. Erant etiã apud hostes res in tumultu: & apud illos maxime: quibus Valens prẽerat pugnaq; nuntiata q̃ circa insidias facta est, q; ipsi minus interfuissent, auxiliũq; tulissent in tãta virorũ fortiũ cędę grauiter ferebãt: sed vbi vix pstasset: eosq; vt irent exorasset: castra mouit ac sese Cecinnæ coniunxit. Oto aũt quũ Bebriacũ venisset in exercitũ (oppidũ enim est Bebriacũ prope Cremonam) de pugna consultauit: visumq; est Proculo atq; Titiano qm̃ & copiæ essent alacres, & victoria recens, dimicandum esse: & non sedendum: ne otium virum hebetaret: neq; expectandũ Vitellium ipsum, & Galbam aduentantem. Paulinus vero aiebat omnia adesse hostibus: quibus ad pugnam vsuri sunt: eosq; nullius rei indigere: Otoni autem vires ex Mysia & Pannonia nõ minus probatas esse: q̃ quę præsentes iam essent: si suum ipse tempus expectaret: nec ad hostium opportunitatem bellum gereret: neq; hebetioribus se tunc vsurum: qui nunc audent quando sũt pauciores: si plures ad pugnã cõmilitones assumpserint: sed ex multitudine copiarum certaturum. Prẽterea cunctationem pro ipsis esse: qui rebus omnibus abũdent: at illis fore vt tempus rerum necessariaq; inopiam prębeat: qui in agro hostili sedent. Hæc Paulini dicta Marius Celsus comproba-

Vitelliani vincuntur. Placentia.

Fabius Valens.

Cremona. Anniusgallus.

Titianus. Proculus.

Bebriacũ.

uit: Annius vero gallus, qui qm̃ ex equo cecidisset, curabatur, minime aderat: sed ad eum quũ scripsisset Oto, cõsuluit ne pperaret: sed ex Mysia expectaret exercitũ: qui iam esset in itinere. His Oto nequaq̃ est persuasus: sed in eoꝝ sentẽtiam iuit: qui se ab pugnã hortarẽtur: afferũtq; aliæ plures ab aliis causæ. Præcipue vero qui ptoriani appellãtur, & habẽt spiculatoꝝ ordinẽ, quum per id tps veriorem militiam gustarẽt, desiderarẽtq; Romæ ludos vitãq; imbellẽ & theatralẽ, cõtineri nõ poterãt a pugnandi celeritate: quasi cõtinuo forẽt ex incursu acturi hostes in rapinã. Videtur etiam ipse Oto ad imperitiã & mollitiã, neq; iam ferre neq; sustinere suis cogitatibus rẽ incertã: defatigatus autem curis accelerare tanq̃ a præcipiti rupe rem fortunæ velatis oculis cõmittere. Et hoc qdẽ Secundus rethor qui Otonis epistolas legerat, narrabat: alii vero dicũt ambobus exercitibus multas rationẽ fuisse: vt in idẽ conuenirẽt: maximeq; vt ex imperatoꝝ disciplina circa presentẽ pugnã cõmuni cõsensu optimum legerẽt: aut simul sedẽtes senatui crederẽt illã imperatoris electionem. Et neq; certe absurdum est vbi neuter eorum pbaretur, qui tũc essent imperatores salutati, hmõi cogitatus in eos milites cadere: qui & vere erãt Romani: & industrii & prudẽtes: pindeatq; & odio sissimũ esset & grauissimũ: q̃ diu ppter Syllam & Mariũ, deinde ppter Cæsarem & Põpeium faciẽdo inuicem patiẽdoq; sese miserabiliter afficiebãt, ciues Romanos eadẽ nũc pferre: si aut Vitellio ad crapulę aut vinositatis, aut Otoni ad delitiaꝝ luxuriæq; sumptũ imperium traderẽt. Hæc igit suspicãtur senssse. Celsum: ob idq; morã iniecisse: q; speraret sine pugna & laboribus rem iudicatũ iri eodemq; modo Otonem, qm̃ metueret pugnã, acceleraſſe. Sed Oto rursus Brixillum rediit: qua ipsa in re certe errauit: nõ ob id solum: q; verecundiã se præsentem aspiciẽtibus militibus & ambitionem in pugnãdo abstulit: verũetiam qm̃ robustissimos strenuissimosq; eqtes & pedites ppter seipsum ad corporis custodiã abduc̃s, veluti quoddã viriũ corpus abscidit ab exercitu. Accidit ãt per illos dies plium fieri circa Eridanũ inter Cecinnã qui trãsitum vrgeret: & Otonis milites id inhibẽtes simulq; pugnãtes: sed posteaq̃ nihil efficiebãt, facẽ in arma iniecerũt sulfuris atq; picis plenam: quũ spiritus per trãsitum irruẽs subito paratã materiã in hostes immittit. Quũq; fumus primum, deinde clara flãma excideret: turbati atq; in flumẽ exilientes, quũ naues aduerterũt, tum hostibus corpora cũ risu præbuerũt. At Germani admisti circa partã fluminis insulam gladiatoribus Otonis eos superarũt: ac pmultos interemerũt. His autẽ actis, quũ Otonis milites q Bebriaci erãt, excãdefcẽtes ferrẽtur in pugnã eos Proculus anteuertit ex Bebriaco: & a quinquaginta stadiis castra metatus est: ita iperite ac ridiculose: vt quum esset vernũ tps: & cãpi circũiacentes multa nemora perennesq; fluuios haberẽt: aquæ pnuria prẽmerẽtur. Postridie vero quum vellet aduersus hostes procedere iter nõ minus stadiis cẽtum: Paulini milites passi nõ sunt; sed existimarũt manẽdum esse: neq; se oportere ante defatigari: neq; cõtinuo ex itinere pugnãdum esse aduersus viros armatos eosq; acie instructos per getem, q̃ diu ipsi trũ itineris faciũt mistis sequentibusq; iumentis. Quũ de his rebus duces inter sese cõtenderent: eques Numida venit ab Otone qui literas qbus iubebatur, neq; manerẽt, neq; tps tereret, sed cõtinuo in hostes agerẽt, tulit. itaq; inde illi soluẽtes p cedebãt. Quoꝝ aduẽtum vbi audiit Cecinna, turbatus est: cõsestimq; relictis operibus ac flumine venit in castra: multisq; iam armatis, & a Valẽte accepto signo, interea tpis dum ordinẽ legiones sorte caperẽt, eos qui erãt inter eqtes fortissimi præmiserũt. Incidit aũt qua piã tandem ex causa opinio ac rumor in milites Otonis qui erãt in prima acie cõstituti: q; Vitellii duces ad ipsos cõuersi essent: quare vbi fuissent ppe eos, amice salutarunt: cõmilitones appellãtes: at ficeã appellationẽ nõ miti aĩo, sed iracunde & cũ clamore bellico excipiẽtibus, salutãtes qdem remissiore aĩo redditi sunt: reliquos vero suspitio ea inuasit: vt q ita salutassent, pditores existimarẽt. Et hoc primũ quũ iam essent hostes in manibus, eos turbauit: deinde alii nihil apte, nihil pro ordine faciẽbãt multũq; pugnãtes turbabãtur a iumẽtis: quæ eũ impedimẽtis vagabãtur: ac loca fossis foueisq; referta se parationes permulta faciebãt. Quę ipsi metuẽtes circũcunteſq;, cogebãtur tum mistim, tum ad modum separatim cum hoste manum conserere. Duę solum legiones, altera Vitelli cognomento rapax, Otonis altera auxiliatrix cognominata in expeditum cãpum patentẽq; effusæ legitimã quandam pugnã diu inter sese acie pugnauerũt. Erãt Otonis viri robusti ac fortes: sed qui belli ac pugnæ tum primũ peritiam caperẽt: at Vitellii multis plius assueti senescentes iam defloresc̃teſq; vigore. Quare quũ Otoniani in eos impetũ fecissent: & fugarũt & aquilã abstulerũt: propugnatoreſq; simul oẽs occiderunt. Illi vero præ verecũdia atq; ira eos irruẽtes, tum legionis seniorẽ Orfidium interfecerũt: tũ pmulta signa rapuerũt. Gladiatoribus vero q pliandi peritia fiduciaq; valere viderẽtur, itulit Varrus Alfenus eos: qui Bataui vocãtur. Et sunt hi qdem inter Germanos optimi eqtes insulam habitãtes: quã Rhenus circũfluit. Hos autem illoꝝ pauci sustinuerũt: at pluribus quum sub Rhenum fugerẽt, incidũt in cohortes hostiũ illic positas: a qbus oppugnati oẽs pariter perierũt. Omnium vero turpissime ptoriani: qui nẽ tãtisper quidem hostes sustinuerũt: dum manum cõsererent: sed eos etiam qui adhuc erant inuicti, metu turbationeq; referserunt: dũ fugã peripsos faciunt. Quinetiam multi Otoniani qui hostes vicerãt, quibus cum pugnabãt, superati sunt: dilapsiq; per hostes iã victores in castra. Educibus vero neq; Proculus nec Paulinus simul in-

Pugna iter Cecinnę & Otonis milites circa Eridanũ.

Legio Vitellii rapax cognomiata. Legio Otonis auxiliatrix cognominata. Otoniani vincunt.

gredi ausi sunt: sed formidine militum auertuntur: qui eius rei causam in duces verterent: Annius vero Gallus recepit in vrbē illos: cōsolatusq; est, qui ex ea pugna collecti sunt: pindeatq; æqua liter vtrinq; pugnatū sit: & multis partibus fuerint ipsi superiores hostibus. At Marius Celsus cō uocatis magistratibus iussit de repu. cōsultarēt: tanq̄ in hmōi clade actāta ciuium cęde neq; ipse Oto, siquidē vir bonus sit, vellet iā tentare fortunā: quū & Cato & Scipio qm̄ Cæsari post victoriam Pharsalicā cedere nolluissent, ita accusanē: vt qui multos fortisq; viros in Libya cōsumpserit minime necessariæ: etsi pro Romana libertate certabāt. Nā quū in aliis bonis sese fortuna cōmunem oibus pbeat: id vnū cerne nō aufert: q; hoies in oēm euētum bene cōsulrēt: q̄uis secundis successionibus nō vtantur. Quę dicēs Prętorianos pſuasos reddidit. Vbi autē retētam illos viderūt orātes pacē: Titianusq; iuberet legatos esse pro cōcordia mittēdos: Celso Galloq; visum est profisicisci, ac verba facere cū Cecinna ac Valenter Ipsis vero pficiscētibus, cēturiōes obuiā facti sunt: qui dicerēt motū iam exercitū Bebriacū petere: se autē a ducibus missos pro concordia. Q d Celsus quū laudasset hortatus est: secū retro vt iter caperēt: Cecinnę occurrētes. Quū ppe iam essent: periculo Celsus obiectus est: nam q ante fuerāt insidiis victi eqtes, priores agebātur. Ita q; vt aduenię tem Celsum intuiti sunt, cōtinuo in eum sublato clamore irruerunt: at cēturiones ante stetērunt: eos arcētes. Clamantibus aliis insidiaq; pfectis, vt parcerent, obtēperātes Cecinnę milites atq; ita sequētes petulātiam equitum statim amouerūt: Celsum vero benigne excipiētes, simul cū iis Bebriacum sunt pfecti. Sed interea tpis Titianus pœnitēria ductus, q; legatos misisset: audētissimos q; milites: rursus in muros ascēdit: atq; alios ad auxiliū est hortatus: & vbi Cecinna cū equo accurrisset: ac dextram sustulisset: nemoq; aduersatē: sed alii a muris milites salutarēt: alii portas aperrēt: egressi sunt: necessariisq; admisti. Nemini iniuria est illata, sed benigne se & phumane excipiebāt: oēsq; pro Vitellio sunt iurati: simulq; admisti. Ita esse pugnatū plures eoq; narrāt qui interfuerunt: & ne ipsi qdem liqdo nosse fatētes sigillatim oia: ppter inobediētiam cōfusionēq; pugnātiū.

Mihi aūt postea iter faciēti per cāpum illū, Mertius Florus vir cōsularis ostēdens ex iis adolescētibus vnū admodū senē: qui tunc nō ex animi sentētia, sed pro necessitate fuisset cū Otone: narrauit iam quū post pugnā aduenisset, vidisse cadauerum tumulum hmōi: vt multo plures hostes q̄ Otoniani interierint: & causam ait quū quęsisset: nec se inuenisse: nec ab alio accepisse. Interim. in bellis ciuilibus quū vertūtur in fugam plures credēdum est: quū viuus capiatur nemo: qm̄ capti vsui esse nequāt. Huius aūt multitudinis atq; collectionis causa nō bene cōsyderari potest. At obscurus primū vt fieri solet de hmōi rebus apud Otonē rumor increbruit: sed vbi qdam etiā vulnerati venerūt ex pugna nuntii (amicos qdem minus quispiā sit miratus: qui nō finerēt credere: sed potius ad audiēdum hortarētur: militū vero dolor fidem oēm superauit: quippe qui neq; abierint, neq; transiuerint ad victores) haudquaq̄ visa est priuata cōsolatio in desperatione imperatoris: sed oēs equaliter venerunt ad fores: imperatorē antecedētes vocabāt: trophęa fiebāt cum clamore: supplicibus manibus orabāt: sternebātur humi: lachrymabant: ne ipsos desereret, ne hostibus pderet, pcabātur: sed pro se potius vereturq̄ diu & animis & corporibus inspiarint. Hæc simul oēs suppliciter rogabāt. Vnus aūt ex obscurioribus vbi sustulisset ensem, dixisset q; Scito Cęsar sic ois esse pro te initructos: seipsum iugulauit. At horū nihil Otonē fregit: sed clara atq; cōstāti facie circūquaq; agēs oculos, Hunc ait o cōmilitones diē illo duco beatiorē: quo me primū fecistis imperatorem: quū vos talis intueor: & talibus sum dignus existimatus. At nolite eo me priuare: qd maius est: pulchre mori pro tātis talibusq; ciuibus. si Romanoq; sum dignus imperio, nequaq̄ meæ mihi aię p patria parcēdū est. Scio victoriā eē hostibus neq; firmā neq; validā: annūtiāt nras Mysia vires nō multoq; diey iter abesse: qūquidē in Adriā iā descēdunt. Asia & Syria & Ægyptus & qui cū Iudæis exercitū bellū gerūt, nobiscū sunt: senatus & hostiū filii atq; vxores penes nos sunt. Sed neq; aduersus Annibalē, neq; aduersus Pyrrhū neq; aduersus Cymbros bellum est pro Italia: sed cum Romanis bellū gerentes ambo patriam & vincentes & victi iniuria afficimus. Nam victoriæ bonum patriæ malum est. Sępe mihi credite mori malim q̄ imperare. Haud enī video: cui tanto emolumēto Romanis futurus sim: vbi vicero: quāto si meipsum dedero pro pace & cōcordia: & ne rursus talē diem videat Italia. Vbi talia disseruisset: & eos qui accingere hortariq; nitebātur, refellisset: & amicis & senatoribus qui aderant abire iussis, ad eos vero qui aberāt, ac etiā ad ciuitates missis literis, vt cadauera honorifice secureq; tollerēt, accersitū fratris filium Cocceium adhuc adolescētem, vt auderet, neq; timeret Vitellium est hortatus: & vt matrem & domum & vxorem ipse tanq̄ proprios curans tueretur. Nam idcirco nō ipsum adoptauisse quū volebat: sed distulisse: qm̄ meminisset Cæsaris cōtentis atq; abnuentis adoptionē: quo si vicisset secum vna imperarer: sin victus esset, ne ipse ante periret. Illud aūt inquit o fili ad postremū tibi præcipio: vt neq; oīno obliuiscaris: nec admodum memineris: q; Cæsarem patruum habueris. Post hęc aūt paulo post tumultum clamorēq; audiuit ad fores: nam milites se natoribus qui abibāt minitabātur: si absessissent iperatorē deserētes, & nō mansissent, fore vt eos iugularē. Rursus igitur metuens illis vi tis: venit in cōspectū: & vbi visus est a militibus nō precibus ac māsuetudine, sed asperitate & ira,

Fortuna id vnū hominibus non aufert: qd bene fuerit cōsultum.

Bebriacū.

Mertius Florus.

Miles qdā seipsum ante Otonem iugulat.

Otonis cōstantia.

Cocceius.

vt qui ad tumultum maxime respiceret, effecit: vt abirent: cedentes hi quidē ac perterriti. Quum iā esset vespera, sitiq; teneretur, paululū aquæ bibit: & quum duos haberet enses, diu vtriusq; aciē dixit: redditoq; altero, alterum ad cistellas accepit: atq; domesticos vocauit: eisq; benigne pecunias suas distribuit: huic plures, illi pauciores: non tanq̄ de alienis, pdigus: sed id pro dignitate atq; moderate diligēter obseruās. Vbi vero hos ab se dimisisset, iam qd reliquū erat noctis quiescebat: sed ita vt cubicularii sentirent eum grauiter dormire. Mane aūt vocato liberto quo vtebatur cōtubernali, imperauit vt quid senatores agerent disceret. Et quū accepisset factum esse iis qui abierant, vt cuiq; opus fuerat: vade igitur inquit tu: ac teipsum ostende militibus: si non vis male ab ipsis interimi: tanq̄ mihi mortis adiutor. Homine aūt egresso, posteaq̄ in ensem substitisset erectum ambabus manibus: superq; decidisset: semel tātum suspirauit: & sensit dolorem: & statibus extra sensum præbuit: vlulatuq; a seruis sublato, vniuersum continuo exercitum atq; vrbem fletus inuasit: & cū clamore milites ac planctu ad fores irruerunt: seipsos miserātes, ac maledicētes: q minus custodissent imperatorē: neq; prohibuissent: & pro ipsis moreretur. Nullus ex illis qui secum essent defecit: etsi hostes erāt in proximo: quin ornato corpore atq; parato rogo eum in armis extulerunt. Qui præuenientes substrauerunt & portauerunt feretrum, lætitia efferebātur: alii vero in vultus cadueris procidentes oscula banturii manus tangebant: ii adorabāt eminus. Aliqui etiam funalia dimittentes in rogos, seipsos iugularunt: qui tamen nihil egregie neq; beneficii quicq̄ a mortuo accepissent: neq; grauius quippiam a victore metuerent. Sed videtur nemini vnq̄ neq; tyranno neq; regi ingenitum adeo immanē fuisse imperandi amorem: vt illi amauerūt ab Otone imperium pati: Otoniq; parere: quos neq; mortui desiderium reliquit: sed perseuerauit in maliuolentiam intolerabilem in Vitellium. Quum vero Otonis reliquias humarent: neq; pro corporis magnitudine, neq; illustri inscriptione sepulcrum fecerunt insigne. At ipse Brixilli quum essem, vidi monumentū paruum & inscriptionem ita habentem. M. Otonis. Diem autem obiit Oto quum vixisset annos septem & triginta: imperasset q; menses tris. Atq; reliquit neq; deteriores, neq; pauciores qui mortem laudarēt: q̄ qui vitā vituperarēt. Nam quum vixisset nihilo modestius Nerone, mortem dedit nobiliorem. At milites quum iuberet Pollio alter ex præfectis, vt iurarent continuo in Vitellium difficiles se præstabant: & quum didicissent senatores quosdam etiā ad se esse: alios dimiserunt: sed Virginio Rufo molestos se præbebant: simul cum armis in ædes venientes: eumq; rursus insigniebant: iubebantq; aut imperaret: aut iret pro se legatus. At is eos q; qui victi eēnt imperium suscipere furiosi cē insanicq; ducebat: qui ante victoriā noluissent. Legatus aūtē ire ad Germanos, a quo illi multā vim passi inuiti viderētur, quū timeret, clam p alias fores e medio se abstulit. Quod vbi milites didicerunt: & iusiurandum acceperunt: & veniam assequuti se Cecinnę addiderunt.

Otonis ſepulcri ſcripſit.

Pollio.

THOMERI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO QVIDEM GRÆCO SED QVAMPLVRIMIS OMISSIS, IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

Uper vacuū fortasse quibusdam videatur in q̄rendis Homeri parētibus ac patria nimis esse occupatū: qñquidem nec ipse sua scribere dignum eē iudicauit: sed ea modestia vsus est: vt ne nominis quidē sui quæ fuerit origo, meminerit. Quoniam vero ad institutionē eorum qui eruditi incipiunt, vtile est plurima experiri: aggrediemur quæcunq; de illo veteres scripta reliquerunt, recensere. Ephorus igitur Cumęus in libro quem de patriis rebus inscripsit, Homerum conciuem suum fuisse volens ostēdere, scribit Atellem, Męona, Diūq; fratres Cumæos fuisse. Horum Dium quum ære alieno præmeretur immigrasse in Aſ-

Aſcra Bœotię vicus. Homeri origo.

cram Bœotię vicū: quūq; illic Pycimedē duxiſſet vxorem: exilla ſuſcepiſſe dicit Heſiodū. Attellem autem quū in patria diem ſuū obiiſſet, filiam noſe Critheida fratris Mæonis tutelæ reliquiſſet. Hūc aūt quum puellam vitiaſſet: grauidāq; feciſſet: atq; ob id facti vereretur infamiā: Phemio eā Smyrneo grāmaticę pręceptori in matrimoniū collocaſſe. Illā vero nō multo poſt ad lauacra, quę prope Meletē fluuiū erāt, pficiſcētem Homerū iuxta fluuiū peperiſſe: atq; ob id infantē Meleſigenē appellatū: qui poſtea cęcus factus Homeri nomē acceperit. Cumæi nāq; & Iones oculis captos Homeros appellāt: q; Homeris. i. itineris ducibus egeāt. Hæc qdem ephorus. Ariſtoteles aūt in tertio de poetica libro dicit: in Io inſula quo tpe Neleus Codri filius coloniā in Ioniā deduxit, puellam quādā indigenā a deo qui muſarū cōſuetudine vtebaſ fuiſſe cōpreſſam: quæ quū grauida facta eēt: infamiā verita in locū abiit: qui Ægina dicebaſ: ibi a latronibus capta, ac Smyrnā quæ tunc Lydorum tenebaſ imperio abducta, Mæoni Lydorū regi amico ab eis dono data eſt. Ille vero puellæ venuſtate captus eā duxit vxorē: quę quū poſtea iuxta Meletē forte ſpatiaretur: partus ſubitis ocpata doloribus: Homerū apud flumē enixa eſt: quē ſuſcipiēs Mæon pro ſuo educauit. Mater aūt ſtatim poſt partū a vita diſceſſit. Quū vero aliquot annis poſt Mæon quoq; ipſe vita functus eēt: Lydiq; ab Æoliis bello preſſi Smyrnā deſerere ſtatuiſſent; principes ciuitatis per pconē edixerūt: vt quicunq; ipſos ſequi vellet vrbe egrederet. Tūc Homerus etiā tum adoleſcētulus: ſe quoq; ὁμήρειν hoc eſt ſequi velle dixit. Eaq; de cauſa fuit Homerus pro Meleſigene nuncupatus. Poſtea quū iam ętate prouectus magnā apud oēs eſſet poeticæ facultatis gloriā cōſequutus: Apollinis conſuluit oraculum: quibus parētibus & qua patria ortus eſſet: atq; hoc reſponſum dicitur accepiſſe: Inſula Ios matrem nato factura ſepulcrum Progenuit: iuuenū tu vero ænigma caueto. Fertur & aliud huiuſmodi habuiſſe reſponſum. Felix atq; miſer ſortēq; ad vtrāq; create Noſſe cupis patrię nomen Homere tuæ? Inſula non longe Creta Minois ab ampla Dat matrem: ſed non eſt pater inde tibi. Atropos hic dulcis tibi franget ſtamina vitæ: Quum iuuenū nodos ſoluere nō poteris. Ipſa duas vitæ ſortes tibi fata dederunt. Hæc obſcura quidem: par erit illa deis. Immortalis eris viuus morienſq; magiſq; Poſt mortem nomē viuet in orbe tuum. Longo tpe poſt, Thebas ad Saturnalia, qui ludi apud Thebanos muſici erant, profectus eſt: inde in Ion inſulam nauigauit: quo quū peruenīſſet: ac forte ſaxo quod erat in litore inſediſſet: piſcatores litoribus tum forte appulſos rogauit: nunquid haberēt: illi vero difficili ænigmate reſponderunt: Se quęcūq; cepiſſent reliquiſſe: quæ vero nō cepiſſent habere: ſignificabāt videlicet quū piſcium nihil capere potuiſſent, ſeſe purgaſſe pediculis: atq; ita quos ceperāt reliquiſſe: quos non ceperāt in veſtimentis habere. Homerus aūt quum hoc ænigma interpretari nō potuiſſet: tingenti dolore cōfectus migrauit e vita: honoriſicentiſſimeq; a ſuis ciuibus ſepultus eſt: atq; hoc illius ſepulcro epigrāma inciſum. Conditur hoc tumulo vates diuinus Homerus: Heroū cecinit qui bene geſta ducū. Sūt qui Homerū Colophonium fuiſſe conātur oſtendere: atq; hoc maxime argumēto nituntur: q; in eius ſtatua hoc elegiacū carmē reperiaſ. Nate Melete decus Graiorū ac ſplēdor Homere Nobilitas patriā qui Colophona tuam: Diuina geminas genuiſti mente puellas Semideum ſcribens inclyta geſta virū: Altera mul tiuagi reditū cantauit Vlyſſis: Altera Graiugenas Dardanioſq; duces. Operę pretium eſt & Antipatri epigrāmatū ſcriptoris nō inſuaue in Homerum epigramma referre. Eſt autem huiuſmodi. Diceris a multis Colophonis alumnus Homere: Hic te Smyrneū credit: at ille Chium. Quin & Iō qdā: qdā Salamina ſuperbā: Theſſaliā multi te genuiſſe ferūt. Sūt & qui memo rēt aliis te ſedibus ortū. Sic variis natus crederis eſſe locis. Dicere ſi liceat mihi Phœbi oracula: cœlū Cærta tibi patria eſt: Calliopea parēs. Natum vero Homerę belli Troiani tpe eiuſdēq; ſpectatorē fuiſſe qdā ſcribūt. alii cētum annis poſt. alii cētū q; quaginta tradiderūt. Scripſit poemata duo, Iliada, & Odyſſeā: Errāt aūt qui vatracomyomachiam, margitemq; ab illo exercitationis gratia aiūt fuiſſe cōpoſitas. Eſſe vero ſecūdum Homerę Troiani belli originē qdā dicūt Alexādri de triū deaę Iunonis, Mineruę, Veneriſq; forma iudiciū. Dicere nāq; poetā aiūt: Alexādrū illas quū ad cū veniſſent, in cōtētionē induxiſſe: quū Venerē quę blādo eū ſed pnicioſo illexerat lenocinio, pulchriorē iudicaſſet. Verūeniuero nō eſt cōſentaneū: deos ab hoſe fuiſſe iudicatos: neq; hoc ab Homero de aliis diis aſſeriē. Quare merito illoꝝ opinio tanq; nullius authoritatis eiiciē: Probabilius igiē fuerit dicere quēadmodū Alexāder Priami regis filius viſendę gręciæ, varioſq; gręcoꝝ mores pcipiendi deſyderio flagrās, Spartā nauigauit: atq; illic ab Helena Menelai vxore, quū maritus abeſſet, honorificētiſſime acceptus hoſpitio, mulierē blāditiis pollicitationibuſq; illexit: vt ſecū diſcederet: qbus ſeducta mulier eū ſequuta eſt. Itaq; nauigātes ad inſulā noſe Cranaā appulerūt: atq; ibi primū Helenæ Alexāder cōiunctus eſt. Inde āt ſoluētes per Sidona & phœnicē Ilium puenere. Menelaus vero & Agamē nō quū primū facti ſunt de iniuria certiores, exercitū in Aulide Bœotię ciuitate cōgregarū. Ibi quū oēs auſpicatiſſimo rex agēdaꝝ initio rei diuinæ intēti eēnt: ecce draco ppinquā arborē in qua forte paſſer nidificarat aſcēdēs, octo pullos matrēq; inſup interemit: quo ſigno portendebatur grǽcos nouē apud Iliū annos dimicaturos: decimo tandē vrbē ipſam funditus euerſuros. Igiē peractis ſacrificiis, Aulide ſoluētes ad Troiā puenerūt: vbi quū primo cōgreſſu Proteſila-

Amphitryo.

Saturnalia apud Thebanos.

Homeri interitus.

Antipatri epigrāma.

Homer⁹ qñ natus ſit. & q̄ opera cōpoſuerit.

Alexander.

Helena.

Cranaa inſula.

Aulis.

Proteſilaus

us interfectus esset, Menelaum & Vlyssem ad repetendã, Helenam legatos Iliũ misertũt. Quũ vero Troiani Helenã reddere recusassent: rursus græci belli gerendi inicre cõsilia: atq; exercitus parte ad vrbis obsidionẽ relicta, reliqui Achille duce vicinas vrbes aggressi sunt: eo consilio vt Troianos finitimis sociis spoliarẽt. Quũ vero populabundi oĩa diriperent atq; vastarent: inter cæteras vrbes vnã forte Chrysam noĩe ceperunt: ex qua captiuã Chryseida Chryse, q erat sacerdos Apollinis: filiam, Agamẽnoni dono dedere. Chryses aũt redimendæ filiæ cã ad exercitũ venit: atq; ab Agamẽnõe cõtumelioſe repulſus, Apollini ſupplicauit: vt ſpreti numinis vlciſceretur iniurias. itaq; magna peſtilentia ab Apolline in caſtra græcorũ immiſſa, Achilles de reddẽda ſacerdoti Chryſei de cõciliatus eſt. Quare Agamẽnon Achilli vehemẽter iratus, Briſeida illi iocundum militiq; præmiũ abſtulit. quã rem Achilles grauiter ferẽs matrẽ Thetim orauit: vt a Ioue Troianis contra græcos auxiliũ imploraret. Q d quum Thetis feciſſet: iãq; Troiani aliquot præliis ſuperiores græcis inſultarent, Patroclus Neſtoris hortatu, arma ab Achille tantiſper dũ Troianos a nauibus repelleret, poſtulauit: quibus impetratis, fortiter ac generoſe pugnãs demũ ab Hectore pereẽptus eſt. Huius mortẽ ſummo dolore affectus Achilles: & cũ Agamẽnone rediit ĩ gratiã: & arma a Vulcano fabricata accipiens alios Troianorũ q plurimos, ac deniq; ipſum Hectorem interemit. Hic quum rerũ oĩum ac totius belli ſit ordo: Homerus tũ a nono anno poematis ſui ſumpſit exordiũ: qm q ante Achillem ira geſta fuerant, tenuia ſatis ac parũ ſibi memoratu digna videbantur. Troiani enim Achillem timentes ſe intra muros continuerant: ac nunq; auſi erãt cũ græcis aperto marte contendere. Sed poſtea q iratus Achilles a certamine deſtitit audẽtes in cãpũ prodierũt. Tunc æquatis belli viribus, plurima inter Heroas præclara facinora patrata ſunt. Homerũ poetam tpe q dẽ plurimis, virtute aũt ac facultate oĩbus ſuperiorẽ merito primũ legimus: maximũ ex eo & ad dicendi copiã, & ad ſniam grauitatẽ, & ad plurimarũ rerũ cognitionẽ, præſidiũ habituri. Dicemus ãt de illius poeſi: ſi prius aliqua de ipſo poeta in mediũ attulerimus. Homerũ igitur Pindarus tum Chium, tum Smyrnæum fuiſſe ait. Simonides Chium: Antimachus ac Nicander Colophonium: Ariſtoteles ãt Iterem: Ephorus vero hiſtoricus Cumæum: quidã etiã Salaminium: quidam argiuum fuiſſe dixerunt. Ariſtarchus aũt ac Dionyſius Thrax Athenienſem putarũt. Filius vero a quibuſdam Mæonis & Critheidis, ab aliquibus Meleris fluminis exiſtimatus. Atq; vt de genere ac patria ĩa & de tpibus quibus fuerit, dubitatur. Ariſtarchus enim eo dicit Homerũ tpe floruiſſe: quo in Ioniam colonia deducta eſt: poſt Heraclidarũ videlicet deſcenſum annis ſexaginta: quum ante Heraclidarũ geſta annis octoginta bellum Troianum fuiſſet. Crates vero ante Heraclidarũ deſcenſum Homerũ fuiſſe confirmat: quod ſi ita eſt, non integri octoginta anni inter Troiani belli tpa, & Homeri geneſim repetiẽtur interfuiſſe. Verũ plures in hanc ſniam conueniunt: Homerũ annis centũ poſt bellũ Troianũ natũ: nõ multo ante Olympia: a qbus Olympiadarũ anni nũerarẽ. Sunt aũt illius poemata duo, Ilias & Odyſſea: ambo nõ ab ipſo poeta, ſed ab Ariſtarcho grãmatico in numerũ verſuum diuiſa atq; diſtincta. Ilias quidem geſta græcorũ & barbarorũ propter Helenæ raptum, ſed ꝑcipue Achillis præclara in eo bello facinora continet. Odyſſea vero Vlyſſis ex Troiano bello in patriam reditum: quorũ ille labores errando pertulerit: atq; vt reuerſus vltus fuerit inimicos oſtendit. Ex quo apparet ſapientiſſimũ poetã in Iliade quidẽ corporis vires, in Odyſſea vero animi virtutes exequutum. Si nõ ſolũ virtutes: ſed ẽt vitia, dolores quoq;, lętitias, timores, atq; cupiditates hoĩum deſcribit: iniquũ tñ eſt accuſare poetã: q; non bonos tm, verũ etiam malos mores expreſſerit. Siquidẽ ſine vtriuſq; non fiunt ꝑclara facinora: Et licet ſemp auditoribus e multis ac variis eligere meliora. Finxit etiã Homerus deos vti hominũ conſuetudine atq; colloquiis: nõ mõ vt eiuſmodi figmẽta & delectarent & admirationẽ relinquerent: verũ etiã vt per hoc, deos rerũ humanarũ curam hẽre declararet. Vniuerſa deniq; apud eum geſtorũ expoſitio: & admirabilis & fabuloſa contexit: vt poſſit ſedulos reddere: atq; obſtupefactos tenere lectores: vtq; magnifica atq; ſublimi oſone reddatur illuſtris. Ex quo interdũ videtur poeta quædã ꝓter rei veritatẽ ſcripſiſſe: nõ enim ſemp probabilia perſequutus eſt: ſed perſæpe effinxit res mirandas atq; ſublimes. Quapropter non modo res, ſed etiam verba & extulit, & a cõmuni cõſuetudine trãſtulit. Q d autem noua quædã & admiranda & q non facile in conſuetudinẽ veniunt ſemp adducat, nemo nemedio criter quidẽ doctus, ignorat. Quinetiã ſiquis in his fabuloſis narrationibus diligenter ſingula quæ dicuntur attenderit: poetam hunc omni humanitate atq; doctrina imbutum fuiſſe reperiet: intelligetq; plurima illum tanq; ſemina & orationis & actionum variarum poſteris non ſolum poetis, verumetiam oratoribus hiſtoricis atq; philoſophis reliquiſſe.

Chryſeis.

Briſeis.

Patroclus interficitur.

Homeri poemata duo. Ariſtarch⁹.

¶ Hactenus habitæ ſunt vitorũ illuſtrium vitæ ex Plutarcho græco in latinũ a diuerſis traductę: & multa vigilantia per Gerardum Verſellanum poſt Brixianam recognitionem emaculatæ. Sequuntur & aliæ illuſtrium quidem virorum vitę: ſed ex aliis authoribus de promptæ: quas idcirco ſeorſum duximus imprimendas, q Plutarchi non ſint; nec tamen omittendas, q cognitu ſint digniſſimæ.

CEVAGORÆ VIRI ILLVSTRIS VITA E GRÆCO IN LATINVM PER GVA/rinum Veronensem versa. Non quidem e Plutarcho. Nã textus huius vitę græcus insc/ribitur ex fontibus Isocratis. & re vera, q̃tenus cõiicere dat, quũ ob materiã tũ ob pigmẽ totum græcę orationis stilum, Isocratis est Myrothecio hæc vita restituenda.



Cum videre o nicocles te nõ solum rerũ pulchritudine atq; copia: verum etiam choris & musica gymnicisq; certaminibus, necnõ equoq; triremiũq; curribus funus paternũ honorãtem: nihil quod ad eiusmodi reę splẽdorẽ pertineret relinquẽre: putaui fore vt Euagoras (siquis sensus de his quę fiunt mortuis inest) libẽter & hæc acciperet: gauderetq; aspiciens tuã erga se curã ac magnificẽtiam: sed multo maiorẽ gratiam, q̃ reliquis oĩbus, haberet: siquis ipsius præclara facinora atq; pericula digne narrare posset. Et cni viros magnanimos honorisq; cupidos non solum laudes suas his rebus anteponere, sed pro vita honestam mortem optare reperiemus: maiusq; studiũ de sua gloria q̃ de vita habere: denicq; oĩ cura atq; diligentia eniti: vt eoq; immortalem memoriam derelinquant. Magni ergo sumptus nihil tale effi cere possunt: sed opes duntaxat atq; diuitias ostentant. Eorum vero qui in musica aliisq; certaminibus se exercent ii quidem suas vires, alii vero suas artes demonstrantes, seipsos glorioliores constituunt. Oratio vero si eleganter & ornate illius res gestas narrauerit, semper memorabilem Euagoræ virtutem apud omnes mortales efficiet. Oportet vt & alii viros præstantes & optimos qui sua tempestate sunt, præclaris laudibus extollant: quo illi qui aliorum facta ornare possunt, quũ non apud ignaros verba facturi sint, eos quos honestate volunt veris laudibus prosequãtur: iunioresq; ardentiori studio afficiantur ad virtutẽ: quum quibus se meliores præstabũt, his ampliores laudes se consequuturos sciant. Nunc autẽ quis non langueſceret: segnioreq; ad virtutem non redderetur: quũ eos qui rpe Troiani belli atq; antea fuere, celebratos carminibus & laudibus decantatosq; tragœdis animaduertit: seipsum autem prospiciat, neq; si illos omnes probitate, & virtute vinceret, nunq̃ similes laudes assequuturũ! Sed horum perfecta causa est inuidia: cui solum hoc boni adest: q; maximum malum inuidis afferre solent. Quidam enim sic deprauati natura sunt: vt libentius eorum quos ignorant an vnq̃ fuerint, q̃ eorum quibus plurimis beneficiis astricti sunt, laudes audire velint. Non tamen his qui ita male sentiunt inseruiendum existimo: sed hos quidem negligere, alios vero vt laudes eorum audiant, de quibus dicere iustum est, asuefacere debemus: præsertim quum & artium, omniumq; aliarum rerum additamenta facta videamus: non per eos qui acquiescunt his quæ ab aliis instituta sunt: sed per eos qui & parua dirigere, & non bene institutа mutare audent. Nec ignoro q̃ difficile factu sit: cuiusquam virtutem soluta oratione laudare. Cuius rei maximum signum: q; ii qui oratoriæ arti operam tradant, de multis variisq; rebus dicere audent: de talibus autem nullus vnq̃ ipsorũ aggressus est dicere. In quo, ipsis dandam veniam censeo. Nam poetis multa dantur: quibus eorum carmen ornare possunt. His enim & deorum cũ hominibus congressus, tum disceptationes, & certamina, quibus cum volunt: fingere licet: & cum hæc narrare voluerint: non eadem verborum lege, qua oratores, astringuntur. Itaq; non solum verbis visitatis, verũ etiã nouis, translatis, & peregrinis, & omni denicq; dicendi genere suã poesim ornare possunt. Oratoribus autem nihil tale conceditur: sed his necesse est, & verbis & sententiis, ceteriscq; quibus orationem suam magis ornatam efficere valerent, strictiori quadam lege vti. Ad hæc hi quidem omnia numeris & metris, scribunt: his vero nihil tale commune est. quæ tantam gratiam habent: vt q̃is nec verba idonea, nec graues sententiæ sint, mensura tamen quadam atq; numeris auditores demulceãt. Quãta autẽ horũ sit vis, illinc facile pspici potest. Nãsiquis eoq; poematum quæ probatissima habent, verba qdem & snias relinquat: mensuram autem dissoluat: multo pro/

Inuidia hoc solũ boni habet vt iuidis maximũ malum afferat,

Poetis qd liceat.

Oratoribꝰ quid liceat.

fecto opinione|quã nunc de his habemus|inferiora videbuntur. Nec tñ q̃uis poesis hoc tantũ pr̃e
ſtet, a ſcribendo deſiſtere debemus: ſed; tentandũ eſt: ſi ſoluta oſone viros probos ac p̃claros meri
tis laudibus honeſtate valeamus: nihil minus iis qui carminibus & numeris eos laudant: Primum
ergo de ingenio naturaq; Euagoræ, q̃buſq; maioribus ortus ſit, etſi multis notũ arbitror, aliorum
gratia dicẽdum videt: vt oẽs ſcire poſſint. Quãuis eni maxima & p̃clara exẽpla maioꝝ relicta ſint:
nihilominus his nõ inferiorẽ ſe pr̃eſtitiſſe intereſt. Semideos generoſiſſimos, eos qui a Ioue genus
ducunt eſſe, oẽs vno ore cõſentiunt. Hos aũt ipſos ſi inter ſe cõferre voluerimus, nemo eſt, q̃ Æaci
das cæteris pr̃eferre dubitet. In aliis generibus hos q̃dem virtute pr̃eſtantes atq; inſignes, alios ve
ro obſcuros inferioreſq; reperiemus: at oẽs qui Æaco orti ſunt clariſſimi fuere ſuo tpe. Æacus, aũt
qui Ioue ſatus eſt, a quo Teucridaꝝ genus initium ſumpſit, tam cæteris virtute pr̃eſtitit: vt quum
maxime ſiccitate in græcia plurimi hominũ corrumperẽtur: nullumq; malo huic auxilium inueni
rent: poſtq̃ magnitudo calamitatis excreuit, eũ ciuitatũ princeps adierint: rogãtes, vt tãtum malũ
tantãq; peſtẽ ab eis propulſaret. ſperabãt enim propter ipius generoſitatẽ atq; eximiam pietatem,
q̃celeriter a diis p̃ſentium maloꝝ liberationẽ inuenire. Nec ea ſpes eos falſos habuit: ſed voti cõpo
tes facti in Ægina, vbi votũ ille p̃ceſq; fecerat, cõe omnibus græcis ſacrum ædificauere. Atq; per id
temporis: donec inter homines fuit, ſumma cũ gloria vitã duxit: poſtq̃ vero migrauit e vita: quũ
apud Plutonẽ Proſerpinãq; maximos honores aſſequutus eſſet, adiudicandas animas eis aſſediſ
ſe fertur. Iſtius aũt Telamon & Peleus filii fuere: quorum alter cum Hercule contra Laomedontem
militans, propter ſua egregia facinora ingẽtibus p̃miis donatus eſt. Peleus quum impugna con
tra Centauros ſtrenue dimicaſſet: multiſq; aliis bellis atq; periculis probatus eſſet: Thetida Nerei
filiam immortalem, quãuis ipſe mortalis: vxorẽ meruit: atq; ex omnibus quæ ante fuere, ſolum in
iſtis nuptiis Hymenæum deos cantaſſe ferunt. Inde Aiax Teucerq; a Telamone: Achilles vero, a
Peleo orti ſunt: qui maximum ac manifeſtiſſimum argumentum ſuarum virtutũ dedere. Nõ enim
ſolum in ſuis ciuitatibus lociſq; quibus habitabant primi fuere, ſed quum græci cõtra Troianos
expeditionẽ feciſſent: multiq; vtrinq; coacti eſſent: nemo deniq; vir clarus qui his non adeſſet: peri
culis inueniri poſſet: omnibus tamen Achilles longe pr̃eſtitit. Aiax vero poſt illum facile omnes ſu
perabat. Nec Teucer horum genere indignus: nec cæteris inferior habebatur. Qui poſtq̃ vna cum
græcis depopulatus eſt Troiam: atq; diruit: Cyprũ petiit: vrbẽq; ædificauit: quã Salaminã antiqua
patriæ nomine vocauit: genuſq; reliquit: quod nũc regno potitur. Tam igitur p̃claræ facinora
maioꝝ a primordio generis Euagoræ fuere. Quum igitur iſto pacto vrbs ædificata eſſet: principio
hi qui a Teucro geniti ſunt regnum obtinebant: poſtero inde tempore vir quidam exul a Phœni
cia in Cyprum venit: hic quũ maxime ab eo qui tunc temporis regnabat, cultus eſſet: maximaſq;
accepiſſet prãtes: haꝝ rex non habuit gratiam: ſed in regẽ qui eum hoſpitio acceperat, malus in
gratuſq; exiſtens, ac ad p̃ripienda aliena callidus, benefactorem ſuũ ex regno eiecit: ipſe vero im
perio potitus eſt. Inde quũ rebus tam ſcelerate geſtis diffideret: ſuumq; ſtatũ ſtabilire vellet: ciuitatẽ
effecit barbarã: inſulãq; vniuerſam Perſarum in ſeruitutẽ dedit. Rebus ita cõſtitutis. Euagoras na
ſcitur: de quo diuinationes & oracula, viſaq; in ſomnis, quibus hoĩum naturã excedere videretur,
relinquere decreui: nõ vt his rebus fidem non adhibeam: ſed vt omnibus apertum faciam: tantũ
me abeſſe: vt de eo aliquid fingam: vt etiam p̃termittã quæ olim nota eſſe exiſtimẽ. Sed quum de eo
dicturus ſim: ab his quæ omnes fatentur, initium faciem. Puer nempe exiſtens honeſta forma, ro
buſtus atq; temperatus fuit: quæ honorũ omnium eius qui ea ætate ſit decentiſſima videntur. Ho
rum omnium teſtes afferre poſſumus. nam temperantiæ: eos ciues qui vna cum eo fuerunt eruditi:
pulchritudini, oẽs qui eum viderunt robori deniq;, ea certamina, quibus ille æquales ſuperauit.
His deniq; quũ vir factus eſſet, fortitudinẽ, ſapientiã, iuſtitiãq; adiunxit: nec mediocriter quẽadmo
dum cæteri: ſed hoꝝ quodlibet egregie quadã cũ excellentia habebat. Tantũ enim corporis virtu
tibus animiq; p̃ſtitit: vt quum eũ intuerentur, qui tum in imperio conſtituti erãt, ſtupeſcerẽt: & nõ
mediocri timore de principatu eoꝝ afficerentur. Putabant enim nullo mõ fieri poſſe: vt is qui tali
ingenio præditus eſſet: priuatus vitã degeret. Inde quũ eius honeſtiſſimos mores inſpiciebãt: tantã
ei adhibebant fidem: vt putarent, ſi quis in eos delinquere auderet, ſibi Euagoram adiutorẽ fore: &
quũ tã varia ac diuerſa de eo eſſet opinio: nihil tñ hoꝝ eos fefellit. Nã neq; priuatus vitã egit: neq; in
eos aliquid cõmiſit: ſed tantã de eo prouidentiã deus habuit: vt honeſte regiã dignitatẽ ſumeret: vt
omnia quæ per impietatem fieri neceſſe erat: per alium patrarentur: ea vero quibus ſancte ac iuſte
imperium aſſequi poterat, Euagoras ſeruauit. Quidam enim qui per id tempus in poteſtate erat,
per inſidias regem trucidauit: Euagoraq; cõprehẽdere conatus (Putabat enim nullo pacto princi
patum obtinere poſſe: niſi illum e medio tolleret) ſed Euagoras pericula effugiens Solos Ciliciæ ſe
recepit: nec eandem habuit mentem: quam alii qui in eiuſmodi calamitates incidũt. Illi enim cũ
imperio excidere humiliores animos habere ſolent: ipſe vero poſtq̃ patriam fugere coactus eſt, in
tñ animi magnitudinis venit: vt quum antea priuatus eſſet, non putare ſibi ſine imperio eſſe vi
uẽdũ: neq; cũ vagis & exulibus aliiſq; hoc genus hoĩum, reditũ q̃ſiuit: idignos p̃cari atq; colore cõ

Semidei q Æacidæ. Æacus. Teucridaꝝ genus.

Telamon Peleus. Thetis. Hymeneus Aiax. Teucer. Achilles.

Salamina quo cõdita

Euagoras q̃donatus.

tempsit: sed eam occasionem sumens quam omnibus qui pietatē colunt sumi oportet: vt suas sci licet iniurias lacessiti vlciscantur: optauit: vel victor potiri imperio: vel superatus occumbere. Itaq; quum quinquaginta fere hominum, vt plurimi ferunt, coegisset: cum his reditum in patriam pa rauit. Vnde & illius ingenium, & qua apud alios opinione esset cōtemplari possumus: nam quum tam paruo virorū numero ad tam ingens facinus nauigare deberet: sibiq; oia grauia imminerent: quæ in hmōi periculis esse solent: non tñ ille elāguit: nec vllus eorū quos adhortatus fuerat in tan to discrimine ab eo: defecit: sed ii q̄ tanq̄ deum aliquem sequerentur fidē seruare: ipse vero tanq̄ me liorem hostibus exercitum habere: vel pugnæ euentum quum prospiciatur, ita animo affectus vi debatur. quod ex rebus quas gessit, intelligi licet: nam quū in insulā descendisset: nō putauit opor tere locum munitum capere: secq; in toto collocare ac circūspicere: si aliqui ciuium sibi auxiliū fer rent: sed eadem nocte vtprimum faculras data est, vrbem ingressus cum suis ad regiam irruit. Qui Euagoras Salamine occupatare gnum ade aptus est. aut̄ ea tempestate tumultus acciderint, qui ve alii terrores euenerint, q̄ deniq; exhortationes eius fuerint: ni vererer orationis prolixitatem dicere non grauaret. Quum vero ii qui circa tyrannum erant pugnarent: reliqui autem ciues quum illius principatum, tum huius virtutē metuentes ge tem agerent: pugnans solus contra multos, cūq; paucis contra oēs inimicos, non antea destitit: q̄ regem in suam potestatem redigeret: & inimicos vltus est: & amicis auxilium tulit: & ipse ciuitatis imperio potitus est: & generi suo patrios honores restituit. Arbitror profecto si nihil aliud memo rare velim: sed hic orationi finē imponere: ex his quæ diximus, facile esse & Euagoræ virtutem, & egregia eius facta cognoscere. Non tamen his contentus sum: sed ex his quæ sequētur, hæc magis manifesta fore existimo. Nam quum tempore vniuerso tot reges totq; tyranni fuerint: nullus tñ hunc honorem adeptus est, nec honestius nec iustius. Si igitur cum eorū quoliber facta Euagoræ comparare voluerimus: fortasse nec nostra oratio auditoribus grata esset: nec tempus ad dicendū sufficeret. Sin autem seligamus quosq; probatissimos: cunq; his Euagoram comparemus: multo breuior erit oratio: nec minus propositum assequemur. Eis qui a parentibus regna accepere, quis est qui Euagoræ pericula nō anteponat: neminem enim adeo segnem & ignarum esse existimo: vt mallet a progenitoribus sumere imperium: q̄ sancte quemadmodū ille assequens, suis liberis relin quere. Atqui omnium antiquorum, qui in patriā rediere, hi profecto qui a poetis inducti sunt ce leberrimi videntur. Hi enim non solum præclaros reditus, qui ante fuerint, nobis commemorāt sed nouos quosdam ipsi fingūt. Nullus tamen eorum effinxit: qui tam grauibus periculis ac terro ribus in patriam rediret: sed finxere q̄plurimos fortuna, nonnullos vero dolis ac fallaciis regiā di gnitatem accepisse. Atqui Cyrum præ cæteris qui postea fuerunt admirantur. Is enim Medis ab Cyrus rex Persarum. stulit: Persisq; quæ fuit imperium: sed tamen iste Persarum exercitu Medos vicit: quod multi Græ corum Barbarorumq; fecissent. At iste corporis animiq; virtute q̄plurima ex his quæ dicta sunt fa cere visus est. Deinde ex Cyri expeditione non satis liquet: eum pericula Euagoræ subire potuisse: at ex his quæ hic fecit, omnibus in promptu q; facile & opera esset agressus. Præterea huic qdē om nia iuste & sancte facta sunt: Illi autem non nulla impie euenere. Nam iste inimicos perdidit: Cy Cyrus ma tris parentē interfecit. rus autem matris parentem interfecit. Itaq; si aliqui vtriusq; non rex magnitudinem, sed virtutē metiri velint: non iniuria Euagoram maioribus laudibus honestarent, Atqui si breui nullamq; in uidiam timentes audacter loqui oportet: nullus neq; mortalis, neq; semideus, neq; immortalis de nicq; reperietur: qui summa cum pietate regnū accepit & honestius & clarius. Quibus rebus siquis maxime credere poterit: non valde repugnans quæ dicuntur conabitur exquirere quonam pacto vtriq; imperarent. Non enim videor (quoquo modo res se habeāt) prompto animo velle magna dicere: sed rei veritate inductus ita audacter de his differere: quoniam si paruis in rebus ipse præsti tisset: huiusmodi nempe orationem de eo habere æquum fuerat: nunc autem oēs fatētur ex bonis omnibus humanis & diuinis nihil maius regno nihil admirabilius: nihil deniq; maiori reueren tia dignius reperiri posse. Qui vero omnium honestissimoq; honestissime assequutus fuerit eū: qs rhetor, quis poeta, quis demū orationis inuētor, pro rebus gestis digne laudare poterit? Nec tamē quum his tam clarus fuerit: in cæteris inferior reperiret. Sed in primis quū natura ingeniosissimus esset: mentēq; haberet ad recte faciendū aptissimā: nihil tñ ex tēpore: nil cum negligentia putauit esse faciendū: sed quærendo consulendoq; omni cura plurimum tpis consumebat. Putabar enim si animum suū bene instituisset, bene se & regnū suū habiturū: nec eos satis admirari poterat: quicūq; Euagoræ mores egregii. aliorū gratia animi curam gerunt ipsius vero animi nihil pensi habent. Quippe quū eos qui sum ma diligentia oia faciunt, q̄ minimo dolore affectos animaduerteret: verāq; animi quietē non in otiis, sed in bene agēdo & tolerādo esse nihil non exploratum reliquit: sed tanta diligentia res oēs tenebat: adeoq; vnūquēq; ciuiū nouerat: vt neq; isidiis inig p̄occupare, neq; æq eū latere posset: sed vt oēs debita ferrēt p̄mia. Castigabat puniebatq; ciues: nō ex his q̄ ab aliis accepat: sed ex his quo rum ipse erat cōscius iudicia faciebat. Nec tñ in his q̄ quottidie acciderant, q̄is in talibus curis eēt cōstitutus, vllo terrore tenebat: sed ita pie & humane ciuitatē gubernabat: vt oēs qui illuc venirēt magis eos qui eiusmodi regi obtemperarent, q̄ eum tali imperio felicem arbitrarent. Vniuerso vi

te tẽpore nemini iniuriam tulit: semper in omnes iustum imperium habuit iuste delinquentes puniuit. quũ nullius cõsilio egeret: amicos tam cõsulebat. A familiaribus se vinci multis in rebus patiebatur: at omni in re superabat inimicos. nec contractione frontis, sed vitæ institutis captabat reuerentiã. Nihil ei sine ordine, nihil sine modo agebat: sed quæ verbis promiserat, haud secus fidẽ seruabat: q̃ si iureiurando deuinctus esset. Nõ his quæ fortuna, sed quæ sua virtute q̃sierat gloriabatur. Amicos quidẽ beneficiis sibi morigeros, alios vero magnanimitate sibi inseruientes faciebat, nõ ga multis grauis ac molestus foret, terribilis erat: sed ga facilius alioꝝ ingenia superabat. Non parebat voluptatibus, sed dominabat: paucis laboribus multũ otii quærens: sed non pppaꝝ otii magnos labores subterfugiens. Oĩno nihil reliquit qd regibus adesse deceat: sed ex oĩ repu. quod est optimũ eligit. Nãq; colendo multitudinẽ populare, ciuilem aũt remp. iuste gubernãdo: rei vero militaris peritum bene in periculis consulendo se ostendit: Regalem deniq; se, his oĩbus præstando. Quod aũt hęc pluraq; adessent Euagoræ, ex his quæ gessit facilius intelligi põt. Nam quũ ciuitatẽ effectã barbaram pp Phœnicũ ĩperium, neq; recipientẽ Græcos, neq; scientẽ artes, neq; ĩperio vrentem, neq; possidẽtẽ portus accepisset: hæc oĩa direxit: ac insuper imperii fines protulit: mœnibusq; vrbem cinxit: triremesq; ædificauit: aliisq; apparatibus ciuitatẽ ita auxit: vt a nulla Græcaꝝ ciuitatum superaret. Adeo deniq; potentẽ effecit: vt eam multi qui antea contempserant, formidarent. Atqui ciuitatem aliquãtã breui in tm magnitudinis accrescere nullo pacto fieri potest: nisi aliquis iisdem moribus gbus Euagoras pręditus sit, quosq; pauloante cõmemorauimus, eã gubernaret. Ita haud vereor ne maiora q̃ fecerit dicere videar: sed multo magis: ne ab eius præclaris factis superatus appearam. Quis enim ofone hmõi ingeniũ attingere posset: qui non solum ciuitatẽ suam præclarã effecit: veꝝ etiam & locum insulam complectentẽ in mansuetudinẽ redegit & modestiã? Nam anteq̃ Euagoras potiretur imperio: ita feri & imanes erant: vt eos principes optimos iudicarent: quicunq; crudelissime in Græcos affecti essent. Nunc vero in tm ĩmutati sunt: vt inuicem certent: qui magis Græcoꝝ studiosi esse videant: ac plurimi eoꝝ filias nostroꝝ vxores accipiunt: vt ex his liberos habere possint. Magis enim Græcis & rebus & studiis q̃ quæ apud eos sunt gaudere videas: ac plures circa musicam aliãq; eruditionẽ his locis ĩmorantur: q̃ gbus consueuerant. Horum oĩum Euagorã cãm fuisse nemo dubitat. At illud profecto maxima coniectura illius & moꝝ & sanctitatis est, Plurimi enim Græci probi honestiq; viri proprias deserentes patrias, vt cum eo habitarent, in Cyprũ se cõtulere: putãtes regnũ Euagoꝝ nõ solũ suis rebus publicis cõmunius: verũetiã stabilius & iustius. quoꝝ alios nominati dicere haud facile esset: Conona vero q̃ pp plurimas suas virtutes Græcis præfuit, quis nescit: quũ eius ciuitas ingenti calamitate foret oppressa aliis postpositis ad Euagorã se contulisse: diiudicans apud illum suæ salutis refugium esse firmissimũ: ipsumq; Euagoram celeriter patriæ auxiliatorẽ fore! Quũ antea Conon multa recte fecisset: nulla in re tm melius q̃ in his consulere visus est. Multa enim bona pp aduentũ in Cyprũ, & facere, & pati ei contigit, Primum quidẽ quũ nunq̃ antea alter cum altero versatus esset: plutis seipsos fecere: q̃ qui prius fuissent familiares: deinde vniuersum tẽpus summa cõcordia vixere: deq; nostra ciuitate eãdem habuere sententiã. Nam quum eam sub Lacedæmonioꝝ imperio, variisq; mutationibus exagitatam viderẽt: grauiter molestęq; ferebãt. in quo vteꝝ suo functus officio est. illi enim natura erat patria: Hunc autem pp multa magnaq; beneficia lege lata ciuitate donauerant. Ipsis igitur cogitantibus, quonã pacto tantis calamitatibus Athenienses liberarent: celeriter Lacedæmones opportunitatem prębuere. Nam quum Græcorum imperio terra mariq; potirentur: in tantam dominandi cupiditatem venere: vt totius Asiæ imperium affectarent. Illi igitur opportunitatẽ sibi datã sumẽtes, ducibus regis dubitantibus quomodo rebus vti oporteret, eos admonere: vt non terrestri, sed nauali prelio cum Lacedæmoniis certarent. Putabant enim si eos pedestribus copiis superassent, vt ea solum quæ incontinenti essent bene se haberent: at si nauali pugna victores essent, vniuersam Græciam huius victoriæ participem fore: quod certe contigit. Nam quum regis duces eis obtemperassent: magnamq; coegissent classem: Lacedęmonii debellari sunt: atq; imperium amisere: Græci vero sunt liberati. Athenienses autem aliquam antiquæ gloriæ partem resumpsere: sociorumq; duces sunt constituti. Hæc omnia duce Conone, Euagoraq; ipsam prębente victoriam vires q; plurimas afferente, facta sunt. Quorum gratia nos eos maximis affecimus honoribus. Nam ipsorum statuas prope Iouis seruatoris simulacrum ereximus: vt illi & horum vtriusq; beneficiorum magnitudinis mutuæq; amicitiæ monumentum esset. At Persarum rex nõ eodem modo erga eos animatus fuit: sed quãtomaiora & prestantiora fecere: tanto magis eos formidauit. Sed de Conone alias. Q d autem ita erga Euagoram rex affectus esset: non alios latere voluit. Videtur enim maius studium in bello quod in Cypro gessit, q̃ reliquis omnibus adhibuisse. Maiorem enim & grauiorem illum aduersarium, q̃ Cyrum secum de regno certantem arbitrabatur. Illius enim augmentis apparatus in tantum contempsit: vt ipsius negligentia, parum abesset: quin ab illo regia occuparetur. Istius autem virtutem tantum timuit: vtei q̃is multis beneficiis affectus esset, bellum inferret: iniuste quidem faciens: haud tamen omnino rebus suis temere consulens. Sciebat enim

Canõi Cyprũ ad Euagoram secẽtulit.

Lacedæmonii regnum amittũt duce Conone & euagora suffragãte

Statuę Cononi & Euagorę erectę

multos Græcos & barbaros ex humilibus rebus ac nullius pene momenti maxime imperia queſi uiſſe. Sentiebat aũt Euagoræ magnitudinẽ: & paulatim inquantũ nominis & gloriæ accreuiſſet. Videbat enim inſuperabilem habere natutam: & fortunam ei aſpirantẽ aĩaduettebat. Itaq; nõ p/pter ea quæ facta eſſent iratus, ſed de futuris timẽs, nec tantum de Cypro, ſed de maioribus etiam formidãs, ei bellum intulit. Tantis enim apparatibus in eum irruit: vt in ea expeditione plus q̃ qn/quaginta milia talenta cõſumeret. Euagoras tñ q̃uis copiis viribuſq; inferior eſſet, tam ingentibus apparatibus ſuam prudentiã opponẽs in his magis admirandũ q̃ in aliis quæ dicta ſunt ſe oſten/dit. Etenim donec eum in pace viuere ſinebat, ſua ciuitate cõtẽtus fuit. Poſtq̃ vero bellare coactus

Protago/ras Euagorç fi/lius.

eſt: talem profecto ſe præſtitit: talemq; Protagoram adiutorẽ filium habuit: vt parum abeſſet: qn totam Cyprum in ſuam ditionem redigeret. Phœniciam depopulatus eſt: Tyrum vi cœpit: Cilici am fecit a rege deſciſcere. Tot vero inimicos perdidit: vt multi Perſarum ſuas lugentes calamitates virtutum illius recordarentur. Sic demum eos bello ſatiauit: vt quum antea reges non prius q̃ eoꝝ domini forent cum his qui ab eis deſciuiſſent reconciliari aſſueuerint, libentes pacem facerent: ſol uentes hanc legem: nec quicq̃ de imperio Euagoræ permutantes. Et Lacedæmoniis quidem quoq; ea tempeſtate & maximæ vires & gloria etant: iſtra tres annos imperium abſtulit: cum Euagora ve/ro decem per annos bellum gerens, eorum quorum ante id bellum gerẽs, dominũ reliquit. Quod aũt omnium maxime admirabile videt, vtbẽ quam Euagoras altero regnante quinquagita cum viris ceperat: hanc magnus imperator quũ tantas vires tantoſq; exercitus haberet capere non po tuit. Atqui quonã pacto aliquis manifeſtius fortitudinẽ, prudentiam, vniuerſam denicp Euagoræ virtutẽ, q̃ his præclaris facinoribus & periculis oſtẽdere poſſet: non n. ſola alia bella ſuperaſſe videtur: verũetiã id qđ & heroes geſſere: & apud oẽs gentes celebrat. Illi enĩ cũ vniuerſa Græcia ſolã ac/cepere Troiam: iſte vero vnã ciuitatẽ habẽs cũ tota Aſia bellũ geſſit. Itaq; ſi eum tot reꝝ ſcriptores quot illos, laudare voluiſſent: multo maiorẽ q̃ illi gloriã reportaret. Quẽ enim eoꝝ qui tunc rpis fuere, ſi fabulas dimittere ac veritatẽ contẽplari volumus, inueniemus vnq̃ talia feciſſe? vel quem tam varios caſus, variaſq; reꝝ mutationes ſubiiſſe: qui ſeipſum ex priuato tyrannũ conſtituit: ſu/umq; genus quod totũ ex rep. expulſum erat, in decentes honorẽs reduxit: Ciues vero ex barbaris: Græcos, bellicoſos ſex imbecillibus, ex in gloriis deniq; effecit glorioſos: tantã vero regionem quũ feram & immanem accepiſſet, mitem & manſuetam reddidit. Ad hæc ſic regis inimicitias hone/ſte vultus eſt: vt bellũ in Cypro geſtum ſemp memorabile futuꝝ ſit. Quũ vero eius ſocius fuit: tan ro vtiliorẽ ſe aliis præſtitit: vt conſenſu omniũ in nauali pugna quę circa Cnidum cõmiſſa fuit, ſibi maximo adiumẽto foret. Qua peracta totius Aſiæ dominus cõſtitutus eſt: Lacedæmonii aũt qui antea Aſiã vaſtare volebant, de proprio ſolo periclitari coacti ſunt: Græci vero pro ſeruitute libertatẽ habuere. Atheniẽſes quidẽ in tm creuete: vt hi qui prius eis de dominabant, eos adirent: impetumq; eis traderent. Quapropter ſiquis me interrogaret: quid ex rebus ab Euagora geſtis ma ximum eſſe putem: vtrum curas apparatuſq; cõtra. Lacedæmonios: ex qbus ea quæ dixmus facta ſunt: vel poſtremum bellum: vel regni adeptionẽ: vel tota rerũ diſpoſitionẽ: in multa profecto am biguitate conſtituerer. nam quocũq; oculos mentis iniicio: id mihi & maximũ & admodum mira bile videtur. Itaq; ſi aliqui vnq̃ pp virtutem imortales fuere: arbitror & illum hoc munere dignum eſſe: coniectutis vtens: q; illis & fortunatiorẽ, chariorẽq; diis vitam duxit. Semideorũ enim q̃pluri/mos inueniemus in maximas calamitates incidiſſe: Euagoras vero in principio non ſolum valde mirabilis, verumetiam beatiſſimus perſtitit. Quid etiã felicitatis ei abfuit: qui talibus maioribus ortus eſt: quales nemo habuit: niſi ſiquis eadem ſtirpe fuerit procreatus? Tantũ vero corporis ani/miq; virtutibus cæteris præſtitit: vt non ſolum Salamine, ſed etiam totius Aſie imperio dignus vi deretur. Regiam vero dignitatem honeſtiſſime adeptus, in hac vitã finiuit. Mortalis autem quum

Euagoræ mors.

eſſet: memoriam reliquit imortalem. Tantũ enim temporis vixit: vt neq; expers eſſet ſenectutis: neq; particeps morborũ: quos illa etas afferre ſolet. Preterea nec id quod rariſſimum atq; difficilli mum eſt, bonos ſcilicet multoſq; habere filios, ei defuit: & quod maximum eſt eoꝝ neminem pti/uatis nominibus reliquit: ſed hunc quidẽ imperatorem: hos autem reges: illas vero reginas appel lauit. Itaq; ſi aliqui poetarum quum aliquem ſummopere laudare vellent, dicerent illum non mor talem, ſed deum, aut deorum filiũ extitiſſet: hæc omnia pfecto merito de illius ĩgenio dici poſſunt Multa igitur puto reliquiſſe: quæ de Euagora memorari quirent. Nam mihi & orationis & ingenii vires deficiunt: quibus diligentius & ſtudioſius has laudes etiam ſcripſi: non tamen impræſentia/rum pro meis viribus illaudatum reliqui. Ego autem o Nicocles, & corporum imagines pulchra

Scripturæ digniores q̃ imagines

monumenta eſſe: ſed multo digniores illas: quæ res geſtas & mentem expreſſerint: quas in oratio/nibus ſolum quę arte ſunt compoſitę contemplari licet. Has enim illis præferendas iudico: primũ quidem q; video honeſtos & probos viros non tam pulchritudine corporis q̃ rebus geſtis & earũ memoria gloriari: deinde ſtatuas neceſſe eſt illis ſolum adeſſe: apud quos erectæ ſunt: Orationes ve ro p vniuerſam Græciã: perq; gymnaſia philoſophoꝝ diſſipari poſſunt: a qbus amari & approba/ri q̃ a reliquis oĩbus longe præſtat. Ad hæc nemo ſculpturis & picturis naturã corpis aſſimulabit.

Mores autē & mentes ex eorum oratione niſi nos ſecordiæ tradiderimus, facile imitari poſſumus. Quoꝝ gratia magis hanc orationē ſcribere aggreſſus ſum: exiſtimans & tibi tuiſq; liberis, aliiſq; qui ab Euagora nati ſunt, hanc fore adhortationē honeſtiſſimam: ſi quis illius virtutes in vnū cogens, eaſq; verbis exornans, vobis inſpiciendas & imitandas præbeat. Nam quū alios ad philoſophiam hortari volumus: alterius laudare ſolemus: vt æmulatione eoꝝ quos laudamus, eadem ſtudia concupiſcant. Ego aūt non alienis, ſed domeſticis exemplis vtens, te tuoſq; hortor: vt mērem adhibeas: atq; enitare: ne minus in agendo & dicendo, q̄ græci, valeas. Nec me exiſtimes velim quia ſæpius te iiſdem rebus admonui, te negligentiæ condemnare. Non enī neq; me, neq; alios latuit: q̄ ſolus & primus eoꝝ qui imperio ac diuitiis delitiiſq; viuūt, ſummo ſtudio philię operam tradis: neq; q̄ multos reges tuæ eruditionis æmulos efficies. Hæc cupiētes ſtudia ea reliquūt: quibus nūc impręſentiaꝝ ſummopere gaudent. Sed tū hęc ſciens nihilominus & facio: & faciā: id qđ in Gymnicis certaminibus facere ſolēt ſpectatores. Illi enī non curſores eos q relinquuntur, ſed qui de victoria certāt adhortantur. Mea autem eſt & aliorum amicoꝝ talia dicere & ſcribere: qbus te excitemus ad ea appetere: quæ impręſentiaꝝ concupiſcis. Tibi aūt conuenit nihil deficere: ſed quemadmodum nunc agis, ita reliquo tpe curam habe: tuumq; ita exerce animum: vt & parente & maioribus tuis nō indignus videare: quoꝝ prudentiā oēs admirari decet: voſq; præſertim: qui in imperio eſtis conſtituti. Oporter igitur non acquieſcere ſi præſentibus melior exiſtas: ſed indignari ſi tali ingenio prędituſ & antiquitus a Ioue, nuperrime vero a tam præclaro viro genitus, niſi multū & aliis, & illis qui iis in honoribus ſunt, præſtare appareas. Si enim philoſophię ſtudio incumbes: & quantum nunc proficias: talis nempe qualem te eſſe oportet celeriter fies.

¶ POMPONII ATTICI VIRI ILLVSTRIS VITA PER CORNELIVM NEPOTEM COMPOSITA.

Pomponius Atticus ab origie vltima ſtirpis Romanæ generat⁹, ppetuo a maioribus accepta eque ſtrem obtinuit dignitatē. Patre vſus eſt indulgente: & vt tum erāt tpa, diti: i primiſq; ſtudioſo literaꝝ. Hic put ipſe amabat literas, oibus doctrinis qbus puerilis ętas impartiri debet, filiū erudiuit. Erat aūt in puero pter docilitatē ingenii, ſūma ſuauitas oris ac vocis: vt non ſolū ac̄ leiceret quæ tradebanť: ſed etiā excellēter pronuntiaret. Qua ex re in pueritia nobilis inter æquaes ferebať: clariuſq; exſplendeſcebat: q̄ generoſi cōdiſcipuli animo æquo ferre poſſent. Itaq; icitabat oēs ſtudio ſuo. Quo in numero fuerunt. L. Torquatus. C. Marius filius, &. M. Cicero: quos cōſuetudine ſua ſic ſibi deuinxit: vt nemo his perpetuo fuerit charior. Pater mature deceſſit. Ipſe adoleſcentulus propter affinitatem. P. Sulpitii, qui tri. ple. interfectus eſt, non expers fuit illius periculi. Nanq; * Antia Pomponii conſobrina nupſerat. M. Seruio fratri Sulpitii. Itaq; interfecto Sulpitio, poſteaq̄ vidit Cinnano tumultu ciuitatem eſſe perturbatam: neq; ſibi dari facultatem pro dignitate viuēdi: quin alterutram partem offenderet: diſſociatis animis ciuium: quum alii Syllanis, alii Cinnanis fauerent partibus idoneum tps ratus ſtudiis obſequendi ſuis, Athenas ſe contulit. Neq; eo ſecius adoleſcentē Marium honeſtemiudicatum iuuit opibus ſuis: cuius fugam pecuniis ſubleuauit. Ac neilla peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari: eodem magnam partem fortunarum traiecit ſuarum. Hic ita vixit: vt vniuerſis Atheniēſibus merito eſſet chariſſimus. Nam pter gratiam q̄ iam in adoleſcētulo magna erat, ſæpe ſuis opibus inopiā eoꝝ publicā leuauit. Quū enī vſurā facere publice neceſſe eēt: neq; eius cōditionē ęquæ hērent: ſp ſe iterpoſuit: atq; ita: vt neq; vſurā ab iis accepit: neq; lōgius q̄ dictū eſſet debere paſſus ſit. Quod vtrunq; erat iis ſalutare: nam neq; īdulgendo inueteraſce-

Pomponii ingenium.

P. Sulpitius rrib. pleb.

* Anitia.

M. Seruius Sulpitii frater.

Alterutrā.

Vſura.

re eorum æs alienũ patiebat: neq; multiplicandis vsuris crescere. Auxit hoc officiũ alia quoq; liberalitate: nã vniuersos frumẽto donauit: ita vt singulis septẽ modii tritici darentur q modus mẽsure medimnus Athenis appellat. Hic aũt sic se gerebat: vt cõis infimis: par principibus videretur. Quo factũ est: vt huic oẽs honores quos possent publice haberẽt: ciuẽq; facere studerent quo beneficio ille vti noluit: qđ nonnulli ita interpretant: amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Quãdiu affuit: ne qua sibi statua ponerẽt restitit: absens prohibere nõ potuit. Itaq; aliquod ipsi & Phidię locis sanctissimis posuerũt. Hunc enĩ in omni pcuratione reipu. authorẽ actorẽq; habebãt. Igitur primũ illud munus fortunæ: q; in ea potissimum vrbe natus est: in qua domicilium orbis terrarum esset imperii: vt eandẽ & patriã haberet & domũ. hoc specimen prudentię: q; quũ in eã se ciuitatem cõtulisset: q̃ antiquitate, humanitate, doctrinaq; pręstaret oẽs: ei vnus ante alios fuerit charissimus. Huc ex Asia Sylla decedens quũ venisset: q̃diu ibi fuit, secũ habuit Pomponiũ: captus adolescẽtis & humanitate & doctrina. Sic enim græce loquebat: vt Athenis natus videretur. Tãta aũtẽ erat suauitas sermonis latini: vt appareret in eo natiuũ quẽdã leporem esse: nõ ascitum. Idem poemata pronũtiabat & græce & latine sic: vt supra nihil posset addi. Quibus rebus factũ est: vt Sylla nusq̃ ab se dimitteret: cuperetq; secum deducere: quẽ quũ persuadere tentaret: noli oro te inq̃t Põponius, aduersum eos me velle ducere: cũ quibus nẽ cõtra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sylla adolescẽtis officio collaudato, oĩa munera ei q̃ Athenis acceperat, pficiscens iussit deferri. Hic cõplures annos moratus quũ rei familiari tãtũ operę daret quãtũ non in diligẽs deberet paterfamilias: & oĩa reliqua tpa aut bonis artibus, aut Athenien̄sium reip. tribueret: nihilominus amicis vrbana officia præstitit. Nam & ad comitia eoq; ventitauit: & si qua res maior acta est, nõ defuit. sicut Ciceroni in oĩbus eius piculis singularẽ fidẽ prębuit: cui ex patria fugienti sestertia ducenta & * q̃ draginta milia donauit. Trãquillatis aũt rebus Romanis, remigrauit Romã (vt opinior) L. Cotta & L. Torquato cõsulibus: quẽ diẽ sic vniuersa ciuitas Athenien̄sium prosequuta est: vt lachrymis desiderii futuri dolorẽ indicaret. Habebat auunculũ. Q. Ceciliũ equitẽ Ro. familiarẽ. L. Luculli diuitem: difficillima natura: cuius sic asperitatẽ veritus est, vt quẽ nemo ferre posset, huius sine offensione ad summam senectutẽ retinuerit beniuolentiã quo facto, tulit pietas fructum: Cecilius enĩ moriens testamento adoptauit eum: hæredemq; fecit ex dodrante, ex qua hæreditate accepit circiter centies sestertiũ. Erat nupta soror Attici. Q. Tullio Ciceroni: easq; nuptias. M. Cicero cõciliarat: cum quo a cõdiscipulatu viuebat cõiunctissime: multo etiam familiarius q̃ cũ. Qu. vt iudicari posfit: plus in amicitia valere similitudinem moꝝ: q̃ affinitatẽ. Vtebatur aũt intime. Q. Hortensio: qui his tpibus principatum eloquentię tenebat: vt intelligi non posset: vter eũ plus diligeret: Ciceroan Hortensius: & id quod erat difficillimum efficiebat: vt inter quos tantæ laudis eẽt æmulatio nulla intercederet obtrectatio: esseq; talium virorum copula. In rep. ita est versatus: vt semp optimaꝝ partium & esset, & existimaretur: neq; tamen se ciuilibus fluctibus cõmitteret: q; non magis eos in sua potestate existimabat esse: q se his dedissent: q̃ qui maritimis iactarentur. Honores nõ petiit: quum ei parerent propter vel gratiã vel dignitatẽ: q; neq; peti more maiorum, neq; capi possent conseruatis legibus in tam effusis ambitus largitionibus: neq; e rep. sine periculo: corruptis ciuitatis moribus. Ad hastã publicam nunq̃ accessit. Nullius rei neq; præs, neq; manceps factus fuit. Neminem suo nomine, neq; subscribẽs, accusauit. In ius de sua re nunq̃ iit. iudiciũ, nullum habuit. Multoꝝ cõsulũ prętorũq; pręfecturas delatas sic accepit: vt neminem in prouiciã sit sequutus: honore fuerit contentus: rei familiaris despexit fructũ. Qui ne cum Q. u. quidẽ Cicerone voluerit ire in Asiã: quũ apudeũ lagati locũ obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur: quum prętoram gerere noluisset, assessorẽ esse prętoris. Qua in re non solum dignitati seruiebat: sed etiã tranquillitati: quum suspitiones quoq; vitaret criminum, quo fiebat vt eius obseruantias oĩbus esset charior: quũ eam officio, nõ timori, neq; spei tribui viderent. Incidit Cæsarianum ciuile bellũ: quũ haberet annos circiter sexaginta: vsus est ætatis vacatione: neq; se quoq; mouit ex vrbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeiũ proficiscentibus, oĩa ex sua re familiari dedit. ipsum Pompeiũ coniunctũ non offendit. Nullum ab eo habebat ornamentũ: vt cæteri qui per eũ aut honores aut diuitias ceperant: quoq; partim inuitissimi castra sunt sequuti: partim summa cũ eius offensione domi remanserunt. Attici aũt quies tantopere Cæsari fuit grata: vt victor quũ priuatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solũ molestus non fuerit: sed etiã sororis filiũ &. Qu. Ciceronem ex Põpeii castris cõcesserit. sic vetere instituto vitę effugit noua pericula. Sequutum est illud tempus occisso Cęsare: quo resp. penes Brutum videreꝝ esse & Cassium: ac tota ciuitas se ad eum cõuertisse videreꝝ. Sic. M. Bruto vsus est: vt nullo ille adolescens æquali familiarius q̃ hoc sene: neq; solum eũ principem consilii haberet: sed etiam in conuictu. Excogitatũ est a quibusdam: vt priuatum ærariũ Cęsaris interfectoribus equitibus. R. cõstitueretꝝ: id facile effici posse arbitrati sunt: si & principes eius ordinis pecunias contulissent. Itaq; appellatus est a. Q. Flauio Bruti familiari Atticus: vt eius rei princeps esse veller. At ille qui amicis officia præstanda sine factiõe existimaret, semperq; a talibus se consiliis remouisset: respondit: sigd Brutus de suis facultatibus vti voluisset, vsurum quantum

hæ paterentur:

Modius q & medimnus

Põponio Athenis statuę erectæ.

Põponius Ciceroi ex patria fugienti sestertia. cc. &. xl. milia donauit.

* quinquaginta.

Trãquillatis

Qu. Ceciliꝰ Ex dodrãte.

Cõdiscipulatus.

Qu. Hortẽsius.

Hasta. Præs. Manceps.

Q. Cicero. Assecla.

Qu. Flauiꝰ. Factio.

hæ paterentur: se neq; cũ quo q̃ de ea re collo quuturum: neq; coiturũ sic ille cõsensionis globus huiusce vniusdissensione dissiectus. Neq; multo post superior esse cœpit Antonius: ita vt Brutus & Cassius prouinciarũ quæ iis necis causa datæ erant a consule, desperatis rebus in exiliũ proficiscerent. Atticus qui pecuniam simul cũ cæteris cõferre noluerat florẽti illi parti: abiecto Bruto, Italiaq; cedẽti, sestertia cẽtum milia muneri misit: eidem in Epiro absceṅs trecenta iussit dari: neq; eo magis potenti adulatus est Antonio: neq; desperatos reliqt. Sequutũ est bellum gestum apud Mutinam: in quo si tm̃ eum prudẽtem dicã, minus q̃ debeam prædicẽ: quũ ille potius diuinus fuerit: si diuinatio appellanda est ppetua naturalis bonitas: quæ nullis cãsibus agitur neq; minuit. Hostis Antonius iudicatus Italia cesserat: spes restituendi nulla erat: non solũ inimici qui tũ erãt potentissimi & plurimi, sed etiã qui aduersariis eius sedebãt, in eo lẽdendo aliquã cõsequuturo s sperabãt cõmoditatem: Antonii familiares insequebant: vxorem Fuluiam oĩbus rebus spoliare cupiebãt: liberos etiam extinguere parabant. Atticus quũ Ciceronis intima familiaritate vteretur: amicissimus esset Bruto: nõ modo nihil iis indulsit ad Antoniũ violandum: sed eõtrario familiares eius ex vrbe profugientes quãtum potuit texit: q̃bus rebus indiguerũt, adiuuit. P. vero Volumnio eatribuit: vt plura a parẽte pficisci nõ potuerint. Ipsi aũt Fuluiæ quũ litibus distineretur: magnisq; terroribus versaretur: tanta diligẽtia officiũ suum prestitit: vt nullũ illa prestiterit vadimoniũ sine Attico: vt sponsor oĩum rerum fuerit. Quinetiã quũ illa fundum secũda fortuna emisset in diem: neq; post calamitatem vsuram facere potuisset: ille se interposuit: pecuniãq; sine fœnore, sine vlla stipulatione, credidit: maximũ existimãs quæstum: memorem gratũq; cognosci: simulq; aperire se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. quæ quũ faciebat: nemo eum tpis causa facere potetat existimare. Hominis enim opinioni veniebat Antonium rei; potiturum: sed sensim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur: q; parum odisse malos ciues videretur. Ille aũt sui iudicii potius quod se facere par esse intuebat: q̃ quid alieni foret. Conuersa subito fortuna, vt Antonius rediit in Italiam: nemo non magno in periculo Atticum putarat: ppter intimã familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaq; ad aduẽtum imperatorum de foro decesserat: timẽs pscriptionẽ: latebatq; apud. P. Volũniũ: cui vt ostendimus, paulo ante operam tulerat. Tanta varietas his tẽporibus fuit fortunę: vt modo hi modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo. habebatq; secum. Qu. Gelliũ Canũ æqualẽ similimũq; sui. Hoc quoq; fit Attici bonitatis exẽplum: q; cum eo quẽ puerũ in ludo cognouerat adeo cõiuncte vixit: vt ad extremã ætatẽ amicitia eoꝝ creuerit. Antonius aũt ersi tãto odio ferebatur in Ciceronẽ: vt nõ solũ ei, sed etiam oĩbus eius amicis esset inimicus: eosq; veller pscribere multis hortantibus: tamen Attici memor fuit officii: & ei (quũ requisisset vbinam esset) sua manu scripsit: ne timeret: statimq; ad se veniret: se eũ & Gellium Canũ de proscriptorum numero exemisse: ac ne quod piculum incideret, q; noctu fiebat, præsidiũ ei misit. Sic Atticus in summo timore nõ solũ sibi, sed ei quẽ charissimũ habebat, præsidio fuit: neq; enim sue solum a quo q̃ auxiliũ petiit salutis: sed cõiunctim: vt appareret nullam se iunctam sibi ab eo velle fortunam. Q̃d si gubernator præcipua laude fertur: qui nauẽ ex hyeme mariq; scopuloso seruat: cur nõ singularis eius existimetur prudẽtia: qui ex tot tamq; grauibus pcellis ciuilibus, ad in columitatẽ peruenit? Quibus ex malis vt se emerserat: nihil aliud egit: q̃ vt plurimis q̃bus rebus posset, esset auxilio. Quum pscriptos præmiis imperatoꝝ vulgus cõquireret: nemo in Epiꝝ venit: cui re vlla defuerit: nemini nõ ibi perpetuo manendi potestas facta est: quinetiam post prælium Philippẽse, interitũq; C. Cassii & M. Bruti. L. Iulium Mocillam prætoriũ, & eius filium, Aulumq; Torquatũ, cæteros q; pari fortuna perculsos, instituerit tueri: atq; ex Epiro his oĩa Samothraciam supportari iusserit. Difficile est oĩa psequi & nõ necessaria: illud nouũ intelligi volumus: illius liberalitatẽ neq; pariã, neq; callidã fuisse. id ex ipsis rebus ac tpibus iudicari potest: q; nõ florentibus se vendicauit: sed afflictis semper succurrit: qui qdem Seruiliã Bruti matrẽ nõ minus post mortẽ eius q̃florẽtẽ coluerit. Sic liberalitate vtens nullas inimicitias gessit: q; neq; lẽdebat quem q̃ neq; siquã iniuriã acceperat, malebat vlcisci. Idem immortali memoria percepta retinebat beneficia: quę aũt ipse tribuerat, tandiu meminerat: quoad ille gratus erat qui acceperat. Itaq; hic fecit vt vere dictũ videatur: sui cuiq; mores fingunt fortunã. nec tñ ille prius fortunã q̃ se ipse finxit: q; cauit ne qua in re iure plecteret. His igitur rebus effecit: vt. M. Iuspanius Agrippa intima familiaritate cõiunctus adolescenti Cæsari, quũ propter suã gratiam & Cæsaris potẽtiam nullius cõditionis nõ haberet potestatẽ, potissimum eius deligeret affinitatẽ: pręoptaretq; egtis. R. filiã genetosam nuptiis. Atq; harum nuptiaꝝ cõciliator fuit (nõ enĩ est cęlãdum) M. Antonius triũuir teip. cuius gratia quũ augere possessiones posset suas: tantum abfuit a cupiditate pecuniæ vt nulla in re vsus sit ea: nisi in deprecandis amicoꝝ aut periculis aut incõmodis. Quod qdem sub ipsa pscriptione pilluſtre fuit: Nam quũ. L. Saufeii egtis. R. æqualis sui q; cũ plures annos studio ductus philosophiæ habitabat habebatq; in Italia pretiosas possessiones, triumuiri bona vẽndidissent: cõsuetudine ea qua tum res gerebãtur: Attici labore atq; industria factum est: vt eodẽ nuntio Saufeius fieret certior se patrimonium amisisse: & recuperasse. Idem. L. Iulium Callidium: quẽ post Lucretii Catulliq; mortẽ,

Põponii officia ĩ Brutũ collata.

Fuluia.

P. Volũniꝰ Vadimonium. Stipulatio.

Qu. Gelliꝰ Canus.

L. Iulius Mocilla.

Seruilia Bruti mr.

M. Iuspa. Agrippa.

L. Saufeius.

L. Iulius Callidius.

multo elegãtissimum poetam nostrã tulisse aetatem vere videor posse contendere: neq; minus virũ bonum optimisq; artibus eruditum: post proscriptionẽ equitũ, ꝑter magnas eius Aphricanas possessiones in proscriptoꝝ numeꝝ a. P. Volũnio præfecto fabrum Antonii absentẽ relatum expediuit. Quod impetratum ei laboriosius an gloriosius fuerit difficile fuit iudicare: q̃ in eoꝝ periculis non secus absentes q̃ præsentes amicos Attico esse curæ cognitum est. Neq; minus ille vir bonus paterfamilias habitus est q̃ ciuis. Nã quũ esset pecuniosus: nemo illo minus fuit emax: minus ædificator. Neq; tũ nõ in primis bene habitauit: omnibusq; optimis rebus vsus est. Nam domum habuit in colle Quirinali Pamphiliaña, ab auunculo hæreditate relictam: cuius amœnitas non ædificio, sed sylua cõstabat: ipsum enim tectum antiquitus constitutum plus salis q̃ sumptus habebat: in quo nihil cõmutauit: nisi siquid vetustate coactus est. Vsus est familia, si vtilitate iudicandũ est, optima: si forma, vix mediocri. Nam in ea erãt pueri literatissimi: Anagnostæ optimi: & plurimi librarii: vt ne pedisse quus quidem quisq̃ esset: qui non vtrunq; hoꝝ pulchre facere posset: pari modo artifices cæteri quos cultus domesticus desiderat, apprime boni: neq; tñ hoꝝ quẽq̃ nisi domi natum domiq; factum habuit: quod est signũ non solũ cõtinentiæ: sed etiam diligentiæ. Nã & nõ i temperanter cõcupiscere quod a plurimis videas, cõtinentis debet duci: & potius diligẽtia q̃ ꝓtio parare, nõ mediocris est industriæ. Elegans non magnificus: splẽdidus non lũptuosus: omni diligentia munditiam non affluentiam affectabat. Supellex nõ modica: nõ multa: vt in neutram partem cõspici posset. Nec ꝓteribo: q̃q̃ nõnullis leue visum iri putẽ: quũ in primis lautus eẽt eques. R. & non paꝝ liberaliter domũ suam oĩum ordinum homines inuitaret: scimus non amplius q̃ tria milia æris peraq; in singulos mẽses ex Ephemeride eum expẽsum sumptui ferre solitũ: atq; hoc nõ auditum, sed cognitum ꝓdicamus. Sæpe enĩ propter familiaritatem domesticis rebus ĩterfuimus. Nemo in cõuiuio eius aliud Acroama audiuit: q̃ Anagnosten: qd nos qdem iocũdissimũ arbitramur. neq; vnq̃ sine aliqua lectione apud eũ cœnarũ est: vt non minus aĩo q̃ ventre cõiuę delectarentur. nanq; eos vocabat: quoꝝ mores a suis nõ abhorrerent. Quũ tãta pecunię facta esset accessio: nihil de quottidiano cultu mutauit: nihil de vitę consuetudine: tantaq; vsus est moderatione: vt neq; in Sestertio vicies quod a patre acceperat, paꝝ se splẽdide gesserit: neq; in Sestertio centies affluentius vixerit q̃ instituerat: pariq; fastigio steterit in vtraq; fortuna. Nullos habuit hortos nullam suburbanã aut maritimã sumptuosam villã: neq; in Italia, ꝑter Ardeatinũ & Nomentanũ, rusticum prędiũ: omneq; eius pecunię redditus cõstabant in Epiroticis & vrbanis possessionibus: ex quo cognosci põt vsum eũ pecunię non magnitudine, sed rõne metiri solitũ. Mendaciũ neq; dicebat: neq; pati poterat. Itaq; eius comitas non sine seueritate erat: neq; grauitas sine facilitate vt difficile esset ĩtellectu vtrum eũ amici magis vererentur an amarẽt. Quicqd rogabatur religiose ꝓmittebat: q; nõ liberalis sed leuis arbitrabaꝝ polliceri qd ꝑstare non posset. Idem in nitendo qd̃ semel annuisset, tanta erat cura: vt nõ mandatã, sed suã rem videretur agere, Nunq̃ suscepti negotii eum pertęsum est: suã. n. existimationẽ in ea re agi putabat: qua nihil habebat charius: quo fiebat vt oĩa Ciceronis, Catonis, Marciq; Hortẽsii, Auli Torquati, multoꝝ ꝑterea equitum Romanoꝝ negotia procuraret. ex quo iudicari poterat nõ inertia sed iudicio fugisse reip. ꝓcurationẽ. Humanitatis vero nullũ afferre maius testimoniũ possum: q̃ q; adolescẽs idẽ seni Syllæ fuerit iocũdissimus: senex adolescẽti. M. Bruto, cũ æqualibus aũt suis. Qu. Hortẽsio &. M. Cicerone sic vixit: vt iudicare difficile sit: cui ætati fuerit aptissimus: q̃q̃ eum ꝓcipue dilexit Cicero: vt ne frater qdẽ ei Quintus charior fuerit: aut familiarior. Ei rei sunt indicio ꝓter eos libros, in qbus de eo facit mẽtionẽ, qui in vulgus iã sunt editi, vndecim volumina epistolaꝝ ab cõsulatu eius vsq; ad extremũ tps ad Atticũ missaꝝ: quę qui legat non multũ desiderat historiã cõtextã illoꝝ tpoꝝ. Sic. n. oĩa de studiis principũ, vitiis ducum, mutationibus reip. scripta sunt: vt nihil in iis nõ appareat: & facile existimari possit: prudentiã quodãmodo eẽ diuinationẽ. Nõ enĩ Cicero ea solum q̃ viuo se acciderunt futura prædixit: sed etiã quę nunc vsu veniũt cecinit vt vates. De pietate aũt Attici qd plura cõmemorẽ? quum hoc ipsum vere gloriantẽ audiuerim: in funere matris suæ quã extulit annoꝝ nonaginta: septẽ & sexaginta se, nunq̃ cũ matre in gr̃am rediisse nunq̃ cũ sorore fuisse in simultate: quã ꝑpe æqualem habebat. Quod est signum: aut nullã vnq̃ inter eos q̃rimoniã interceſſisse: aut ea fuisse in suos ĩdulgentia: vt quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neq; id fecit natura solum: quaq̃ oẽs ei parent: sed etiã doctrina nã & principũ pñoꝝ ita percepta habuit ꝓcepta: vt iis ad vitã agendã, nõ ad ostentationẽ vteret. Moris etiam maioꝝ summus imitator fuit: antiqtatisq; amator: quã adeo diligenter habuit cognitam: vt eam totã in eo volumĩe exposuerit: quo magistratus ornauit: Nulla enim lex, neq; pax, neq; bellũ, neq; res illustris est. P. R. quæ non in eo suo tpe sit notata. & qd difficillimum fuit, sic familiariũ originẽ subtexuit: vt ex eo claroꝝ virorum propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idẽ seꝑatim in aliis libris. M. Bruti rogatu Iuniam familiam a stirpe ad hanc ętatem ordine enumerauit: notans qui a quoq; ortus, quos honores, quibusq; tpib⁹ cepisset. pari modo Marcelli Claudii, & Marcelloꝝ, Scipionis Cornelii & Fabii Maximi, Fabiorũ, & Æmyliorum quoq; quibus libris nihil potest esse dulcius iis: qui aliquam cupiditatem habent notitiæ claroꝝ vi

Emax.

Pamphilia na domus.

Anagostę. Librarius. Pedisequ⁹. Põponii Attici elegãtia & ꝓpantia

Ephemeris Acroama.

Pomponii Attici pietas.

Pomponii Attici opa.

rorum. Attigit quoq; poeticam: credimus ne eius expers esset suauitatis: nam q̃ versibus qui hono re rerumq; gestarum amplitudine cæteros Romani populi pstiterunt exposuit: ita vt sub singulo rum imaginibus facta magistratusq; eorum nõ amplius quaternis quinisq; versibus descripserit: quod vix credendum sit: tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiam vnus liber græcę cõ fectus de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico viuo edita a nobis sunt. Nunc quoniam fortu na nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: & quãtum poterimus rerum exemplis lecto res docebimus: sicut supra significauimus: suos cuiq; mores plęrumq; conciliare fortunam. nanq; hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem peruenit imperatoris diui Iulii: quũ iam ante familiaritatem eius esset consequutus nulla alia re q̃ elegãtia vitæ: qua cęteros principes ciuitatis dignitate pari, fortuna humiliores anteibat. Tanta enim prosperitas Cæsarẽ est conse quuta: vt nihil ei non tribuerit fortuna: quod cuiq̃ ante detulerit & conciliarit: quod ciuis Roma nus quiuit consequi. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa: cui virginem filiã collocarat. hãc Cæsar vix anniculam Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo desponsit: quæ cõiunctio ne cessitudinem eorum sanxit: familiaritatem reddidit frequentiorem: q̃uis ante hæc sponsalia, non solum quum ab vrbe abesset, nunq̃ ad suorum quenq̃ literas misit: quin Atti comitteret quid age ret in primis: quid legeret: quibusq; in locis & q̃diu esse moraturus: sed etiam quum esset in vrbe: & propter suas infinitas occupationes minus sępe q̃ vellet Attico frueretur: nullus dies tamen in tercesserit: quo non ad eum scriberet: quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret: modo ali quam ei quæstionem poeticam proponeret: interdum iocans eius verbo siores ediceret epistolas. Ex quo accidit quum ædes Iouis feretrii in capitolio a Romulo constituta vetustate atq; incuria de tecta plaberetur: vt Attici admonitu Cæsar eam reficiendam curaret. Neq; vero ab. M. Antonio minus absens literis colebatur: adeo vt accurate ille exul tum iis tetis quid ageret curę sibi haberet certiorem facere Atticum. Hoc quale sit facilius existimabit is: qui iudicare poterit quantæ, sit sa pientię eorum retinere vsum beniuolentiamq;: inter quos maximarum rerum non solum æmula tio, sed obtrectatio tanta intercedebat: quantam fuit incidere necesse inter Cæsarem atq; Antoni um: quum se vterq; principem non solum vrbis Romanæ, sed orbis terrarũ esse cuperet. Tali mo do quum septem & sexaginta annos complesset: atq; ad extremam senectutem non minus digni tate q̃ graria fortunaq; creuisset (multas enim hæreditates nulla alia re q̃ bonitate cõsequutus: tã taq; prosperitate vsus est valetudinis: vt annis triginta medicina non indiguisset) nactus est mor bum: quem initio & ipse & medici contempserunt. nam putarunt: esse Tenasmon: cui remedia ce leria faciliaq; proponebantur. In hoc quum tres menses sine vllis doloribus prætereq̃ quos ex cu ratione capiebat, consumpsisset: subito tanta vis morbi in imum intestinum prorupit: vt extre mo tempore per lumbos fistulæ puris erũperẽt. atq; hoc priusq̃ ei accideret, postq̃ in dies dolores accrescere, febresq; accessisse sensit: Agrippam generum ad se accersi iussit: & cum eo. L. Cornelium Balbum: Sex. q; Peduceum. Hos vt venisse vidit: in cubitum innixus, quantam inquit curam & di ligentiam in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, quum vos testes habeam: nihil ne cesse est pluribus verbis commemorare: quibus quoniam vt spero satisfeci: me nihil reliqui feciss̃e quod ad sanandum me pertineret: reliquum est vt egomet mihi consulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi stat alere morbum desinere: namq; his diebus quicquid cibi potionisq; sumpsi, ita pro duxi vitam: vt auxerim dolores sine spe salutis: quare a vobis peto primum: vt consilium probetis meum: deinde ne frustra de hortando conemini. Hac oratione habita tanta cõstantia vocis atq; vultus fuit: vt non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare: quum quidem Agrippa eũ flens atq; osculãs oraret atq; obsecraret: ne ad id quod natura coegerat, ipse quoq; sibi acceleraret: & quoniam tum quoq; posset temporibus superesse, se sibi suisq; reseruaret. pces eius taciturna sua obstinatione depressit. Sic quum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit: leuiorq; mor bus esse cœpit: tamen propositum nihilo secius peregit. Itaq; die quinto postq̃ id, consilium inie rat, pridie kalẽdas Aprilis. Cn. Domitio. C. Sosio coss. decessit. Elatus est in lecticula vt ipse præ scripserat: sine vlla Pompa funeris: comitãtibus oĩbus bonis: maxima vulgi frequentia. Sepultus est iuxta viam Appiam ad quintum lapidem in monumento. Q. Cecilii auunculi sui.

Claudius. Nero. Sponsalia.

Tenasmos

L. Cornelius Balbus. Sex. Peduceus.

Pomponii Attici mors.

¶ PLATONIS VIRI ILLVSTRIS VITA: NON QVIDEM EX PLVTARCHO: SED EX VARIIS: PER GVARINVM VERONENSEM EDITA.



Pulchroſtorũ ſuburbanũ Ferrarię Platonis origo.

Ariſto Platonis pater Perictiona vel ꝑna Platonis mat.

Plato educatus ab apibus.

Ultũ Diuꝙ aio verti Philippe vir doctiſſime humanitatẽ tuã moreſꝙ ſuauiſſimos: qbus effectũ eſt: vt quãtũ ſcientia & magnaꝝ reꝝ cognitione, tm̃ facilitate & iuuenili ſuauitate pręcellas. Eius genetis medici ſunt: quos literaꝝ parens Homerus inter alios principatũ habere cecinit: Vir medicus ꝓtio multos æquerit vnus. Quid igit̃ miri eſt ſi charus adeo, acceptus, ac iocũdus es huic illuſtri nro principi ſubtili hoium æſtimatori: & fautori virtutis optimo: q quãtum gradu & fortuna, tm̃ dignitate & ſapiẽtia ſitet mortales antecedit? Tuarũ ſane reꝝ quũ alii ꝑmulti, tum vero ipſe tibi ſum teſtis nõ infimus: quẽ ſingulari beniuolẽtia, ſtricta familiaritate, aſſidua cõſuetudine, collogis intimis, tuẽda mei meorũꝙ valetudine, & oi denicꝙ neceſſitudine tibi deuinctũ tenes. Cuius q̃dem rei memoriã tam iocũdam tam honeſtã atꝙ ꝓbabilem ſiqua ratione ꝑpetuo obſeruare liceat, ſępius mecũ verſo: ſicut Ægyptiorũ artificio & ex cogitatis q̃buſdam odoribus incorrupta teneri corpora poſſe, hiſtoriæ tradit Herodotus. Iam demũ facile fieri poſſe intelligo: ſi literis quaſi perẽnicõdimẽto & fideli retũ geſtaꝝ cuſtode poſteritatis eriã cõmẽdatione crebriſꝙ ſermonibus durare curabimus. Itaꝙ cogitãdi mihi quidnã hoc potiſſimũ tpe, quo tantis immergor occupationibus ſcribẽdum aggrederer: aptiſſima Platonis ſpona viſa eſt: in cuius lectiõe pinde ac delicatiſſima deguſtatione vtriuſꝙ recordatio cõditeꝛ. Eum idcirco potiſſimũ delegi: q̃a quũ de illo nõnulla diſſeruiſſes in eo ſuburbano Ferrariæ ꝓximo: cui ob eximiã quãdã amœnitatẽ Pulchroſtori cognomẽ inditum eſt: tibi ſum pollicitus me de hoĩs ętate reſponſurũ. Non cõtentus aũt ꝓmiſſa tm̃ reddere vt accumulatius hoc æs alienũ tibi ꝓſoluerẽ, eius viri genus, vitã, ac nõnulla diuinis ipſis ſtudiis pꝛtinẽtia cõiunxi: Hoc pacto oĩ ex parte Platonẽ notũ ac familiarẽ tibi feceto. Clarã Platonis extitiſſe ꝓgeniẽ cunctoꝝ teſtãtur literæ: ſeu paternã, ſeu maternã intuearis originẽ. Is Ariſtone patre patricio inter Athenięſes ciue, & Perictiona ſiue Prona inſigni certe fœmina natus eſt matre. Maternum genus quũ alii cõplures, tũ vero ſolũ Atticatũ legũ lator, & e ſeptẽ ſapiẽtibus vnus, illuſtrat. Drepides enĩ Solonis frater Cyciã maiorẽ creat: ab quo Caliſteus ortus Cyciam minorẽ gignit. Hic vnus ex triginta fuit: q rem aliqñ Athenięſem gubernarũt. Cycię filius Glaucona: quo Carmides Platonis auũculus, & Perictiona mater editi. Perictiona igit̃ ꝓbitate & forma eximia Ariſtoni matrimonio collocata, virilis q̃dem ſexus Adimãtum, Labeonẽ, ac Platonẽ muliebris aũt Boconã pepetit. quæ Eucumedõti ſpectato viro nupta, Speuſippi in primis & honorati philoſophi mater fuit. Futurã Platonis magnitudinẽ & ſuauiſſimã in primis eloquẽtiã euidẽtiſſima ſigna ꝓdixerũt. Cõplures grauiſſimi viri & locupletes ſane teſtes memoriæ ꝓdiderunt: Ariſtonẽ quũ Perictionẽ virginitatẽ tollere, & vim inferre conateꝛ, diutius voti factũ impotẽ: quũꝙ tãdem ſe reuocaret, Apollinis ſpecię humana maiorẽ aſpexiſſe. Quapropter Ariſtonẽ ab oĩ Perictionæ cõtactu quoad infantẽ enixa eſt ꝓrſus abſtinuiſſe. Hæc in oĩum Athenięſium ore fuiſſe (Qm̃ mihi hæc humanis oculis ludibria ingerãtur) alius diſputãdi locus & tps poſtulaꝛ. Tener adhuc infans ſopore tenetur in cunis: quũ apes nõ paruã mellis vim dormiẽtis labellis inſtillare ſenſim annotatę ſunt. Qua q̃dem re ad ꝓdigioꝝ intertꝑtes delata, eum futurum ꝓcedẽtibus annis vaticinati ſunt: cuius ex lingua melle dulcior flueret oratio. Quieſcẽs aliqñ Socrates inter genua, nouellũ cygni pullum tenere ſe exiſtimauit, eũꝙ natis derepẽte plumis ſublimẽ euolaſſe: & ipm̃ ætherem dulci clãgore, ac ſuauiſſimis impleuiſſe cãtibus. Poſtridię quũ pater ad Socratẽ ꝓcepris eius & inſtitutione formandum Platonem adduxiſſet: viſo ſtatim puello, hæc illa inquit eſt auicula: cuius imago nocte pxima mihi per ſomnũ obuerſata eſt. Tam clara futuri Platonis auguria ingẽti dehinc euẽtu mini

me caruere: seu intelligendi subtiliratem, seu disputande vim, seu dicendi dulcedinem cõtemplere. Quas quidem ad res grauissimoꝝ hominum testimonia nõ desunt. Quis enim dubitet Platonẽ amicissimũ veritatis hominẽ, & eius hominibus exhibendẽ promptissimũ, præcipuũ esse: siue acumine differendi: siue eloquẽdi facultate diuina quadã & homerica? Multũ enim sup prosam orationem, & quã pedestrẽ græci vocant, surgit: vt non hoĩs ingenio, sed quodã delphico, vt poeta dicerat, videatur oraculo dei instinctus: adeo vt quidã latinæ linguæ præclarus author, & græce peritissimus, Platonis verba in Romanã dictionẽ vertere formidarit: quũ ad explicandas eoꝝ propietates, & (vt ita dicã) cõpositionis harmoniã, nequaq̃ posset latina oratio aspirare. Q d̃ si ex Platonis oratione aliquid demas mutes ve: etsi cõmodissime facias: de elegantia tñ partẽ non paruã sane detraxeris. Sed hæc postea. Natiuitatis eius tempus quod tibi sum Philippe pollicitus, pluribus insignire modis constituimus: quo clarius viri ortus ad vniuersos peruenire queat. Natus est igit Plato septima Targelionis, qui est Athenienſiũ mensis, die, Anno ab Troiæ captiuitate septingentesimo quinquagesimo sexto: olympiade octogesimaoctaua: ab vrbe vero condita trecentesimo trigesimo sexto: Post liberatam cunctis regibus ciuitatẽ octogesimo sexto: Ante saluatoris aduentũ quadringentesimo vigesimotertio. Qua etiã tempestate doctissimi viri permulti florebant. Ex quibus hi plurium sermone prædicabãtur: Socrates Athenienſis: Democritus Abderita: Empedocles Agrigentinus: Eudoxus Gnidius astrologus: Hippocrates Cous medicus: Socrates Athenienſis rhetor: Herodotus historicus: Euripides & Sophocles tragici: Diogenes cynicus: Aristophanes comicus: aliiq̃ cõplures: quoꝝ ea ætas fertilis magis ac magis erat. Fama est ipsum in ægina progenitum in Phidiadis ædibus nobilis eius vrbis ciuis: quo tpe redacta in potestatem insula, Athenienſes Aristonem patrem vna cũ aliis ciuibus deducta colonia eo inhabitatum miserãt. Ferentibus inde opem Lacedæmoniis, & eiectis Athenienſibus ex ægina. Aristo Athenas reuersus est. Infanti nomen Aristochi fuisse nõnulli scriptũ reliquerũt: quod ab auo ad illũ quasi hæreditaria quadam successione transmissum futuræ magnitudinis tñ dedit auspiciũ: vt qui pfectissimã in posterũ gloriam, quod & ipsum nomen significat, adeptura esset. Platoni postea cognomẽ inditũ cæteri authores sunt. diuersæ feruntur cãæ: quibus dã placet id illi cognomẽtũ ipositũ propterea: q̃ quũ apud Aristonem Argiuũ pugilũ magistrũ exercendo corpori & leuandis arte membris operã darer, robustiore valetudine & ampliore cæteris cõdiscipulis humerorũ latitudine pdit' huius gñis appellationẽ sit assequutus. Græci nãq̃ Platin latũ dicunt. Cuius rei sicut & aliaꝝ in ignarus magn' poeta Virgilius, Platonẽ circuito sermone his innuit verbis: Atq̃ humeris extantẽ susp icit altis. Alii, in quibus est Neantes author nõ ignobilis, asserũt eũ ob latiorẽ frontẽ ac faciẽ q̃ illi erat, sic vulgo vocatũ. Sunt q ab latissima dicendi facultate & oratiõe copiosa contendant hoc illi adhibitũ fuisse vocabulũ. Primis literis sub Dionysio pceptore imbutus est: cuius & ipe in eo libro meminit: qui amatores inscribitur: hoc est Eraſtæ. Grata nanq̃ in hunc hominẽ amicoꝝ beneficia extitisse, vel hinc abunde patet: q̃ pceptoꝝ & necessarioꝝ memoriã ne vlla obscuraret obliuio, scriptis illustrauit suis: idq̃ p boni viri officio & institutiõe maioꝝ: qui (vt inqt Satyrus) Præceptorẽ sancti voluere parentis. Esse loco. In ipso enĩ statim libri primordio inqt: Dionysii grãmatici ludũ igressus adolescẽtes aspexi claris pcreatos parẽtibus: qui plurimæ pbitatis p se ferebãt indolẽ. quæ qdẽ de magistro dicta honorifice fuisse nullus inficias ibit: quũ discipuloꝝ ordo, aspectusq̃ modestus in pceptoris laudẽ referat. Puer adhuc tantã in moribus verecũdiã, & in vultu modestiã habuisse tradit: vt ne semel qdẽ effuse risisse cõspectus sit. Id in omni ætate vehemẽter dedecere dixerim: vel conteraneo meo Catullo asserente: Risu ineptores ineptior nulla est: & arguente non minus Isocrate risum incõtinentẽ esse dementis indiciũ. Nil prętermississe Plato visus est: q̃d corpus pariter atq̃ animum laboribus & phiæ idoneũ efficeret. Robur & vires sibi ab natura datas eousq̃ cura & vincto muniuit artificio: vt in Isthmioꝝ celebratiõe (Ii sunt. n. frequẽtia & apparatu magnifici) iter athletas decertans fortissimi luctatoris & pugilis nomen cũ prædicatione reportarit. Cui sane exercitationum generi idcirco prudentissimus sese dedebat adolescẽs: qa non solũ sibi se natum intelligebat: ortusq̃ sui partem amicos, partem patriã aliq̃ vendicaturam. Cui hac via siquando vocaret vsus seipsum instruebat. Præcipuam quoq̃ pictoriæ arti curam impendit. quę quum ad alia pmulta vitę vsibus necessaria, tum vero ad Geometricas figuras ac lineas designandas nimirum cõducere potest: ad quam ab natura scientiam pronus ferebat. Quid q̃ pictor solers & diligens naturę mimus: & si vocem & orationis ornamentum addideris, poeta germanus est? Poeticam quoq̃ miro cõplexus est ingenio. scripsit primũ quidẽ Dithirambos: postea Cãtilenas: demum q̃ tragœdias doctorum hominum collaudatione celebratas. Pronuntiabat suaui & dulci vocis sono: nisi q̃ ad gracilitatem paulũ accessisse dictus. Cõpositam ab se tragœdiam ante Bacchanaliorum spectaculum educturus erat: cæteraq̃ vt diuina Socratis iformari disciplina cœptus est, huic vni toto vt aiũt incumbens pectore, poetica cuncta cremanda curauit: hunc præfatus versum: Nunc opus est: vulcane libens accede Platoni. Et recte profecto: nam sicut tenellos annos ludere ac lasciuire decuerat: sic sequens ætas alios exegit mores: vt seneca dictu seuerus ageret. Platonem igitur quum florens

Plato quo tpe natus. Thargeliõ mẽsis apud Athenienſes

Viri doctissimi Platonis coæui.

Plato Aristoch' vocabat: & quur postea Platonis sit dictus

Eraſtę Platonis liber.

Plato: opa carminib'

adhuc efferueret edoleſcētia, amore irretitum fuiſſe ſcribitur: cuius ea vt poetæ dicerēr, potētia eſt: vt pſis ſummi tela Tiphoea temnat: & Videat cœlo ſuperos relicto Vultib⁹ falſis habitare terras. Stellā nanq; miſere deperiit: cuius amor ab ingenii ſuauitate atq; elegantia cepit exordiū. Stella enī cū ſcipuo⁹ cœli contēplandi motū q; fide q; ꝑdiſcēdi ſtudio teneretē: totū ſibi Platonis deuixit aium. Ipſius in Stellā iuuenilia hæc extant Epigrammata: Ardentes ſtellas lucens mea ſtella tueris. Cœlum vtinā fierē te vt multo lumine cernā. Aliud quū vita exceſſiſſet. Stella prius ſuperis fulgebas lucifer: at nūc Heſperus ah fulges manibus occiduus. Hæc atq; alia molliori ætati carmina pro gredientibus annis pinde ac bonis artibus & moribus pricioſa ꝑſus abiecit. Nam nō vlla magis vires induſtria firmat: Quāq; venerē & cæci ſtimulos auertere amoris: vt poeta inquit optimus. Idcirco vt ſe limatū expolitūq; redderet. Dehinc capeſſendæ ſocietatis doctrinę oium cogitationum ſtudiū ac tēpus impēdit: vigeſimū iā ingreſſus annū. Interea quū Socrates oēm virtutis laudem in actiōe poneret: Atheniēſem populū ad honeſtæ vitę rōnes' aia re nūq; deſinebat: cūctos q; vitia inſectari: & bonos quoad liceret ciues facere: q ex re quū multos q; qdē potentū in ſe cōflaſſet inuidiā. (Veritas enī odiū parit) in primis Aniti locupletis & factioſi hois cōtraxit inimicitiā. Qui quum Socratis morſus ferre negret: Ariſtophanē doctū qdē comicū: ſed hoiem parū ꝓbū induxit: q comœdiā, cui titulus eſt Nebulæ, ſcripſit: & agēdā in ſcæna ſpectādāq; curauit. Inea & alia cōplura in Socratē, & illud fingit: Socratē nebulas colentē: & Atheniēſiū religioni detractantē: ꝓterea mentes iuuenū ſic imbuentē: vt parētibus manus inferre pie & officioſe poſſent. Ea res quū vniuerſum populum a Socratis charitate auertiſſet: auribus ab ipſa adhuc recitatiōe calētibus, poſtridie Socratesi iudiciū vocatur: itegerrimus atq; innocēs ſane phs. Tres illi accuſatores extitere: Anitus, Lyxon, & Melitus. orationē Polycrates ſophiſta cōpoſuit: quā ad iudices habuit Polyeuctus. Capita crimiū ex ipſa q adhuc extat accuſatione cognoſcere licet. ea titulū habet huiuſcemodi: Melitus Meliti filius Putheus Socrati Sophroniſci filio Alopœceo. Iura violanē a Socrate: quū ga minime deos exiſtimat: quos a ciuitate exiſtimari ſolere videt: tū ga nouos quoſdā deos itroducit. Accedit ad iniuriā ꝓ iuuētutē corrūpit. pœna mors eſto. Surrexerat ad defenſionē ꝑceptoris Plato: hoc pacto oronē exorſus. Et ſi oibus q hæc aſcēdere tribunalia, iunior adſum viri Athenienſes: tātus eſt abiudicibus clamor obiectus: & vt deſcenderet vociferatio circūfuſa: vt cūctis ꝑ timore dicēdi ac defendēdi facultas ꝑrepta ſit. Itaq; multitudinis inuidia ira & furore principe, iudicio mortis dānatus ē Socrates. Nec multo poſt dato ei ꝓblice veneno in carcere periit. Trāſeunt poſt tā īmane facinus dies non multi: quū ſcindiē incertū ſtudia in cōtraria vulgus: ferocq; ſui cōſilii pœnitēs interfectum luget Socratē: ſanctitate & oī virtutis gñe venerabilē. publicus mœror inclinaē: clauſæ officinę: deſerta gymnaſia: deſtituta theatra: ſit deniq; in vrbe iuſtitiū: in accuſatores impetus agit. aliis in exilium abeūtibus, & ſalutē fuga capeſſentibus, Melitus vltimo ſupplicio affic̄it. Anitus quum in Heracleā ſe recepiſſet, ab Heraclienſibus magna cū ignominia eiectus eſt. Eius bona fiſco adiecta. Socrati ærea ſtatua: Lyſippi opus: erecta. Lōgius ſum paulo digreſſus Philippe vir ſpectatiſſime, quū huiuſmodi excurſiones tibi nō inioc̄das arbitratus ſim. Redeamus igit̄. Quū Socrates dato vt ſuperius dixi veneno, mortē obiiſſet: Plato Cratello & Hermogeni ſe docendū tradidit: huic qdē Parmenidis: Cratello aūt Heraclitī ſectā ꝓfitenti. Nihil ſtudioſus adoleſcēs omiſit: vū ad augēdā vel ornādā diſciplinā vlla ſibi ſpecies eēt. Quāobrē quū vtilitatis plurimū ab Epicarno Coo vel ſiculo poſſet aſſequi: oia fere tranſcripſit ab eo: quæ, ꝓ ipſius operas diligens lector inuenit. Nec minus Sophronis mimographi ꝑceptis vacaſſe videtur: q ꝑ alios negligētiā omiſſa & obliterata primus Athenas reuocauit. In eius libris lectitādis tantopere delectatus traditur: vt ſub mortui puluino reptos eſſe cōſtās ſcriptoq; fama ſit. Annos poſtmodū octo & viginti natus Socraticis ſecum aſſumptis, quos diſcendi cupiditate detineri nouerat, ad Euclidem nobiliſſimū ea ætate geometram Megarā ſeceſſit. Id aūt oppidū florentiſſimum fuerat longe ab Athenis milia paſſuum viginti diſtans. Cuius oriundus erat Euclides Socratis aliq̄ diſcipulus: cui quū aliquādiu ſtudioſiſſime vacaſſet: Cyrenē (ea eſt nobilis Aphricę ciuitas finitima Carthagini) ꝑfectus eſt: vbi Theodorus clariſſimus ea ætate mathematicus frequēti fama celebrabatur. Inde factus doctior in Italiā nauigans ad Archytam Tarentinū ſeſe contulit: vt ab eo inſigni tūc phio doctrinatum aliquid hauriret. Ab illo digreſſus, ad Philolaum, Timæum, & Euritum ad Locros pgit pythagoricæ præceptionis gratia capeſſendæ. Eo ex loco in ægyptū tranſmittens ab ſacerdotibus mēphiticiſq; vatibus ſiderum ortus, curſus, obitus, variaſq; poteſtates, ac rex diuinaq; occulta, numerorūq; inſuper & menſuraq; rationes accepit. Sunt q credant (& hi quidē homines grauiſſimi) hoc tpe & hoc in loco Platonem ea q̄ a prophetis noſtris prędicta fuerant, interꝑte aliquo deprehendiſſe: ac veri dei cognitionē delibaſſe. Huius itineris comitē habuit Euripidem: qui quum in aduerſam valetudinem incidiſſet: ex maris aqua ſumpto remedio ſacerdotum cura & diligentia priſtinæ eſt reſtitutus incolumitati. Quapropter Euripidē dixiſſe ferunt: mare cuncta mortalium mala prorſus abluit: vereq; (ſicut Homerus inquit) vniuerſos ægypti indigenas præſtantes eſſe medicos. Ægypto peragrata dum regiōis ſitum naturamq; ac implicitas Nili ripas, ortus, incrementa, cōtēplatur, ac percipit: vt vndiq; col-

Stella amata a Platōe.

Anitus.

Nebula Ariſtophanis, comœdia ſcripta i Socratem.

Lyxon.

Melitus.

Polycrates ſophiſta.

Socratis interitus.

Accuſatores ſocratis in exiliū vadunt.

Melit⁹ interficitur.

Statua erecta Socrati.

Cratellus.

Hermogenes.

Epicarnus.

Sephiron.

Euclides.

Megara.

Cyrene.

Theodor⁹ Archytas.

lecta tātaq; artiū & doctrinaq; studia perinde ac mercator copiosus in patriā reportans rursum in oēm terrarum orbem liberaliter impartiret disseminaretq;, Athenas redire īstituit. Audierat apud Persas esse viros insignes: quos magos indigenæ vocant. Ii rebus diuinis operam ac studium exhibent: in suscipiendis votis, in reddendis sacrificiis, in placādis diis ritus atq; leges edocētes: & illoq; naturā ac generationē explicātes: deīdustria: de pierate: & humādo: atq; aliis pmultis disputantes, ad illos penetrare Platoni mens erat: veq; flagrantibus peas regiones bellis cōsiliū reuocauit. Erat non procul ab Athenaq; vrbe suburbanū nobile inter arbusta positū: qđ veteres Attice terrę habitatores Hacademiam, posteriores mutata cum aspiratiōe litera, ab Academo heroe puetustō Academiā appellauere. hoc ad exercendas artes cōicandasq; doctrinas Plato delegit: non tam salubritate, q̄ solitudine, secessuq; consp̄icuum: quippe quū locoq; amœnitas saluberq; & hilaris aeris aspectus ad lasciuiā magis inuitet: & artētiores mētis vires soluat: cogitationēq; foras euocet. Quocirca nō illepide quis nostros oculos totā luxuriā esse dixit. In Academia quū docens, tū scribens, cōplures exegit annos: ab qua & ipsius secta appellationē Academicæ sortita est. Aprissimā igitur discere volētibus rēperiē faciēs ex diuersis veluti membris philosophādi corp⁹cōcinnauit. Nā q̄ ad sensum ac rōnē ptinēt ad Heracliti p̄cepta cōferebat: quæ vero intelligendi contēplatione cōstarēt, ad Pythagoræ: quæ aūt ciuiliū rer̄ disputatiōnē affectarent: morūq; formulā: & hoium institutiōnē: ex Socratis fontibus hauriebat: alias aūt disciplinas opinionesq; passim inserēs. Ad studioq; veritatē & discēdā & docēdā quāta illū tenuerit auiditas: & alia pmulta testant: & illud nō parūq; in rei familiaris angustia, tres pythagoricę sectæ libros, a Philolao Crotoniatā, vel vt alii tradunt, ab eius necessariis minis centū mercatus est: qui qdē pecunia nō pauc ad vsus domesticos idigebat. Fuerat aūt Philolaus hæreseos Pythagoricæ p̄sus: q de Pythagoricis primus naturalia edidit. Extribus his quos dico libris cōplura Platonē in suū trāscripsisse Timęum dicit Hermippus. Sunt q dicunt eam argenti summā ab Dione Syracusano p̄solutā datis ad eū a Platone epistolis: cui literaq; necessitudine & philosophandi similitudine arctissime deuinctus erat. Et qm̄ ad eius hominis studia & artes aperiendas discipulosq; & libros ab se compilatosq; numerus ptinet: & studiosis voluptatem afferre potest: eos etiā quasi testes pducamus. quoq; primus Speusippus esto. Nam & genere illi ppior extitit: & magisterii successor, & Platonici dogmatis assertor. post illius mortem annos octo, Xenocrates Chalcedonius: qui mortuo Speusippo scholę p̄fectus est, annos quinq; & viginti Aristoteles Stagirita. Nam & alios septem Aristotelis nomine appellatos inuenio: quos enumerare nō erit iniocundū. Fertur enim Aristoteles quidā in Athenien̄ium rep. insigniter obuersatus: cuius habitæ in foro cōplures extant orationes dicendi gratia & suauitate refertæ. Alter qui in Iliadem Homeri exponendam: diligentiam impēdit & operam. Tertius Siculus dicendi magister: qui aduersus panægyricam Isocratis orationē scripsit. Quartus cognomento Fabula: Aeschini Socratico perq̄ familiaris & charus. Quintus Cyreneus: q de arte poetica librum edidit. Sextus ludi pugilum magister non incelebet. Septimus haud clarus admodū: qui de pleonasmo libellum composuit. Redeamus ad Platonis discipulos. Philippus Opūtius: Hesticus Perinthius: Dion Syracusanus: Anuleus heraclięēs: Erastus & Coristus ambo scepsii: Timolaus Cyzicenus: Euehō Lāpsacenus: Pitō & Heraclides: vterq; natione Enius: Hippotades & Calippus & Demosthenes orator Athenięēs. Cæteraq; quū Demosthenes postea Callistratum nobilem Athenis oratorē vidisset: omisso Platone illi deinceps adhęsit. Theophrastum quoq; Lesbium Platonis auditorem fuisse q̄dam asserunt. Sed & mulieres sub eo philosophię vacasse certum est: Lascheniā .s. ex Mantinea: & Axiotheam Phliasiām: quā & virilē habitū induisse dicunt. Fuerunt & alii: quos referre longa & ingrata mora esset. Dehinc de opibus a Platone editis & varie copioseq; compilatis breui pstringamus: vt probis quidem calcar, ignauis aūt rubor incutiat: quū videant tantū pbum inter tot peregrinationes itinera cursusq; maritimos, dum literas quasi toto fugientes orbe p̄secutus mauult verecunde discere, q̄ impudenter docere, tot ac tanta volumina cōscripsisse: & imortalitate digna posteritati legasse. De his illud prædixisse licet: omnia ferme quæ grauius accuratiusq; disputanda fuerant, serioq; agitāda, in dialogorum forma cōscripta fuisse: & recte sane. ea enī quæ eiusmodi colloquendi rōne tractant, introductis pro dignitate p̄sonis, apertius disputant: & vehementius imprimūtur: quasi res ipsæ non audiri, sed geri & corā explicari credant. Nam certior aure Arbiter est oculus: vt inquit Flaccus. Effingendoq; autē dialogorum authorem primum fuisse Zenonē Eleaten affirmāt quidam. Veq; Aristoteles in primo de poetis libro, cui & Fauorinus consentit, Alexamenum Scyreum aut Teium, primum in eo genere scripsisse dicit. Verūenimuero (vtcūq; res se habeat) Plato p̄cipuam ei rei politius exponēdi curā & studiū adhibuit: vt quum de bonis artibus ad disciplinā & vitæ institutiōnē interrogatio & tēpestiua deinde facta sit responsio: earum personaq; quas introducit propriū decorem experte humano deprehēdi possint ingenio: diuina p̄sertim ad spirāte ope. vnde & plurima nostra est adhęsquuta cognitio. Quūq; Plato cerneret quantum lucis & gratiæ cognoscendis rebus afferret adhibita cōmode opportuneq; partitio: non solū ad claritatē verumetiā & ad facultatem absolute nimirum cuncta partitus est. vt verbi causa: Platonica est illa

Magi.

Academia.
Oculi, tota fūt luxuria
Academica secta vnde.
Philolaus Crotoniates.
Platonis discipuli & libri.
Speusippꝰ
Xēocrates.
Aristoteles Stagirita.
Aristoteles septem.
Philippus.
Opuntius.
Hesticus perinthius.
Dioſi Syracusanus.
Anuleus heraclienſis.
Eraſtus Scepſius.
Coriſtꝰ Scepſius.
Timolaus.
Cyzicenus.
Euehon Lāpsacenus.
Piton.
Heraclides.
Hippotades.
Calippus.
Demoſthenes.
Calliſtratꝰ
Theophraſtus.
Laſchenia philoſopha.
Axiothea philoſopha.
Dialogoꝝ primus ſuētor.
Zeno Eleates.
Alexamenus.

Bonorũ pti tio ſecũ Platonem.

partitio: Bonorum quædam aũ: quædã corporis: quædam rerum externarum: Animi q̃ capeſſeret virtutis eſſe: eaq; ab eo in naturam moreſq; diuidebaſ. Naturæ celeritatẽ ad diſcendum retinendumq; memoriæ dabat: quorum vtrunq; mentis eſſet ꝓprium & ingenii: Morum ſtudia & cõſuetudinem, iuſtitiæ, fortitudini, modeſtiæ, prudẽtiæ, applicabat. Corporis bona aſſignabat pulchritudinẽ, celeritatẽ, valetudinẽ, robur. Exteriora bona ponebat fortunatã: & ampliſſimam patriam diuitias: opes: claram familiam: amicos. quæ etſi eius generis eſſent: vt virtus per ſe ad felicitatẽ adipiſcendam ſine illis valeret: tamen vt inſtrumenta adhiberi virtuti. de corporeis externiſq; dico.

Amicitiarũ gña tria.

Amicitiarum tria genera dicere ex platonica diuiſione eſt. nam aut naturales, aut æquales, aut hoſpitales eſſe. Naturales quæ ſanguinis vinculo nobiſcum naſcuntur: vt parẽtũ, filiorũ, fratrum, cõſanguineorũq;. Æquales gignit cõſuetudo vitæq; ſocietas: accedente præſertim morum ſimilitudine: nulla generis ꝓpinquitate: quales Pylades & Oreſtes, Scipio & Lælius. Hoſpites maxime comitatus creant: epiſtolæ: & mutua inter abſentes officia. Duo quoq; rerũ principia conſtituebat: deum ſcilicet: atq; Hylen: ex qua elementa quatuor deriuarent: ignis, aer, aqua, terra: ex quibus mundus ipſe cõſtaret: & quæ in mũdo. Sed quid ago ſuperuacuę negotiationis hoc: q̃ ea quæ ſunt a Platone aut excogitata, aut ornatius digeſta percurro: quum ea & latius literis illuſtrata ſint: & tibi diligentiſſime cognita? Itaq; ne noctua Athenas, aut ſus Minervam (vt in prouerbio eſt) hæc omittens, de illius vita qd ſuccurret abſoluam.

Principia duo rerum

Quũ virtutis laudẽ in actione conſtare intelligeret: idq; ꝓdicaret: cuius ſtudio inſudarat: ſæpius de ſe in patriam, in amicos, in hominum genus periculũ fecit. Belligerantibus ſiquidem Athenis ter in militiam profectus eſt. Primum in eo prælio quod i Tanagra cõmiſſum fuit, fortiter dimicaſſe conſpectus eſt. (Is autem in agro Thebano celeber vicus fuerat.) Deinde in Corinthios, tertio in Delios, adeo ſtrenui bellatoris nauauit operã: vt ſumma cũ laude per oĩum ora volaret in primis. Quid i familiares? Chabrię fortiſſimo eius ætatis duci Crobilus accuſator improbus diẽ dixerat: & capitis iudicium intentauerat. Quocirca quum ab reliquis deſtitutus ciuibus, metu periculi & magnitudine, in arcem aſcenderet: ſolus Plato officii conſcientia munitus: forti & nuſquã remiſſo ſubſequutus animo hominem defenſurus, vt vtilem patriæ ciuem, ſemper adfuit. Cui quũ calumniator Crobilus vt eum a patrocinio deterreret minitans dixiſſet: aliis defenſionem præſtaturus aduentas: ignorans, q̃ te quoq; Socratis venenũ expectat: ei Plato ingenue qdẽ nihilq; retardatus reſpondit: Olim Crobile quũ patriæ dignitati militabam intolerandis periculis nihilo ſegnis eram: nunc pro officio & amici ſalute licet ferrum ac venena mineris & ignem, nullum recuſo diſcrimen. hæc in amicis conſeruandis Platonis cõſtantia.

Plato ter ꝓfectus in militiam. Tanagra. Chabrias. Crobilus.

Platonis conſtãtia.

Quid illa in Xenocratem firmitas & moderatio? Quum ex diſcipulis inſtigaretur quidam inuidia Xenocratem adeo Platoni gratũ acceptũq; eſſe: vt in eũ conflaret inimicitiã, tale aliqd cõmentus eſt. Multa in Platonẽ Xenocratis maledicta renuntiauit: Plato medio ſermone criminationem reſpuens obaudit: inſtat obtrectator: multũ ſeueritatẽ criminũ affirmans: deniq; deos omnes ac deas obteſtans. Plato vt ab eius ſeſe pertinacia ſolueret, Eſto inquit: ſed ea Xenocrates grauitate pollet: vt niſi ſic expedire iudicaſſet, dicturus ea nunq̃ fuiſſet. Quo facto ab tam importuno conuitiatore ſe liberauit: & omnem abſcindendę familiaritatis ſpẽ ademit. Sciebat enim ſacrum illud amicitiæ nomen ſero quidem ſumendum eſſe: ſeq; vbi ſemel eſt aſſumptũ, ſpernere non cõuenire: ſed omni prorſus ratione tutandum. Platonẽ ter in Siciliã nauigaſſe comperio. Nam prima eius nauigatio fuit ad ſpectandam inſulam, & Crateras: qui ſcatebrarũ locus eſſe dicitur: quo tempore Dionyſius ſenior Hermocratis filius oppreſſa Syracuſanorum libertate tyrãnidem exercebat. Carthaginenſibus nanq; Siciliam inuadentibus, & vaſtitatem ſimul, & libertatis omiſſionem minitantibus, ſiculi Dionyſium, cuius illuſtre in re bellica ea tempeſtate nomen erat, rerum ſummæ præfecerant: vt ab imminenti clade Siciliam tutaretur. Repulſo aũt hoſte Dionyſius inuadendæ dominationis occaſionem nactus tyrannidem occuparat: quiq; in virtute iam effecerat: ne græcorum opida barbaris ſeruirent: ex patre & benefactore immanem ſeſe dominum tyrannũq; reddiderat. Is igitur cum omni conatu ac neceſſitate Platonem adegit: vt in colloquium veniret. Quo quidem in ſermone Plato ediſſerere cœpit de tyrannide principatuq; legitimo: Quãtum huic laudis & beniuolentiæ, tantum illi vituperationis atq; ſimultatis ineſſe: hunc vtilem ac bonum: illam damnoſam inhoneſtamq;: vt illa vi apparetur: hic vero virtuti conferatur. Ea vox mirum in modum tyranni mentem offendit: indignatus itaq; Dionyſius, tua ſquit ſeruile neſcio quid ſapit oratio. Cui Plato, certe ait tua vero tyrannicum. Quare iſtigarus Dionyſius vt Platonem occideret agitabat quod, niſi Dionis & Ariſtomenis ꝓcibus vix reuocatus eſſet, ꝓfecto feciſſet. Erat ãt Dion Dionyſio affinitate cõiunctus. Eius ſiqdẽ ſoror Ariſtomacha Hipparino ꝓfe primario ĩter Syracuſanos viro ꝓgenita, Diõyſio nupſerat. Hic ille Hipparin⁹ ẽ: quẽ initio collegã rei bellicę Diõyſio ſiculi creãrãt vt antea iam tactum eſt. At eum Polydi Lacedęmonio, qui per id tempus apud Dionyſiũ ciuitatis ſuæ nomine legatione fungebaſ, exhibuit: vt in Græciam rediẽs Platonẽ vẽundaret. Polys æginam annauigans illum vẽndendum expoſuit. Qua in re in capitis diſcrimen incidit. Lata erat eo tpe lex apud ægynetas: qua cauebaſ: nequis Athenienſis æginam adiret. Adeunti vero, indicta cau

Dionyſi⁹ fit tyrãnus Siciliæ.

Crateres.

Dion. Ariſtomacha. Hipparin⁹. Polys.

Plato vẽdit

fa,iam capitale suppliciũ impendere. Instabat ipse legis ferũdæ author Charmander Charmandridæ:quo legem morte sanciret. Q̃ accidisset:nisi præsens gdam tantã rem tãq; horrẽdam ioco soluisset. Nam quum lex de Atheniẽsibus hoibus nominatim expressa sit: hic philosophus est inquit. Quocirca moro inter præsentes risu, Platonẽ merũ mortis absoluendum censuerunt. Non nulli Platonem in ipsam cõcionẽ adductũ fuisse scribunt:in quẽ conecti vniuersoꝝ oculi hoĩs gestum obseruabãt:& quasi missum e cœlo deum cõtemplabãtur. At ille ne verbo gdem emisso,immoto corpore,immutatoq; vultu, vtrãq; sententiam cõstanter expectabat:vt sicut secũda nõ magnopere sperare videret:ita & aduersa maximo ac fortissimo paratus & armatus aĩo excepturus. Tantũ valebat philosophiæ ratio: & optima factoꝝ cõsiliorũq; cõsciẽtia. Demum timore necis absolutus, vrgẽre Charmãdri crudelitate intra mãcipiorum deducitur locũ: & publico decreto volentibus emẽdi potestas fit. Annicetus Cyrenæus, qui rũc forte æginam aduenerat, eum minis.xx. aut quẽadmodũ alii tradũt, triginta mercatus vinculis liberatũ eduxit:mox honesto comitatu ad suos remisit Athenas. qui cõfestim ad Annicetũ remittrẽdũ argẽtum curauere. Vel sicut gdam scripsere, Dion Syracusanus æris renumerãdi author fuit. At ille repudiato prius argẽto, quia maiore summa in Platonẽ liberalitatẽ exercẽdam esse diceret, cõparato in Academia hortulo Platonẽ donauit. Nec vero ab tam celebrato ludibrio Polydẽ inultũ esse fortuna voluit:nãq; collato apud Helidem marte(Is aũt Arcadiæ locus est)ab Chabria imperatore nobili & Platoni perq̃ familiari superatũ & mari obrutũ plerique scriptores affirmãt. Nec ipse Dionysius tãte cõscius ignominiæ, quieto esse aĩo poterat: quæ lõge turpiores illi maculas & æternũ dedecus inurebat. Ad eũ igitur, quũ iam liberatũ in patriã reuertisse accepisset, literas dedit:quibus ne de se male diceret obsecrabat. Et Plato statim referiberet:tãtum sibi ab Academia sua otii, nec esse:nec fore:vt vel minima Dionysii recordatio cogitatioq; subiret. Dionysio maiore defuncto, ad filiũ eiusdẽ noĩs adolescẽtem rẽ pũ poritum oĩum Plato se cõtulit:frequẽtissimo & ipsius Dionysii & Dionis inuitatu. Dion.n.pter affinitatẽ intima familiaritate atq; cõsuetudine Dionysio cõiunctus erat. nam quũ Dionysius pater vnoque vxores haberet: Locridem videlicet:& sororẽ Dionis Aristomachã: Dionysio filio ex Locride genito Sophrosina Aristomachæ filia nupserat:Dioni arreprã sibi ex sorore neptis. Vtroq; igitur pinde ac cõsiliariũ Platonem inuocãte, eo pfectus est:eo ppositoꝝ vt ab Dionisio ciuitatũ Italicarũq; Siculorumq; sibi subiectarũ libertatẽ exoraret:quo philosophiæ laudes & dignitatem nõ verbis tm̃, aut disputationibus, sed re ipsa & actione apud omne hoĩum genus cõpararet. Ipse enim tyrãnus quũ eius magnã rei spem dedisset: pmissa tandem effecit inania:& venientẽ frustratus est. Qua quidem in re Plato vitæ discrimen adiit:q; in suspitionem Tyranno venit:ab se Dionem ac Theodotam inductos: qui pro insulæ ac ciuitatũ Italicarũ libertate rebus nouãdis studerent: & abreptũ Dionysio dominatũ sibi vendicarẽt. Tantum inualuerãt calumniatores ac pditi hoĩes: quibus cum Dionysius cõuiuebat:vt Dione præclaro in primis hoĩe & optimo sane cõsiliario, in Græciã ignominiose ab reip. gubernatione reiecto, Platoni pestiferas orditẽrtur insidias. Rumor certe increbruerat:trucidatum ab Dionysio fuisse Platonem. Quem tũ ita retinere machinatus est Dionysius:vt oĩ comitatis genere & blãdimẽtis consolaret: cumq; cõsuetudine intima & cõsilioꝝ cõmunicatiõe cõplecteretur:vt nulla in re Dionis in Platonem studio cedere videret. Interim philosophiæ eo docente operam dare non omittebat. Demum ea cõditione discessisse creditus est: vt finito bello, quo tunc Dionysius implicabat, vna cum Dione Plato remearet. Tertiã aductus causam in Siciliam Platoni hanc fuisse liquet:vt Dionem amicũ eius, & præcipuũ, & literario vinculo cõiunctissimum Dionysio cõciliaret:inter quos nõ mediocres simultates ardere cœperãt. Eum autem Dionysius primũ gdem frequẽtibus literis alliciebat:multa de Dionis reditu in Siciliam, & bonis moxei restituẽdis pollicitus. Deinde quum Plato hoĩs inconstantiæ, & sodalium insidiis fidei parum habens negaret:tandem flagitantibus amicis, & Dione in primis, & Archyta p epistolam vehemẽtius vrgẽre, ab Syracusiis missa triremi tertiã tãdem ingressus est nauigationẽ:honorifico admodũ comitatu quũ aliorũ nobiliũ, tũ vero Archidami illustris viri, & Archytæ amãtissimi. Quã gdem ad rem cõponẽdam quũ oẽm frustra cogitationẽ & conatũ adhibuisset:dolis & simulata bonarũ artium & studiorũ cupiditate deceptus (vt diuinarat)tẽtaturus tũ mãsit. Interea tyranno calũniis multis Platonẽ circũueniẽte, & eũ inimicis conspirare insimulãte, (id autẽ impositum falso crimen erat) sibi mala multa impendere cognouit. proinde vt se ab imminenti pcella seruaret, clam Tarentinũ monuit:in qbus vitæ periculis agitaret. Id vbi ad Architam Tarẽtinum Pythagoricæ sectæ philosophũ platũ est:exorare per epistolã legatosq; Dionysiũ statuit: apud quem promutua beniuolẽtia Archytas plurima pollebat authoritate. cuius quidem epistolæ hoc extat exemplum: Archytas Dionysio salutem. Vniuersi qui Platonem pcipua complectimur amicitia Lamiscum atq; Phocidam vt virũ reciperẽt ad temisimus. Sic autẽ ex cõfesso compositoq; pcpigimus. Recte vero & pro officio facies:si sedulitates & studia memoria reuocaueris: qbus ab nobis oĩbus etiã atq; etiam cõtendebas:vt Platonẽ ad te pficisci faceremus:petebasq; vt p eo ad te incitãdo quũ alia tum vero tutũ ac securum eius fore aditum reciperemus:siue manere:siue cursum repe

Charmander.

Annicetus mercaẽ Platonem.

Polys mari obrutus.

Dionysius Dionysii filius.

Locris Dionysii vxor.

Aristomacha Dionis soror & Dionysii vxor.

Sophrosina Platoni insidiæ apd Dionysiũ parantur.

Archidamus.

Archytæ epistola ad Dionysiũ.

rere instituerat. Memineris & illud: ꝙ eius aduentum quem eo tpe tanta charitate tantoq; amore ꝓsequebaris, plurimi faciebas: quanti eorum quibus cũ obuersaris facere videbare neminem. Q d siquid asperitatis interuenit: humano more faciẽdum est: curandũq; vt virũ ois exptem detrimenti nobis illęsum restituas. hoc quũ feceris pro æquitate gesseris: & gratissimũ nobis feceris. Hãc vt Dionysius accepit epistolã: etsi cõplures necãdum esse cõtenderent: Platonem abunde suppeditato comitatu abire pmisit. & hoc pacto re infecta (vt ꝓsagierat) reuertit in Græciã. Mitari plærosq; & eos qdem graues viros arbitror: quãobrẽ Plato quẽ mirificus reip. tenebat amor: & eius gubernãdæ non paruũ trahebat desideriũ: administrãdorum officioꝝ patriæq; cõsulendi curã abiecisse visus sit. Verũ enimuero quũ is singularẽ patriæ charitatẽ prę se ferret: inanem sui futurã operã aiad uertit: quia iam alienis ab institutione sua legibus & irreuocãdo ferme ritu ciuitas ipsa cõsenuerat & alia cõsuetudine populus offirmatus induruerat. Interea quum Arcades & Thebani ad deducendos Megalopolim colonos & frequẽtes habitatores enixe cõspirarent: Platonẽ p legatos obsecrarũt: vt eo pergeret: eam moribus ordinaturus & legibus. Q d, quũ illos ab ęqualitate abhorrentes cognouisset: facere neglexit: idq; iure quidẽ ac merito. Nam quis medicus (modo mẽtis cõpos sit) rebelli & nullis audiẽti præceptis ægroto sanitatis leges indixit? Idem & in Cyrenęos fensisse visus est: qui quum omni diuitiarũ genere & lautitia affluentes Platonem ad suæ ciuitatis institutionem accersérent: hoc ab eo responsum retulerũt. Difficilimũ est inqt Cyrenæi ciues amplissima fortuna dissolutos legibus cõtinere. Grauiter qui dem & mature vt assolebat. Mirifica nãq; in eius verbis factisq; comitate condita grauitas inerat. idq; quũ reliqua illius vita declarat: scriptaq; innumerabilia: tum vero quædam acute ac prudẽter ab eo vel dicta vel responsa. Ex qbus nõnulla interfuisse iocundum extiterit. Mirari se plęrumq; dicebat: ꝙ quũ iuuenes cura & artificiosimi les hoium bestias efficerẽt: nõ id potius curarent: ne bestiarũ similes hoies euaderẽt. Philedono cuipiam Platonẽ carpẽti, ꝙ nõ minus in discendo q̃ in docẽdo studiosus ac sedulus esset: & quoad discipulus esse vellet interroganti, quoad inqt meliorẽ atq; peritiorem esse me nõ pœnitebit. Demodeto de filioli eruditione cõsultanti: Qualis in arbusculas plantandas & formãdas, talis & in liberos gignẽdos instituendosq; cura esse debet inqt. hic labor: illic voluptas. Cauẽdum aũt ne in illo sopiti, in hac vero plus q̃ vigiles esse videamur. Percontantibus quibusdã quęnã possessionũ genera filiis cõparanda præstarent: Ea dixit quæ nõ grãdinem, nõ vim, nõ ipsum deniq; Iouem extimescerent. Erat inter discipulos eius lautus nimiũ & curandæ curi operosus adolescens: quẽ sub ridens Plato rogauit: quouisq; tibi carcerem ædificare perges? Ad iuuenes quos ad beate viuendũ animare nunq̃ desinebat, crebro dicere solebat: Otio labores anteponite: ni rubiginem splendori præstare putatis. Conspicatus adolescẽtem talorum ludo ꝓpensius intentum, acerbius increpauit: at quũ ille sese purgaret: pro pusillis ait ludum habeo: Cui Plato pusillum qdem nunc est: cæterum mox vehementissimũ susciabit. Ex eo qspiam interrogabat: nunqd sua quẽadmodum & maiorum futura essent cõmentaria: respondit: primo quidẽ comparandi nominis habenda ratio est: deinde multa obueniẽt. Xenocrates ad eum salutãdi graria venerat: quũ Plato ob deprehẽsum in delicto grauiore seruulum iratus excanderet: Cui Plato hunc plagis dixit affligere: id ego ne faciam impedimẽto ira est. Alio subinde tpe in alterum deliquẽtem quoq; seruulum, Ni tibi iratus essem ait, pro tuis depexus esses meritis. Ebriis pariter & iratis ꝓcipere & cõsilium dare cõsueuerat: vt suos in speculo vultus intuerẽtur: quo tãq; per oris deformitatẽ ea vitia fugitarent. Somnũ diuturniorẽ crebro detestabatur: vt malax illecebrarũ delictorumq; parẽtem, & morti perq̃ similem. Amico reliquẽdi ad posteros nominis anxio vel in amicis vel inimicis tui recordationẽ viuere dixit. Familiaris quidã Platonis doctus sane homo eum orabat: vt sibi aures paulisper accõmodaret libellũ ab se editum lecturo. Rogatus subinde a Platone quædã libri esset inscriptio: respondit Cõtradicendum non esse: cui Plato, cur igit hoc ipse factitas? Leo genere ac opibus nobilis magis q̃ clarus Athenis adolescẽs magnas & immodestas in senatu vociferationes habuerat: quo quũ is in cœtu carperet, Plato dixit: hoc est vere Leonẽ esse Xenocratẽ Chalcedoniũ adolescẽtem adhuc sub Platone philosophię institutа capessentẽ quũ in reliqua vita nimis austerũ, tum tristẽ semper in vultu seueritatẽ præ se ferentẽ, sæpe cõmonefacere solebat: vt gratiis sacra ferret: illud videlicet significãs: vt quantũ naturæ defectus & acerbitas demeret, tantũ industriæ diligẽtia & grata comitatis elegãtia cõciliaret. Plato quoq; tardiusculũ ingenio Xenocratem sollertissimo & acutissimo cõferens Aristoteli, scitũ illud vsurpabat: hic quidẽ calcari, hic aũt frẽno idiger. Tametsi hoc ab illo, deq; aliis diuulgari dictũ soleat: de vtroq; illud etiã Platonis dictũ extat præceptoris in discipulos: Hui qualẽ equũ, qualẽq; asinum iungendos assumpsi. Dionem Syracusanum reliquis in rebus magnum ac doctissimũ hominẽ, cæteꝝ in suo conuinctu duriorẽ, vt ad mansuetiores mores reuocaret, aiebat: Peruicacia non vrbiũ, sed syluaꝝ solitudinisq; sodalis. Quum iuuentutẽ ad beatæ vitæ rõnes intẽderet: quum alia permulta, tum vero illud vsu frequenter tenebat: cõtrariã virtutis ac voluptatis naturã animaduerterẽt. huius enim momẽtaneæ dulcedini perpetuã pœnitentiam, dolores, & cruciatus affigi: illi contra post breues dolores æternas post mortem etiam delectationes ad

Platonis dicta acute & prudẽter. Philedon? Demodet?. Possessio q̃ sit filiis cõparanda.

Ludo talorũ intentũ qũo plato reprehendebat.

Somnum diuturniorem qũo Plato detestabat.

Xenocratẽ calcari, Aristotelẽ fræno indigere Plato dixit.

iungi. Xenocrates cuius durior vita & mos nimiũ rigidus cẽsebatur, quiddam amœnũ ac risu ac/cipiendũ protulerat. quocirca mirantibus cõdiscipulis, Plato qd mirami dixit? Nõne inter cardu/os & vrticas lilia plærũq; ac rosa nasci cernitis? De amatore facete iocãs, Aius est ingt suo qdem in corpore moriẽs, in alieno aũt viuẽs. Obtrectatoribus qbusdam Platonẽ ab Dionysio derelictũ obiectãtibus respõdit: imo vero a Platõe Dionysiũ. Interrogatus qdnã inter peritũ & iperitũ iteref/fert: quod inter medicum ęgrotũq; respondit. Principibus nullũ præstãtius prędiotũ genus esse di/cebat: q̃ eoꝝ familiaritates hoium, qui cauponari nescirẽt: potẽtatui putilẽ ac necessariã esse sapię/tiã: vt in illo qdem corpus, in hac vero aium cõstare liqueret. Dioni eius hospiti, discipulo, & ami/co, libertati patriæ & amplitudini dies noctesq; studẽti, prudẽs illud instillabat: quod ad cõsequen/dã, rerũp. britudinẽ magis magisq; cõducaret. Sicut aium primo, corpus secũdo, pecuniã tertio lo/co sapiẽtes viri ponerẽt: ita & leges ipsę pariter & cõsuetudo virtutẽ aĩ priore dignitatis gradu, tũ corporis vires virtuti obediẽtes, tertio demũ honoris ordine pecuniã virtutis cotporisq; ministrã collocare deberẽt. Quã salubre & illud est: britissimas fore resp. si qui eaꝝ gubernationi pessent, aut sapiẽtia prædĩti essent: aut sapiẽtię studio tenerẽtur. Nec parũ hoc quoq; salutare quũ reliqs mor/talibus, tũ adolescẽtibus: qui ad literaꝝ & bonarũ artium studia & nois ppagationẽ anhelãt. Im/probare. n. bis in die fieri satutũ, & nũq̃ nocturno rpeiacere solũ. Hęc duo si surdo pcepta nõ sint: q̃ late ad corporis & aĩ vires sustinẽdas pateãt, facile itelligẽt. Finis nõ erit si ab illo, vel sapiẽter vel comtter dicta colligere voluero: q̃ in eius scriptis sicuti stellę relucẽt, Cæterũ exoratus sis amplissi/me vir Philippe: vt hisce pauculis cõrentus sis: q̃ sicuti lectorẽ fastidio nõ grauãt, ita & iocũditatẽ varietate afferre q̃ant Agamus & reliq̃. Quũ oẽm ferme Platõis vitã studioſi magnis tollãt in cœ/lũ laudibus, illud plæriq; miranť: illũ inter tot Socratis sectatores ab eo memoriæ cõmẽdatos, ne minimã qdem Xenophõtis mẽrionẽ noinatim feciſſe, eius cõdiscipuli & doctissimi hois, iprimisq; dulcissimi: adeo vt vulgo musa diceret attica: qđ & pariter ab Xenophõte factitatũ est: q̃ Platonẽ expressum in tot cõscriptis ab eo voluminibus ne semel qdem attigit. ęmulationis tũ inter eos si/gna extãt: quæ rectius ne volũtas minime syncera, vt multi putãt, an laudis certũ & gloria, vt sapi/entissimus philosophus & modestissimus homo pceptor meus Chrysoloras iudicabat, magni vi/ri viderint. Cetęꝝ Xenophõ. vt operis illius inclyti qđ de optimo statu reip. ciuitatisq; administrã/dæ a Platone scriptũ est, duos vere libros lectitauit: q̃ primi in vulgus exierãt: oppositum cõtra mirũ in modũ: extollens regiæ administrationis genus: qđ Cyri disciplina, vel infantia, hoc est pędia in scribiť itaq; volumẽ octo libris nõ tam ad historię fidẽ, q̃ optimi regis institutionẽ absoluit. Quo facto vsq; adeo pmotus est Plato: vt in libro quẽ de legibus scripsit, retractandi eius operis gratia Cyrum psarũ regem strenuũ qdem hoiem, sed impitũ fuisse dixerit. Rursum Xenophũ in tertio cõmẽtariorũ libro, quos de Socratis dictis factisq; cõposuit, & in apologia, mẽtiti eos & ineptite af/ferit: q Socratẽ de cœli naturęq; rationibus occultis disputatẽ introducũt. Eũ. n. tũ de moribus & de rebus ad bene btẽq; viuẽdũ disserere solitũ. qbus quidẽ in verbis Platonẽ momordit. Vterq; etiã Socratis defensionẽ id est apologiã scripsit. Sũt q simultates quoq; inter Æschinẽ Socrati fa/miliarissimũ & charissimũ, Platonẽq; interfessisse ferũt: quaꝝ causa motũ Platonẽ eas dissimulas/se ratiões: qbus Æschines Socratẽ in vincula cõiectũ ad capessendã fugã reuera exhortatus. Oẽm aũt Critoni sermonẽ eius tribuisse: ne scilicet ipsius nomẽ posteritati cõmẽdaret: aut scriptis no/bilitaret suis. Aristippũ etiã celebris famæ philosophũ, nationẽ Cyrenẽũ, in Platonẽ inimicitia excãduisse tradiť: adeo vt Plato pulcherrimũ illud de aiorũ immortalitate volumẽ cõscribens, & eũ ab suis morsibus intactũ nõ omiserit: q Socrati moriẽti nõ interfuit: quũ ægine haud pcul abes/set. Huius generis dissensiones, vt ante dixi, odia ne an æmulationes ex laudis studio & auiditate manãtes appellari debeãt, sentẽtiã pferre nõ audeo: quũ varias agitari opiniones videã. Reliquũ est Philippe vir ornatissime: vt de eius morte dicã. Sed vt pictores solẽt ad distinguẽdas aliqua va/rietate particulas prius insertis ornamẽtis superiorẽ vitã inaurabo: & quãtus honos Platoni, di/gnitas, & gloria reddita sit exposituro mihi oro benignas aures accomoda. Taceo q orator ma/ximus, deniq; philosophus eximius magnificis eũ adeo verbis exornauit: & principatũ attribuit: vt cũ oibus Aristotelẽ ingenio & diligentia ante poneret: interiecerit Platonẽ meũ semp excipio. At eni Augustinus quũ oium doctrinaꝝ hubertate redũdans, tum vero literaꝝ sacraꝝ pugil inui/ctus, Platonẽ eiusq; sectatores prædicat: & vere (vt dicit) in cœlũ exrollit: tanq̃ verissimos dei vi/teq; beatæ cognitores atq; magistros. Elegimus enĩ ingt Platonicos oium philosophoꝝ merito nobilissimos: ꝓpterea quia sapere potuerũt: immortalem ac rationalẽ vel intellectiuã hois aiam, ni si participato illius dei lumine a quo & ipsa & mundus factus est, beatam esse nõ posse: ita il'ud qđ oẽs hoies appetũt id est vitã beatã, quemq̃ istoꝝ assequuturũ negãt: qui nõ illi optimo, qui est in/cõmunicabilis deus, puritate casti amoris adhęserit. Vides excellentissime & vir & medice Philip pe, & christiane homo, quantus ad dei cognitionem veraq; felicitatẽ adipiscẽdam dux habitus est Plato: eius hois iudicio, qui & acumine ingenii, & magnarum rerum sciẽtia, & vitæ sanctitate, hu mana, diuinaq; perspexerit! Nec minus quod sequitur, illustris hominis etiã gloriã aperit. Inter

Peritum ab iperito qd differre di/xerit Plato.

Respu. britissimas quas Plato dixe/rit.

Chrysolo/ras.

Pędia Cyri

Æschines. Aristippus

Augustin?.

Ex Guarino Veronensi Vita.

Socratis discipulos non quidē immerito excellentissima fama clatuit: qui oīno cæteros obscurat ret plato: qui quū esset Atheniēsis honesto apud suos loco natus: & ingenio mirabili longe suos cōdiscipulos anteiret: parū tū putās pficiēdæ philosophiæ sufficere seipsum, ac Socraticā disciplinā, q̄ longe latæq; potuit pegrinatus est: quaqua versum eū alicuius nobilitate scientiæ pcipiēdęfama rapiebat: & in Ægypto edidicit quęcūq; illic magna habebātur. Hic ipse Plato dei vnius veri oprimi imitatorē cognitorē amatorē dixit esse sapientem: cuius participatiōe fit beatus. Huic igit sectatoribusq; suis, qui verę deū & verum authorē & veritatis illustratorē & beatitudinis largitorē esse dixerūt, reliq cedūt philosophi: qui corporalia naturę prīcipia, corpori deditis mētibus opinari sunt: vt Thales Milesius in humore: Anaximenes in aere: Stoici in igne: Epicurus in atomis. q̄ quū Atistoteles Platonis discipulus vir excellenris ingenii & eloqo Platoni qdē impar, sed multos facile superās, sectā pipatticā cōdidisset: nobilissimi tū philosophi, vt idē affirmat Augustin⁹, nouerint se dici peripateticos aut Academicos. Sed Plato meus adeo cognitioni veri dei & rerum oīum creatori pxime accessisse visus est: vt illud Geneseos initiū in Platonis libro deprehenderit. In principio creauit deus cœlū & terrā: terra aūt inuisibilis & in cōposita: & tenebrę erāt sup abyssum: spiritus dñi ferebaf sup aquas. Q d quū apud nros id est vnius & æterni dei cultores Platonē tāto in honore ac tāti fieri cernamus: qdnā mirū est: illum apud suos singulari quodāmodo zelo venerari & eximia dignitate haberi solitū? Qua qdem in re paucula velut testimonia satis erit attigisse. Cuius non mediocriter illa in Sicilia honorata pfectio est. Allatis ab Dionysio iuniore pariter & Italicoq; philosophoq; ordine literis & legatis, triremis ornatissima, & grauiū & doctissimoq; hoīum nobiliūq; ciuiū apparata cōitatu eū Syracusas trāsportauit. Qui vbi litus attigit: quasi missa e cœlo felicitate passim occursus habiti: & passim acta lætitia. Inde descēdentē currus regio instructus apparatu triūphātiū ritu frequētissima circūiunctus corona Platonē deuexit in regiam. Quā honorificus in Græciā reditus! Reuersus e Sicilia Plato, quū ad magnificētissimā illā Olympioq; celebritatē quasi quēdam orbis terrarū cōuentū pueniisset: tā lætis cūctoq; cōcursibus exceptus est: vt e cœlo deus ad mortales demissus videret. Ludos deserī, Athletaq; spectacula relinq, pugiles solos omittere cernetes, & qd admirabilius est, qui tā lōgis tetraq; marisq; tractibus pascēdoq; oculorū auriūq; & aīorū gratia ad Olympia venerāt, oīs voluptatis obliti Platonē adibāt: Platonē itue bātur: in Platone pinde ac amœnissimo diuersorio cōquiescebant. Fac Iouē ipm si modo quē esse deū nō impiū ac flagitiosum hominē Iouēesse ctedimus, fac in quam Iouē ipm tū sua ad Olympia inrerras emersisse: pfecto nō plus venerationis illi aut honoris hoīes tribuissent. Gratulari Platoni plęrūq; soleo: quū eius comitas, moq; sanctitas, acumē ingenii, & diuina in primis sciētia, tāta extiterit: vt nō modo viuēs, sed & vita functus posteros in sui beniuolētiā, charitatē, obseruātiā q; pduxerit. En quos hoīes. Mithridates Ponticus rex Persaq;, potentia, magnitudine aī, ingenio pstans fuit: vt qui aduersus Romanū imperiū Syllam, Lucullū, Pōpeium, fortes ac fortunatos imperatores, terra mariq; tot annis belligerare ausus, nō paruā Græcię partē, ac insulas in potestatē suam redegerit: duas & viginti linguas quot nationibus imperitarit prōpte calluerit: is in Academia cōstitutus, viri gloria motus, statuā dedicauit: sui in Platonē monumētum & pignus amoris, egregiū Sylomonis opus: idq; post Platonis obitū annos ducētos & sexaginta. Eā hunc in modū inscripsit. Mithridates Rhodo atæ filius hāc Platonis imaginē musis dicatam erexit. De Platonis morte vt supra pollicitus etā, pmissa psoluo. de qua varie traditū est. Sūt qui eū incelebrādis amici nuptiis, quū getus discūberet, iuxta assistētibus summę grauitatis hoībus, aīam derepēte exhalasse scribāt. Nōnulli ipm in nouū quoddā morbi genus quū incidisset: quē a corruptione pediculorū Phthiriasim vocāt: quo & Cornelii Syllam pūisse cōperio: tādem e vita excessisse. Quidā eum suo in lectulo quū & scribere & legeret vno & octogesimo ętatis āno mortē obiisse memorāt: quū Philippus Alexādri Magni pater Macedonibus imperabat. Quo tpe Alexāder Magnus annos. x. natus erat. Quosdā etiā alios hoc Platonis noīe fuisse inuenio: ex qbus Rhodius vnus in philosophia clarus euasit: quē Panætii discipulū extitisse liquet. Fuit & alter Peripateticæ sectæ: qui pcipuam disciplinis & bonis artibus curā sub Aristotelē pceptore tribuit. Tertiū eruditū virū Praxiphanis filiū fama refert. Quartus nō mediocri sermone pdicaf veteris Comœdiæ scriptor. Extant aliqua inscripta sepulcro Platonis epigrāmata: ex qbus vnū est. Ante alios castus iusti quoq; amoris amator Diuus Aristochus occubat hoc tumulo. Si cui de cūctis magnæ est sapiētia laudi: Maiorē hic habuit: nec comes inuidia est. Aliud est hmōi. Tellus mēbra sinu cōdit moribūda Platonis. At felix aīam cœtus habet superū. Lōginqui hoc celebrāt: diuina huic cognita vita est. Clatus Athenaq; ciuis Aristo creat. Hæc sunt Philippe vir doctissime: quæ de Platonis genere scripturū me tibi pollicitus, quo pacto etiā in studiis vitam degerit, adiunxi: vt cumularius tuę volūtati munus elargirer. In quo si legēs interdū obuersabere: tu mihi, ego tibi pśentes esse videbimur: quū frequētes nostræ occupationes iocūdissimā nobis inuitis cōsuetudinē pśentiāq; dissoluant: & qd inirio dixi, nostræ beniuolētiæ memoria & amicitiæ fides hoc literarū beneficio & custodia durare & seruari diutius poterit. Sic vtriq; Virgilianum illud obueniet: Absentem absceus auditq; videtq;.

Plato philosophorū princeps.

Thales.

Anaximenes.

Stoici.

Epicurus.

Mithridates.

Stratuā Platoni erigit Mithridates.

Sylomon.

Platonis mors.

Phthiriasi & Plato. & Sylla perire.

Platones quatuor.

Epigrāmata in tumulo Platonis incisa.

ARISTOTELIS VIRI ILLVSTRIS VITA PER GVARINVM VERONENSEM EDITA: ET EX VARIIS AVTHORIBVS HINC IN DE COLLECTA: NE FORTASSE EX PLVTARCHO EAM PVTES.

Aristoteles philosophus ex oppido fuit nomie Stagira: obscuro qdē p se: nisi ꝙ huius viri claritate refulsit. Patrē vero habuit Nichomachū medicinæ ꝓfessorem artis. Genus primū in Macha onē Æsculapii filiū cōtinuata certissimaq; successione referebatur. Ipse vero Nicomachus apud Amyntam Macedoniæ regē Philippi patrē & medici & amicilocū obtinens, multum & gratia & opibus in regno potuerat. Ex hoc Aristoteles natus est anno primo vt quidam tradūt, nonagesime nonæ Olympiadis. Matrē quoq; habuit non obscuri generis nomine Phestiada. Aristoteles autē prima ætate in Macedonia educatus, vbi adolescere cœpit, Athenas studiorum gratia missus, quum cæteris operam disciplinis haud segnē dedisset, tandē Platoni per id tēpus Academiam mira discipulorū celebritate incolenti, in ꝓlia adhæsit. Decimo septimo ætatis anno fuisse phibētur: quum Platonē audire primū incœpit. Eius disciplinæ. xx. annis ꝓseuerauit auditor: nihil omittens ex his artibus quę ad summū futurum philosophū ꝓtinere videbātur. Erat in eo acritas ingenii summa: nec sane minor, aut vigilātia, aut sedulitas. Cupiditate vero discēdi ita flagrabat: vt nullū disciplinarū genus sibi incognitū pateret. Itaq; nō in vtraq; modo ꝓlia ꝓstitit: sed in dialecticis, & mathematicis lōge primus habebatur. Nec in his tātū: sed & poeseos perfectā quādā cognitionem adiunxerat. Historię vero ita curiosus: vt neq; cœlo, neq; terra, neq; mari quicq; relinquere vellet incognitū. Indole ꝓterea mirabili: vt ad singula natū ꝑcipue dicas: vt & carmina ab eo pulcherrime scripta, & solute orationis copia ornatusq; oī dit, Mortuo Platone ad Hermiā Atarnei tyrānū ꝓfectus, triēnio fere apud illū desedit. Hāc eius mo tā nōnulli obtrectatores vehemēter carpsere: quasi pa; philosopho cōgruentē: lacerātq; hoc in lo co maxime p ancillę cuiusdā amoribus pene insanis: quoꝝ gratia illū desedisse apud Hermiam qui dam scripsere. Extatq; in eū epigrāma nobile Theocriti Chii amarissimis sane verbis obscœnitatē & desidiā illi exprobrātis. Sed hæc oīa vt falsa & ab obtrectatoribus ficta existimē facit: ꝙ mox inde ꝓtinus in Macedoniā euocatus a Philippo, & aliis rebus auctus honestatusq; est: & Alexandro, filio in disciplinā tradito, maximā authoritatē in regno ꝓmeruit. Nā illuc qdē adduci nō possum: vt existimē hominē minus integra fama in eo ipso rpe a ꝓstātissimo rege, aut tātopere appetitum euocatūq; aut vnicū tantæ spei filiū huic potissimū creditū: & simul a Demetrio Magnesio scriptū repetio: necessitudinē quādā Aristoteli cū Hermia fuisse: ꝙ eius neptē in matrimonio haberet: eoq; velut officio retentū penes illū fuisse. Sed postq; in Macedoniā rediit: honore ac dignitate longe primus habebat: vt admiraretur eius sapientiā rex: quasi decus ingēs regni ac felicitatē suoꝝ tporum æstimaret. Apparet id in epistola Philippi: quā ad Aristotelē de Alexandro scripsit. Diis, iquit, gratias habeo nō tā proinde quia natus est: q; pro eo ꝙ nasci contigit tpibus vitę tuæ. Spero enim fore: vt educatus eruditusq; a te, dignus existat & nobis & istaꝝ rerum susceptione. Decem ferme annos circa Alexandrum fuisse videtur: nec tamen in eo solum occupatus: sed & per id tempus multa per seipsum, multa & per regis potentiam inquirens occultissima naturæ indagabatur. Alexādro deinde in Asiam cū exercitu profecto, ipse Athenas rediit: & sui copiā in Lyceo exhibere cœpit Xenocrate per id tēpus Academiā obtinēte. Docebat vero in ambulans plarunq; auditoꝝ turba circūfusus: ex quo ipse sectatores eius peripatetici philosophi nūcupati sunt. Sunt tamen qui tradāt partē illā gymnasii i qua docebat, Peripatum id est deambulatorium fuisse, itaq; vt Academici Stoiciq; a loco dicti sūt, sic etiā piparetticos de loco ipso cognomentū susceptisse. Tredecim annis i Lyceo florentissime docuit: cōplurisq; sua disciplina clarissimos viros effecit. Tandē vero communi

Stagira.
Nicomach⁹ Aristotelis pater.
Aristoteles quo tpe natus.
Phestias Aristotelis mater.
Hermiss.
Theocrit⁹ Chius.
Peripatetici unde dicti.
Peripatū.

Antipater.

Aristoteles p̃ficiscit in Chalcidē.

Aristotelis forma & eiꝰ mores.

illa philosophoꝝ inuidia, q̃ non recta de diis sentiret accusatus, metuens ne vt quondā Socrati, sic & sibi in iudicio pereundū foret: Antipatri quoq; amicitiam, qui tunc Athenienſibus odioſus erat, ne sibi noceret formidans, deserta sui defensione, Calcidē abiit: ibiq; de cętero vitę deceſſit. Nunc vero qm̃ cursu quodā celerrimo prætereuecti spatiū illius vitæ conspeximus: flectē da iteꝝ ratis est: ad mores eius viri, & domestici vſus q̃ſi figurā disciplināq;, & librorꝝ ab eo scriptorum multitudinē intuendū. Formæ quidem fuit haud quaq̃ conspicuæ: duobus tamen p̃cipue de hōestabat: gracilitate cruꝝ, & pusillitate oculorꝝ. Itaq; quo dignitatē q̃dā redimeret aduersum corporis vitia, & vestitu paulo infigniori vtebatur: & anuli digitos honestabant: & tonsurā, cæterūq; corporis cultū de industria adhibebat: quum tñ reliqua in vita modestiſſimus eſſet. Mores autē in eo graues, & obscœnitate ridiculoꝝ alieni fuere: cæteꝝ mites: & qui benignitatē potius haberent, p̃ se ferrent. Extat eius humanitas atq; dilectio in patriā, in suos, in familiā, in discipulos, in omne deniq; genus hominū: quā paulo post singulatim p̃sequemur. Patrimoniū fuit illi satis amplū: quū ex hereditate paterna: tum ex regū largitione. Nam & prædia in Stagiris habuit & reditus. Ex quibus modeste simul liberaliterq; vitā duxit cū vxorē, filiis, & amicis. Plenam illius domum seruis fuiſſe, nec maribus modo, veꝝ etiā fœminis, testamēto eius apparet. Memorat. n. permultos vtriuſq; generis: deinde mandat neminē vænundari eoꝝ qui sibi seruiuerint: sed liberos dimitti: q̃buſdam tñ in seruitio filioꝝ vxoriſq; nominatim relictis. Vxores vero habuit duas Phitaida. ſ. & Herpilidem: quaꝝ Phitaida alii filiā, alii neptē Hermiæ Atarnei, de quo supra diximus, Herpilidē vero plæriq; ancillā eius fuiſſe tradidere: mortuaq; vxore prima, cōſuetudie ab ea receptra, mox pereatis filiis, pro vxore habitā. Ex hac Herpilide Nicomachus filius illi natus est: ad quē sunt Ethicoꝝ libri: & filia Nicanori desponsata. Stagira vrbs a Philippo euersa vt restitueretur ab rege obtinuit: legesq; & formā reipublicæ ipse descripsit: qua postmodum ea ciuitas vſa est: habuitq; licet absens diligentiſſimā patriæ curā. Ciues aūt ob hæc merita, tanto in honore illum habuere: vt festos dies & ludos quotānis, etiā eo viuente faciendos illi publice dedicarent, festa ipsa celebritas Aristotelia nuncupara. & in patriā quidē hæc illius beneficia extant. In suos vero ac neceſſarios tanta charitate beniuolentiaq; fuit: vt pene superflua atq; nimia illius obseruātia videat. Nicanore genero ægrotante, p eo vota fecit: ſi incolumitatē reciperet: ſtatuas se duas, alterā Ioui seruatori, Alteram Iuno ni soſpitæ dedicaturꝝ. Discipulis vero multū detulit, amauitq; vnice: præſertim eos qui excellere vi ſi sunt. Extant eius in Theophraſtū permulta charitatis amoriſq; indicia: & illud in primis, q̃ ipſm licet imparē genere, tñ genere sibi testamēto designat: ſiqd Nicanori cōtingeret: pp quod alteri filia tradenda foret. Curā vero omnē filioꝝ ac reꝝ suaꝝ arbitrio fideiq; ppinquoꝝ, discipulorumq; cō miſit: Antipatro dūraxat ob honorē obiecto. Calliſthenē vero vſq; adeo amauit: vt aduersus Alexandrum regem grauiſſimas inimicitias pro eo ſuscipere nō dubitarit. Fuit āt Calliſthenes Aristotelis discipulus: neceſſitudine etiā quadā, materna stirpe sibi cōiunctus, excellentiſſima disciplina iuuenis. Hic ad regem ab Aristotele miſſus: quū in Aſiā illū proſequeret: quaſi Hermolai cōiuratiōis author ab Alexandro interfectus est. Atqui cōstat falso obiectū illi cōiurati onis crimē: cæteꝝ odio sum faciebat regi nimia in disputando libertas, & contētionū pertinacia. Quā ob cām interfectus ab illo putatur. Tulit igit huius necē per indigne Aristoteles, nec verbis querelisq; liberioribus pepcit. Hinc & regis infensio ſequuta est non latēs neq; obscura. Itaq; ad Antipatrū ſcribēs Alexāder quū huius cōiurationis mentionē feciſſet: ſeſe exactuꝝ pœnas miniatur: nō a Calliſthene modo: verūetiā ab his q̃llū ad ſe miſiſſent: de Aristotele nō dubie ſentiens: miſſaq; per idē tēpus ab Alexādro dona Xenocrati ampliſſima fuerunt: nō tam vt illū honoraret, q̃ vt Aristotelem ab ſe pteritū deſpectūq; oſtenderet. At Aristoteles poſthac celatim fauiſſe Antipatro: quo regnū Macedoniæ retineret, exiſtimatus est. Tēpora quibus Athenis fuit iquieta porro, difficiliaq; fuere: ob timorē Alexandri poſt Thebas euerſas ciueſq; expoſtulaꝝ, mox ob Antipatri ſuſpitiōes atq; certamia. Quo quidem tpe principes illi oratores Demoſthenes, Hyperides, Demades, Æſchines: diuerſa in republica ſentiētes crebris turbulētiſq; cōtionibus oia cōmiſcebāt, tutus tñ inter has ꝓcellas Aristoteles fuit vſq; ad Antipatri tpa. Qui Alexādro defuncto, Macedonię potitus est regno. Tūc ab Eurymedone die sibi dicta: quū in iudiciū vocaret: defensionē primo aggreſſus est, oroneq; p se quā diceret iudicialē pſcripſit: mox veritus iudiciū impitiā & accuſatoris gratiā, deſerere iudiciū ante diē cōſtituit. Ita Chalcidē fugiēs ibi poſthac fuit: non ſolum vxore & liberis: verūetiā auditoribus pleriſq; eo ſe transferentibus. Diſcipulos vero habuit cōplures: quoꝝ ꝓcipui Theophraſtus & Menedemus & Ariſtoxenus: qui poſtea muſicus cognominatus eſt. Nā Calliſthenē oibus ꝓcellētē violētia regis abſtulerat. Theophraſtus & Menedemus principes relicti: & q̃dem ex ipſius ſnia iudicioq; ſummo. Fertur enim quū ad extremū vitæ ſpatiū ęgrotarer, ac iam deſperata ſalus eſſet, coiuiſſe ad eum diſcipulos, atq; rogaſſe: q̃nquidē ipſe in periculo vitæ foret, & humana fragilia atq; incerta: iā inde eum ſibi in doctrina p̃ficeret: quē ipſe maxime omnium probaſſet: Tum Aristoteles quum ante obitum id ſe facturum polliceretur: haud multo poſt vinū ſe cupere inquit, aut Leſbium, aut Rhodium: iuſſitq; vtriuſq; poculū ſibi afferri. Quūq; illa viciſſim deliba ſſet: Leſbium inquit hoc

Eurymedō.

Aristotelis diſcipuli.

Aristoxenꝰ muſicus.

Phitais Aristotelis vxor.

Herpilides Aristotelis vxor.

Nicomachus.

Stagira vrbs reſtaurata.

Aristotelia celebritas

Calliſthenes.

perq̃ suaue est,& amœnũ:Rhodiũ & hoc probandũ & bonũ.Quo quidem facto nemini dubium fuit:quin Theophrastũ & Menedemum suo iudicio anteferret:qñ alter Lesbius erat origine: alter Rhodius.Hoc eius iudiciũ perspicuum est:quum pro vitanda ceteroꝝ discipuloꝝ inuidia fuit. dixit enim quodãmodo,& nõ dixit,nec tñ ea cautela vitare potuit:quin aliqui perinde quasi nõ reiecti,spreti ab eo atq; posthabiti offenderentur.quoꝝ vnus Aristoxenus esse videtur: vt postea scriptis eius deprehensum est.Hic Aristoxenus genere fuit Italus:patria Tarentinus: & pp excellentiã eius artis musicus cognominatus.Migrauit ãt e vita Aristoteles ãno ætatis sexagesimo tertio:post Romam vero conditam q̃dringentesimo secũdo.eodẽq; ipso anno Demosthenes orator Athenis pfugus sin Italia, & Aristoteles Athenis pfugus in Eubœa diẽ obiere.Nec defuit ab Aristotelis obitu veneni suspitio:sed & fama fuit,& mandarunt quidã literis:potato illũ aconito voluntarie interisse:qd falsum est.Quid.n. opus fuit solum vertere,& Athenis fugere,si volũtarie erat obiturus? An non vt in Eubœa:sic Athenis potare aconiꝝ,& finire vitam licebat? Arguit prętercea testamenti series in Eubœa conditi:que aliena protinus a voluntaria morte cõspicitur.Sic enim scripsit. Erũt omnia recte:si tñ quid contingat:Aristoteles testamentum suum in hunc modum fecit: hoc autẽ principiũ quis non videt non desperantis esse hoĩs:sed vitam affectantis? quũ etiã omen vitet moriendi:& recta cuncta fore dicat,si vita suspersit.Cũ illis ergo sentio:qui morbo interiisse illum tradidere:q & plures sunt,& certiores authores.Hæc de moribus eius vsq; domestico retulisse sat esto. Non enim hæc tam in philosophis spectanda sunt: q̃ studia eoꝝ præclaraq; disciplinã intuendũ: de quibus iam dicere ordiemur.Viuo adhuc Platone in multis ab eo distare cœperat: nec deerant plane iam qui Aristotelem sectarentur:nec tñ in summa reꝝ inter eos quidẽ philosophos cõtrarietas esse putatur aut dissensio.Eadẽ.n.sectari videntur Academici vetustissimi,ac peripatetici,a Socratis Platonisq; disciplina ambo fluentes:eandẽq; de virtutibus & moribus,de bonis & malis,de natura reꝝ,de immortalitate animoꝝ opinionẽ habentes.Itaq; in genere qdem ipso,& summa reꝝ ne quaq̃ inter illos discrepantia est:in particulis vero & mediis qñq; distare illos aduersariq; apparet. Fuit enim plato vir singularis qdẽ,ac pcellens:multaꝝ ac variaꝝ reꝝ scientia præditus:eloquentia vero tanta:vt supra hoĩem sese attollere illius eloquium videatur.Cæteꝝ traditiones interdum tales sunt:vt assensu potius bonæmentis,q̃ probationis necessitate nutantur.nam de natura animi ipsiusq; trãsmigratione discessioneq; in corpora permulta traduntur ab illo prolata magis hominibus,q̃ probata.Et in optimo ciuitatis statu cõstituendo ea nõnunq̃ sentit quæ ab hoc nro vsu cõsuetudineq; viuẽdi plurimũ abhorrẽt.Mulieres.n.cõmunes oĩum esse censet:quo nihil inexplicabilius cogitari põt:filios vero ita incertos:vt nemo neq; suos,neq; alienos queat agnoscere. Patrimonioꝝ ãt iura sustulit:atq; oĩa omniũ cõmunia esse voluit. Cõtra hæc igit & hmõi renitens Aristoteles quũ probabilẽ aduersandi materiã nactus eẽt:etiã viuo Platone sectatores reperiebar.Præterea doctrina Platonis varia est & incerta. Socrates enim vbiq; inductus nullo disciplinaꝝ ordine q̃si a carcere ad calcem discurrit:sed mõ hoc,mõ illud,pro arbitrio agit:& indisputando nõ tã quę ipse sentiat dicere videtur:q̃ alioꝝ sniãs dictaq; refellere. Aristoteles vero & cautior in tradẽdo fuit (Nihil.n.aggreditur,qd probare non possit)& moderatior in opinando:vt hæc quæ in vsu vitaq; conuersantur, adiuuare:non aliena & abhorrẽtia & nũq̃ profutura meditari illũ appareat.Ad hęc ipsis in rebus explicatio seriosa atq; perdiligens:vt siue logicæ,siue physicæ,siue ethicæ,tradat pcepta:cõtinuata vbiq; doctrina sit:& ab ipsis primordiis reꝝ ad finẽ vsq; perducta scientia:tanq̃ pr̃ diligens:q nõ solũ genuisse filios,sed per pueritiã adolescẽtiãq; educatos nõ prius deserat, q̃ cõtinuato diligẽtiæ studio in viros traduxerit.Hæc ãt cõtinuatio diligẽtiaq; doctrinæ:in platone nõ fuit: siue ille non putauerit oportere:siue noluerit:siue ista parua minutaq;,& q̃si disciplinaꝝ elemẽta cõtempserit.Itaq; illius libri perfectis iam robustisq; disciplina hoĩbus aptiores sunt: teneros vero instituere non satis possunt.Aristotili vero pmultũ debet humanũ genus:q; disciplinas ante se varie dispersas in vnũ quasi corpus singulas redigere dignatus est Itaq; discere qui volunt hunc amplectantur oportet:cuius libri ita scripti sunt:vt & paruulos instituere:& mediocres alere, & robustos exercere,ac perficere voluisse illum appareat:ac omnis ætatis nostræ curã cogitationeq; suscepisse. Nec philosophiæ solũ:q̃q; in illa eminet:sed aliaꝝ quoq; artiũ,siue facultatũ curiosissimus fuit. Nã & rhetoricam artem pluribus voluminibus,omneq; illius vim|naturam|ornatusq; explicuit:& de poetica multa pscripsit:& vtriusq; haꝝ studi osissimus fuit.Exercuisse vero in eloquẽtia iuuenes, ac post meridiano tẽpore pdepta dicendi tradere,ac sapientiã cũ eloquẽtia miscere instituisse constat. Idq; feciss tradunt Isocratis thetoris gloria permotum:qui quum longe a scientia foret, discipulis tñ abundaret, famaq; de illo magna circũferretur: dixisse Aristotelem ferunt:perabsurdum esse tacere se:quum Isocrates loquatur:atq; ita docere eloquentiam auditores suos cœpisse, Ipse certe quæ scripsit omnibus dicendi ornamentis figurisq; referst:quod in libris eius manifeste apparet. Expertus sum apud quosdam doctos viros,grecarum tamen literarũ ignaros:fidem non fieri assertione mea :dum Aristotelis eloquentiam cõmendo.quippe adulterinas huius philosophiæ translationes lectitare soliti,intricatum quendam & obscurum & inconcinnum arbitrantur. Sed non

Theophrastus succes/sor Aristo/telis.

Aristoxenꝰ Tarẽtinus musicus.

Aristotelis mors.

Demosthenes ĩ Italia eodẽ anno quo Aristoteles in Eubœa obiit.

Testamẽtũ Aristotelis.

Aristotelis Platonisq; pręceptoris sui diuersę opiniões

Aristoteles oĩum facultatũ cutiosissimus.

Isocrates.

sunt illi? Aristotelis libri: nec si viuat ipse suos dici velit: sed meæ translatorum ineptiæ. Ille politissimus scriptor esse voluit: & qd voluit curauit: & qd curauit assequutus est. Verū quia verba fidem non faciunt mea. M. Tulli Ciceronis accedat authoritas: cui enim ii de eloquētia iudicanti credēt si. M. Tullii iudicio nō credent? Liber est Topicorum. M. Tullii ad Trebatium. In eius libri pœmio ita scriptum est. Sed eo magis reprehendendi sunt: q nō solum rebus iis quæ ab Aristotele dictę & inuentæ sunt, allici debuerant ad eum perdiscendum: sed & dicendi incredibili suauitate & copia. In libro autem primo de finibus bonorum & malorum inquit. Credo te minus delectari ab Epicuro: qui hæc Aristotelis & Theophrasti ornamēta dicēdi contēpsit. In primo ergo incredibilem suauitatē & copiam: in secūdo aūt ornamēta dicēdi Aristoteli tribuit. In epistolis aūt ad Lētulum, Scripsi (inquit) de oratore libros tres: quos Lentulo nro puto fore nō inutiles. Abhorrent enim a cōibus p̄ceptis: atq oēm verā Aristotelicā & Isocratæam rōnem oratoriā complexi sunt. In epistolis vero ad Fāniū ita scripsit. Meus autē liber totū Isocratis Myrotheciū, atq oium discipulorum eius arculas: ac nōnihil & Aristotelica pigmēta cōsumpsit. In rhetoricos aūt secūdo ita scribit. At veteres qdem scriptores huius artis vsq; a principe illo & inuentore Cteſia repetitos, vnū in locū cōclusit Aristoteles: & nominatim cuiusq; p̄cepta magna cōquisita cura pspicue ascripsit: atq eno data diligēter expositum: ac tātum inuētoribus ipsis suauitate & breuitate pstitit: vt nemo illoꝝ præcepta ex ipsoꝝ libris cognoscat: sed oēs quicqd illi p̄cipiunt si velint intelligere, quasi ad quēdam multo cōmodiorē explicatorē reuertantē. In primo quoq; ad Herennium libro de arte rhetorica loquens, sic inquit. Aristoteles aūt qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamēta subministrauit. Permulta hmōi doctissimoꝝ hominū testimonia de Aristotelis eloquētia reperiūtur: quæ referre nunc prolixū sane negotiū esset. Desinant igiē isti ex infantia sua Aristotelis facundiā mentiri: nā qui eoꝝ q ætate nostra pños se haberi volūt primas literas tenēt, rapti de grāmaticis immaturi, & rudes, & pleni adhuc puerilij tenebrarum, ad ea p̄perāt audienda: quorum nec verba nec signifi cata intelligunt: ac reꝝ ipsaꝝ vix vmbrā quādam intuentur. In Aristotele vero perfecta sūt omnia: nam & in literis quātū nemo alter elaborauerat: & poetas cūctos diligentissime nouerat: & totus interdum scaturit verbis: & oratoꝝ neminem eoꝝ qui ante se fuerant p̄teriit: & p̄cepta dicendi q̄ exacte tenuerit, libri eius rhetorici declarant. Diligentiam vero scribēdi eius illa minutissima probant: q pedes ac numeros non in versu modo, verū & soluta in oratione seruandos censuit. Itaq; dactylum & tribrachum reiicit: quasi nimiū elatos pedes: & altius excogitatam orationē reddētes: rursusq; iambos & trochæos quasi nimium depressos. Probauit autē pæona maxime: q est duplex. Aut enim ex longa quā tres breues subsequuntur, aut ex tribus breuibus & longa postrema: quoꝝ alterꝝ principiis, alterꝝ clausulis assignauit. Extant eius libri rhetorici complures: in quibus nō modo ipsum studuisse eloquētię, verꝝ & alios docere voluisse apparet. In quibus dū boni quāta observatio est? q̄ trita ac per diligens p̄ceptoꝝ traditio? q̄ accurata reꝝ ad eam artē pertinētiū euolutio? Atq; ego libenter quærerē ab his qui Aristotelē nō credūt eloquētē fuisse, vtrū non curauisse illum dicant vt eloquens esset: an non fuisse, licet curauerit, eloquentiā consequutū? Primū non curauisse qui dici potest: quū tanta volumina de ea arte perscripserit: assequutū vero tanto studio eloquentiam non fuisse tam excellens ingeniū: nimis stulti atq; insipidi est existimare: & ad sunt testimonia eloquentissimorū viroꝝ illius facundiam miris laudibus extollentiū. Equidem nisi prolixitatem nimiū vererer, infinita pene ex illius libris recitarē: in quibus & artificium dicēdi summū, & cūcta verboꝝ snīarūq; ornamenta inesse ostenderē. Sed hoc satis: ad reliqua transeamus. Libros ār vsq; adeo multos perscripsit: vt non solū legendo, verꝝ ēt enumerando fatigare auditorem possint. Non enī tantūmō scripsit: quę nunc inter manus versantur: sed longe plura: quæ depdita sunt. Scripta vero eius licet multiplicia variaq; fuerint: tū ad genera quatuor reduci possunt. Eoꝝ vna pars eloquentiæ, suasionisq; rationem complectitur. Altera ad ciuilem moralemq; ptinet disciplinā. Tertia diserendi p̄cepta continet. Quarta vero secreta naturæ ac reꝝ occultissimaꝝ cārōnesq; explicātur. Atq; in illo quidē genere quod primum a nobis positum est, artes eius rhetoricę nominātur: pluribus libris ac diuersis voluminibus explicate. In eodem genere collocanda sunt illa: q̄ de Homeri cis quęstionibus sex libris explicauit: & q̄ de arte poetica libris duobus: & quæ de eloquutione poetarum libro vno: & quæ de poetis libris tribus: & quæ de tragœdiis libro vno. Addo etiam huic generi cohortationes atq; epistolas: quas ad Philippū, quas ad Alexandrum, quas ad Olympiadem q̄s ad Ephęstiona, q̄s ad' Antipatrū misit. Adde versus ab eo factos: & oronē iudiciariā, p se scriptā. Morales quoq; atq; ciuiles p̄multi ab eo scripti sunt libri. Na & ad Eudemū libri de moribus octo: qui & nunc extāt: & magnoꝝ moralium libri duo: & ad Nicomachum libri. x. in quibus profectio eius discipuli inesse putatur. Præterea œconomicorum libri duo. Politicorum libri octo. His addantur hi libri in quibus sunt ab eo mores & instituta centum quinquaginta octo ciuitatū multa cura magnaq; diligentia perscripti. Præterea de iustitia libri q̄tuor. De gubernatione reipublicæ duo. De voluptate liber vnus. De summo bono libri tres. De regia gubernatione liber vnus. Prouocatiui ad virtutem libri duo. Ad leges Platonis libri tres. Ad rēp. Platonis libri duo. De legibus libri

quatuor

Philosophi ætatis nostræ quales sint.

troueršiis hominū & diligentissimus simul & iustissimus habebaſ. Liberę ad eū quęrimoniæ de aliorum iniuriis, facilesq; aditus erant: benigna reddebantur risa. Quę omnia quo rariusin maximis principibus reperiūtur: eo gratiora in Carolo habebātur. Sed oium primū: vt erat diligentissimus religionum cultor, summa opera studioq; curabat: vt episcopi p vniuersum regnum sacras ædes nimia vetustate dilapsas aut omnino reficerēt: aut saltē renouarent. Ipse vero Aquisgrani, vbi sedes regni, eiusq; regia erat, maximis sumptibus templū condidit: ipsumq; marmoreis colūnis tū argēto auroq; celato vehementer ornauit: ornatq; omniū rerū pulcherrima; copia, beatæ Mariæ dedicauit. Multa quoq; alia opera memoratu digna constrauit: quæ ea tēpestate tum pulchritudine tū magnitudine sua admiratiōnē gentiū cōmouebant. Nam pontē in Rhenū apud Magūtiam, vbi quingētos passus fluminis latitudo patet, edificatū a Carolo tradūt: egregiū sane opus: & magnitudinē cōditoris cūctis visentibus pre se ferens. Regias insuper ædes variis in locis ab eodē extructas dicūt: & tēpla in multis ciuitatibus cōdita: quæ nostris quoq; rpibus extāt: & religionē in Carolo, regalēq; animū fuisse ostēdūt. Vex ad has eximias regiasq; virtutes addiderat ēt Carolus eloquētiā: copiāq; dicendi: & bonaꝝ artiū disciplinā: quę quū cæteris hoibus, tū iis q; sunt in summis potestatibus cōstituti, magno spē decori atq; ornamēto fuere. Præceptorē habuit Albinum: cui postea Alcuino cognomē fuit: eruditissimū, summūq; philosophū: a quonō solū studiū sapientię, sed ēt ꝑceptra oratoria, artēq; disserēdi accepit. Cuius opera tūc primū a Parrhisiense gymnasiū a Carolo institutū tradūt: qd deinde a posterioribus regibus seruatū actūq;, eo dignitatis & gloriæ venit vt nūc quoq; celeberrimū p vniuersum orbē eruditissimoꝝ hominū domicilium habeaſ. Carolus igitur ipse literis nō modo latinis, sed ēt græcis liberaliter institutus, filios quoq; suos doctissimis hoibus in disciplinam dedit: vt a primis incunabulis bonis artibus etuditerentur. Filias ēt, ne otio torperent, lanificio assuescere iussit. Habuit aurē ex pluribus vxoribus pulcherrimā sobolem: sed ex Hildegarda fœmina apud Sueuos ampliſſimo genere orta, Carolum, Pipinū, Ludouicū, filios, totidēq; filias genuit. Ex his Carolum, qui maior natu erat, & Pipinum, quē Galliæ citeriori præfecerat, prius quam diem obiret, amisit. Ludouicus ei relinquebatur vnicum senectutis refugium. Hūc pauloante mortem ad se vocatum summo consensu omnium principum Augustum appellauit: consortemq; sibi delegit imperii: quæ res maximam ei apud omnis generis homines tū dignitatē. tum authoritatem cōparauit. Stabilitum enim suis posteris nō solum Francorum regnū, sed etiā Imperatorium nomen summa cōcordia omnium videbatur. Nec multo interiecto tēpore quum venatū cōsuetudine sua haud procul a regia Aquisgrani esset profectus: domū rediit cū febre. Hāc abstinētia vt cōsueuerat, superare se posse confidēs, quū lateris etiā, accessisset dolor morbis simul & senectute confectus vita excessit: ætatis suę septuagesimo secūdo, & Christianę salutis. xv. supra octingentesimū annū: quinto kal. februarias. Eius deinde corpus in basilica Aquisgrani, quā ille in vita tantopere coluerat, solēni funere sepultum tradūt: arcūq; auratum egregieq; fabrefactū supra monumentū eius locatū: in quo imago illius sculpta tali epigrāmate cingebatur, Caroli magni Christianissimi imperatoris Romanoꝝ corpus sub hoc sepulcro conditum iacet. Hic francorum regnū septē supra. xl. annos summa moderatione aciustitia administrauit: idq; belli pacisq; artibus magnopere auctum posteris suis reliquit. Pauloante obitum eius multa prodigia visa dicūtur. Nam & porticum, quæ erat inter basilicam & regiā mirabili sumptu confecta, corruisse: & pontem ad Maguntiā incendio conflagrasse: & aureā pilā, quæ inculmine religiosissimi templi locata erat, fulgure tactā & deiectā tradunt. Tribus annis anteq; evita migraret, testamentū cōdidit: quo pecuniā, vestes, vasa aurea argenteaq;, mulrāq; pretiosam supellectilem tripliciter diuisam legauit. Duas partes vni & viginti ciuitatibus regni, quas Metrapolitanas appellant græci, ac eaꝝ epis dari iussit: vt illis in reficiēdis ecclesiis & pauperibus iuuandis pro arbitrio vterentur. Tertiā vero partem vniuscuiusq; rōne habita, filiis, filiabus, nepotibusq;, tū seruis & ancillis reliquit. Erant iter cæteros thesauros suos, tres argenteæ mensæ: ac vna aurea: præcipuę magnitudinis. Illarum trium vnā, quæ Constantinopolitanæ vrbis similitudinē referebat, ad ornandū celeberrimū beati Petri templū Romā misit: Aliā, in qua forma vrbis Romæ peregregie sculpta erat, Rauēnati basilicę donō dedit. Tertiā vero quæ totius orbis descriptionē continebat, & auream illā, quā in ordine quartam numerauimus, filiis suis reliquit. Hęc Carolus summa diligentia rōne atq; consilio, quū multi episcopi multiq; principes regni adessent, cōstituit. Quæ omnia Ludouicus eius filius ac successor ex cōmentario post Caroli mortem diligentissime ac sanctissime reseruauit.

Pons i Rhenū a Carolo apud Maguntiam structis.

Caroli magni interit⁹

Testamentum. Caroli magni. Metropolitanę vrbes

¶ Finis Vitarum illustrium Virorum tam a Plutarcho græce descriptarum, q̄ ab aliis illis apponi solitarum.

¶ Sequuntur illustrium Virorum vitæ ab Æmylio Probo luculente descriptæ: quas superioribus non ab re (vt opinor) duximus apponendas.

CÆMYLII PROBI VIRI CLARISSIMI DE VITA EXCELLENTIVM IMPERATORVM LIBER INCIPIT FELICITER.



On dubito fore plærosq; attice: q; Hoc genus scripturę leue & nõ satis dignũ sũmorũ virorq; personis iudicent: cũ relatũ legẽt quis musicã docuerit Epaminõdã: aut in eius virtutibus cõmemorari saltasse eum commode: scienterq; tibiis cantasse. Sed hi erũt fere: q; expertes literaq; græcaq; nihil rectũ, nisi qđ ipsoq; moribus cõueniat, putabũt. Hi si didicerint nõ eadẽ oibus esse honesta atq; turpia: sed oia maiorũ institutis iudicari: nõ admirabũtur nos in Graioq; virtutibus exponẽdis mores eoq; securos Neq; n. Cimoni fuit turpe Atheniẽsiũ sũmo viro, sororẽ germanã hẽre in matrimonio: qppe cũ ciues eius eodẽ vterẽtur instituto. Ad id quidẽ nr̃is moribus nefas habetur. Laudi in græcia ducitur adolescẽtulis q̃plurimos hr̃e amatores. Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua: quæ nõ ad scænã eat mercede cõducta. Magnis in laudibus tota fuit Græcia victorẽ olympię citari. In scænã vero ꝓdire & populo eẽ spectaculo: nemini in eisdẽ gẽtibus fuit turpitudini, q̃ oia apud nos parti infamia: parti humilia atq; ab honestate remota ponunt. Cõtra ea pleraq; nr̃is moribus sunt decora: quę apud illos turpia putant. Quẽ enĩ Romanoq; pudet vxorẽ ducere in cõuiuiũ? Aut cuius nõ mater familias primũ locũ tenet ædiũ atq; in celebritate versat? Q đ multo fit aliter in Græcia: nam neq; in cõuiuiũ adhibet nisi propinquoq;: neq; sedet nisi interiore parte ædiũ: quę Gynæconitis appellatur: quo nemo accedit nisi propinqua cognatione cõiunctus, Sed plura persequi tũ magnitudo voluminis prohibet: tum festinatio: vt ea explicem, quę exorsus sum. Quare ad propositum veniemus: & in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum.

Oia maiorũ institutis iudicari.

Cimon sororem germanam habuit in matrimonio.

Gyneconitis.

CMILTIADIS VITA.



Iltiades Cimonis filius Athenienſis quũ & anti quitate generis & gloria maioq; & ſua modeſtia vnº oium maxime floreret: eaq; eẽt ꝗtate: vt nõ iam ſolũ de eo beneſperare, ſed etiã confidere ciues poſſent ſui talẽ futuq; qualẽ cognitũ iudicarunt: accidit vt Athenienſes Cherſonneſum colonas vellent mittere. Cuius generis quum magnus numerus eẽt: & multi eius demigrationis peterẽt ſocietatẽ: ex his dele

Miltiades Chersonne sum coloni am deducit Aquilio vē tus.

Darius Per sarum rex.

Histiæus Milesius

Datis. Artapher nes. Marathon cāpus Atti cæ.

ēti delphos Deliberatū missi sunt q cōsulerēt Apollinē quo potissimū duce vterētur. Nā tū Thra ces eas regiones tenebāt: cū qbus armis erat dimicandū. His cōsulentibus nominatim Pythiā pce pit: vt Miltiadē sibi imperatorē sumerēt: id si feciſſent, incœpta prosperā futura. Hoc oraculi respō Miltiades cum delecta manu classe Chersonnesum profectus, quū acceſſiſſet Lēnū: & incolas eius insulæ sub prātē redigere vellet Athenienſiū: idq; Lēnii sua sponte facerēt postulaſſet: illi irridentes respōderunt: tū id se facturos quū ille domo nauibus proficiscēs vēto aquilone veniſſet Lēnum Hic enī vētus a septēbrionibus oriens aduersum tenet Athenis proficiscētibus. Miltiades morandi tps non habēs cursum direxit quo tēdebat: puenitq; Chersonnesum. Ibi breui tpe barbaroq; copi is diſiectis, tota regione quā perierat potitus, loca castellis idonea cōmuniuit: multitudinē quā, se cum duxerat in agris collocauit: crebriſq; excursionibus locupletauit. Neq; minus ea re prudentia q̄ felicitate adiutus est. Nam cū virtute militū deuiciſſet hostiū exercitus: summa æqtate res conſti tuit: atq; ipse ibidē manere decreuit. Erat enī inter eos dignitate regia: q̄uis carebat nomine: neq; id magis imperio q̄ iustitia conſecutus. Neq; eo ſecius Athenienſibus qbus cum erat profectus, offi cia pſtabat. Quibus rebus fiebat: vt non minus eoq; volūtate ppetuo imperiū obtineret: qui miſe tant: q̄ illoq; cum qbus erat pfectus. Chersonneſo tali modo cōſtituta Lēnum reuertitur: & ex pacto postulat vt sibi vrbem tradant. Illi enī dixerant cum ventū borea domo profectus eo perue niſſet, seſe dedituros. Se aūt domū Chersonneſi habere. Chares q tum Lēnum incolebāt: etſi pter opinionē res ceciderat, tamē nō dicto ſed ſecūda fortuna aduersarioq; capti, reſiſtere ausi nō sunt: atq; ex insula demigrarunt. Pari felicitate cæteras insulas quæ Cyclades nominantur, sub Athenienſiū redegit potestatē. Eiſdē tpibus Persarum rex Darius ex asiā Europā exercitu traiecto Scythis bellū inferte decreuit. Pontē fecit in Iſtro flumine: qua copias traduceret. Eius pontis (dum ipſe ab eſſet) custodes reliquit principes quos ſeciſ ex Ionia & Æolide duxerat: qbus ſingulis ipſarum vrbi um perpetua dederat imperia. Sic enim putauit facillime ſe greca lingua loquētes qui asiam inco lerēt sub sua retēturum potestate: ſi amicis ſuis oppida tuenda tradidiſſet: quibus ſe oppreſſo nulla ſpes ſalutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades: cui illa custodia crederetur. Hic cum crebri afferrent nuntii malerem gerere Dariū: premiq; ab Scythis: Miltiades horratus est pontis custodes: ne fortuna datam occaſionem liberādæ græciæ dimitterēt. Nam ſi cum his copiis, quas ſecum transportauerat interiſſet Darius: non ſolum Europam fore tutam: ſed etiam eos qui asiam incolerent Græci genere, liberos a Perſarum futuros dominatiōe & periculo. Id & facile effici, poſ ſe. Ponte enim reciſo regē vel hoſtium ferro vel inopia paucis diebus interiturum. Ad hoc conſili um cum plærīq; accederent Hiſtiæus Mileſius ne res conficeretur obſtitit: dicens non idē ipſis q sū mas imperii tenerent expedire & multitudini: q; Darii regno ipſorum niteretur dominatio: quo ex tincto ipſos potestate expulſos ciuibus ſuis pœnas daturos. Itaq; adeo ſe abhorrere a cæterorum conſilio: vt nihil putet ipſis vtilius q̄ confirmari regnum Perſarum. Huius cum ſententiam pluri mi eſſent ſecuti: Miltiades non dubitans tam multis conſciis ad regis aures conſilia ſua peruentu ra, Chersonneſum reliquit: ac rurſus Athenas demigrauit. cuius ratio etſi non valuit, tamen ma gnopere eſt laudāda: cum amicior omnium liberati q̄ ſuæ fuerit dominationi. Darius autem quū ex Europa in asiam rediſſet: hortantibus amicis vt Græciam redigerer in ſuam potestatem, claſſem quingentarum nauium comparauit: eiq; Datin præfecit & Artaphernem: hiſq; ducenta peditum milia & decem equitum dedit: cauſam inter ſerens ſe hoſtem eſſe Athenienſibus q; eorum auxilio Io nes Sardis expugnaſſent: ſuaq; præſidia interfeciſſent. Illi præfecti regii claſſe ad Eubœam appul ſa celeriter Erythream ceperunt: omneſq; eius gentis ciues abreptos in asiam ad regem miſerunt. Inde ad Atticam acceſſerunt. ac ſuas copias in campum Marathona deduxerunt. Is eſt ab oppi do circiter milia paſſus decem. Hoc tumultu Athenienſes tam propinquo tamq; magno permo ti, auxilium nuſquam niſi a Lacedæmoniis petiuerunt: Philippumq; curſorem eius generis qui He merodroni vocantur, Lacedæmonem miſerunt: vt nuntiaret q̄ celeri opus eſſet auxilio. Domi au tem creati decem prętores: qui exercitui prœeſſent: in eis Miltiades. inter quos magna fuit conten tio vtrum mœnibus defenderent: an obuiam irent hoſtibus: an æque contenderent. Vnus Miltia des maxime nitebatur: vt primo quoq; tempore caſtra fierent. Id ſi factum eēt: & ciuibus animum acceſſurum cūm viderent de eorum virtute non deſperari: & hoſtes eadem re fore tardiores: ſi ani maduerterent audere aduerſus ſe tam exiguis copiis dimicari. Hoc in tempore nulla ciuitas Athe nienſibus auxilio fuit prœter Plateenſes: ea mille miſit militum: itaq; horum aduentu decem milia armatorum completa ſunt. Quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate: quo factū eſt: vt plus q̄ collegæ Miltiades valuerit. Eius enim authoritate impulſi Athenienſes copias ex vrbe eduxerunt: locoq; idoneo caſtra fecerunt. Deinde poſtero die ſub montis radicibus acie e regiōe in ſtructa, noua arte, vi ſumma prælium commiſerunt. Nāq; arbores multis locis erant rare: hoc cō ſilio: vt & montium tegerentur altitudine: & arborum tractu equitatus hoſtium impediretur: ne multitudine clauderētur. Datis: etſi non locum æquum videbat ſuis, tū fretus numero copiaq; ſua rum confligere cupiebat: eoq; magis; q; prius q̄ Lacedęmonii ſubſidio venirent, dimicare vtile ar-

bitrabatur. Itaq; in acie peditum cętum, equitum decẽ milia produxit: prælium q; commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses: vt decẽplicẽ numerum hostium profligarẽt: adeo perterruerunt: vt Persæ non castra, sed naues peterẽt. Qua pugna nihil adhuc est nobilius. Nulla enĩ vnq; tam exigua manus tantas opes prostrauit. Cuius victoriæ non alienum videtur quale ꝑmiũ Miltiadi sit tributum docere: quo facilius intelligi possit: eandem omnium ciuitatum esse naturã. Vt populi nostri honores quondam fuerunt rari & tenues: ob eamq; causam glorioſi: nunc autẽ effusi atq; aboleti: sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. Nãq; huic Miltiadi qui Athenas totamq; Græciam liberauit, talis honos tributus est: in porticu quæ ꝓcile vocatur, cum pugna depingeretur Marathonia, vt in decem prætorum numero prima eius imago poneretur: ĩsque horaretur milites: prælium que committeret. Idem ille. populus posteaquam maius imperium est nactus: & largitione magistratuum corruptus est: trecentas statuas Demetrio Phalereo decreuit. Posthoc prælium classem septuaginta nauium Athenienses eidem Miltiadi dederunt: vt insulas quæ barbaros adiuuerant, bello persequeretur. Quo imperio plærasq; ad officium redire coegit: nonnullas vi expugnauit. Ex his Parum insulam opibus elatam cum oratione recõciliare nõ posset, copias e nauibus eduxit: vrbẽ operibus clausit: omniq; cõmeatu priuauit: deinde vineis ac testudinibus constitutis propius muros accessit. Quum iam in eo eẽt vt oppido potiretur: procul ĩ cõtinenti lucus qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est: cuius flamma vt ab oppidanis & oppugnatoribus est visa, vtriusq; venit in opinionem signum a classiariis regiis datum. Quo factum est: vt Parii a deditione deterrerentur: & Miltiades timens ne classis regia aduentaret, incensis operibus quæ statuerat, cum totidem nauibus atq; erat profectus Athenas magna cum offensione ciuium suorum rediret. Accusatus ergo proditionis: q; cum Parũ expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus a pugna discessisset. Eo tpe æger erat vulneribus: quæ in oppugnando oppido ceperat: itaq; quoniam ipse pro se dicere non posset verba fecit frater eius Dagoras. Causa cognita capitis ab solutus: pecunia mulctatus est: eaq; lis quinq̃ginta talẽtis æstimata est: quantus in classem sumptus factus erat. Hanc pecuniam q; soluere non poterat in vincula publica coniectus est: ibiq; diem obiit supremum. Hic etsi crimine Pario est accusatus: tamen alia fuit causa damnationis. Nãq; Athenienses propter Pisistrati tyrãnidem, quę paucis annis ante fuerat, omnium suorum ciuium potentiam extimescebant. Miltiades multum in imperiis magistratibusq; versatus, non videbatur posse esse priuatus: præsertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonneso omnes illos quos habitarat annos perpetuam obtinuerat dominationem: tyrãnusq; fuerat appellatus: sed iustus. Non erat enim vi consecutus: sed suorum voluntate: eãq; potestatem bonitate retinebat. Omnes autem & habentur & dicẽtur tyranni: qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate: quæ libertate vsa est. Sed in Miltiade erat tũ summa humanitas: tum mira comitas: vt nemo tam humilis esset: cui non ad eum aditus pateret magna authoritas apud omnes ciuitates: nobile nomẽ: laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti: q̃ se diutius esse in timore.

Athenięses Persas supe rant duce Miltiade.

Demetrius Phalereus. Paros insula.

Miltiades proditiõis accusatus ĩ vincula publica coniectus est:

Tyrãni qui dicantur.

¶ THEMISTOCLIS VITA.



Themistocles neocli filius Atheniẽsis. Huius vitia ĩ eũtis adolescentiæ magnis sunt emẽdata virtutib⁹ adeo vt anteferat huic nemo: pauci pares putẽtur. Sed ab initio ẽ ordiẽdum. Pater eius Neocles generosus fuit: is vxorẽ Acarnanã ciuẽ duxit: ex q̃ natus ẽ Themistocles: q̃ cũ minus eẽt ꝓbatus parẽtib⁹: ꝙ & liberius iusto viuebat & rẽ familiarẽ negligebat: a pẽ exhęredat⁹ ẽ q̃ cõ/

Neocles. Themistocles exhæredatus a patreo b min⁹ probatã vitam.

tumelia nō ꝛ̄git cū: sed erexit. Nā cū iudicasset sine sūma īdustria nō posse eā extingui: totū se dedi
dit reipublicæ: diligētius amicis famæq; seruiens. Multū in iudiciis priuatis versabatur sępe in con
cionē populi prodibat: nulla res maior sine eo gerebatur: celeriterq; quę opus erāt reperiebat. Neq;
minus in rebus gerēdis prōptus q̄ exco gitādis erat: q̄ & de instantibus, vt ait Thucydides, veriſſi
me iudicabat: & de futuris callidiſſime cōiiciebat. Quo fcīm est vt breui tpe illustraretur. Primus aūt
gradus fuit capessendæ reipublicæ bello Corcyræo: ad qđ gerendū p̄tor a populo factus, non solū
p̄senti bello, sed etiā reliquo tpe ferociorē reddidit ciuitatē. Nam quū pecunia publica quæ ex me
tallis redibat, largitione magistratuū quotānis interiret: ille persuasit populo: vt ea pecunia classis
cētum nauium ædificaret. Qua celeriter effecta, primū Corcyræos fregit: deinde maritimos prędo
nes consectādo mare tutū reddidit. In quo quū diuitiis ornauit: tum etiā peritiſſimos belli nautis
fecit Athenienses. Id quāte saluti fuerit vniuersæ Græciæ, bello cognitū est Persico. Nam cū Xer
xes & mari & terra bellū vniuersę ferret Europę: cū tantis eam copiis inuasit: quātas neq; ante neq;
Copiarum Xerxis numerus īmēsus. postea habuit quisq̄. Huius eni classis mille & ducentæ; nauium longæ; fuit quā duo milia onera
riarum sequebant. Terrestres aūt exercitus septingētorū; milium peditū: equitum quadringentorū
milium fuerunt. Cuius de aduētu cum fama in Græciā esset perlata: & maxime Athenienses peti di
cerentur: propter pugnā Marathoniam: miserunt Delphos consultū quidnā facerent de rebus su
is. Deliberantibus Pythia respondit: vt mœnibus ligneis se munirēt. Id rūsum quo valeret cum in
telligeret nemo: Themistocles persuasit consilium esse Apollinis: vt in naues se suaq; conferrēt. Eū
enim significare muro; ligneum. Tali consilio p̄bato. addunt ad superiores totidē naues triremes:
suaq; oīa quæ moueri poterant partim Salaminam, partim Trœzenem asportant: arcem sacerdo
tibus pauciſq; maioribus natu ac sacra procuranda tradunt: reliquū oppidum relinquunt. Huius
consilium plærisq; ciuitatibus displicebat: & in terra dimicari magis placebat. Ita q; missi sunt de
lecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege: qui Thermopylas occuparēt: longiusq; barbaros pro
gredi non paterētur. Hi vim hostium non sustinuerunt: eoq; loco omnes interierunt. At classis cō
munis Græciæ trecentarum nauium in qua ducentæ erant. Atheniensium, primum apud Arthe
misium inter Eubœam continentēq; terram cum classiariis regis conflixit. Angustias enim The
mistocles quærebat: ne multitudine circumiretur. hic etsi pari prælio discesserant: tamen eodem lo
co non sunt ausi manere: q̄ erat periculum: ne si pars nauium aduersariorum Eubœam superas
set: ancipiti premerentur periculo. Quo factum est vt ab Arthemisio discederent: & aduersum
Athenas apud Salaminam classem suam constituerent. At Xerxes Thermopylis expugnatis pro
tinus accessit Astum: idq; nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus quos in arce inuenerat
incendio deleuit: cuius fama perterriti classiarii cum manere non auderent: & plurimi horraren
tur: vt domos suas discederent: mœnibusq; se defenderent: Themistocles vnus restitit: & vni
uersos esse pares aiebat: dispersos testabatur perituros. Idq; Eurybadi regi Lacedæmoniorum qui
tum summæ imperii præerat, fore affirmabat. Quem cum minus q̄ veller moueret: noctu de ser
uis suis quem habuit fidelissimum ad regem misit: vt ei nuntiaret suis verbis aduersarios eius in
fuga esse. Qui si discessissent maiore cum labore & longinquiore tempore bellum confectutum
cum singulos consectari cogeretur: quos si statim aggrederetur breui vniuersos oppressurum.
Themisto clis pruden tia Græcia liberata. Hoc eo valebat vt ingrati ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re audita barbarus nihil do
li subesse credens postridie alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto
mari conflixit: vt eius multitudo nauium explicari non potuerit. Victus ergo est magis consilio
Themistoclis q̄ armis Græciæ. Hic etsi male rem gesserat: tamen tantas habebat reliquias copia
rum: vt etiam cum his opprimere posset hostes. Interim ab eodem gradu depulsus est. Nam The
mistocles verens ne bellare perseueraret certiorem eum fecit id agi: vt pons quem ille in Hellespon
to fecerat dissolueretur: ac reditu in Asiam excluderetur. Idq; ei persuasit. Ita q; qua sex mēsibus iter
fecerat: eadem minus diebus triginta in Asiam reuersus est. Sed a Themistocle nō superatum: sed
conseruatū iudicauit. Sic vnius viri prudētia Græcia liberata est: Europęq; succubuit Asia. Hæc al
tera victoria quę cū Marathonio possit cōparari trophęo. Nam pari mō apud Salaminam paruo
numero nauiū maxima post hoium memoriā classis est deuicta. Magnus hoc bello Themistocles
fuit: nec minor in pace. Cū. n. Phalereo portu neq; magno neq; bono Athenienses vterētur. huius
consilio triplex Pyræei portus cōstitutus est: isq; mœnibus circūdatus: vt ipsam vrbē dignitate ęq
pararet: vtilitate superaret. Idēq; muros Atheniensiū restituit p̄cipuo periculo suo. Nāq; Lacedæ
monii cām idoneam nacti pp barbaroꝝ excursiones qua negarēt oportere extra Peloponēsum vl
lam vrbem hre ne essent loca munita quę hostes possiderent: Athenienses ędificantes prohibere
sunt conati. Hoc longe alio spectabant atq; videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis
Marathonia & Salaminia tantam gloriam apud omnes gētes erant consecuti: vt intelligerent La
cedæmonii de principatu sibi cū his certamen fore: quare eos q̄ ifirmissimos esse volebāt. Postq; aūt
audierūt muros instrui legatos Athenas miserūt: qui id fieri vetarent. His præsentibus desierunt:

ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. hanc legationem suscepit Themistocles & solus primo profectus est. Reliqui legati vt tum exirent cum satis altitudo muri extructa videretur præcepit. Interim oēs serui atq; liberi opus facerēt: neq; vlli loco parcerēt: siue sacer: siue ꝓphanus: siue priuatus: siue publicus: & vndiq; qđ idoneū ad muniēdum putarent cogerent. Quo factum est vt Athenienſium muri ex sacellis sepulchriſq; constarēt. Themistocles aūt vt Lacedæmonē venit adire ad magistratus noluit & dedit operā: vt q̄ longissime tp̄s duceret: causam interponens se collegas expectare. Cum Lacedæmonii quærerētur opus nihilominus fieri: eumq; ea re conati fallere: interim reliqui legati sunt cōsecuti: a q̄bus cum audisset nō multū superesse munitionis ad Ephoros Lacedæmoniorū accessit: penes quos summū imperiū erat atq; apud eos cōtendit falsa his esse delata. Quare æquū esse illos bonos viros nobilesq; mittere: q̄bus fides adhiberetur: qui rem explorarent. Interea se obſidem retinerēt. gestus est ei mos: tresq; legati functi summis honoribus Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles iussit pficisci. Hisq; prædixit: vt ne prius Lacedæmonioꝝ legatos dimitterēt, q̄ ipse esset remissus. Hos postq̄ Athenas peruenisse est ratus, ad magistratū senatumq; Lacedæmonioꝝ adiit: & apud eos liberrime pfessus est Athenienſes suo cō filio quod cōmuni iure gētium facere possent: deosq; publicos suosq; patrios ac penates quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse: neq; eo qđ inutile esset græciæ fecisse. Nam illoꝝ vrbē & propugnaculū oppositū esse barbaris: apud quā iam bis classem regiā feciſſe naufragiū. Lacedæmonios aūt male & iniuste facere: qui id potius intuerētur qđ ipsorū dominationi q̄ quod vniuersæ græciæ vtile esset. Quare si suos legatos accipere vellēt quos Athenas miserāt, se remitterent: alterillos nunq̄ in patriā essent recepturi. Tamen nō effugit ciuiū suoꝝ inuidiā. Nāq; ob eundem timorē quo dānatus erat Miltiades, testatum suffragiis e ciuitate eiectus Argos habitatum concesſit. Hic cum ꝓpter multas eius virtutes magna cū dignitate viueret, Lacedæmonii legatos Athenas miserūt qui eum absentē accusarēt: q̄ societatem cum rege Persæ ad Græciā opprimendam fecisset. hoc crimine absens pditionis est damnatus. Id vt audiuit: q̄ nō satis tutū se Argis videbat, Corcyram demigrauit. Ibi cum eius principes ciuitatis animaduertisset timere: ne propter se bellum his Lacedæmonii & Athenienſes inducerēt: ad Admetū Molossorum regē, cum quo ei hospitiū fuerat, cōfugit. Huc cum venisset: & in p̄sentia rex abesset: quo maiore religione se receptum tueretur, filiam eius paruulā arripuit: & cum ea se in sacrarium qđ summa colebatur cerimonia conie cit. Inde nō prius egressus est q̄ rex eum data dextra in fidem reciperet: quā præstitit. Nam quūm Athenienſibus & Lacedæmoniis exposceretur publice, supplicē nō prodidit: monuitq; vt cōsuleret sibi. Difficile enim esse in tam ꝓpinquo loco tuto eum versari. Itaq; Phydnam eum deduci iussit: & qđ satis esset præsidii dedit. Hic in nauē oībus ignotus ascēdit. quæ cum tēpestate maxima Naxum ferretur: vbi tum Athenienſiū erat exercitus: sensit Themistocles si eo pueniſſet sibi esse pēsūdū. Hac necessitate coactus domino nauis quis sit aperit: multa pollicēs si se cōseruasset. At ille clarissimi viri captus misericordia diem noctēq; ꝓcul ab insula in salo nauē tenuit in ancoris: neq; quē q̄ ex ea exire passus est. Inde Ephesum puenit, ibiq; Themistoclē exponit: cui ille pro meritis grām postea retulit. Scio plęroſq; ita scripsisse: Themistoclē Xerxe regnante in asiam transisse. Sed ego potissimū Thucydidi credo q̄ ætate p̄ximus erat: qui illorum tpum historiam reliquerūt: & eiusdē ciuitatis fuit. Is aūt ait ad Artaxerxem eum venisse: atq; his verbis epistolam misisse. Themistocles veni ad te qui plurima mala oīum Graiorum in domū tuā intuli; cum mihi necesse fuit aduersus patrē tuum bellare: patriāq; meam defendere. Idem multo plura bona feci: postq̄ in tuto ipse & ille in periculo esse cœpit. Nam cum in asiam reuerti vellet, prælio apud Salaminam facto, literis eū certiorem feci: id agi vt pons quē in Hellesponto fecerat, dissolueretur: atq; ab hostibus circumiretur. Quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc aūt cōfugi exagitatus a cuncta Græcia tuam petens amicitiā: quam si ero adeptus: nō minus me bonum amicū habebis: q̄ fortē inimicū ille exptus est. Ea autē rogo vt de his rebus quas tecum colloqui volo annum mihi tpis des: eoq; transacto ad te venire patiaris. Huius rex animi magnitudinē admirās, cupiēsq; talem virum sibi conciliari, veniā dedit. Ille omne illud tp̄s literis sermonicꝝ Persarum dedit: quibus adeo eruditus est: vt multo cōmodius dicatur apud regem verba feciſſe: q̄ hi poterāt qui in Perside erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus: gratissimūq; illud: si suis vti cōsiliis vellet, illum Græciā bello oppressū tū: magnis muneribus ab Artoxerxe donatus in Asiā rediit: domiciliūq; Magnesiæ sibi cōstituit. Namq; hanc vrbē ei rex donarat his vsus verbis: quę ei panē præberet: ex qua regione quotannis talenta quotannis redibāt: Lampsacum vnde vinum sumeret: Mintham ex qua opsoniū haberet. Huius ad nostram memoriā monumēta manserūt duo: sepulcrū ꝓpe oppidū in quo est sepultus: statuę in foro Magnesię. De cuius morte multis modis apud plęroſq; scriptum est: sed nos eūdem potissimū Thucydidē authorē probamus: qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum: neq; negat fuisse famam venenum sua sponte sumpsisse: cum se quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem ossa eius clam in Attica ab amicis sepulta, quoniam legibus non concederetur, q̄ proditionis esset damnatus, memorię prodidit.

Themistocles legatus Athenas profectus.

Themistocles testarū suffragiis ciuitate eiectus.

Themistocles periculum.

Themistocles epistola ad Artoxerxem.

Lampsac⁹. Varię sunt de Themistoclis morte sentētiæ.

¶ ARISTIDIS VITA.

Aristides testulaꝝ exilio mulctatus est.

Aristides Lysimachi filius Atheniensis æqualis fere fuit Themistocli. Itaq; cū eo de principatu cōtendit. Nanq; obtrectarūt iter se. In his aūt cognitū est: quāto antestaret eloquētia innocētiæ. Quāḡ eni adeo excellebat Aristides abstinētia: vt vnus post hoīum memoriam qđ qdem nos audierimus, cognomine iustus sit appellatus: tñ a Themistocle collabefactus testula illa exilio decem annoꝝ mulctatus est. Qui qđē cū itelligeret reprimi cōcitatā multitudinē nō posse: sedēsq; aiaduerteret quēdā scribētē: vt pria pellerētur: q̄sisse ab eo dr: q̄re id faceret: aut qđ Aristides cōmisisset: cur tātā pœnā dignus duceret. Cui ille respondit: se ignorare Aristidē: sed sibi nō placere q̄ cupide elaborasset: vt p̄ter ceteros iustus appellaret. Hic decē annoꝝ legitimā pœnam non pertulit. Nam postq̄ Xerxes in græciam descendit: sexto fere anno q̄ erat expulsus, plebiscito in patriam restitutus est. Interfuit autem pugnæ nauali apud Salaminā: q̄ facta est prius q̄ pœna liberaretur. Idem prętor fuit Atheniēsiū apud Plateas in prælio: quo Mardonius fusus: barbarorumq; exercitus interfectus. Neq; aliud est vllū huius in re militari illustre factū: q̄ huius iperii memoria. Iustitię vero & ægratis & inocētiæ multa. In primis q̄ eius æquitate factum est: quū in cōmuni classe esset græciæ simul cum Pausania: quo duce Mardonius erat fugatus: vt summa iperii maritimi a Lacedęmōiis trāsferret ad Atheniēses. Nāq; ante id tps & mari & terra duces erāt Lacedæmonii: tū aūt & intēperātia Pausaniæ & iustitia factū est Aristidis: vt oēs fere ciuitate grecię ad Atheniēsiū societatē se applicarēt: & aduersus barbaros hos duces deligerēt sibi: quo facilius repellerēt: si forte bellū renouare conarētur. Ad classes ædificādas exercitusq; cōparādos quātū pecunię quæq; ciuitas daret: Aristides delectus est q̄ cōstitueret. eius arbitrio q̄dringēta & sexagīta talēta quotānis Delū sunt collata. Id.n. cōmune ęrariū eē voluerūt. Quę ois pecuniā postero tpe Athenas trāslata ē. Hic q̄ fuerit abstinētia nullū ē certius idiciū: q̄ quū tāris rebus pfuisset in tāta pauptate decessit: vt q efferet, vix reliq̄rit. Quo factū ē: vt filiæ eius publice alerent: de cōi ærario dotibus datis collocarēt. Decessit aūt fere post annū q̄ttū q̄ Themistocles Athenis erat expulsus.

Aristidis paupertas.

¶ PAVSANIÆ VITA.

Pausanias. varius i vita. Paus. nobilis virtutib⁹ & vitiis.

Pausanias Lacedæmoniꝰ magnꝰ homo: sed varius i oi genere vitę fuit. Nā vt virtutibus eluxit sic vitiis ē obrutus. Huius illustrissimū est prælių apud Plateas. Nāq; illo duce Mardonius Satrapes regius natione Medus regis gener in primis oium Persarū & manu fortis & cōsilii plenus cum ducētis milibus peditū, quos virtī legerat, & vigīti milibus equū haud ita magna manu grecia fugatus est: eoq; ipe

dux cecidit prælio. Qua victoria elatus plurima miscere cœpit: & maiora concupiscere. Sed primum in eo est reprehẽsus: ꝙ cum ex præda tripodem aureũ Delphis posuisset epigrãmate scripto: in quo erat hæc sentẽtia: suo ductu barbaros apud Plateas esse deletos: eiusq; victoria ergo Apollini donũ dedisse: hos versus Lacedæmonii exculpserũt: neq; aliud scripserũt q̃ noſa eaꝝ ciuitatum quaꝝ auxilio Persę erãt victi. Post id prælių eũdem Pausaniã cum classe cõmuni Cyprũ atq; Hellespontum miserũt: vt ex his regionibus barbaroꝝ præsidia depelleret. Pari felicitate in ea re vsus elatius se gerere cœpit: maioresq; appetere res. Nã cum Byzãtio expugnato cepisset: cõplures Persarũ nobiles: atq; in his nõnullos regis propinquos hos clam Xerxi remisit: simulãs ex vinclis publicis effugisse: & cum his Congylum Cererensem qui literas regi redderet: in quibus hæc fuisse scripta Thucidides memoriæ ꝓdidit. Pausanias dux Spartę quos Byzãtii ceperat postq̃ ꝓpinquos tuos cognouit tibi muneri misit: seq; re cũ affinitate cõiũgi cupit. Quare si tibi videt des ei filiã tuã nuptum. Id si feceris & Spartẽ & cæterã græciã sub tuã potestatẽ se adiuuãte redacturũ pollicet. His rebus si quid geri volueris, certũ hoiem ad eum mittas face: cum quo colloquatur. Rex tot hominum salute tam sibi necessario magnopere gauisus: cõfestim cum epistola Artabaꝝ ad Pausaniam mittit. In qua eũ collaudat: petit. ne cui rei parcat ad ea ꝓficiẽda quæ pollicetur. Si fecerit: nullius rei a se repulsam laturũ. Huius Pausanias volũtate cognita alacrior ad rẽ gerẽdã factus in suspitionẽ cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto domũ reuocatus, accusatus capitis absoluitur: multatur tñ pecunia. Quã ob causam ad classem remissus nõ est. At ille post nõ multo sua sponte ad exercitũ rediit: & ibi nõ callida, sed dementi oratione cognita patefecit. Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum vestitũq; mutauit. Apparatu regio vtebatur: veste medica. Satellites Medi & Ægyptii sequebãtur. Epulabatur more Persarum luxuriosius q̃ qui aderant perperi possent. Aditum petentibus cõueniẽdi non dabat: superbe respondebat: & crudeliter imperabat. Spartam redire nolebat. Colonas, qui locus in agro Troade est, secõtulerat: ibi cõsilia quum patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postq̃ Lacedæmonii resciuerunt: legatos ad eum cum lana miserunt: in qua more illorum erat scriptum: nisi domũ reuertereretur se capitis cum damnaturos. Hoc nuntio motus sperans se ẽt cũ pecunia & potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc vt venit: ab ephoris in vincula publica coniectus est. Licet enim legibus eorum cuiuis ephoro hęc facere regi. Hinc tamen se expediuit: neq; eo magis carebat suspitione: nam opinio manebat eum cum rege habere societatem. Est genus quoddam hominũ quod ilotę vocatur: quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, seruorumq; muncre fungitur. hos quoq; sollicitare spe libertatis existimabatur. Sed ꝙ harum rerum nullum erat apertum crimẽ: quo argui posset: non putabant de tali tamq; claro viro suspitionibus oportere iudicari: & expectãdum dum se ipsa res aperiret. Interim Argilius qdam adolescentulus, quem puerum Pausanias amore vencreo dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabarum accepisset: eiq; in suspitionem venisset: aliquid in ea de se esse scriptum: ꝙ nemo eorum rediisset qui super tali causa eodem missi erant: vincula epistolæ laxauit signoq; detracto cognouit si pertulisset sibi esse pereũdum. Erant in eadem epistola: quæ ad ea pertinebant quæ inter regem Pausaniamq; conuenerant. Has ille literas ephoris tradidit. Non est prætercunda grauitas Lacedæmoniorum hoc loco. Nam ne huius qdem indicio impulsi sunt vt pausaniam comprehenderent: neq; prius vim adhibendam putauerunt: q̃ se ipse indicasset. Ita q; huic indici quid fieri vellent præceperunt. Fanum Neptuni est Tænari: quod violari nefas putant Græci. Eo ille index confugit: in ara consedit. hanc iuxta | locum fecerunt sub terra: ex quo posset audiri si quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam descenderunt. Pausanias vt audiuit Argilium confugisse in aram, perturbatus venit eo: quem cum supplicem dei videret in ara sedentem: quæ: t causæ quid sit tam repentini consilii? huic ille quid ex literis comperisset aperit. Modo magis Pausanias perturbatus orare cœpit ne nuntiaret: nec se meritum de illo optime prodereet. Q̃d si eam veniam sibi dedisset: tãtisq; implicitum rebus subleuasset, magno se ei præmio futurum His rebus ephori cognitis satius putauerunt in vrbe eum comprehendi: quo cum essent ꝓfecti: & Pausanias placato Argilio vt putabat Lacedæmonem reuertereretur: in itinere cum iam in eo esset vt comprehẽdereretur: & vultu cuiusdam ephori qui eum admonere cupiebat: insidias sibi fieri intellexit. Itaq; paucis ante gradibus: q̃ qui sequebantur in ædem Mineruæ quæ Chalicœcus vocatur, confugit. Hinc ne exire posset statim Ephori valuas eius ædis obstruxerunt: tectumq; sunt demoliti: quo facilius sub diuo interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse: eamq; iam magno natu postq̃ de scelere filii comperit in primis ad filium claudẽdum lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculauit. Hic cum semianimis de templo elatus esset: confestim animam efflauit. Cuius mortui corpus cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere: quo hi qui ad supplicium essent dati: displicuit pluribus: & procul ab eo loco infoderunt quo erat mortuus. Inde posterius delphici respõso exutus: atq; loco sepultus: vbi vitam finierat.

Tripodem aureũ Pausanias Delphis posuit

Pausaniæ ad Xerxem epistola.

Ephororũ potestas.

Ilotæ.

Argilius.

Pausaniæ interitus.

¶ CYMONIS VITA.

Cymon sororē duxit in vxorem. Callias.

Cymon Myltiadis filius Athenienſis duro admodum initio vſus ē adoleſcentiæ. Nam cum pater ei⁹ litem ęſtimatam populo ſoluere non potuiſſet: ob eamq; cauſam in vinculis publicis deceſſiſſet: Cymon eadem cuſtodia tenebatur: neq; legibus Athenienſibus emitti poterat: niſi pecuniam qua pater mulctatus eſſet, ſoluiſſet. Habebat autem in matrimonio ſororē germanam ſuam nomine Elpenicem: nō magis amore q̄ patrio more ductus. Nam Athenienſibus licet eodem patre natas vxores ducere. Huius coniugii cupidus Callias quidam, non tam generoſus quam pecunioſus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat: egit cum Cymone: vt eam ſibi vxorem daret: id ſi impetraſſet ſe pro illo pecuniam ſoluturum. Is cum talem conditionem aſpernaretur: Elpenices negauit ſe paſſuram Myltiadis progeniem in vinculis publicis interire: quoniam prohiberet: ſeque Calliæ nupturam: ſi ea quæ polliceretur præſtitiſſet. Tali modo cuſtodia liberatus Cymon: celeriter ad principatum perueuit. Habebat enim ſatis eloquentiæ: ſummam liberalitatem: magnam prudentiam, quum iuris ciuilis: tum rei militaris, ꝙ cum patre a puero in exercitu fuerat verſatus. Itaque hic & populum vrbanum in ſua tenuit poteſtate: & apud exercitum plurimum valuit authoritate. Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugauit. Oppidum Amphipolim conſtituit: eoq; decem milia Athenienſium in coloniam miſit. Idem iterum apud Mychalem Cypriorum & Phœnicum ducētarum nauium claſſem deuictam cepit. Eodemq; die pari fortuna in terra vſus eſt. Nanq; hoſtium nauibus captis ſtatim ex claſſe copias ſuas eduxit: barbarorum vno concurſu maximam vim proſtrauit. Qua victoria magna pręda potitus cum domum reuerteretur: ꝙ iam nonnullæ inſulæ propter acerbitatem imperii defecerāt: alienatas ad officium redire coegit. Cyprum: quā eo tempore Dolopes incolebant ꝙ contumacius ſe geſſerant, vacuefecit: ſeſſores veteres vrbe inſulaq; eiecit: agros ciuibus diuiſit Thaſios opulentia frętos ſuo aduentu fregit. His e manubiis Athenarum arx quæ ad meridiem vergit eſt ornata. Quibus rebus quum vnus in ciuitate maxime floreret: incidit in eādem inuidiam: quam pater ſuus cęteriq; Athenienſium principes. Nam teſtarum ſuffragiis, qđ illi oſtracon vocant: decē annorū exilio mulctatus eſt. Cuius facti celerius Atheniēſes q̄ ipſum pœnituit. Nam cū ille aīo forti inuidiæ ingratorū ciuium ceſſiſſet: bellūq; Lacedæmonii Atheniēſibus indixiſſent: cōfeſtim notæ eius virtutis deſiderium cōſecutum eſt. Itaq; poſt annū quintum, quo expulſus erat, in patriā reuocatus eſt. Ille ꝙ hoſpitio Lacedæmonioꝝ vtebatur: ſatius exiſtimans cōtendere Lacedęmonē ſua ſponte eſt profectus: pacemq; inter duas potentiſſimas ciuitates cōciliauit. poſt neq; ita multo in Cyprū cum ducentis nauibus imperator miſſus: cū eius maiorē partē inſulæ deuiciſſet: in morbū implicitus in oppido Cythio eſt mortuus. Hunc Atheniēſes non ſolum in bello: ſed in pace diu deſiderauerūt. Fuit enim tanta liberalitate quū compluribus locis prædia hortoſq; haberet: vt nunq̄ in eis cuſtodem impoſuerit fructus ſeruandi gratia: ne quis impediretur: quo minus eius rebus quibus vellet frueretur. Semper eum pediſſequi cum nūmis ſunt ſecuti: vt ſi quis opis eius indigeret, haberet qđ ſtatim daret: ne differendo videretur negare. Sępe cum aliquem offenſum fortuna videret minus bene veſtitum, ſuū amiculum dedit. Quotidie ſic cœna ei coquebatur: vt quos conuocatos vidiſſet in foro, oēs deuocaret: quod facere nullum diē prætermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit: multos locupletauit: complures pauperes mortuos, qui vnde efferentur non reliquiſſent, ſuo ſumptu extulit. Sic ſe gerendo minime eſt mirandum: ſi & vita eius fuit ſecura: & mors acerba.

Cymō Cypriorum & Phœnicū. claſſem ducentarū nauiū cepit.

Cymon teſtaꝝ ſuffragiis exilio mulctatus.

Cymonis obitus.

Pediſſequi.

Cymonis munificentia in indigentes.

Lyſander

LYSANDRI VITA.

Lysander confecit Atheniēses

Lysander Lacedęmoni⁹ magnā reliqt sui famam magis felicitate q̄ virture partā. Athenienses enim in Pelopōnesios sexto & vigesimo anno bellum gerentes confeciſſe apparet. Id qua ratione consecutus sit later. Nō enim virtute sui exercitus: sed immodestia factum est aduersariorum: qui ꝙ dicto audientes imperatoribus suis nō erant, dispalati in agris relictis nauibus in hostiū venerunt potestatem. Quo facto Athenienses se Lacedæmoniis dederunt. Hac victoria Lysander elatus cum antea semper factiosus audax ꝙ fuisset, sic sibi indulsit: vt eius opera in maximum odium græciæ Lacedæmonii peruenerint. Nam cum hanc causam Lacedæmonii dictitassent sibi esse belli: vt Athenienſium impotentē dominationem refringerent: postq̄ apud Ægos flumē Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est: q̄ vt omnes ciuitates in sua teneret potestate: quum id se Lacedæmoniorum causa facere simularet. Nanq; vndiq; qui Athenienſium rebus studuissent eiectis: decem delegerat in vnaquaq; ciuitate: quibus summum imperium potestatēq; omnium rerum committeret. Horū in numero nemo admittebatur: nisi qui aut eius hospitio contineretur aut se illius fore propriū fide confirmarat. Ita decēuirali potestate in omnibus vrbibus constituta, ipsius nutū omnia gerebantur. Cuius de crudelitate ac perfidia satis est vnam rem exempli gratia proferre: ne de eodē plura enumerando fatigemus lectores. Victor ex Asia quum reuerteretur: Thassumq; diuertisset: ꝙ ea ciuitas præcipua fide fuerat erga Athenienses: perinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici: qui constantes fuissent inimici: eam peruertere concupiuit. Vidit autem nisi in eo occultasset voluntatem, futurum: vt Thassii dilaberentur: consuleren tq; rebus suis. Ita q; decēuiralem suam potestatē sui ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus iniit cōsilia: reges Lacedæmoniorum tollere. Sed sentiebat id sine ope deorum facere non posse: ꝙ Lacedæmonii omnia ad oracula referre consueuerant. Primum Delphis corrūpere est conatus. Quum id non potuisset. Dodonam adortus est. Hinc quoq; repulsus dixit, se vota susceptisse: q̄ Ioui Ammoni solueret: exiſtimās se Aphros facilius corrupturum. Hac spe quum profectus esset in Africam: multum eum antistites Iouis fefellerunt: nam non solum corrumpi non potuerunt: sed etiam legatos Lacedæmona miserunt: q̄ Lysandrum accusarent: ꝙ sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine: iudicūq; absolutus sententiis Orchomeniis missus subsidio occisus est a Thebanis apud Alyarthum. Quā vero de eo foret iudicatum: oratio indicio fuit: quæ post mortem in domo eius reperta est: in qua suadet Lacedæmoniis vt regia potestate dissoluta, ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum: sed scripta vt deorum videretur congruere sententiæ: quam ille se habiturum pecunia fidens non dubitabat. hanc ei scripsisse Cleon Alycarnias dicitur. Atq; hoc loco non est prętereundum factum Pharnabazi Satrapis regii. Nam cum Lysander prę fectus classis in bello multa crudeliter auareq; fecisset: decq; his rebus suspicaret ad ciues suos esse platū: petiit a Pharnabazo: vt ad Ephoros sibi testimonium daret: quanta sanctitate bellum gessisset, socioq; tractasset: de eaq; re accurate scriberet. Magnam enim eius authoritatem in ea re futuram. Hinc ille liberaliter pollicetur. librū grauem multis verbis conscripsit: in quibus summis eum effert laudibus. Quem quum legisset, ꝑ bassetq;: dum designatur: alterum pari magnitudine vt discerni non posset, signatum subiecit: in quo accuratissime eius auaritiam perfidiamq; accusarat. Hinc Lysander domū quū rediſſet: postq̄ de suis rebus gestis apud maximum magistratum quæ voluerat, dixerat: testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc summoto Lysandro quum Ephori cognoscerent: ipsi legendū dederunt. Ita ille imprudens ipse suus accusator.

Ægos flumen.

Lysandri crudelitas & perfidia.

Lysander oracula corrūpere conatus.

ALCIBIADES VITA.

Alcibiades Cliniæ filius Athenienſis. In hoc natura qd efficeř poſſit videtur expta. Cõſtat enĩ inter omnes qui de eo memoriæ prodiderũt: nihil illo fuiſſe excellentius vel in vitiis vel in virtutibus. Nam in ampliſſima ciuitate, ſummo genere, omnium ętatis ſuę multo formoſiſſimus ad omnes res aptus conſiliiq; plenus. Nãq; imperator fuit ſummus mari & terra: diſertus, vt in primis dicendo valeret: & tanta erat cõmendatio oris atq; orationis vt nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. deinde cum tempus poſceret, laborioſus, patiens, liberalis, ſplendidus nõ minus in vita q̃ victu, affabilis, blãdus, temporibus callidiſſime inſeruiens. Idem ſimulac ſe pręmiſerat nec cauſa ſuberat quare animi laborem perferret, luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intẽperans reperiebatur: vt omnes admirarentur in vno homine tantam diſſimilitudinem: tãq; diuerſam naturam. Educatus eſt in domo Periclis (Priuignus enim ſuus fuiſſe dicitur.) Eruditus a Socrate. ſocerum habuit Hipponicum oĩum græcæ linguæ eloquentia diſertiſſimum: vt ſi ipſe ſingere vellet: neq; plura bona reminiſci: neq; maiora poſſet conſequi: q̃ vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte adoleſcentia amatus eſt a multis more gręcorũ: in eis a Socrate: de quo mentionem facit Plato in ſympoſio. Nanq; eum induxit commemorantem ſe pernoctaſſe cum Socrate: neq; aliter ab eo ſurrexiſſe ac filius a parente debuerit. Poſtea q̃ robuſtior eſt factus non minus multos amauit. In quorum amore quoad licitum eſt odioſa multa delicate iocoſeq; fecit: quæ referremus niſi maiora potioraq; haberemus. Bello Peloponneſiaco huius conſilio atq; authoritate Athenienſes bellum ſyracuſanis indixerunt: ad quod gerendum ipſe dux delectus eſt. Duo præterea collegæ dati Nicias & Lamachus. Id cum apparare tur prius quam claſſis exiret, accidit: vt vna nocte omnes hermę quæ in oppido erant Athenis deiicerentur: præter vnum qui ante ianuam eius erat: Androcydeſq; vocatus eſt. hoc cum appareret non ſine magna multorum conſenſione eſſe factum: q̃ nõ ad priuatam, ſed ad publicam rem pertineret: magnus multitudini timor eſt iniectus: nequa repentina vis in ciuitate exiſteret quæ libertatem opprimeret populi. Hoc maxime conuenire in Alcibiadem videbatur: q̃ & potentior & maior quam priuatus, exiſtimabatur. Multos enim liberalitate deiunxerat: plures etiam opera forenſi ſuos reduxerat. Quare fiebat vt omnium oculos quotienſcunq; in publicum prodiſſet ad ſe cõuerteret: neq; ei par quiſq̃ in ciuitate poneretur. Itaq; non ſolum ſpem in eo habebant maximam: ſed etiam timorem q̃ & obeſſe plurimum & ꝓdeſſe poterat. Aſpergebatur etiam infamia: q̃ in domo ſua facere myſteria dicebatur: quod nefas erat more Athenienſium: idq; non ad religionem ſed ad coniurationem pertinere exiſtimabatur. Hoc crimine in contentionem ab inimicis compellabatur. Sed inſtabat tempus ad bellum proficiſcendi. Id ille intuens neq; ignorans ciuium ſuorum cõſuetudinem, poſtulabat: ſi quid de ſe agi vellent potius de præſenti quæſtio haberetur: q̃ abſens inuidię crimine accuſaretur. Inimici vero eius quieſcendum in præſenti, quia nocere non poſſe intelligebant: & illud tempus expectandum decreuerũt: quo, ſi exiſſet: vt abſentem aggrederentur. Itaq; fecerunt. Nam poſtq̃ in Siciliam eum perueniſſe crediderunt: abſentẽ q̃ ſacra violaſſet, reum fecerunt. qua de re cum ei nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet: vt domum ad cauſam dicendã rediret: eſſetq; magna ſpe prouinciæ bene adminiſtrandę, non parere noluit: & in triremẽ quę ad eum deportandum erat miſſa, aſcendit: ac Thurios in Italiam peruectus. multa ſecum reputãs de immoderata ciuium ſuorum licentia crudelitateq; erga nobiles, vtiliſſimum ratus impendentem euitare tempeſtatem clam ſe a cuſtodibus ſubduxit: & inde primum Elidem, deinde Thebas venit. Poſtq̃ autem ſe capitis damnatum bonis publicatis audiuit: & id quod vſu venerat Olympiadę ſacerdotes a populo coactos vt ſe deuouerent: eiuſq; deuotionis quo teſtatior eſſet memoria, exẽ-

Alcibiades Periclis priuignus

Hermę Athenis deiectæ.

Alcibiades

plum in pila lapidea inciſum eſſe poſitum in publico: Lacedæmonem demigrauit. Ibi vt ipſe præ dicare conſueuerat, non aduerſus patriam, ſed inimicos ſuo bellum geſſit: ꝙ iidem hoſtes eſſent ci uitati. Nam quum intelligerent ſe plurimũ prodeſſe reipublicę: ex ea eieciſſe: pluſq; irę ſuę q̃ vtili tati cõmuni patuiſſe. itaq; huius conſilio Lacedæmonii cum Perſe rege amicitiam fecerunt: deinde Deceliam in Attica munierunt: præſidioq; perpetuo ibi poſito in obſidione Athenas tenuerunt. Eiuſdem opera Ioniam a ſocietate auerterunt Athenienſium. quo facto, multo ſuperiores bello eſſe cœperunt. Neq; vero his rebus tam amici Alcibiadi ſunt facti q̃ timore ab eo alienati. Nam cum accerrimi viri præſtantem prudentiam in omnibus rebus cognoſcerent: pertimuerunt ne charitate patrię ductus aliquando ab ipſis deſciſceret: & cum ſuis in gratiam rediret. Itaq; tempus eius interficiendi quærere inſtituerunt. Id Alcibiadi diutius cælari non potuit: erat enim ea ſaga citate vt decipi non poſſet: præſertim quum animum attendiſſet ad cauendum. Itaq; ad Tyſſa phernem præfectum regis Dariii ſe contulit: cuius cum in intimam amicitiam peruenifſet: & Athe nienſium male geſtis in ſicilia rebus opes ſeneſcere, contra Lacedæmoniorum creſcere videret: initio cum Piſancho prętore qui apud Samum exercitũ habebat, per internuntios colloquitur: & de reditu ſuo facit mentionem. Erat enim eodem quo Alcibiades ſenſu: populi potentiæ non amicus: & optimatum fautor. Ab hoc deſtitutus primum per Thraſybulum Lyci filium ab exerci tu recipitur: prætorq; fit apud Samum: poſt ſuffragante Theramene plebiſcito reſtituitur: pariq; abſens imperio præficitur ſimul cum Thraſybulo & Theramene. Horum imperio tanta commu tatio rerum facta eſt: vt Lacedæmonii qui paulo ante victores viguerant, perterriti pacem peterẽt. Victi enim erant quinq; præliis terreſtribus: tribus naualibus. in quibus ducentas naues triremes amiſerant: quæ captæ in hoſtium venerant poteſtatem. Alcibiades ſimul cum collegis receperat Ioniam: Helleſpontum: multas præterea vrbes græcas: quę in ora ſitæ ſunt Aſiæ: quarum expu gnauerant q̃plures: in his Byzantium: neq; minus multas conſilio ad amicitiam adiunxerant: q; in captos clemẽtia fuerant vſi. Inde preda onuſti locupletaro exercitu maximis rebus geſtis Athe nas venerunt. His cum obuiam vniuerſa ciuitas in Piræum deſcẽdiſſet: tanta fuit omnium expe ctatio viſcendi Alcibiadis: vt ad eius triremem vulgus conflueret: perinde ac ſi ſolus aduenifſet. Sic enim populo erat perſuaſum: & aduerſus ſuperiores & prę ſentes ſecũdas res accidiſſe eius ope ra. Itaq; & Siciliæ amiſſum, & Lacedęmoniorum victorias culpæ ſuę tribuebant: q; talem virum ex ciuitate expuliſſẽt. Neq; id ſine cauſa arbitrari videbãtur. Nam poſtq̃ exercitui præeſſe cœperat neque terra, neque mari hoſtes pares eſſe potuerant. Hic vt nauigreſſus eſt: quamquam The ramenes & Thraſybulus eiſdem rebus prędfuerant, ſimulq; venerant in Piræum, tamen illum vnũ omnes perſequebantur: & id quod nunq; antea vſu venerant niſi olympiæ victoribus, coronis au reis æneiſq; vulgo donabatur. Ille lachrymans talem beniuolẽtiam ciuium ſuorum accipiebat: re miniſcens priſtini temporis acerbitatem. Poſtq̃ Aſtũ venit, concione aduocata ſic verba fecit: vt nemo tam ferus fuerit: quin eius caſum lachrymarit: inimicumq; his ſe oſtenderit: quorum opera patria pulſus fuerat: perinde ac ſi alius populus non ille ipſe qui tum flebat, eum ſacrilegii damnaſ ſet. Reſtituta ergo huic ſunt publice bona. Iidem illi Olympiadæ ſacerdotes rurſus reſacrare ſunt coacti: qui eum deuouerant: pileq; illę in quibus deuotio fuerat ſcripta, in mare præcipitatæ. Hæc Alcibiadi lætitia minus fuit diuturna. Nam cum ei eſſent honores decreti: toraq; reſpublica do mi belliq; tradita: vt vniusarbitrio gereretur: & ipſe poſtulaſſet vt duo ſibi collegæ darentur Thra ſibulus & Adimantus: neq; id negatum eſſet: claſſe in Aſiam profectus, q; apud Cymen minus ex ſententia rem geſſerat, in inuidiam recidit. nihil enim eum non efficere poſſe ducebãt. Ex quo fie bat: vt omnia minus proſpere geſta eius culpę tribuerent: cum aut eum negligenter aut malitio ſe feciſſe loquerentur. ſicut accidit. Nam corruptũ a rege capere Cymen noluiſſe arguebant. Itaq; huic maxime imputamus malo cauſam fuiſſe nimiam opinionem ingenii atq; virtutis. Timeba tur enim non minus q̃ diligebatur: ne ſecunda fortuna magniſq; elatus opibus, tyrannidem cõ cupiſceret. quibus rebus factum eſt: vt abſenti magiſtratum abrogarent: & alium in eius locum ſubſtituerent. Id ille vt audiuit: domũ reuerti noluit: & ſe Patarã contulit: ibiq; tria caſtella com muniuit: Bornos: Biram: Themeonticos: manuq; collecta prim⁹ græcię ciuitatis in Thraciam introiit: glorioſius exiſtimans barbarorum præda locupletari, q̃ graiorum. Qua ex recreuerat fa ma cum opibus: magnamq; amicitiam ſibi cum quibuſdam regibus Thracię peperetat: neq; ta men a charitate patrię potuit recedere. Nam cum apud Egos flumen Philodes prętor Athenien ſium claſſem conſtituiſſet ſuam: neq; longe abeſſet Lyſander prætor Lacedęmoniorum: qui in eo erat occupatus: vt bellum q̃ diutiſſime duceret: q; ipſis pecunia a rege ſuppeditabatur: cõtra Athe nienſibus exhauſtis, præter arma & nauis nihil erat ſuper: Alcibiades ad Athenienſium venit ex ercitum: ibiq; prę ſente vulgo agere cœpit: ſi vellent, ſe coacturum Lyſandrum dimicare, aut pa cem petere. Reſpondent Lacedęmonios eo nolle confligere claſſe: q; pedeſtribus copiis plus q̃ na uibus valerent. Sibi autem eſſe facile Seucem regem thracum deducere: vt eos terra: depelleret.

Tyſſapher nes.

Thraſybu lus Lyci fi lius.

Lacedæmo nii vincunt duce Alci biade.

Philodes ꝓ tor Athe nienſium

Quo facto necessario aut classe conflicturos: aut bellum composituros. Id etsi vere dictum Philo/
des animaduertebat: tamen postulata facere noluit: quę sentiebat se Alcibiade recepto nullius mo/
menti apud exercitum futurum. Et si quid secundi euenisset: nullam in ea re suam partem fore. Cō/
tra ea siquid aduersi accidisset: se vnum eius delicti futurę reum. Ab hoc discedens Alcibiades, Quo
niam inquit victoriæ patrię repugnas, illud moneo: iuxta hostes castra habeas nautica. Periculum
est enim ne immodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus.
Lysander Athenienses vincit. neq; ea res illum fefellit. Nam Lysander cum per speculatores comperisset: vulgum Athenienſium
in terram prædatum exisse: nauesq; pene inanes relictas: tempus rei gerendæ non dimisit: eoq; im/
petu totum bellum deleuit. At Alcibiades victis Athenienſibus non satis tuta eadem loca sibi arbi
trans, penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit: sperans ibi facillime suam fortunam
oculi posse. Falso. Nam thraces postq̄ eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias fecerūt:
qui ea quæ apportauit abstulerunt: ipsum capere non potuerunt. Ille cernens nullum locum sibi
tutum in Græcia: propter potentiam Lacedæmoniorum: ad Pharnabazum in Asiam transiit.
Quem quidem adeo sua cepit humanitate: vt eum nemo in amicitiam antecederet. Nanq; ei Gri/
mium dederat in Phrygia castrum: ex quo quinquaginta talenta vectigalis habebat: Qua fortu/
na Alcibiades non erat contentus: neq; Athenas victas Lacedæmoniis seruire poterat pari. Itaq;
ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. Sed videbat id sine rege Persarum non posse
fieri: ideoq; eum amicum sibi cupiebat adiungi: neq; dubitabat facile se cōsecuturum: si modo eius
Cyrus. conueniendi habuisset potestatem. Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare Lacedæmoniis a/
diuuantibus sciebat. Id si aperuisset: magnam se initurum gratiam videbat. Hæc cum moliretur:
peteretq; a Pharnabazo vt ad regem mitteretur: eodem tempore Critias cæteriq; tyranni Athe
nienſium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt: qui eum certiorem facerent nisi Alci/
biadem sustulisset, nihil earum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset. Quare si suas res gestas
manere vellet: illum persequeretur. His Lacon rebus commotus statuit accuratius sibi agendum
cum Pharnabazo societatem. Huic ergo renuntiat: quæ regi cum Lacedæmoniis essent, irrita futu
ra nisi Alcibiadem viuum aut mortuum tradidisset, stare non posse. Nō tulit hoc Satrapes: & vio/
lare clementiam q̄ regis opes minui maluit. Itaq; misit Sisameriem & Bagrum ad Alcibiadem in/
terficiendum: cum ille esset in Phrygia: iterq; ad regem compararet. Missi clam vicinitati in qua tū
Alcibiades erat, dant negotium: vt eum interficiant. Illi cum securo aggredi non auderent: noctu
ligna contulerunt circa famineam in qua quiescebat: eamq; succenderunt: vt incendio confice/
rent: quem manu superari posse diffidebant. Ille autem in sonitu flammæ est excitatus: etsi gladius
Alcibiades interficitur. ei erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit. Nanq; erat cum eo quidam ex arcadia hos/
pes: qui nunq̄ discedere voluerat. Hunc sequi se iubet: & id quod in præsentia vestimentorum fuit
arripuit. His in ignem electis flammæ viam transiit. Quem vt barbari incēdium effugisse eminus
viderunt telis missis interfecerunt: caputq; eius ad Pharnabazum retulerunt. At mulier quæ cum
eo viuere consueuerat, muliebri sua veste contectum ædificii incēdio mortuum cremauit: quod ad
viuum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus diem
obiit supremum. Hunc infamatum a plærisq; tres grauissimi historici summis laudibus extulerūt:
Thucydides, qui eiusdem ætatis fuit: Theopompus, qui fuit post aliquāto natus: & Timæus qui
quidem duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo vno laudando consenserunt. Nam ea quæ
supra diximus de eo prędicarunt: atq; hoc amplius: Cum Athenis splendidissima ciuitate natus
esset: splendore: ac dignitate superasse vitę. Postq̄ inde expulsus Thebas venerit: adeo studiis eorū
Alcibiadis varii mores inseruisse: vt nemo eum labore corporisq; viribus posset æquiparare. Omnes enim Bœotii magis
firmitati corporis q̄ ingenii acumini inseruiunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum morib⁹
summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiæ se didisse: vt parsimōia victus atq; cultus omnes
Lacedæmonios vinceret. Fuisse apud Thracas homines vinolentos rebusq; venereis deditos. hos
quoq; in his rebus antecessisse. Venisse ad Persas apud quos summa laus esset fortiter venari, luxu/
riose viuere. horum sic imitatum consuetudinem: vt illi ipsi eum in his maxime admirarētur. Qui/
bus rebus effecisse: vt apud quoscunq; esset principes, ponereturq; haberenturq; charissimus: Sed satis
de hoc: reliquos ordiamur.

¶ THRASYBVLI VITA.

Thrasybuli laudes.

Thrasybulus lycisilius Atheniensis, si ꝑ se virtus sine fortuna pōderanda sit, dubito an hūc primū omniū pōnā. Illi sine dubio neminem præfero, fide, constantia, magnitudine animi, in patriē amore. Nam quod multi voluerunt, pauci potuerunt ab vno tyranno patriam liberare. Huic contigit vta triginta oppressam tyrannis ex seruitute in libertatem vindicaret. Sed nescio quomodo quī cum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate pręcurrerunt. Primum Peloponnesio bello multa hic sine Alcibiade gessit: ille nullam rem sine hoc. quæ ille vniuersa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna: quod in prælii concursu abiit res consilio ad vires vimq; pugnantium. Itaq; iure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero a fortuna vendicat: seq; his plus valuisse q̄ ducis prudētiam, vere potest prædicare. Quare illud magnificentissimum factum proprium est Thrasybuli: Nam cum triginta tyranni prępositi a Lacedæmoniis, seruitute oppressas tenerent Athenas: plurimos ciues quibus in bello pepercerat fortuna, ptim patria expulissent: parti interfecissent: plurimoq; bona publicata iter se diuisissent: nō solum princeps, sed & solus initio bellum his indixit. Hic enim cum Philen confugisset: quod est castellum in Attica munitissimum: non plus habuit secum q̄ triginta de suis. Hoc initium fuit salutis atticorum: hoc robur libertatis clarissimæ ciuitatis. Neq; vero hic non cōtemptus est primo a tyrannis: neq; eius sollicitudo: quæ quidem res & illis contēnentibus perniciei, & huic despecto salutī fuit. Hec enim illos ad persequendum segnes, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet: nihil in bello oportere contēni: nec sine causa dici: matrem timidi flere non solere. Neq; tamen pro opinione Thrasybuli aucte sunt opes: nam iam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur: q̄ pugnabant. Hinc in Pirēum transiit munychiamq; muniuit. Hāc bis tyranni oppugnare sunt adorti: ab eaq; turpiter repulsi protinus in vrbem armis impedimentisq; amissis refugerunt. Vsus est Thrasybulus non minus prudentia q̄ fortitudine. Nam cedentes violari vetuit. Ciues enim ciuibus parcere æquum censebat. Neq; quisq̄ est vulneratus: nisi qui priot impugnare voluit. Neminem iacentem veste spoliauit. Nil attigit nisi arma quorum indigebat: & quæ ad victum pertinebant. In secundo prēlio cecidit Cricias dux tyrannorum: quum quidem aduersus Thrasybulum fortissime pugnaret. Hoc delecto Pausanias venit atticis auxilio rex Lacedęmoniorū. Is inter Thrasybulum & eos qui vrbem tenebant fecit pacem his conditionibus: nequi præter triginta tyrannos & decem qui postea prętores creati superioris more crudelitatis erant vsi, afficerentur exilio: neue bona publicarentur: reipublicæ procuratio populo redderetur. Prēclarum hoc quoq; Thrasybuli: q̄ reconciliata pace cum plurimum in ciuitate posset, legem tulit: nequis anteactarum rerum accusaretur: ne ve multaretur: eamq; illi legem oblivionis appellarunt. Neq; vero hanc tantum ferendam curauit: sed etiam vt valeret effecit. Nam cum quidam ex his qui simul cum eo in exilio fuerant cędem facere eorum vellent: cum quibus in gratiam reditūm erat: publice prohibuit: & id quod pollicitus erat prēstitit. Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est: facta duabus virgulis oleaginis: quæ q̄ amor ciuium non vis expresserat, nullam habuit inuidiam: magnaq; fuit gloria. Bene ergo Pittacus ille qui septem sapientum numero est habitus, cum ei Mitylenei multa milia iugerum agri & munera darēt: Nolite rogo vos inquit mihi dare: qd̄ multi in uideant: plures etiam concupiscant. quare ex istis nolo amplius q̄ centum iugera: quæ & meā animi æquitatem, & vestram volūtatem indicent. Nam parua munera diutina, locupletia non pro

Nihil i bello oportet cōtemni.

Cricias. Pausanias

Lex lata a Thrasybulo.

Pittaci pulchrũ respõsum ad Mityleneos.

pria esse consueuerunt. Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neq; amplius requisiuit: neq; quenq̃ honore se antecessisse existimauit. Hic sequenti tempore cum prętor classem ad Siciliam appulisset: neq; satis diligenter in castris eius agerentur vigiliæ: a barbaris ex oppido noctu eruptione facta in tabernaculo interfectus est.

¶ CONONIS VITA.

Onõ Atheniensis pelopõnesio bello accessit ad rempubl. in eoq; eius opere magnus fuit. Nam & prætor pedestribus exercitibus præfuit: & p̃fectus classis res magnas mari gessit. Quas ob causas p̃cipuus ei honos habitus est: nãq; omnibus vnus insulis præfuit. in qua potestate Pheras cepit coloniam Lacedęmoniorꝝ. Fuit etiam extremo Pelopõnesio bello prætor: cum apud Ægos flumen copiæ Atheniensium a Lysandro sunt. deuictę. Sed tum abfuit: eoq; peius res administrata est: nã & prudens rei militaris & diligens erat imperii. Itaq; nemini erat his temporibus dubium: si affuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse. Rebus autem afflictis cum patriam obsideri audisset: non quæsiuit vbi ipse tuto viueret: sed vnde præsidio posset esse ciuibus suis. Itaq; contulit se ad Pharnabazum satrapem Ionię & Lydię: eundemq; generum regis & propinquum: apud quem vt multum gratia valeret multo labore multisq; effecit periculis. Nam quum Lacedæmonii Atheniensibus deuictis in societate non manerent: quam cum Artaxerxe fecerãt: Agesilaumq; bellatum misissent in Asiã: maxime impulsi a Thissapherne: qui ex intimis regis ab amicitia eius defecerat: & cum lacedæmoniis coierat societatem. Hunc aduersus Pharnabazus habitus est imperator: re quidem vera exercitui præfuit Conon: eiusq; omnia arbitrio gesta sunt. hic militũ ducem sumum Agesilaum impediuit: sæpeq; eius consiliis obstirit. Neq; vero non fuit apertum si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Thauro tenus rege fuisse erepturum. Qui postea q̃ domum a suis ciuibus reuocatus est: q; Bœotii & Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant: Conon nihilo secius apud prefectos regis versabatur: hisq; omnibus magno erat vsui. Defecerat a rege Tissaphernes: neq; id tã Artaxerxi q̃ cęteris erat apertum. Multis enim magnisq; meritis apud regem etiam quum in officio non maneret, valebat. Neq; admirandum si non facile ad cedendum inducebatur: reminiscens eius se opera Cyrum fratrẽ superasse. Huius accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, postq̃ venit primum ex more Persarum ad Chilarchum qui secundum gradum imperii tenebat: tetraustem accessit: seq; ostẽdit cum rege colloqui velle. Nemo enim sine hoc admittitur. huic ille inquit nulla mora est: sed tu delibera vtrum colloqui malis an per literas quæ cogitas. Necesse est enim si in conspectũ veneris, venerari te regem: quod Proscynin illi vocant: hoc si tibi graue est: pro me nihilo secius editis mandatis conficies quod studes. Tum Conon, mihi vero inquit non est graue quemuis honorem habere regi: sed vereor ne ciuitati meæ sit opprobrio: si cum ex ea ciuitate sim profectus, quæ cęteris gentibus imperare consueuerit, potius barbarorum q̃ illius more fungat. Itaq; quæ huic volebat scripta tradidit. Quibus cognitis rex tantum authoritate eius motus est: vt Tissaphernem hostem iudicarit: & Lacedęmõios bello persequi iusserit: & ei permiserit quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conõ negauit sui esse consilii: sed ipsius qui optime suos nosse deberet: sed suadere. Pharnabazo id negotii daret. hinc magnis muneribus donatus ad mare est missus: vt Cypriis & phenicibus cæterisq; ciuitatibus maritimis nauis longas imperaret: classemq; qua proxima æstate mare tueri posset: dato adiutore Pharnabazo: sicut ipse voluerat. Id vt Lacedæmoniis est nuntiatum: non sine cura

Atheniẽsiũ copiæ duce Lysandro deuictæ

Tyssaphernes deficit a rege

rem administrarunt: q̄ maius bellum imminere arbitrabantur: q̄ si cum barbaro solum contenderent. Nam ducem fortem: prudentem: regis opibus: prę sufuturum ac secum dimicaturum videbant quem neq; consilio neq; copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem: profici scuntur Lysandro duce. Hos conon apud Gnidum adortus magno prœlio fugat: multas naues capit: complures deprimit. Qua victoria non solum Athenæ, sed etiam cuncta græcia, q̄ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, Liberata est. Conon cum parte nauium in patriam venit: muros dirutos a Lysandro vtroſq; & Piræi & Athenarum reficiendos curat: pecuniæq; l. talenta q̄ a Pharnabazo acceperat ciuibus suis donat. Accidit huic quod cęteris mortalibus: vt inconsideratior in secunda q̄ in aduersa esset fortuna. Nam classe Peloponesiorum deuicta, cum vlciſci se iniurias patriq; putaret: plura concupiuit q̄ efficere potuit. Neq; tamen ea non pia & probanda fuerunt: q; potius patriæ opes augeri q̄ regis maluit. Nam cum magnam authoritatem sibi pugna illa nauali, quam apud Gnidum fecerant, constituisset: non solum inter barbaros sed etiam oēs græciç ciuitates clam dare operam cœpit: vt Ioniam & æoliam restitueret Athenien sibus. Id cum minus diligēter esset cęlatum: Tyriabarus, qui Sardibus præerat Cononē euocauit: simulans ad regem eum se mittere velle. Magna festinatione huius nuntio parens, cū venisset, in vincula cōiectus est: in quibus aliquādiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum: ibiq; eum periſſe ſcriptum reliquerūt. Contra ea Dion historicus cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud addubitat: vtrum Tyriabaro sciente an imprudente sit factum.

Conon Lacedæmonios vincit.

Conō a Tyriabaro in vincula cōiectus.

¶ DIONIS VITA.

Dion. Hipparini Filius Syracusanus nobili genere natꝰ vtraq; implicatus tyrānide Dionysioꝝ: nāq; ille superior Aristomachē sororem Dionis habuit in matrimonio: ex qua duos filios Hipparinū & Nyseum pcreauit: totidēq; filias. Sophrosynē & Aretē: quaꝝ priorem Dionysio filio eidē cui regnū reliquit nuptū dedit: alterā Areten Dioni. Dion aūt præter nobilē propinquitatē, genero sam maiorumq; famam: multa alia ab natura habuit bona, in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: magnam corporis dignitatem: quæ non minimum cōmendatur: magnas præterea diuitias a patre relictas: quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori neq; minus propter mores q̄ affinitatem. Nanq; etsi Dionysii crudelitas ei displicebat: tamen saluum esse propter necessitudinē magis etiam suorum causa studebat. Aderat in magnis rebus: eiusq; consilio multum mouebatur tyrānus: nisi qua in re maior ipsius cupiditas iterceſſerat. legiones vero omnes quæ essent illustriores per Dionem administrabantur. Quas quidem ille diligenter obeundo fideliter administrando, crudelissimum nomen tyranni sua humanitate tenebat. Hunc a Dionysio missum carthaginenses susceperunt: vt neminem vnq; græca lingua loquentem magis sint admirati. Neq; vero hæc Dionysium fugiebant. Nam quanto esset sibi ornamento sentiebat. Quo fiebat vt vni huic maxime indulgeret: neq; eum secus diligeret ac filium: qui quidem cum Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata: adolescenti negare non potuit quin eum arcesseret. Cum Dion eius audiendi cupiditate flagraret: dedit ergo huic veniam: magnaq; eum ambitione Syracusas perduxit. Quem Dion adeo admiratus est atque adamauit: vt se totum ei traderet. Neq; vero minus Plato delectatus est Dione. Itaq; cum a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset: quippe quem vænūdari iussisset: tamen eodem rediit eiusdem Dionis pręcibus adductus. Interim in morbum incidit Dionysius: quo cum grauiter conflictaretur: quæsiuit a medicis Dion quēadmodum se haberet: simulq; de his petiit si forte maiori esset periculo vt sibi faterentur. Nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno: q; sororis suæ filios ex illo natos par

tem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt: & ad Dionysium filium sermonem retulerunt. Quo ille commotus ne agendi esset Dioni potestas: patri soporem medicos dare coegit hoc ergo sumpto somno sopitus diem obiit supremum. Tale initium fuit Dionis & Dionysii simultatis: eaq; multis rebus aucta. est Sed tñ primis tpibus aliquandiu simulata inter eos amicitia mansit: cum Dion non desineret obsecrare Dionysium vt Platonem Athenis arcesseret: & eius cõsiliis vteretur: ille qui in aliqua re vellet patrem imitari morem ei gessit: eodẽq; tpe Philistum historicum Syracusas reduxit hominem inimicũ non magis tyranno q̃ tyrãnidi. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita qui de historicis cõscriptus est. Plato autem tm̃ apud Dionysium authoritate potuit valuitq; eloquẽtia: vt persuaserit tyrannidis facere finem: libertatẽq; reddere Syracusanis: a qua voluntate Philisti cõsilio deterritus, aliquanto, crudelior esse cœpit. Qui qdem cum a Dione se superari videret ingenio, authoritate, amore populi, verẽs ne si eum secũ haberet aliquã occasionem sui daret opprimendi: nauem ei triremem dedit: qua Corinthum deueheretur: ostendens se id vtriusq; facere causa ne cum inter se timerent alteruter alterum prꝛeoccuparet. Id cum factum multi indignarentur magnæq; esset inuidiæ tyrãno Dionysius oĩa quæ moueri poterãt Dionis in nauis imposuit: ad eumq; misit. Sic enim existimari volebat id se non odio hominis sed suę salutis feciſſe causa: postea vero q̃ audiuit eum in Peloponneſo manum comparare: sibiq; bellum facere conari: Areten Dionis vxorem alii nupram dedit. Filiumq; eius sic educari iussit: vt indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero prius q̃ pubes esset scorta adducebãtur, vino epulisq; obruebatur: neq; vllum tempus sobrio relinquebatur. is vsq; eo vitæ statum cõmutatum ferre non potuit: vt postq̃ in patriam rediit pater (Nanq; appositi erant custodes qui eum a pristino victu deducerẽt) se superiore parte ędium deiecerit: atq; ita interierit. Sed illuc reuertor: postq̃ corinthum peruenit Dion & eodem perfugit Heraclides ab eodem expulsus Dionysio qui prꝛefectus fuerat equitum: omni ratione bellum comparare cæperunt: sed non multum proficiebant: q; multorum annorum tyrannus magnarum opum putabatur: quam ob causam pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion frętus non tam suis copiis q̃ odio tyranni maximo animo duabus oncrariis nauibus quinquaginta annorum imperium munitum quingentis longis nauibus decem equitum centumq; peditum milibus prosectus oppugnatum: quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facile pertulit: vt post diem tertium q̃ Siciliam attigerit: Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest nullũ esse imperium tutũ nisi beniuolentia munitum. Ea tpe aberat Dionysius: & in Italia classem opperiebatur: aduersarioq; ratus neminẽ sine magnis copiis ad se venturum. Quæ res eum fefellit. Nã Dion his ipsis qui sub aduersarii fuerãt potestate: regios spiritus repressit: totiusq; eius partis Siciliæ potitus est quę sub Dionysii potestate fuerat. Paricq; modo vrbis Syracusarum præter arcẽ & insulam adiunctã oppido: eoq; rem perduxit: vt talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: Siciliam Dion oprineret: Italiã Dionysius: Syracusas Apollocrates: cui maximã fidem vni habebat Dion. Has tam ꝓsperas tãq; inopinaras res cõsecuta est subita cõmutatio: q; fortuna sua mobilitate quẽ paulo ante extulerat, demergere est adorta: primum in filio de quo cõmeroraui, supra suam vim exercuit. Nam cum vxorẽ reduxisset quæ alii fuerat tradita: filiumq; veller reuocare ad virturem a perdita luxuria: accepit grauissimũ parẽs vulnus morte filii: deinde orta dissensione inter eũ Heraclidẽq; qui qdem principatũ nõ cõcedebat factionem comparauit: neq; is minus valebat apud optimates quoꝝ cõsensu prꝛerat classi: cum Dion exercitum pedestrem teneret. non tulit aĩo æquo Dion: & versum illũ Homeri rettulit ex secunda raspodia: in quo hæc sententia est: nõ posse bene geri rẽpu. multorum imperiis. Q̃d dictũ magna inuidia cõsecuta est. Nanq; aperuisse se oĩa videbatur in sua potestate esse velle: hãc ille nõ venire obsequio sed acerbitate opprimere studuit. Heraclidẽq; cum Syracusas venisset: interficiẽdũ curauit. Q̃d factum oĩbus maximũ timorem iniecit. Nemo enim illo interfecto se tutũ putabat: ille autem aduersario remoto licentius eoꝝ bona quos sciebat aduersus se sensisse, militibus dispertiuit: quibus diuisis cum quottidiani maximi fierent sumptus: celeriter pecunia deesse cœpit: neq; quo manus porrigeret suppetebat: nisi in amicoꝝ possessiones. Id eiusmodi erat vt cum milites re cõciliasset amitteret optimates: quaꝝ rerũ cura frãgebatur: & insuetus male audiendi nõ ęquo aĩo ferebat de se ab his male existimari: quoꝝ paulo ante in cælũ fuerat elatus laudibus. Vulgus autẽ offensa in eũ militũ voluntate liberius loquebatur: & tyrannum nõ ferendum dictitabar. Hęc ille intuens cũ quẽadmodum sedaret nescirer: vt quorsum euaderet timeret. Callicrates quidam ciuis Athenienſis qui simul cum eo ex Pelopõneso in Siciliã venerat, homo: & callidus & ad fraudẽ acutus sine vlla religione ac fide, adit ad Dionem & ait: eum in magno periculo esse ꝓpter offensionẽ populi & odiũ militum: q̃d nullo modo euitare posset: nisi alicui suorum negotium daret: qui se simularet illi inimicum quẽ inuenisset idoneum facile oĩum amicos cognituru aduersarioſq; subla turum: q̃d inimici eius diffidentis suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato excepit has partes ipse Callicrates & se arm at imprudentia Dionis. ad eum interficiẽdum socios cõquirit: ad-

Homeri versus.

natsarios eius cõuenit, cõiuratiõe cõfirmat. Res multis, cõscĩis quæ gererentur elata refertur ad Aristomachen sororẽ Dionis vxorẽq; Areten. Illę timore perterritę conueniunt cuius de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias: sed illa quæ agerentur fieri præcepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratẽ in ædem Proserpinæ deducunt: ac iurare cogunt nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione non modo non deterritus sed ad maturandũ concitatus est: verens ne prius consiliũ aperiretur suũ q̃ conata fecisset: hac mente proximo die festo cũ a conuentu se remotum Dion domi teneret: atq; in conclaui edito recubuisset: consciis loca munitiora oppidi tradidit: domũ custodibus sepsit: a foribus qui non discedebant certos præfecit: nauem triremẽ armatis ornat. Philocratoq; fratri suo tradit: eãq; in portu agitari iubet: vt si exercere remiges vellet: cogitans si forte cõsiliis obstitisset fortuna, vt haberet quo fugeret ad salutem. Suoq; autem numero saguntinos adolescẽtes quosdã elegit cũ audacissimos, tũ viribus maximis, hisq; dat negotium: vt ad Dionẽ eant inermes sicut cõueniendi eius gratia viderentur venire. Hi propter notitiam sunt ingressi. At illi vt limẽ eius intrarunt foribus obseratis in lecto cubantem inuadunt: colligant: fit strepitus adeo vt exaudiri posset foris. hic sicut ante sæpe dictum, est, q̃ inuisa sit singularis potentia & miseranda vita qui se metui q̃ amari malunt cuius facile intellectu fuit. Nanq; illi ipsi custodes si propria fuissent volũtate foribus effractis seruare eum potuissent: q; illi inermes telum foris flagitantes viuum tenebãt. Cui cum succurreret nemo, Lygo quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est. Confecta cæde cum multitudo visendi gratia introiisset: nõ nulli ab insciis pro noxii cõciduntur: nam celeri rumore delato Dioni vim allatam, multi concurrãt: quibus tale facinus dissimulabat. Hi falsa suspitione ducti immerẽtes inermes, vt sceleratos occidunt. huius de morte vt palã facta est mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Nam qui viuũ eum tyrannũ vocitarant: eundẽ liberatorẽ patriæ: tyrannicq; expulsorẽ prædicabãt. Sic subito misericordia odio successerat: vt eũ suo sanguine si possent ab Acheronte cuperent redimere. Itaq; in vrbe celeberrimo loco elatus: publice sepulcri monumẽto donatus est: diem obiit circiter annos quinquaginta quinq; natus: quartum post annum q̃ ex Peloponneso in Siciliam redierat. Dionis interitus.

CIPHICRATIS VITA.

Iphicrates Athenien-sis nõ tã magnitudine rerum gestarũ q̃ disciplia militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux vt nõ solum ætatis suæ cum primis compararetur: sed ne de maioribus natu quidem quisq̃ anteponeretur. Multum vero in bello est versatus sæpe exercitibus præfuit: nusq̃ culpa male rem gessit: semper consilio vicit: tantumq; eo valuit: vt multa in re militari partim noua attulerit, ptim meliora fecerit. Nãq; ille pedestria arma mutauit: cum anteillum imperatorem maximis clipeis breuibusq; hastis, minutis gladiis vterentur. Ille econtrario peltam pro parma fecit: a quo postea peltastæ pedites appellantur: vt ad motus concursusq; essent leuiores. Hastæ modum duplicauit: gladios longiores fecit: idem genus loricarum & pro sertis atq; acnis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. nam pondere detracto, quodq; corpus tegeret, & leue esset curauit: bellum cum thracibus gessit: Seutem socium Athenien-sium in regnum restituit apud Corinthum tanta seueritate exercitui præfuit: vt nullę vnq̃ in græcia neq; exercitatiores copiæ: neq; magis dicto audiẽtes fuerint duci: in eãq; consuetudinem adduxit: vt cum prœlii signum ab imperatore esset datum sine ducis opera sic ordinatæ consisterent: vt singuli ab peritissimo imperatore disposĩti viderentur. Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit: quod maxime tota celebratum est græcia. Ite

rum eodem bello omnes copias eorum fugauit. Quo facto magnam adeptus est gloriã: cum Artaxerxes ægyptio regi bellum inferre voluit: Iphicratem ab Athenienſibus petiuit ducem, quem præficeret exercitui conducto: cuius numerus duodecim milium fuit. Quem quidem ſic omni diſciplina militari erudiuit: vt quẽadmodum quondam Fabiani milites Romani appellati ſunt: ſic Iphicratenſes apud græcos in ſumma laude fuerint. Idem ſubſidio Lacedæmoniis profectus Epaminõ de retardauit impetus. Nam niſi eius aduentus appropinquaſſet, non prius thebani Sparta abſceſſiſſent: q̃ captam incendio deleſſent. Fuit autem & animo magno & corpore: imperatoriaq; forma vt ipſo aſpectu cuiuis iniiceret admirationem ſui: ſed in labore remiſſus nimis parumq; patiens: vt Theopõpus memoriæ prodidit bonus vero ciuis fideq; magna: quod cum in aliis rebus declaratum ſit, tum maxime in Aminthę Macedoniis liberis tuendis. Nanq; Euridice mater Perdicæ & Philippi cum his duobus pueris Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit: eiuſq; opibus defenſa eſt. Vixit ad ſenectutem placatis in ſe ſuorum ciuium animis: cauſam capitis ſemel dixit bello ſociali: ſimul cũ Timotheo eoq; iudicio eſt abſolutus. Meneſthea filiũ reliqt ex Tarſa natũ Coti regis filia. Is cũ interrogaretur vtr̃ pluris patrẽ matrẽue faceret, matrẽ inqt. Id cũ oibus mir̃ videret: at ille merito inquit facio. Nã pater quantũ in ſe fuit thracem me genuit. Contra mater Athenienſem.

CHABRIADIS VITA.

Chabriadi ſtatua ab Athenienſi. poſita.

Habuit Athenienſis. Hic quoq; ſummis honoribus eſt ducib⁹ reſq; multis memoria dignas geſſit. Sed ex his elucet maxime inuentum eius in prœlio: qđ apud Thebas fecit: cũ Bœotiis ſubſidio veniſſet. Nãq; in ea victoria fidente ſummũ ducẽ Ageſilaũ fugatis iã ab eo conductitiis cæteruis, reliquã phalangẽ loco vetuit cedere: obnixoq; genu ſcuto proiectaq; haſta impetũ excipere hoſtium docuit. Id nouũ Ageſilaus intuens progredi nõ eſt auſus: ſuoſq; iam incutrẽtes tuba reuocauit Hoc vſq; eo græcia fama celebratũ eſt: vt illo ſtatu Chabrias ſibi ſtatuam fieri voluerit: quæ publice ei ab Athenienſibus in foro conſtituta eſt. Ex quo factum eſt vt poſtea Athletæ cæteriq; artifices his ſtatibus ſtatuis ponendis vterentur: cum victoriam eſſent adepti. Chabrias autem multa in europa bella adminiſtrauit: cum dux Athenienſium eſſet: in ægypto ſua ſponte geſſit. Nam Neptenabum adiutum profectus regnum ei conſtituit. Fecit idem Cypri: ſed publice ab Athenienſibus Euagoræ adiutor datus: neq; prius inde diſceſſit quam totam inſulam bello deuinceret. Qua ex re Athenienſes magnam gloriã ſunt adepti. Interim bellum inter ægyptios & Perſas conflatum eſt: & Athenienſes cum Artaxerxe ſocietatem habebant: Lacedæmonii cum ægyptiis: a quibus magnas prædas Ageſilaus rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias cum in re nulla Ageſilao cederet, ſua ſponte eos adiutum profectus ægyptiæ claſſi præfuit: pedeſtribus copiis Ageſilaus. Tum profecti regis Perſæ legatos miſerunt Athenas queſtum: quod Chabrias aduerſum regem bellum gereret cum ęgyptiis: Athenienſes dicem certam Chabrię preſtiterunt: quam ante domum niſi rediſſet: capitis ſe illum damnatos denũtiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit: neq; ibi diutius eſt moratus q̃ fuit neceſſe. Non enim libenter erat ante oculos ciuium ſuorum: q; & viuebat laute: & indulgebat ſibi liberalius q̃ vt inuidiam vulgi poſſet effugere. Eſt enim hoc cõmune vitiũ in magnis liberiſq; ciuitatibus: vt inuidia glorię comes ſit. Et libenter de his detrahunt quos emergere videant altius: neq; animo æquo pauperes alienam opulentum intuẽtur fortunam. Itaq; Chabrias quoad ei licebat plurimum aberat. Neq; vero ſolus ille aberat Athenis libenter: ſed omnes fere principes fecerunt idem: q; tantum ſe ab inuidia putabant aſſuturos: quantum a conſpectu ſuoq; receſſiſſent. Itaq; Conon plurimũ Cypri vi

Inuidia glorię comes.

xit, Lphicrates in thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigęo. Dissimilis quidē Chares horum & factis & moribus: sed tamen Athenis & honoratus & potens. Chabrias autem periit bello sociali tali modo. oppugnabant Athenienses Chyum: erat in classe Chabrias priuatus: sed omnes qui in magistratu erant authoritate anteibat: eūq; magis milites q̄ qui præerant aspiciebant. Quæ res ei maturauit mortem. Nam dum primus studet portum intrare: gubernatorem iubet eo dirigere nauem: ipse sibi perniciei fuit. Cum enim eo penetrasset: cæteræ non sunt secutę. Quo facto circunfusus hostium concursu cum fortissime pugnarent nauis rostro percussa cœpit sidere. Hinc cum refugere non posset si se in mare deiecisset: q; suberat classis Atheniensium quæ exciperet natantem: perire maluit q̄ armis abiectis nauem relinquere: in qua fuerat vectus. Id cæteri facere noluerunt: quinando in tutum peruenerunt. At ille præstare honestam mortem existimās turpi vitæ comminus pugnans: telis hostium interfectus est. Chabriæ intentus.

¶ TIMOTHEI VITA.

Timotheus Cononis filius Atheniensis. hic a patre acceptam gloriā multis auxit virtutibus. Fuit enī disertus īpiger, laboriosus, rei militaris pitus: neq; minus ciuitatis regēdę: multa huius sunt p̄clare facta: sed hæc maxime illustria. Olynthios & Byzantios bello subegit. Samum cœpit: in qua oppugnanda superiori bello Atheniēses mille & ducenta talenta consumpserant. Id ille sine vlla publica impensa populo restituit. Aduersum Cotum bella gessit: ab eo mille & ducenta talenta prædæ in publicum detulit. Cizicum obsidione liberauit. Ariobarzanum simul cum Agesilao auxilio profectus est: a quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset: ille ciuis suos agro atq; vrbibus augeri maluit: q̄ id sumere cuius partē domū suā ferre posset. Itaq; accepit Erichthonē & Sestæ. Idē classi præfectus circūuehens Pelopōnesum Laconicē populatus classem eorum fugauit. Corcyram sub imperium Atheniensiū redegit. Sociosq; idem adiunxit Epirotas Athamantias Chaonas omnesq; eas gentes: quæ mare illud adiacent. Quo facto Lacedæmonii de diutina contentione destiterunt: & sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt: pacēq; his legibus constituerunt: vt Athenienses mari duces essent. Quæ victoria tātæ fuit atticis lætitię: vt tū primū aræ paci publice sint factæ: ei q; deæ puluinar sit institutum. Cuius laudis vt memoria maneret: Timotheo publice statuā in foro posuerunt: qui honos huic vni ante tempus contingit: vt cum patri populus statuam posuisset, filio quoq; daret. Sic iuxta posita recens filii veterem patris renouauit memoria. Hic cum eēt magno natu & magistratus gerere desisset: bello Athenienses vndiq; p̄mi sunt cepti: Defecerat Samus, descierat Hellespontus. Philippus iam tunc valens Macedo multa moliebatur: cui oppositus Chares cum esset: non satis in eo præsidii putabatur. Fit Menestheus prętor filius Iphricratis gener Timothei: & ad bellum proficiscitur, decernitur. Huic in consilium dantur duo vsu & sapientia præstantes: quorum consilio vteretur pater & socer: quod in his tanta erat authoritas: vt magna spes esset per eos amissa posse recuperari. Hi cum Samum profecti: essent & eodem Chares aduentu cognito cum suis copiis ꝓficisceretur: nequit absente se gestum videretur: accidit cum ad insulam appropinquarent: vt magna tempestas oriretur: quam euitare duo veteres imperatores vtile arbitrati: suam classem suppresserunt. At ille temeraria vsus ratione nō cessit maiorum natu authoritati: & in sua manu esset fortuna quo contenderat peruenit. Eodemq; vt sequerentur ad Timotheum ꝛ Iphicratem nuntium misit. hinc male re gesta cōpluribus amissis nauibus: eodē vnde erat profectus se recepit: literasq; Athenas publice misit: sibi ꝓcliue fuisse Samū capere: nisi a

Timotheo & Iphricate defertus esset. populus acer, suspicax, ob eaq; rem mobilis, aduersarius inui
Timothe⁹ damnatur dus etiã potentię in crimẽ vocabatur domũ reuocat: accusat̃ pditionis. Hoc iudicio dãnat̃ Timo
theus: lisq; eius æstimat̃ centũ talẽtis. Ille odio ingratæ ciuitatis coactus chalcidẽ se contulit. Hu
ius post mortẽ cũ populus iudicii sui pœniteret: multãq; nouẽ partes detraxit: & decẽ talẽta Cono
nem filium eius ad muri quãdam partem reficiẽdã iussit dare: in quo fortunę varietas est, aĩaduet
sa. Nam quos auus Conon muros ex hostium præda patrię restituerat: eosdẽ nepos cum summa
ign ominia familiæ ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatæ sapientisq; vi
Lacon tyrã nus. tæ, cum plæraq; possumus proferre testimonia, vno erimus contenti: q; exeo facile coniici poterit
q̃ charus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret: non solum amici priuatiq; ho
spites ad eum defendendum cõuenerunt: sed etiam in eis Lason tyrannus: qui illo tẽpore fuit om
nium potentissimus. Hic cũ in patria sine satellitibus se tutum non arbitraretur: Athenas sine vl
lo præsidio venit: tantiq; hospitem fecit: vt mallet se capitis periculum adire, q̃ Timotheo de fama
dimicanti deesse. Hunc aduersus tamen Timotheus postea populi iussu bellum gessit, patriæ san
ctiora iura q̃ hospitii esse duxit. Hæc extrema fuit ætas imperator⁹ Athenienſium Iphicratis, Cha
briæ. Timothei. Neq; post illorum obitum quisq̃ dux in illa vrbe fuit dignus memoria: Venio nũc
ad fortissimum virum maximiq; consilii omnium barbarorum exceptis duobus carthaginensi
bus Hamilcare & Annibale. De quo hoc plura referemus: q; & obscuriora sunt eius gesta plæraq;:
& ea quæ prospere ei cesserunt: non magnitudine copiarum sed consilii, quo tamen omnes supe
rabat, acciderunt. Quorum nisi ratio explicata fuerit res apparere non poterunt.

¶ DATAMIS VITA.

Datames.

Ata
mes patre camissare Natione Chare matre Scythisa nat⁹ primũ militũ numero fuit apud artaxerxẽ eorum qui regiam tuebãtur pf eius Camissares q & manu fortis & bello strenuus & regi multis locis fidelis erat retus habuit puinciã Ciliciæ iuxta cappadociã quam incolũt Leucosyri. Datames militare munus fungens primum qualis esset apparuit in bello quod rex aduersus Cadusios gessit. Nãq; hic multis milibus regiorum interfectis magni fuit eius opera. Quo factum est cum eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur prouincia. Pari se virtute postea præbuit: cũ Andro
Dynastes. phrodates iussu regis bello prosequeretur eos qui defecerant. Nãq; eius opera hostes, cum castra iã intrassent, profligati sunt: exercitusq; reliquus conseruatus est. Qua ex re maioribus rebus preesse cœpit. Erat eo tẽpore Thyus Dynastes Paphlagoniæ antiquo genere natus a Philimene illo quẽ Homerus troico bello a Patroclo interfectum ait. Is regis dicto audiens non erat: quã ob causam bello eum persequi constituit: eiq; rei præfecit Datamen propinquum Paphlagonis. nãq; ex fratre & sorore erant nati. quam ob causam Datames primum experiri voluit vt sine armis propinquũ ad officiũ reduceret. Ad quẽ cum venisset sine præsidio: q; ab amico nullas vereretur insidias, pene interiit. Nã Thyus eũ clã interficere voluit. Erat mater cũ Datame amita Paphlagonis: ea qd ageretur resciit: filiumq; monuit. Ille fuga periculum euitauit: bellũq; indixit Thyo: in quo cum ab Ariobarzane præfecto Lydiæ & Ioniæ totiusq; Phrygiæ desertus esset: nihilo segnius perseuerauit: viuisq; Thyum cepit cum vxore & liberis: cuius facti ne prius fama ad regem q̃ ipse peruenireti dedit operam. Itaq; oĩbus insciis eo vbi erat rex venit: posteroq; die Thyum hominem maximi corporis terribiliq; facie q & niger & capillo longo barbaq; erat prolixa optima veste contexit: quam Satrape regii gerere consueuerant; ornauit etiam torque atq; armillis aureis: cæteroq; regio cultu

ipſe agreſti duplicique amiculo circundatus, hirtaq; tunica, gerens in capite galeam venatoriam, de xtra manu clauam, ſiniſtra copulam: qua victum ante ſe Thyum agebat: vt ſi feram beſtiam ca ptam duceret. Quem cum omnes proſpiceret, propter nouitatem ornatus ignoramq; formam ob eaq; rem magnus eſſet concurſus: fuit nemo qui agnoſceret Thyum qui non regi nuntiaret: ac primo non credidit. Itaq; Pharnabazum miſit exploratum: a quo vt rem geſtam comperit, ſtatim admitti iuſſit magnopere delectatus cum facto: tum ornatu. In primis q; non vilis rex in poteſta tem inopinanti venerat. Itaq; magnifice Datamen donatum ad exercitum miſit: qui tum contra hebatur duce Pharnabazo & Teutraſte ad bellum ægyptium: pariq; eum atq; illos imperio eſſe iuſ ſit. Poſtea vero q; Pharnabazum rex reuocauit illi ſumma imperii tradita eſt: hic cum maximo ſtu dio compararet exercitum: egyptiq; proficiſci pararet: ſubito a rege literæ ſunt ei miſſæ: vt Aſpim aggrederetur: qui Cataoniam tenebat: quæ gens iacet ſupra ciliciã cõfinis cappadociæ. nãq; Aſpis ſaltuoſam regionem caſtelliſq; munitam incolens non ſolũ imperio regis non parebat: ſed etiam finitimas regiones vexabat: & quæ regi portarentur arripiebat. Datames etſi longe aberat ab his regionibus & a maiore re abſtrahebatur: tamen regis voluntati morem gerendum putauit. Itaq; cum paucis ſed viris fortibus nauem conſcendit: exiſtimans id quod accidit facilius ſe impruden tem parua manu oppreſſurum, q; paratum: quis magno exercitu. Hac delatus in ciliciam egreſſus inde dies noctesq; iter faciẽs tauꝝ tranſiit: eoq; quo ſtuduerat venit. Quærit quibus locis ſit Aſpis: cognoſcit haud longe abeſſe: profectumq; eum venatum: quem dum ſpeculatur, aduẽtus eius cau ſa cognoſcitur. Piſidas cum iis quos ſecum habebat ad reſiſtendum Aſpis comparat. Id Datames vbi audiuit arma capit: ſuos ſequi iubet: ipſe equo concitato ad hoſtem vehitur: quẽ procul Aſpis conſpiciens ad ſe ferentem per timeſcit: atq; a conatu reſiſtendi deterritus ſeſe dedit. Hunc Data mes vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati. Hæc dum geruntur Artaxerxes reminiſcens a quanto bello, ad q; paruam rem principem ducum miſiſſet, ſe ipſe reprehendit: & nuntiũ ad exer citum acrem miſit: q; nondum Datamen profectum putabat: qui diceret ne ab exercitu diſcederet. Hic priuſq; peruenirent quo erat profectus: in itinere conuenit qui Aſpim ducebant. Qua celeritate cum magnam beniuolentiam regis Datames conſecutus eſſet, non minorem inuidiam aulicorũ excepit: q; illum vnum pluris q; ſe omnes fieri videbant. Quo facto cuncti ad eum opprimendum conſenſerunt: hæc Pandates gazæ cuſtos regiæ, amicus Datami, perſcripta ei mittit: in quibus do cet eum magno fore periculo ſi quid illo imperante in Ægypto aduerſi accidiſſet. Nanq; eam eſſe conſuetudinem regum: vt caſus aduerſos hominibus tribuant: ſecundos fortunæ ſuæ. Quo facile fieri vt impellantur ad eorum perniciem: quorum ductu res male geſtæ nuntientur. Illum hoc ma iore fore diſcrimine q; quibus rex maxime obediat eos habeat inimiciſſimos. Talibus ille literis co gnitis cum iam ad exercitum acrem veniſſet, q; non ignorabat ea vere ſcripta, deſciſcere a rege con ſtituit. Neq; tamen quicquam fecit quod fide ſua eſſet indignum. Nam Androdem magnetẽ exer citui præfecit. Ipſe cum ſuis in cappadociam diſcedit: coniunctamq; huic Paphlagoniã occupat celans qua voluntate eſſet in regem. Clam cum Ariobarzane facit amicitiam: manum comparat vrbes munitas ſuis tuendas tradit. Sed hæc propter hyemale tempus minus proſpere ſuccedebãt Audit Piſidas quaſdam copias aduerſus ſe parare filium: eo Arrideum cum exercitu mittit. Cadit i prælio adoleſcens: proficiſcitur eo pater non ita cum magna manu celans quantum vulnus acce cepiſſet: q; prius ad hoſtem peruenire cupiebat: q; de male geſta fama ad ſuos peruenirent: ne cogni ta filii morte animi debilitarentur militum. Quo contenderat peruenit: hiſq; locis caſtra ponit: vt neq; circumiri multitudine aduerſariorum poſſet: neq; impediri quo minus ipſe ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Metrobarzanes ſocer eius prꝫfectus equitum. Is deſpera tis generi rebus ad hoſtes tranſfugit. Id Datames vt audiuit: ſenſit ſi in turbam exiſſet ab homine tam neceſſario ſe relictum: futurum vt ceteri conſilium ſequerentur. in vulgus edit ſuo iuſſu Me trobarzanem profectum pro perfuga: quo facilius receptus interficeret hoſtes. Quare relinqui eũ non par eſſe: & omnes confeſtim ſequi: quod ſi animo ſtrenuo feciſſent: futurum vt aduerſarii non poſſent reſiſtere: cum & intra vallum & foris cæderentur. Hac re probata exercitum eduxit: Metro barzanem perſequitur tantum: qui dum ad hoſtes peruenerat: Datames ſigna inferri iubet. Piſidę nouare commoti in opinionem adducuntur: perfugas mala fide cõpoſitoq; feciſſe: vt recepti eſſent maiori calamitati. primum eos adoriuntur. Illi cum quid ageretur aut quare fieret ignorarent: coacti ſunt cum eis pugnare ad quos tranſierant: ab hiſq; ſtare quos reliquerant. Quibus cum neutri parcerent celeriter ſunt conciſi. Reliquos Piſidas reſiſtentes Datames inuadit. Primo impe tu pellit: fugientes perſequitur: multos interficit: caſtra hoſtium capit. Tali conſilio vno tempore & proditores perculit: & hoſtes profligauit. Et quod ad ſuam perniciem fuerat cogitatum id ad ſalutem conuertit. Quo neq; acutius vllius imperatoris cogitatum: neq; celerius factum vſquam legimus. ab hoc tamen viro Sciſmas maximo natu filius deſciit: & ad regem tranſiit: & de defe ctione patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus. q; intelligebat ſibi cum viro forti

Metrobar zanes ſocer Datamis.

ac ſtrenuo negotium eſſe:qui cum cogitaſſet,facere auderet:& prius cogitare quam conari conſueſſet:Androphrodatem cappadociam mittit.hic ne intrare poſſet ſaltū in quo caliçe portę ſunt ſitę:Damates præoccupare ſtuduit.Sed tam ſubito copias contrahere nō potuit: a qua redepulſus cum ea manu quam contraxerat locum delegit talem:vt neq; circumiretur ab hoſtibus:neq; prętiret aduerſarius:quin ancipitus locis premeretur:& ſi dimicare eo vellet non multum obeſſe multitudo hoſtium ſuæ paucitati poſſet.Hæc etſi Androphrodates videbat:tamen ſtatuit congredi:q̄ cum tantis copiis refugere:aut tam diu vno loco ſedere.habebat barbarorum equitum vigintipeditum centum milia:quos illi Gardates appellant:eiuſdemq; generis.iii.funditorum.Prętera cappadocum.viii.armeniorum decem:Paphlagonum quinq;:Phrygum decem:Lydoq; quinq;:Aſpendiorum & Piſidarum circiter tria:cilicum duo:captianorum totidem:ex Greçia conductorum tria milia leuis armaturæ maximum numerum.Has aduerſus copias ſpes omnis conſiſtebat Datami ſe:lociq; natura.Nanq; huius partem non habebat vigeſimam militum. Quibus fretus conflixit: aduerſariorumq; multa milia concidit:cum de ipſius exercitu non amplius hominum mille ceciderit.Quam ob cauſam poſtero die trophęum poſuit:quo loco pridie pugnatum.Hic cum caſtra mouiſſet inferior copiis:ita ſuperior omnibus pręliis diſcedebat:q; nunq̄ manum cōſereret:niſi ad aduerſarios locorum anguſtiis clauſiſſet:quod perito regionum callidęq; cogitanti ſæpe accidebat. Androphrodates cum bellum duci maiore regis calamitate quam aduerſariorum videret: pacem q; atq; amicitiam hortatus eſt:vt cum rege in gratiam redirent.Quam ille etſi non fidam fore putabat:tamen conditionem accepit:ſeq; ad Artaxerxem legatos miſſurum dixit.Sic bellum quod rex aduerſus Datamē ſuſceperat ſedatum.Androphrodates in Phrygiam ſe recepit. At rex quod implacabile odium in Datamen ſuſceperat:poſtq̄ bello cum oppriminon poſſe animaduertit: inſidiis interficere ſtuduit.quas ille plęraſq; vitauit:ſicut cum nuntiatum eſſet quoſdam ſibi inſidiari:qui in amicorum erant numero:de quibus quod inimici detulerant:neq; credendum: neq; negligēdū putauit experiri voluit:verum falſum ne ſibi eſſet relatum. Itaq; eo profectus eſt:in quo itinere futuras inſidias euenire dixerat.Sed elegit corpore,ſtatura ſimillimum ſui eiq; veſtitum ſuū dedit:atq; eo loco ire quo ipſe conſueuerat iuſſit:Ipſe autem ornatus veſtitu militari inter corporis cuſtodes iter faceret cœpit.At inſidiatores poſtq̄ in eum locum agmen peruenit decepti ordine atq; veſtitu in eum faciunt impetum qui ſuppoſitus erat.Predixerat autem Datames cum qbus iter faciebat vt parati eſſent facere,quod ipſum vidiſſent.Ipſe vt concurrentis inſidiatores animaduertit tela in eos coniecit.Hoc idem cum vniuerſi feciſſent priuſq̄ peruenirent ad eum quem aggredi volebant, confixi ceciderunt:hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus eſt, Mitridatis Ariobarzanis filii dolo.Nanq; is pollicitus eſt regi ſe eum interfecturum ſi ei rex promitteret:vt quodcūq; vellet liceret impune facere:fidemq; de ea re more Perſarum dextra dediſſet.Hanc vt recepit a rege miſſam:copias parat:& abſens amicitiam cum Datame fecit:regis prouinciā vexat:caſtella expugnat magnas prædas capit:quarum partem ſuis diſpertit:partem ad Datama mittit:pari modo cōplura caſtella ei tradit.Hęc diu faciendo perſuaſit homini ſe infinitum aduerſus regem ſuſcepiſſe bellū cum nihilo magis ne quam ſuſpitionem illi pręberet inſidiatum:neq; colloquium eius petiuit:neq; inconſpectum venire ſtuduit.Sic abſens amicitiam gerebat:vt non beneficiis mutuis: ſed odio cōmuni quod erga regem ſuſceperant contineri viderentur. Id cum ſatis ſe confirmaſſe arbitratus eſt:certiorem facit Datamen tempus eſſe maiores exercitus parari:& bellum cum rege ſuſcipi: de qua re ſi ei videretur, quo vellet in colloquium veniret.Probata recolloquēdi tempus ſumitur,locuſq; quo conueniretur.Huc Mithridates cum vno cui maximā habebat fidē, ante aliquot dies venit:complurib⁹q; locis ſeparatim gladios obruit:eaq; loca diligenter notat.Ipſo autem colloquēdi die:vtriq; locum qui explorarent:atq; ipſos ſcrutarentur mittunt.Deinde ipſi ſunt cōgreſſi. Hic cum aliquandiu in colloquio fuiſſent:& diuerſi diſceſſiſſent:iāq; procul Datames abeſſet: Mithridates priuſq̄ ad ſuos peruenireturnequā ſuſpitionem pareret:in eundem locū reuertitur:atq; ibi vbi telum erat impoſitum,reſedit:vt ſi laſſitudine cuperet acquieſcere:Datamēq; reuocauit ſimulans ſe quiddam in colloquio eſſe oblitum:interim telum quod latebat protulit: nudatumq; vagina veſte texit.ac Datami venienti ait diu gredi endum:ſe animaduertiſſe,locum quendam qui erat in conſpectu ad caſtra ponenda eſſe idoneum.Quem cum digito monſtraret:& ille conſpiceret:auerſum ferro tranſfixit:priuſq; q̄ quiſquā poſſet ſuccurrere,interfecit:ita ille vir qui multos conſilio: nemi nem perfidia ceperat,ſimulata captus eſt amicitia.

Mithridatis Aribarzanis filii doli.

Datamis interitus.

EPAMINONDÆ VITA.

Epaminondas Thebanus.

Epaminondas Polymni filius thebanus. De hoc priusquã scribam⁹ hæc præcipienda videntur lectoribus: ne alienos mores ad suos referãt: neue ea quæ ipis leuiora sunt: parí modo apud cæteros fuisse arbitrentur. Scimus enĩ musicem nostris moribus abesse a principis persona. Saltare etiam ĩ vitiis ponĩ. Quę oĩa apud Græcos & grata & laude digna dicuntur. cum autem exprimere imaginem consuetudinis atq; vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere ptermittere qđ pertineat ad eam declarãdã. Quare dicemus primum de genere eius: deinde quibus disciplinis: & a quibus sit eruditus. Tum de moribus ingenijq; facultatibus: et si qua alia digna memoria erũt. Postremo de rebus gestis: quæ plurimis omnium anteponuntur virtutibus. Natus igitur patre quo diximus honesto genere paupertate iam a maioribus relictus. Eruditus autem sic: vt nemo Thebanus magis. Nam & citarizare & cantare ad cordarum sonũ doctus est a Dionysio: qui non minore fuit in musicis gloria: q̃ Damon aut Lampus: quoq; per vulgata sunt nomina. Carmina cãtare tibiis ab Olymprodoro. Saltare a Calphrone. At phię præceptorẽ habuit Lysiam Tarentinũ Pythagoreũ: cui quidẽ sic fuit deditus: vt adolescens tristem & seueꝝ senẽ omnibus ęqualibus suis familiaritate anteposuerit. Neq; prius eũ a se dimiserit: q̃ doctrinis tanto anteceſſit cõdiscipulos: vt facile intelligi posset, pari modo seperatuꝝ oẽs in cæteris artibus. Atq; hęc ad nostrã consuetudinẽ sunt leuia & potius contẽnenda: at in Græcia vtiq; olim magnę laudi erant. Post q̃ ephebus factus est: & palestrę dare operã cœpit: non tã magnitudini virium seruiuit: q̃ velocitati. Illã enĩ ad Athlætarum vsum: hanc ad belli existimabat vtilitatẽ pertinere. Itaq; exercebatur plurimũ currendo & luctãdo ad eũ finẽ: quoad stans cõplecti posset atq; contẽdere. In armis plurimũ studii cõsumebat. Ad hãc corporis firmitatẽ plura etiã animi bona accesserant. Erat enim modestus: prudẽs: grauis: tpib⁹ sapienter vtẽs: peritus belli: fortis manu, animo maximo: adeo veritatis diligens: vt nec ioco quidẽ mẽtiretur. Idem cõtinẽs, clemẽs, patiensq; admirandũ in modũ: non solum populi sed etiã amicorum ferens iniurias: ĩ primisq; cõmissa celãs. Quod interdũ nõ minus pdest: q̃ diserte dicere studio sus audiẽdi. Ex hoc enĩ facillime disci arbitrabatur. Itaq; cũ in circulum venisset: in quo aut de republica disputaretur: aut de phia sermo haberetur: nunq̃ inde prius discesſit: q̃ ad finem sermo esset deductus. Paupertatem adeo facile perpessus est: vt de republica nihil præter gloriã cœperit. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus: fide ad alios subleuandos sæpe sic vsus est: vt possit iudicari omnia ei cũ amicis fuisse cõmunia. Nam cũ autem ciuium suorum aliquis ab hostibus fuisset captus: aut virgo amici nubilis: quam propter paupertatem collocare non posset: amicorum cõsilium habebat: & quantũ quisq; daret pro facultatibus imperabat: eãq; summam cum faceret, prius q̃ acciperet pecuniã: adducebat eum qui quęrebat ad eos qui conferebãt: eiq; vt ipsi numerarẽt faciebat: vt ille ad quem ea res perueniebat sciret: & quantum cuiq; deberet. Tentata autem eius est abstiuentia a Diomedonte ciziceno. Nãq; is rogatu Artaxerxis Epaminõdam pecunia corrumpẽdum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit: & Michitum adolescentulũ quinq; talẽris ad suã perduxit volũtatẽ: quẽ tum Epaminondas plurimũ diligebat. Michitus Epaminõdã conuenit: & causam aduẽtus Diomedontis ostẽdit. At ille Diomedonte corã nihil inquit opus pecunia est. Nãsi ea rex vult quę Thebanis sint vtilia: gratis facere sum paratus: Sin autẽ contraria: non habet auri atq; argenti satis. nãq; orbis terrarum diuitias accipere nolo ppatriq; charitate. Tu qui me incognitũ tentasti: tuiq; similẽ existimasti: nõ miror: tibi ignosco. Sed egredere propere: ne alios corrũpas cũ me nõ potueris. i. tu Michite argẽtum huic redde: aut nisi id confestim facis: ego te tradam magistratui. Hunc Diomedon cum rogaret: vt tuto exite: suaq; quę attulisset liceret efferre

Lysias Tarẽtin⁹ Pythagoręus.

re istud inquit faciam: neq; tua causa sed mea: ne si tibi sit pecunia adempta aliquis dicat id me ereptum peruenisse: quod delatum accipere noluissem. a quo cum quęsisset quo se duci vellet: & ille Athenas dixisset prędidiū dedit, vt tuto peruenirer. Neq; vero id satis habuit: sed etiā vt inuiolat⁹ in nauem ascēderet per Chabriam Athenienſem de quo supra mentionem fecimus. abstinentiæ erit hoc satis testimonium. Plurima quidē proferre possemus: sed modus adhibendus est qm̄ vno hoc volumine vitam excellentium virorū complurium cōcludere: quorū separatim multis milibus versuum cōplures scriptores ante nos explicarūt. Fuit & disertus: vt nemo Thebanus pareſſet eloquētia: neq; minus cōcinnus in breuitate respondendi: q̄ in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorē Menedidem quēdam indidē Thebis aduersariū in administrāda republica: satis exercitatum indicēdo: vt Thebanū scilicet. Namq; illi gēti plus ineſt virium quā ingenii. Is quod in re militari florere Epaminondā videbat, hortari solebat Thebanos: vt pacē bello anteferrēt: ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille fallis inquit, verbo ciuis tuos q̄ hos a bello euocas. Otii enim noſe seruitutē cōcilias. Nam paritur pax bello. Itaq; qui ea diutina volunt frui: bello exercitari esse debent. Quare si principes Græcię esse vultis castris est vobis vtendū, nō palęstra. Idem ille Menedides cum huic obiiceret qd liberos nō haberet: neq; vxorē duxisset: maximeq; insolēria q̄ sibi Agamēnonis bello gloriam videret cōsecutus. At ille desine inqt Menedide de vxore mihi exprobrare. Nam nullius in ista re minus: q̄ tuo vti cōsilio volo. Habebat enim Menedides suspitionem adulterii. q̄ aūt me Agamēnonem ęmulari putas: falleris Nāq; ille cū vniuersa Græcia vix decem annis vnā cepit vrbē: ego cōtra ex vna vrbe nostra diebus vno totā Græciā Lacedęmoniis fugatis liberaui. Idē cū in cōuentum venisset arcadū, petēs vt societatē cū Thebanis & argiuis facerēt: contra Calistratus Atheniēsium legatus qui eloquētio oēs eo pręstabat tpe postularet: vt potius amicitias sequerentur Atticoq; : & in oratione sua multa inuectus esset in Thebanos & Argiuos: in eisq; hoc posuisset animadvertere debere arcadas quales vtraq; ciuitas ciuis procreasset: ex quibus de cęteris possent iudicare. Argiuos enim fuisse Orestem & Alcineonem matricidas. Thebis Oedipum natum: qui cum patrem suum interfecisse: ex matre liberos procreasset. Hic in respondendo Epaminodas cum de cęteris per orasset: postq̄ ad illa duo opprobria peruenit admirari se dixit stultitiam rhetoris attici: qui non animaduerterit innocētes illos natos: domi scelere admisso cum patria essent pulsi: receptos esse ab Athenienſibus. Sed maxime eius eloquentia eluxit Spartæ: quo cum omnium sociorum conuenissent legati: coram frequentissimo legionum conuentu sic Lacedæmoniorū tyrannidē coarguit: vt non minus illa oratione opes eorum concusserit: q̄ Leuctrica pugna. Tum enim perfecit quod post apparuit: vt auxilio sociorū Lacedęmonii priuarentur. Fuisse autem patientem: suorumq; iniurias ferētem ciuium: qd se patriæ irasci nefas esse duceret: hæc sunt testimonia. cum eum propter inuidiam ciues pręficere noluissent: duxq; esset delectus belli imperitus: cuius errore eo esset deducta res illa militum: vt omnes de salute pertimescerent: q̄ loco⁹ angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari cœpta est Epaminondæ diligētia. Erat enim ibi priuatus numero militis. A quo cum peteret opem nullam adhibuit memoriam contumeliæ: & exercitum obsidione liberatum domum reduxit incolumem. Neq; vero hoc semel fecit: sed sæpius Maxime autem fuit illustre cum in Peloponnesum exercitum duxisset aduersus Lacedęmonios haberetq; collegas suos: quorum alter erat Pelopidas vir fortis ac strenuus. hic cum criminibus aduersariorum omnes in inuidiam venissent: ob eamq; rem imperium his esset abrogatum: atq; in eorum locum alii prætores successissent: Epaminondas plebiscito non paruit: idemq; vt faceret persuasit collegis: & bellū quod susceperat, gessit. Namq; animaduertebat vbi id feciſſet totum exercitum propter prętorum imprudentiam insciamq; belli periturum. Lex erat Thebis que morte mulctabat: siquis imperium diutius retinuisset: q̄ lege prędinitum foret. Hanc Epaminondas cum reipubli. conseruandæ causa latam videret, ad perniciem ciuitatis cōferre noluit: & quatuor mensibus diutius q̄ populus iusserat gessit imperium. Postq̄ domum reditum est: collegę eius hoc crimine accusabantur. Quibus ille permisit vt omnem causam in se tranſferrent: suaq; opera factum contenderent: vt legi non obeditent. Qua defensione illis periculo liberatis: nemo Epaminondam responsurum putabat: q̄ quid diceret non haberet. At ille in iudicium venit: nihil eorum negauit quæ aduersarii crimini dabant: omniaq; quæ collegæ dixerant confessus est: neq; recusauit quo minus legis pœnam subiret. Sed vnum ab his petiuit: vt in periculo suo inscriberent: Epaminondas a Thebanis morte mulctatus est: q̄ eos quoegit apud Leuctram superare Lacedæmonios: quos ante se imperatorem nemo Bœotiorum ausus fuit aspicere. In acie quoq; vno prælio non solum Thebas ab interitu retraxit: sed etiam vniuersam Græciam in libertatem vindicauit: eoq; res vtrorumq; perduxit: vt Thebani Spartam oppugnarent: Lacedæmonii satis haberent si salui esse possent. neq; prius bellare destitit: quam Messanæ constitutus vrbem eorum obsidione clausit. Hæc cum dixisset: risus omnium cum hilaritate coortus est: neq; quisq̄ iudex ausus est ferre suffragium. Sic a iudicio capitis maxima discessit gloria. Hic extremo tempore

Epaminon dę eloquentię vis.

mo tempore imperator apud Mantinæam cum acie instructa audacius instaret: hostibus cognitus a Lacedæmoniis ꝙ in vnius pernicie eius patriæ sitam putabant salutem: vniuersi in vnū impetum fecerunt. Neꝙ prius abscessetunt: q̄ magna cæde multisꝙ occisis ipsum Epaminōdam pugnantem sparo eminus percussum concidere viderunt. Huius causa aliquantū retardati sunt Bœotii: neꝙ tamen prius pugna excesserunt: q̄ repugnantes profligarunt. At Epaminondas cum animaduerteret mortiferum se vulnus accepisse: simulꝙ si ferrum quod ex hastili in corpore remanserat extraxisset: animam statim amissurum: vsꝙ eo retinuit, quoad renuntiatum est vicisse Bœotios. Id postq̄ audiuit satis inquit vixi: Inuictus enim morior. Tum ferro extracto confestim exanimatus est. Hic vxorem nunq̄ duxit. In quo cum reprehenderetur ꝙ liberos non relinqueret a Pelopida: qui filium habebat infamem: maleꝙ eum in eo patriæ consulere diceret: vide inquit ne tu pius consulas qui talem ex te natum relicturus sis. Neꝙ vero stirps mihi potest deesse. Nāꝙ ex me natam relinquo pugnam Leuctricam: quæ non modo mihi superstes: sed etiam immortalis sit necesse est. Quo tempore duce Pelopida exules Thebas occuparūt: & præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt: Epaminondas, q̄ diu facta est cædes ciuium domi se retinuit: ꝙ neꝙ malos defendere volebat: neꝙ impugnare: neꝙ manus suorum sanguine cruentare. Nanꝙ omnem ciuilem victoriam funestam putabat. Idemꝙ postq̄ academiam pugnare cum Lacedæmoniis cepit: in primis stetit. Huius de virtutibus vitaꝙ satis erit dictum si hoc vnum adiunxero quod nemo eat infitias: Thebas & ante Epaminondam natum, & post eiusdem ꝛeritum perpetuo alieno paruisse imperio: cum ea q̄ diu ille præfuerit reipub. caput fuisse totius Græciæ, ex quo intelligi potest vnum hominem pluris q̄ ciuitatem fuisse.

Epaminon dę interit⁹.

¶ PELOPIDÆ VITA.



Elopidas Thebanus magis historiis: q̄ vulgo notus: cuius de virtutib⁹ dubito quem admodū exponam: ꝙ vereor si res explicare incipiam non vitam eius enarrare: sed historiam videar scribere: si tātummodo summas attigero: ne rudibus literarum græcarum minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaꝙ vtriꝙ rei occurram quātum potero: & medebor quum satietati: tum ignorātiæ lectorum. Phœbidas Lacedæmonius cum exercitum Olynthum duceret: iterꝙ p Thebas faceret: arcem oppidi q̄ Cadmea nominatur occupauit: impulsu per paucorum Thebanorū: qui aduersariæ factioni quo facilius resisterent, laconum rebus studebant. Idꝙ suo priuato non publico fecit consilio: quo facto eum Lacedæmonii ab exercitu remouerunt: pecuniaꝙ mulctarunt: neꝙ eo magis arcem Thebanis reddiderunt: ꝙ susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri q̄ liberari. Nam Peloponnesium bellum Athenasꝙ deuictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant: & eos esse solos qui aduersus resistere auderent. Hac mente amicis suis summas potestates dederant: alterius factionis principes partim interfecerant: alios in exilium ieecerant, in quibus Pelopidas hic de quo scribere exorsi sumus pulsus patria carebat. Hi omnes fere Athenas se contulerant: non vt sequerentur otium: sed vt quemꝙ ex proximo locum fors obtulisset: eo patriam recuperare niteretur. Itaꝙ cū tempus est visum rei gerendæ communiter cum his qui Thebis idem sentiebant diem delegerunt ad inimicos opprimendos ciuitatemꝙ magnis copiis sunt gestę: sed profecto nunq̄ ab tam tenui initio tantæ opes sunt profligatæ. Nam duodecim adolescentuli coierunt ex his qui exilio erant mulctati: cum omnino non essent amplius centum: qui tanto se offerrent periculo: qua paucitate percussa est Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis aduersariorum factioni: q̄ Spartanis eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius græciæ: quorum imperio maiestas neꝙ ita

Pelopidas Cadmeam occupat.

multo post Leuctricam pugnam ab hoc initio perculsa cecidit. Illi igitur duodecim quorum erat dux Pelopidas: cum Athenis interdiu existent: vt vesperascente cœlo thebas possent peruenire: cũ canibus venaticis exierunt retia ferentes vestitu agresti, quo minore suspitione facerẽ iter. qui cũ tempore ipso quo studuerant peruenissent: domum Caronis deuenerunt: a quo & tempus & dies erat daturus. Hoc loco libet interponere: et si seiunctum a re posita est: nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse. Nam magistratuũ Thebanorum statim ad aures peruenit: exules in vrbem deuenisse: id illi vino epulisq; dediti vsq; eo despexerunt: vt ne quærere quidem de tanta re laborarint. Accessit etiam quod magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim epistola Athenis ab Archino vno Tyrarchiæ qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectione exulum scripta erant. Quæ cum iam accubanti in conuiuio esset data sicut erat signata in puluinum subiiciens, in crastinum inquit differo res seueras. At illi omnes cum iam nox processisset vino lenti ab exulibus duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis vulgo ad arma libertatemq; vocato non solum qui in vrbe erant: sed etiam vndiq; ex agris concurrunt: præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt: patriam obsidione liberarunt: authores Cadmeæ occupãdæ partim occiderunt partim in exilium eiecerunt. Hoc tam turbido tẽpore sicut supra docuimus. Epaminondas quoad cum ciuibus dimicatum est: domi quietus fuit. Itaq; hæc liberandarũ Thebarum propria laus est Pelopidæ: cæteræ fere omnes communes cum Epaminõda. Nanq; leuctrica pugna imperatore Epaminonda: hic fuit delectæ manus quæ prima Phalangem prostrauit Laconum: omnibus præterea periculis affuit: sicut Spartam cum oppugnauit alterum tenuit cornu: quoq; Messena celerius restitueretur legatus in Persas est profectus. Deniq; hæc fuit altera persona thebis: sed tamen secunda ita vt proxima esset Epaminondæ. Conflictatus autem est cum aduersa fortuna. Nam & initio sicut ostendimus exul patria caruit: & cum thessaliam in potestatem thebanorum cuperet redigere: legationisq; iure satis tectum se arbitraretur: quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset: a Tyrãno Alexandro Pheræo simul cum Ismenia comprehensus in vincula coniectus est. Hunc Epaminondas recuperauit bello persequens Alexandrum. Post id factum nunquã is animo placari potuit in eum: a quo erat violatus. Itaq; persuasit thebanis: vt subsidio Thessaliæ proficiscerentur: tyrãnosq; eius expellerent. Cuius belli cum ei summa esset data: eoq; cũ exercitu profectus esset: non dubitauit simulac conspexit hostem confligere: in quo prælio Alexandrum vt animaduertit incensus ira equum in eum concitauit: proculq; digressus a suis coniectu telorum confossus cecidit. Atq; hoc secunda victoria accidit: nam iam inclinatæ erant tyrãnorum copiæ. Quo facto omnes Thessaliæ ciuitates interfectum Pelopidam coronis aureis & statuis ęneis: liberosq; eius multo agro donarunt.

Pelopidas altera persona Thebis.

AGESILAI VITA.

Agesilaus Lacedæmonius cum a cæteris scriptoribus, tum eximie a Xẽophõte Socratico collaudatus est. eo enim vsus est familiarissime. Hic primum de regno cũ Leutychide fratris filio habuit contentionem. Mos est enim a maioribus Lacedæmoniis traditus: vt duos haberent semper reges nomine magis q̃ imperio: ex duab⁹ familiis Procli & Eristhenis: qui principes ex progenie Herculis Spartæ reges fuerunt. horum ex altera in alterius familiæ locum fieri non licebat: itaq; vterq; suum retinebat ordinẽ. Primum ideo habebatur: qui maximus natu esset ex liberis eius qui regnans decessisset: sin is virilem sexum non reliquisset: tum deligebatur: qui proximus esset propinquitate. Mortuus erat Agis rex frater Agesilai: filium reliquerat Leutychidem: quem ille manu non agno-

rat: eundem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo contendit: neq; id quod petiuit consecutus est. Nam Lysandro suffragante, homine (vt ostendimus supra) factioso, & his temporibus potente, Agesilaus ante latus est. Hic simulac imperii potitus est: persuasit Lacedæmoniis vt exercitum emitterẽt in Asiam: bellumq; regi facerent: docens satius esse in Asia: q̃ in Europa dimicare. Nanq; fama exire: Artaxerxem comparare classem pedestrisq; exercitus: quos in Græciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate vsus est: vt prius in Asiam cum copiis puenerit: q̃ regii Satrapæ eũ scirent pfectũ. Quo factũ est: vt oẽs imperatores imperatos imprudentesq; offenderet. Id vt cognouit Tissaphernes: qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios: inducias a Lacone petiuit: simulans se dare operam: vt Lacedæmoniis cum rege conueniret: re autem vera ad copias comparandas: easq; impetrauit trimestris. Iurauit autẽ vterq; se sine dolo inducias conseruaturum: in qua pactione summa fide mansit Agesilaus: cõtra ea Tissaphernes nihil aliud, q̃ bellum comparauit. Id etsi sentiebat Laco: tamen iusiurandum seruabat: multumq; in eo consequi se dicebat: q̃ Tissaphernes periurio suo & homines suis rebus ab alienaret: & deos sibi iratos redderet. Se autem seruata religione cõfirmare exercitum: cum animaduerteret deorum numen facere secum: homines q; sibi conciliari amitiores: q̃ his studere consuessent: quos conseruare fidem viderent. Post q̃ inducirum prꝛteriit dies: barbarus non dubitãs q̃ ipsius erant plurima domicilia in Catia: & ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima: eo potissimum hostes impetum facturos: omnes suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se conuertit: eamq; prius depopulatus est: q̃ Tissaphernes vsq; se moueret. Magna præda militibus locupletatis Ephesum hyematum exercitum reduxit: atq; ibi officinis armorum instructis, magna industria bellum parauit: & quo studiosius armarentur, insigniusque ornarentur, præmia proposuit: quibus donarentur: quorum egregia in ea re fuisset industria. Fecit idem in exercitationum generibus: vt qui cæteris præstitissent: eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit: vt ornatissimum & exercitatissimum haberet exercitum. Huic cum tẽpus esset visum copias extraheret ex hybernaculis: vidit si quo esset iter facturus palã pronuntiasset: hostes non credituros: aliasq; regiones occupaturos: nec dubitaturos aliud esse facturum ac pronunciasset. Itaq; cum ille Sardis se iturum dixisset: Tissaphernes eandem Cariam defendendam putauit. In quo quum eum opinio fefellisset: victumq; se vidisset: consilio sero suis præsidio profectus est. Nam cum illo venisset: iam Agesilaus multis locis expugnatis magna erat præda potitus. Laco autem cum videret hostes equitatu superare: nunq; in campo sui fecit potestatem: & his locis manum conseruit: quibus plus pedestres copiæ valerent. Pepulit ergo quotiescunq; congressus est, multo maiores aduersariorum copias: & sic in Asia versatus: est: vt omnium opinione victor diceretur. Hic cum animo meditaretur proficisci in Persas: & ipsum regem adoriri: nuntius enim domo venit: Ephorum iussu bellum Athenienses & Bœotes indixisse Lacedæmoniis: quare venire non dubitaret: in hoc non minus eius pietas suspicienda est: q̃ virtus bellica: qui cum victor prꝛesset exercitui: maximamq; haberet fiduciam regni Persarum potiundi: tanta modestia dicto audiens fuit iussis absentium magistratuum: vt si priuatus in comitio esset Spartę. cuius exemplũ vrinam imperatores nostri sequi voluissent, sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno præposuit bonam existimationem: multoq; gloriosius duxit: si institutis patrię paruisset: q̃ si bello superasset: Asiã. Hac igitur mente Hellespontum copias traiecit: tantaq; vsus est celeritate: vt quod iter Xerxes anno vertente confecerat, hic transierit triginta diebus. Quum iam haud longe abesset a Peloponneso: obsistere ei conati sunt Athenienses, & Bœotii, cæteriq; eorum socii, apud Coroneam: quos omnes graui prælio vicit. Huius victoriꝛ vel maxima fuit laus: q̃ cum plꝛiq; ex fuga se in templum Mineruæ coniecissent: q̃rereturq; ab eo quid his fieri vellet: etsi aliquod vulnera acceperat eo prælio: & iratus videbatur omnibus qui aduersus arma tulerant: tamen antetulit iræ religionem & eos vetuit violari. Neq; hoc solum in Græcia fecit: vt templa deorum sancta haberet: sed iam apud Barbaros summa religione omnia simulacra arasq; conseruauit. Itaq; prędicabat mirari se non sacrilegorum numero haberi: qui supplicibus eorum nocuissent: aut nõ grauioribus pœnis affici: qui religionem minuerent: q̃ qui fana spoliarent. Post hoc prælium collatum est omne bellum circa Corinthum. ideoq; Corinrhium est appellatum. Hic quum vna pugna decem milia hostium Agesilao duce cecidissent: eoq; facto opes aduersariorum debilitatæ viderentur: tantum abfuit ab insolentia gloriæ: vt cõmiseratus sit fortunam Græciæ: q̃ tam multi a se victi vitio aduersariorum cõcidissent. Nanq; illa multitudine, si sana mens esset, Græciæ supplicium Persas dare potuisse. Idem cum aduersarios intra mœnia compulisset: & vt Corinthum oppugnaret multi hortarentur: negauit id suæ virtuti conuenire. Se enim eum esse dixit: qui ad officium peccantis redire cogeret: non qui vrbes nobilissimas expugnaret Græciæ. Nam si ingt eos extinguere voluerimus: qui nobiscum aduersus Barbaros steterunt: nosmetipsi nos expugnauerimus illis quiescentibus. Quo facto sine negotio cum voluerint nos oppriment. Interim ac/

Agesilaus/ fit rex Lacedæmonio/ rum.

Agesilai æquitas

Agesilaus Athenien/ ses, Bœotes cæteroscq; socios apd Coroneã vincit.

Agesilai religio. Bellum Corinthium.

cidit illa calamitas apud Leuctram Lacedęmoniis: quo ne proficiscerētur, quum a plęrisq; ad exe undum premeretur, vt si de exitu diūinaret, exire noluit. Idem cum Epaminondas Spartam oppu gnaret: essetq; sine muris oppidum: talem se imperatorem præbuit: vt eo tempore omnibus ap paruerit: nisi ille fuisset Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine celeritas eius consilii saluti fuit vniuersis. Nam cum quidam adolescentuli hostium aduentu perterriri ad Thebanos transfugere vellent: & locum extra vrbem editum cepissent: Agesilaus qui pernicios issimum fore videret, si animaduersum esset quen q̄ ad hostes transfugere conari: cum suis conuenit atq; vt si bono animo fecissent laudauit consilium eorum: q; eum locum occupassent: & se id quoq; fieri debere aiaduertisse. Sic adolescentulos simulata laudatione recuperauit: & adiunctis de suis comi tibus locum tutum reliquit. Nanq; illi aucto numero eorum qui expertes erant consilii, commo uere se non sunt ausi: eoq; libentius: q; latere arbitrabantur quæ cogitarant. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedæmonii se nunq̄ refecerunt: neq; pristinum imperium recuperarunt: cum

Agesilai frugalitas.

interim Agesilaus nō destitit qbuscunq; rebus posset patriā iuuare. Nā cū præcipue Lacedæmonii indigerēt pecunia: ille omnibus qui a rege defecerant præsidio fuit. A quibus magna donatus pecunia patriam subleuauit. Atq; in hoc illud in primis fuit admirabile quum maxima munera ei ab regibus & Dynastis ciuitatibusq; conferrentur: nihil vnq̄ in domum suam contulit: nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutauit. Domo eadem fuit contentus: qua Eristhenes progenitor maiorum suorum fuerat vsus. Quam qui intrarat: nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat: contra ea plurima parientiæ atq; abstinentiæ. Sic enim instructa: vt nulla in re differret cuiusuis inopis atq; priuati. Atq; hic tantus vir vt naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus: sic maleficam nactus est in corpore exiguo: & claudus altero pede. Quę res etiā nonnullam afferebat deformitatem: atq; ignoti faciem eius cum intuerentur contemnebant: qui autem virtutem nouerant: non poterant admirari satis. Quod ei vsu venit: quum annorum octaginta subsidio Thaco in Ægyptum iuisset: & in acta cum suis accubuisset sine vllo tecto: stra-

Thacus.

tumq; haberet tale vt terra tecta esset stramentis: neq; huc amplius q̄ pellis esset iniecta: eodemq; comites omnes accubuissent vestitu humili atq; abfoleto: vt eorum ornatus non modo in his regem neminem significaret: sed hominis non beatissimi suspitionem præberet. Huius de aduentu fama cum ad regios esset perlata, celeriter munera eo cuiusq; generis sunt allata. His quęrentibus Agesilaum vix fides facta est vnū esse ex his qui tum accubabant. Qui cum regis verbis quæ attu

Agesilai obitus.

lerant dedissent: ille præter vitulina & huiusmodi genera opsonii, quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit: vnguenta, coronas, secundamq; mensam seruis dispertiit: cęteraq; referri iussit. Quo facto eum barbari magis etiam contempserunt q; eum ignorantia bonarum rerū illa potissimum sumpsisse arbitrabātur. Hic cū ex Ægypto reuerteret, donatus a rege Nathabide ducēri viginti talētis: quæ ille muneri populo suo daret: venissetq; in portum qui Menelai vocatur: iacēs inter Cyrenas & Ægyptum: in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici quo Spartam facilius perferre possent, q; mel non habebant, cæra circunfuderunt: atq; ita domum retulerunt.

EVMENIS VITA.

Eumenes Cardian⁹. Huius si virtuti par data esset fortuna, nō illę qdē maior sed multo illustriorat q; etiā honoratior: q; magnos homines virtute metiuntur nō fortuna. Nam cū ætas eius incidisset in ea tpa: qbus Macedones florerēt: multū ei detraxit viuēti q; alienæ erat ciuitatis. neq; aliud huic defuit q̄ generosa strips. Etsi ille domestico sūmo genere erat: tñ Macedones eum sibi aliquādo anteponi indigne

ferebant: neq; tamen non patiebantur: vincebat enim omnis cura, vigilantia, patientia, callidita
te, & celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi Amyntæ filii: breuiq;
tempore in intimam peruenit familiaritatem. Fulgebat enim iam in adolescentulo indoles virtu/
tis. Itaq; eum habuit ad manum scribæ loco: quod multo apud Graios honorificētius est q̄ apud
Romanos. Nam apud nos reuera, sicut sunt, mercennarii scribę existimantur. At apud illos con/
trario, nemo ad id officium admittitur nisi honesto loco, & fide & industria cognita: q; necesse est
omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitiæ apud Philippum annos
septem: illo interfecto eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Nouissimo tempore
præfuit etiam alteri equitum alæ: q̄ etherice appellabatur. Vtriq; aūt consilio semper affuit: & om/
nium rerum habitus est particeps. Alexandro b[illegible]abylone mortuo cum regna singulis familiaribus
dispartiretur: & summa rerum tradita esset tuenda eidem cui Alexander moriens anulum suum de
derat Perdicę: ex quo omnes coniecerant eū regnum ei cōmendasse quoad liberi eius extra tutelam
peruenissent. Aberant enim Craterus & Antipater qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat
Ephescio: quem viuum Alexander quod facile intelligi posset plurimi fecerat. Hoc tempore data est
Eumenii Cappadocia siue potius dicta. Nam tum in hostium erat potestate. Hūc sibi Perdicas a/
diunxerat magno studio: q; in homine fidem & industriam magnam videbat: non dubitans si eū
pellexisset magno vsui fore sibi in his rebus quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in
magnis imperiis concupiscunt, omnium partis corripere atq; complecti. Neq; vero hoc tempore
solus fecit: sed cęteri quoq; omnes qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonatus Macedoniam p̄
occupare p̄destinauerat. Is multis magnis pollicitationibus persuadere Eumeni studuit: vt Perdi/
cam desereret: ac secum faceret societatem. Cum perducere eum non posset, interficere conatus est:
& fecisset: nisi ille clam ex præsidiis eius effugisset. Interim conflata sunt illa bella: quę ad internicio
nem post Alexandri mortem gesta sunt: omneśq; concurrunt ad Perdicam opprimendum: quem
etsi infirmum videbat, q; vnus omnibus resistere cogebatur: tamen amicum non deseruit: neq; sa/
lutis q̄ fidei fuit cupidior. Præfecerat eum Perdicas ei parti Asiæ: quæ inter Tanrum montem iacet
atq; Hellespontum: & illum vnum oppositum fuerat Europęis aduersariis. Ipse ægyptum oppugnatum
aduersus Ptolemæum erat profectus. Eumenes cum neq; magnas copias neq; firmas haberet, q; in
exercitatæ & non multo ante erant contractæ: aduentare autem dicerentur Hellespontumq; tran
sisse Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum: viri quum claritate, tum vsu belli p̄
stantes. Macedones vero milites ea tunc erant fama: qua nunc Romani feruntur. Etenim semper
habiti sunt fortissimi: qui summam imperii potirentur. Eumenes intelligebat si copię suæ cogno/
scerent aduersus quos ducerentur, non modo non ituras: sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaq;
hoc eius fuit prudentissimum consilium: vt dcuiis itineribus milites duceret: in quibus vera audire
non possent: & his persuaderet se contra quosdam barbaros proficisci. Itaq; tenuit hoc propositū:
& prius in aciem exercitum eduxit p̄liumq; commisit: q̄ milites sui scirent cum quibus arma cōfer/
rent. Effecit etiam illud locorum præoccupatione: vt equitatu potius dimicaret: quo plus valebat
q̄ peditatu quo erat deterior. Quorum acerrimo concursu cum magnam partem diei esset oppu/
gnatum cadit Craterus dux & Neoptolemus: qui secundum locum imperii tenebat: cum hoc con/
currit ipse Eumenes. Qui cum inter se complexi in terra ex equis decidissent: vt facile intelligi pos/
set inimica mēte contendisse: animoq; magis etiam pugnasse q̄ corpore: non prius distracti sunt:
q̄ alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur: neq; eo magis ex pralio
excessit: sed acrius hostibus institit. Hic equitibus profligatis interfecto duce Cratero, multis præ/
terea & maxime nobilibus captis, pedestris exercitus qui in ea loca erat deductus, vt inuito Eumene
elabi non posset, pacem ab eo petit. Quam cum impetrasset: in fide non mansit: & se simulac potu
it & Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semiuiuum elatum recreare studuit. Cum id
non posset: pro hominis dignitate proq; pristina amicitia (Nanq; illo vsus erat Alexāder viuo fa
miliariter) amplo funere extulit: ossaq; in Macedōiam vxori eius ac liberis remisit. Hæc dum apud
Hellespontum geruntur, Perdicas apud flumen Nilum interficitur a Seleuco & Antigono rerūq;
summa ad Antipatrum defertur. Hic qui deseruerunt, exercitu suffragium ferente capitis absentes
damnantur. in his Eumenes. Hac ille perculsus plaga non succubuit: neq; eo secius bellum admi/
nistrauit: sed exiles res animi magnitudinem, etsi non frangebant, tamen imminuebant. Hunc
persequens Antigonus cum omni genere copiarum abundaret, sæpe in itineribus vexabatur: ne
que vnquam ad manum accedere licebat: nisi his locis quibus multis possent pauci resistere. Sed
extremo tempore cum consilio capi non posset: multitudine circūuentus est. huic tamen multis
suis amissis se expediuit: & in castellum Phrygiæ quod Hora appellatur confugit. In quo quū cir/
cunsederetur: & vereretur ne vno loco manens equos militares perderet: q; spatium non esset agi/
tandi: callidum fuit eius inuentum: quēadmodum stans iumentum calefieri exercerique posset: quo
libentius & cibo vteretur & a corporis motu non remoueretur. Substringebat caput loro altius q̄

Scribę apd Graios & Rōanos dis/similiter æ/stimati.

Alexander moriēs anu lū suū Per dicę dede/rat.

Eumenis certamē sin gulare cum Neoptole/mo duce.

Perdicas a pud Nilū i/terficitur. Eumenes ca pitis dānat.

Callidū Eu menis inuē tū in exerci/tādis equis.

vt prioribus pedibus plane terrã posset attingere: deinde post verberibus cogebat exultare: & cal ces remittere. qui motus nõ minus sudorẽ excutiebat q̃ si in spatio decurreret. Quo factum est qd omnibus mirabile est visum vt eque iumenta nitida ex castello educeret: quum complures men ses in obsidione fuisset. Quotiescunq; voluit & apparatum & munitiones Antigoni alias incen dit, alias disiecit. Tenuit autem se vno loco q̃ diu fuit hyems. Quod castrum subsidia habere nõ poterat: ver appropinquabat: simulata deditione dum de conditionibus tractat, præfectos An tigoni imposuit: secp ac suos omnis extraxit incolumes. Ad hunc Olympias, mater quæ fuerat Alexandri, cum literas & nuntios misisset in Asiam: consultum vtrum repetiram in Macedoni am veniret (Nam tum in Epiro habitabat) & eas res occuparet. Huic ille primum suasit ne se mo ueret: & expectaret quo ad Alexandri filius regnum adipisceretur: sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium iniuriarum obliuisceretur: & in neminem acerbiore vteretur imperio. Ho rum nihil ea fecit. Nam & in Macedoniam profecta est: & ibi crudelissime segessit. Petit autem ab Eumene absente: ne pateretur Philippi domus & familiæ inimicissimos interimere: ferretq; opem liberis Alexandri. Quam veniã si daret q̃ primũ exercitus pararet quos sibi subsidio adduceret. Id quo facilius facere se omnibus præfectis qui in officio manebãt misisse literas: vt ei parerent eiusq; consiliis vterentur. His verbis Eumenes permotus satius duxit si ita ruliset fortuna perire beneme ritis referentem gratiam: q̃ ingratum viuere. Itaq; copias contraxit: bellum aduersus Antigonũ comparauit. Quod vna erant Macedones complures nobiles: in his Peucestes fuit: qui corporis custos fuerat Alexandri: tum autem obtinebat Persidem: & Antigonus, cuius sub imperio pha lanx erat Macedonum: inuidiam verens, quam tamen effugere non potuit, si potius ipse alieni gena summi imperii potiretur, q̃ alii Macedonum quorum ibi erat multitudo, in principiis no mine Alexandri statuit tabernaculum: in eoq; sellam ẽream cum sceptro & diademate iussit poni: atq; omnes quottidie conuenire: vt ibi de summis rebus consilia caperentur: credens minore se in uidia fore: si specie imperii nominisq; simulatione Alexandri bellum videretur administrare. quod & fecit. Nam cum non ad Eumenis principia sed ad regia conueniretur: atq; ibi de rebus delibera retur: quodammodo latebat: cum tamen per eum vnum gererẽtur omnia. Hic impar ætatis cum Antigono conflixit non acie instructa sed in itinere: eumq; male acceptum in Mediam hyematũ coegit redire. ipse in finitima regione Persidis hyematum copias diuisit: non vt voluit: sed militũ cogebat voluntas. Nanq; illa phalanx Alexandri magni, quæ Asiam peragrarat, deuicerat q; Per sas, inuecterata quum gloria, tum etiam licentia non parere se ducibus sed imperare postulabat: vt nunc veterani faciunt. Itaq; periculum est ne faciant: quod illi fecerunt sua intemperantia ni miaq; licentia: vt omnia perdant: neq; minus eos cum quibus steterint q̃ aduersus quos fecerint. Quod si quis illorum veteranorum legat facta: paria horum cognoscat: neq; rem vllam nisi tem pus interesse iudicet. Sed adillos reuertar Hiberna sumpserant non ad vsum belli, sed ad ipsorum luxuriam: longeq; interse dissenserant. Hoc Antigonus cum comperisset: intelligeret q; se parem non esse paratis aduersariis: statuit aliquid sibi consilii esse capiendum. Duæ erant viæ: qua ex Medis vbi ille hyemabat ad aduersariorum hibernacula posset peruenire. Quarum breuior per lo ca deserta, quæ nemo incolebat: propter aquæ inopiam: cæterum dierum erat fere decem. Illa au tem qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum: sed erat copiosa: om niumq; rerum abundans. Hac si proficisceretur: intelligebat prius aduersarios rescituros de suo aduentu: quam ille tertiam partem confecisset itineris. sin per loca sola contenderet: sperabat se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem conficiendam imperauit quamplurimos vtres atq; etiam culeos comparari. Post hæc pabulum: præterea cibaria cocta dierum vtq; q̃mini me fieret ignis in castris. Iterq; quod habebat omnes cælat. Sic paratus qua constituerat profici scitur. Dimidium fere spatium confecerat: quum ex fumo castrorum eius suspitio allata est ad Eumenem: hostem appropinquare. conueniunt duces: quæritur quid opus sit facto: intelligebãt omnes tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse: q̃ Antigonus affuturus videbatur. Hic omnibus titubantibus & de rebus summis desperantibus, Eumenes ait si celeritatem velint adhi bere: & imperata facere: quod ante non fecerint: se rem expediturũ. Nam qd diebus quinq; hostis transisse posset: se effecturum vt non minus totidem dierum spatio retardaretur. Quare circum irent: suaq; quisq; copias contraheret. Ad Antigoni autem refrenandum impetũ tale capit con silium. Certos mittit homines ad infimos montes: qui obuii eant itineri aduersariorum: hisq; præ cepit vt prima nocte q̃ latissime possint ignis faciant q̃ maximos: atq; hos secunda vigilia minu ant: tertia per exiguos reddant: & assimulata castrorũ consuetudine suspitionem iniiciant hosti bus his locis esse castra: ac de eorum aduentu esse prænuntiarum, idemq; postera nocte faciant. Quibus imperatum, diligenter præceptum curant. Antigonus tenebris obortis ignis conspica tur: credit de suo aduentu esse auditum: & aduersarios illuc suas contraxisse copias: mutat consiliũ & quoniam imprudentes adoriri non posset, flectit iter suum: & illum anfractum longiorem co/

Olympia/dis literę ad Eumenẽ

Peucestes.

Eumenis victoria.

Antigoni consilium astutum

Eumenis stratagema

pioſæ viæ capit: ibiq; diem vnum opperitur ad laſſitudinem ſedendam militum: ac reficienda iumenta: quo integriore exercitu decerneret. Hic Eumenes callidum imperatorem vicit conſilio: celeritatemq; impediuit eius: neq; tamen multum profecit. Nam inuidia ducum cum quibus erat, perfidiaq; militum Macedonũ veteranorum, quũ ſuperior ꝓlio diſceſſiſſet Antigono eſt deditus: quum exercitus ei ter ante ſeparatis temporibus iuraſſet ſe eum defenſurum nec vnq̃ deſerturum. Sed tanta fuit nonnullo; virtutis obtrectatio: vt fidem amittere mallent: q̃ eum nõ prodere. Atq; hunc Antigonus quum ei fuiſſet infeſtiſſimus, conſeruaſſet ſi per ſuos eſſet licitum: q; ab nullo ſe plus adiuuari poſſe intelligebat in his rebus: quas impendere iam apparebat omnibus. Immineabat enim Seleucus, Lyſimacus, Ptolemæus, opibus iam valentes: cum quibus ei de ſumis rebus erat dimicandum. Sed non paſſi ſunt hi qui circa erant: q; videbant Eumene recepto omnis prę illo parui futuros. Ipſe autem Antigonus adeo erat incenſus: vt niſi magna ſpe maximarum rerũ leniri non poſſet. Itaq; quum eum incuſtodiam dediſſet: & prefectus cuſtodum quæriſſet: quemad modum ſeruari vellet: vt acerrimũ inquit leonem aut ferociſſimum elephantum. Nondum enim ſtatuerat conſeruare eum nec ne. Veniebat autem ad Eumenem vtrunq; genus hominum: & qui propter odium fructum oculis ex eius caſu capere vellent: & qui propter veterem amicitiam collo qui conſolariq; cuperent. Multi etiam qui eius formam cognoſcere ſtudebant: qualis eſſet quem tam diu tãq; valde timuiſſent: cuius in pernicie poſitã ſpem habuiſſent victorię. At Eumenes quũ diutius in vinculis eſſet, ait Onomarcho, penes quem ſumma imperii erat cuſtodię, ſe mirari: quare iam tertium diem ſic teneretur. Non enim hoc conuenire Antigoni prudentiæ: vt ſic deuteretur victo: quin aut interfici aut miſſum fieri iuberet. Hic quum ferocius Onomarcho loqui videretur: quid tu inquit animo ſi iſto eras cur non prælio cecidiſti: potius q̃ in poteſtatem inimici venires! Huic Eumenes: Vtinam quidem iſtud euenĩſſet: ſed eo non accidit: q; nunq̃ cum fortiore ſum congreſſus. Non enim cum quoq̃ arma contuli quin is mihi ſuccubuerit. Non enim virtute hoſtium ſed amicorum perfidia decidi. Neq; id falſum. Nam & dignitate fuit honeſta: & viribus ad laborem ferẽdum firmus: neq; tam magno corpore: q̃ figura venuſta. De hoc Antigonus quũ ſolus conſtituere non auderet, ad conſilium retulit. Hic cum omnes vel primo perturbati admirarentur: non iam de eo ſumptum eſſe ſupplicium: a quo tot annos adeo eſſent male habiti: vt ſępe ad deſperationem forent adducti: quiq; maximos duces interfeciſſet: deniq; in quo vno eſſet tantum: vt quoad ille viueret ipſi ſecuri eſſe non poſſent: interfecto nihil habituri negotii eſſent. Poſtremo ſi illi redderet ſalutem, quærebant quibus amicis eſſet vſurus: ſeſe enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic cognita conſilii voluntate, tamen vſq; ad ſeptimum diem deliberandi ſibi ſpatium reliquit. Tum autem quum vereretur: nequa ſeditio exercitus oriretur: vetuit ad eum quẽ q̃ admitti: & quotidianum victum amoueri iuſſit. Nam negabat ſe ei vim allaturum qui aliquãdo fuiſſet amicus. Hic tamen non amplius q̃ triduum fame fatigatus, cum caſtra mouerentur, in ſciente Antigono iugulatus eſt a cuſtodibus. Sic Eumenes annorum quinq; & quadraginta cum ab anno vigeſimo (vt ſupra) ſeptem annos Philippo apparuiſſet: & tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuiſſet: in his vni equitum alæ prefuiſſet: poſt autem Alexandri magni mortẽ imperator exercitus duxiſſet: ſummoſq; duces partim repuliſſet: partim interfeciſſet: captus nõ Antiochi virtute: ſed Macedonum periurio talem habuit exitum vitæ. In quo quanta fuerit omnium opinio eorum qui poſt Alexandrum magnum reges ſunt appellari: ex hoc facillime poteſt iudicari: q; nemo Eumene viuo rex appellatus eſt ſed ꝓfectus. Idem poſt huius occaſum ſtatim regium ornatum nomenq; ſumpſerunt: neq; quod initio predicarunt, ſe Alexandri liberis regnum ſeruare, prestare voluerunt: & vno propugnatore ſublato quid ſentirent aperuerunt. Huius ſceleris principes fuerũt Antigonus, Ptolemæus, Seleuchus, Lyſimachus, Caſander. Antigonus autẽ Eumenem mortuum propinquis eius ſepeliendum tradidit: qui eum militari honeſtoq; funere, comitante toto exercitu, humauerunt: oſſaq; eius in Cappadociam ad matrem atq; vxorem liberoſq; eius deportanda curarunt.

Eumenes deditur Antigono.

Onomarchus.

Eumenis interitus.

Aemylij Probi.

ℭ PHOCIONIS VITA.

Phocion bonus



Phocion Athẽiensis etsi ſæpe exercitibus præfuit ſũmoſq magiſtratus ,cepit : tamẽ multo eius notior integritas eſt vitæ: q̃ rei militaris labor. Itaq huius memoria eſt nulla: illius autem magna fama ex quo cognomine bonus eſt appellatus. Fuit enim perpetuo pauper cum ditiſſimus eſſe poſſet: propter frequentes delatos honores potẽtateſq ſummas quæ ei a populo dabãtur. Hic cum a rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret: legatiq hortarentur accipere: ſimũl admonerent ſi ipſe his facile careret liberis tamen ſuis proſpiceret: quibus difficile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam. Hic ille ſi mei ſimiles erunt: idem hic inquit agellus illos alet: qui me ad hanc dignitatẽ perduxit: ſin diſſimiles ſunt futuri nolo meis impenſis iliorum ali augeriq luxuriam: eidem cum pene ad annum octogeſimum proſpera perueniſſet fortuna: extremis temporibus magnum in odium peruenit ſuorum ciuium. Primo cum Demade de vrbe tradenda Antipatro conſenſerat: eiuſq conſilio Demoſthenes cum cæteris qui bene de republica mereri exiſtimabantur plebiſcito in exilium erant expulſi. Neq in eo ſolum offenderat q patriæ male conſuluerat: ſed etiam q amicitiæ fidem non præſtiterat. Nanq auctus adiutuſq a Demoſthene eum quem tenebat aſcenderat gradũ cum aduerſus Charetem eum ſubornaret ab eodem in iudiciis cum capitis cauſam diceret defenſus aliquoties liberatus diſceſſerat: hunc non ſolum in periculis non defendit ſed etiam prodidit: concidit autem maxime vno crimine. Qui cum apud eum ſummum eſſet imperium populi & Nicanorem Caſandri pfectum inſidiari piræo Athenienſium a Darcylo moneretur: eidemq poſtularet vt prouideret ne cõmeatibus ciuitas priuaretur. Hic audiente populo Phocion negauit eẽ periculum: ſeq eius rei obſidem fore pollicitus eſt: neq ita multo poſt Nicanor piræo eſt potitus: ad quem recuperandum cum populus armatus concurriſſet: Ille non modo neminem ad arma vocauit: ſed ne armatus quidem præeſſe voluit: ſine quo Athenæ omnino eſſe non poſſunt. Erant eo tempore Athenis duæ factiones: quarum vna populi cauſam agebat: altera optimatũ: in hac erat Phocion: & Demetrius Phalereus: harum vtraq Macedonum patrocinijs nitebatur. Nam populares Polyperconti fauebant: optimates quum Caſandro ſentiebant. Interim a Polypercõte Caſander Macedonia pulſus eſt: quo facto populus ſuperior factus ſtatim duces aduerſariq factionis capitis dãnatos patria pepulit. In his Phocionem & Demetrium Phalereum: deq ea re legatos ad Polypercontem miſit, qui ab eo peterent vt ſua decreta confirmaret. Hoc eodẽ profectus eſt & Phocion: quo vt venit cauſam apud Philippum regem verbo: re ipſa qdem apud Polypercontem iuſſus eſt dicere. Nãq is tum regis rebus perat. Hic quũ ab Antigone accuſatus eſt ,q piræum Nicanori prodidiſſet: ex conſimili ſententia in cuſtodiam cõiectus Athenas deductus eſt: vt ibi de eo legibus fieret iudiciũ. Huc vbi puentum eſt quum propter ætatem pedibus iam non valeret vehiculoq portaretur: magni concurſus ſunt facti: cũ alii reminiſcentes veteris famę ęraris miſererentur plurimi vero ita exacuerentur ppter proditionis ſuſpitionem Pirçei: maximeq q aduerſus populi cõmoda in ſenecture ſteterat. Qua de re ne perorandi quidẽ ei data eſt facultas & dicendi cauſam. Inde iudicio legitimis quibuſdam confectis damnatus traditus eſt vndecim viris: quibus ad ſupplicium more Athenienſium publice damnati tradi ſolent. Hic cum ad mortem duceretur obuius ei fuit Emphiletus quo familiariter fuerat vſus. Is quum lachrymans dixiſſet o q̃ indigna perpeteris Phocion. Huic ille at non inopinata inquit, hunc enim exitũ plęriq clari viri habuerunt Athenienſes. In hoc tantum fuit odium multitudinis vt nemo auſus ſit eum liber ſepelire. Itaq a ſeruis ſepultus eſt.

Liberorum luxuria nõ alenda.

Photionis ſgratitudo.

Phocionis ſupplicium

¶ TIMOLEONIS VITA:



Timoleon

Timoleō Corynthius sine dubio magn⁹ oium iudicio hic vir extitit. Nāq; huic vni contigit qđ nescio an vlli: vt pria in q̄ erat natus oppssā a tyrāno liberaret: & a Syracusis gbus auxilio erat missus siue erata fuitutē. depeleret: totāq; Siciliā multos ānos bello vexatā: a barbarisq; oppssā suo aduentu i pristinū restituerit. Sedi his rebus nō simplici fortuna cōflictatus ē: & id qđ difficilius putaē multo sapiēti⁹ tulit secūdā: q̄ aduersā fortunā. Nā eū ff eius Timophanes dux a Corynthiis delectus: tyrannidē per milites mercenarios occupasset pticepsq; regni posset eē: tm̄ abfuit a societate sceleris: vt antulerit suoq; ciuiū libertatē ffis saluti & pfiq; legibus obtēpare: fāctius duxerit: q̄ ipare pfiq. Hac mēte p aruspicē cōemq; affinē cui soror exeisd ē parētibus nata nupta erat frem tyrānū iterficiēdū curauit. Ipe nō mō manū ñ attulit: sed ne aspicere qđ ē ffnū sāguinē voluit. Nā dū res cōficereē, pcul i pfidio fuit neqs satelles posset succurrere. Hoc pclarissimū ei⁹ facin⁹ nō pari mō pbatū ē ab oīb⁹. Nōnulli. n. lę sā ab eo pietatē putabāt & iuidia laudē virtutis obterebāt. Mf vero post id fcm̄ neq; domū ad se filiū admisit: neq; aspexit: qn eū ffīcidā ipiūq; detestās cōpellaret. Quib⁹ verbis adeo ille ē cōmot⁹: vt nōnūq̄ vitę finē facere voluerit: atq; ex īgratoq; hoim cōspectu morte decedere. Interi Diōe Syracusis interfecto: Diony. rursus Syracusanoq; potitus ē: cuius aduersarii opē a Corynthiis petiuerūt. ducēq; quo i bello vterent postularūt. Huc Timoleō missus īcredibili felicitate Dionysiū tota Sicilia depulit: cū iterficere posset noluit: tutoq; vt Corinthū pueniret effecit: q vtroq; Dionysioq; opib⁹ Corynthii sępe adiuti fuerāt. cui⁹ benignitatis memoriā volebat extare: eāq; pclarā victoriā ducebat: ex q̄ plus eēt clemētię: q̄ crudelitatis: Postremo vt nō solū aurib⁹ accipeē: sed ēt oculis cerneret: quē & ex quāro regno ad quā fortunā detrusisset: post Dionysii decessū cū Hecata bellauit: q aduersatus fuerat Dionysio: quē nō odio tyrānidis dissensisse sed cupiditate, īdicio fuit q ipse expulso Dionysio iperiū dimittere noluit. Hoc supato Timoleon maximas copias Carthaginēsiū apud Crimnisum flumē fugauit: ac satis hinc coegit: si liceret Aphricā obtinere: q iā cōplures annos possessionē ficilię tenebāt. Cepit ēt Mamercū italicū ducē hoiem bellicosum & porētē: q tyrānos aduersū i Sicilia venerat. Quibus rebus cōfectis quū pp diuturnitatē belli nō solū regiones sed ēt vrbes desertas videret: cōqsiuit quos potuit: primū siculos: deide Coryntho accersiuit colonos: q ab his initio Syracusę erāt cōdite. Ciuibus veteribus sua restituit: nouis bello vacuefactas possessiōes diuisit: vrbiū mœnia disiecta fanaq; deserta refecit. Ciuitatibus leges libertatēq; reddidit: & maximo bello tm̄ otiū tori insulę cōciliauit: vt hic cōditor vrbiū eaq;, nō illi q initio deduxerāt: videreē. Arcē siracusis q̄ muniuerat Dionysius ad vrbē obsidēdā, a fūdamētis disiecit: cętera tyrānidis ppugnacula demolitus ē: dedit q operā vt q̄minime multa vestigia seruitutis manerēt. Cū tāt is eēt opib⁹: vt ēt iuitis iperare posset: tm̄ āt hēret amorē oium siculoq;: vt nullo recusante regnū obtineret: maluit se diligi q̄ metui. Itaq; quū primū potuit iperiū depos uit: & priuatus Syracusis qđ reliquū vitæ fuit vixit. neq; vero id iperite fecit. Nā qđ cæteri reges ipio potuerūt: ñ beniuolētia tenuit. Null⁹ honos huic defuit: neq; postea Syracusis res vlla gesta ē publica de q̄ pri⁹ sit decretū: q̄ Timoleōtis īnia cognita. Nullius vnq̄ cōsiliū nō mō antelatū: sed ne cōparatū qđē ē. Neq; id magis beniuolētia factū ē: q̄ prudētia. Hic cū ætate iā quectus eēt, sine vllo morbo lumina oculoq; amisit. Quā calamitatē ita moderate tulit: vt neq; eū q̄rētē qsq̄ audierit: neq; eo minus priuatis publicisq; rebus īterfuerit. Veniebat aūt in theatrū cū ibi cōciliū populi haberetur: pp valetudinē vectus iumētis iūctis: atq; ita de vehiculo q̄ videbant dicebat: neq; hoc illi qsq̄ tribuebat supbiæ. Nihil enim vnq̄ neq; insolens neq; gloriosum ex ore eius exiit. Qui quidem cū suas laudes audiret pdicari: nunq̄ aliud dixit: q̄ se in ea re maximas diis gras agere: atq; habere: q quū Siciliā recreare cōstituisset: tu se potissimū ducē esse voluissent. Nihil. n. reę humanaq; sine deoq; nuīe agi putabat. Itaq; suæ domi sacellū Au

Timoleon Carthagi nēses apud Crinisiū flumē fugauit

Automatia.i.fortuna.

tomatias constituerat:idq; sanctissime colebat. Ad hanc hoīs excellentē bonitatē mirabiles accesserunt casus. Nā prælia maxima natali die suo fecit oīa: quo factū est vt eiusdē natalē festū hēret vniuersa Sicilia. Huic qdā Lamestius hō petulās & ingratus vadimoniū quū vellet īponere: ꝙ cū illo se lege agere diceret: & cūplures concurrissent: qui procacitatē hominis manibus coercere conarent: Timoleon orauit oēs ne id facerent. Nāq; id vt Lamestio cæterisq; liceret: se maximos labores summaq; adiisse pericula. Hanc enim speciē libertatis eē si oībus qđ qsq; vellet legibus experiri liceret. Id quū qdā Lamestii similis noīe Demenetus in cōcione ppl'i rebus gestis eius detrahere cœpisset: ac nōnulla inueheret in Timoleōta dixit nūc demū se voti esse cōpotē. Nāq; hæc a diis īmortalib⁹ sp̄ p̄catū: vt talē libertatē restitueret Syracusanis: in q̄ cuiuis liceret de quo vellet īpune dicere. Hic quū diē supremū obiisset: publice a Syracusanis in gymnasio qđ Timoleōtiū appellat̄ tota celebrāte Sicilia sepultus est. Hi fere fuerūt Græcię gentis duces: q memoria digni videant̄ p̄ter reges. Nāq; eos attingere noluimus ꝙ oīum res gestę separatim sunt relatę: neq; tñ hi admodū sunt multi. Lacedæmonius aūt Agesilaus noīe nō ptāte fuit rex: sicut cęteri Sparāti. Ex his vero q orbē domitū īperio tenuerūt, excellētissimi fuerūt, vt nos iudicamus, Persaꝝ Cyrus & Darius Histaspi fili⁹: quoꝝ vterq; priuatus virtute regnū ē adeptus. Prior hoꝝ apud Massagetas in p̄lio cecidit. Darius senectute diē obiit supremū. Tres sunt p̄terea eiusdē generis: Xerxes & duo Artaxerxes: Macrochir quoq; & Mēnon. Xerxi maxime est illustre: ꝙ maximis post hoīum memoriā exercitibus, terra mariq; bellū ītulit Græciæ: at Macrochir p̄cipuā habet laudē amplissimæ pulcherrimæq; corpis formæ: quā incredibili ornauit virtute belli. Nāq; illo Persaꝝ nemo fuit manu fortior. Mēnō āt iustitię fama floruit. Nā cū matris suę scelere amisisset vxorē: tm̄ indulsit dolori: vt eum pietas vinceret. Ex his duo eodē noīe morbo naturę debitū reddiderūt: tertius ab Artabano p̄fecto ferro īterfectus ē. Ex Macedonū āt gñe duo multo cęteros ātecesserūt reꝝ gestaꝝ gl'ia: Philippus Amyntę filius & Alexāder Magn⁹. hoꝝ alter Babylōe morbo cōsūptus ē. Philippus Ægis a Pausania cū spectatū ludos iret iuxta theatrū occisus ē. Vnus Epirotes Pyrrhus: q cū. P.R. bellauit. Is cū Argos oppidū oppugnaret ī Pelopōneso: lapide ictus īteriit. Vnus Siculus Dionysius prior. Nā & manu fortis & belli p̄itus fuit: & id qđ ī tyrāno nō facile reperit̄, minime libidinosus: nō luxuriosus: nō auarus: nullius rei deniq; cupidus nisi singularis ꝑpetuiq; īperii: ob eāq; rē crudelis. Nā dū id studuit munire: nullius pepcit vitę: quem eius insidiatorē putaret. Hic cū virtute tyrānidē sibi pepisset: magna retinuit felicitate: maiorq; annos sexaginta natus decessit florēte regno. Neq; in tā multis annis cuiusq̄ ex sua stirpe funus vidit: cū ex tribus vxorib⁹ liberos ꝓcreasset: multiq; ei nati eēnt nepotes. Fuerūt p̄terea multi reges ex amicis Alexādri Magni: q post obitū eius īperia ceperūt. In his Antigonus: & huius filius Demetrius: Lysimachus: Seleuchus: Ptolemæus. Ex his Antigon⁹ cū aduersus Seleucū Lysimachūq; dimicaret in p̄lio occisus ē. Pari leto affectus est Lysimachus a Seleuco: nā societate dissoluta bellū inter se gesserūt. At Demetrius cū filiā suā Seleuco ī matrimoniū dedisset: neq; eo magis fida īter eos amicitia manere potuisset: captus bello ī custodia socer gñi p̄iit morbo. Neq; ita multo post Seleucus a Ptolemæo Cerauno dolo interfectus est: quē ille a p̄re expulsum Alexandria, alienaꝝ opū īdigētē, receperat. Ipse āt Ptolemæus cū viuus filio regnū tradidisset, ab illo eodem vita priuatus dr̄. De quibus qm̄ satis dictū putamus: nō incōmodū videt̄ nō p̄terire Hamilcarē & Annibalē: quos & aī magnitudine & calliditate oēs ī Aphrica natos præstitisse constat.

Agesilaus
Cyrus.
Darius.
Xerxes.
Artoxerxes duo.
Macrochi.
Memnon.
Philippus Amyntæ filius.
Alexander.
Pyrrhus.

Dionysii Siracusani felicitas.

¶ HAMILCARIS VITA.

Hamilcar Annibalis filius cognomine Barchos Carthaginensis prīo punico bello sed tēporibus extremis admodum adolescentulus in Sicilia p̄esse cœpit exercitui. Cū ante ei⁹ aduētū & mari & terra male res gererētur Carthaginēsiū: ipse vbi affuit nūq̄ hosti cessit: neq; locū nocēdi dedit: sępeq; e cōtrario occasiōe data lacessiuit spq; supior discessit. Quo facto cū pēe oīa ī Sicilia Pœni amisissent: ille Erycē sic defendit: vt bellū eo loco gestū nō

videret. Interi Carthaginēses classe apud īsulas Ægatis a. C. Luctatio cōsule Romanoꝝ supati, sta tuerunt belli finē facere: eāq; rē arbitrio pmiserunt Hamilcaris. Ille etsi flagrabat belladi cupiditate tū paci seruiendū putauit: q; patriā exhaustā sūptibus diutius calamitatē belli ferre nō posse intelli/gebat: sed ita: vt statim mēte agitaret: si paulū mō res essent refectæ: bellū renouare Romanoſq; ar/mis pseq: donec aut certe vicissent aut victi manū dedissent. Hoc consilio pacē cōciliauit: in qua tā/ta fuit ferocia: vt cū Catulus negaret bellū cōpositurꝝ nisi ille cū suis q Ericē tenuerūt armis relictis Sicilia decederēt: succūbēte patria ipse perituꝝ se potius dixerit: q; cū tāto flagitio domū rediret. Nō eni suę esset virtutis: arma a patria accepta aduersus hostis, aduersariis tradere. Huius ptinaciꝫ ces sit Catulus. At ille vt Carthaginē venit multo aliter rēp. sehñtē cognouit: nāq; diuturnitate extre/mi mali tm exarsit intestinū bellū vt nūq; pari piculo fuerit Carthago: nisi cū deserta é. Primo mer cenarii milites q aduersus Ro. fuerāt, desciuerūt. Quoꝝ numerus erat viginti miliū. Hi totā abalie/narūt Aphricā: ipsam Carthaginē oppugnarūt. Quibus malis adeo sunt Pœni pterriti: vt auxilia ēt a Ro. petiuerint: eaq; ipetrarint. Sed extremo cū ppe iā ad desperationē puenissent: Hamilcarē ipe ratorē fecerūt. Is nō solū hostis amuris Carthaginis remouit: cū amplius cētū milia facta eēnt ar/matoꝝ: sed ēt eo cōpulit: vt locoꝝ angustiis clausi plures fame, q; ferro iterirēt. oia oppida alienata in his Vticā atq; Hipponē valētissima totius Aphricę, restituit patrię: neq; eo fugit cōtētus: sed ēt finis īperii progauit: tota Aphrica tm otiū reddidit: vt nullū ī ea bellū videret multis ānis fuisse. Re bus his ex sñia pactis fideī aio atq; īfesto Ro. quo facilius cām belladi repiret effecit, vt iperator cū exercitu ī Hispaniā mitteret: eoq; secū duxit filiū Annibalē annoꝝ nouem. Erat pterea cū eo adole scēs illustris & formosus Hasdrubal: quē nōnulli diligi turpius q; par erat, ab Hamilcare loq̄bāt. Nō eni maledici tāto viro deesse poterāt Quo factū ē: vt a pfecto morū Hasdrubal cū eo veteret eē. Hu icille filiā suā ī matrimoniū dedit: q; moribus eoꝝ nō poterat iterdici socero gener. De hoc ideo mē tionē fecimus: q; Hamilcare occiso ille exercitui pfuit: resq; magnas gessit: & prceps largitiōe vetu stos puertit mores Carthaginēsiū: eiusdēq; post mortē Annibal ab exercitu accepit īperiū. At Ha/milcar posteaq; mare trāsiit: ī Hispaniāq; vēit: magnas res scda gessit fortuna: maximas bellicosissi/masq; gēres subegit: eqs, armis, viris pecunia totā locupletauit Aphricā. Hic cū ī Italiā bellū īferre meditaret nono āno post q; ī Hispaniā venerat, ī plio pugnās aduersus Vectones occisus est. Hui? ppetuū odiū erga Romanos maxime cōciasse videt scdm bellū punicū. Nanq; Annibal filius eius assiduis patris obtestationibus eo est pductus: vt interire, q; non Romanos experiri mallet.

Carthagi nēses vin cunt a. C. Luctatio cō sule ad Ægatis in/sulas.

Annibal annoꝝ no/uē militat sub patre.

CANNIBALIS VITA.

Annibalis laus.

Anni/bal Hamil caris filius Carthagi nēsis. Si ve rum est qđ nemo du/bitat: vt populus Roman⁹ omnes gē tes virtute superarit: nō est inficiandū Annibalem præstitisse cęteros impe/ratores prudentia: quāto populus Ro manus antecedat fortitudine cūctas nationes. Nam quotiescunq; cum eo cōgressus est in Italia semper discessit superior. Quod nisi domi ciuium suo rum inuidia debilitatus esset Roma/nos videtur superare potuisse: sed multoꝝ obtrectatio deuicit vnius virtutem. Hic aūt velut hęredi tate relictū odiū paternū erga Romanos sic cōfirmauit: vt prius aīam, q; id deposuerit. Qui qdē cū patria pulsus esset & alienaꝝ opū indigeret: nūq; destiterit aio bellare cū Romanis. Nam vt omit/tā Philippū: quē absens hostē reddidit Romanis: oium his tpibus potentissimus rex Antiochus fuit: hunc tanta cupiditate incēdit belladi: vt vsq; a rubro mari arma conatus sit inferre Italiæ: ad quem cum legati venissent Romani: qui de eius voluntate explorarent: darentq; operā consiliis clā

destinis vt Annibalem in suspitionem regi adducerẽ: tanq̃ ab ipsis corruptum alia atq; antea sẽtire: neq; id frustra fecissent: idq; Annibal comperisset: seq; ab interioribus consiliis segregari vidisset tpe dato adiit regem eiq; cum multa de fide sua & odio in Romanos cõmemorasset: hoc adiunxit. pater inquit meus Amilcar puerulo vtpote non ampliusnouem annos nato in Hispaniã imperator proficiscens Carthagine. Ioui optimo maximo hostias immolauit: quę diurna res dũ cõficiebatur: quę iuit a me vellẽ ne secum in castra proficisci: id cũ libenter accepissem: atq; ab eo petere cœpissem ne dubitaret ducere: tũ ille faciã inquit si fidem mihi quam postulo dederis: simulq; ad arã adduxit: apud quẽ sacrificare iussit: eaq; cæteris remotis tenentem iurare iussit nunquã me in amicitia cum Romanis fore. Id ego iusiurandum patri datum vsq; ad hanc diem ita conseruaui: vt nemini dubium esse debeat quin reliquo tpe eadem mente sim futurus. Quare si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris si me cęlaris: cum quidem bellum parabis teipsũ frustraberis si non me in eo principem posueris. Hac igitur ætate cum patre in Hispaniam profectus est: cuius post obitum Hasdrubale imperatore suffecto, equitatui omni pfuit: hoc quoq; inter fecto exercitus summam imperii ad eum detulit. id Carthaginem delatum publice comprobatum est. Sic Annibal minor quinq; & viginti annis natus, imperator factus proximo triennio omnes gentes Hispanię bello subegit. Saguntum fœderatam ciuitatem vi expugnauit: tres exercitus maximos comparauit. Ex his vnum in Aphricam misit: Alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit: Tertium in Italiam secum duxit. saltum Pyreneum transiit: quacunq; iter fecit cum omnibus incolis conflixit: neminem nisi victum dimisit. Ad alpes postea venit quę Italiã ab Gallia seiungunt, quas nemo vnq̃ cum exercitu ante eum pręter Herculem Graium transierat: quo facto is hodie saltus Graius appellat. Alpicos conantes prohibere transitum concidit: loca patefecit: iti
Saltus. nera muniit: effecitq; vt ea elephantus oneratus ire posset: qua antea vnus homo inermis vix pote
Graius. rat repere: hac copias traduxit in Italiamq; peruenit. Conflixerat apud Rhodanum cum. P. Cornelio Scipione consule: eũq; repulerat. Cum hoc eodem classidio apud Padum decernit: fauciũ in de ac fugatũ dimittit. Tertio idẽ Scipio cũ collega Tybetio longo apud Trebiam aduersus cum venit: cũ his manũ conseruit: vtroſq; profligauit: inde Ligures: Apeninum transit petens Etruriam: hoc itinere adeo graui morbo afficitur oculorum. vt postea nunquam dextro æque bene vsus sit. Qua valitudine cum etiam præmeretur lecticaq; ferretur. C. Flaminium consulem apud Trasimenum cum exercitu insidiis circumuentum occidit. Neq; multo post. C. Centenium prætorem cum delecta manu saltus occupantem. hinc in Apuliam peruenit. Ibi obuiam ei venerunt duo cõsules. C. Terentius & L. Æmilius: vtriusq; exercitus vno prælio fugauit. Paulum consulem occidit: & aliquot præterea consulares. In his. P. Seruilium Geminium: qui anno superiore fuerat consul: Hac pugna pugnata Romam profectus est nullo resistente: in propinquis vrbis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset & reuerteretur Capuam, Quintus Fabius maximus dictator Ro. In agro Salerno ei se obiecit. Hic clausis locorum angustiis noctu sine vllo detrimento exercitus se expediuit. Fabio callidissimo imperatori verba dedit. Nanq; adducta nocte sarmenta in cornibus iumentorum deligata incendit: eiusq; generis multitudinem magnam dispalatam immisit. Quo repentino obiectu viso tantum terrorem iniecit exercitui Romanorum: vt egredi extra vallũ nemo sit ausus. Hanc post rẽ gestã nõ ita multis diebus. M. Minutium Rufum magistrũ equitum pari ac dictatorem imperio dolo perductum in prælium fugauit. T. Sempronium Gracum iterum consulem in Lucanis absens in insidias inductum sustulit. M. Claudium Marcellum quinquies consulem apud Venusiam pari modo interfecit: longum est enumerare prælia. Quare hoc vnum satis erit dictum: ex quo intelligi posset quantus ille fuerit: q̃ diu in Italia fuit: nemo ei in acie restitit: nemo aduersus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit. Hic inuictus patriam defensum reuocatus bellum gessit aduersus. P. Scipionem filium: quem ipse primum apud Rhodanum: iterum apud Padum: tertio apud Trebiam fugauerat. Cum hoc exaustis iam patrię facultatibus cupiuit impræsentiarum bellum componere: quo valentior postea congrederetur. In colloquium conuenit: conditiones non conuenerunt: post id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem conflixit pulsus (incredibile dictu) biduo & duabus noctibus Adrumentum peruenit qui abest a Zama circiter milia passus trecenta. In hac fuga Numidę qui simul cum eo ex
Carthagi acie excesserant insidiati sunt ei: quos non solum effugit sed etiam ipsos oppressit. Adrumenti re-
nẽses bellũ liquos ex fuga collegit. Nouis delectibus paucis diebus multos contraxit. Cum in apparacũ Romãis do acerrime esse occupatus: Carthaginenses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilo
cõposuerũt secius exercitui postea præfuit: resq; in Aphrica gessit: itemq; Mago frater eius: vsq; ad. P. Sulpitium. C. Aurelium consules. His enim magistratibus legati Carthaginenses Romam venerunt: qui senatui populoq; Romano gratias agerent: q; cum his pacem fecissent: ob eamq; rem corona aurea eos donarent: simulq; peterent: vt obsides eorum Fregellis essent: captiuiq; redderentur. His ex senatusconsulto responsum est: munus eorum gratum acceptumq; esse: obsides quo loco ro

garent futuros: captiuos non remissuros: q̃ Annibalem, cuius opera susceptum bellum foret, ini micissimum nomini Romano & nunc cum imperio apud exercitum haberent: itemq; fratrem eius Magonem. Hoc responso Carthaginenses cognito, Annibalem domum Magonemq; reuocarunt. Hic vt rediit prætor factus est: postq̃ rex fuerat anno secundo & vigesimo. Vt enim Romæ consules, sic Carthagine quotannis annuibini reges creabantur. In eo magistratu pati diligentia se Annibal præbuit ac fuerat in bello. Nanq; effecit ex nouis vectigalibus: non solum vt esset pecunia quæ Romanis ex fœdere penderetur: sed etiam superesset quæ in ærario poneretur. Deinde anno post præturam Marco Claudio Lucio Furio consulibus, Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Annibal sui exposcendi gratia missos ratus, priusq̃ his senatus daretur nauem cõscendit clam: atq; in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta Pœni naues duas quæ eum comprehendetent si possent consequi, miserunt: bona eius publicarunt: domum a fundatis diiecerunt: ipsum exulem iudicarunt. At Annibal anno tertio postq̃ domo profugerat. L. Cornelio Quinto Minutio consulibus cum quinq; nauibus Aphricam accessit in finibus Cyreneorum: si forte Carthaginenses ad bellum Antiochi spe fiduciaq; inducere posset: cui iam persuaserat: vt cum exercitibus in Italiam proficisceretur. Huc Magonem fratrem excuit. Id vbi Pœni resciuerunt Magonem eadem qua fratrem pœna affecerunt. Illis desperatis rebus cum soluissent naues ac vela ventis dedissent: Annibal ad Antiochum peruenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita est. Nanq; alii naufragio, alii a seruis ipsius interfectum eum scriptum reliquerunt. Antiochus autem si tam in agendo bello parere voluisset consiliis eius: quam in suscipiendo instituerat: propius Tyberi, quã Thermopylis de summa sperii dimicasset. Quẽ etsi multa stulta conari videbat tamen nulla deseruit in re. Præfuit paucis nauibus: quas ex Syria iussus erat in Asiam ducere: hisq; aduersus Rhodiorum classem in Pamphilio mari conflixit. Quo quum multitudine aduersariorum sui superarentur: ipse quo rem gessit fuit superior. Antiocho fugato verens ne dederetur, quod sine dubio accidisset si sui fecisset potestatem, Cretam ad Corhynios venit: vt ibi quo se conferret consideraret. Vidit autem vir omnium clarissimus magno se fore periculo: nisi quid præuidisset: propter auaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat: de qua sciebat exisse famam. Itaq; capit tale consilium: amphoras complures compler plumbo: summas operit auro & argento. Has Corthyniis præsentibus deponit in templo Dianæ: simulans se suas fortunas: illorum fidei credere. His in errorem ductis statuas æneas quas secum portabat omnes sua pecunia complet: easq; in propatulo domi abiicit: Corthynii templum magnam cura custodiunt: non tam a cæteris: q̃ ab Annibale: ne ille inscientibus illis tolleret secũq; portaret. Sic conseruatis suis rebus, Pœnus illusis Cretensibus omnibus ad Prusiam in Pontũ pœnit: apud quem eodem animo fuit erga Italiam: neq; aliud quicq̃ egit: q̃ regem armarit & excitarit aduersus Romanos. Quem cum videret domesticis rebus minus esse robustum: conciliabat cæteros reges: adiungebatq; bellicosas natiões. Diffidebat ab eo Pergamenus rex Eumenes Romanis amicissimus: bel sumq; inter eos gerebatur & mari & terra: quo magis cupiebat eum Annibal opprimi: sed vtrobiq; Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem. quem si temouisset faciliora sibi cætera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Classe paucis diebus erant decertaturi: superabatur nauium multitudine: dolo erat pugnandum: cum par non esset armis. Imperauit q̃plurimas venenatas serpentes viuas colligi: easq; in vasa fictilia cõiici. Hæc cum cõfecisset magnã multitudinem: die ipso quo facturus erat nauale prælium classiarios conuocat: hisq; præcepit oẽs vt in vnã Eumenis regis concurrant nauẽ: a cæteris tm̃ satis habeant se defendere. id facile illos serpentium multitudine consequuturos. Rex autẽ qua naue veheretur vt scirẽt, se factuꝝ: quẽ si aut cepissent, aut interfecissent, magno his pollicetur præmio fore. Tali cohortatiõe militũ facta, classis ab vtrisq; in prælium deducit. Quaꝝ acie constituta, priusq̃ signum pugnæ daret, Annibal vt palam faceret suis quo loco Eumenes esset tabellarium in scapha cum caduceo mittit: qui vbi ad naues aduersariorum peruenit: epistolam ostendens se regem professus est quærere. Statim ad Eumenem deductus est: q; nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius ducis naue declarata suis eodem vnde ierat se recepit. At Eumenes soluta epistola nihil in ea repperit: nisi qd ad itridendum eum pertineret. Cuius etsi causam mirabatur: neq; reperiebatur: tamen prælium ltatim committere non dubitauit. Horum in concursu Bithynii Annibalis præcepto vniuersi nauẽ Eumenis adoriuntur. Quorum vim cum rex sustinere non posset, fuga salutem petiit: quam consequutus non esset: nisi intra sua præsidia se recepisset: quæ in proximo litore erant collocata. Reliquæ Pergamenæ naues quum aduersarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, coniici cœpta sunt. Quæ iacta initio risum pugnantibus excitarunt. neq; quare id fieret poterat intelligi. Postq̃ autem naues completas consepexerunt serpentibus: non uare perterriti cum quid potissimum vitarent non viderent, puppes auerterunt: seq; ad sua castra nautica retulerunt. Sic Annibal consilio arma Pergamenorum superauit: neq; tum solum sed

Annibal ad Antiochũ profugit.

Magonis teritus.

Annibalis astutũ cõsiliũ in cõferuãdo auro.

Eumenes rex Pergamenus.

Annibalis stratagema

Annibalia ctu serpẽtiũ Pergamenos superat

Prusię regis legati. L. Quinti⁹ Flaminius

sæpe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit aduersarios. Que dum in Asia geruntur: accidit casu: vt legati Prusiæ Romæ apud. L. Quintium flaminium consulem cœnarēt: atq; ibi de Annibale mentione facta, ex his vnus diceret: eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flaminius senatui detulit. Patres conscripti qui Annibale viuo nunq̄ se fine insidiis futuros existimabant, legatos in Bithyniam miserunt: in his Flaminium: qui a rege peterent: ne inimicissimum suum secum haberet: sibiq; dederet. His Prusia negare ausus non est: illud recusauit ne id a se fieri postularent: q; aduersus ius hospitii esset: ipsi si possent comprehenderent: locum vbi esset facile inuenturos. Annibal enim vno loco se tenebat in castello: quod ab rege datum erat muneri: idq; sic ędificarat: vt in omnibus partibus ædificii exitus haberet: semper verens ne vsu eueniret quod accidit. Huc cum legati Romanorum venissent: ac multitudine domum eius circundedissent: puer ab ianua prospiciens Annibali dixit: plures præter cōsuetudinem armatos apparere. Qui imperauit ei: vt omnes fores ædificii circumiret: ac propere sibi renuntiaret: num eodem modo vndiq; obsideretur. Puer cum celeriter quid esset renuntiasset: omnesq; exitus occupatos ostendisset: sensit id non fortuito factum: sed se peti: neq; sibi diutius vitam esse retinendam. quā ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum quod semper secum haberent consueuerat, sumpsit. Sic vir fortissimus multis variisq; perfunctus laboribus anno acquieuit septuagesimo. Quibus consulibus interierit non conuenit. Nanq; Atticus. M. Claudio Marcello & Quinto Fabio Labeone cōsulibus mortuum in annali suo scriptum reliquit: At Polybius Æmylio Paulo &. C. Bebio Pamphilo. Sulpitius autem. P. Cornelio Cethego & Bebio Pamphilo. Atq; tantus vir tantisq; bellis districtus nō nihil temporis tribuit literis. Nanq; aliquot eius libri sunt Græco sermone cōfecti. In his ad Rhodios de. C. Manlii Valonis in Asia rebus gestis. Huius bella gesta multi memoriæ pdiderunt. Sed ex his duo: qui cum eo in castris fuerunt: simulq; vixerunt q̄ diu fortuna passa est: Philenius & Sosilus Lacedæmonius: atq; hoc Sosilo Annibal literarum græcarum vsus est doctore. Sed nos tempus est huius libri facere finem: & Romanoq; explicare imperatores: quo facilius collatis vtrorūq; factis qui viri pręferendi sint possit iudicari.

Annibalis interitus.

Annibalis doctrina. Annibalis res gestas q memoriæ pdiderint.

Registrum Huius operis.

aaa bbb ccc A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II kk LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY. Omnes quaterniones excepto intabula. ccc. Ternione.

¶ Habes lector studiose quas in fronte polliciti sumus illustrium virorq; vitas triplici discrimine: partim (quæ plurimæ sunt) e Plutarcho traductas: partim ex aliis sed Plutarchicis addi solitas: partim ab Aemilio Probo concinnatas. Summa diligentia nouissime recognitas: Impressasq; Venetiis exactissima cura p Melchiorē sessam & Petrū de Rauanis socios. Anno domini. M. CCCCCXVI. Die. xxvi. Nouembris.

SPECIAL 87-B
1080